MAXIMÆ
BIBLIOTHECA
VETERVM PATRVM,
ET ALIORVM SCRIPTORVM
ECCLESIASTICORVM
TOMI SECVNDI PARS II.

Continens Authores ſecundi ſæculi.

SERIES AVTHORVM, ET OPVSCVLORVM,

QVÆ HOC SÆCVLO II. SEV TOMI II.

PARTE SECVNDA comprehenduntur.

SANCTVS JVSTINVS *Philoſophus & Martyr*, floruit temporibus Antonini Pij, ſub quo & Martyrium feciſſe, non vero ſub Marco Aurelio Antonino probabilius exiſtimat doctiſſimus Henricus Valeſius in notis ad hiſtoriam Eccleſiaſticam Euſebij. Scripta ejus recenſent idem Euſebius, Hieronymus, Photius & alij, quæ hîc extant ex editione Frederici Sylburgij, nempe, Parænesis ad Græcos fol 6. Oratio ad Græcos, fol. 16. Apologia prima pro Chriſtianis fol. 17, Apologia Secunda ad Antoninum Pium fol. 20 de Monarchia Dei fol 33. Ariſtotelicorum dogmatum everſio fol. 35. Quinque Quæſtiones ad Græcos, cum Græcorum reſponſione & reſponſionis illius confutatione, fol. 49. Confutationis appendix fol. 59.

Quæſtiones Græcanicæ ad Chriſtianos, de Incorporeo, de Deo, de Reſurrectione mortuorum & ad quæſtiones illas reſponſio Chriſtiana fol. 60. Dialogus cum Thryphone Judæo, de veritate Chriſtianæ Religionis fol. 65.

Expoſitio rectæ fidei, ſeu rectæ confeſſionis de ſancta & conſubſtantiali deitatis Trinitate fol. 107.

Quæſtionum ſive dubitationum 146 ſolutio ad Orthodoxos fol. 112.

Epiſtola ad Diognetum Parænetica fol. 141 Epiſtola ad Zonam & Serenum, Ethica fol. 143. Porro de controverſis quibuſdam ejuſdem operibus vide obſervationes Bellarmini & aliorum initio operum præfixas.

ATHENAGORAS *Athenienſis*, *Philoſophus Chriſtianus*, qui fortè idem eſt Athenogones, de quo Martyrologium Romanum ad diem 18 Ianuarij, tempore Marci Aurelij Antonini, & Commodi floruit, quibus Apologiam pro Chriſtianis obtulit. Extat fol. 147. Scripſit & de reſurrectione mortuorum librum. Extat fol. 158.

THEOPHILVS SEXTVS *Antiochenſis Eccleſiæ Patriarcha*, ſcripſit multa, ex quibus nunc ſolum extant Commentaria in quatuor Evangelia fol. 165. & contra calumniatores Chriſtianæ religionis libros tres ad Autolicum fol. 175.

TATIANVS *Aſſyrius*, S. Juſtini Martyris quondam diſcipulus, poſtea Encratitarum hæreſis author, multa ſcripſit teſte S. Hieronymo & aliis, ex quibus nunc ſolum extant oratio contra gentes quæ habetur fol. 94, & Sanctorum Evangeliorum Diateſſaron, id eſt unum ex quatuor, quod malè hactenus

Ammonio

Ammonio tributum fuerat, cum ipſe ſit author harmoniæ in Evangelia & non Dieteſſari. Vide prænotata huic operi quod extat fol.203. Sicut & quæ ſæculo ſequenti præmittuntur ad harmoniam Evangelicam Ammonij fol.265.

MELITO *Sardicenſis Epiſcopus*, floruit tempore Marci Aurelij Imperatoris. Scripta ejus ferè omnia interierunt. Liber de tranſitu Beatæ Virginis illi tributus extat, fol.212. multa ejuſdem fragmenta habes tomo ſecundo Scriptorum Eccleſiæ Orientalis P. Halloix S. I. fol.830.

JRENÆVS *Beati Pelycarpi diſcipulus*, & *Potini Epiſcopi Lugdunenſis & Martyris ſucceſſor*, multa ſcripſit quæ recenſent S. Hieronymus & Euſebius. Sed ex omnibus ejus operibus unicum nunc reſtat integrum, quod adverſus hæreſes ſcripſit quinque libris comprehenſum. Extat fol.217 ex recognitione P. Franciſci Fevardentij O. M. Idem collegit ejuſdem Irenæi fragmenta ex variis authoribus, quæ habes fol.365. Vide porro initio ejus operum plurima quæ de eo habentur veterum teſtimonia & P. Halloix S. I. tomo 2. Scriptorum Eccleſiæ Orientalis. Henricus Valeſius in notis ad Euſebium putat Irenæum authorem fuiſſe Epiſtolæ Viennenſium Lugdunenſiumque nomine ſcriptæ ad Eccleſias Græciæ & Phrigiæ, quam exhibet Euſebius libro 5 cap. 1.

A E

BIBLIOTHECÆ VETERVM PATRVM, ECCLESIASTICORVMQVE Scriptorum. Sæculum ſecundum.

B F

SANCTI IVSTINI PHILOSOPHI ET MARTYRIS OPERA.

VETERVM DE SANCTO Iuſtino Elogia.

C G

EX PHOTII TRACTATV qui Bibliotheca inſcribitur.

LEcta eſt Ivstini Martyris Apologia pro Chriſtianis cum aduerſus Græcos tum aduerſus Iudæos: & prætetea alter eius tractatus contra primum & ſecundum librum Phyſicæ Auſcultationis, ſiue contra Materiam, Formam & Priuationem, rationibus epicherematicis ac violentis quod ex viu eſt inferens: itidemque contra quintum illud corpus motumque ſempiternum, quem Ariſtoteles mirifico ratiocinationum acumine genuit. Adhæc Dubitationum contra (Chriſtianam) pietatem ſummariæ ſolutiones. Eſt autem vir ille ad Philoſophiæ tum noſtræ, tum potiſſimum profanæ, ſummum euectus faſtigium, multiplicique eruditionis & hiſtoriarum copiâ circumfluens: ſed rhetorico artificio natiuam philoſophiæ ſuæ pulchritudinem colorare haud ſtudio habuit, quamobrem etiam oratio eius, pollens alioqui ac valida, ſcientificumque ſeruans ſtilum, rhetorica illa condimenta non ſpirat, nec illecebris & blandimentis vulgus auditorum attrahit. Porro quatuor aduerſum Gentes compoſuit tractatus: quorum primum Antonino cognomine Pio, filiiſque ipſius, ac Senatui obtulit: alterum, ſimiliter eius ſucceſſoribus, in tertio autem de dæmonum natura diſſeruit, quartus ſermo, & ipſe contra Gentes ab eo compoſitus, inſcriptus eſt ἔλεγχος. Sed & De Dei monarchiâ conſcriptus ab eo liber eſt, & alius cui titulus Pſaltes: tum & contra Marcionem ſermones neceſſarij, & contra omnes hæreſes vtile opus. Fuit autem Priſci Bacchij filius, patriam habuit Neapolim, Paleſtinæ prouinciæ accenſum opidum. Romæ commoratus eſt, & philoſophicas ibidem diatribas habuit, ſermonibus, vitâ, pariterque habitu Philoſophum agens. In feruenti autem pietatis amore ac ſtudio, Creſcentem quendam ex iis qui Cynici vocitantur, aduerſarium habuit, cum ipſi, tum vitæ cultuique ac religioni eius obnitentem: à quo etiam inſidioſè accuſatus, ita vt toto vitæ inſtituto dignum erat, inſidias iſtas pertulit, martyrij namque hac anſâ captatâ, ſplendide lætoque animo pro Chriſto mortem oppetiit.

EVSEBIVS ECCLESIATICÆ Hiſtoriæ lib. 4. cap 10.

Ioanne Chriſtophorſonio interprete.

HYgino poſt quartum Pontificatûs ſui annum decedente è vitâ, Pius Romanæ Eccleſiæ procurationem obtinet: Apud Alexandriam, vbi Eumenes decem & tres annos integros adminiſtrationis ſuæ conpleuerat, Marcus Paſtor & Epiſcopus declaratur: qui decem annos eo munere perfunctus, mortem obit, & Celadion Alexandrinæ Eccleſiæ ſuſcipit gubernationem. In vrbe Româ, Pio ad decimumquintum pontificatûs ſui annum mortem oppetente, Anicetus illius Eccleſiæ miniſterio præficitur. Cuius temporibus, *Hegeſippus*, ſe Romam contuliſſe narrat: ibidemque vſque eo manſiſſe, quoad Eleutherus Pontifex crearetur.

D H

Quibus quidem temporibus, Ivstinvs philoſophi habitu, tum verbum Dei prædicando, tum ſcriptis pro fide acriter concertando, magna famæ celebritate enituit. Qui in libro quem contra Marcionem ſcripſit, memorat eo ipſo tempore quo eum librum contexit, vitam Marcioni ſuppetiiſſe. Ita enim loquitur: *Marcion quidam Ponticus, qui adhuc ſuperſtes eſt, eos qui eius obſequuntur ſententiæ, alium quendam nominare maiorem Deum, quam mundi opificem, docet: atque etiam dæmonum ope adiutus, permultos ex vniuerſo hominum genere inducit, vt loquantur blaſphemias, & Deum vniuerſi fabricatorem, Chriſti patrem eſſe pernegent; aliumque quemdam præter iſtum, tanquam longe potentiorem, mundum iſtum condidiſſe aſſerant. Atque omnes certe, qui ex iſtorum ſcholâ profecti ſunt, Chriſtiani, vt diximus, nuncupantur, idque eo modo quo philoſophorum ſectæ & decreta: quæ quidem tametſi minime ſint communia, illis tamen commune philoſophiæ nomen ſemper tributum eſt.* Iis etiam adiungit: *Contra omnes hæreſes quæ antehac inter homines vagatæ ſunt, eſt opus a nobis editum: quod quidem ſi ti-*

detur, vobis perlegendum trademus. Conſtat item eundem Iuſtinum, tum contra Gentiles librum, accuratiſſimè lucubraſſe, tum alios nonnullos, qui Apologiam pro noſtra fide continent, compoſuiſſe: quos imperatori Antonino, cognomento Pio, & Senatui Rom, dedicauit. Etenim Romæ eſt id temporis commoratus. Atque in eadem Apologia qui ſit, quo genere, & quo loco natus, explicat his verbis: *Imperatori Tito Ælio Adriano Antonino Pio, Cæſari Auguſto; & Veriſſimo filio adoptiuo Philoſopho, & Lucio Philoſophi Cæſaris natura filio; & Pij adoptiuo, humanioris literaturæ fautori, ſacroſancto etiam Senatui, & P. Rom, pro his qui ex vniuerſo hominum genere immerito & iniuſtè rapiuntur in odium, ignominiiſque vexantur, Iuſtinus Priſci Baccky filius, ex gente Flauia Neapolis vrbis Syriæ Paleſtinæ, vnus ex illorum numero, ſupplex obnixis precibus hanc meam petitionem offero.* [Et aliquanto poſt, lib.4. cap. 15.] Temporibus iiſdem IVSTINVS, de quo paulo ante mentio facta eſt, vbi ſecundum librum, quem pro religionis noſtræ defenſione edidit, Imperatoribus ſupra citatis dedicauerat, perdito Creſcentis Philoſophi Cynici conatu (qui quidem caninæ & appellationis & profeſſionis cognomen, quod ſibi ipſe impoſuerat, vitâ vere & moribus exprimebat) aſtutè propterea illi parantis inſidias, quod ſæpenumero in diſceptatione multis audientibus, eum coarguiſſet, tandem pro veritatis, quam tam ſtrenuè ſemper propugnaſſet, per glorioſum martyrium eximiam vitæ æternæ coronam conſecutus eſt. Quod quidem ille ipſe, qui veritatis ſemper ſtudioſiſſimus fuit, in Apologia ſua, quam dudum commemorauimus, prope ſicut erat de eo futurum, mente & cogitatione præcipiens, his ipſis verbis ſatis perſpicuè declarat: *Equidem exſpecto vt vel ab aliquo iſtorum qui nomine ſolum philoſophi ſunt, vitæ meæ parentur inſidiæ, & fuſte conquaſſatus obterar, vel à Creſcente ſaltem non Philoſopho, id eſt ſapientiæ ſtudioſo, ſed Philocompo, id eſt auido inanis gloriæ. Non enim philoſophus dici meretur, qui Chriſtianos velut impios inſimulat, eoſque illarum rerum populum reos agit, quarum ipſe prorſus ignarus ſit; hocque eo moliens, quo ſolum deſiderio & voluntati imperitæ multitudinis, quam ipſe ne ſui ſimiles errore caruerunt, ſatisfaciat. Quod ſi, cum Chriſti doctrinam non perlegerit, in nos tam nequiter incurſet, omnino nequam eſt, plebeiis imperitiſque hominibus (qui maxima ex parte precauent, ne de his quæ non norint, vel temere diſceptent, vel falſa teſtimonia dicant) multo plane deterior. Si vero, cum perlegerit, magnum in illis & abditum myſterium non intelligat, aut cum intellexerit, ne veniat in ſuſpicionem quod eius religionis ſit, hæc agat, eſt multo plane ignauior & nequior: qui quidem imperitâ ac temerariâ vulgi opinione & inani metu victus, tam turpiter ſuccumbit ceditque. Me autem multas quæſtiones illi proponentem, multaque ab eo ſciſcitantem, tandem perſpexiſſe, planéque deprehendiſſe eum reuera nihil ſcire, velim vobis certo eſſe perſuaſum. Et quod vera dico, ſi minus ſermonis noſtri congreſſus & colloquia ad vos hactenus relata fuerint, paratus equidem ſum, coram vobis denuo cum illo de his quæ ab illo rogabam diſputare. Atque iſtam diſputationem audire, non erit à veſtra regia & auguſta maieſtate alienum. Verum ſi vobis tum quæſtiones a me propoſitæ, tum illius ad eaſdem reſponſa exploratè cognita & perſpecta ſint, ſatis perſpicuè intelligere poteritis, eum aut noſtræ religionis ne verbum quidem ſcire, aut, ſi ſciat ille quidem, non tamen propter auditores audeat dicere, non Philoſophum (vt antea dixi) id eſt ſtudioſum ſapientiæ, ſed Philodoxum, hoc eſt, inanis gloriæ appetentem eſſe, manifeſto coargui; quippe ne Socraticam quidem differendi rationem, quæ ſane non parui facienda eſt, vlla ex parte ſequi voluerit.* Hæc Iuſtinus. Quod autem ſecundum illius prædicationem, Creſcentis inſidiis appetitus mortem obierit, TATIANVS vir plane cum primo ætatis ſuæ tempore Græcis diſciplinis deditus, tum in iiſdem poſtea non exiguam gloriæ amplitudinem aſſecutus, qui quidem plurima monumenta ſcriptis prodita ad Gentiles componebat, ſic fere commemorat: *Iuſtinus omnium admiratione cum primis eximius, rectè quidem effatus eſt, eos quos dixi philoſophos latronibus ſimiles eſſe.* Deinde vbi alia quædam de eodem hominum genere retulit, iſta addit: *Creſcens quidem, qui in magna illa eximiaque vrbe domicilium ſuum collocauerat, ſicut omnes nefario puerorum concubitu ſuperauit, ſic auaritia quoque admodum deditus fuit: qui, cum alios ad mortem contemnendam eſſet cohortatus, ipſe eandem admodum extimuit: adeo vt Iuſtinum propterea quod dum veritatem prædicare ſtudebat, philoſophos helluones & veteratores eſſe coarguiſſet, morte, tanquam aliquo magno malo, circumuenire laboraret.* Iuſtini vero martyrij (vt docuimus) talis cauſa perhibetur: qui quidem in priore ſua etiam Apologia, antequam martyrij certamen, quod obierat, commemorat, aliorum qui ante illum martyrium perpeſſi fuiſſent, facit mentionem: atque adeo iſta, quæ ſequuntur,) quæ plane ad noſtrum inſtitutum non parum accommodata putamus) narrat hoc modo: *Mulier quædam cuidam viro magnâ laſciuiâ diffluenti, in matrimonium data fuit: quæ quamquã iam antea eodem intemperantiæ vitio contaminata erat, tamen ſimul ac Chriſti doctrina ac præceptis erat erudita, non ſolum ipſa cœpit valde moderatè & temperãter ſe gerere, ſed viro etiam perſuadere, vt ſimiliter ſe temperãtiæ & vitæ modeſtiæ dederet: doctrinæ præcepta, quæ didicerat, ei referre, commonſtrareq; ſupplicium his qui neq; temperatè, neque rectâ ratione vitam degunt, perpetuo & æterno igne infligendum. At ille eiſdem libidinis veſtigiis inſiſtens, ſuorum improbè factorum turpitudine, vxoris animum abs ſe penitus abalienauit. Nam hæc, cum in eodem lecto cum viro, qui contra naturæ legem, atque adeo contra ius faſque omne, toto pectore (vt dicitur) omnes omnino voluptatis vias inſiſtare pergebat, de reliquo cubare nefas duceret, cupiebat, lege coniugij rupta, ab illo ſeparari. At poſtquam ab amicis qui conſilium dederunt, vt adhuc cum eo perſeueraret, perinde ac vir iam ſpem quandam ſuæ vitæ commutandæ oſtentaret, diſſuaſa, deque ſententia depulſa eſt: & inuita ſeipſam comprimens, ad tempus commorata. Cæterum vbi eius vir Alexandriam profectus, ſe maioribus ſceleribus obſtringere nuntiabatur, illa, ne ſcelerum & flagitiorum ab eo impiè admiſſorum, ſi in coniugio perſtaret, particeps & ſocia fieret, (præſertim cum non victus ſolum eſſet, ſed tori etiam conſors) dato ei libello repudij, (ſic enim appellamus) penitus ab illo diſceſſit. Honeſtus ille ſcilicet & bonus eius maritus, (quem plane magnam lætitiam eo capere oportuerat, quod non modo eius vxor ſua prauè facta, quæ olim ebrietate & quouis vitiorum genere effuſè exſultans, cum ſeruis & mercenariis conſueuiſſet alacri animo & prompto conſciſcere, omnino exuiſſet, ſed etiam eum eadem moliémem vehementer eſſet hortata, vt prorſus deſiſteret) honeſtus ille (inquam) maritus, cum eius repudiaſſet conſilium, eam diſcedere cupientem grauiter apud tuam Maieſtatem accuſauit, & Chriſtianam eſſe aſſeruit. Vnde illa quidem tibi, qui noſtri imperium geris, querelæ libellum obtulit; primum obteſtata, vt ſibi ſuæ rei familiaris diſpenſandæ poteſtas permitteretur. Qua quidem ordine ſemel diſpoſita, pollicita eſt ſe deinceps ei tuam obiecto reſponſuram. Quod quidẽ ei facile conceſſiſti. Ille autem, qui eius aliquando maritus fuiſſet, cum nihil poſſet amplius in præſentia contra eam dicere, in Ptolemæum quendam eius in ſacris literis magiſtrum (quem Vrbicius præfectus graui afficiebat ſupplicio) omnem ſuam maleuolentiam transfudit: idque hac arte & fallacia Centurioni amico ſuo, perſuaſit vt Ptolemæum ſeorſum prehenſum vel hoc vnum interrogaret, verum eſſet Chriſtianus nécne. Atque Ptolemæum, vtpote veritatis fautorem, qui animum neque fraude neque mendaciis aliquando inquinauiſſet, cum ſe Chriſtianum ingenue eſſet confeſſus, Centurio in carcerem denuo compegit, & longo temporis ſpatio in ea cuſtodia illum grauiter & acerbè afflictauit. Tandem vero cum Ptolemæus ad Vrbicium adduceretur, & ſimiliter iſtud ſolum rogaretur ab eo, eſſétne Chriſtianus annon: ipſe rectè factorum conſcientiâ fretus, ob amorem quo Chriſti doctrinam complectebatur, eximium diuinæ religionis quam profitebatur myſterium liberè denuo confeſſus eſt. Qui enim negat ſe eſſe, quem ſe profiteatur eſſe; aut certè*

A *negat quia profeſſionem ipſam improbet; aut eam confiteri recuſat, quia ſibi conſcius ſit, ſe vitam indignam illa profeſſione, & ab eius inſtitutis longè alienam traduxiſſe. Quorum neutrum in verè Chriſtianum aliquando poterit incidere. Vrbicium autem, cum illum ad ſupplicium abduci præcepiſſet, Lucius quidam (qui etiam Chriſtianus erat) cum iudicium adeo temerè & inconſideratè factum intelligeret, ſic compellat: Quid cauſa eſt cur hominem, qui neque adulterium neque ſtuprum cuiquam intulerit, neque homicida, neque fur, neque expilator ſit, neque quidquam denique ſceleris conſciuiſſe deprehenſus fuerit, ſed ſolum Chriſtiani nomen apertè confeſſum, tantâ pœnâ mulctare ſtatueris? Crede mihi Vrbici, neque Imperatori pro decôra & conuenientia, neque Philoſopho Cæſaris filio digna, neque ſacro Senatui congrua decernis. Tum ille, nullo alio dato reſponſo, ſic Lucium alloquitur: Tu etiam, vt mihi videris, ex eo numero es. Quod cum Lucius conſtanter aſſeueraſſet, illum itidem in cruciatum abripi mandauit.*
B *Iſte per magnam ſe ei debere gratiam fatebatur: nam ita ſe non iniquis ſolum & improbis eiuſmodi dominis liberatum fore dixit, ſed etiam ad bonum patrem, & clementem regem Deum rectà profecturum. Alius præterea tertius his interueniens, ad idem ſupplicium ſubeundum adiudicatus eſt.* Quibus ſanè Iuſtinus aptè & congruenter, eas voces quas iamdudum memorauimus, adiungit: *Et ipſe equidem exſpecto vt ab aliquo iſtorum, qui nomine dumtaxat philoſophi ſunt, vitæ meæ parentur inſidiæ*, & quæ ſequuntur. Hic Iuſtinus multa ſane & præclara ſui ingenij ſacrarum litterarum cognitione accuratè informati, & in iiſdem valde diligenter exercitati, monumenta nobis reliquit, eaque certè plena vtilitatis & commodi cuiuſque generis. Ad quæ quidem ſtudioſos quoſque mittemus, ſimulatque ex illis ea tantummodo quæ ad noſtram notitiam peruenerint, ad legentium vtilitatem percenſuerimus. Eſt vnus quidam illius liber Antonino cognomento Pio, liberis eius, & Senatui Rom. dedicatus, qui noſtræ religionis & inſtitutorum propugnationem
C complectitur. Alter autem qui ſecundam pro fide noſtra continet *Apologiam*: quem eius Imperatoris, quem diximus, ſucceſſori & gentili, Antonino Vero (cuius tempora in præſentia perſequimur) obtulit. Alius item libellus eſt contra Gentiles ab eo editus; in quo vbi de multis rebus, quæ tum apud nos, tum apud Gentiles Philoſophos quæri ſoleant, longum ſermonem habuit, tandem de dæmonum natura diſſerit: quæ iam oratione explicare non eſt opus. Aliud præterea eius opus contra Gentiles ſcriptum, in manus noſtras peruenit, quod *Elenchum* inſcripſit. Et præter iſta, eſt aliud *De Dei monarchia*: quam non ſolum teſtimoniis ex ſacris litteris, quæ apud nos ſunt, ſed etiam ex gentilium libris peritis firmè comprobat. Aliud cuius inſcriptionem fecit *Pſaltem*: Alius porro *De Anima* commentarius, in quo variis poſitis quæſtionibus, de argumento quod inſtituit, Græcorum philoſophorum opiniones citat: quibus tum ſe reſponſurum, tum ſuam ipſius ſententiam alio libro ſeparatim in idem argumentum ſcripto explanaturum
D pollicetur. *Diſputationem* præterea *aduerſus Iudæos* contexuit, quam in vrbe Epheſo cum Tryphone Hebræorum id temporis facile præſtantiſſimo habuerat: in quo non ſolum qua ratione diuina gratia ipſum ad veræ fidei doctrinam impuliſſet, ſed etiam quam ardenti ſtudio antea in Philoſophorum diſciplinas ſe penitus inſinuaſſet, & quantum denique ſtudium operamque in veritate accuratiſſimè peruestiganda poſuiſſet, perſpicuè docet. In eodem etiam libro narrat de Iudæis, quo pacto inſidias ad Chriſti doctrinam oppugnandam comparauiſſent; atque in Thryphonem, tanquam earum rerum cauſam & auctorem grauiter inuehitur, ad hunc modum: *Non ſolum vos veſtrorum improbè factorum, quæ patraſtis, non pœnituit, ſed viros tandem ab Hieruſalem ad hoc ipſum delectos in omnes terræ oras emiſiſtis, qui palam dicerent, ſectam quandam impiorum Chriſtianorum nuper exortam eſſe; aliaque recenſerent, quæ qui nos noſtramque vitæ rationem omnino ignorent, nobis tanquam probra obijciant. Quare non ſolum vobis ipſis, ſed omnino etiam omnibus*

E *aliis hominibus damnum attuliſſe videmini.* Scribit præterea quomodo ad ſua ipſius vſque tempora dona prophetiæ in Eccleſia elucerent, meminit item Ioannis Apocalypſis, eamque apoſtoli eſſe vere affirmat. In Tryphone item coarguendo de quibuſdam prophetarum teſtimoniis mentionem facit, quæ Iudæi è Scriptura penitus exemiſſent. Complures aliæ inter nonnullos fratres exſtant illius lucubrationes. Eius ſcripta tam magno æſtimabantur à veteribus, tamque videbantur probata, vt Irenæus eius libenter citet teſtimonia. Ac primum in quarto libro contra hæreſes, hæc ipſa inculcat: *Præclarè Iuſtinus in libro quem ſcripſit contra Marcionem, Ne ipſi quidem Domino ſe fidem adhibiturum ſi alium Deum præter ipſum mundi fabricatorem ei denuntiaret.* Deinde in quinto libro eiuſdem argumenti, iis fere verbis non inſcitè loquitur Iuſtinus, quod *ante Domini aduentum, Satanas nunquam probra in Deum & contumelias iacere audebat: quippe nondum ſuam ipſius condemnationem pro certo nouerat.* Atque iſta hoc loco neceſſario explicata ſint, ad ſtudioſos quoſque diligenter cohortandos, vti huius libros cum primis amplexentur recolantque. Sed de hoc ſcriptore hactenus.

Cap.
Cap.
F

SANCTVS HIERONYMVS
In illuſtribus Eccleſiæ ſcriptoribus.

IVſtinus philoſophus, habitu quoque philoſophorum incedens, de Neapoli vrbe Palæſtinæ, patre Priſco Bacchio, pro religione Chriſti plurimum laborauit, in tantum vt Antonino [quoque] Pio, & filiis eius, & ſenatui librum contra Gentes ſcriptum daret, ignominiamque crucis non erubeſceret; & alium librum ſucceſſoribus eiuſdem Antonini, M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo. Exſtat eius & aliud volumen contra Gentes; vbi de dæmonum quoque natura diſputat: & quartum aduerſus Gentes, cui titulum prænotauit ἔλεγχος, G
ſed & alium De monarchia Dei, & alium librum quem prænotauit Pſaltem: & alium De Anima: & Dialogum contra Iudæos, quem habuit aduerſus Tryphonem principem Iudæorum, ſed & contra Marcionem inſignia volumina: quorum Irenæus quoque in quinto aduerſus hæreſes libro meminit: & alium librum contra omnes hæreſes; cuius facit mentionem in Apologetico quem dedit Antonino Pio. Hic quum in vrbe Roma haberet τὰς διατριβὰς, & Creſcentem Cynicum, quia multa aduerſum Chriſtianos blaſphemabat, redargueret guloſum, & mortis timidum, luxuriæque & libidinum ſectatorem, ad extremum ſtudio eius & inſidiis accuſatus quod Chriſtianus eſſet, pro Chriſto ſanguinem fudit.

EPIPHANIVS PANARII
Libro I. Tomo III. Contra XXVI. (Seu XLVI.) hæreſim Tatianorum. H

AC primum quidem, vt qui è Græcorum diſciplina eſſet, floruit (Tatianus ſc.) cum Iuſtino philoſopho, viro ſancto & Dei amante; qui è Samaritis in Chriſtum credebat. Hic enim IVSTINVS, Samaritanus genere, Chriſti fidem amplexus, ac magnopere in ea exercitatus, tum multiplici virtutis ſpecimine per vitam edito, tandem martyrij pro Chriſto perfectam coronam meritus eſt in territorio Romano, Ruſtico præſide, Adriano Imperatore, annum agens xxx. (*vel potius* L.) in conſtanti ætatis gradu.

EX EVSEBII CHRONICO.

[Anno Chriſti CXLIV. Antonini Pij anno IV.] Iuſtinus Philoſophus librum pro noſtra religione conſcriptum Antonino tradidit. [Anno Chriſti CLIII. Antonini

Pij xiii.] Creſcens Cynicus agnoſcitur ; qui Iuſtino, noſtri dogmatis philoſopho, qui ſe guloſum & præuaricatorem philoſophiæ coarguebat, perſecutionem ſuſcitauit : in qua ille glorioſè pro Chriſto ſanguinem fudit.

EX ANASTASII BIBLIOTHECARII Eccleſiaſtica Hiſtoria.

IVSTINI PHILOSOPHI MARTYRIS OB SERMONE PRIMO AD ANTONINVM IMPERATOREM PRO CHRISTIANIS: Poſt aſcenſionem Domini in cœlos, propoſuerunt Dæmones homines quoſdam, dicentes ſe eſſe Deos, qui non ſolum minime repulſi ſunt à vobis, ſed & meruerunt honores. SIMONEM quemdam Samaritanum : qui fuit de caſtello qui dicebatur Gizio: qui ſub Claudio Cæſare per operantem dæmonum artem, virtutes magicas faciens, in vrbe veſtra regia Roma, Deus exiſtimabatur, & ſtatua à vobis vt Deus honoratur, in Tiberi flumine inter duos pontes, habens ſuperſcriptionem Latinam hanc ; SIMONI DEO SANCTO, & pœne omnes quidem Samaritani, pauci autem etiam in aliis gentibus, tanquam primum Deum illum confitentes adorant. *Et aliquanto poſt:* MVNDI anno M.OCXXX. Diuinæ incarnationis CXXX. *Titus Antoninus*, cognomento *Pius*, cum filiis imperat. IVSTINVS philoſophus pro recti ſermonis noſtri ratione librum Apologeticum Aotonino porrexit. Per tempora ſane *Hygini* & *Pij* Romanorum epiſcoporum vſque ad Anicetum *Valentinus* & *Cerdo* auctores *Marcionis* hæreſeos, apud vrbem Romam fuiſſe noſcuntur. *Arrianus* philoſophus Nicomedienſis prætor agnoſcitur : nec non & *Maximus* Tyrius, *Apollonius* Stoicus Chalcedonius, *Baſilides* Scythopolitanus, iſti etiam magiſtri Veriſſimi Cæſaris extiterunt. *Creſcens* cynicus philoſophus, IVSTINO diuino philoſopho noſtro martyrij mortem conſtruxit, redargutus ab eo canini latratus.

Locus ex PAVLI OROSII *lib. 7. cap. 15. ad Marci epiſtolam de Chriſtianis pertinens, quæ in fine Apologiæ infra cæteris addita eſt.*

Bellum Marcomanicum prouidentiâ Dei adminiſtratum eſſe, quum pluribus argumentis, tum præcipuè epiſtolâ grauiſſimi ac modeſtiſſimi Imperatoris apertiſſimè declaratum eſt. Nam quum inſurrexiſſent gentes immanitate barbaræ, multitudine innumerabiles, hoc eſt Marcomani, Quadi, Vandali, Sarmatæ, Sueui, atque omnis pene Germania, & in Quadorum vſque fines progreſſus exercitus, circumuentuſque ab hoſtibus, propter aquarum penuriam, potius ſitis quam hoſtis periculum ſuſtineret, ad inuocationem nominis Chriſti, quam ſubito magnâ fidei conſtantiâ quidam milites effuſi in preces palam fecerunt, tanta vis pluuiæ effuſa eſt, vt Romanos quidem largiſſime ac ſine iniuria refecerit, barbaros autem crebris fulminum ictibus perterritos, præſertim cum plurimi eorum occiderentur, in fugam coëgerit : quorum terga Romani vſque ad internecionem cædentes, glorioſiſſimam victoriam, & omnium pene antiquorum titulis præferendam, rudi paruoque militum numero, ſed potentiſſimo Chriſti auxilio, reportarunt. Exſtare etiam nunc apud pleroſque dicuntur litteræ Imperatoris Antonini, vbi inuocatione nominis Chriſti per milites Chriſtianos, & ſitim illam depulſam, & collatam fatetur fuiſſe victoriam.

EX PLINII SECVNDI Epiſtolarum lib. x. litteræ minus clementes.

Plinius Traiano de Chriſtianis.

SOlemne eſt mihi, Domine omnia, de quibus dubito, ad te referre. Quis enim poteſt meliùs vel cunctationem meam regere, vel ignorantiam inſtruere? Cognitionibus de CHRISTIANIS interfui nunquam : ideo neſcio E quid & quatenus aut puniri ſoleat, aut quæri. Nec mediocriter hæſitaui, ſit ne aliquod diſcrimen ætatum, an quamlibet teneri nihil robuſtioribus differant, deturne pœnitentiæ venia, an ei qui omnino Chriſtianus fuit, deſiiſſe non proſit, nomen ipſum, etiam ſi flagitiis careat, an flagitia cohærenti nomini puniantur. Interim iis qui ad me tanquam Chriſtiani deferebantur, hunc ſum ſecutus modum. Interrogaui ipſos, an eſſent Chriſtiani : confitentes, iterum ac tertio interrogaui, ſupplicium minatus : perſeuerantes duci iuſſi. Neque enim dubitabam, qualecunque eſſet quod faterentur, pertinaciam certè & inflexibilem obſtinationem debere puniri. Fuerunt alij ſimilis amentiæ ; quos, quia ciues Romani erant, adnotaui, in vrbem remittendos. Mox ipſo tractatu, vt fieri ſolet, diffundente ſe crimine, plures ſpecies inciderunt. Propoſitus eſt libellus ſine auctore, multorum nomina continens: F qui negant ſe eſſe Chriſtianos aut fuiſſe, cum præeunte me Deos appellarent, & imagini tuæ, quam propter hoc iuſſeram cum ſimulacris numinum adferri, thure ac vino ſupplicarent, præterea maledicereot Chriſto, (quorum nihil cogi poſſe dicuntur qui ſunt reuera Chriſtiani) dimittendos putaui. Alij ab indice nominati, eſſe ſe Chriſtianos dixerunt, & mox negauerunt ; fuiſſe quidem, ſed deſiiſſe : quidam ante triennium, quidam ante plureis annos, non nemo etiam ante viginti quoque. Omnes & imaginem tuam, deorumque ſimulacra venerati ſunt : ij & Chriſto maledixerunt. Adfirmabant autem hanc fuiſſe ſummam, vel culpæ ſuæ, vel erroris, quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem conuenire, carmenque Chriſto quaſi Deo dicere ſecum inuicem, ſeque ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati negarent, quibus peractis, morem ſibi diſcedendi fuiſſe, ruſuſque coeundi ad capiendum cibum, promiſcuum tamen, & innoxium, quod ipſum facere deſiiſſe poſt G edictum meum, quo ſecundum mandata tua hæterias eſſe vetueram. Quo magis neceſſarium credidi, ex duabus ancillis, quæ miniſtræ dicebantur, quid eſſet veri & per tormenta quærere. Sed nihil aliud inueni, quam ſuperſtitionem prauam, & immodicam. Ideoque dilata cognitione, ad conſulendum te decucurri. Viſa eſt enim mihi res digna conſultatione, maxime propter periclitantium numerum. Multi enim omnis ætatis, omnis ordinis, vtriuſque ſexûs etiam vocantur in periculum, & vocabuntur. Neque enim ciuitates tantum, ſed vicos etiam atque agros ſuperſtitionis iſtius contagio peruagata eſt : quæ videtur ſiſti & corrigi poſſe. Certè ſatis conſtat, prope iam deſolata templa cœpiſſe celebrari, & ſacra ſolemnia diu intermiſſa repeti, paſſimque venire victimas, quarum adhuc rariſſimus emptor inueniebatur, ex quo facile eſt opinari, quæ turba hominum emendari poſſit, ſi ſit pœnitentiæ locus.

Traianus Plinio.

H Actum quem debuiſti, mi Secunde, in excutiendis cauſis eorum qui CHRISTIANI ad te delati fueraot, ſecutus es. Neque enim in vniuerſum aliquid, quod quaſi certam formam habeat, conſtitui poteſt. Conquirendi non ſunt : ſi deferantur & arguantur, puniendi ſunt: ita tamen, vt, qui negauerit ſe Chriſtianum eſſe, idque re ipſa manifeſtum fecerit, id eſt ſupplicando diis noſtris, quamuis ſuſpectus in præteritum fuerit, veniam ex pœnitentia impetret. Sine auctore vero propoſiti libelli, nullo crimine locum habere debent, nam & peſſimi exempli, nec noſtri ſæculi eſt.

Vide Euſebij Chronicon, anno Chriſti CX. *Traiani* X. Traiano aduerſus Chriſtianos perſecutionem mouente, Simon filius Cleophæ qui Hieroſolymis epiſcopatū tenebat, crucifigitur : cui ſuccedit Iuſtus. Ignatius quoque Antiochenæ eccleſiæ epiſcopus Romam perductus, beſtiis traditur : poſt quem tertius conſtituitur epiſcopus Hero. Plinius Secundus, cum quandam prouinciam re-

A geret, & in magiſtratu ſuo plurimos Chriſtianorum interfeciſſet, multitudine eorum perterritus, quæſiuit è Trajano quid facto opus eſſet, omntians ei, Præter obſtinationem non ſacrificandi, & antelucanos cœtus ad canendum cuidam Chriſto [vt] Deo nihil apud eos reperiri. Præterea ad confœderandam diſciplinam, vetari ab eis homicidia, furta, adulteria, latrocinia, & his ſimilia. Ad quæ commotus Trajanus reſcribit, hoc genus quidem inquirendos non eſſe; oblatos vero puniri oportere. Refert Tertullianus in Apologetico. *Auguſtinus de ciuitate Dei lib. 18. cap. 52. tertiam hanc perſecutionem computari tradit.*

CONTENTA IN OPERIBVS S. Iuſtini Ordiniſque ac cenſuræ ratio, Per Fridericum Sylburgium.

B

Paræneſis ad Græcos.
Oratio ad Græcos.
Apologia pro Chriſtianis ad S.P.Q.R.
Apologia pro Chriſtianis II. ad Antoninum Pium, Imp. Rom.
De Monarchiâ Dei.
¶ Ariſtotelicorum quorundam dogmatum euerſio.
¶ V. Quæſtiones ad Græcos, cum Græcorum reſponſione, & Reſponſionis illius confutatione.
¶ Appendix ad Græcos: qua & Ariſtotelis & aliorum philoſophorum dogmata quædam confutantur.
¶ Quæſtiones Græcanicæ ad Chriſtianos de Incorporeo, de Deo, de Reſurrectione mortuorum.
Ad quæſtiones illas reſponſio Chriſtiana.
Reſponſio de Reſurrectione mortuorum.
C Dialogus cum Tryphone Iudæorum tunc temporis facile principe Epheſi per biduum pro Chriſtianâ religione habitus.
¶ Expoſitio rectæ Fidei, ſeu rectæ Confeſſionis, de ſanctâ & conſubſtantiali Deitatis Trinitate.
¶ Quæſtionum ſiue Dubitationum CXLVI. ſolutio ad Orthodoxos.
Epiſtola ad Diognetum, Parænetica.
Epiſtola ad Zenam & Serenum, Ethica.
A Leontio Hieroſolymitano & Euthymio Zigabeno citata loca è libro de S. Trinitate.

IN noſtra hac editione viſum eſt primo loco ea ponere quæ ſunt ad Græcos ſeu Gentiles, primùm omnes in genere, deinde ad ſummum magiſtratum, tertio ad Philoſophos. Secundo loco dedimus illuſtrem illam Diſputationem in clariſſimâ Aſiæ vrbe Epheſo cum Iudaicæ Syngogæ principe Tryphone toto biduo pro Chriſtianæ religionis veritate continuatam. Tertio loco ea retulimus quæ propriè ad Chriſtianos ſunt conſcripta: & in calcem duas Paræneſes ad priuatos, reiecimus. Prius D autem ad Græcos quam contra Iudæos ab Iuſtino ſcriptum fuiſſe, cum per ſe probabile eſt, tum ab ipſomet confirmatur in certamine cum Tryphone vbi ſuæ ad Cæſarem Apologiæ meminit: & ruſum in epiſtola ad Zenam & Serenum. Immo & prolixiorem librum de diſputatione cum Tryphone habitâ ſe conſcripturum pollicetur in eodem Dialogo. Sed volumen contra omnes quæ fuerunt hæreſes, a ſe compoſitum idemmet teſtatur Iuſtinus in Apologia poſteriore ad Antoninum Pium: ſeque id oblaturum promittit, ſi legere Imperator velit. Meminit etiam epiſtolæ, a ſe ad Papam ſcriptæ. Sed hæc ad nos non peruenerunt, vt nec Pſaltes, nec liber de Animâ, nec volumina contra Marcionem, quæ ab Euſebio & Hieronymo ipſi adſcribuntur. Nec multum abſimilis ordo eſt quem cum eodem Euſebio & Hieronymo in ſcriptis Iuſtini recenſendis ſecutus eſt Honorius Auguſtodunenſis Presbyter in libello de Luminaribus Eccleſiæ, ſiue de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Ibi enim, *Iuſtinus*, inquit, *Philoſophus de Neapoli vrbe Paleſtinæ, patre* E *Priſco Bacchio, ſcripſit libros quatuor pro religione Chriſti contra Gentes, & vnum de Monarchiâ Dei, & vnum quem prænotauit Pſalten, & vnum de Anima, & Dialogum contra Iudæos, & inſignia volumina contra Marcionem, & librum contra omnes hæreſes.* Vbi cum quatuor libros pro religione Chriſtiana contra Gentes nominat Honorius, intelligit primùm duas Apologias ad Senatum & Imperatores Romanos, deinde duas ſiue Apologias ſiue Paræneſes ad Gentes: quarum prior inter alia diſputationem habuit de Dæmonum naturâ; poſterior, ordine quarta, ἐλέγχου inſcripta fuit; vt idem Hieronymus refert ex Euſebio, & confirmat Tatianus. Sed cum in noſtris duabus, à quibus nos editionis fecimus initium, neque de dæmonibus exſtet diſputatio, neque ἐλέγχου titulus viſatur, dubium eſt, titulorumne ſit facta mutatio, an alias quaſpiam ad Græcos Apologias Euſebius & Hieronymus intellexerint, addit enim Euſebius Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 4. πλεῖστα καὶ ἕτερα φέρεσθαι παρὰ πολλοῖς ἀδελφοῖς τῶν Ἰουστίνου πόνων. F Quamobrem & Photius in ſuis de Iuſtino collectaneis, præter eos quos modo ex Euſebio, Hieronymo, & Honorio enumeraui tractatus, duas alias Iuſtino tribuit πραγματείας, nempe primum contra Ariſtotelem de Materiâ, de Formâ, de Priuatione, de Quinto corpore ſeu Quinto elemento, de motu ſempiterno: deinde *Dubitationum quæ contra Chriſtianam religionem mouentur breues ac per ſumma duntaxat capita deductas ſolutiones*: ac ruſum Hieronymus in Eccleſiaſticorum Scriptorum Catalogo, Ioannis Apocalypſin interpretatos eſſe Iuſtinum Martyrem & Irenæum, auctor eſt. Voluminis autem aduerſus hæreſes, meminit etiam Tertullianus libro aduerſus Valentinianos, his verbis: *Nec vndique dicemur*, inquit, *ipſi nobis finxiſſe materias: quas tot iam viri ſanctitate & præſtantiâ inſignes, nec ſolum noſtri anteceſſores, ſed ipſorum hæreſiarcharum contemporales, inſtructiſſimis voluminibus & prodiderunt & retulerunt, vt Iuſtinus Philoſophus & martyr, vt Miltiades Eccleſiarum ſophiſta, vt Irenæus omnium doctrinarum curioſiſſimus explorator*, G *vt Proculus noſtra virginis ſenecta, & Chriſtianæ eloquentiæ dignitas, quos in omni opere fidei, quemadmodum in iſto, optauerim aſſequi.* Hæc igitur ſunt quæ partim à vetuſtioribus Euſebio & Hieronymo, partim à recentioribus Photio & Honorio ad Iuſtinum referuntur. Itaque ſi noſtra hæc expendamus accuratius, etſi omnia & ſingula Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος titulum præferunt, de nonnullis tamen, an ſint Iuſtini veteris, non abs re dubitauerimus. *De Ariſtotelicorum dogmatum euerſione* quæ Perionio ſuſpicionem mouerint, in Annotationibus eius expoſitū eſt. Qui tractatus ſi vocatur in dubium, multo ſuſpectior eſt *Appendix eius, & Reſponſio ad Quæſtiones de Incorporeo, ac Deo, de Reſurrectione mortuorum.* Sanè quinque illas *Quæſtiones cum Græcorum reſponſione, reſponſioniſque illius confutatione*, Iuſtini genuinas non eſſe, cum ſtilus arguit, tum Manichææ hæreſeos taxatio, quæ annis circiter CXXX. poſt Iuſtinum exorta eſt, vt ante nos annotatum etiam a Perionio. *Reſponſiones ad Orthodoxos* multa paſſim ſuſpectas reddunt, H quomodo enim in illas competit Irenæi, Origenis, Manichæorumq; citatio, qui aliquot tēporum interuallis Iuſtinum ſunt ſecuti? cur locutio iſta, ὁ ἀγέννητος Θεὸς, ὁ γεννητὸς Χριστὸς, ὁ δεσπότης κύριος, in his tantummodo Quæſtionum libris inuenitur, in cæteris non item? quæ cum in Theodoreto quoque legantur, at non in Clemente, vt ex aliis nonnullis, ita ex his colligere liceat, circa Theodoreti tempora vel ab alio Iuſtino hæc ſcripta eſſe, vel, vt eò acceptabiliora eſſent, Iuſtini nomine inſcripta, aut, ſi qua ſecundum Photium ex his ſunt Iuſtini veteris, neceſſe eſt ab alio quopiam recentiore interpolata eſſe, cum eodem pene iſti omnia ſtylo ſint exarata. *Libri de Recta fide, ſeu de S. Trinitate*, meminit quidem Leontius Hieroſolymitanus & Euthymius Zigabenus, vt ſuo loco docui, ſed mirum eſt nec a Photio, nec ab Honorio, Hieronymove aut Euſebio, mentionem eius fieri, cum illis temporibus multum ad certamina de S. Trinitate conferre potuiſſet Iuſtini auctoritas. Hæc & alia huiuſmodi, vt Perionio, ita & mihi dubitationem de illis iniecerunt, feceruntque vt

notam eis præfigendam exiſtimauerim. Nolim tamen hæc eò à quopiam rapi, quaſi ego certi quidpiam hic definiam, ſed iis ad quos præcipuè de talibus iudicare pertinet, omnem de his permitto calculum; libenter & auditurus & ſecuturus, ſi certius aliquid edocebor, nam vt dubitare in aliquibus licitum eſt, ita claris demonſtrationibus refragari, peruicax obſtinatio eſt.

EX BELLARMINO DE Scriptoribus Eccleſiaſticis.

POſt Apoſtolica tempora primus eorum, quorum ſcripta ad nos peruenerunt, videtur eſſe ſanctus Iuſtinus Philoſophus & Martyr. Floruit enim temporibus Antonini Pij, & ſucceſſorum eius Marci Aurelij, & Lucij Veri; & in Apologiâ ad Imp. & Senatum, populúmque Romanum, ſcribit, numerari eo tempore annos 150. à Chriſti natiuitate.

Opera eius multa recenſentur ab Euſeb. lib. 4. hiſt. c. 17. & à S. Hieronymo in lib. de Script. Eccleſ. quorum operum aliqua non extant, & quædam etiam extant, quorum illi non meminerunt. Hæc igitur Iuſtini opera nunc feruntur.

Dialogus cum Tryphone Iudæo Epheſi habitus.
Apologia ad Senatum Romanum.
Apologia altera ad Imp. Antoninum Pium.
Oratio parenetica ad Gentes.
De Monarchiâ.
Expoſitio fidei, ſiue de rectâ confeſſione.
Epiſtola ad Zenam & Serenum.
Interrogationes, ſiue quæſtiones poſitæ gentibus, & gentium ad eas reſponſiones, earumque refutationes.
Interrogationes, ſiue quæſtiones gentium poſitæ, Chriſtianis, & ad eas reſponſiones.
Refutatio quorundam Ariſtotelis dogmatum.

Et quidem de primis quinque libris, quorum Euſebius, & Hieronymus meminerunt non videtur poſſe dubitari. Sciendum eſt autem Apologiam priorem, vt in noſtris libris habemus, reipsâ eſſe poſteriorem, & non ad Senatum datam, vt noſtri libri habent, ſed ad Marcum & Lucium Imperatoris Pij ſucceſſores, vt apertè colligitur ex Euſebio, & Hieronymo locis citatis: ſed fefellit noſtros, quia Apologia prior caret initio, & ideo non potuit cognoſci ad quem, vel ad quos directa eſſet.

Liber de expoſitione fidei, ſiue de confeſſione rectæ fidei, cuiuſcumque ſit, inſignis liber eſt, & Iuſtino auctore dignus. Ambigo tamen an eius ſit, primò, quia veteres eius non meminerunt. Secundò, quia ſtylus videtur eſſe diuerſus à ſtylo Iuſtini. Tertiò, quoniam multo apertiùs, & diſtinctiùs diſſerit de myſteriis Trinitatis, & Incarnationis, quam ſcriptores eius ſæculi facere ſoleat.

De epiſtolâ ad Zenam & Serenum idipſum cenſeo.

De libro quæſtionum quinque gentibus à Chriſtianis poſitarum, facilè iudicari poteſt, eum librum non eſſe Iuſtini; quod in eo ſæpe fiat mentio Manichæorum, quos poſt mortem Iuſtini exortos eſſe conſtat. Idem iudicium fieri poteſt de quæſtionibus 146. quas gentes Chriſtianis poſuerunt: nam quæſt. 82. & 86. citatur Origenes, & quæſt. 115. citatur Irenæus, & Martyr appellatur: cùm tamen Iuſtinus vtroque antiquior fuerit: nam ipſe etiam Irenæus lib. 5. Iuſtinum Martyrem adducit, tanquam ſe antiquiorem.

De reprehenſione dogmatum Ariſtotelis, meminit Photius in Bibliothecâ; neque extat euidens indicium falſitatis, ideo nihil habeo quod dicam.

N O T A.

Longe plura adhuc poteris obſeruare ad elucidationem operum S. Iuſtini apud P. Halloix S. I. Tomo II. Scriptorum Eccleſiæ Orientalis, vbi multa congeſſit fragmenta operum deperditorum eiuſdem ſancti, & præcipue libri de Reſurrectione pag. 299.

SANCTI IVSTINI, Philoſophi & Martyris, ad Græcos ſiue gentiles Cohortatoria oratio.

COHORTATIONEM apud vos, viri Græci, inſtituens, Deum oro, vt & mihi ea dicendi, quæ opus eſt, ſuppeditet facultas; & vobis priſtino contentionis ſtudio relicto; maiorúmque errore abiecto, quæ vtilia ſunt, in præſentiâ eligendi poteſtas: nihil vos in maiores veſtros commiſſuros eſſe exiſtimantibus, ſi diuerſa quæ ſint ab illorum non rectè conceptis opinionibus, nunc commodiora vobis eſſe cenſueritis. Accurata namque rerum inquiſitio perſæpe ea quoque quæ recta iudicata ſunt, exactiore examine veritatis adhibito, longe aliter ſe habere oſtendit. Itaque cum conſtitutum nobis ſit, de verâ religione dicere, qua nihil prius atque præſtabilius, vt equidem puto, eſſe arbitrantur, qui vitam ſibi extra periculum omne agendam ſtatuerunt, propter futurum poſt huius vitæ finem iudicium: (quod certè equidem non modo maiores noſtri, diuini homines prophetæ & legiſlatores; verum etiam qui apud vos habiti ſunt ſapientes, Poëtæ ſimul & Philoſophi, veram atque diuinam ſe ſcientiam aſſequutos eſſe profeſſi, deprædicant) rectè me facturum eſſe putaui, ſi primum & noſtræ & veſtræ religionis auctores ſcrutarer, qui illi tandem, quales, & quibus extiterint temporibus: vt cum illi percepto nunc erroris ſenſu, qui falsò cognominatæ religionis cultum à maioribus acceperunt, ex eiuſmodi veteri expediantur fraude & ſeductione: tum vero liquidò & manifeſtè declaretur, diuinorum nos maiorum ſacra ſequi, & pietatem. Quos igitur, viri Græci, religionis veſtræ allegatis doctores; Poëtáſne? Verum id minimè vobis facere proderit apud homines quibus res poëticæ cognitæ ſunt. Norunt enim illi ridiculam maximè, quæ à poëtis refertur, θεογονίαν, id eſt deorum procreationem; ſicuti eam nobis à ſummo Poëtarum veſtrorum Homero diſcere licet. Primum ſiquidem is deorum generationem ex aquâ initium ſumpſiſſe dicit, ita enim ſcribit;

Oceanumque deûm patrem, Tethymque parentem.

Deinde neceſſarium quoque eſt, quæ idem de principe, ſicuti ab eis cenſetur, Deo dicat, *patrem* eum ſæpenumero vocans, *hominúmque Deúmque*, ſubiicere, inquit enim:

Humano generi bellorum Iupiter auctor.

Hunc ſanè non tantum copiis militaribus auctorem belli, ſed Troianis etiam, per filiam eius, periurij cauſam facit: eundémque amantem, quiritantem, reliquorúmque deorum inſidias experientem Homerus inducit, nunc quidem de filio ipſum ſuo dicentem:

Eheu, ſupra homines nobis Sarpedona cunctos
Dilectum, dextera Patrocli Parca peremit.

nunc autem de Hectore,

O Dij, carum hominem fugientem mœnia circum
Vrgeri video, trepidat mœrore meum cor.

Quæ vero de aliorum deorum aduerſus Iouem ſtructis inſidiis memoret, intelligunt qui verſus hoſce legunt:

Illum cum reliqui vellent vincire catenis
Cælicolæ, Iuno, Neptunus, & ipſa Minerua.

Ac niſi quem Briarea vocant Dij, extimuiſſent beata illa numina, vinctus ab eis fuiſſet Iupiter. Enimuerò quæ etiam de impotentibus Iouis amoribus Homerus canat, peropus eſt nobis per Iouis ipſius, quæ apud eum ad Iunonem ſuam facit, exponere verba:

Non me tantus amor diffuſus pectore toto
Vſſit, ſiue dea, mortalis ſiue puella:
Non Ixionia cum coniugis igne calerem,

A *Non Danaes forma præſtabilis Acriſiona.*
Non cum Phœnicis præclari filia pulchra,
Non Semele Grauis, Alemeniane cognita Thebis;
Non regina Ceres plexis ornata capillis,
Non Latona mihi, non cùm tu Iuno placeres,
Quanta nunc in te mea corda libidine flagrant.

Quæ porro de aliis ibidem diis ex Homeri poëmate cognoſcere liceat, & quæ ab hominibus illi pertulerint, conſentaneum nunc eſt vt commemoremus. Nam Martem & Venerem à Diomede vulnera accepiſſe ait; & præterea multorum aliorum deorum ærumnas recenſet, quas à Dione filiam conſolante diſcere poſſumus. Eam enim ſic illa alloquitur:

Quantumuis iuſto, mea filia, parce dolori.
Namque à terrigenis diui permulta tulere,
Damna alia ex aliis cumulantes, probraque probris
Vincula ſuſtinuit Mauors, cum carcere cæco
Otus Aloides illum, fraterque Ephialtes,
B *Duriter incluſum, totum tenuere per annum.*
Amphitryoniada ferit Saturnia Iuno
Telo icta ex arcu acceptum tulit vbere vulnus
In dextro, & luctum mærens tolerauit acerbum.
Huius & ipſe viri celerem virtute ſagittam
Emiſſam multà, ad portam perſenſit apertam,
Mortales inter functos vaſtiſſimus Orcus.
Ille domos diuûm & magnum conſcendit Olympum,
Sollicitus animum curis perculſus; at ingens
Telum humero fixum cruciabat corda dolore.

Si vero cæterorum quoque deorum commiſſam inter ipſos pugnam referre vobis oporteat, ipſe hoc veſter Poëta fecerit, dicens:

Acris pugna deûm magno eſt exerta tumultu.
Aduerſus regis Neptuni namque tridentem
Conſtitit aligeris inſtructus Apollo ſagittis:
Gradiuum contra patrem Tritonia Pallas.
Iunoni ſeſe oppoſuit ſoror inclyta Phœbi
Arcitenens, aureis & gaudens Cynthia telis:
C *Latonæ magno ſeruator Altante creatus.*

Hæc & eiuſmodi alia de diis Homerus docuit: & non ſolum Homerus, ſed etiam Heſiodus. Quocirca, ſi fidem ſummis apud vos Poëtis habetis, qui genealogias etiam & proſapias deorum veſtrorum ediderunt, vt vel tales eos fuiſſe exiſtimetis, vel prorſus deos non fuiſſe credatis, neceſſe eſt. Sin Poëtas allegare non vultis, quoniam & fabulas fingendi poteſtatem eis eſſe, & multa de diis à vero aliena fabuloſè eos referre affirmatis: quos tandem alios religionis veſtræ magiſtros eſſe arbitramini, & quomodo eam illos addidiciſſe dicitis; Fieri enim minimè poteſt, vt qui non prius ex peritis cognouerint, res tam magnas & diuinas intelligant. Sapientes ſcilicet & ſapientiæ ſtudioſos Philoſophos omnino allegabitis; quod ad hos veluti murum firmum confugere ſoleatis, ſi quis vobis Poëtarum de diis memoret opiniones. Quapropter cum à vetuſtis & primariis initium ſumere conueniat, incipiens inde opinionem cuiuſque exponam, quæ multò ſit quam Poëtarum theologia atque de diis
D doctrina ridiculoſior. Thales ſiquidem Mileſius, primus naturalis philoſophiæ auctor, rerum omnium principium aquam eſſe cenſuit. Ex aquâ namque ait omnia exiſtere, & in aquam reſolui omnia. Poſt hunc Anaximander, Mileti & ipſe ortus, Infinitatem principium vniuerſi eſſe dixit, ex hac enim generari omnia, & in hanc omnia abire. Tertius, Anaximenes, & ipſe Mileſius, ex aëre omnia fieri, & in hunc deſinere omnia dixit. Heraclitus [ſicut Hippaſus] Metapontinus, cauſam omnium rerum ignem eſſe aſſeuerat. Ex igne namque omnia creari, & in ignem omnia exitu ſuo conuerti. Anaxagoras Clazomenius principia vniuerſorum Homœomerias, hoc eſt, particulas inter ſe ſimiles, ſiue ſimilaritates, eſſe ait. Archelaüs Apollodori Athenienſis, aërem infinitum, & quæ circa eum ſunt, denſitatem & raritatem, vniuerſarum rerum principium eſſe aſſerit. Omnes iſti à Thalete ſucceſſionem ducentes, naturalem, ſicuti ipſi nominant, philoſophiam excoluere. Deinceps porro ab origine alia Pythagoras Mneſarchi filius. Samius, principia dicit eſſe numeros, eorumque ſymmetrias, id eſt, accommodatas proportiones: & quæ ex his conſtant harmonias, hoc eſt concentus atque cohærentias; & ex vtriſque compoſita elementa: nec non monadem ſiue vnitatem, & dyadem ſiue dualitatem indefinitam. Epicurus Neoclis Athenienſis, principia rerum vult eſſe corpora ratione ſpectabilia, vacui expertia, & ſolida, corruptioni non obnoxia, quæ neque contundi frangique queant, neque fictionem ex partibus admittant, quæque non alterentur; ac propterea ratione tantum comprehendantur. Empedocles Metonis F. Agrigentinus, quatuor elementa, ignem, aërem; aquam, terram: & duas primarias virtutes, amicitiam & diſſidium: quarum altera vnioni, altera diſſenſioni inſeruiat. Videtis ergo eorum confuſionem, qui apud vos iudicati ſunt fuiſſe ſapientes, religionis veſtræ (ſicuti dicitis) doctorum. Horum quippe alij ortum rerum omnium aquam eſſe decernunt: alij aërem, alij ignem, alij aliud quidquam eorum quæ recenſuimus. Et ſinguli horum omnium oratione artificioſâ, ad perſuadendum comparatâ, eorum quæ perperam ſtatuerunt, aſtruendorum cauſâ vtuntur, opinionem ſuam præſtabiliorem aliis declarare connitentes. Atque hæc quidem ab illis ſunt dicta. Quî vero tutum fuerit, viri Græci, eos qui ſe ſaluos eſſe cupiunt, exiſtimare ab illis ſe religionem veram addiſcere poſſe, qui perſuadere ſibi nequeunt, ne inter ſe diſſideant, néve alius ſententiâ ſuâ ab alio diuerſus eſſe appareat? Sed enim fortaſſe qui priſco & inueterato iſti errori renuntiare nolunt, non à prædictis hiſce ſe rationem religionis accepiſſe dixerint, ſed ab eis qui virtute illuſtres & perfecti maxime habiti ſint inter philoſophos, Platone & Ariſtotele; hos enim abſolutam ac veram religionem conſequutos eſſe aiunt. Ego verò primum perquam libenter iſta dicentes interrogauerim, vnde illi edocti ſcientiam hanc acceperint. Impoſſibile enim eſt, eum qui à peritis ipſe non didicerit res tam magnas & diuinas, nedum alios rectè docere, ſed ne ipſum quidem ſcite poſſe. Deinde opiniones etiam horum vt expendantur, peropus eſſe arbitror. Comperiemus namque, an non & vterque iſtorum contraria alter alteri dicere videatur. Quod ſi & ipſos minùs inter ſe conſentire inuenerimus, facile eorum quoque ignorationem manifeſtam cognoſcemus. Etenim Plato, perinde ac ſi cælitus deſcenderit, atque ea quæ ſurſum ſunt accuratè didicerit, ac peruiderit omnia, ſummum Deum in igneâ eſſentiâ eſſe dicit. Ariſtoteles autem, in eo quod ad Alexandrum Macedonem ſcripſit opere, compendioſè philoſophiæ ſuæ exponit rationem & finem, clarè & diſertè Platonis abrogat opinionem, non in ignea ſubſtantiâ Deum eſſe inquiens; ſed quintum quoddam æthereum & immutabile corpus fingens, ibi Deum eſſe ait, quapropter ita ſcripſit: *Non, quemadmodum nonnulli de diuinitate hallucinantes, in ignea eſſentia Deum eſſe aſſerunt.* Deinde veluti maledicto hoc in Platonem effuſo non contentus, quem Plato è ciuitate ſuâ quaſi mendacem & tertium veritatis imaginum (ſicut ipſe dixit) imitatorem eiecit Homerum, ad ea demonſtranda, quæ à ſe H
de æthereo corpore ſunt dicta, teſtem laudat: ſcribit enim: *Ad hunc ergo modum & Homerus ait;*

Sorte Ioui ceſſit in nube & in æthere cœlum:

opinionem ille quidem ſuam credibilem eſſe probare & declarare volens Homeri teſtimonio, interim tamen ignorans, dum Homero, vt dictis ſuis veri fidem adſtruat, teſte vtitur, multas ſe illius ſententias falſi arguere. Thales namque Mileſius, qui primus apud illos philoſophari cœpit, occaſione & obtentu ab ipſo Homero ſumpto primarias eius de principiis abolebit opiniones. Cùm enim Ariſtoteles primordia rerum omnium Deum & materiam eſſe dicat, antiquiſſimus philoſophorum omnium Thales ipſe originem rerum aquam eſſe cenſet; nam ex aquâ ait conſtare omnia, atque in aquam diſſolui omnia: duplici coniecturâ ductus: prima, quod genitura animantium omnium principium & cauſa, humida eſt: ſecunda, quod plantæ omnes humore & fouentur & fructificant, humore autem deſtitutæ, exareſcunt. Exinde,

quaſi coniecturæ iſtæ ſatis non eſſent, Homerum inſuper vt idoocum teſtem citat, ita dicentem.

Oceanum rerum, genuit qui cuncta, parentem.

Quomodo igitur Thales non rectè verbis hiſce ad illum vtatur? Qua de cauſâ ô Ariſtoteles, Platoois inducere atque abolere ſententias volens, Homero quaſi veridico inniteris: cum autem nos contrariam tibi promulgamus opinionem, Homerum minus vera dicere arbitraris? Quod verò & in aliis rebus, qui in maximâ apud vos ſunt admiratione, ſapientes iſti non cooſentire videantur, ex eo facile eſt cognoſcere. Plato principia vniuerſi eſſe affirmat Deum, Materiam & Ideam. Deum quidem, conditorem omnium: materiam aotem primariæ rerum genitarum geoerationi ſubiaceorem, & cauſam occaſionémque Deo creationis præbentem: Ideam porrò creaturæ cuiuſque exemplar. Ariſtoteles Ideæ quidem tanquam principij haud quaquam meminit: duo verò principia, Deum & materiam, eſſe dicit. Rurſum Platone principem Deum & Ideas in primo ſupremi cœli, eoque immobili orbe, collocaote: Ariſtoteles ſecundum principium Deum, non Ideas, ſed intelligentiâ cognoſcibiles deos quoſdam facit. Ad hunc nimirum illi modum de rebus cœleſtibus inter ſe diſſident. Itaque ſcire conuenit, qui noſtra hæc in terris cognoſcere nequeunt, quin etiam de iis inter ſe contendunt: non idoneos eos eſſe, vt de cœleſtibus verba facientes, fidem mereantur. Nam quod ne de humaoâ quidem hîc animâ conſona eorum ſit oratio, ex vtriuſque de ea dictis ſatis apparet. Plato tres eius partes eſſe ait: rationis, iracundiæ, & cupidinis: Ariſtoteles vero, non tam communem, latéque patentem, quatenus etiam particulæ in eâ corruptioni ſubiectæ comprehendantur, animam: & proinde rationalem tantum eſſe dicit. Et Plato, omnem animam immortalem eſſe clamat: Contra Ariſtoteles, *Entelechiam* eam nominans (hoc eſt continuatam, vt Cicero interpretatur, quandam & perennem motionem: ſiue, vt alij exponunt, actum & perfectionem, adeóque perfecti habitum) non immortalem, ſed mortalem eſſe vult. Ille, eam continenter moueri: hic, immobilem eſſe aſſerit, motioni omni præeuntem. Verum enimverò non tantum in hiſce diuerſa alter ab altero ſentire coarguitur: ſed etiam ſi quis diligentius ſcripta eorum inſpicere velit, ſibimetipſis illi in opinionibus ſuis non ſatis conſtant. Plato ipſe aliquando tria principia rerum omnium conſtituit; Deum, Materiam, & Ideam: aliquando quatuor: adiicit enim Animam vniuerſalem. Idem vbi materiam ingenitam eſſe profeſſus eſt, genitam eandem poſtea dicit. Et vbi antea Ideæ proprium attribuit ortum, & per ſeipſam conſtitiſſe (ſeu ſubſtantiatam eſſe) cenſuit, deinde in mentis intelligentiis eam ipſam eſſe ait. Præterea vbi omne quod genitum ſit, corruptioni ſubiectum eſſe ſtatuit, ex genitis quædam poſthac à diſſolutione & interitu libera eſſe poſſe, dixit. Quænam igitur afferri poteſt cauſa, vt qui apud vos reputati ſunt ſapientes, non tantom inter ſe mutuo non ſint factionibus conflictati, verum ſibi ipſis etiam per ſe noo repugnarint? Quod ſcilicet non à peritis diſcere voluerint, ſed ſeipſos humanæ mentis ſoæ ſolertiâ, cœleſtia clarè peruidere poſſe confiſi fueriot, cùm ne terrena quidem perſpicere quiuerint. Sic ſanè animam humanam nonnulli apud vos Philoſophi in nobis, alij autem circa nos eſſe dicunt. Tantum verò abeſt vt ſibi de hoc inter ſe conuenire voluerint, vt ignorantiâ quodammodo plurifariam diuiſâ, de animâ etiam decertandum, & diſſidiis inuicem digladiandum eſſe duxerint. Nam quidam eorum animam ignem eſſe aſſeuerant: quidam alij aërem, alij mentem, alij motionem, alij exhalationem, nonnulli vero vim ab aſtris defluentem: quidam numerum mouendi poteſtatem obtinentem: alij aquam genitalem. In ſummâ, confuſa quædam & diſcors eſt apud eos opinio: quæ vno ſaltem nomine viris recto iudicio præditis laudanda videtur, quod eis illud propoſitum ſit ſtudium, vt ſe inuicem hallucinari, minimèque vera afferre arguant & conuincant. Quocirca cum veri nihil de religione à Doctoribus veſtris percipi poſſe conſtet, & idoneum ſatis documentum vobis ignorationis ipſi ſuæ, per diſſidentes inter ſe factiones exhibuerint: reliquum eſſe opinor, vt ad maiores noſtros reuertamur, qui & magiſtros veſtros longo tempore anteuerterunt, & nihil non de ſuis ipſorum cogitationibus & placitis docuerunt: minimè ipſi mutuis diſſenſionibus inuicem conflictantes, aut alij aliorum dicta euertere in animum inducentes: quippe qui omni contentionis ſtudio & factionum diſſidio liberi, ſicuti à Deo acceperunt, ita nobis doctrinam tradiderunt. Neque enim vel naturâ vel ingenio humano res tam ſublimes & diuinas hôminibus cognitione aſſequi eſt poſſibile: ſed eo quod tum cælitus in viros ſanctos deſcendit, gratuito opus eſt dono. Qui viri nihil indiguere arte dicendi, neque eis opus fuit vt quidquam rixæ cootentioniſve agerent cupiditate: ſed vt tantummodo puros ſeipſos diuini Spiritus operationi præberent: atque ita diuinum è cœlo plectrum deſcendens, quaſi inſtrumento quopiam citharæ alicuius vel lyræ viris iuſtis vtens, diuinarum nobis & cœleſtium rerum cognitionem reuelaret. Quamobrem tanquam ore & linguâ vnâ de Deo, de mundo condito, de hominis creatione, de animæ humanæ immortalitate, de futuro poſt hanc vitam iudicio, & de omnibus quæ nos ſcire opus eſt, conſentaneo & conuenienti inter ſe conſenſu docuerunt. Atque hoc ſic illi nobis variis & temporum & locorum interuallis diſſiti, diuinâ diſciplinâ tradendâ præſtiterunt. Itaque à primo apud nos prophetâ & legiſlatore Moſe incipiam: vbi prius, quibus ille extiterit temporibus, idoneo omnino à vobis petito teſtimonio, expoſuero. Non enim ex diuinis tantum hiſtoriis noſtris hæc probare aggredior, quibus vos nondum, propter inueteratum in animis veſtris maiorum veſtrorum errorem, fidem adhibere vultis: ſed ex veſtratum etiam, nihil ad religionem noſtram pertinentium litterarum monumentis: vt intelligatis, omnibus veſtris ſiue Sapientibus, ſiue Poëtis, ſiue Hiſtoricis, ſiue Philoſophis & Legiſlatoribus, multo antiquiorem fuiſſe, primum religionis noſtræ doctorem Moſen, ſicuti nobis Græcæ declarant hiſtoriæ. Nam circa Ogygis & Inachi tempora, quos nonnulli veſtrorum hominum terrigénas fuiſſe ſunt opinati, Moſæ illæ meminerunt, tanquam ducis & principis Iudaicæ gentis. Ita enim Polemon in Græcanicarum rerum primo ſcribit libro, & Apion Poſidonij, in ſuo aduerſus Iudæos Commentario: atque is itidem in quarto hiſtoriarum libro dicit, regnante apud Argiuos Inacho, ab Ægypti rege Amaſide receſſiſſe Iudæos, quibus Moſes præfuit, ſuffragatur omnibus iſtis Ptolemæus Mendeſius, qui res Ægyptias ſcripſit; tum autem & qui Athenienſium geſta memoriæ mandarunt, Hellanicus & Philochorus, cuius Attici ſunt libri: item Caſtor, & Thallus, & Alexaoder Polyiſtor ſiue multiſcius: atque inſuper ſapientiſſimi illi, Philo & Ioſephus, qui Iudaicas res ſcribentes, vt admodum vetuſti & antiqui Iudæorum principis Moſæ faciunt mentionem. Ipſe certè Ioſephus vetuſtatem rerum, per ipſorum librorum inſcriptionem ſignificare volens, hiſtoriam exorſus ita ſcripſit: *Flauij Ioſephi Antiquitatum Iudaicarum libri*: vt vetuſtatem hiſtoriæ Antiquitatum nomine deſignaret. Et qui apud vos hiſtoricorum omnium illuſtriſſimus eſt Diodorus, qui Bibliothecas in compendium redegit, & triginta totis annis, quemadmodum ipſe ſcriptum reliquit, Aſiam & Europam propter exquiſitam diligentiam peragrauit, ſpectatórque rerum plurimarum fuit, quadraginta integris hiſtoriæ ſuæ editis libris, poſtquam in primo teſtatus eſt, in Ægypto ſe ex Sacerdotibus didiciſſe, priſcum admodum atque adeò primum Legiſlatorem fuiſſe Moſen, Ita de eo verbis hiſce ſcripſit: *Secundum veterem in quæ in Ægypto fuit, vitæ inſtitutionem, quæ fabulis ſub Diis & Heroib. fuiſſe perhibetur, multitudini primum vt ſcriptis legibus vteretur & viueret perſuaſiſſe ferunt Moſen, virum & animi magnitudine, & vitæ commoditate commendatiſſimum.* Paululum deinceps progreſſus, ac veterum legiſlatorum mentionem inferre volens, primi Moſæ meminit. ſic namque ad verbum inquit: *Apud Iudæos quidem Moſen, Dei nomine cohoneſtatum: ſiue quod admirandam & planè diuinam mentem eius eſſe*

homines

homines indicauerint, magno multitudini futuram vſui: ſeu quod ad excellentem dignitatem & virtutem eorum qui leges inueniſſe dicerentur, plebem reſpicientem magis in officio parendi fore ſint arbitrati. Secundum verò Ægyptium legiſlatorem fuiſſe aiunt Sauchnim (ſiue Saſochim) prudentiâ alijs anteſtantem hominem. Tertium porrò memorant Seſonchoſim (ſiue Seſoſtrim) regem: qui cum res omnium eorum qui in Ægypto fuere, præclariſſimas bello geſſit, tum etiam gentem bellicoſam legibus latis ſtabiliuit. Quartus dehinc legiſlator fuiſſe dicitur Bocchoris (ſeu Vocchoris) rex ſapiens, & apprimè callidus. Poſt hunc memoriæ proditum eſt, Amaſim regem ad leges ferendas animum adieciſſe: quem ſcribunt nomarchas ſeu præfectos locorum, & omnem publicam adminiſtrationem Ægypti ordinaſſe. Sextum tandem ferunt, Xerxis patrem Darium leges dediſſe Ægyptiis. Hæc ſunt, viri Græci, quæ de Moſæ vetuſtate externi & à religione noſtra alieni homines hiſtorias ſcribentes tradiderunt: omnia iſta ſe ab Ægyptiis ſacerdotibus accepiſſe profeſſi: apud quos non natus ſolum, ſed etiam qui omni Ægyptiorum diſciplina imbueretur, dignus habitus eſt: propterea quod à regis filia in filij locum fuerit adoptatus. per quam itidem cauſam magno eſt edoctus ſtudio: quemadmodum in litteras retulerunt ſapientiſſimi hiſtoriographi, qui ſibi de vita eius & rebus geſtis generiſque ſplendore ſcribendi prouinciam ſumpſere, Philon & Ioſephus. Hi ſiquidem, Iudæorum res memoriæ mandantes à Chaldæis Moſen originem traxiſſe ſcribunt. Maiores quippe eius, per famis cauſam è Phœnicia in Ægyptum tranſiiſſe, atque ibi virum eum genitum eſſe memorant: quem Deus ob præſtantem ipſius virtutem honore auctum, principem, imperatorem, & legiſlatorem genti ſuæ præpoſuit, cum ex Ægypto Hebræorum multitudinem in regionem ſuam reuerti iuſtum & æquum eſſe duxit. Huic primum Deus, quod cælitus in ſanctos homines illabitur, diuinum & propheticum exhibuit donum: & primum illum religionis noſtræ doctorem inſtituit, ac deinceps ſecundum hunc, & reliquos prophetas, qui ipſi quoque idem cum eo ſunt conſequuti donum, & eadem nobis de rebus eiſdem tradiderunt. Hoſce nos ſacri cultûs noſtri auctores fuiſſe dicimus: qui nihil nos de humana ſententia ſua, ſed de cœleſti à Deo eis conceſſa gratia, omnia docuerunt. At vos, quando propter receptum patrum veſtrorum errorem, hiſce minime obſequendum eſſe putatis: quos tandem ſacrorum veſtrorum idoneos commodoſque magiſtros allegatis? Fieri enim nequiquam poteſt, ſicuti ſæpius dixi, vt res tam magnas & diuinas, qui non prius à ſcientibus acceperint, vel ipſi intelligant, vel alios rectè docere queant. Sedenim cum ex prædictis liquido pateat, res Philoſophorum veſtrorum ignorantiæ omnis itque fraudis ſeductioniſque videri plenas, relictis poſthac omnino Philoſophis, quemadmodum antea Poetis, ad oraculorum conſugietis [illegible] quoſdam dicere audiui. Quapropter [illegible] duxi, quæ antehac apud vos de eis quoſdam [illegible] ea nunc in tempore vobis [illegible] Cor[illegible] enim [illegible], ſicut vos ipſi narratis, oraculum veſtrum, quem [illegible] pij & religioſi homines, [illegible] dictis:

Soli [illegible], & Iudæi Apollo,
[illegible] Deumque colentes.

Quoniam igitur [illegible] veſtris verum vos cognoſcere poſſe [illegible] de vita Moſæ à ſacro cultu noſtro [illegible] hominibus ſcriptas legitis, & ex Chaldæorum [illegible] Hebræorum ſiue Iudæorum genere ortum Moſen, & prophetas [illegible] intelligitis: non incredibile eſſe arbitramur, virum qui & ex religioſorum pioſumque hominum gente prognatus [illegible] maiorum ſuorum religione, vitæ moruumque [illegible] colendæ, ſpectatus ſit, tam ingenti iſto dono à Deo honoratum, & principem prophetarum omnium deſignatum eſt. Neceſſarium autem eſſe [illegible] tempora inquirere, quibus veſtri vixere philoſophi: vt recens admodum & breue intelligatis eſſe, quod illos vobis tulit, tempus: ita enim facile quoque vobis erit Moſæ vetuſtatem noſſe. Ne verò de temporibus verba faciens, tempus extrahere, pluribus vtens probationibus, videar: ſatis eſſe dico, rem paucis oſtendere: Socrates Platonis, Plato Ariſtotelis fuit præceptor. Hi autem Philippi & Alexandri Macedonis floruere temporibus, quibus & Athenienſes oratores; ſicuti clarè nobis hoc indicant etiam Demoſthenis aduerſus Philippum ſcriptæ orationes. Quod verò & Ariſtoteles cum Alexandro, regni eius adminiſtrationis tempore fuerit, qui Alexandri res geſtas conſcripſerunt hiſtorici, abundè teſtantur. Vndequaque ergo cognitu facilè eſt, multò antiquiorem eſſe externis hiſtoriis omnibus Moſæ noſtri hiſtoriam. Atqui ne hoc quidem vos ignorare decet, nihil quidquam ante Olympiades à Græcis accuratè ſcriptum eſſe: neque extare ſcripturam vllam veterem, in quam res aliqua Græcorum vel Barbarorum ſit relata, ſola verò tum & prima prophetæ Moſæ extitit hiſtoria, quâ afflatu diuino ille Hebraicis compoſuit litteris. Græcorum enim nondum extabant, pro eo atque ipſi etiam litterarum magiſtri aſſerunt, Cadmum eas primum è Phœnice allatas Græcis tradidiſſe docentes. Quin & Plato ipſe, philoſophorum princeps, poſterius inuentas eſſe teſtatur, inducit enim in Timæo, ſapientum ſapientiſſimum Solonem ex Ægypto reuerſum, Critiæ dicentem, audiſſe ſe Ægyptium quendam ſacerdotem, non admodum ſenem, ita ſecum agentem: *O Solon Solon, vos Græci, pueri ſemper eſtis: neque quiſquam eſt Græcus ſenex. Deinde rurſum; Adoleſcentes, inquit, animo eſtis omnes: nullam enim in eo per auditionem veterum, habetis ſententiam priſcam, neque aliquam propter temporis diuturnitatem canis obſitam doctrinam: nec animaduertitis, eos qui ſubinde à caſibus fatalibus ſunt ſuperſtites, ætatibus multis ſine litteris mutos diem ſuum obire.* Proinde ſcite conuenit, omnem hiſtoriam & doctrinam Græcorum poſterius inuentis eorum litteris eſſe conſcriptam. Ac ſi quis vel Poetarum veterum, vel Legiſlatorum, vel Hiſtoricorum, vel Philoſophorum, vel Oratorum meminiſſe velit: comperiet tamen illos, libros ſuos Græcorum compoſuiſſe litteris. Quod ſi quis aſſeueret, Moſæ quoque & aliorum prophetarum ſcripta Græcis edita eſſe litteris: ex hiſtoriarum externarum lectione is diſcet, Ægypti regem Ptolemæum bibliothecam Alexandriæ inſtituiſſe, & vndecumque libris comportatis compleuiſſe: eundemque, vbi cognouiſſet, antiquos libros, Hebræorum conſcriptos litteris, diligenter aſſeruari, cognoſcere ea ſcripta volentem, Septuaginta ſapientibus viris Græcæ ſimul & Hebraicæ linguæ peritis, vertendorum interpretationem eorum librorum laborem demandaſſe, ab ipſis vſque Hieroſolymis accitis. Atque vt illi extra omnem turbam conſtituti, primo quoque tempore interpretationem abſoluerent, non in vrbe ipſa, ſed ſeptem ab ea ſtadiis, vbi Pharos extructa eſt, pari cum interpretibus numero domunculas extrui præcepiſſe, vt ſigillatim pro ſe quiſque interpretationem perficeret. illa quoque curis, qui operam ei dare iuſſi fuerant, mandata, vt omnibus quidem modis ipſis inſeruirent, à congreſſu autem illos mutuo prohiberent; quo exquiſita interpretationis veritas ex ipſorum etiam conſenſu cognoſci poſſet. Et cognito, Septuaginta iſtos viros non ſolum eadem ſententia, verum etiam iiſdem eſſe verbis in tranſlatione vſos, ac ne vna quidem dictione alium ab alio diſſenſiſſe, ſed vſque adeo eadem de eiſdem omnia conſcripſiſſe; admiratione attonitum, cum diuina virtute interpretationem abſolutam eſſe credentem, tum omni honore dignos illos, vt Dei amatores, & viciſſim Deo caros viros iudicantem, cum muneribus multis in patriam ſuam redire iuſſiſſe, ac libros, ita vt par erat, exoſculatum eſſe & Deo conſecratos in bibliotheca ibi repoſuiſſe. Hæc vobis, viri Græci non vt fabulam neque vt confictam hiſtoriam renuntiamus: ſed qui ipſi Alexandriæ fuerimus, & veſtigia domuncularum apud Pharum adhuc reliqua viderimus: ab incolis, qui res patrias à maioribus per manus ſibi traditas acceperunt audierimus commemoramus: quæ ex aliis quoque (aliqua ex parte) intelligere poteſtis, ex potiſſimum ex eis qui iſta ſcriptis [illegible], ſapientibus & ſpectatis viris, Philone

& Ioſepho, & pluribus aliis. At ſi quis eorum qui temerè contradicere conſueuerunt, nobis obiiciat, non noſtros hos eſſe, ſed Iudæorum libros, eo quod ad hoc vſque tempus in ſynagogis eorum aſſeruentur: & per vanitatem nos iactare, religionem ex eis hauſiſſe dicat: is ſcire debet, ex rebus ipſis quæ in libros hoſce ſunt relatæ, non ad Iudæos, verum ad nos Chriſtianos doctrinam eorum pertinere. Nam quod etiam nunc apud Iudæos, pietatis noſtræ libri aſſeruantur, diuinæ id de nobis opus eſt prouidentiæ, ne enim ex Eccleſia eos proferentes, occaſionem quaſi ſuppoſiti à nobis aut corrupti ſint, maledictis nos inceſſere volentibus præbeamus, ex illorum Synagoga producimus: vt ex ipſis hucvſque apud eos conſeruatis libris ad nos noſtramque doctrinam à ſanctis viris edita iura liquido & manifeſto pertinere appareat. Peropus igitur eſt, vos, viri Græci, futura proſpicientes, & ab omnibus non modo religioſis, ſed profanis quoque deprædicatum iudicium intuentes, haudquaquam maiorum veſtrorum necdum ſatis diſquiſito errori inhærere: neque ſi quid illi hallucinantes vobis per manus tradiderunt, id pro vero habere: verum ob oculos vobis ipſos tam graue ſpe atque exſpectatione excidendi periculum ponentes, etiam atque etiam in ea quoque quæ ab ipſis veſtris, quemadmodum vos dicitis, magiſtris ſunt dicta, diligenter & accuratè inquirere. Multa namque & illi per diuinam de hominibus ſuſceptam prouidentiam, vel ingratiis coacti ſunt de nobis & pro nobis dicere: atque illi maximè, qui in Ægypto fuere, atque è Moſæ maiorumque eius pietate & religione aliquam perceperunt vtilitatem. Non etenim veſtrum aliquos latere puto, Diodori & cæterorum, qui hæc literarum monumentis mandarunt, quandoquidem ſtudioſe hiſtorias legentes, Orpheum, & Homerum, & Solonem qui Athenienſibus leges ſcripſit, & Pythagoram, & Platonem, & nonnullos alios qui Ægyptum adierunt, & Moſæ libris adiuti ſunt, poſtea eis quæ antehac falsò de diis cenſuerant, contraria docuiſſe. Orpheus ſanè quidem, multitudinis deorum, ſiue plurimæ diuinitatis, vt ſic aliquis dicat, primus auctor, qualia poſterius ad filium ſuum Muſæum, ac reliquos germanos veroſque auditores de vno eodemque ſolo Deo prædicauerint, neceſſarium viſum eſt vobis exponere:

Solis cano piis: omnes procul eſte profani.
Tu Muſæe audi, Lunæ prognate ſilenti:
Pernicioſa prius vitæque infeſta futura
Ex me cognoſti: ſed nunc te vera docebo:
Reſpectans Verbum diuinum, huic totus inhære.
Pectoris hoc mentem ſacri, greſſuſque guberna,
Incedens rectà: regemque huius orbis adora.
Vnicus eſt, per ſe exſiſtens, quo cuncta creantur,
Inque his ipſe exſtat, nulli è mortalibus vnquam
Lumine conſpectus, mortales conſpicit omnes.
Hic vonus, exundanſque bonis, generi mala noſtro
Et bellum horrendum luctumque immittit acerbum.
Non alius cunctis regnator magnus ab illo.
Hunc ego non video: nubes quia denſa reſiſtit:
Namque homini cuius acies obtuſa videndi,
Atque Deum mundi rectorem cernere non eſt.
Ærati ſedes cœli tenet ille beatas,
Aureo ſuffultus ſolio: veſtigia terris
Ponit, & Oceanum dextrâ complectitur omnem.
Excelſi hunc montes, & flumina magna tremiſcunt.
Canaque cæruleis veneratur Tethys in vndis.

Atque iterum alibi dicit:

Iupiter eſt vnus, Pluto vnus: Bacchus & vnus,
Vnus Sol: Deus vnus in omnibus. Illa ſeorſim
Quid tibi commemorem?

In iuramentis autem ita loquitur:

Cœlum iuro Deo à magno & ſapiente creatum:
Vocem iuro Patris, primum quam prodidit ore,
Conſilio ipſe ſuo mundum cum conderet omnem.

Quid ſibi vult cum dicit:

Vocem iuro Patris, primum quam prodidit ore?

αὐδὴν, id eſt *vocem*, hic λόγον, id eſt *verbum Dei*, nominat, per quod cœlum & terra, & vniuerſa condita eſt creatura, prout nos diuinæ ſanctorum virorum prophetiæ docent: quibus & ipſe aliqua ex parte in Ægypto operam nauans intellexit, Verbo Dei omnem factam eſſe creaturam. Proinde vbi dicit:

Vocem iuro Patris, primum quam prodidit ore:

verbis hiſce illa adiungit:

Conſilio ipſe ſuo mundum cum conderet omnem.

vbi *Verbum*, *Vocem* dicit, propter poëticam carminis menſuram. Quod verò hoc ſic habeat, ex eo quod paulò antè dixit, ſatis conſtat, nam carminis menſura permittente, *Verbum* nominauit, inquit enim:

Reſpectans Verbum diuinum, huic totus inhære.

Quæ porro priſca valdeque antiqua Sibylla, cuius Plato & Ariſtophanes, & alij complures vt fatidicæ meminerunt, reſponſis ſuis de vno, atque eo ipſo ſolo Deo nos doceat, referre neceſſe eſt. Sic autem dicit:

Eſt Deus ingenitus, ter magnus, ſolus, & vnus,
Omnipotens, nunquam ſpectabilis, omnia cernens
Scilicet: ipſe hominum vero non cernitur vlli.

Deinde alio loco ait:

Numinis excidimus palantes tramite recto,
Signaque facta manu cultu veneramur inani,
Fluxorum ſtatuas hominum, & ſimulacra deorum.

Et alibi ruſum ad hunc modum.

Felices oras animæ telluris habebunt,
Laude Deum prius ingentem quam corpora curent,
Inſigni qua confiſa pietate beabunt:
Cunctaque deſpicient templorum tecta, negantes
Aras, ſurdorum nihili monimenta deorum,
Cædibus & ſpurco pecudum polluta cruore:
Viniuſque Dei ſacris pia turba litabit. vel,
Vniuſque Dei ſpectabunt laudis honorem.

Atque hæc quidem Sybilla. Homerus autem poëta, poëtica abuſus licentia, & priorem Orphei de pluribus diis æmulatus opinionem, fabuloſè quidem multorum meminit deorum, ne ab Orphei videretur diſcrepare poëſi: quam tanto ſibi imitandam ſtudio propoſuerat, vt primo operis ſui verſu, animi erga illum ſui prodiderit propenſionem, cum enim Orpheus,

Iram frugifera Cereris cane diua nocentem,

in principio poëmatis ſui dixiſſet: ipſe,

Iram Pelidæ magni cane diua nocentem,

ſcripſit: excidendum ſibi potius eſſe ab initio, ſicuti mihi videtur, carminis numeris ratus, quam vt ipſe primus deorum nominis inducere mentionem videretur. Paulò verò poſt, ſuam quoque de vno, atque eo ſolo Deo, verbis diſertis profert ſententiam; nunc quidem per Phœnicem cum Achille agentem dicens:

Non ipſus ſi forte Deus mihi polliceatur.
Abſterſo ſenio florentem ætate iuuentam:

pronomine *Ipſus*, ipſiſſimum verum ſignificans Deum: nunc autem ſub perſona Vlyſſis, Græcorum exercitum alloquens:

Non benè regnabunt multi: Rex vnicus eſto. vel,
Non rectè imperitant multi, ſceptra vnus habeto.

Atque equidem ille non bonum eſſe regimen multorum, ſed è diuerſo malum, reipſa oſtendere conſtitutum habens, eam ob cauſam bella illorum propter multitudinem, & prælia, & factiones, & mutuas inſidias paſſim commemorat, nam monarchia, ſiue vnius imperium, pacatum eſſe conſueuit. Hæc quidem ita Homerus poëta. Quod ſi vero à ſcena etiam de vno Deo teſtimonia nos adducere oportet, Sophoclem quoque audite, ita dicentem:

Vnum profectò numen, vnus eſt Deus,
Qui condidit cœlum, & ſolum terræ patens.
Mariſque fluctus, vimque ventorum grauem.
Plerique noſtrum, mente ſed capti, deum
Simulacra nobis, ceu mali ſolatium,
Cum ſaxea atque acerna conſecrauimus,
Tum & aureas eburneáſque imagines.
Hos victimis placamus, his feſtos dies
Agimus: pios hoc eſſe nos rati modo.

Hæc etiam Sophocles. Pythagoras autem Mneſarchi, qui Philoſophiæ ſuæ præcepta per ſymbola arcana tradidit,

A ſicuti qui vitam eius ſcripſerunt, teſtantur, digna & ipſe Ægyptiâ peregrinatione de vno & ſingulari Deo ſenſiſſe videtur. Vnitatem namque, rerum omnium originem, eandémque bonorum omnium cauſam eſſe dicens, per allegoriam vnum, atque eum ſolum Deum eſſe docet. Id verò ſic ſe habere, ex eo patet, quod μονάδα, id eſt vnitatem, (ſeu potiùs ſolitatem) & ἕν, hoc eſt vnum, differre inter ſe ait. Vnitatem ſiue Solitatem quippe, in eis quæ intelligentia comprehenduntur; Vnum autem, in numeris eſſe. Sin clariorem adhuc Pythagoræ de vno Deo opinionis probationem ſcire cupitis, audite ſententiam eius, ſic namque dicit: *Sanè quidem Deus vnus eſt: non ille autem, quomodo nonnulli ſunt ſuſpicati, extra hunc mundi ornatum: ſed ipſe in ſe totus, in circulo toto generationes omnes inſpiciens, ſæculorum omnium eſt temperatio, & virtutum operumque eius omnium opifex, principium omnium, vnum cæli lumen, & parens omnium, mens & animatio vniuerſorum, circulorum omnium motio.* Sic & hoc Pythagoras. Plato vero, acceptâ, cum B in Ægypto eſſet, ſicuti videtur, Moſæ & aliorum Prophetarum de vno, eoque ſolo Deo doctrinâ: ne quo modo, ſicut Socrati accidiſſe viderat, ipſe quoque Anytum quempiam, aut etiam Melitum contra ſe apud Athenienſes excitaret accuſatorem, qui diceret, Plato iniurius eſt & curioſus; quos ciuitas recepit, ipſe non recipiens deos; veritus, veneni metu variam quandam atque fucatam de Diis ſubinde inſtituit orationem: Eſſe deos, hos eſſe volentibus & non eſſe, diuerſa opinantibus, ſcriptis ſuis aſtruens, id quod procliuè eſt ex dictis eius intelligere. Poſtquam enim quod genitum ſit, mortale eſſe ſtatuit, deos poſtea genitos eſſe ait. Porrò, ſi principium rerum omnium Deum & materiam eſſe vult, ſatis patet, neceſſariò prorſus è materia deos generatos eſſe, dici oportere. Quod ſi è materia, vnde & malum progreſſum eſſe dicit: quales deos è materia progeneratos eſſe exiſtimandum ſit, eis qui ſana mente præditi ſunt, diſpiciendum permiſit. Proinde & ingenitam eſſe materiam prodidit, ne Deum C mali auctorem eſſe dicere putaretur. Atque illum quidem de diis à Deo creatis verba hæc protuliſſe apparet; *Dij deorum, quorum ego ſum conditor.* De ipſo autem vero Deo, rectam obtinuiſſe videtur ſententiam. Cum enim in Ægypto audiuiſſet Deum Moſe dixiſſe: *Ego ſum exiſtens ille*; ſeu, *Qui ſum*: quo tempore Moſen ad Hebræos miſſurus erat: cognouit ille ſcilicet, Deum proprium nomen ſuum Moſæ non promulgaſſe. Fieri namque omnino non poteſt, vt proprium aliquod Deo nomen attribuatur; propterea quod nomina ad deſignationem & diſcretionem ſubiectarum rerum imponantur, quæ variæ ſunt & multæ: Deo autem qui nomen inderet, nemo ante eum extitit: neque ipſe ſeipſum nomine aliquo deſignare opus eſſe duxit, vnus & ſolus exiſtens, quemadmodum de ſeipſo per Prophetas ipſe teſtificatur, dicens: *Ego Deus primus, & ego poſtea, & præter me Deus alius non eſt.* Quocirca, pro eo atque ſupra dixi, ad Hebræos ablegans Moſen Deus, nullius meminit nominis, ſed per D participium quoddam, vnum ſe & ſolum Deum eſſe arcanè docet: *Ego*, enim inquit, *ſum exiſtens ille*: ſeipſum videlicet non exiſtentibus opponens, vt, qui antehac ſeducti in errorem fuerant, intelligerent, non exiſtentibus ſe, ſed minimè prorſus exiſtentibus animum [diis] intendiſſe. Quamobrem quod Deus ſciret, primos homines veteris maiorum ſuorum non immemores eſſe ſeductionis, (qua illos tranſuerſos egit humani generis hoſtis dæmon, hiſce ad eos vſus verbis: *Si obſequuti mihi fueritis, mandatum Dei tranſgredientes, inſtar deorum eritis*: eos qui non eſſent, *deos* nominans, vt homines, alios etiam deos eſſe exiſtimantes, ſeipſos quoque deos fieri poſſe crederent) eam ob rem Moſæ dixit: *Ego ſum exiſtens ille*: vt per participium *Exiſtens*, inter exiſtentem Deum, & prorſus non exiſtentes, doceret differentiam. Itaque factum vt homines ſeductori obſecundantes dæmoni, ac contra Dei mandatum venire audentes; Paradiſo exciderent: nominis quidem deorum illi non obliti, nedum autem etiam à Deo, deos alios non eſſe edocti, non enim æquum erat, eos qui præceptum primum non ſeruaſſent, quod quidem certè facilè ſeruare potuerant, docere ampliùs, ſed pœnam eis iuſtam inferre potius. Paradiſo ergo illi eiecti, & propter inobedientiam ſolum eiectos ſe eſſe exiſtimantes, neque dum ſatis intelligentes propterea id quoque accidiſſe; quod perſuaſum eis fuiſſet, vt cùm non eſſent, ſe eſſe deos crederent: deorum nomen ad poſteros ſuos ex ſe progenitos homines tranſmiſerunt. Hæc ipſa eſt prima de diis falſa & mendax imaginatio, à falſo & mendaci orta patre. Sciens itaque Deus, falſam de diis multis opinionem, veluti morbum quendam hominum conturbare animos: abolere & euertere eam volens, Moſæ primum apparens, ad illum: *Ego ſum*, inquit, EXISTENS *ille*. Oportuit namque, vt opinor, Principem & Imperatorem Hebræorum gentis futurum, primum omnium exiſtentem ipſum cognoſcere Deum. Quam ob cauſam primo huic apparens, quatenus quidem poſſibile erat F homini Deum apparere, ad eum dixit: *Ego ſum exiſtens ille.* Eundem verò deinde ad Hebræos miſſurus, illis quoque eadem ipſum renuntiare iubet: EXISTENS *ille me ad vos legauit.* Hæc ergo cum Plato in Ægypto didiciſſet eiuſcemodi de vno Deo dictis multum delectatus, Moſæ quidem nominis, qui vnum eundemque ſolum deprædicaret Deum, apud Athenienſes mentionem inferre, non ſatis tutum eſſe arbitratus, Areopagum (ſiue Martis vicum) metuit. Scite verò ab illo dictum verbum, non perinde atque ab illo acceptum, ſed quaſi à ſeipſo inuentam ſententiam, in Timæo, accurate à ſe ſcripto libro, (in quo etiam theologari, ac de rebus diuinis diſputare eſt molitus) exponens, id ipſum quod & Moſes, de Deo ſcripſit. Ait enim: *Primum igitur, iudicio meo, diſcernendum venit, quid ſit quod ſemper exiſtit, genitum autem non eſt, & quid quod genitum quidem eſt, nunquam autem exiſtit.* An non, viri Græci, hoc vnum idemque eſſe eis videtur, qui rectè ſapiunt, articulo ſolo varians? nam Moſes, *exiſtens ille* dixit, Plato autem, *exiſtens il-* G *lud*, vtrumque vero dictum, ſemper exiſtenti Deo congruere apparet. Ipſe enim ſolus eſt qui ſemper exiſtit, & genitus non eſt. Quid verò tandem ſit quod ſemper exiſtenti è diuerſo opponitur, de quo Plato dixit; & quid ſit quod genitum quidem eſt, nunquam autem exiſtit diligenter conuenit inſpicere. Comperiemus namque, eum clarè & apertè dicere, ingenitum quidem ſempiternum eſſe: genitos autem ſeu conditos, (quemadmodum ipſe de eis dictum eſſe ait: *Dij deorum, quorum ego ſum opifex*) naſcentes & diſpereuntes. Hoc ſiquidem ille ſic ait: *Primum igitur, iudicio meo, diſcernendum venit, quid ſit quod ſemper quidem exiſtit, genitum autem non eſt; & quid quod genitum quidem eſt, nunquam autem exiſtit. Illud ſanè quidem, eſt intelligentia cum ratione comprehenſibile, ſemper ſibi ipſi conſtans: hoc autem opinione cum ſenſu irrationabili opinabile, genitum & diſpereuns, neque vnquam exiſtens.* Hæc ipſa verba, eis quibus rectum eſt mentis iudicium, abolitionem & exitium genitorum deorum denuntiant. Quin neceſſarium H eſſe duco, ad illud quoque mentem aduertere, quod non *factorem* eum Plato, ſed *opificem deorum* nominat: cum magna inter hæc ſit differentia, ipſius etiam Platonis opinione: propterea quod *factor* quidem, nullius alterius indigens rei ſuapte virtute, & poteſtate quod creat, efficit: *opifex* autem, opificij ſui virtute ex materia accepta, opus ſuum conſtruit. Cæterum nonnulli fortaſſe, qui à plurimæ diuinitatis cultu diſcedere nolunt, opificem ipſum hæc ad deos conditos loquutum eſſe dicent: *Quandoquidem geniti eſtis, immortales quidem non eſtis, neque prorſus indiſſolubiles: verumtamen neque interibitis, neque fatalem mortis neceſſitatem experiemini, voluntatem meam maius multo & fortius vinculum habentes.* Etenim hic Plato multorum deorum cultum complexos veritus, contraria inter ſe Opificem Deum ſuum inducit loquentem, nam quem antea, *Quecquid genitum ſit, corruptibile eſſe*, pronuntiaſſe dixit, eundem nunc diuerſa aſſerentem facit: non animaduertens, neutiquam ſe hoc modo mendacij crimen

effugere

effugere poſſe, aut enim quod prius proloquutus eſt, *Quicquid genitum ſit, corruptibile eſſe*, mentitur: aut nunc, diuerſa ab eis quæ antea de ipſis dixit, referens, fallit. Si namque neceſſarium planè eſt, quod genitum ſit, corruptibile eſſe, pro eo atque prius definiuit: quî omnino fieri poteſt, vt quod per neceſſitatem ipſam ſit impoſſibile, tandem poſſibile fiat? Quapropter vanum eſſe videtur, quod Plato Opifici ſuo gratificans, impoſſibilia attribuit, [videlicet] vt qui ſemel, propterea quod ex materia ſunt ab opifice editi, corruptibiles & ipſi ſint facti, eos rurſum per illum incorruptibiles atque indiſſolubiles fore renunciet. Siquidem materiæ virtutem non generatam, atque iuxta ipſius opinionem, eiuſdem cum opifice temporis & ætatis, obluctari par eſt voluntati eius. Nam ei qui non condidit, nulla eſt in id quod conditum non eſt, poteſtas. Quapropter fieri nequit vt vis ei vlla inferatur, quæ extra neceſſitatem omnem conſtituta libera ſit. Propterea nimirum & ipſe Plato huc reſpiciens, ſic ſcripſit: *Neceſſario à nobis dicendum, Deo vim inferri non poſſe.* Quomodo ergo Homerum è republica ſua proſcribit Plato? quod is in legatione ad Achillem, Phœnicem illi hæc dicere fecit:

——*Quin dij flectuntur & ipſi.*

cum quidem certè Homerus non de rege & (ſecundum Platonem) opifice deorum hoc dici ſcripſerit; ſed de diis quibuſdam, qui complures apud Græcos habiti ſunt; ſicuti etiam ex Platone intelligere eſt, *Dij deorum*, dicente, vni namque & principi Deo poteſtatem atque imperium in deos omnes Homerus per auream illam defert catenam. Reliquos autem deos tantum ab illius diuinitate abeſſe cenſet, vt vnà cum hominibus nominandos putet. Nam Vlyſſem de Hectore ad Achillem dicentem inducit.

Perfurit immenſum, fretus Ioue: nec reneretur
Mortaléſve deóſve.

vbi mihi omnino ipſe quoque Homerus, ſicuti Plato, in Ægypto de vno Deo edoctus, liquido & apertè ſignificare videtur; *Qui Deo vero confidat, eum illos qui nulli ſunt, non curare.* Non aliter quoque idem Poëta alio loco per locutionem aliam, pronomine, idem quod à Platone vſurpatum participium valente, & ipſum verum Deum deſignante, de eo vtitur, de quo Plato dixit; *Quid ſit quod ſemper exiſtit, ortum autem non habet*, non ſimpliciter certè prolatum mihi eſſe videtur:

Non IPSVS ſi fortè DEVS mihi polliceatur.
Abſterſo ſenio florentem ætate iuuentam.

Pronomen namque *Ipſus*, ipſiſſimum verè exiſtentem denotat Deum. Sic id etiam illud de Chaldæis & Hebræis vobis ab oraculo datum reſponſum innuit. Percunctante namque quodam, quinam vnquam extiterint verè religioſi homines? ita oraculum reſpondiſſe ait is:

Solus Chaldæus ſapit & Iudæus Apella,
Per ſeipſum genitum regemque Deumque colentes.

Quomodo ergo Homerum reprehendit Plato, flexibiles deos eſſe dicentem: & quidem vtilitatis gratiâ hoc ſic dicentem, ſicut ex verbis ipſis patet: Proprium namque eſt eorum qui votis atque victimis beneuolentiam ſibi numinis conciliare ſatagunt, finem peccandi facere, & de commiſſis delictis agere pœnitentiam. Qui verò diuinitatem inflexibilem eſſe putant, nunquam ſibi à peccatis abſtinendum eſſe arbitrantur, nullum ſe ex reſipiſcentia fructum percepturos eſſe exiſtimantes. Quomodo igitur philoſophus Plato Homerum poëtam, eo quod

——*Quin dij flectuntur & ipſi,*

dixerit, condemnauit? cum ipſe deorum opificem tam facilè mutabilem inducat, vt deos quandoque mortales, quandoque eoſdem ipſos immortales eſſe dicat. Atqui hoc ille non tantum de diis facit, verum etiam de materia ex qua deos, quemadmodum ipſe inquit, generatos eſſe neceſſe eſt; aliquando quidem ingenitam, aliquando autem genitam eſſe aſſerens: neque ille ſatis conſiderat, quod Homero impingit, eo ſeipſum implicatum teneri crimine; vtpotè qui deorum opificem ita facilè mutari ſignificet: cum interim Homerus longè diuerſum de eo memoret, facit enim illum de ſeipſo hæc ſic dicentem:

Non fallax noſtrum, non eſt reuocabile verbum:
Non eſt infectum capitis quod numine firmo.

Enimverò inuitum, vt videtur, Platonem, plurium deorum cultum complexos veritum, aliena iſta de diis protuliſſe apparet. Quæ verò à Moſe & prophetis de vno Deo acceperat, cum referri oportere arbitraretur, arcanè ſibi ea exponenda eſſe cenſuit, ſententiam ſuam veram religionem conſectantibus inſinuans. Magnopere namque Dei ad Moſen dicto delectatus, *Ego ſum* EXISTENS *ille*, atque breuitate per participium prolatæ locutionis cum multa theoria (ſiue contemplatione) excepta, intellexit Deum æternitatem ſuam Moſæ oſtendere volentem, *Ego ſum* EXISTENS *illo*, dixiſſe: dictione *Exſiſtens*, quæ vna Græcis eſt ſyllaba, ὢν, non vnum, ſed tria ſignificante atque complente tempora, præteritum, præſens & futurum. Sic etenim & Plato, *Quod exiſtit*, de prolixo vſurpat tempore: at, *Nunquam exiſtit*, de futuro: *Nunquam* enim non de præterito, ſicut nonnulli putant, ſed de futuro dictum eſt tempore; nam & ab externis atque profanis hoc accuratè eſt expenſum. Proinde velut interpretari & exponere ignorantibus, quod arcanis verbis de æternitate Dei per participium prolatum eſt, volens Plato, ita ad verbum ſcripſit: *Ipſe ſanè Deus, ſic ut & vetus Verbum eſt, principium, finem & medium rerum omnium obtinet.* Hic Plato clarè & apertè *Vetus Verbum* Moſæ vocat legem: Moſæ quidem ille nominis, aconiti metu, mentionem non faciens, cuius doctrinam Græcis ſciebat planè eſſe aduerſam: vetuſtate autem verbi, Moſen manifeſto deſignans. Porrò Moſæ legem antiquiſſimam, primamque adeò fuiſſe, ex Diodori quoque & reliquorum hiſtoriis ſatis ſuperque demonſtratum eſt. Primum enim eum omnium legiſlatorem Diodorus fuiſſe teſtatur, cum nondum Græcorum inuentæ eſſent litteræ, quibus illi ſuas perſcripſerunt hiſtorias. Minimè verò mirum eſſe cuiquam videri debet, à Moſe perſuaſum Platonem ad hunc modum iſta de æternitate Dei ſcripſiſſe. Inuenies namque eum rectè, ſecundum ipſum verè exiſtentem Deum, etiam Prophetis veram rerum quæ exſtant deferre cognitionem. Sic enim in Timæo de principiis quibuſdam verba faciens, ſcripſit: *Ignis quidem cauſam & principium, atque aliorum item corporum ponimus, quam neceſſitas expreſſit; veriſimilem ſequentes rationem. Horum autem inſuper cauſas & principia Deus, qui ſurſum eſt, nouit, & qui illi cari ſunt viri.* Quos verò tandem ille alios *Deo caros* eſſe cenſet viros, niſi Moſen & prophetas cæteros? quorum vaticiniis lectis, & doctrinâ de iudicio ex eis præceptâ, in primo de Republ. libro ad hunc modum promulgat, dicens: *Cum iam eo quiſpiam appropinquat, vt ſe moriturum eſſe putet, inuadit eum de vita ſua timor & ſollicitudo, quæ antea non ſubiit. Quæ namque de inferis feruntur fabulæ, quod de flagitiis hic patratis pœna ibi pendere oporteat, in riſum prius verſæ, tum anxie eius, ne ad rem conferatur & vera ſint, verſant animum. Atque ille, ſiue propter ſenectutis infirmitatem, ſeu propter eorum quæ ibi ſunt propinquitatem, magis ea perſpicit: ſecumque iam reputat & conſiderat, num quempiam aliquâ affecerit iniuria, atque ita, qui multa ſe in vita improbe commiſiſſe inuenit, & è ſomno perinde atque pueri ſolent, identidem euigilat, meticuloſuſque eſt & cum ſpe mala viuit: Cui vero nullius ſibi conſcia mens eſt iniuria, ſpes vſque & vſque adeſt ſuauis, ſeniique altrix bona; quemadmodum & Pindarus ait. Perſcite namque ille, ô Socrates, dixit, Qui ſanctè iuſtéque vitam peragat, dulcem omnino ſenectutis altricem, cum eo, cor illius blande exhilarantem ſpem conſueſcere, quæ maximè verſatilem mortalium mentem gubernat.* Hæc in primo de Republ. ſcribit libro. In decimo autem liquido & apertè, quæ de iudicio à prophetis didicerat, ea non tanquam ab illis accepta, ob Græcorum metum, ſed à quodam, ſicut ei fingere placitum fuit, qui in bello cæſus, cum duodecimo humari deberet die, in rogum poſitus reuixit, reſque apud inferos viſas expoſuit, audita, verbis huiuſmodi ita commemorat: *Dixit enim* [Er] *affuiſſe ſe alteri ab altero interrogato, vbinam eſſet Aridæus ille magnus. Aridæus autem iſte in ciuitate quadam Pamphyliæ tyrannus fuerat,*

A *qui patrem ſenem & fratrem ſe maiorem occiderat, multáque præterea impia facinora peregerat, vti ferebatur. Ait ergo, interrogatum illum reſpondiſſe: Non venit, neque huc veniet. Conſpeximus verò inter dira ſpectacula & iſtud, cum oſtio inde redituri appropinquaremus, reliqua omnia iam perpeſſi: derepentè ſiquidem & illum, & alios propè eum plurimos tyrannos agnouimus. Erant ibi & priuati quidam, qui grauia admiſerant ſcelera; quos, ſe iam reuerſuros eſſe opinantes, oſtium non admittebat; ſed rugiens reboabat, cum quis eorum, quorum inſanabilis eſſet malitia, neque dum ſufficientes dediſſent pœnas, redire contenderet. Ibi viri feroces, aſpectu truces & ignei apparentes, vbi mugitum audiuere, cæteros quidem ſegregatos abduxerant: Aridæum verò & alios, manibus pedibúſque & item capite obligatos, humique abiectos atque excoriatos: iuxta viam foras protraxerant, ſuper aſpalathis & ſentibus torquentes & dilaniantes: atque eis qui aderant, quorum facinorum cauſa hæc illi paterentur, promulgantes.* B *Et cum multifariam omníſque generis timorem ibi eis oblatum fuiſſe, tum illum omnium eſſe ſummum affirmant, ſi reuertentibus oſtium remurgiat: ſicuti contrà gratiſſimum cuique ſit, ſilente illo inde euadere, & pœnas quidem atque ſupplicia euiuſcemodi quædam ibi eſſe; atque item præmia beneficentiæ ab illis prorſus diuerſa.* Hic mihi videtur non tantum de iudicio à prophetis, verumetiam de reſurrectione, quam Græci non credunt, accepiſſe doctrinam. Cum enim animam ſimul cum corpore iudicari dicit, nihil ille aliud ſignificat, quam fidem ſe adhibere ei quæ de reſurrectione eſt, inſtitutioni. Quomodo namque Aridæus & reliqui, ſi corpus & caput, & manus & pedes, & pellem habens in terris reliquiſſent, tantum apud inferos ſuſtinerent ſupplicium? haudquaquam certè animas caput, manus, pedes & pellem habere dicent. Sed enim Plato in Ægypto, poſtquam in prophetarum incidit teſtimonia, doctrinâ quoque de reſurrectione corporis ſuſcepta, cum corpore ſimul animam iudicari docet. Nec Plato id ſolum, ſed etiam Homerus, eodem C & ipſe in Ægypto edoctus modo, Tityum itidem excruciari dicit. Ita enim in Necyomantia (id eſt, apud inferos edita de Manibus diuinatione) apud Alcinoum Vlyſſes commemorat:

Et Tityum vidi magna Tellure creatum,
Iugera qui per tota nouem protenditur vnus,
Et geminus crudum miluus depaſcitur hepar.

Non animã videlicet, ſed corpus ille hepar habere oſtendit. Eodem quippe modo & Siſyphum & Tantalum corpore ſupplicium ſufferre ſcripſit. Quod autem Homerus in Ægypto fuerit, & multa quæ ibi didicerat, in poëſin ſuam tranſtulerit, abundè nos docet Diodorus hiſtoricorum præclariſſimus. Nam cum dicit cum in Ægypto eſſet audiuiſſe, Helenam nepenthes, nihil de bili atra habens, malorumque obliuionem inducens pharmacum, à Theonis coniuge Pólydamna acceptum, Spartam ſecum attuliſſe: eiuſque medicamenti temperaturâ, eandem, Homerus ait, luctum à Menelao in præſentia Telemachi excitatum ſopiuiſſe. *Auream* quoque *Venerem* D Homerus dixit, Ægypto peragrata atque perſpecta, cognouit enim & lucum Veneris Aureæ ibi appellatum, & Aureæ Veneris campum. Cuius autem rei gratia hæc modo illata eſt mentio? vt oſtendamus, permulta eſſe à Poëta ex diuinis quoque Prophetarum libris in opus ſuum relata: ac primum conditi mundi a Moſe operi ſuo præmiſſum initium, nam Moſes ita ſcripſit: *In principio Deus fecit cælum & terram: deinde ſolem & lunam & ſtellas.* Hæc ſanè ille in Ægypto didicit: & ſcriptis eiuſmodi in creatione mundi delectatus, vt Vulcanus in Achillis clypeo, veluti imaginem quandam mundi creationis exprimeret, inſtituit. Sic enim ſcripſit:

Hic cælum effinxit, terram, pelagúſque profundam,
Et ſolem indefeſſum, & pleno ſidere lunam.
Aſtraque, queis magni diſtincta eſt regia cœli.

Deinde verò, vt paradiſi effigiem Alcinoi horti conſeruarent, fecit ſemper illum florentem, & frugum vbertate ſcatentem, per imaginem proponens, atque ita canens:

Fructus proueniunt amplis felicibus hortis.
Puniceis malum granis; pira, mitia poma,
Et grandæ ficus, & bacca pinguis oliuæ.
Non hæc destituunt fœtus arbuſta ſuaues,
Æſtate aut brumâ: Sic fertilis aura Fauoni
Fert florem, atque vna producit in arbore pomum.
Namque ſuperfœtantque pirus pira, malaque malis,
Ficubus & ficus, & bacca bacca perennis.
Conſita quinetiam eeneenâ vinea frugo
Hic vuas latè ſub Phœbo torret aprico,
Illic maturas vindemiat, vdus eaſdem
Parte alia calcat: gemmas ibi florida trudit,
Iſtic producit matura ad tempora botros.

Carmina hæc annon claram & apertam à principe propheta Moſe de paradiſo dictorum verborum referunt imitationem? Quod ſi quis ad ſtructuram etiam turris oculos conuertat, per quam ſe ætatis eius homines aſcenſum in cœlum ſibi parare poſſe putauerunt, inueniet & huius per allegoriam, locupletem æmulationem à F Poëta in Oto & Ephialte expreſſam, ad hunc namque ille modum de eis memorat:

Qui bello conferre pedem cœleſtibus orſi,
Ipſis cum diuis auſu voluere minaci.
Suntque adeò conati Oſſam ſuperaddere Olympo,
Pelion atque Oſſæ, aſcenſum ſibi ad aſtra parantes.

Conſimiliter porro & de generis humani hoſte è cœlo deiecto, quem *diabolum* diuinæ vocant Scripturæ, à prima ſua aduerſus hominem calumnia & criminatione, appellatione huiuſmodi illi impoſita: ſi quis accuratiùs rem ſpeculari velit, comperiet quidem Poëtam diaboli nomen non vſurpare, ſed ex actionibus eius peſſimis cognominationem illi aptam accommodare. *Atea* enim (hoc eſt *Noxam*) Poëta illum appellans, è cœlo, ab eo qui opinione eorum eſt, Deo deturbatum eſſe ait: perinde atque verborum ab Eſaia vate de illo dictorum probè meminiſſet, nam ita in Poëmate ſuo ſcribit:

G *Arripit iratus crinito vertice Noxam,*
Et iuſiurandum verbis ſolennibus addit:
Stellantes numquam venturam poſtea ad oras
Noxam, quæ ſoleat cunctis ſimul vna nocere.
Dixit, & inuoluens dextra deiecit Olympo:
Illa cadens mox tellurem peruenit ad imam.

Quin & Platonem, ſecundum Deum & Materiam, tertium principium Ideam ſeu Formam eſſe dicentem, non aliunde quam à Moſe ſententiæ talis occaſionem ſumpſiſſe apparet: nomine quidem *Ideæ* è Moſæ dictis accepto, ſed non ſatis tum intellecto: quod à peritis edoctus non fuerit, nihil eorum quæ à Moſe ſunt dicta, extra arcanam theoriam & contemplationem intelligi claré poſſe. Siquidem Moſes, pro eo atque de tabernaculo Deus cum eo loquutus fuerat, hæc verba ſcripſit: *Et facies mihi iuxta omnia quæcumque tibi monſtro in monte* EXEMPLAR *tabernaculi.* Et rurſum; *Et eriges tabernaculum iuxta Exemplar vaſorum eius, atque ita facies.* Et iterum paulò poſt; *Ita ſanè facies, ſecundum* TYPVM *& figuram,* H *quæ tibi in monte monſtrata eſt.* Hæc cum legiſſet Plato, neque verba ſcripta cum congruenti conſideratione excepiſſet, arbitratus eſt prius ideam quandam diſcretam ſiue ſeiunctam, quam formam ſenſu comprehenſibilem extitiſſe: quam & *Exemplar* eorum quæ facta ſunt, ſæpenumerò vocat; quod Moſæ de tabernaculo ſic habeat ſcriptum: *Secundum formam in monte tibi exhibitam facies illud.* Nec minus itidem in terra & cœlo & homine, lapſum eum eſſe liquet. Quia enim Moſes ita ſcripſit; *In principio fecit Deus cælum & terram*; ac deinceps hæc adiungit, dicens: *Terra autem erat non aſpectabilis & incondita:* exiſtimauit hanc, de qua ille ait, *Terra autem erat*, præexiſtentem dici terram: quoniam Moſes dixerat; *Terra autem erat non aſpectabilis & incondita.* De qua verò dicit, *Fecit Deus cælum & terram*; eam illum deſignare putauit, quæ iuxta præexiſtentem ideam à Deo ſenſibilis eſt creata. Non aliter autem & de cœlo facto ſenſit: creatum hoc cœlum, quod & *firmamentum* Moſes nominauit, conditum

A eſſe ſenſibile: alterum verò eſſe intelligentiâ comprehenſibile: de quo propheta: *Cœlum*, inquit, *cœli Domino; terram autem dedit filiis hominum.* Conſimiliter quoque de homine erauit. Hominis quippe primum facit mentionem Moſes, deinde poſt alias multas creaturas, de formatione eius commemorat, ita dicens: *Et fecit Deus hominem, puluere à terra ſumpto.* Opinatus eſt ergo Plato, priore loco nominatum hominem, prius quam creatum extitiſſe: eum autem qui poſteriùs è terra conditus eſt, iuxta præexiſtentem formam eſſe factum. Porrò quod è terra conformatus ſit homo, Homerus id quoque ex veteri & diuina cognouit hiſtoria; *Terra es, & in terram reuerteris* dicente. Exanimum is Hectoris corpus *ſurdam* vocat *terram*, alicubi namque contra Achillem, Hectoris poſt mortem corpus raptantem, dicit:

Inſanus terram properabat lædere ſurdam.

Et alibi rurſum, Menelaum ad eos qui Hectoris ad ſingu-
B lare certamen prouocationem minùs alacri animo accipiebant, loquentem facit:

At vos in terram cuncti redeatis, & vndam:

per exuberantem iram, in veterem & primam eos è terra habitudinem reſoluens. Hæc ex vetuſtis in Ægypto hiſtoriis percepta, Homerus & Plato in libris conſcripſere ſuis. Num verò aliunde inſtitutus Plato, quam ex propheticarum lectione hiſtoriarum, *volucri Iouem in cœlo curru vehi* affirmat? Vidit ille in Prophetæ reſponſis de Cherubim dictum illud: *Et exiuit è domo gloria Domini, & aſcendit ſuper Cherubim; & eleuauerunt Cherubim alas ſuas, & rota cum eis, & gloria Dei Iſraël erat ſuper eos* Inde incitatus vocalis Plato, cum multa dicendi libertate exclamat dicens: *Magnus in cœlo Iupiter volucrem regit currum.*

[*Iupiter in ſummo volucrem regit æthere currum.*]

Enimuerò vnde tandem alias, niſi à Moſe & prophetis, hæc cognita perſcripſit? Vnde occaſionem accepit, qua moueretur vt in ignea eſſentia Deum eſſe diceret? an non
C ex tertio Regum ſiue Regnorum libro? vbi ſcriptum eſt: *Non in ſpiritu Dominus, & poſt ſpiritum commotio: non in commotione Dominus, & poſt commotionem ignis: non in igne Dominus, & poſt ignem vox auræ tenuis?* Verum iſta cum prolixa contemplatione per ſublimem conſiderationem pios religioſoſq; viros mente percipere oportet. Plato autem verbis hiſce non cum ea qua opus fuit ſpeculatione inſpectis, in ignea ſubſtantia Deum eſſe dixit. Quod ſi quis cœlitus à Deo adueniens ſanctis hominibus donum, quem *Spiritum ſanctum* ſacri appellant vates, exquiſitè ſcrutari in animum inducat: inueniet & hūc à Platone in Menone ſub alio nomine prædicatum. Veritus namque Dei donum & gratiam Spiritum ſanctum appellare, ne hoſtili in Græcos animo, prophetarum doctrinam conſectando videretur eſſe; illam quidem cœlitus à Deo prouenire confitetur: non autem Spiritum ſanctum, ſed *Virtutem* nominandam eſſe putauit: ita enim cum Menone in libro de Reminiſcentia agens, [alias de Virtute] cum multis prius de virtute quæſiuit, doceri ne illa poſſit,
D an non doceri, ſed vſu atque exercitatione obtineri: vtrúmve neque hoc neque illo comprehendatur modo, ſed naturâ aut aliâ quapiam ratione hominibus obueniat? hiſce rem tandem decernit verbis, dicens: *Quod ſi nos in præſentia per totam hanc diſputationem rectè hoc & inueſtigamus, & diximus, virtus profectò neque natura neque doctrinâ, verum diuino munere, non ſine mente obuenerit, quibus illa obuenit.* Hæc, vt puto, manifeſtò à prophetis de Spiritu ſancto edoctum Platonem, in Virtutis appellationem tranſtuliſſe patet. Nam non ſecus atque ſacri vates, vnum eundemque Spiritum in ſeptem partiuntur ſpiritus, ipſe quoque vnam eandémque virtutem in quatuor diſpeſci virtutes aſſerit: non ille quidem aliquam Spiritus ſancti inferens mentionem, nihilominus tamen per allegoriam & inuerſionem quandam, ea quæ de Spiritu ſancto à prophetis ſunt promulgata, apertè renuntians. Sic namque ad finem Menonis ait: *Ex iſtituta iſta ratione, ò Menon, apparet, diuina ſorte nobis obuenire virtutem, quibus ea obuenit.* Hoc ipſum verò, *Quonam modo virtus ob-
ueniat, clarius inde ſciemus, cum prius illud per ſe quærere, quid tandem ſit virtus ſtuduerimus.* Videris, quomodo cœlitus adueniens donum, Virtutem tantùm nominet: quæſtione autem adhuc dignum eſſe exiſtimet, vtrum id Virtutem demum, an aliter appellare conueniat: Spiritum ſanctum apertè nominare veritus, ne prophetarum doctrinæ aſſecla eſſe videretur. Vnde verò eruditus Plato, tempus vna cum cœlo creatum eſſe didicit? ita enim ſcripſit. *Tempus ergo cum cœlo extitit, vt, quæ ſimul orta ſunt, ſimul quoque diſſoluantur, cum aliquando diſſolutio eorum affuerit*, an non hoc ex diuinis Moſæ ſcriptis intellexit? Cognouit enim temporis generationem è diebus & menſibus, & annis, cauſam & initium conſtitutionis ſumpſiſſe. Itaque cum primus dies poſt cœlum creatus, principium temporis vniuerſi præbuiſſet, (ſic namque Moſes ſcripſit: *In principio fecit Deus cœlum & terram:* ac deinceps hæc ſubiunxit, dicens: *Et factus eſt dies vnus*) tanquam à parte tempus omne deſignans Plato, *diem* nominauit *tempus:* ne diei mentione facta, perinde atque Moſæ omnino ſequeretur verba, apud Athenienſes deferretur. Vnde autem de cœli etiam diſſolutione opinione concepta, ita ſcripſit? an non idipſum quoque ex ſacris percepit vatibus, atque ab ipſis hoc ſic dictum eſſe eſt arbitratus? Iam ſi quis etiam rationem de ſtatuis inquirat, vnde incitati qui primi deos veſtros fecerunt, hominum eos formas obtinere intellexerint: deprehendet & hoc eos è diuina hiſtoria didiciſſe. Cum namque Moſæ liber ſub perſona Dei dicat, *Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram & ſimilitudinem:* perinde atque dictum eſſet, *homines formâ Deo ſimiles eſſe*, eiuſmodi deos ſuos fingere cœperunt; à ſimili ſimile ſe facere rati. Verùm enimuerò quánam de cauſa hæc nunc à me ſunt commemorata? Vt intelligatis, viri Græci, neutiquam veram religionem ab iſtis diſci poſſe, qui ne de his quidem rebus, vnde apud exteros in aliquam peruenere admirationem, proprij quidquam ſcribere potuerunt: ſed quæ à Moſe & reliquis prophetis ſunt tradita, ea per allegoriam & immutationem aliquam, in libris ſuis promulgarunt. Itaque tempus iam eſt, viri Græci, profanis vos hiſtoriis perſuaſos, longè antiquiores Moſen & prophetas alios, omnibus qui apud vos habiti ſunt Sapientes, fuiſſe; cum à priſco maiorum errore deſciſcere, tum diuinis prophetarum vacare libris, & ex eis veram addiſcere religionem: non dicendi artes profitentibus, neque verbis ad promouendum atque perſuadendum compoſitis vtentibus; (hoc enim eorum eſt proprium, qui veritatem ſuffurati ſtudio habent) verum qualiacumque ſimpliciter nomina & verba vſurpantibus, & eas vobis res annuntiantibus, quas deſcendens in eos Spiritus ſanctus religionem veram diſcere volentes, per illos docendos eſſe ſtatuit. Proinde pudore omni, ac veteri hominum errore, nec non ad fucatum ſplendorem comparato tumoris ſtrepitu abiecto, vnde etiam vos omnem ſtudiorum veſtrorum fructum & delectationem percipere putatis, quæ vtilia vobis ſunt, complectimini. Nullum enim veſtrum in maiores veſtros extahit delictum, ſi in contrariam illorum errori ſententiam pedibus ire volueris: quos par eſt apud inferos nunc ſeram nimis pœnitentiam pœnitentes, in graui eſſe luctu: ac ſi quo modo fieri poſſet vt vobis inde renuntiare valerent, quæ ſibi poſt huius vitæ finem acciderint, intelligeretis profectò quibus vos liberatum iri vellent malis. Porrò cum præſentia neque ab illis ea cognoſcere vllo pacto poſſitis, neque ab iſtis qui ſe hic falſo nominatam philoſophiam iſtam philoſophari profitentur: reliquum de cætero fuerit, vt remiſſo maiorum veſtrorum errori nuntio, ſanctorum virorum legatis vaticinia; (non ſplendorem orationis ab eis petentes: Quod non dictis, ſed in factis res noſtræ religionis conſiſtant) & ex ipſis ea percipiatis, per quæ vitam poſſitis conſequi ſempiternam. Illi namque qui fruſtra philoſophiæ per vim nomen inuolarunt, nihil ſcite coarguuntur; ſicut & ipſimet vel inuiti conſiteri coguntur, non per mutuas tantum inter ſe conflictationes, ſed variantes etiam ſuas ipſorum pro ſe cuiuſque opiniones. Quod ſi veri inuentio, *ſine*

quidam

A quidam propoſitus eſſe dicitur eorum *philoſophia*, quomodo qui veri cognitionem conſequuti non ſunt, philoſophorum nomine ſunt digni? Ac ſi ſapientum apud ipſos ſapientiſſimus Socrates, cui etiam oraculum veſtrum, quemadmodum ipſi dicitis, teſtimonium perhibet, dicens:

Sapientiâ omnes Socrates vincit viros;

ſe nihil ſcire fatetur: qui fit vt qui poſt eum fuere, cœleſtia quoque ſcire ſe profeſſi ſint? Siquidem *Socrates* ſe propterea *ſapientem* dictum eſſe, ait, quod cum homines alij quæ neſciunt, ſe ſcire aſſimulent, ipſe non grauatè, nihil ſcire confeſſione aperta præ ſe tulerit. Sic namque dicebat: *Exigua hac re ſapientiſſimus eſſe ſum viſus, quod quæ neſcio, ea me quoque neſcire puto.* Nemo autem exiſtimet, per ironiam & diſſimulationem, quaſi aliud agentem Socratem, id quod perſæpè in colloquiis facere ſolitus fuit, ignorantiam eum ſimulaſſe: nam poſtrema defenſionis ſuæ verba, quæ in carcerem iturus B protulit, ſatis oſtendunt, ſerio eum & verè ignorationem faſſum eſſe. Ita enim dixit; *Sed iam abeundi hora adeſt; mihi quidem, ad mortem; vobis autem, ad vitam longiorem, vtri vero noſtrum ad rem vadant meliorem, omnibus præterquam Deo ignotum eſt.* Sed enim Socrates quidem, vltimâ hac in Areopago editâ voce in carcerem properauit, ſoli Deo incertam rerum ſcientiam tribuens. Succeſſores autem eius, cum ne terrena quidem noſſe poſſent, cœleſtia ſe ſcire, perinde atque vidiſſent, iactitant. Ariſtoteles certè, haud aliter quam ſi penitiùs diligentiúſque Platone illa contemplatus eſſet, non ſicuti Plato, in ignea eſſentia Deum eſſe, ita & ipſe dixit: verum in æthereo quinto elemento illum eſſe pronuntiauit. Atqui de his ille fidem ſibi per orationis vim & pondus aſtruit, cum neque Euripi Chalcidici naturam cognoſcere poſſet. vnde propter ingens probrum & pudorem, in mœrorem coniectus, morte vitam commutauit. Itaque nemo cui integra mens eſt, ſalutem ſuam poſt iſtorum eloquentiam habeat: verum, iuxta veterem illam hiſtoriam, auribus C cera obturatis, Sirenum ſuauem quidem, ſed pernicioſam effugiat peſtem. Viri enim illi quos diximus, facundiam veluti eſcam quandam illecebroſam prætendentes, permultos ſibi à recta religione abducendos eſſe ſtatuerunt: eum qui primos homines plurium deorum cultum docere eſt auſus, imitati. Quibus vt ne obſecunderis, ſed vt potius ſacrorum virorum vaticinia legatis, etiam atque etiam rogo. Qua in re ſi quæ vobis tarditas adhuc, aut priſca maiorum veſtrorum ſuperſtitio, quo minus ſanctorum hominum prophetias euoluatis, vnde vnum eundémque ſolum eſſe Deum diſcere poſſitis, quod primum eſt veræ pietatis documentum, obſtaculo eſt: ei ſaltem, qui primum quidem vobis plurimæ diuinitatis ſacra tradidit; poſtea verò vtilem atque neceſſariam palinodiam & recantationem canendam ſibi eſſe cenſuit, vtpotè qui ea quæ paulò antè ſcripſi, dixerit: obſequimini Orpheo, atque item aliis, qui eadem de vno & ſingulari perſcripſere Deo. Diuinæ namque prouidentiæ de nobis hoc opus fuit, vt illi vel ingratiis ea quæ à prophetis de vno D Deo ſunt dicta, teſtimonio ſuo vera eſſe comprobarent, ab eo omnibus de diis multis abrogatâ doctrinâ, veræ cognitionis vobis præberetur opportunitas. Perfacile autem vobis erit, rectam religionem ex parte aliqua, & ea quæ proximè ad prophetarum accedunt doctrinam, à veteri Sibylla ex afflatu quodam mirifico per ſortes reſponſa vos docente percipere. Hanc Babylone ortam, Beroſi, qui Chaldaicam hiſtoriam ſcripſit, filiam, ad Campaniæ oras neſcio quomodo perueniſſe ferunt, vbi reſponſa dedit, in vrbe cui Cumæ nomen eſt, ſexto à Baiis (qui locus thermas Campaniæ habet) lapide. Vidimus itaque, ea in vrbe cum eſſemus, locum quendam, vbi baſilicam ingentem vno fabrefactam ſaxo conſpeximus, rem profectò maximam, & admiratione omni dignam: vbi oracula eam ediddiſſe, qui res patrias maioribus ſuis quaſi per manus traditas acceperant, affirmabant. In media autem baſilica nobis illi oſtenderunt tria dolia ex eodem exciſa lapide; quibus aqua repletis lauiſſe ibi eam, & ſtola ſumptâ in penitiſſimam ſe baſilicæ ædem eodem exſtructam ſaxo abdere, atque in media ea æde ſuper ſublimiore gradu & throno conſidere ſolitam, & ſortes ad E eum modum promulgaſſe dixerunt. Huius Sibyllæ tanquam fatidicæ cum permulti alij meminere ſcriptores, tum etiam Plato in Phædro. Mihi certè quidem is videtur, cum in illius vaticinia incidiſſet, vates diuinitate donaſſe. Videbat enim prædictiones eius ad rem conferri: ac proinde admiratione ductus, in libro ad Menonem fatidicos laudat, & ad verbum ita ſcribit: *Rectè profectò Diuinos eos appellauerimus, quos modo vocamus Fatidicos & Vates; nec minus hos etiam [in republica adminiſtratione verſantes homines] quam reliquos, atque inſuper eos quoque dixerimus Diuinos eſſe atque numine inſtigari afflatos, nec non à Deo agitari attonitos, qui res multas & magnas rectè & verè dicunt, nihil eorum quæ loquuntur intelligentes*: manifeſto & apertè ad carmina reſpiciens Sibyllæ. Huic enim haudquaquam, ſicuti Poëtis, etiam poſtquam poëmata ſcripſere, facultas fuit corrigendi atque expoliendi reſponſa ſua, iuxta exquiſitiorem numerorum & dimenſionum carminis rationem: ſed in ipſo F afflatûs tempore ſortes illa ſuas explebat: & euaneſcente inſtinctu ipſo, ſimul quoque dictorum memoria euanuit. Atque hæc ipſa cauſa eſt, quamobrem non omnes carminis numeros Sibyllæ ſeruent oracula. Quin ipſi quoque, cum in vrbe ea eſſemus, indicibus, qui hoſpites ad ea quæ viſenda ſunt ducere ſolent, oſtendentibus, qui nobis loca etiam in quibus illa eſt vaticinata, commonſtrarunt, vidimus loculum quendam ex ære elaboratum, vbi reliquias eius ſeruari dicebant. Inſuper inter alia omnia quæ indices iſti expoſuerunt, illud quoque fuit: à maioribus ſe audiuiſſe, quod qui reſponſa ab oraculo excipiebant, quia tum ab eruditione alieni fuiſſent, multoties in accuratiore numerorum obſeruatione errauerint: & proinde iſtam illi carminum quorundam incócinnitatis attulerunt cauſam, quod cum vates ipſa, mentis emotione & afflatu libera, dictorũ ſuorum memoriam nõ retinuerit: tum, qui oracula ſcripto mandabant, propter imperitiam, numerorum obſeruandorum accuratam ratione G exciderint. Quapropter Platonem in Sibyllæ oracula intuentem, de vatibus hoc dixiſſe conſtat, ita ſcribentem: *Cum multas magnaſque res rectè & verè dicunt, nihil eorum quæ loquuntur intelligentes.* Porrò cum non in poëticis numeris neque in ea quæ apud vos clara habetur eruditione, viri Græci, res veri cultus Dei ſint ſitæ: relicta deinceps carminum & orationum exquiſita ratione, ad dicta Sibyllæ, citra contentionis ſtudium animaduertentes, cognoſcite tandem, quorum vobis illa bonorum futura ſit conciliatrix, Seruatoris noſtri IESV CHRISTI aduentum diſertis verbis clare prædicens: Qui cum *Dei* ſit *Verbum*, virtute ac potentia ab eo indiſcretum, homine, qui iuxta imaginem & ſimilitudinem Dei conformatus eſt, aſſumpto, ad memoriam nos priſcorum parentum noſtrorum religionis reuocauit, quam qui ex eis prognati ſunt mortales relinquentes, inuidi dæmonis inſtinctu, ad eorum qui dicuntur, & non ſunt, vtpotè falſorum deorum, delapſi ſunt cultum. Quod ſi vos addubitatio aliqua H conturbat, quo minùs creationem hominis credatis: eis dumtaxat fidem habete, quorum vos auctoritatem ſequi debere exiſtimatis: ac ſcitote, oraculum veſtrum à quopiam, vt hymnum & laudem omnipotentis ederet Dei rogatum, ſic illud in medio hymno cecinſſe:

Quem primum finxit mortalem, dixit Adamum.

Atque hymnus hic à multis qui mihi noti ſunt, aſſeruatur, ad eos coarguendos, qui omnium teſtificatione confirmatæ veritati credere nolunt. Itaque viri Græci, ſi falſam de eis qui non ſunt diis imaginationem ſalute veſtra antiquiorem non habetis: credite, ſicut dixi, antiquiſſimæ & priſcæ admodum Sibyllæ, cuius libri in vniuerſo extant orbe de eis qui dicuntur, non ſunt autem, diis, mirifico quodam præpotentis Numinis afflatu ſortibus vos datis docenti: de futuro autem Seruatoris noſtri IESV CHRISTI aduentu, ac de rebus ab eo gerendis, liquido & apertè vaticinanti. Harum namque rerum cognitio perneceſſaria fuerit, ſacrorum virorum prædictiones antecedens præmeditatio.

Deniqne ſi quis opinetur ab antiquiſſimis quibúſque, ſicuti, apud vos nominati fuerunt, philoſophis, de Deo diſcendam eſſe rationem, Ammonem is & Mercurium audiat: illum quidem, in libris de eo ſuis, Deum πάγκρυφον, id eſt *prorſus occultum*, nominantem: hunc verò clarè & manifeſtè dicentem: *Deum intelligentiâ comprehendere difficile eſt; eloqui autem impoſſibile, et quoque cui intelligentiâ illum noſſe poſſibile.* Vndequaque ergo & modis omnibus ſcire conuenit, nullo planè pacto aliter aut aliundè de Deo, vel de recta religione diſci quidquam poſſe, quàm à prophetis ſolis, qui diuina inſpiratione afflati vos docent & inſtituunt.

EIVSDEM IVSTINI ORATIO Ad Græcos.

NE exiſtimate Græci, nulla me cum ratione, aut nullo cum iudiciu à veſtris ritibus deſciuiſſe. Nihil enim in illis ſanctum aut Deo acceptum inueni. Illa ſiquidem ipſa quæ Poëtæ veſtri compoſuerunt, rabici & vinolentæ cuiuſdam petulantiæ ſunt monumenta. Nam ſi quis ad eum qui apud vos doctrinâ excellit, diſcendi gratiâ accedat, in plures quam quiſquam hominum difficultates delabitur. Primum enim dicunt, Agamemnonem, magnæ fratris libidini, rabiei, & effræni cupiditati auxiliantem, filiam ad ſacrificium haud grauatè dediſſe, & totam Græciam turbaſſe, vt Helenam recuperaret, quæ à perfido paſtore rapta erat. Quum autem bello etiam ſuperueniente captiuos abduxerunt, ipſe Agamemnon à Chryſeide captiuus abductus eſt, & aduerſus Thetidis filium propter Briſeidem inimicitias ſuſcepit. Ipſe autem Pelides, qui fluuium ſaltu tranſiliit, qui Trojam euertit, qui Hectorem in poteſtatem redegit, veſter ille heros, Polyxenæ ſeruitutem ſeruiebat, ab Amazone mortua ſuperatus erat: quum arma à Deo fabricata exuiſſet, & veſtem qualem ſponſæ gerunt induiſſet, amoris conciliatrix victima in Apollinis templo fuit. At Ithacenſis Laërtiades, ex improbitate famam virtutis lucratus eſt, fuiſſe autem bonæ prudentiæ expertem, illa circa locum vbi Sirenes erãt nauigatio declarauit: quum prudentia aures obturare nõ potuerit. Telamonius ille Aiax, ſeptemplicis clypei geſtator, iudicio quod de armis *Achillis* aduerſus Vlyſſem intenderat, ſuperatus, furore corripiebatur. Hæc doceri nolo, non enim de tali virtute contendo, vt Homeri fabulis fidem præbeam. Eſt enim tota rhapſodia Iliadis & Odyſſeæ, principium ac finis Mulier. Sed quoniam poſt Homerum *fuit* Heſiodus, *qui* Opera & dies conſcripſit, quis nugaci eius Theogoniæ aſſentietur? Aiunt Saturnũ Cœli filium imperium patri abrogaſſe, & ſceptra cepiſſe: quumque eum ei metus eſſet ne ſimilia pateretur, in animum induxiſſe liberos comedere. Sed Iouem, quum Curetum ſolertia furto ſublatus eſſet & latuiſſet, vinculis patrem conſtrinxiſſe: ac partitione, vt aiunt, facta, Iouem quidem æthere potitum eſſe, Neptunum autem profunditat Plutonem inferus pro ſua portione ſortitum eſſe. Verum Pluto quidem Coren, *id eſt Proſerpinam*, rapuit: & Ceres per deſerta errans, filiam quærebat, atque hanc fabulam in altum ignis Eleuſinius extulit. Alia autem ex parte Neptunus Melanippæ pudorem rapuit, dum illa aquaretur: qui etiam turbâ Nereidum non paucarum abuſus eſt: quarum nomina ſi commemoremus, magnam verborum multitudinem conſumeremus, ad Iouem autem quod attinet, is multis modis adulter, in Antiope, vt ſatyrus: in Danaë, vt aurum: in Europa, taurus erat: apud Ledam vero, alas ſumebat. Nam Semeles amor, & eius petulantiam, & ipſius Semeles zelotypiam coarguit. At Ganymedem Phrygem (ceu feruur) vt pincernæ officio fungeretur, rapuit. Ac Saturnij quidem ita ſe geſſerunt. Ac veſter ille Latoides, *id eſt Apollo*, qui magni eſt nominis, quum ſe artis vaticinandi peritum profeſſus eſſet, ſeipſum mendacij conuictum reddidit. Daphnen enim quum perſequeretur, eam non eſt aſſequutus: & Æacidæ illum ſuſcitato mortem vaticinatus non eſt. Nam Mineruæ virile vitæ genus, Dionyſi muliebre, Veneris meretricium taceo. Legite Ioui (Græci) legem aduerſus eos latam qui parentem pulſant, & pœnam adulterio irrogatam, & prædicationis turpitudinem *docete.* Docete Mineruam & Dianam quæ ſint mulierum opera, & Dionyſum, quæ ſint virorum. Quid majeſtate aliqua dignum præſtat mulier armis ornata? quid vir ille qui cymbala & corollas ac muliebrem veſtem pro ſuo cultu habet, & cum mulierum grege orgia celebrat? Nam triveſperum Alcidẽ certaminũ prædicatorẽ Iouis filium: qui occidit leonem, & capita multa habentem hydram proſtrauit. Verum is qui aprum robore infatigabili præditum morti dedit; qui aues hominum voratrices potuit volantes deturbare; qui canem tricipitem ex inferis ſurſum abduxit, qui Augiæ validum murum purgare ſtercoribus potuit; qui tauros & ceruam interfecit naribus ignem ſpirantes, & fructum aureum ab ipſo trunco accepit; qui ſerpentem venenum iaculatorem confecit; (& Acheloum quam ob cauſam occiderit, fas non eſt dicere, & hoſpitum interfectorem Buſirin) qui montes ſaltu tranſiliit, vt aquam acciperet quæ vocem articulatam edebat, ſicut fama eſt: qui tam multa & talia tantaque facere potuit, is tanquam puerulus, aures ſuas perſonare ſtrepitu cymbalorum, quæ ſatyri pulſabant, paſſus, & fœminæ amore ſuperatus, ſe à Lyde ridente in nates cædi lætabatur, ac tandem, quum Neſſeam tunicam exuere non potuiſſet, pyrâ aduerſus ſeipſum ſtructâ, vitæ finem ſtatuit. Deponat zelotypiam Vulcanus, & ne inuideat ſi, quum ſenex & claudus eſſet, odio haberetur, ac Mars carus foret, qui iuuenis ac formoſus erat. Veſtri igitur dij, ô Græci, præ libidine tales eſſe conuicti ſunt; veſtri autem heroës, effœminati, vt declararunt veſtræ hiſtoriæ, quæ tragœdiis argumenta ſuppeditarunt, Atrei piacula, Thyeſtæ concubitus, & Pelopidarum exſecranda facinora: & Danaum inuidia impellente cædes perpetrantem, & filiis carentem ebrium: & Thyeſteas cœnas, *quas* Erinnyes ſtruebant. Ac Procne ad hunc vſque diem pennata gemit; & huius ſoror Athenienſis poſt abſciſſam linguam ſtridorem quendam edit. Nam Oëdipodis tranſfixus fibulis pedes quid attinet referre? & Laij cædem, & cum matre initas nuptias, & quomodo fratres eius ac filij mutuis vulneribus occubuerint? Veſtros etiam conuentus panegyricos odio proſequor. Ibi enim luxui immenſum in modum & multò plus quam ad ſatietatem, indulgetur: ibi ſunt artificio exquiſito factæ tibiæ, quæ ad motus incitant, quales ſunt œſtro percitorum: & vnctiones curioſæ ac ſuperuacaneæ, quæ vnguentis fiunt, quod & de corollis dici poteſt quibus capita redimiuntur. Ac tanto malorum aceruo verecundiam circumſcribitis: impleturque vobis mens, dum præ intemperantia & petulantia in Bacchicum quendam furorem prorumpitis: vnde etiam rabioſis vti concubitibus ſoliti eſtis. Dixerim autem vobis hoc quoque: Quid tu, quùm Græcus ſis, filio tuo ſuccenſes, ſi Iouem imitans, tibi inſidiatur, & nuptias tuas furatus eſt? cur hunc eſſe inimicum cenſes; at illi ſimilia perpetrantem veneraris? Cur item de vxore tua expoſtulas, quod petulanter viuat & libidinosè; at Venerem templis honoraſti? Ac, ſi quidem iſta ab aliis dicta eſſent, accuſatio mera eſſe viſa fuiſſent, ac non veritas: ſed contra poetæ veſtri hæc canunt, hæc clamant eæque apud vos ſunt hiſtoriæ. Accedite in poſterum Græci, & ſapientiæ incomparabilis participes eſtote: ac diuinis ſermonibus docemini, & regis corruptioni non obnoxij notitiam capite: minimèque heroës iſtos agnoſcite, qui cædes patrant in hominum turba. Noſter enim ille *Imperator* non vult corporis ſtrenuitatem, & neque faciei pulchritudinem, neque nobilitatis elatos ſpiritus: ſed animam puram, ſanctimoniâ munitam. Iam autem nobis aſſiduè præeſt ſermo diuinus, & regis noſtri teſſeræ circa diuinas actiones, vtpotè vi ſermonis in animam penetrante, tibiâ pacificâ, dum animæ bellum mouetur. O grauium affectuum fugatorium inſtrumentorum: ô ignis animæ inſiti extinctorium magiſterium. Hæc nos non efficit poetas, non philoſophos reddit, neque oratores excellentes; ſed docens ex morti obnoxiis immortales, & deos ex mortalibus facit: è terra autem in ea loca

quidem

transfert, quorum termini ſunt vltra Olympum. Accedite *Græci*, docemini. Eſtote vt ego: quoniam & ego eram vt vos. Hæc me ceperunt, & doctrinæ vis enthea, & ſermonis efficacia: quoniam ſicut incantator peritus formidabilem ſerpentem fugat, poſtquam fecit vt è ſuo latibulo ereperet: ſic ſermo ex intimis animi penetralibus formidabiles ſenſuum affectus expellit: ac primum cupiditatem, ex qua quicquid formidabile eſt naſcitur, inimicitiæ, rixæ, inuidia, æmulationes, iræ, & his ſimilia. Cupiditate igitur expulſa, tranquillitatem & ſerenitatem anima conſequitur. Soluta autem malis quæ ceruicem eius circumfluunt, ad eum abit qui ipſam condidit, in eum enim locum oportet reſtitui vnde abſceſſit.

EIVSDEM IVSTINI AD SENATVM Romanum pro Chriſtianis defenſio prima.

Hæc apologia, ſecunda vulgò dici & [illegible] prima, cum tamen hoc loco reliquimus, cum id antea hoc ordine fuiſſet edita vide ſuprà prolegomena ad hunc authorem.

QVÆ heri & proximis diebus in vrbe veſtra, ô Romani, ſub Vrbicio accidêre, & quæ vbique locorum ſimiliter, citra rationem omnem à Præſidibus fiunt, neceſſitatem hanc mihi impoſuere, vt pro nobis, qui eiſdem vobiſcum affectionibus perpeſſionibúſque obnoxij, & (quamuis id ignoretis, & propter earum quæ habentur dignitatum ſplendorem nolitis) fratres veſtri ſumus, orationem hanc componerem. Vbique videlicet, ad frugem bonam aliquis adducatur à patre, vel vicino, vel filio, vel amico, vel fratre, vel viro, vel vxore, ſi nemo præterea præſto ſit: eis dumtaxat exceptis, quibus eſt perſuaſum, iniuſtos & libidinoſos in igne æterno excruciatum iri: qui verò per virtutem ad exemplum CHRISTI vitam egerint, extra perpeſſionem & dolorem omnem cum Deo eſſe victuros, (eos autem qui *Chriſtiani* ſunt dicimus) propter animorum pertinaciam & voluptatis ſtudium, & quod ad honeſtatem conſectandam excitari prorſus nequeant.

Deeſſe videntur hic nonnulla.

& maligni dæmones infenſi nobis, atque huiuſmodi iudices ſub ditione ſua habentes, ſibique ſub religionis nomine ſeruientes, per eos ipſam tanquam dæmoniis agitatos principes, occidi nos procurant. Vt autem cauſa tota quæ ſub Vrbicio eſt acta, manifeſta ſit, rem ipſam exponam. Mulier quædam cum marito ſuo homine libidinoſo fuit, libidini & ipſa prius dedita: vbi autem illa myſticam arcanámque Chriſti profeſſionem perdidicit, cum ipſa moderatam continentémque vitam eſt complexa; tum idem quoque vt faceret, marito ſuaſit: doctrinam referens Chriſtianam, & futurum illum æternum ignem, qui impudicis atque voluptuariis paratus eſt, promiſſionéſque itidem ſempiternorum piis deſtinatorum bonorum proponens. Sed enim cum multa ſæpe dicendo nihil apud eum efficeret, atque ille in procaci petulantia ſua permaneret, mulierem improbis ſuis moribus à ſe reddidit alieniorem. Illa namque impium eſſe iudicans cum tali deinceps viro conſueuiſſe, qui præter naturæ leges modis omnibus per libidines varias voluptatis fructum quæreret, diuelli ab eo voluit. Vt verò illam propinqui, pro auctoritate ſua, ab eo conſilio ſunt dehortati, ſpémque ei fecerunt, virum aliquando tandem in melius mutatum iri, manere cum homine eſt coacta. Poſtquam verò maritus Alexandriam profectus, multò etiam deterior factus eſſe dictus eſt; fœmina verita, ſi deinceps eodem cum illo lecto eademque vteretur menſa, ne impietatis quoque eius fieret particeps, miſſo illi qui apud vos dicitur repudij libello, ab eo ſeiuncta eſt. Ille porro cum coniugis ſuæ causâ lætari debuiſſet, quæ ſcilicet priori ſuæ vitæ nuntium remiſiſſet, ſimulque ebrietatem, laſciuiam, & (vt vno verbo dicam) improbitatem omnem, vt amplius conditiones non eligeret, ac cum ſeruis aliiſque turpis quæſtus gratiâ, impudicis non congrederetur, neq; in libidinum cœno volutaretur, valere iuſſiſſet; ipſi quoque vt meliora ſequeretur, ſuaſiſſet: tantum abeſt vt id ille fecerit, vt ab ipſa ſtatim diſceſſione, accuſationis libellum, Chriſtianam eam eſſe, Imperatori obtulerit. Mulier citata, ſupplici quoque libello principi dato, petiit ſibi permitti, vt rem familiarem ſuam primum conſtituere, ac deinde accuſationi eius reſpondere poſſet. Quod cum illa impetraſſet, maritus accuſatione abolita, illam quidem dimiſit: ad Ptolomæum autem quendam, qui eam pietatis profeſſionem docuiſſet, eſt conuerſus. Eum dolo aggreſſus, vt in vincula coniiceretur effecit. Centurioni enim cuidam ſibi amico perſuaſit, vt Ptolemæum arreptum hoc tantum interrogaret, an Chriſtianus eſſet: illum quippe veritatis amantem, miniméque fraudulentum aut mendacem, ſtatim ſe Chriſtianum eſſe profeſſurum. Itaque in vincula ille coniectus, longo tempore à centurione eſt tortus. Poſtremò vbi ad Vrbicium præfectum adductus, & ab eo interrogatus eſſet, propterea quod Chriſti doctrinam complexus benè ſibi eſſet conſcius, diuinæ virtutis doctrinam eſt profeſſus. Qui enim neget, quia profeſſionem damnet, id faciat: vel quia indignum ſe & alienum à re tanta eſſe ſciat, non profiteatur: neutrum verò veri Chriſtiani eſt. Vrbicius igitur propter eam profeſſionem duci Ptolemæum iuſſit. Lucius autem quidam, & ipſe Chriſtianus cum ibi aſtabat, qui improbato atque damnato iniquo Vrbicij iudicio: *Quæ (malum) ratio hæc eſt?* inquit, *num quod infamis maleficij vir hic admiſiſſe conuictus eſt? an, quod Chriſtiani nomine tantum ſe gaudet & gloriatur, qui neque adulter, neque fornicator, neque homicida, neque prædo, neque raptor ſit, propterea ad puniendum eum commotus es? Non hoc ſicut Imperatorem pium, non vt Cæſaris filium philoſophum decet, non ita vt ſacroſancto Senatui conuenit, iudicas Vrbice.* Et ille non aliud ad Lucium dixit, quam ipſum quoque talem ſibi, qui hactenus latuiſſet, videri. Idque ille cum maximè aſſeueraret, adduci ſimul eum præcepit, cui quidem ſe gratiam ille debere profeſſus eſt: à malis quippe dominis ſe liberari, & ad Deum Patrem & Regem optimum tranſire. Ad quos tertius alius acceſſit, in quem ſupplicio quoque eſt animaduerſum. Ne verò quiſpiam dicat: Omnes vos igitur vobis ipſis afferte manus, atque ad Deum iam nunc ite, neque nobis negotium faceſſite: Cauſam cur hoc non faciamus, & quamobrem, cum inquirimur, intrepidè profiteamur, exponam. Non fruſtra mundum à Deo conditum eſſe didicimus, humani nimirum generis gratiâ: atque eundem tum eis gaudere, qui illum res eius admirantes imitantur; tum eis offendi, ſibi diſplicentibus, qui mala ſeu verbo ſeu opere complectuntur, antea diximus. Quod ſi omnes nos ipſos occidamus, ne quis gignatur, & diuinam diſciplinam doceatur, aut etiam ne genus hominum conſtet, quantum in nobis ſit ſitum, auctores fuerimus; contra Dei conſilium & voluntatem & ipſi, ſi hoc committamus, venientes. Interrogati autem per inquiſitionem, non inficiamur, quod nullius nobis mali cõſcij ſimus: impium exiſtimantes, in rebus omnibus non vera dicere; id quod gratum eſſe Deo nouimus. Præterea autem & vos ab iniquis præſumptionibus iam nunc abducere cupimus. Sin & illa cuiquam in mentem veniat cogitatio: Si Deum iuxta profeſſionem noſtram adiutorem haberemus, non ita nos quemadmodum ipſimet dicimus, ab iniuſtis oppreſſum atq; excruciatum iri: & hoc ipſum refellam. Deus qui mundum vniuerſum fecit, & terrena hominibus & cœleſtia elementa ſubiecit; quæ & ipſi hominum gratiâ eum condidiſſe apparet: propter frugum prouentum, temporum etiam mutationibus exornauit, diuinamque hanc legem ordinauit, hominum ipſorum atque eorum quæ ſub cœlo ſunt prouidentiam, Angelis ad hæc diſpoſitis attribuit: Angeli autem ordinationem ſiue diſpoſitionem eam tranſgreſſi, cum mulierũ, concubitus causâ, amoribus ſunt victi, tum filios procrearunt eos qui *Dæmones* ſunt dicti, atque inſuper reliquum genus humanum in ſeruitutem ſuam redegerunt. Id verò effecerunt vel per ſcripta magica, vel per errores & ſupplicij, vel etiam per inſtitutionem victimarum & incen-

ſacrificiorum & libationum: quarum indigentes eſſe cœperunt, poſtquam animi perpeſſionum & concupiſcentiarum ſerui ſunt effecti: atque exinde inter mortales cædes, bella, adulteria, libidines, & vitioſitatem militiamque omnem diſſeminarunt. Vnde Poëtæ & fabularum ſcriptores ignorantes Angelos & ex eis progenitos dæmones, hæc in maſculos & fœminas, atque in vrbes & nationes perpetraſſe, quæ ipſi conſcripſerunt, in ipſum Deum [Iouem] & tanquam ſatu eius prognatos, fratrumque eius qui dicti ſunt, Neptuni & Plutonis, liberorumque itidem ab illis procreatorum filios retulerunt, nomine enim quemque ſuo, quod Angelorum quilibet ſibi ipſi & gnatis ſuis impoſuerat, appellarunt. Vniuerſarum autem rerum Patri, quia ingenitus eſt, nomen impoſitum non eſt. Quocunque namque demum ille vocetur nomine, vetuſtiorem ſe habeat eum qui nomen impoſuerit. *Pater* verò, & *Deus*, & *Creator*, & *Dominus*, & *Herus*; non nomina ſunt, ſed à beneficiis & operibus eius petitæ appellationes. Porrò filius eius, qui ſolus propriè dicitur *Filius*, *Verbum*, ſimul cum illo antè creaturas & exiſtens & naſcens, quoniam primitus per eum cuncta condidit & ornauit. CHRISTVS quidem ex eo, quod per illum Deus omnia conformauerit atque ornarerit, appellatur: quod & ipſum nomen eſt, ſignificationem minimè notam complectens: quemadmodum & DEI appellatio nomen non eſt, ſed rei ineloquibilis naturæ hominum inſita opinio. IESVS verò, & hominis & Seruatoris nomen ac deſignationem habet, nam & homo, ſicuti prius diximus, eſt factus, de Dei & Patris conſilio atque voluntate [virginis] partu editus, cum ad fidelium hominum ſalutem, tum ad dæmonum euerſionem. Hoc ipſum ex his quæ ſub aſpectu veſtro fiunt, intelligere poteſtis. Complures ſiquidem dæmonum intemperiis correptos homines per orbem omnem, & hanc veſtram vrbem, quos alij adiuratores & incantatores & venefici veſtri curare non potuerunt, permulti hominum noſtrorum, Chriſtianorum inquam, per nomen IESV CHRISTI ſub Pontio Pilato crucifixi adiurantes ſanarunt, atque etiam nunc ſanant, exarmantes atque exigentes ab hominibus, qui illos obſederunt, dæmones. Quocirca Deus confuſionem & interitum totius mundi per quem mali Angeli & dæmones & homines non amplius extent, fieri nondum permittit, propter ſemen Chriſtianorum, quod naturæ rerum cauſam eſſe nouit. Abſque eo enim ſi eſſet, fieri haudquaquam poſſet, vt vos adhuc iſta faceretis, & à prauis dæmoniis ita agitaremini, verum deſcendens iudicij ignis omnia propalam diiudicaret: ſicut antea quoque diluuium, neminem reliquum faciens præter vnum cum ſuis apud nos cognominatum Noën, apud vos autem Deucalionem: vnde rurſus tanta orta eſt mortalium multitudo: cuius quidem pars verò boni fuere, Ita namque & nos exuſtionem futuram eſſe dicimus, ſed non ſicuti Stoici tradunt, iuxta naturæ rerum inter ſe omnium mutationis rationem, quod turpiſſimum eſſe apparet: ſed neque iuxta fatum mortales ea quæ fiunt perhibemus vel facere vel pati, verum conſultò animi deſtinatione quemque aut officioſè aut perperam agere: atque prauorum dæmonum inſtinctu & operâ, bonos quidem, veluti Socratem & eius ſimiles opprimi, atque in vinculis eſſe: Sardanapalum autem & Epicurum, & qui præterea eiuſmodi ſunt, in copia rerum omnium & claritate beatos videri. Quod cum Stoici non præuidiſſent, per fati neceſſitatem euenire omnia cenſuerunt. Sed enim quia liberi arbitrij & Angelorum & hominum genus ab initio creauit Deus, iuſto iudicio pro delictis ſuis ſupplicium in igne ſempiterno reportabunt. Illa quippe ortæ cuiuſque rei natura eſt, vt virtutis & vitij ſit capax: neque quidquam eorum quæ creata ſunt, laude dignum eſſet, niſi vim ac poteſtatem alterorſum ſe conuertendi obtineret. Oſtenderunt hoc etiam homines illi, qui paſſim cum ratione recta leges tulerunt; & philoſophiam tradiderunt, expetenda & fugienda præcipientes. Quin & Stoici philoſophi, de moribus præcepta tradentes, eadem magnopere probant: vt ſatis liqueat, principiorum [Dei præcipue] & incorporeorum tractandorum illis minus ſuccedere rationem. Nam ſi fato ab hominibus dicent fieri quæ fiunt, aut nihil eſſe Deum, aut rebus pleriſque mutandis & alterandis, & in eadem vnde orta ſunt, ſemper diſſoluendis corruptioni tantum ſubiectarum notitiam habere: & Deum ipſum, qua per partes, qua per vniuerſum, in prauitate ſeu ærumna omni verſari: aut neque vitium neque virtutem aliquid eſſe dicere videbuntur, quod certè præter ſanam notionem, rationem & mentem eſt. Eos quoque qui Stoicorum diſciplinam amplectuntur, quoniam de moribus etiam præclarè docuerunt, (quemadmodum & aliqua ex parte poetæ, propter innata toti generi humano rationis ſemina) odiis expeditos, cæſoſque eſſe nouimus: Heraclitum quidem [antiquitus] vti diximus, Muſonium autem inter eos qui ſæculo noſtro [atque in hac vrbe fuere, atque item alios ſcimus. Nam vt omnes, quemadmodum ſignificauimus, qui qualicumque pacto iuxta rationem viuere, & prauitatem fugere ſtuderunt, odiis exagitarentur, genij maligni ſemper vi ſua & opera effecerunt. F Minimè verò id mirandum videtur, ſi eos qui iuxta partem aliquam ſeminariæ rationis mores ſuos conformant, periculis obiiciunt: verum quod ſecundum vniuerſæ Rationis & Verbi quod Chriſtus eſt, notionem & contemplationem viuentes, in longè maiora odia, ope & operâ ſuâ conii cere dæmones coarguuntur, [id demum admirationem excedit:] qui ſanè pœnas & ſupplicia condigna ſempiterno incluſi igne perferent. Quod namque nunc ab hominibus per nomen IESV CHRISTI illi premuntur, documentum id eſt futurorum, qui eos cultoréſque eorum manent, in æterno igne cruciatuum. Hoc enim ita tum prophetæ omnes præloquuti ſunt, tum & ipſe ductor noſter Ieſus docuit eſſe futurum. Et ego igitur expecto vt ab aliquo eorum qui nomine ſunt philoſophi, inſidiis appetar & ligno infigar, vel ab ipſo etiam Creſcente philoſopho & philocompo, hoc eſt ſtrepitûs popularis & inſolentis arrogantiæ amatore, indignus namque eſt qui philoſophus & ſapientiæ amator dicatur: propterea quod publicè de rebus quas ignorat, videlicet G quod Chriſtiani athei, prorſúſque ſine Deo & impij ſint, aſſeuerat: ad gratiam & libidinem eorum qui ab eo ſunt in errorem ſeducti, id faciens. Si enim doctrinam CHRISTI non attigit, & eam reprehendendo proſcindit, improbiſſimus eſt; idiotis & indoctis hominibus multò deterior, qui ſæpe de rebus quas ignorant. loqui & falsò teſtificari ſuperſedent. Sin Chriſtianam profeſſionem legit aut certè amplitudinem eius non intellexit? aut intellexit ille quidem, ne verò in ſuſpicionem, Chriſtianum cum eſſe, perueniat, id facit [& nos criminatur,] longè adhuc eſt importunior, nihil ingenui & liberalis ingenij habens: vtpotè inepta & abſurda opinione vit, timorique ſordido obnoxius. Sanè ſcire vos volo, me, qui quæſtiones huius generis quaſdam illi propoſuerim, cognouiſſe, atque argumentis etiam euiciſſe, nihil hominem certò veréque ſcire. Quod ipſe autem hæc ita veraciter loquar, ſi ad vos colloquia diſputationum huiuſmodi relata non ſunt, paratus ſum adhuc cum eo [ad fidem faciendam] apud vos de eis denuò ſermonem conferre: & eſſet profectò id quoque imperio dignum opus. H Sin cognitæ vobis ſunt interrogationes meæ, atque illius reſponſiones: ſatis apud vos teſtatum perſpicuúmque fuerit, nihil eum ſcire: aut certè ſi ſcit, propter auditores [ſuos] eloqui non audere, quo minùs exemplum Socratis imitetur. Quæ res illum, ſicut antea dixi, non philoſophum & ſapientiæ amatorem, ſed philodoxum & gloriæ aucupatorem eſſe declarat: qui nimirum Socraticum illud omnium comprobatione dignum non obſeruet, *Nullum eſſe veritati præferendum virum.* Sed impoſſibile eſt homini Cynico, qui finem promiſcuum, nullo adhibito rerum vitæque certò delectu, eſt amplexus, bonum aliud noſſe, quam adiaphoriæ & inordinatæ huiuſmodi confuſionis & indifferentiæ. Ne verò quiſpiam dicat, id quod à philoſophis (vt eſſe putantur) iactatur, voces eſſe inanes & terriculamenta quæ à nobis de iniuſtis, in igne perpetuò eos torqueri, referuntur: ac nos vt propter timorem coacti, non autem propter honeſta-

tem,

A tem, libentes homines in vita virtutem ſequantur, præcepta dare: paucis ad hoc ſic reſpondebo. Hoc ſi non ſit, neque Deum eſſe: aut ſi ſit, nihil illi curæ eſſe res humanas: atque nec virtutem eſſe, nec vitium: & iniuſtè, prout diximus, legiſlatores, eos qui honeſtatem conſtitutionibus ordinatam tranſgrediuntur, pœnis afficere. Sedenim quoniam illi iniuſti non ſunt eorumque parens eadem quæ ipſe facit, facere per Rationem & Verbum docet: neque qui doctrinis illis obſecundantes conſentiunt, iniuſti ſunt. Quod ſi quis diuerſitatem legum humanarum variantium inter ſe obiiciat, allegans quæ à quibuſdam hominibus vel pulchra vel turpia exiſtimantur ab aliis quæ illis ſint pulchra, turpia; & quæ turpia, pulchra cenſeri: audiat quæ de hac quoque re dicamus: Leges etiam malitiæ ſuæ congruentes angelos prauos conſtituiſſe ſcimus, quibus illorum ſimiles gaudent homines. Verum recta accedens ratio non omnes ſententias, neque præcepta omnia honeſta eſſe commonſtrat: B ſed hæc quidem praua, illa autem bona. Quocirca aduerſus hoſce, hæc ipſa & ſimilia à me dicentur atque diſſerentur pluribus, cum vſus tulerit, nunc ad propoſitum redeo. Longè ampliores eſſe res noſtras doctrinis humanis: omnibus conſtat: ob id, quod qui noſtrâ cauſâ apparuit, Chriſtus rationalis ex parte omni factus eſt corpore, ratione, & anima. Et quæcumque rectè quouis tempore dixerunt & inuenerunt Philoſophi aut legum latores, iuxta eam partem quæ rationis, inuentionis & contemplationis eſt, id ab eis eſt factum. Quia autem non omnia quæ Rationis ſunt & Verbi, id quippe Chriſtus eſt, peruiderunt & promulgarunt, cum diuerſa à ſeipſis & contraria perſæpe dixerunt; tum qui ante Chriſtum fuere, quod ratione pro captu humano innixi res pleraſque contemplari, explorare & arguere contenderint, tanquam impij & curioſi, ad iudicium tribunalia ſunt protracti. Qui autem ad hoc omnium inter eos fuit vehementiſſimus Socrates, eiuſdem nobiſcum eſt accuſatus criminis. nam illum dictum eſt noua dæmonia in- C ferre; &, quos ciuitas cenſeret eſſe, ipſum non putare deos. At ille dæmones quidem malos, & probrorum quæ Poëtæ deſcripſerunt patratores, vrbe exegit: homineſque vt Homerum & poëtas alios vitarent, docuit: & & ad ignoti eis Dei per Rationis & Verbi inquiſitionem cohortatus eſt, dicens: *Parentem autem & opificem vniuerſorum, neque inuenire facile, neque inuentum in vulgus promulgare, tutum eſt.* Quæ Chriſtus noſter virtute & potentiâ ipſe ſuâ præſtitit & fecit. Ac Socrati quidem certè nemo tantum fidei habuit, vt pro placito eiuſcemodi mortem perferret: CHRISTO autem, qui & à Socrate ex parte eſt agnitus? (Ratio enim & Verbum, fuit & eſt in vniuerſitate rerum exſiſtens: qui & per prophetas quæ futura erant vaticinatus eſt, & per ſeipſum hæc, par nobis perpeſſionibus factus, docuit) non philoſophi & philologi, id eſt ſapientiæ & ſermonis rationiſque amatores tantum, ſed etiam manuarij artifices, atque idiotæ rudes, prorſus gloriam, metum & mortem D floccifacientes, perſuaſione firma adducti crediderunt: quandoquidem is Virtus eſt Patris, quem verbis exprimere non eſt; atque [illi ipſius] non humanæ rationis & verbi vaſa. Enimuerò neque ita exderemur, neque potentiores nobis eſſent iniuſti ſimul & homines & dæmones, niſi quilibet qui ortus eſt homo, omnino mortis etiam debito eſſet implicatus. Idcirco nos debitum id perſoluentes, gratias agimus. Cæterum & Xenophontis illud in præſentia apud Creſcentem, & eos qui pariter cum illo mente capti inſaniunt, rectè atque tempeſtiuè me allegaturum puto. Herculem Xenophon ait in triuio quodam deambulantem, Virtutem & Prauitatem mulierum ſpecie ſibi oblatas inueniſſe: ac Prauitatem quidem molliter veſtitam, ac proinde floreſcenti illicibilique ad amorem, atque aſpectu ſtatim ſolo ad demulcendum compoſito vultu, ad eum dixiſſe: Si ſe ſequeretur, effecturam eſſe vt lætus ille ſplendidiſſimo, eique pari quem ipſa geſtaret, mundo exornatus, omnem exigeret ætatem. Virtutem autem, vultu & veſtitu obſcuro, ita verba feciſſe: *At ſi mihi obſequêre, non ornatu huiuſmodi, neque formâ fluxâ & fragili teipſum condecorabis, ſed æternis atque honeſtis ornamentis, Nemo quippe qui ſuaſionibus meis paret, ea quæ videntur pulchra fugiens: quæ verò habentur dura & irrationabilia perſequens, beatitudinem non conſequitur.* Prauitas namque operibus ſuis velamentum, ea quæ virtutis ſunt, & reuera pulchra ſunt, per corruptibilium & caducorum æmulationem obtendens, (nihil enim quod corruptioni non ſubiaceat, nec habet, nec facere poteſt) & quæ ei propria ſunt mala virtuti imponens, in ſeruitutem adigit humi repentes homines. Verum qui mentis ſunt compotes, cum vera virtutis bona intelligunt, tum illius beneficio ſunt æterni. Quod & de Chriſtianis, eiſque qui ad præmium percipiendum per certamina [virtutis] anhelant, & de his opinari oportet mortalibus, qui talia [per prauitatem] factis ſuis deſignarunt, qualia de diis, vt habentur, poëtæ eccinerunt. Omnia igitur propter res [& expetendas] & fugiendas, rationem & cogitationem illam ſecum trahunt, vt magno mortem contemnamus animo. Nam & ego ipſe Platonis diſciplinæ ſectator, cum calumnioſè audirem Chriſtianos deferri, intrepidè autem ad mortem & alia quæ terribilia eſſe cenſentur omnia, adire conſpicerem: ſtatui ipſe mecum, fieri haudquaquam poſſe, vt illi in vitiorum prauitate & voluptatum amore viuerent. Quis etenim voluptatis conſectator, aut per animi impotentiam intemperans, & humanarum carnium dapes pro bono ducens, mortem libenter complecti queat, vt bonis ſuis ſeipſum priuet? ac non potius modis omnibus, vt hanc ſibi continenter vitam agere, & celando principes & magiſtratus fallere liceat, operam nauet, nedum per denuntiationem & indicium ſeipſum cædi offerat? Iam verò & illud, vt à malis quibuſdam hominibus fieret, praui effecerunt genij, nam ad ſycophanticam aduerſus nos calumniam nonnullos necantes, ad tormenta protraxerunt noſtrorum ſeruos, aut pueros, aut mulierculas: vt per cruciatus horrendos & formidabiles eorum quæ ſermonibus vanis atque fabuloſis feruntur, flagitiorum extorquerent confeſſionem; quæ flagitia ipſi manifeſto faciunt; nos autem quoniam nihil ad nos pertinent, propterea non curamus, Deum ingenitum & ineffabilem teſtem cogitationum & factorum habentes. Quánam enim de cauſa, iſta quoque bona publicè non profitemur, aut diuinam ea philoſophiam eſſe non oſtendimus, dicendo: Saturni nos operari myſteriis, hominibus iugulandis, & manibus cruore implendis, eiſdemque (vt dicitur) quæ apud ſimulachrum fiunt quod apud vos colitur, faciendis: cui quidem non modo ratione carentium animantium, ſed hominum quoque ipſorum ſanguis affluit, viro apud vos clariſſimo & generoſiſſimo profuſionem eiuſmodi cædibus procurante; & Iouis aliorumque deorum, abſque timore & pudore omni, cum viris iuxta & fœminis conſueſcendi imitatores eſſe, ex Epicuri & poëtarum ſcriptis defenſionem adducendo? Quoniam autem diſciplinam eiuſmodi improbamus, & qui talia faciunt & æmulantur, fugere ſuademus; pro eo atque id nunc quoque oratione hac noſtra magnopere contendimus; multifariam oppugnamur. Sed nihil id curamus, quia Deum inſpectorem omnium iuſtum nouimus. Vtinam verò nunc etiam aliquis exiſteret, qui ſuperiore quopiam è loco voce Tragica exclamaret: *Veremini, veremini, quæ manifeſte ipſi perpetratis, ea in innoxios referre; & quæ vobis ipſis & veſtris inſunt diis, ea illis attribuere in quos ne ſcintilla quidem cadit pars ſcelerum tantorum: Mutamini, conuertimini, reſipiſcite.* Nam & ego obtentum adulterinum, ad abſterrendos alios homines, à peruerſis dæmonibus Chriſtianorum diuinis doctrinis callidè, vt earum veritatem in ſuſpicionem falſi adducerent, iniectum eſſe intelligens; cum prætextum eum ipſum, & multitudinis opinionem riſi; tum vt Chriſtianus inuenirer, me & votis omnibus optaſſe, & omni contentione decertaſſe profiteor: non equidem quod alienæ ſint à Chriſto Platonis doctrinæ, ſed quod, ſibi ipſis non omnino conſtent: ſicuti neque aliorum, Stoicorum videlicet, & Poëtarum, & Hiſtoricorum. Pro ſe enim quiſque ex parte

natiuæ ſibique inſitæ diuinæ rationis, id quod affine & cognatum ſibi eſſet cernens, rectè promulgauit. Qui autem hiſce contraria de rebus maioris momenti dixerunt, ſcientiam conſiſtentem, & notionem irreprehenſibilem eos conſequutos non eſſe apparet. Quæcumque ergo apud omnes rectè dicta ſunt, noſtra Chriſtianorum ſunt. Ingeniti namque & ineffabilis Dei Rationem ac Verbum ſecundum Deum, adoramus & complectimur, quoniam noſtra cauſa id homo factum eſt, vt perpeſſionum noſtratum participatione medicinam nobis faceret. Nam ſcriptores omnes propter rationis ſemen illis inſitum, perquam tenuiter ea quæ ſint, cernere potuerunt. Aliud eſt enim ſemen alicuius, & imitatio pro virili parte conceſſa; & aliud ipſum [ſemen primarium] per cuius gratiam inde prouenientem, participatio illa & imitatio exiſtit. Quapropter vos rogamus, vt ſenatuſconſulto, prout vobis viſum fuerit, ſcripto, libellus hic præmittatur: vnde ab aliis etiam res noſtræ cognoſci atque illi ipſi [Chriſtiani] ſuſpicione falſâ liberari queant, qui præter ſuam ipſorum culpam ſuppliciis obnoxij fiunt; atque vt ad notitiam hominum iſta perueniant, propterea quod in hominum natura notio honeſtatis & turpitudinis ineſt: tum autem noſtra etiam cauſâ, quos illi tales ignorant, quales ipſi dicunt, damnare fœditates: atque ob id etiam quod Vale diis dixerimus, qui eius generis flagitia admiſerunt, atque etiam nunc ſimilia ab hominibus expoſcunt. Atque illi vtique ſeipſos ipſi calculis ſuis condemnant, dum nos quaſi talia deſignantes, ad mortem aut vincula aut aliam eiuſcemodi pœnam damnant, ita vt iam non aliis eis opus ſit quæſitoribus. Ego verò etiam impiam atque erroneam in gente mea *Simonianam* deſpexi *diſciplinam*: Quod ſi vos hanc edicto propoſito petitionem publicaueritis, noſtrum fuerit, rem omnem omnibus clariùs exponere & declarare: vt illi, quoad eius fieri poſſit, reſipiſcant, & mutati meliореſcant: cuius vnius rei gratiâ tantùm libellum hunc compoſuimus. Non ſunt autem doctrinæ & præcepta noſtra, ſi ſanum accedat iudicium, turpia; ſed humanâ ſapientiâ omni, longè ſuperiora: ſin minus, Sotadiis certè quidem, & Philænidiis, & ſaltatoriis, & Epicureis, aliiſque id genus poëticis inſtitutionibus non ſimilia: quarum & qui antea ſcripti ſunt & qui nunc eduntur, libellos legere omnibus eſt permiſſum. Ac deſinemus iam verba facere, nonnulli quantum in nobis fuit, votiſque omnibus precati, vt omnes vbique homines, qui ad veritatis perueniant agnitionem, reperiantur digni. Itaque & vobis liceat, quod iuſtum eſt ſtatuentibus, pro eo atque religionem & philoſophiam decet, de vobis ipſis facere iudicium.

EIVSDEM IVSTINI
Pro Chriſtianis Defenſio II. ad Antoninum Pium.

IMPERATORI Tito Ælio Adriano Antonino Pio Auguſto Cæſari, & Veriſſimo filio philoſopho, & Lucio philoſopho, Lucij quidem Cæſaris natiuo, Pij autem adoptiuo filio, eruditionis amatoribus; ſacroque Senatui, & populo Romano vniuerſo; pro his qui ex omni hominum genere iniuſtè odiis iniquis & violentæ vexationi ſunt obnoxij: Iuſtinus Priſci Bacchij filius, Flauiæ (quæ noua ciuitas eſt Syriæ Palæſtinæ) ortus, ex illis vnus, hanc orationem atque deprecationem offero. Qui verè Pij & Philoſophi ſunt, eos ſolam veritatem in pretio habere & colere debere, ratio dictat: veterum opinionibus, ſi prauæ ſint, inſiſtere detrectantes. Non enim ſolum, vt ne eos qui iniuſtè quidquam egerint aut ſtatuerint ſequamur, ſana ratio ſuadet; verumetiam modis omnibus, præ ſua quoque ipſius animâ, veri amatorem quemque; vel ſi mors intentetur, vt quæ iuſta ſunt & dicat & faciat, eligere oportet. Ac vos quidem *Pij & Philoſophi*, & *Iuſtitiæ cuſtodes*, & *Eruditionis amatores*, quod ſic vocemini, vbique auditis; an vero etiam ſitis, res ipſa demonſtrabit. Siquidem non adulaturi vos hoc ſcripto, neque ad gratiam quidquam dicturi, ſed vt iuxta exactam & exquiſitam rationem iudicium faciatis, poſtulaturi acceſſimus: ne videlicet ſententiæ [domo allatæ] præſumptiuæ, neque ſuperſtitioſâ hominibus placendi affectione, neque præter rationem concepto impetu, & inueteratâ longo tempore famâ malâ præoccupati, contra vos ipſos calculum feratis. Noſtra quidem ratio eſt, à nemine nos quidquam mali pati poſſe, ſi non aut malefici coarguamur, aut praui [cognitâ cauſâ] iudicemur eſſe: Vos autem occidere quidem poteſtis, at nocere non poteſtis. Verum nequis hæc dicta contra rationem temerè prolatam vocem eſſe exiſtimet, oramus vt quæ ipſis [Chriſtianis] obiiciuntur crimina, inquirantur: atque ſi ita ſe habere probata fuerint, pro eo atque par eſt puniantur, ſeu potiùs acriùs etiam puniantur. Sin nihil quiſquam quod coarguere poſſit habeat; non dictat vera ratio, propter famam malam illum inſontes homines, imò vos ipſos magis, qui non iudicio ſed affectione pœnas inferre animum inducatis, iniuriâ afficere. Atque hanc certè quidem in ius vocandi & iudicij expediendi ſolam honeſtam & iuſtam eſſe rationem, quiuis ſapiens cenſebit: ſi ciues ſubditi inculpabilem factorum dictorumque ſuorum reddituros ſe rationem offerant: itidem verò viciſſim, ſi principes non vim & tyrannidem; ſed pietatem & philoſophiam, calculo ferendo ſequantur. Hoc namque pacto ſimul & principes, & qui principibus parent, bono perfruantur. Dixit enim & ex priſcis quidam: *Niſi & principes & ciues philoſophentur, fieri non poſſe vt beatæ ſint reſpublicæ & ciuitates.* Noſtrum igitur fuerit, vitæ & doctrinæ noſtræ inſpiciendæ omnibus facere poteſtatem; ne nobis ipſis accepta referamus ſupplicia eorum delictorum, quæ hallucinantes illi committunt, qui ſe res noſtras ignorare exiſtimant: veſtrum autem, quemadmodum ratio ſtatuit, vt audita cauſa boni [in cognoſcendo] inueniamini iudices. De cætero namque, hoc cum intelligatis, nulla defenſione excuſari poteritis apud Deum. Nominis ſanè quidem appellatione, neque bonum quidquam, neque malum, ſine factis ſub nomen ipſum cadentibus, iudicatur. Et quantum ad nomen ipſum pertinet, quod criminis loco nobis obiicitur, optimi certè ſumus. Sed cum iniquum eſſe putemus, nos propter nomen, ſi mali eſſe comperiamur, abſolutionem petere: è diuerſo, ſi nihil iniqui aut per nominis appellationem, aut per vitæ conſuetudinem admittere conuincamur, [vt innocentes damnari] veſtrarum fuerit partium, anxiè vereri, ne iniuſtè in eos qui rei peracti non ſunt, animaduertentes, à iuſtitia ipſi ad ſupplicium condemnemini. Ex nomine ipſo certè neque laus cuiquam neque pœna rectè debetur: niſi quid vel per virtutem, vel per prauitatem factum eſſe ab eo probari poteſt. Ac vos quidem ex eis qui ſacra veſtra colunt, accuſatos omnes non prius pœnâ, quam rei peragantur, afficitis: de noſtris autem [Chriſtianis] nomen ipſum tanquam criminis comperti argumentum arripitis, cum quidem nominis cauſa delatores potius mulctare deberetis. Chriſtiani enim eſſe deferimur: atqui χρηστὸν [hoc eſt commodum & bonum] odiſſe, iniuſtum eſt. Et contra, ſi quis ex eis qui inter reos relatus eſt, ſe voce [Chriſtianum] eſſe neget, eum abſoluitis, tanquam nihil in eo quod delicti nomine reprehendatis, habentes. At ſi quis profiteatur eſſe, eum propter profeſſionem ipſam torquetis, cum & in profitentis iuxta & in negantis vitam inquirere deberetis, vt ex operibus, qualis quiſque eſſet, appareret. Ad quem enim modum quidam, accepto à magiſtro CHRISTO præcepto, ſi inquirantur, non inficiantes [exemplo alios ad fortitudinem] cohortantur: ad eundem modum malè viuentes nonnulli occaſionem forſitan præbent, Chriſtianos vniuerſos temerè proſcindendi, eis qui impietatem & iniuſtitiam ſibi conſectandam propoſuerunt. Nam & philoſophiæ nomen & habitus quibuſdam inſcribitur & conceditur, qui nihil profeſſione ſua dignum præſtant; neque vos latet, eos quoque qui longe diuerſa à veteribus opinati atque arbitrati ſunt, vno

A & eodem cum illis nomine philoſophos vocari. Sed enim
nonnulli eorum nullos eſſe deos docere , & Iouem vna
cum liberis ſuis impudicum promulgant : eorumque do-
ctrinam qui vel legunt, vel agendo repræſentant, tantum
abeſt vt à vobis prohibeantur , vt præmia quoque & ho-
nores eis qui maximè ſunt ad contumeliam illorum refe-
rendam vocales , conſtituatis. Quid verò tandem id in
nobis fierit , recipientibus nihil nos iniuſtè agere, neque
hæc ipſa diuinitatem omnino abolentia opinari & doce-
re? Non legitimo examine iudicia exercetis : ſed affectu
præter rationem tranſuerſim ducti , & malignorum ge-
niorum flagris [quaſi furiis] incitati , causâ non iudica-
tâ ſupplicia infertis ; nihil penſi habentes , dicetur nam-
que quod res eſt. Quandoquidem & antiquitus peruerſi
dæmones, per ſpectra apparentes, mulieres conſtuprarunt,
& pueros imminuerunt , & terriculamenta hominibus
exhibuerunt : vt attoniti illi redditi , qui res ipſas quæ
B fiebant , non ratione iudicabant , ac metu correpti ,
dæmones malos eſſe neſciebant , deos illos vocarent ,
& nomine quemque quod ſibi dæmonum quiſque im-
poſuerat , appellarent. Poſtquam verò Socrates ratio-
ne verâ hæc per inquiſitionem in apertum proferre ,
& mortales à dæmonibus abducere eſt annilus : illi ipſi
dæmones , per homines prauitate gaudentes effecerunt,
vt quaſi ἄθεος (id eſt nullius diuinitatis & impius vir)
noua inducens dæmonia , occideretur. Idipſum itidem de
nobis faciunt. Non modo enim apud Græcos per Socra-
tem à Ratione hæc ſunt reprehenſa , ſed apud barbaros
quoque ab ipſamet Ratione & Verbo conformato & ho-
mine facto , atque I E S V C H R I S T O dicto. Cui nos
credentes , eos qui hæc patrarunt dæmones, non tantum
non rectos eſſe dicimus , ſed malos etiam & impuros dæ-
mones : quibus ne hominum quidem , virtutem experen
tium , ſimiles ſint actiones. Quamobrem & ἀθέων (hoc
eſt nullorum deorum) cognominamur. Et profitemur
quidem nos talium qui habentur deorum eſſe expertes,
& atheos : ſed non veriſſimi illius Dei , Patris videlicet
iuſtitiæ & caſtitatis , & virtutum aliarum , & ab omni
vitioſitatis mixtione & labe alieni, expertes. Verum hunc
ipſum , & qui ab eo venit , atque iſta nos , & aliorum
obſequentium exæquatorumque [ad voluntatem eius]
bonorum angelorum exercitum docuit , Filium , & Spi-
ritum propheticum , colimus & adoramus ; cum ratio-
ne & veritate venerantes , atque vnicuique diſcere atque
noſſe volenti , pro eo atque edocti ſumus, candidè [hæc]
tradentes. Sed dicet aliquis: Iam nonnulli ex comprehenſis
criminis ſunt conuicti , & malefici comperti. Scilicet
perſæpe non paucos , cum eorum qui accuſantur vitam
plerumque diſquiritis , non tamen propter prædictos
[Chriſtianos] condemnatis. In vniuerſum namque &
illud fatemur , ſicut apud Græcos qui placita ſua diuerſi
in diſciplinas retulerunt, omnes vno Philoſophiæ cenſen-
tur nomine , quamuis eorum dogmata inter ſe diſſideant:
ita ſanè & apud barbaros, qui extiterunt & reputati
ſunt ſapientes , commune ſibi inditum nomen obtinent.
nam *Chriſtiani* omnes vocantur. Quapropter vt facta
omnium quorum nomina deferuntur , iudicentur , roga-
mus ; vt criminis manifeſtus , tanquam iniuſtus , non
tanquam Chriſtianus, puniatur : Sin inculpatus quis com-
periatur , vt abſoluatur tamquam Chriſtianus , qui nihil
iniuſti egerit. Porrò vt in delatores ipſos animaduertatis,
minimè petemus. Sufficit enim illis ſua malignitas , &
bonarum rerum ignoratio. Illud ſanè vos conſiderare ve-
lim , pro vobis nos hæc dicere : eo quod in noſtra eſt po-
teſtate , vt cum inquirimur , negemus. Sed viuere nolu-
mus , mendaciter quidquam loquentes. Sempiternam
namque & puram vitam concupiſcentes , ad conſuetudi
nem cum Deo parente & opifice vniuerſorum viuendi
aſpiramus , & ad confeſſionem Chriſtianam feſtinamus:
perſuaſum habentes atque credentes , conſequi hanc eos
poſſe , qui factis ipſis Deo probant ſe illum conſectari,
& vitæ eius conſuetudinem adamare , in qua nullam ad-
uerſariam perſentire eſt prauitatem. Atque equidem ,
quoad paucis dicere licet , quæ [à Deo] exſpectemus,
& per Chriſtum didicerimus & doceamus , hæc ſunt.

Plato verò Rhadamanthum & Minoëm itidem iniuſtos E
ad ſe venientes plexurum eſſe docuit : nos autem idipſum
etiam factum iri dicimus ſed à C H R I S T O, corporibus
eiſdem cum animabus ſuis vniendis ; atque æternis pror-
ſus , ac non eis tantum qui mille annorum decurſo am-
bitu durent , vt ille ait , cruciatibus torquendis. Quod ſi
hoc quiſpiam nobis dicat , Incredibile eſſe atque impoſ-
ſibile : in errorem hoc alium ex alio ſeductio fuerit , tan-
tiſper dum re ipſa nihil nos iniqui admittere conſtet. Sed
neque victimis multis & florum coronis colimus , quos
homines effigiantes & in templis collocantes , Deos co-
gnominarunt : quandoquidem hæc animâ carentia, mor-
tua , & Dei formam non habentia [ſimulachra] noui-
mus eſſe. Minimè namque gentium talem Deum obtine-
re ſpeciem , qualem quidam dicunt , honoris gratiâ per
imitationem eſſe expreſſam verum ſigna iſta illorum qui
apparuerunt malorum geniorum & nomina & formas re-
ferre ducimus. Quid enim opus eſt , apud vos qui ſcitis
commemorare quomodo artifices materiam tractent, po- F
lientes eam , & incidentes , & conflantes , & pulſantes,
& ex inhoneſtis ſæpenumero vaſis , figuram tantum mu-
tantes & conformantes , atque exinde Deos cognomi-
nantes. Quam rem non modo præter rationem omnem
eſſe , verum etiam cum contumelia eam Dei fieri ſtatui-
mus , cui ineloquibilem claritatem & formam obtinen-
ti in rebus corruptibilitati ſubiectis , & curâ egentibus
nomen inditur. Atque horum opifices impudicos , &
omni prauitate , ne ſcelera eorum ſingulatim dinumere-
mus , obſitos eſſe , certò , noſtis qui ancillas etiam ſuas
operis iſtiuſmodi adiutrices conſtuprant. O ſtuporem è
fulmine attonitum. Homines impuros , deos qui ado-
rentur, fingere & transformare profitemini : & fanorum,
vbi illi conſecrantur & reponuntur , cuſtodes atque ædi-
tuos conſtituere vos dicitis : non proſpicientes , & cogi-
tatu & dictu nefas eſſe , homines deorum cuſtodes face-
re. Enimuerò neque oblationibus materialibus , quæ ab
hominibus præbeantur , Deum indigere , perſuaſum ha-
bemus , ipſum omnia largiri cernentes : illos autem eum G
oblationis loco ſuſcipere didicimus , ac certò ſcimus, cre-
dimuſque , qui quæ illi inſunt bona , caſtitatem , iuſti-
tiam , humanitatem , & quæcumque Deo ſunt peculia-
ria , nullum factitium impoſitúmve habenti nomen,
æmulantur. Et cum bonus ſit , omnia cum in principio
[è nihilo , & non] ex informi materia , hominum cauſa
condidiſſe , edocti ſumus. Qui ſi dignos ſe operibus ipſis
illius conſilio & voluntati præſtiterint , conuerſatione ſua
dignatum iri ſcimus , cum illo ſimul regnaturos , ac cor-
ruptionis perpeſſioniſque expertes futuros. Quo enim
modo nos ab initio , cum non eſſemus , creauit : eodem
modo putamus illum placita ipſius ſuopte arbitrio com-
plexos , immortalitate atque conſuetudine ſua donatu-
rum eſſe. Porrò vt ab initio exiſteremus , non noſtrum
id fuit. Itidem verò , vt delectu adhibito ea ſectemur quæ
grata illi ſunt , per donatas nobis ab eo rationis virtutes,
perſuaſione ipſius id ſit , ad fidem nos adducentis. Et ex
vſu hominum cunctorum eſſe arbitramur, quod non mo-
do iſta addiſcere non prohibeantur , ſed etiam cohorta- H
tione ad diſciplinam huiuſmodi incitentur. Nam quod
humanæ leges efficere nequiuerunt , id Ratio & Verbum
diuinum præſtitiſſet niſi maligni dæmones complura fal-
ſa & impia crimina intercedentes hominibus offudiſſent
vitioſa : ad omnia & varia , pro cuiuſque natura , tan-
quam auxilio quodam ſuccenturiati concupiſcentiâ: quo-
rum criminum nihil nobis adeſt. Ac vos regnum à no-
bis exſpectari audientes , citra iudicium , humanum
deſignari opinamini ; cum Dei regnum , in quo cum
eo regnaturi ſumus , dicamus. Id quod ex eo quoque,
quod ad inquiſitionem veſtram Chriſtianos nos eſſe
profitemur , cum quidem mortis ſupplicium profeſ-
ſis propoſitum ſciamus , patet : Si enim humanum
expectaremus regnum inficiaremur vtique ne occidere-
mur ; ac latere contenderemus , vt exſpectationis com-
potes fieremus. Sed quia ſpes noſtras non in rebus præ-
ſentibus fixas habemus, percuſſores nihil moramur ; præ-
ſertim cum moriendum nobis eſſe ſciamus. Ad pacem

verò [publicam] conſeruandam, vobis plus quam homines cuncti adiutores ſumus & opitulatores : qui videlicet docemus, nullum apud Deum tectum eſſe poſſe aut maleficum, & auarum, & inſidiatorem, aut etiam virtutis ſtudioſum virum, atque vnumquemque ad ſempiternam vel pœnam vel ſalutem, pro factorum ſuorum meritis contendere. Nam ſi mortales omnes hæc cognita haberent, haudquaquam profectò quiſquam prauitatem ad breue tempus amplecteretur, ad perennem ſe ignis condemnationem ire ſciens ; ſed potius omnibus ſe modis cohiberet, & virtute condecoraret, vt ea quæ à Deo proueniunt bona conſequeretur, & ſuppliciorum tormentis liberaretur. Non enim propter leges & pœnas à vobis conſtitutas, latere & fallere contendunt qui iniuſtè agunt : ſed quia homines vos eſſe, & falli poſſe ſciunt, propterea iniuſtè agunt. Atqui ſi noſſent & perſuaſum haberent, impoſſibile eſſe, Deum celare quidquam, nedum factorum ſed ne cogitatorum quidem : vel propter impendentes pœnas omnino eſſent in officio, ſicuti & ipſi nobis ſuffragabimini. Sedenim metuere videmini, ne vniuerſi quæ iuſta ſunt faciant, & vos quos puniatis, non habeatis. Carnificum vero hoc fuerit, non Principum bonorum opus. Perſuaſum autem nobis eſt, malignorum dæmonum operâ hæc fieri, prout diximus : qui etiam ab eis qui præter rationem vitam degunt hoſtias & cultum flagitant. Cæterum vos qui pietatem & philoſophiam conſectamini, contra rationem quidquam agere non arbitramur. Sin vos etiam æquè atque dementes homines veritatem poſt conſuetudinem habetis, facite ſanè quod poteſtis. Tantum quippe principes opinionem veritati præferentes valent, quantum in ſolis locis prædones. Non litaturos autem vos eſſe factis eiuſcemodi operantes, Ratio & Verbum ipſum demonſtrat : quo Principem imperio digniorem atque iuſtiorem, ſecundum parentem Deum, nouimus neminem. Porrò ſicut paupertatem, aut ærumnam, aut ignominiam paternam hæreditate cernere ſubterfugiunt omnes : ita quæ Ratio & Verbum ipſum dictauerit non eſſe ſequenda, homo mentem obtinens non ſequetur. Omnia hæc ita futura atque euentura eſſe, prædixiſſe altiſſimo Doctorem noſtrum, atque Parentis vniuerſorum & Domini Dei filium & Apoſtolum (ſiue legatum) I e s v m C h r i s t v m : à quo etiam *Chriſtiani* nominari habuimus. Vnde & de certitudine doctrinarum ab eo promulgatarum omnium confirmamur : quandoquidem ad rem conferri manifeſtò conſtat, quæcumque ille prædicere occupauit, quod certe Dei eſt opus : priùs ſcilicet promulgare quidquam quam fiat, atque id ita vt fiat exhibere, ſicut eſt prædictum. Ac potiſſimus nos quidem in his acquieſcentes nihil amplius addere : conſiderato, iuſta nos & vera petere. Sed quoniam nouimus, animum ignoratione obſeſſum non facilè ſtatim mutari : ad veritatis amatores perſuadendos, pauca adiicienda eſſe ſtatuimus : cognitum habentes, non impoſſibile eſſe, veritate propoſita ignorationem profligare. Atque atheos quidem & ſine Deo, impioſque nos non eſſe ; qui conditorem huius mundi colimus, minimè illum ſanguine & libationibus & incenſis (quemadmodum erudiri ſumus) indigere aſſeuerantes : & precationis gratiarumque actionis ratione in oblationibus quas offerimus omnibus, quantum facultatis noſtræ eſt, laudamus : ſolumque hunc honorem illo dignum eſſe perſuaſum habemus, vt quæ ab illo ad alimentum ſunt creata, non igne conſumamus, ſed nobis ipſis & indigentibus præbentes offeramus ; gratoſque nos illi exhibentes, rationales pompas & hymnos celebremus atque decantemus : & qui de creatione qua nos condidit, de rerum omnium ad valetudinem firmam vbere prouentu, de varietate omnis generis geniminum, ac conuenienti temporum viciſſitudine, de vita etiam poſtliminio extra corruptionem omnem nobis reditura, propter eam quæ nobis in illum eſt fidem & perſuaſionem, vota & preces profundimus : quis ſanus non fatebitur ? Ex horum omnium magiſtrum nos habere, quin in hoc ipſum genitum, & ſub Pontio Pilato Iudææ, Tiberij Cæſaris temporibus, procuratore, crucifixus eſt, I e s v m C h r i s t v m : eumdemque, quod ipſius veri & ſingularis Dei filium eſſe edocti ſumus, ſecundo loco, ac Spiritum propheticum tertio ordine, nos cum ratione venerari & colere demonſtrabimus. In hoc enim inſaniam nobis [obtrectatores] obiiciunt, ſecundas nos poſt incommutabilem ac ſempiternum Deum & parentem omnium homini crucifixo deferre dicentes ; myſterium autem & arcanum huius rei ignorantes. Quod dum vobis exponimus, vt animis attentis audiatis, vos hortamur. Prædicimus namque cauendum vobis eſſe, ne incuſati à nobis dæmones vos ſeducant, & prorſus à legendis & percipiendis hiſce quæ dicuntur auertant. Contendunt enim ſummopere illi habere vos ſeruos & adminiſtros : atque aliquando quidem per inſomnia, nonnunquam verò per magicas præſtigias cunctos ſibi mancipant, qui de ſalute ſua nihil planè ſunt ſolliciti : [quibus vos remittere nuncium par eſt] quemadmodum & nos Ratione & Verbo perſuaſi, ab illis quidem deſciuimus, ſingularem vero atque ingenitum Deum, per Filium ipſum ſequimur : & qui olim ſtupris lætabamur, nunc caſtitatem ſolam complectimur : qui magicis artibus vtebamur, bono & æterno nos conſecramus dicamuſque Deo : qui pecuniarum & poſſeſſionum fructus ac prouentus præ rebus omnibus adamabamus, nunc etiam ea quæ habemus in commune conferimus, & cum indigentibus quibuſque communicamus : qui odiis & cædibus mutuis inter nos graſſabamur, & pro conſuetudine recepta cum eis qui tribules noſtri non eſſent, communem focum non habebamus, nunc à C h r i s t i apparitione familiariter ſimul viuimus, & pro inimicis oramus : & qui nos iniquo perſequuntur odio, ſuaſione flectere conamur, vt ſecundum honeſta Chriſti præcepta vitam agentes, bonam ſpem habeant, eadem ſe nobiſcum à Deo omnium dominatore [præmia] eſſe conſequuturos. Ne autem cauillari iſta videamus, paucas quaſdam ipſius C h r i s t i doctrinas rectè nos ante demonſtrationem commemoraturos eſſe putauimus. Ac veſtrum ſit, qui potentes eſtis Principes & Imperatores, an verè ſicque iſta docti ſimus, & doceamus, diſpicere. Breues eius & compendioſi fuere ſermones, non enim ſophiſta & cauillator extitit : ſed virtus Dei, Ratio & Verbum eius fuit. Itaque de caſtitate hoc dumtaxat dixit : *Qui inſpexerit mulierem ad concupiſcendum eam, iam adulterium commiſit cum ea in corde ſuo.* Et, *Si oculus tuus dexter offendiculo tibi fuerit, erue eum, expedit enim tibi luſcum te potius ingredi in regnum cœlorum, quam duos habentem oculos mitti in ignem æternum.* Et, *Qui repudiatam à viro altero duxerit, adulterium committit.* Et, *Sunt quidam qui facti ſunt eunuchi ab hominibus : ſunt & qui eunuchi nati ſunt : ſunt verò etiam qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Verum non omnes hoc capiunt.* Et ſicut legibus humanis duplex contrahentes matrimonium, ſic etiam apud doctorem noſtrum fœminam inſpicientes ad concupiſcendam eam, peccatores ſunt, non enim tantùm qui adulterium reipſa committit ab eo reiicitur, ſed etiam adulterium committere volens : videlicet quòd non opera ſolum, verum cogitationes quoque manifeſtæ ſint Deo. Permulti profectò ſexûs vtriuſque & ſexaginta & ſeptuaginta nati annus [apud nos] qui à pueris diſciplinam C h r i s t i ſunt aſſectati, incorrupti & cælibes perdurant. Et glorior, me per omne genus hominum [noſtrorum] tales commonſtrare poſſe. Quid enim innumerabilem eorum dicam multitudinem qui ex intemperanti luxuria ad frugem bonam conuerſi ſunt, & hæc inſtituta perdidicerunt ? Non enim iuſtos neque caſtos ad pœnitentiam vocauit C h r i s t v s ? ſed impios, & incontinentes & iniuſtos. Sic enim inquit : *Non veni vocatum iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.* Pœnitentiam namque mauult quam pœnam cœleſtis Pater. De cunctis autem hominibus diligendis iſta docuit : *Si diligitis eos qui vos diligunt, quid noui facitis ? hoc enim & fornicatores faciunt. Ego vero dico vobis : Orate pro inimicis veſtris, & diligite eos qui odio vos proſequuntur. Benè precemini deuouentibus vos, & orate pro iis qui lædunt vos.* De communicatione porrò facultatum cum egentibus, & quòd nihil ſi ad gloriam aucupandam faciendum,

A hæc præcepit: *Omni petenti date; & mutuo ſumere volentem ne auerſemini. Si namque mutuo his datis à quibus vos recepturos ſperatis, quid noui facitis? faciunt hoc & publicani. Vos autem ne vobis theſauros repoſueritis in terra, vbi ærugo & tinea corrumpit, & prædones effodiunt: ſed recondite vobis theſauros in cælis, vbi neque ærugo neque tinea corrumpit. Quid enim prodeſt homini, ſi mundum totum lucratus fuerit, animam vero ſuam perdiderit? aut quidnam permutatione pro ea dabit? Comparate ergo theſauros in cælis; vbi nec ærugo nec tinea demolitur.* Et, *Eſtote autem commodi & miſericordes, ſicut Pater veſter commodus eſt & miſericors, ac ſolem ſuum oriri facit ſuper peccatores, & iuſtos & malignos. Ne ſollicitè curetis quid eſuri ſitis, aut quibus vſuri veſtimentis: An vos volucribus & feris non præſtatis? & Deus alit illa. Ne igitur ſolliciti ſitis quid eſuri ſitis, aut quibus vſuri indumentis, nouit enim Pater veſter cæleſtis, vos hiſce indigere. Quærite autem regnum cælorum, & omnia hæc adycientur vobis. Vbi enim theſau-*
B *rus, illic & mens hominis eſt* Et, *Ne iſta feceritis, vt ſpectaculo ſitis hominibus: ſin autem, mercedem à Patre veſtro cæleſti non habetis*, Porrò de eo vt mala patienter toleremus, & omnibus inſeruiamus, & iraſci ſuperſedeamus, quæ dixit hæc ſunt: *Verberanti maxillam tuam, præbe alteram quoque. Et auferentem tunicam aut pallium, ne prohibueris. Qui verò ira excanduerint, ad ignem condemnationi obnoxius fuerit. Omnem autem adigentem te ad milliare vnum, duobus illum comitare. Luceant verò benefacta veſtra coram hominibus, vt illi ea cernentes, admirentur Patrem veſtrum qui in cælis eſt.* Non enim reluctari oportet, neque imitatores eſſe malorum vult Deus: ſed per patientiam & lenitatem omnes à probro & cupiditate malorum abducendos eſſe hortatus eſt, Quod ſanè de multis etiam [veſtrorum] qui nobiſcum fuere, probare poſſumus, qui ex violentibus & truculentis alij prorſus per mutationem morum euaſerunt [conſuetudine noſtrorum hominum] victi, dum aut vicinorum conſtantiam vitę ſequerentur aut comitum in via omnia inferiora ha-
C bentium, & iniurias tolerantium patientiam nouam perſpicerent, aut fidem eorum in contractibus experirentur: Ne autem iuremus omnino, atque vt vera ſemper loquamur, ſic præcepit: *Ne iuretis omnino, ſed ſit veſtrum Eſt eſt, & Non non: quod verò vltra hæc additur, ex malo proficiſcitur.* Deum porrò ſolum colendum eſſe, ita ſuaſit, dicens: *Maximum mandatum eſt: Dominum Deum tuum adorabis, atque illum ſolum coles ex toto corde tuo, & ex tota fortitudine tua: Dominum Deum tuum, qui fecit te. Et accedente ad eum quodam, atque dicente, Magiſter bone*: reſpondit, inquiens: *Nemo bonus præterquam ſolus Deus, qui condidit omnia.* Atenim qui non ita viuere comperiuntur ſicut ille docuit, certum id documentum eſt, non eſſe Chriſtianos, quamuis doctrinam Christi linguâ profiteantur. Non enim profitentes tantum, ſed operibus ſimul profeſſionem confirmantes, ſaluatum iri dicit. Sic enim ait: *Non quiſquis mihi dicit, Domine, Domine, introibit in regnum cælorum: ſed qui fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt. Nam qui me audit,*
D *& quæ dico facit, eum audit qui miſit me. Complures autem dicent mihi: Domine, Domine, nonne in nomine tuo edimus & bibimus, & virtutes præſtitimus? Et tunc dicam eis: Diſcedite à me qui operamini iniquitatem. Ibi tum fletus erit & ſtridor dentium, cum iuſti quidem vt ſol fulgebunt, iniuſti autem mittentur in ignem ſempiternum. Multi ſiquidem venient ſub nomine meo, extrinſecus ouium pellibus induti, cum intrinſecus lupi ſint rapaces. Ex operibus eorum cognoſcetis illos. Omnis autem arbor non faciens fructum bonum, exciditur, & in ignem conjicitur.* Cæterum eos qui minus conſentaneam præceptis eius agunt vitam, Chriſtianique tantummodo dicuntur, a vobis quoque puniri rogamus. Vectigalia ſanè & collationes eis qui a vobis ſunt ordinati exactoribus, præ omnibus vbique in ferre contendimus: quemadmodum ab eo ſumus inſtituti. Illo namque tempore accedentes quidam, percunctati ſunt ex illo, an Cæſari vectigalia pendere oporteat: qui reſponſum hoc ab eo retulere: *Dicite* (inquit) *mihi, cuius imaginem nummus habet?* qui vbi dixiſſent, *Cæſa-*

E *ris: Reddite igitur*, ait, *quæ Cæſaris ſunt, Cæſari: & quæ Dei, Deo.* Proinde nos ſolum Deum adoramus, & vobis in rebus aliis læti inſeruimus; Imperatores ac Principes hominum eſſe profitentes; & ſimul precantes, vt cum Imperiali poteſtate ſanam quoque mentem obtinere comperiamini. Quod ſi nos hæc ita precantes, atque omnia noſtra in propatulum proferentes, non curaueritis, aut reſpexeritis: nihil nos quidem capiemus detrimenti, credentes, ac potius certò perſuaſum habentes, vnum pro ſe quemque pro factorum ſuorum meritis pœnas per ignem perpetuum daturum, iuxtaque analogiam & comparationem acceptæ à Deo poteſtatis, rationem ab eo exactum iri, ſicut CHRISTVS indicauit dicens: *Cui plus contulit Deus, plus etiam repoſcet ab eo.* Reſpicite finem cuiuſlibet deceſſorum veſtrorum Imperatorum, qui communi omnium obitu obierunt. Is ſi in ſtatum ſenſus omnis vacuum euaderet, lucroſus iniuſtis omnibus eſſet. Sedenim cum ſenſus omnibus defunctis reliquus perma-
F neat, & pœna perennis iniuſtis ſit repoſita: ne per ſecuritatem & negligentiam ſuperſederitis hæc vera eſſe credere, & pro certis perſuaſiſque habere. Vel necromantiæ ipſæ, (id eſt mortuorum vaticinationes) & incorruptorum puerorum ſpeculariæ inſpectiones, & animarum humanarum euocationes, & qui à Magis vocantur Somniorum interpretes ſeu coniectores, & Paredri, (hoc eſt aſſeſſores) & quæ à rerum iſtarum peritis aguntur, animas ſenſum etiam poſt mortem retinere, vobis fidem faciant, atque item illi qui à mortuorum manibus corripiuntur, atque humi abiiciuntur homines; quos à dæmonibus correptos, ſeu arreptitios & furentes, nominant omnes: & ea quæ apud vos dicuntur Amphilochia, & Dodonæa, & Pythia, atque hiſce ſimilia alia oracula: tum autem & ſcriptorum quorundam, vt Empedoclis & Pythagoræ, Platonis & Socratis diſciplinæ: propterea Homeri puteus, & Vlyſſis horum inſpiciendorum gratia ſuſceptus deſcenſus, atque eorum inſuper ſermones qui eadem cum iſtis narrarunt. Cum quibus nos pariter [te-
G ſtes] recipite, non minus quam illos, imò magis etiam Deo credentes, qui nos emortua atque in terram coniecta noſtra ipſorum corpora poſtliminio recepturos eſſe ſperamus, [in exſpectatione ea] nihil planè Deo impoſſibile eſſe affirmantes. Et rem ipſam ſecum conſideranti, quid incredibilius videatur, quam ſi in corpore nondum eſſemus, atque aliquis diceret; ex parua quapiam humani ſeminis gutta fieri poſſe, vt oſſa, nerui & carnes ad eam quam videmus conformata effigiem exſiſtant: Sit hoc namque per conceſſionem poſitum atque dictum. Si quis inquam vobis cum nondum tales extaretis, neque ex talibus orti eſſetis, aſſeueraret, ſemen humanum & imaginem [humanam] pictam indicans, ex eo ipſo ſemine naturam huiuſmodi fieri poſſe: num, priuſquam id factum eſſet, crederetis; non equidem opinor quempiam contra hoc dicere auſurum eſſe. Perſimili ergo modo, propterea quod nondum mortuum reſurrexiſſe videritis, vos incredulitas reſurrectionis tenet. Sedenim quomodo ab initio non credidiſſetis poſſibile eſſe vt e tenui
H gutta tales exiſterent, & exſtitiſſe tamen videtis: eodem modo exiſtimate impoſſibile non eſſe vt diſſoluta, atque ſeminum inſtar in terram diiecta corpora humana, tempore ſuo iuſſu Dei reſurgant, & naturam incorruptibilem induant. Quam dignam verò & conuenientem Deo ipſo allegant vim & poteſtatem, qui in id abire rem quamque, vnde exſtitit, aiunt? ac præterea nihil aliud, ne Deum quidem poſſe [dicere illos auſuros eſſe] aſſeuerare nequimus. Sed illud perſpectum habemus minime reſponſatores huiuſmodi credituros fuiſſe, fieri poſſe vt tales vnquam extarent, quales & ſeipſos, & mundum adeò vniuerſum, factos eſſe cernunt, atque id vnde? aut qualibus è principiis? Præſtabilius autem eſſe recte præſumpſimus, credere ea etiam quæ & noſtræ ipſorum naturæ, & hominibus aliis ſunt impoſſibilia, quam pariter cum aliis fidem illis abrogare: quandoquidem & doctorem noſtrum IESVM CHRISTVM dixiſſe ſcimus, *quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia eſſe apud Deum.* Atque idem dixit: *Ne timeatis eos qui occidunt vos, ac*

deinceps

deinceps nihil facere poſſunt: Eam verò timete, qui poſt mortem poteſt & animam & corpus conijcere in gehennam. Eſt autem *Gehenna* locus, vbi punientur qui iniuſtè vixerunt, & ea factum iri non crediderunt, quæcumque Deus per CHRISTVM docuit. Quin & Sibylla & Hydaſpes, quæ corruptibilia ſunt, conſumptum iri per ignem dixerunt. Qui verò appellantur Stoici philoſophi, ipſum etiam Deum in ignem diſſolutum iri opinantur, ac nouum per mutationem mundum fore dicunt. Nos autem præſtantiùs aliquid quàm quæ mutabilitati ſunt obnoxia, Deum, vniuerſorum factorem eſſe intelligimus. Quapropter cum ſimiliter quædam cum his qui apud vos ſunt in honore poëtis & philoſophis; quædam verò ampliùs etiam & diuiniùs, & quidem ſoli cum demonſtratione dicamus: cur ita ſupra omnes iniquè odiis ſumus expoſiti? Cum namque à Deo omnia exornata eſſe & creata dicimus, Platonis ſententiam referre videmur: cum autem exuſtionem fore, Stoicorum. Rurſum cum animas aſſerimus poſt mortem quoque ſenſu præditas eſſe, ac iniuſtorum quidem excruciari; bonorum verò, ſuppliciis liberas feliciter agere: cum poëtis & philoſophis eadem aſſeuerare exiſtimamur. Opera autem manuum hominum adoranda non cenſentes, Menandro comico, & qui eadem dixerunt, ſuffragamur. Maiorem namque opificem eſſe opere facto, illi pronuntiarunt. Et quod Rationem & Verbum, quod primum eſt genimen Dei, abſque miſtione genitum eſſe dicimus, IESVM videlicet CHRISTVM magiſtrum noſtrum: atque hunc crucifixum, & mortuum, & redìuiuum aſcendiſſe in cœlum: nihil noui ab eis qui apud vos dicuntur eſſe Iouis filij afferimus. Scitis enim, quot Iouis liberos illi qui in pretio apud vos ſunt ſcriptores memorent: Mercurium quidem Verbum, interpretem, ac doctorem omnium. Æſculapium verò medicum, qui fulminatus aſcenderit in cœlum, Bacchum dilaniatum: Herculem ſeipſum laborum fugâ vſtulantem: ac Dioſcuros ex Leda, & Perſeum ex Danaë ſuſceptos: & qui ex hominibus eſt ab equo Pegaſo ſublatus, Bellerophontem. Quid namque dicamus Ariadnen, & quos itidem atque illam inter ſidera receptos eſſe aiunt? Porrò cur morientes apud vos Imperatores ſemper immortalitati conſecrare dignamini, producentes quempiam qui iureiurando confirmet, vidiſſe ſe è rogo in cœlum aſcendere ardentem Cæſarem? Et qualia cuiuſque qui dicuntur Iouis filiorum à ſcriptoribus celebrentur facta, apud ſcientes dicere neceſſe non eſt: niſi quod ad corruptelam & cohortationem ſiue profectum diſcentium ea ſunt perſcripta. Imitatores quippe deorum pulchrum eſſe cuncti autumant. Longè verò abſit à ſana & caſta mente, cogitatio de diis eiuſcemodi: videlicet ducem quoque ipſum & parentem omnium ſecundum eos Iouem, parricidam, & patre tali genitum, ac præ amoris impotentia à malis fœdiſque voluptatibus victum, ad Ganymedem & permultas adulteriis & ſtupris imminutas fœminas veniſſe, & liberos ſuos ſimilium facinorum patratores ſuſcepiſſe. Verum, ſicut dixi, praui iſta deſignarunt dæmones. Nos autem immortales dumtaxat eos fieri ſcimus, qui ſanctè per virtutem ad imitationem Dei viuunt: torqueri autem igne æterno, qui iniuſtè abſque reſipiſcentia & morum mutatione ætatem tranſigunt, credimus. Atenim filius Dei IESVS dictus, etiamſi communi aliorum more homo tantum eſſet, propter ſapientiam tamen dignè Dei filius diceretur. *Parentem* enim *virûmque Deûmque*, ſcriptores cuncti Deum vocant. Sin peculiariter etiam præter communem mortalium natiuitatem genitum eum ex Deo *Rationem* & *Verbum* dicimus, quemadmodum antea memoraui: commune hoc nobis ſit vobiſcum, qui Mercurium, *Verbum, a Deo internuntium*, nuncupatis. Si quis verò quod crucifixus ſit reprehendat, commune & hoc eſt eis quos recenſuimus, nam & ipſi paſſi ſunt, Iouis, opinione veſtra, filij. Atque illorũ non ſimiles mortis paſſiones, ſed diuerſæ commemorantur; ita vt ne paſſione quidem propria & peculiari illis videatur eſſe inferior, quin & ſuperiorem præſtantioremque eſſe, ſicuti polliciti ſumus, oratione progrediente oſtendemus, ſeu potius id iam oſtendimus. Præſtantior enim quiſque ex operibus apparet. Quod verò & ex virgine natum eſſe prædicamus, commune ſit hoc quoque propter Perſeum, vobiſcum. Quod claudos autem, & paralyticos, & ab ipſa natiuitate debiles ac morboſos ſanaſſe, & defunctos reſuſcitaſſe memoramus, conſentanea his dicere videmur, quæ ab Æſculapio facta eſſe feruntur. Sed ne hoc quidem vos lateat, quæcumque à CHRISTO, & qui eum præceſſere prophetis ipſius accepta promulgamus, ea ſola vera eſſe, & ſcriptoribus omnibus vetuſtiora: neque nos propterea quod eadem quæ illi dicamus, ſed quod veritatem ipſam profiteamur, ſuſcipi ac probari petimus. Et IESVS CHRISTVS, vnus & ſolus propriè Filius Deo genitus qui nimirum Ratio & Verbum eius & Primogenitus & Virtus eſt, atque de conſilio voluntatéque eius, inſtaurandi & reſtituendi humani generis ergò, Homo factus, nos iſta docuit. [Sed quoniam] priuſquam ille homo inter homines eſſet, nonnulli per Poëtas, inſtinctu quos diximus malorum geniorum, iſta perinde atque iam facta eſſent, fabulis compoſitis incluſa referre occuparunt, (eodem nempe modo, quo famoſa atque impia flagitia aduerſus nos, operâ ſuâ publicari iidem dæmones procurarunt, quorum neque teſtis, neque documentum & probatio vlla exſtat) refutationem huiuſmodi inſtituimus. Primo, cum congruentia cum Græcis efferamus, ſoli tamen odiis experimur propter nomen CHRITI: & cum nihil in leges committamus, tanquam peccatores ad necem rapimur; aliis alibi & arbores, & flumina, & mures, & feles, & crocodilos, & ratione carentium animantium multa colentibus: & quidem non eadem cunctis, ſed alia alibi, venerantibus, ita vt in vniuerſum impij alij aliis ſint, quia non eadem colant ſacra. Atqui id vnicum habetis quod nobis criminis loco obiiciatis, non eoſdem nos vobiſcum colere deos, neque mortuis libationes & nidores adipum, neque ſignis atque ſtatuis coronas & victimas offerre. Quod namque eædem animantes apud hos quidem numina, apud alios autem feræ, apud quoſdam hoſtiæ legibus receptæ ſint, certò ſcitis. Secundò, cum ex omni hominum genere priſci Bacchum Semeles, & Apollinem Latonæ filios, qui præ nefandi in maſculos amoris inſania, quanta flagitia fecerint, dicere quoque probrum eſt: & Proſerpinam & Venerem, quarum propter Adonim libidinis furore actarum myſteria quoque & initia celebratis: aut Æſculapium, aut aliorum quemquam qui nominantur deorum coluerint: nos quamuis morte miris intentata, illos quidem contempſimus per IESVM CHRISTVM; Deo autem ingenito, & perpeſſionis omnis experti, nos ipſos dedicauimus: quem neque ad Antiopen aliáſve ſimiliter, neque ad Ganymedem œſtro incitatum libidinis veniſſe, neque ſuppetiis Centimani illius, quas per Thetidem obtinuerat, vinculis ſolutum eſſe, neque anxiè ſollicitum eius rei cauſa, vt Achilles Thetidis filius propter pellicem Briſeidem complures Græcorum perderet, permiſiſſe credimus, & credentium vicem per commiſerationem dolemus, auctores autem rerum talium dæmones eſſe nouimus. Tertio, cum poſt aſcenſionem CHRISTI in cœlum iidem dæmones in medium produxerint mortales, qui ſeipſos deos eſſe dixere: tantum abeſt vt perſequutione illi à vobis ſint experiti, vt honoribus quoque digni ſint exiſtimati. *Simon* nimirum quidam *Samaritanus*, in vico cui Gitthon nomen eſt, natus, qui ſub Claudio Cæſare efficacium dæmonum arte in imperiali vrbe veſtra Roma propter magicas quas exhibuit virtutes Deus habitus eſt, & ſtatua apud vos veluti Deus honoratus: quæ ſtatua in amne Tiberi inter duos pontes eſt erecta, Latinam hanc habens inſcriptionem, SIMONI DEO SANCTO: ac Samaritani propè omnes, ex aliis autem nationibus etiam perpauci, illum quaſi primum Deum eſſe confitentes, adorant quoque: & Helenam quandam profectionis eius eo tempore comitem, quæ prius pudicitiam in propatulo habuerat, & in lupanari proſtiterat, principem ab illo notionem & intelligentiam factam eſſe narrant. Deinde *Menandrum* quendam, & ipſum *Sama-*

A *ritanum*, in vico Caparetaia ortum, Simonis diſcipulum, & à dæmonibus ipſum quoque agitatum, Antiochiæ multos arte magica ſeduxiſſe ſcimus: qui ſectatoribus etiam ſuis minimè morituros eſſe perſuaſit. Suntque adeò nunc quoque ab eo reliqui nonnulli, qui hoc ſic profitentur. *Marcion* verò *Ponticus* hodie etiam diſcipulos ſuos docet, alium quendam opifice maiorem opinari Deum: qui per omne quoque genus hominum, dæmonum fretus auxilio, plurimis auctor eſt vt blaſphema dicant, & effectorem huius vniuerſitatis DEVM negent; alium autem quendam, vt maiorem, maiora præter hunc condidiſſe profiteantur. Atque omnes qui ab his prodeunt, quemadmodum diximus, Chriſtiani vocantur: haud aliter atque philoſophis, cum eis non ſint communia dogmata, quod tamen à philoſophia dicitur, commune omnibus eſt nomen. An verò etiam hi infamia illa & fabuloſis in vulgus ſparſa ſermonibus facinora in ſe admittant, lucernæ euerſionem, & promiſcuos concubitus, & humanarum carnium viſcerationes, neſcimus. Perſequutione quidem certè eos non expeti, neque occidi à vobis, ob ipſa etiam dogmata ſua, ſcimus. Eſt autem nobis liber contra hæreſes & ſectas omnes compoſitus: quem ſi legere volueritis, dabimus. Nos ſanè, ne quem perſequamur, néve impietatem committamus, pueros etiam recens natos exponere, improborum eſſe dicimus hominum: primum quidem, quod omnes ferè videamus ad quæſtum meretricium educari atque produci, non puellas modo, ſed & maſculos expoſitos. Etenim quemadmodum veteres dicuntur armenta & greges boum, vel caprarum, vel ouium, vel equorum paſcentium aluiſſe: ita nunc & pueri ad turpem dumtaxat vſum, atque itidem fœminarum & ambigui ſexus androgynorum & obſcœnorum familiæ, nefandi huius piaculi gratiâ, per nationem omnem proſtant. Atque horum vos mercedes, & collationes, & portoria capitis: quæ omnia in orbe veſtro exciſa oportuit. Et aliquis cum hiſce conſueſcens, præterquam quod impio atque impotenti, à Deo prorſus auerſus, ſe polluit concubitu, cum liberis etiam, ſi ſors ita ferat, aut cognato, aut germano miſceatur. Sunt qui liberos quoque ſuos & coniuges per lenocinium deducunt & proſtituunt. Et manifeſto quidam ob impudicitiam abſcinduntur; & in Matrem deorum initia & ſacra huiuſmodi referuntur. Et apud quemque eorum qui à vobis [illegible] deorum, ſerpentum veluti ſymbolum magnum [illegible] myſterium pingitis: tum autem, quæ à vobis in [illegible] fiunt, atq; nõ puniũtur, perinde atque euerſum [illegible] non amplius adſit diuinum lumen, nobis adſcribi[illegible]. Quod certè quidem nobis, qui longè ab huiuſmodi [illegible] abſumus ſceleribus, nihil affert detrimenti; ſed [illegible] ipſis, & falsò teſtificantibus, plurimum. Apud nos archidux & princeps malorum dæmonum *ſer[illegible]* vocatur, & *ſatanas*, & *diabolus*, ſicuti ex ſcriptis noſtris, ſi inquiratis, cognoſcere poteſtis: quem vna cum [illegible] & hominibus eum ſequentibus in ignem miſſum, & per ſeculum infinitum excruciatum iri, præmonſtrauit CHRISTVS. Porrò quod nondum hoc factum ſit a Deo, [illegible] hominum genus, cui mora hæc datur, id accidit. Prouidet namque quoſdam ex pœnitentia ſalutem conſ[illegible] quoſdam etiam qui fortaſſis needum nati ſunt. [illegible] illud genus humanum ita creauit, vt intelligentiæ [illegible] eſſet, & arbitrij liberi poteſtate delect[illegible] tum vera [illegible] tum bene agendi ob [illegible] Quoties excuſatione nulla defendi poſſunt mortales omnes apud Deum. Rationales enim, & ad contemplationem appoſiti, per eum creati ſunt. Si quis verò non credit Deum iſta curare, aut eum non eſſe, [illegible] oratione aſſerit, aut certè ſi eſt, prauitate g[illegible] aut ſaxi inſtar perſiſtere, & neque virtutem neque [illegible] quid [illegible] eſſe dicit, & hominis opinione ſolùm [illegible] vel mala putare cenſet: quæ quidem ſumma impietas eſt, & iniuſtitia. Tum autem, quod metuamus ne quis ex [illegible] infantium non ſublatus, morte conſumatur, & homicidæ ſimus. Quin omnino vel matrimonium non [illegible] contrahimus, niſi liberorum creandorum atq; educandorum gratia: vel coniugium detrectantes, perpetu[illegible]

B nos continemus. Et iam noſtrorum iuuenum quidam, vt vobis perſuaderet non eſſe nobis myſterium, promiſcuam & propatulam miſtionem, libellum obtulit Alexandriæ Felici præſidi, medico permitti poſtulãs, vt teſtes ſibi abſcinderet: nam ſine permiſſu præſidis id facere, loci eius medici interdictum eſſe dicebant. Felice verò prorſus petitioni eiuſmodi ſubſcribere nolente, perſeuerans in propoſito ſuo adoleſcens, in ſua tandem, & eorum qui idem ſecum ſentiebant, conſcientia acquieuit. Non abſurdum vero eſſe duco, hoc loco eius qui non ita pridem inter homines fuit meminiſſe *Antinoi*: quem cuncti per timorem tanquam Deum colere cœperunt, probè ſcientes quiſnam ille fuerit, & vnde extiterit. Verum enimverò ne quis nobis, aduerſandi ſtudio obiiciat, nihil obſtare quin etiam qui à nobis vocatur CHRISTVS, cum homo ex hominibus fuerit, arte magica virtutes quas dicimus ediderit, atque ob id pro Dei filio habitus ſit, [rem hanc &] demonſtrationem iam aggrediemur, non tam dicentibus credentes, quam prædicentibus priuſquam fierent vatibus F neceſſario fidem habentes, quod oculis etiam ipſis, ita vt prædicta ſunt, & facta eſſe & fieri quæq; cernamus: quæ certè maxima & veriſſima vobis quoque, vt arbitramur, videbitur eſſe probatio. Fuere homines quidam apud Iudæos, *Prophetæ Dei*, per quos *Spiritus propheticus* quæ futura erant, antequam fierent prænuntiauit: atque horum vaticinia, qui temporibus ſuis in Iudæa fuere reges, ita vt cum ederentur promulgata, & vernacula Hebræorum voce in libris per ipſos prophetas compoſitis perſcripta ſunt, conſeruarunt. Cum autem Ptolemæus Ægyptiorum rex bibliothecam inſtitueret, & hominum omnium ſcripta comportare conaretur, de prophetiis hiſce quoque certior factus, ad Herodem Iudæorum tum regem miſit, copiam ſibi fieri propheticorum librorum petens, ac rex quidem Herodes illos, qua diximus Hebraica lingua conſcriptos, ad eum miſſos fecit. Verum cum Ægyptiis incognita eſſent quæ ſcripta erant, denuò legatione miſsâ illũ rogauit, vt ad ſe, qui libros eos in Græcum transferrent G ſermonem, homines mitteret, atque hoc ſic facto, libri apud Ægyptios permanſere ad hodiernum vſque diem. Sunt illi etiam apud omnes vbique Iudæos, qui eos legentes non intelligunt: ſed pro inimicis nos & hoſtibus habentes, itidem vti vos, cum poſſunt, occidunt & excruciant: quemadmodum [vel ex eo] perſuaderi poteſtis. Proximo namque Iudaico bello Barchochebas, defectionis Iudæorum dux & princeps, ſolos Chriſtianos ad grauia ſupplicia, niſi CHRISTVM abnegarent & maledictis inceſſerent, protrahere iuſſit. Porrò in eiuſmodi prophetarũ libris, vaticiniis prænuntiatum inuenimus, aduenturum fuiſſe qui ex Virgine natus, & virilem ætatem ingreſſus, omnem morbum & ægritudinem curaret, ac mortuos excitaret; odiiſque expetitus, & ignobilis, & cruci affixus, & mortuus, reſurgeret, & in cœlos aſcenderet, Filiuſque Dei & eſſet & nominaretur, IESVM CHRISTVM noſtrum: & quoſdã etiam futuros, qui ad omne genus mortalium ab eo legati, iſta prædicarent: atque ex gentibus homines H magis illi [quam Iudæos] credituros eſſe. Prædictus autem vaticiniis prius eſt quam apparuerit, quandoq; quinquies mille, aliquando ter mille, quandoque bis mille, nonnunquam mille, & aliquãdo octogentis annis: nam iuxta generationum ſucceſſiones alij atque alij extitere ſacri vates. Moſes ſane, qui primus prophetarum fuit, ſic ad verbũ ſcripſit: *Non deficiet princeps è Iuda, neque dux è ſemore eius, donec veniat cui repoſitum eſt. Et ipſe erit expectatio gentium, ligans ad vitem pullum ſuum, lauans in ſanguine vuæ ſtolam ſuam.* Veſtrum igitur fuerit, accuratè inquirere atque diſcere, quoadvſque princeps & rex Iudæis fuerit proprius, nimirum vſque ad manifeſtationem IESV CHRISTI magiſtri noſtri, & non intellectorum vaticiniorum interpretis; quem diuinus, ſanctus, & propheticus Spiritus per Moſen venturum promulgauit; non defecturum è Iudæis principem dicens, tantiſper dum veniret cui repoſitum foret regnum, Iudas namque ex maioribus Iudæorum vnus fuit, a quo & Iudæi cognominari habuerunt. Et vos poſt manifeſtam eius exhibitionem & Iudæis imperaſtis, & terram eorum omnem in poteſta-

tem veſtram redegiſtis. Quod autem dictum eſt, *Ipſe erit expectatio gentium*; ſignificat id fore, vt ex omnibus gentibus illum denuò expectarent. Quod ſanè vobis oculis ipſis cernere, & rerum experientia adductis credere licet. Ex omni enim genere hominum, eum ipſum expectant qui in Iudæa eſt crucifixus, poſt quem ſtatim armis captâ terrâ Iudæorum, in ditionem veſtram conceſſit. Porrò verbum iſtud, *Ligans ad vitem pullum ſuum, & lauans in ſanguine vuæ ſtolam ſuam*: ſymbolum atque indicium fuit, ea quæ de Chriſto futura erant, quæque ab eo fieri debebant deſignans. Nam pullus quidam aſinæ in introitu quodam vici ad vitem alligatus ſtabat: quem ſibi tum adducere familiares ſuos iuſſit, cum eo conſcenſo Hieroſolyma ingreſſus eſt, vbi maximum Iudæorum templum fuit, à vobis poſtea euerſum. Et exinde, vt quod reliquum erat prophetiæ compleretur, in crucem eſt actus. Nam verbum, *Lauans in ſanguine vuæ ſtolam ſuam*: paſſionem eius quam ſubiturus erat, prænuntiauit; per ſanguinem luſtrans atque purificans ſibi credentes. Quæ enim à diuino Spiritu per Prophetam dicta eſt ſtola, fideles eius ſunt; in quibus quod à Deo eſt ſemen, Verbum, habitat. Quod verò *ſanguis vuæ* dicitur, ſignificat, eum qui appariturus fuerat, ſanguinem quidem habiturum, verum non ex humano viri ſemine, ſed ex virtute diuina. *Princeps* autem *virtus* ſecundum Parentem & Dominum vniuerſorum Deum, & *Filius, Verbum* eſt: quod quomodo per incarnationem *Homo* ſit factum, deinceps dicemus. Sicut enim vitis ſanguinem non homo, ſed Deus fecit: ſic & hoc ipſum indicatum eſt, non ex humano ſemine viri habiturum ſanguinem, ſed ex Virtute Dei, quemadmodum diximus. Atque Eſaias vates alius, eadem verbis aliis prædicens, ita inquit: *Exorietur ſtella ex Iacob, & flos è radice Ieſſæ aſcendet: & in brachium eius gentes ſperabunt.* Stella ſanè lucida ex Iacob exorta eſt, & flos aſcendit è radice Ieſſæ, CHRISTVS noſter. Nam ex Virgine ſeminis Iacob, patris Iuda, quem ex Iudæorum maioribus fuiſſe oſtendimus, Dei virtute prognatus eſt. Et Ieſſes quidem inter maiores eius, iuxta oraculum, cēſus eſt: ipſius autem Iacobi & Iudęis ſecundum generis ſucceſſionē filius fuit. Iam verò quemadmodū ex virgine oriundū diſertis verbis Eſaias prædixerit, audite. Prædixit autem ad hunc modum: *Ecce virgo vterum geſtabit, & pariet filium, & dicent ſuper nomine eius.* [Emanuel, hoc eſt.] *Nobiſcum Deus*: nam quæ incredibilia & impoſſibilia habita apud homines erant, ea Deus per Spiritum propheticum futura præmonſtraui: vt, cum facta eſſent, in dubium per incredulitatem non vocarentur, ſed propter prædictionem certa per fidem haberentur. Ne autem aliqui prophetiam quam produximus, non intelligentes, [per cauillationem] nobis ea obiiciant quæ poëtis nos rectè obiecimus, Iouem rei Venereæ gratia ad mulieres ventitaſſe dicentibus, declare verba iſta viſum eſt. Itaque quod dictum eſt, *Ecce virgo vterum geſtabit*, ſignificat virginem abſque conſuetudine Venerea concepturam fuiſſe. Si enim cum quocumque conſueuiſſet, non iam virgo fuiſſet. At enim virtus Dei virgini ſuperueniens, illi obumbrauit: & virgo cum eſſet, vt fœtum grauida in vtero ferret, effecit. Et legatus tum temporis ad virginem ipſam Angelus Dei, lætum illi attulit nuntium, dicens: *Ecce concipies in vtero ex Spiritu ſancto, & paries filium, & Filius altiſſimi vocabitur, & vocabis nomen eius* IESVM, *ipſe enim ſaluabit populum ſuum à peccatis ſuis*: ſicuti qui in Commentarios res omnes de Saluatore noſtro IESV CHRISTO retulerunt, teſtati ſunt: eiſque fidem habuimus, quod & per eum quem diximus Eſaiam, propheticus Spiritus naſciturum hunc ita vt indicauimus, dixit: *Spiritum* autem & *Virtutem quæ à Deo eſt*, non aliud intelligere fas eſt, quam *Verbum*; quod & *Primogenitum Deo* eſſe, Moſes, quem ſupra diximus, propheta oſtendit. Atque hic Spiritus cum in virginem illapſus eſſet, & illi obumbraſſet, non per concubitum, ſed per virtutem, prægnantem eam reddidit. Nomen verò IESVS, Hebraicum, Græcè σωτήρ, hoc eſt *Saluatorem*, denotat. Quocirca & Angelus ad virginem dixit: *Et vocabis nomen eius* IESVM. *Ipſe enim ſaluum faciet populū ſuum à peccatis ſuis.* Porrò quod vaticinantes non alio quam diuino Verbo afflari agantur, vos quoq; ipſos dicturos eſſe reor. Vbi verò terrarum etiam naſciturus eſſet, ſicut alius propheta Michæas præcinuit, audite. Sic autē dixit: *Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquā minima es in principibus Iuda, ex te enim egredietur dux, qui reget ſiue paſcet populum meum.* Vicus autem quidam eſt Bethleem in regione Iudæorum, triginta quinque ſtadiis Hieroſolymis diſtans, vbi natus eſt CHRISTVS IESVS: quemadmodum & ex deſcriptionibus cenſus acti, quæ ſub Cyrenio, primo veſtro in Iudæa procuratore, ſunt confectæ, intelligere poteſtis. Quod autem & latendo præſentiam ſuam celaturus eſſet homines alios, donec virilem ageret ætatem; id quod & factum eſt: quæ ea de re prædicta ſint, audite: *Puer natus eſt nobis; & adoleſcentulus datus eſt nobis: cuius ſuper humeros imperium eius.* Oſtendit hoc oraculum virtutem Crucis, quam humeris adplicuit, in eandem actus: ſicuti in orationis progreſſu manifeſtiùs demonſtrabitur. Et rurſus idem vates Eſaias, ſpiritu incitatus prophetico inquit: *Ego expandi manus meas ad populum infidelem & reſponſatorem, ad eos qui in via non bona incedunt. Exigunt à me iudicium, & appropinquare Deum audent.* Ac rurſus aliis verbis per alium prophetam ait: *Ipſi foderunt manus & pedes meos, & iecerunt ſortem ſuper veſtitu meo.* Dauid profectò, idem & rex & propheta, qui hæc dixit, nihil horum pertulit. IESVS CHRISTVS autem manus ex paſſus eſt, cum à Iudæis crucifigeretur, reſponſantibus ei atque dicentibus, non eſſe eum CHRISTVM. Nam ita, ſicut Propheta ait, diuexantes illum in tribunali collocarunt, atque dixerunt: *Iudica nobis.* Illud verò, *Foderunt manus & pedes meos*, narratio eſt de clauis manibus pedibuſque eius in cruce infixis. Et cum iam in crucem egiſſent eum, aleam ſuper veſtitu eius luſerunt: & inter ſe partiti ſunt illum, qui crucifigendi ſupplicium peregerant. Atque hæc ita geſta eſſe, cognoſcere ex actis quæ ſub Pilato ſunt conſcripta, poteſtis. Quod item diſertè, conſcenſurum eum aſinæ pullum, & Hieroſolyma ingreſſurum eſſe prædictum ſit, alterius prophetæ Zachariæ vaticinij verba referemus, ſunt autem iſta: *Lætare vehementer filia Sion; prædica filia Hieruſalem: Ecce rex tuus venit tibi mitis, aſino inſidens, & pullo filio ſubiugalis.* Sed enim cum prophetarum verba tanquam à perſona aliqua dicta auditis, ne ab ipſis quos Spiritus afflauit dici exiſtimeris, ſed à Verbo quod illos incitat diuino. Quandoque enim prænuntiantis more, quæ euentura ſint, profert: quandoque autem velut in perſona Domini, & parentis vniuerſorum Dei: nonnunquam in perſona CHRISTI; aliquando in perſona populorum reſpondentium Domino aut Patri eius, loquitur itidem vt apud ſcriptores veſtros cernere eſt, quum vnus quidē eſt qui conſcripſerit omnia, perſonæ autem quæ introducuntur loquentes, diuerſæ. Quod quia non intellexerunt qui libros prophetarum habent Iudæi, CHRISTVM etiam præſentem non agnouerunt: quin & nos, aduenisse illum aſſerentes, & ab ipſis cruci affixum eſſe, quemadmodum vaticiniis eſt prænuntiatum, demonſtrantes, odio proſequuntur. Et vt hoc ipſum quoque perſpicuum ſit, à perſona filij, per eum quem dixi prophetam Eſaiam, verba hæc prolata ſunt: *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui: Iſraël autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis, ſemini nequam. Filij iniqui deſeruiſtis Dominum.* Et alibi idem propheta à perſona Patris dicit: *Qualem mihi ædificabitis domum? dicit Dominus. Cœlum ſedes mea, & terra ſcabellum pedum meorum.* Ac rurſus alibi: *Neomenias ſeu nouilunia veſtra & ſabbata odit anima mea. Et diem magnum ieiunij, & otium non ſuſtinebo: neque cum veneritis vt appareatis mihi, exaudiam vos. Plena ſunt manus veſtræ ſanguine. Et cum offertis ſimilam aut incenſum, abominatio mihi eſt. Adipem agnorum & ſanguinem hircorum nolo. Quis enim requiſiuit hæc ex manibus veſtris? Verū diſſolue omnē colligationē iniquitatis; diſrūpe faſciculos violentorū contractuum; vagū & nudū tege; frāge eſurienti panē tuum.* Et

qualia

A qualia quidem ſint quæ per vates ſuos à Deo præcepta ſint, [his exemplis] intelligere poteſtis. Cum autem à perſona CHRISTI Spiritus propheticus loquitur, ita infit: *Ego expandi manus meas ad populum incredulum & contradicentem, ad eos qui in via non bona gradiuntur.* Et iterum: *Tergum meum appoſui ad flagra, & maxillas meas ad colaphos: faciem autem meam non auerti à fœditate ſputorum. Et Dominus auxiliator meus fuit: propterea non ſum pudefactus: ſed poſui faciem meam vt firmam petram, & cognoui non me pudefactum iri, quoniam præſto adeſt qui iuſtificat me.* Ac rurſum cum dicit: *Ipſi miſerunt ſortem ſuper veſtitu meo, & foderunt pedes ac manus meas.* Et, *Ego autem obdormiui, & ſomnum cepi, & reſurrexi: quia Dominus ſuſcepit (ſiue erexit) me.* Et rurſum cum inquit: *Loquuti ſunt labiis, mouerunt caput, dicentes: Liberet ſeipſum.* Quæ omnia à Iudæis CHRISTO accidiſſe [& de CHRISTO prædicta eſſe] cognoſcere poteſtis. Nam crucifixo eo diſtorſerunt labia, & capita mouerunt, dicentes: *Qui mortuos excitauit, liberet ſeipſum.*

B Quando verò veluti vaticinans quæ futura ſint, verba, facit Spiritus propheticus, ita loquitur: *Ex Sion enim egredietur lex, & verbum Domini ex Hieruſalem: & iudicabit inter gentes, & arguet populum multum. Et conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces. Et non ſumet gens in gentem gladium, & non diſcent amplius belligerare.* Et quod hoc ſic factum ſit, perſuaderi ad credendum docerique poteſtis. Nam Hieroſolymis duodecim viri profecti ſunt in mundum, atque ij quidem indocti, & minimè eloquentes: Dei autem virtute omni hominum generi denuntiarunt, à CHRISTO miſſos ſe eſſe, qui cunctos Verbum Dei docerent. Proinde qui olim mutuis inter nos graſſati ſumus cædibus, non modo ne inimicos quidem oppugnamus, verum etiam (vt non mentiamur, neque inquiſitores noſtros fallamus) perlibenter CHRISTVM confitentes, mortem quoque adimus: cum quidem illud quod dictum eſt,

Iurata lingua, animus ſed iniuratus eſt,

hac in re vſurpare & facere poſſemus. Perridiculum verò

C eſſet, delectu habito conſcriptos, & pacto vobis obſtrictos milites, quod dixerunt ſacramentum, ſuæ ipſorum vitæ, & parentibus patriæ, & propinquis omnibus præferre, cum nihil illis quod corruptibilitati obnoxium non ſit, vos præbere queatis: nos autem, qui immortalitatem adamauimus, non perferre omnia, vt quæ deſideranter expetimus, ab eo qui præſtare poteſt, percipiamus. Sed audite quoque, quomodo & de præconibus doctrinæ, & denuntiatoribus indicibuſque aduentus eius, vaticinium ſit editum, eo quem allegauimus & vate & rege per propheticum Spiritum ita dicente: *Dies diei eructat verbum, & nox nocti annuntiat intelligentiam. Non ſunt loquelæ neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis verba eorum. In ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquam ſponſus procedens e thalamo ſuo: Exſultabit vt gigas, ad currendam viam.* Ad hæc, ſi alia quoque verba per ipſum Dauidem prænuntiata referrem, recte me id & appoſite facturum eſſe arbitratus ſum. Ex quibus in-

D telligere nobis datur ad quam vitam homines Spiritus propheticus exhortetur, & quomodo ab Herode rege Iudæorum, & Iudæis ipſis, & Pilato, veſtro tum apud eos procuratore, militibuſque eius, aduerſus CHRISTVM facta ſit conſpiratio: tum autem, quod crediturum in eum eſſet omne genus hominum; & quod eum Filium vocet Deus, ſubiecturum ſe illi inimicos cunctos pollicens: & quomodo dæmones, quantum in ipſis eſt ſitum, tam Parentis rerum vniuerſarum ac Domini Dei, quam ipſius CHRISTI ditionem ac poteſtatem effugere contendant: denique quomodo prius ad pœnitentiam inuitet Deus omnes, quam dies iudicij adueniat. ita autem ſunt dicta: *Beatus vir qui non verſatus eſt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non conſtitit, & in cathedra peſtilentiarum non ſedit: ſed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanquam lignum, plantatum ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. & folium ipſius non defluet, & omnia quæcunque faciet, proſperabuntur. Non ſic impij, non ſic; ſed tanquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ. Idcirco non reſurgent impij in iudicio, neque peccatores in conſilio iuſtorum. Quoniam nouit Dominus viam iuſtorum; & via impiorum peribit.*

E *Quare fremuerunt gentes & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduerſus Dominum & aduerſus* CHRISTVM *eius, dicentes: Diſrumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipſorum. Qui habitat in cœlis, irridebit eos; & Dominus ſubſannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, annuntians præceptum Domini. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, tanquam vas figuli confringes eos. Et nunc reges intelligite, erudimini omnes qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exſultate ei in tremore. Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta,*

F *cum exarſerit breui ira eius. Beati omnes qui confidunt in eum.* Atque in alia item prophetiâ Spiritus propheticus per ipſum Dauidem, CHRISTVM poſt crucis ſupplicium regnaturum eſſe oſtendens, ſic inquit: *Cantate Domino omnis terra, & annuntiate de die in diem Salutare eius. Quoniam magnus Dominus, & laudabilis valde; terribilis ſuper omnes deos. Quoniam omnes dij gentium ſimulachra dæmoniorum ſunt: Deus autem cœlos fecit. Gloria & laus in conſpectu eius, & fortitudo & gloriatio in loco ſanctificationis eius. Date Domino Patri ſæculorum gloriam; accipite gratiam, & ingredimini in conſpectum eius, & adorate in atriis ſanctis eius. Metuat à facie eius omnis terra, & proſperetur recte agendo, & non commoueatur. Lætentur in gentibus: Dominus regnauit a ligno.* Quando verò propheticus Spiritus futura veluti iam facta dicit, ſicuti & in iis quæ recitauimus videre & deprehendere eſt, ne dubitationem legentibus iniiciat: & idipſum declarabimus Quæ omnino futura decreta ſunt, ea tanquam iam facta [ſpiritus is] prædicit & eloquitur. Quod autem ita excipere verba eiuſmodi

G oporteat, animum ad ea quæ dicam aduertite. Dauid mille & quingentis annis, priuſquam CHRISTVS homo factus crucifigeretur, ea quæ adduximus proloquutus eſt verba, neque quiſquam vel prædeceſſorum vel ſucceſſorum eius in crucem actus, lætitiam gentibus attulit. Cæterum ne aliqui ex his quæ protulimus, autument ex fati neceſſitate nos dicere fieri quæ fiant, perinde atque quod prædicta ſint, conſtituta quoque atque decreta habeantur: id etiam refellemus. Supplicia & cruciatus, nec non remunerationes optatas, pro operum meritis vnicuique tribui, per prophetas edocti, id quod in vero eſt, conſtituimus. Nam ſi hoc non ſit, ſed fato omnia fiant: nihil etiam plane in noſtra fuerit poteſtate ſitum. Si enim fatale ſit, hunc quidem eſſe bonum, illum verò malum: neque ille fuerit probandus, neque hic reprehendendus. Ac niſi arbitrio libero & ad turpia fugienda, & ad honeſta deligenda, facultatem habeant mortalium genus, non fuerit in cauſa ſiue culpa qualiumcumque demum factorum. Sed enim libero id delectu tum recte per virtutem viuere,

H tum per peccatum labi, ad hunc demonſtramus modum: Hominem eundem ad contraria ſubinde tranſire videmus. Quod ſi fato deſtinatũ eſſet, eum vel malũ vel bonum eſſe, non ille vnquã contrariorũ capax eſſet, nec toties mutaretur. Sed neq; alij quidem eſſent boni, alij autẽ mali. & fatum ita malorum cauſam eſſe, atq; ſibi ipſi cõtraria facere ſtatueremus: aut illud quod antea diximus opinari, in vero eſſet, nihil eſſe neque virtutem, neque vitium, & opinione tantum vel bona vel mala exiſtimari. Quæ Profectò, vt vera declarat ratio, ſumma eſt impietas & iniuſtitia. Sed nos fati ineluctabilis eſſe dicimus, eorum qui honeſta delegerint, debita honorum auctoramenta: & eorum itidem qui ab illis diuerſa ſint ſequuti, condigna ſuppliciorum præmia & tormenta. Non enim ſicut alia, arbores videlicet & quadrupedes, quæ nihil cum delectu & iudicio facere poſſunt, hominẽ Deus creauit: neq; ille remuneratione aut laude dignus eſſet, ſi per ſeipſum bonum non eligeret, ſed bonus editus foret. Sed neque malus ſi eſſet, iuſte tormentis afficeretur, qui non ex ſeipſo

taiis eſſet: quippe qui nihil aliud, præterquam quod factus eſſet, eſſe poſſet. Docuit hæc nos ſanctus & propheticus Spiritus per Moſen, qui Deum primitùs formato homini hoc ſic dixiſſe refert: *Ecce in conſpectu tuo bonum & malum: Delige bonum.* Et item per Eſaiam prophetam alium in eandem ſententiam, velut à Parente rerum omnium & dominatore Deo hæc dicta profert: *Lauamini, mundi eſtote, auferte prauitates ex animis veſtris, diſcite bene facere; iudicate pupillo, & iuſtificate viduam; & venite & diſceptemus: dicit Dominus. Atque ſi fuerint peccata veſtra vt veſtimentum puniceum, tanquam lanam dealbabo: & ſi fuerint vt coccinum, velut niuem candida reddam. Et ſi volueritis atque audieritis me, bona terræ comedetis: ſi verò non audieritis me, gladius deuorabit vos. Os enim Domini hæc loquutum eſt.* Quod autem dictum eſt, *Gladius deuorabit vos:* non gladiis cæſum iri dixit inobedientes: verum gladius Dei, ignis eſt: cuius eſca fiunt qui mala patranda deligunt. Propterea inquit, *Gladius deuorabit vos, os enim Domini loquutum eſt*, Quod ſi de gladio dixiſſet, qui diſſecat & confeſtim interimit, verbo *Deuorabit* vſus non fuiſſet. Proinde & Plato cum dixit, *Cauſa ſue culpa, deligentis eſt; Deus autem culpa caret:* à Moſe id acceptum protulit. Longè namque antiquior eſt Moſes, omnibus etiam Græcorum ſcriptoribus. Atque omnia quæ de animæ immortalitate, aut ſuppliciis poſt mortem, aut cœleſtium rerum contemplatione, aut ſimilibus doctrinis & philoſophi & poëtæ dixerunt, à prophetis argumento ſumpto, & intelligere ea, & exponere potuerunt. Quocirca apud omnes ſemina veritatis eſſe videntur: ſed comperiuntur non exactè eam cognouiſſe: quando quidem ſibi ipſis contraria proferunt. Itaque quod aſſerimus, quæ futura erant, vaticiniis prophetarum prædicta eſſe: non per fati neceſſitatem ea fieri dicimus, ſed Deum futurorum omnium hominum factorum præſcium eſſe indicamus. Et cum omnio hominum ſit, pro operum meritis cuilibet præmium redditum iri: ipſe quoque Deus remunerationem ſuam factorum meritis reſponſuram eſſe, per propheticum Spiritum prædicit: ad animi intentionem & recordationem eius rei ſemper humanum genus producens, & curæ id ſibi eſſe, ſeque ei proſpicere oſtendens. Opera autem & inſtinctu malorum dæmonum mortis ſupplicium aduerſus librorum Hydaſpis aut Sibyllæ aut prophetarum lectores conſtitutum eſt: vt per timorem homines ab illis, quo minus ſcripta ea legentes rerum bonarum notitiam percipiant, ſed in ſeruitute eorum retineantur, abſterreantur, quod certè quidem efficere, & ad finem ſuum perducere nequiuerunt. Non enim abſque timore tantum huiuſmodi ſcripta legimus, verumetiam vobis ad inſpiciendum quæ in eis traduntur, vt videtis, offerimus; grata acceptaque omnibus fore ſcientes. Atque hoc etiamſi paucis perſuaſerimus, maximum tamen inde feremus lucrum: nam, vt boni agricolæ, amplam à Domino capiemus mercedem. Quod verò CHRISTVM poſt reſurrectionem eius à mortuis illaturus cœlo fuerit Deus, atque ibi tantiſper detenturus, dum hoſtiliter aduerſantes ei dæmones percutiat, & eorum numerus qui boni atque probati eſſe ab eo præcogniti ſunt, expleatur, propter quos etiam nondum extremum decretum rerumque conſummationem fecit: prophetæ Dauidis audite verba, quæ ſunt huiuſmodi: *Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Virgam virtutis emittet tibi Dominus ex Hieruſalem; & dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum tuorum. Ex vtero ante luciferum genui te.* Per id quod dictum eſt. *Virgam virtutis emittet tibi ex Hieruſalem:* verbum illud præpotens prænuntiatum eſt, quod Apoſtoli eius Hieroſolymis profecti, vbique locorum prædicarunt: quãtumuis capite ſancitum eſſet, ne quis doceret aut falſtem profiteretur CHRISTI nomen, quod vbique nos & amplectimur & promulgamus. Quod ſi vos etiam verbis hiſce noſtris per obnuntiationem intercedetis, nihil amplius, quemadmodum ſupra diximus, quam occidere poteſtis; quod certè nobis quidem nihil affert detrimenti: vobis autem & qui iniuſtè nobis inimicantur, nec reſipiſcunt pœnitentes, omnibus, cruciatus per ignem æternos conciliat. Ne qui verò præter rationem, ad eorũ quæ nos edocti ſumus euerſionem dicant, antè annos cẽtumquinquaginta nos aſſeuerare CHRISTVM ſub Cyrenio natum eſſe; docuiſſe autem quæ docuit. poſterios ſub Pontio Pilato: & proinde noxâ ſolutos atque inſontes eſſe, per appellationem allegent, qui ante ea tempora extitere mortales omnes: quæſtionem eam anticipantes ſoluemus. CHRISTVM Primogenitum Dei eſſe inſtituti ſumus: & Rationem atq; Verbum eſſe; cuius vniuerſum hominum genus eſt particeps, antea oſtendimus. Et quicumque cum Ratione ac Verbo vixere, Chriſtiani ſunt, quamuis ἄθεοι & nullius numinis cultores habiti ſint, quales inter Græcos fuere Socrates Heraclitus, atque iis ſimiles: inter barbaros autem Abraham, & Ananias, & Azarias, & Miſaël, & Elias, & alij complures: quorum facta ſimul & nomina in præſentia recenſere, quia longum eſſe ſcimus, ſuperſedemus, perinde atque ex veteribus, qui itidem tempore CHRISTVM præceſſere, & abſque Ratione ac Verbo ætatem exegere, ἄχρηστοι, hoc eſt incõmodi) & inimici CHRISTO fuerunt, eorumque qui ſecundum Rationem & Verbum vixerunt percuſſores. At qui cum Ratione & Verbo vixerunt, atq; etiam nunc viuunt, Chriſtiani, & extra metum atque perturbationem omnem ſunt. Quam verò ob cauſam, per virtutem verbi, de Parentis vniuerſorum & Domini Dei conſilio & voluntate, ex Virgine homo ſit editus, & IESVS cognominatus, atque in crucem actus, & mortuus reſurrexerit, & in cœlum aſcenderit: ex his quæ prolixè dicta ſunt, cordatus homo percipere poteſt. Nos ſanè, quum minus neceſſaria nunc ſit eius rei amplior tractatio, ad ea quæ magis ad præſens pertinent argumentum, oſtendenda progrediemur. Itaque quia futurum erat vt terra Iudæorum expugnaretur, quæ à Spiritu prophetico ſint ea de re promulgata, audite. Verba autem quaſi in perſona populorum [Iudaïcorum] ea quæ acciderunt admirantium, ſunt concepta ad hunc modum: *Deſerta facta eſt Sion, tanquam deſolata facta eſt Hieruſalem: in exſecrationem domus, Sanctuarium noſtrum: & gloria cui benedixerunt patres noſtri, igne conſumpta eſt, & omnia glorioſa eius conciderant. Et in his ſuſtinuiſti, & tacuiſti, & humiliaſti nos vehementer.* Atqui deſolatam eſſe Hieroſolymam, ſicuti fore prædictum fuerat, noſtis. Promulgatum verò etiam eſt de excidio eius, ac de eo quod futurum fuit, vt nemo ibi [Iudæorum] habitare permitteretur, per Eſaiam vatem, in hæc verba: *Terra eorum deſerta, in conſpectu eorum inimici ipſorum vocant eam: & non erit ex eis habitans in ea.* Cauete autem & ſeruare vos ne quis ibi ſit, & pœnam capitalem conſtitutam eſſe aduerſus Iudæum eò ingredientem, probè ſcitis. Quod inſuper CHRISTVM curaturum fuiſſe morbos omnes, & defunctos excitaturum, prædictum ſit, verba vaticinij audite, quæ ſunt iſta: *In aduentu ipſius claudus ſaliet ſicut ceruus, & diſerta erit in lingua mutorum: cæci reſpicient, & leproſi mundabuntur, & mortui reſurgent ac deambulabunt.* Et quod iſta fecerit, ex eis qui ſub Pontio Pilato conſcripti ſunt commentariis, cognoſcere poteſtis. Quomodo verò ipſum cum ſperantibus in eum hominibus occiſum iri propheticus Spiritus prænuntiarit, audite quæ per Eſaiam dicta ſunt verba: ſunt autem huiuſmodi: *Ecce quomodo periit iuſtus, & nemo percipit corde: & viri iuſti tollantur, & nemo conſiderat. A facie iniuſtitiæ ſublatus eſt iuſtus, & erit in pace ſepultura eius: ſublatus eſt è medio.* Ac rurſum quomodo per Eſaiam dictum ſit, quod qui non expectauerint, gentium populi adoraturi illum; qui autem expectauerint Iudæi, ignoraturi aduenientem adeòque præſentem fuerint: verba ea, tanquam à perſona ipſius CHRISTI prolata, iſtiuſmodi ſunt: *Manifeſtatus ſum his qui me non interrogabant, inuentus ab eis qui me non quærebant. Dixi, Adſum, ad gentes quæ non inuocabant nomen meum. Expandi manus meas ad populum infidelem & reſponſantem, ad eos qui gradiuntur in via non bona, ſed poſt peccata ſua. Populus prouocans ad iracundiam coram me.* Iudæi

A namq; prophetas habentes, & CHRISTVM aduenturum ſemper expectantes, non modo non cognouerunt, ſed etiam interfecerunt. Qui autem ex gentibus fuere, cum nihil vnquam de CHRISTO inaudiſſent, quoadusque à Hieruſalem progreſſi Apoſtoli eius res ipſius promulgarunt, & prophetias tradiderunt: gaudio & fide repleti, cùm ſimulacris nuntium remiſerunt, tum ingenito Deo per CHRISTVM ſeipſos conſecrarunt. Quod item præcognita præuiſaque ſint quæ aduerſus confeſſores CHRISTI depromenda erant infauſta infamiaque verba: quodque infelices & miſeri ſint qui maledicta huiuſmodi profundunt, quique mores veteres conſeruare pulchrum eſſe dicunt: quæ paucis ab Eſaia de his rebus ſunt dicta, cognoſcite, ea ſic habent: *Væ qui dicitis dulce amarum, & amarum dulce.* Tum autem quod noſtra cauſa homo factus, pati & contumeliis affici ſuſtinuerit, ac denuò cum gloria aduenturus ſit: quæ hac de re ſunt edita vaticinia, accipite hiſce concepta verbis: *Pro eò quod tradiderunt in* B *mortem animam eius, & cum iniquis reputatus eſt: ipſe peccatum multorum ſuſcepit, & iniquis propitius erit. Ecce enim intelliget ſeruus meus, & exaltabitur, & glorificabitur valde. Sicut obſtupeſcent ſuper te multi, ſic inglorius eris ab hominibus aſpectus tuus. Et quemadmodum gloria tua ab hominibus* [*deſpecta erit,*] *ita admirabuntur gentes multæ, & continebunt reges os ſuum. Quia quibus non eſt annuntiatum de eo, & qui non audierunt, illi intelligent: Domine quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini cui reuelatum eſt? Et annuntiauimus in conſpectu eius tanquam puerulum:* [*& aſcendet ſicut virgultum coram eo:*] *Tanquam radix in terra ſitienti* [inuia.] *Non eſt ſpecies ei, neque gloria. Et vidimus eum, & non habuit ſpeciem neque pulchritudinem; ſed ſpecies eius inhonorabilis ac deficiens ſupra homines. Homo plagæ ſubditus, & ſciens ferre infirmitatem. Quoniam auerſati ſunt homines vultum eius. Contumeliis affectus eſt, & in nullo fuit numero. Hic peccata noſtra fert, & noſtrâ cauſâ doloribus afficitur. Et nos reputauimus eum eſſe in labore, & in plaga, & in afflictio*C*ne. Ille verò vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & infirmus factus propter peccata noſtra. Diſciplina pacis ſuper eum: Liuore eius ſanati ſumus. Omnes quaſi oues errauimus, homo viâ ipſe ſuâ errauit. Et tradidit eum peccatis noſtris. Et ipſe propter afflictionem non aperuit os ſuum. Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt, & tanquam agnus coram tondente ſe obmuteſcens, ita non aperuit os ſuum. In humiliatione ſua iudicium eius ſublatum eſt.* Itaque poſtquam in crucem eſt actus, etiam familiares eius omnes ab eo defecerunt, eumque negarunt. Deinde verò cum à mortuis reſurrexiſſet, & viſus ab eis eſſet, atque eos prophetias, in quibus hæc omnia futura eſſe prædicta forent, legere docuiſſet, & illi eum in cœlum aſcendentem vidiſſent, & credidiſſent, & virtutem eis cœlitus ab illo miſſam accepiſſent: ad omne mortalium genus profecti, iſta promulgarunt, & *Apoſtoli* atque *Legati*, ſunt nominati. Vt autem nobis Spiritus propheticus oſtenderet, illum hæc patientem inenarrabile habere genus, atque inimicis imperare: hoc modo infit: *Generationem eius quis* D *enarrabit? quia tollitur de terra vita eius. Ab iniquitatibus eorum tranſit in mortem. Et dabo malignos pro ſepultura eius, & diuites pro morte eius. Quoniam iniquitatem non fecit, neque inuentus eſt dolus in ore eius. Et Dominus mundare vult eum à plaga. Si datus fuerit pro peccato, anima veſtra videbit ſemen longæuum. Et vult Dominus auferre à labore animam eius, oſtendere illi lucem, & fingere eum intelligentia: vt iuſtificet iuſtum, benè ſeruientem multis. Et peccata noſtra ipſe portabit: propterea ipſe hæreditate acquiret multos, & fortium diuidet ſpolia: pro eo quod tradita eſt in mortem anima eius, & inter iniquos reputatus eſt. Et ipſe peccata multorum tulit, & propter iniquitates eorum traditus eſt.* Vt verò & in cœlum aſcenſurus fuerit, quomodo vaticinio eſt promulgatum, audite. Id ſic ſe habet: *Tollite portas cœlorum: pateant illæ, vt ingrediatur Rex gloriæ. Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus fortis, & Dominus potens.* Quomodo autem & è cœlis cum gloria aduenturus ſit, quæ de hoc per Danielem vatem ſacrum ſint dicta, cognoſcite. Sunt autem hæc: *Ecce quo-* E *modo filius hominis venit in nubibus cœli, & Angeli eius cum eo.* Verumenimverò quoniam quę iam facta ſunt, pleraque omnia, priuſquã fierent, à prophetis prænũtiata eſſe oſtendimus: pernecesſariũ eſt de eis quoque, quæ itidẽ vaticiniis prædicta ad rem adhuc cõferentur, fidẽ perſuaſionemq; obtinere, tanquã omnino euenturis. Ad quẽ namq; modum ea quæ iam facta ſunt, prænuntiata & non agnita euenerunt; ad eundẽ modũ & quæ reliqua ſunt, quãuis nõ agnita nec credita fuerint, euenient. Duplicẽ ſiquidẽ eius aduentũ & præſentiã prænuntiarunt ſancti vates: vnã quidẽ, iam exhibitã, vt deſpecti & paſſionibus ſubiecti hominis: ſecundã autẽ, quando è cœlis cum gloria & Angelica militia ſua adueniet aderitque, ſicuti prædictũ eſt cũ omnium etiã qui vnquã extitere mortaliũ corpora excitabit; atq; dignos quidẽ induet natura corruptibilitatis vniuerſæ expertẽ; iniuſtos autẽ in perpetuo ſenſu vna cum malis geniis in ignẽ mittet ſempiternũ. Vt verò & hæc ita fore ſint prædicta, declarabimus. Dictũ ſanè à propheta Eze- F chiele eſt hoc modo: *Coagmentabitur iunctura ad iuncturam, & os ad os, & carnes denuò ſuccreſcent. Et genu omne curuabitur Domino, & omnis lingua confitebitur ei.* In quo autem ſenſu & cruciatu futuri ſint iniuſti, conſimiliter de hoc dicta animaduertite, ſunt namque talia: *Vermis eorum non ſopietur, & ignis eorum non extinguetur.* Et tunc per pœnitentiã reſipiſcent, cum id eis nihil proderit. Cuiuſmodi verò populi Iudæorum dicturi ſint verba, cum illũ in gloria videbunt aduenientẽ, Zacharias propheta prælocutus eſt ad hũc modũ: *Præcipiam quatuor ventis vt cõgregent diſperſos liberos; præcipiam Boreæ vt ferat, & Auſtro vt ne impingat. Et tum in Hieruſalem erit planctus ingens; non planctus oris aut labiorũ, ſed planctus cordis; & nõ ſcindent veſtimenta ſua, ſed mentes: & plangent tribus ad tribum: & tunc videbunt in quẽ pupugerunt ac dicent: Cur Domine aberrare nos feciſti à via tua? Gloria cui benedixerunt Patres noſtri, conuerſa nobis eſt in opprobrium.* Habemus nos quidẽ permulta quoq; alia prophetarum vaticinia, quæ proferre poſſemus: verum ea commemorare* G omittimus, ſatis iſta eſſe ad eorũ perſuaſionẽ quibus idoneæ ad audiendũ, & intellectuales ad ſpiritualia cognoſcendũ ſunt aures, exiſtimantes, & per ſe ipſos illa eos percipere poſſe ducẽtes: non enim ſicuti qui fabulas de Iouis, vt putantur, filiis componunt, itidem & nos dicimus duntaxat, & demonſtrare non poſſumus. Nam qua tandem ratione Homini crucifixo fidem haberemus, Primogenitum eum Ingeniti Dei eſſe credentes, & ab eo humanum genus vniuerſum iudicatũ iri: niſi teſtificationes ante de eo quã Homo factus adueniret, promulgatas inueniremus & rem ita actã eſſe videremus? Deſolata namque terrã Iudæorũ, & ex omni hominũ genere per Apoſtolorum doctrinam ad fidẽ, qui veteres, in quibus errabundi verſabãtur cõſuetudines reiecerint, adductos eſſe nos ipſos cernimus, ac plures & veriores ex gentibus quã ex Iudæis & Samaritanis Chriſtianos nouimus. Nam cuncta alia hominum genera à prophetico Spiritu *Gentes* vocãtur Iudaicæ autẽ & Samaritanæ tribus, *Iſrael & domus Iacob* nominãtur. Vaticinij autẽ eius, quo prædictũ eſt plures ex gentibus quã Iu- H dæis & Samaritis fore credẽtes, verba, ad hũc prolata modũ referre viſum eſt: *Lætare ſterilis quæ nõ paris, erumpe & clama quæ nõ parturis: Quoniã multo plures ſunt liberi deſertæ, quã eius quæ habet virũ.* Deſertæ nãque erant a Deo gẽtes omnes manuũ opera colẽtes. Iudæi autẽ & Samaritani, Verbũ a Deo per prophetas traditũ habẽtes, & nũquã non CHRISTVM præſtolantes, aduenientem & præſentem non agnouerũt: paucis exceptis, quos ſanctus propheticus Spiritus per Eſaiam eſt prælocutus ſaluatum iri. Loquutus autem eſt, veluti ex ipſorum perſona: *Niſi Dominus reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma & Gomorra facti eſſemus.* Sodoma enim & Gomorra vrbes ſuiſſe quædam impiorum virorum, à Moſe memorantur, quas igni & ſulphure crematas Deus euertit, nemine in eis è ciuibus ſeruato, extra alienigenam quendam Chaldæorum gentis, cui nomen fuit Loth; cum quo & filiæ eius incolumes euaſere. Harum regionem omnem deſertam & exuſtam eſſe, & infrugiferam manere, qui volunt, cernere ipſi poſſunt. Porrò eos etiam qui ex

A gentibus ſunt, veraciores & fideliores fore, præcognitum promulgatumque eſſe, verba per Hieremiam vatem producemus, ita concepta : *Iſraël incircumciſus corde ; gentes autem, præputio.* Tot ergo & tantæ res oculis conſpectæ, perſuaſionem & fidem verum complectentibus, & gloriam ſeu opiniones non conſectantibus, rationabilem afferre poſſunt. At qui à poëtis fabuloſè conficta tradunt, nullam addiſcentibus adoleſcentibus afferunt probationem : atque ea ipſa ad fraudem & ſeductionem generis humani dicta eſſe demonſtramus, operâ & ſuggeſtione malorum dæmoniorum. Audito namque, CHRISTVM à prophetis deprædicatum aduenturum eſſe, atque per ignem impios homines diſcruciatum iri : multos qui Iouis dicerentur filij, (vti & dicti ſunt) in medium poëtæ produxerunt, efficere ſe poſſe dæmones ſuoꝛ tati, vt homines pro ſabulis prodigioſis poëticiſque narrationibus res CHRISTI haberent. Et vulgata hæc ſunt & apud Græcos, & apud gentes omnes, vbi magis illi audiebant,
B Prophetis prænuntiantibus, homines in CHRISTVM crediuros eſſe. Quod autem dicta prophetarum audientes, ſenſum eorum non rectè intellexerint, ſed hallucinantium more res CHRISTI ſint emulati, explicabimus. Moſes propheta, ſicut antea indicauimus, ſcriptoribus omnibus fuit vetuſtior. Ab hoc, pro eo atque diximus, ita prophetatum eſt : *Non deficiet princeps ex Iuda, & dux è lumbis eius, donec veniat cui repoſitum eſt : & ipſe erit expectatio gentium, ligans ad vitem pullum ſuum, lauans ſtolam ſuam in ſanguine vuæ.* His verbis auditis, dæmones Dionyſium Iouis filium eſſe dixerunt, inuentoremque vitis prodiderunt, & aſinum in myſteriis & arcanis eius ſacris duxerunt ; & dilaniatum eum aſcendiſſe in cœlum docuerunt. Et quia in Moſæ prophetia expreſſis verbis deſignatum non erat, num aduenturus ille filius Dei eſſet futurus, & vtrum pullo vehens in terris manſurus, an in cœlum aſcenſurus : atque pulli nomen, & aſini & qui pullum denotare poterat : neſcientes aſini-
C ne an equi pullum ducens, ſymbolum & ſignum aduentûs & præſentiæ ſuæ habiturus qui prænuntiabatur : & verum Dei, ſicut diximus, an hominis futurus eſſet filius: Bellerophontem quoque ipſum, hominem ex homine genitum, in equo Pegaſo in cœlum perueniſſe promulgarunt. Cum autem accepiſſent, quod per alium eſt prophetam dictum, per Eſaiam videlicet, ex virgine naſciturum, & per ſeipſum in cœlum conſcenſurum eſſe : vt Perſeus celebraretur, inuenerunt. Atque vbi etiam cognouerunt, prædictum eſſe in eis ipſis vaticiniis, quemadmodum prius eſt à nobis allegatum, vt tanquam robuſtus Gigas curreret viam : Herculem fortem, qui omnem peragrarit terram, deprædicarunt. Vbi verò rurſus intellexerunt, vaticiniis promiſſum illum, omnem morbum curaturum, & mortuos reſuſcitaturum eſſe, Æſculapium ſubintroduxerunt. Verum nullo prorſus modo in quopiam eorum qui dicti ſunt filiorum Iouis, crucis ſupplicium ſunt imitati. Non enim intellectum eſt ab eis quæ de hoc ſunt, ſicut antea oſtendimus, dicta omnia per ſymbola arcanè eſſe prolata. Quod profectò, prout
D Propheta præloquutus eſt, potiſſima nota fortitudinis & imperij eius eſt ; quemadmodum id quoque ex eis quæ ſub aſpectum cadunt, patet. Conſiderate namque vobiſcum res in orbe cunctas, an abſque forma iſta adminiſtrare quidquam, aut commercium aliquod habere homines queant. Mare certè quidem non ſcinditur, niſi tropæum hoc quod antemna ſiue velum vocatur, in naui integrum maneat. Terra abſque hoc non aratur. Foſſores autem opus non ſaciunt, neque itidem manuarij artifices, niſi figuram hanc habentibus inſtrumentis. Præterea verò facies humana non alia re ab animalibus ratione carentibus magis differt, quam quod rigida directaque ſit, & extenſionem manuum habeat, atque in vultu à fronte prominentem proferat naſum qui dicitur, per quem reſpiratio eſt animanti, non aliud quam crucis formam oſtendentem. Et per prophetam quoque ita eſt dictum : *Spiritus ante faciem noſtram* CHRISTVS *Dominus.* Quin & ſigna veſtra figuræ huius vim præferunt & declarant [vexillorum ſigna dico, aliorumque inſignium] & tropæorum per quæ progreſſus à vobis in publicum quouis locorum fiunt, imperij & poteſtatis indicia in hiſce oſtendentibus : licet hoc non intelligentes faciatis. Et qui apud vos moriuntur Imperatorum imagines formâ iſtâ conſecratis, & Deos inſcriptionibus nominatis. Quapropter cum Ratione ſimul & Oratione, nec non figura ea quæ propalam cernitur, quoad potuimus, vos ſimus [ad placabilitatem] cohortati : extra noxam & culpam omnem nos fore deinceps ſcimus, quamuis vos increduli eſſe pergatis : nam quod noſtri fuit officij, factum à nobis eſt, & ad finem perductum. Non ſatis autem habuere maligni dæmones, quod antè manifeſtariam præſentiam CHRISTI, qui dicti ſunt, filios Ioui genitos eſſe, aſſeuerarint : ſed cum tam apertè exhibitus inter homines fuiſſet [& à morte rediuiuus in cœlum reuertiſſet] quoniam ſicuti per prophetas prænuntiatum fuerat, in omni genere mortalium fide eum cultum & expectatum iri cognouerant, denuò (vt ante oſtendimus) alios in medium produxerunt, *Simonem* & *Menandrum* Samaritanos ; qui magicis virtutibus edendis multos in fraudem ſeduxerunt, atque etiam nunc quos ſeducant habent. Nam apud vos, prout diximus, in imperiali vrbe Roma, ſub Claudio Cæſare Simon fuit, & ſacrum Senatum populumque Romanum eo perduxit ſtuporis, vt Deus haberetur, & ſtatua, veluti alij quos colitis dij, cohoneſtaretur. Quocirca vt ſacer quòque Senatus & populus Romanus vna vobiſcum poſtulata hæc noſtra cognoſcant, petimus, vt ſi quis inter eos doctrinis illius detineatur, vero cognito, fraudem erroris effugere valeat, & ſtatuam, ſi vultis, abolere. Quod enim exuſtio, impiorum torquendorum cauſa futura non ſit, maligni dæmones perſuadere nequeunt : perinde atque vt CHRISTI aduentus homines lateret, facere non potuerunt : ſed illud ſolummodo, vt qui præter rationem ferociter viuunt, & per animi affectiones in malis moribus ſunt educti, & gloriam ſiue opiniones aucupantur, nos occidant & odio proſequantur, procurare poſſunt. Quos tantum abeſt vt oderimus, vt miſerantes etiam vicem eorum, quod ſupra indicauimus, perſuadere illis vt alij per reſipiſcentiam fiant, cupiàmus. Non enim mortem metuimus, cum omnino moriendum eſſe cuiuis in confeſſo ſit : ac ſi nihil ſit noui expectandum, [contra quàm nos arbitramur] ſed idem ſemper rerum hic maneat ſtatus & adminiſtratio, quamuis eos qui illis fruantur, vel intra anni ſpatium ſatietas earum [propter vanitatem] non capiat, tamen vt & animi perturbationibus & indigentia ſemper ſint immunes, noſtris eos diſciplinis operam dare oporteat. Sin hoc non credentes, nihil reliquum eſſe poſt mortem, ſed ad ſtatum ſenſûs expertem morientes tranſire decernant : perpeſſionibus quidem & ætomnis vitæ huius nos liberantes beneficio afficiant ; ſeipſos verò malignos, & inhumanos, & gloriæ cupidos eſſe declarent. Non enim nos veluti omnino ſublaturi necant, ſed tanquam vitâ ac voluptate priuaturi occidũt. *Marcionem* quoque *Ponticum*, ſicut retulimus, in medium produxerunt praui dæmones: qui conditorem cœleſtium & terreſtrium Deum, & à ſacris vatibus prænuntiatum CHRISTVM filium eius, pernegare nunc quoque docet : alium autem (neſcio quem) obnuntiat, præter opificem vniuerſorum Deum, atq; item filiũ alium. Cui permulti credentes, quaſi ſoli vera ſcienti, nos derident, nullam illi habentes eorum quæ aſſerunt probationem ; ſed præter rationem, perinde atque à lupis rapti agni, eſca impiorum & à Deo alienorum dogmatũ, atque ipſorum dæmonum fiunt. Nihil namque aliud contentione omni agunt qui dicuntur dæmones, quam vt mortales à conditore ſuo Deo, & primogenito eius CHRISTO abducant. Atque eos quidem qui ſe humo tollere nequeunt, terrenis ac manufactis ſimulacris affixerũt & affigunt : eos autem qui ſe ad diuinarum rerum commentationem erigunt, tranſuerſos agentes, niſi iudicium ſanum vitamque puram & ab animi perturbationibus liberam obtinuerint, in impietatem impellunt. Enimuerò vt & à noſtris doctoribus (Verbum autem à prophetis vulgatum ſignificamus) accepiſſe Platonem intelligatis, quod dixit, Deum materiâ informi verſa

mundum

A

mundum creaſſe: verba ipſa, prout concepta ſunt, primi (vt diximus) prophetæ, & omnibus Græcis ſcriptoribus vetuſtioris Moſæ audite: per quem propheticus Spiritus, quomodo & vnde Deus mundum condiderit, oſtendens, ita infit: *In principio fecit Deus cælum & terram. Terra autem erat non aſpectabilis, & incondita. Et tenebræ erant ſuper abyſſum, & Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Et dixit Deus: Fiat lux, & factum eſt ita.* Proinde Verbo Dei ex ſubiectis, & iis quæ Moſes oſtendit rebus, factum eſſe mundum vniuerſum, & Plato, & qui eadem dicunt, & nos adeò ipſi didicimus, & idem vos credere perſuaderique poteſtis. *Erebum* quoque, vt poëtæ nominant, Moſen primum dixiſſe nouimus. Et quod in Timæo Plato phyſica naturalique ratione de *Filio Dei* dixit, cum ait: *Decuſſauit eum in vniuerſo*: a Moſe id itidem acceptum ille protulit. Nam in Moſæ ſcripta relatum eſt, tempore eo cum Iſraëlitæ ex Ægypto exirent, & in ſolitudine eſſent, obuiam eis veniſſe feras venenoſas, viperas & aſpides, & ſerpentum genus omne, populumque neci dediſſe: ac Moſen per eam quæ Dei dicitur inſpirationem & inſtinctum, æs accepiſſe, & ſignum Crucis feciſſe, idque ad ſanctum tabernaculum ſtatuiſſe, ac populo dixiſſe: *Si inſpexeritis typum & ſignum hoc, & credideritis, ſalui in eo eritis.* Quo facto ſerpentes exſtinctos eſſe ſcriptum eſt, populum autem exitium effugiſſe. Ad hunc etiam videlicet modum, hiſce lectis, ſcripſit Plato, verum, quod non certo noſſet, neque intelligeret, Crucis eſſe figuram, ſed decuſſationis formam, quæ literam X refert, intelligentiâ complecteretur: eam quæ ſecundum Principem Deum eſt Virtutem, decuſſatam eſſe in vniuerſo dixit. Et quod præterea idem tertium dixit, [à Moſe quoque id accepit: & quia, ſicut prius retulimus, ſuper aquas, legerat a Moſe promulgatum eſſe, Spiritum Dei ferri: ſecundum quidem locum Dei Verbo quod in vniuerſo decuſſatum dixit: tertium verò ei qui dictus eſt ſuper aquas ferri Spiritui tribuit, inquiens: *Tertia autem circa tertium.* Et exuſtionem quomodo per Moſen Spiritus propheticus fore præmonſtrarit, accipite: ſic autem inquit: *Deſcendet ignis perpetuum viuens, & deuorabit ad imam vſque abyſſum.* Non ergo eadem nos cum aliis opinamur, ſed omnes illi noſtra per imitationem proferunt. Apud nos ſane quidem hæc audire & diſcere licet, ab eis etiam qui nec formas litterarum norunt: rudibus quidem illis & voce barbaris, ſed mente ſapientibus & fidelibus, & quibuſdam debilibus atque oculis captis: vt intelligere liceat, *Non humanâ ſapientiâ hæc fieri, ſed virtute Dei dici.* Quo vero modo Deo quoque nos dicauerimus, per CHRISTVM renouati, iam exponemus: ne, ſi hoc prætereamus, maligne quidquam & diſſimulanter agere in hac oratione videamur. Quicunque perſuaſi fuerint, & crediderint vera eſſe quæ à nobis traduntur & dicuntur, ac viuere ſe ita poſſe receperint, orare ieiunantes, & petere à Deo priorum peccatorum remiſſionem docentur, nobis cum illis vna & orantibus & ieiunantibus. Deinde eo adducuntur à nobis vbi aqua eſt; atque eo regenerationis modo quo ipſi regenerati ſumus, regenerantur, nam in nomine rerum cunctarum Parentis & Domini Dei, & Seruatoris noſtri IESV CHRISTI, & Spiritûs ſancti, in aqua tum lauantur. CHRISTVS enim ipſe dixit: *Niſi regenerati fueritis, non introibitis in regnum cælorum.* Haudquaquam autem fieri poſſe, vt ſemel in lucem editi in vteros genitricium ſuarum ingrediantur, manifeſtum omnibus eſt. Atenim per prophetam Eſaiam, vti ſupra ſcripſimus, expreſſum eſt, quomodo peccata effugituri ſint qui peccauerunt, & per pœnitentiam reſipiſcunt. Ita autem eſt dictum: *Lauamini, mundi eſtote; auferte prauitates ab animis veſtris, diſcite benefacere, iudicate pupillo, iuſtificate viduam: & venite, ac diſceptemus; dicit Dominus. Ac ſi peccata veſtra fuerint vt veſtimentum puniceum, tanquam lanam dealbabo: & ſi fuerint vt coccinum, tanquam niuem candida reddam. Si autem non audieritis me, gladius deuorabit vos. Os enim Domini loquutum eſt iſta.* Rationem autem huius rei ab Apoſtolis iſtam accepimus. Quandoquidem priorem natiuitatem

E

noſtram ignorantes, neceſſitate quadam, liquido genitali ſatu, mutua parentum mixtione intercedente, progenerati ſumus, & in malis moribus prauaque conſuetudine educti, vt ne neceſſitatis, & ignorantiæ liberi permaneamus, ſed delectus & ſcientiæ [filij fiamus,] ac remiſſionem antecommiſſorum peccatorum conſequamur in aqua: ſuper eo qui renaſcendum ſibi eſſe ſtatuerit, atque per pœnitentiam ab admiſſis delictis reſipuerit, Parentis rerum omnium & Domini Dei nomen nominatur, atque idipſum ſolum, lauaturum iſtum ad lauacrum ducentes, * inuocamus. Nomen ſiquidem ineloquibili Deo dicere nemo poteſt. Si quis autem nomen ei indere audeat, prodigioſa prorſus luxuriantique inſaniat inſaniâ. Vocatur verò lauacrum hoc *Illuminatio*; quod eorum qui hæc diſcunt, mentes illuminentur. In nomine autem etiam IESV CHRISTI crucifixi ſub Pontio Pilato, atque in nomine Spiritus ſancti, qui per ſacros vates prænuntiauit res CHRISTI

F

omnes, abluitur is qui illuminatur. Porro lauationem hanc cum audiſſent dæmones per Prophetam promulgatam, vt & ingreſſuri in delubra eorum, & acceſſuri ad illos, atque libationibus & adipis nidoribus offerendis operaturi, ſeipſos aquæ aſperſione luſtrarent, effecerunt. Quin vt toto quoque corpore lauentur prodeuntes priuſquam ad templa, vbi illi collocati ſunt, veniant, inſtinctu & opera ſua curant. Nam & illud, quod fana eorum ingredientes calceos deponunt, & cultores eorundem idem facere ſacerdotes iubent, per imitationem eius inſtituerunt, quod Moſæ prophetæ, quem diximus, accidit. Tum namque temporis, cum Moſes in terra Arabica oues ſoceri ſui paſcens, in Ægyptum deſcendere, & populum qui ibi erat Iſraëliticum educere iuſſus eſt, in ſpecie ignis è rubo cum eo colloquutus eſt CHRISTVS noſter, & ad eum dixit: *Solue calceamenta tua, & accedens audi.* Atque ille calceis depoſitis acceſſit, & audiit, deſcendere ſe debere in Ægyptum, & educere inde populum Iſraëliticum: atque ingenti virtute ab eo qui

G

ſecum loquutus fuerat in ſpecie ignis, CHRISTO, accepta, deſcendit & eduxit populum, magna & admiranda edens facinora: quæ ſi cognoſcere volueritis, ex libris eius accuratè intelligetis. Iudæi ſane omnes nunc quoque docent, carentem illum nomine Deum cum Moſe colloquutum eſſe. Proinde Spiritus propheticus per prophetam Eſaiam, quem diximus, arguens illos, pro eo atque antea ſcripſimus, inquit: *Cognouit bos poſſeſſorem, & aſinus præſepe domini ſui. Iſraël autem me non cognouit, & populus me non intellexit.* IESVS certè CHRISTVS, quod Iudæi non noſſent quid Pater & quid Filius eſſet, pariter illos reprehendens & ipſe dixit: *Nemo cognouit Patrem niſi Filius, neque Filium, niſi Pater, & quibus reuelauerit Filius.* Verbum autem Dei eſt *Filius eius*, ſicut antea diximus. Vocatur verò & *Angelus* & *Apoſtolus*. Ipſe enim, quæcunque cognita oportet, annuntiat: & mittitur: vt quæcunque nuntiantur, indicet: quemadmodum & ipſe Dominus noſter ait: *Qui me audit, eum qui miſit me audit.* Ex ſcriptis quoque Moſæ id patebit, in

H

quibus huc ſic eſt dictum: *Et loquutus eſt Moſi Angelus Dei in flamma ignis e rubo, & dixit: Ego ſum Exiſtens ille, Deus Abraam, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus Patrum tuorum: deſcende in Ægyptum, & educ populum meum.* Quæ vero deinceps ſequantur, ex illis, ſi vultis, cognoſcere poteſtis. Omnia enim hîc perſcribere impoſſibile eſt. Verba autem hæc fecimus, vt probaremus, Filium Dei & Apoſtolum, eſſe IESVM iſtum CHRISTVM, qui prius Verbum exiſtens, cum aliquando in forma ignis, aliquando autem in imagine etiam incorporeorum apparuiſſet, nunc porro de voluntate Dei, humani generis causâ, homo factus, perpeti etiam ea ſuſtinuit, quibuſcunque illum dæmones inſtigatione ſua procurarunt vt dementes Iudæi afficerent. Qui cum diſertis verbis in Moſæ Commentariis expreſſum dictum haberent: *Et loquutus eſt angelus Dei cum Moſe in igne flammæ e rubo, & dixit. Ego ſum Exiſtens ille, Deus Abraam, & Deus Iſaac, & Deus Iacob:* Parentem & effectorem Vniuerſitatis huius hæc dixiſſe affirmant. Idcirco & Spiritus

** Quædam hic confuſa videntur.*

propheticus reprehendens illos, dixit: *Iſraël autem me non cognouit, & populus me non intellexit.* Et rurſus Iesvs, prout indicauimus, apud ipſos cum eſſet, *Nemo*, inquit, *nouit Patrem præterquam Filius; neque Filium præterquam Pater, & quibus Filius reuelauerit.* Itaque Iudæi exiſtimantes, ſemper Parentem rerum cunctarum cum Moſe eſſe loquutum, cum, qui cum eo eſt colloquutus, Filius Dei eſſet, qui & Angelus & Apoſtolus cognominatus eſt; rectè & à prophetico Spiritu, & ab ipſo Christo coarguuntur, neque Patrem neque Filium noſſe. Qui enim Filium Patrem eſſe dicunt, comperiuntur neque Patrem ſcire, neque Filium eſſe Patri vniuerſorum noſſe: qui quod Verbum & Primogenitus Dei ſit, Deus etiam eſt. Ac prius ille quidem per ignis formam, & imaginem incorpoream Moſæ ac cæteris prophetis apparuit. Nunc autem imperij veſtri temporibus, prout antea memorauimus, ex virgine homo genitus, iuxta Patris conſilium & voluntatem, propter ſalutem ei credentium, nullificari & paſſionem ſubire perſeuerauit, vt moriens atque reſurgens mortem vinceret. Eo autem quod Moſæ è rubo eſt dictum: *Ego ſum Exiſtens ille Deus Abraa, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, & Deus patrum tuorum:* ſignificatum eſt, mortuos quoque illos exſtare, & ipſius Christi homines eſſe. Primi namque iſti hominum omnium, Deo inquirendo operam nauarunt. Et Abraam quidem pater Iſaaci, Iſaac autem pater Iacobi fuit, ſicut Moſes perſcripſit. Quod item dæmones, deæ eius quæ dicitur *Puella* ſimulachrum ad aquarum fontes excitari curarũt, filiam eam Iouis eſſe affirmantes, imitatos eos fuiſſe Moſæ dictum, ex his quæ protulimus intelligere poteſtis. Moſes etenim, ſicut antea ſcripſimus, inquit: *In principio fecit Deus cœlum & terram: Terra autem erat non aſpectabilis & incondita; & Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Ad imitationem ergo eius qui dictus eſt ſuper aquam velentis Spiritus Dei, *Puellam* [Perſephonen ſeu Proſerpinam] Iouis natam dixerunt. Quin & *Mineruam* conſimiliter, malignè fraude compoſita, *filiam Iouis* nominarunt, non ex concubitu genitam. Quia enim cognouerant Deum ſecum conſiderantem per Rationem ac Verbum condidiſſe mundum, veluti primam intelligentiam ſiue notionem Mineruam appellarunt. Quod quidem ridiculum maximè ducimus, imaginem videlicet intelligentiæ formam muliebrem perperam referre. Porrò reliquos quoque, vti dicuntur, Iouis filios facta ipſa redarguunt. Nos autem ſecundum huiuſmodi lauationem, credentem iam & nobis adſcitum, ad fratres, qui dicuntur, eo adducimus, vbi illi congregati ſunt ad communes preces & ſupplicationes, cum pro ſeipſis, tum pro illuminato, & aliis vbique gentium omnibus, animo intento peragendas: vt digni idoneique ſimus, qui veritate agnitate, per opera etiam ipſa boni atque officioſi rerum adminiſtratores, & datorum nobis mandatorum cuſtodes inueniamur, atque vt ſalute ſaluemur ſempiterna. A precibus finitis, mutuis nos inuicem oſculis ſalutamus. Deinde ei qui fratribus præeſt, offertur panis & poculum aquæ & vini, quibus ille acceptis, laudem & gloriam rerum vniuerſarum Patri, per nomen Filij & Spiritus ſancti offert, & Euchariſtiam ſiue gratiarum actionem, pro eo quod nos donis ſuis hiſce dignatus ſit, prolixè exſequitur. Atque vbi ille preces & gratiarum actionem abſoluit, populus qui adeſt omnis fauſta approbatione acclamat, dicens, *Amen*, Amen autem voce Hebræa, *Fiat* ſignificat. Præſidens verò, poſtquam gratiarum actionem perfecit, & populus vniuerſus apprecatione læta eam comprobauit, qui apud nos vocantur *diaconi* atque *miniſtri*, diſtribuunt vnicuique præſentium, vt participet eum in quo gratiæ actæ ſunt panem, vinum & aquam, & ad abſentes perferunt. Porrò alimentum hoc apud nos appellatur *Euchariſtia*: quod nulli alij participare licitum eſt, quam veram eſſe doctrinam noſtram credenti, & lauacro propter remiſſionem peccatorum & generationem abluto, & ita vt Christvs tradidit viuenti. Non enim vt communem panem, neque communem potum iſta ſumimus; ſed quemadmodum per Verbum Dei caro factus Iesvs Christvs ſeruator noſter, & carnem & ſanguinem ſalutis noſtræ causâ habuit; ad eundem modum etiam eam in qua per preces Verbi eius ab ipſo profecti gratiæ ſunt actæ, alimoniam, vnde ſanguis & caro noſtra per mutationem aluntur, incarnati illius Iesv carnem & ſanguinem eſſe edocti ſumus. Nam Apoſtoli in Commentariis à ſe ſcriptis, quæ *Euangelia* vocantur, ita tradiderunt præcepiſſe ſibi Iesvm. Eum enim pane accepto, cum gratias egiſſet, dixiſſe: *Hoc facite in mei recordationem: Hoc eſt corpus meum.* Et poculo ſimiliter accepto, & gratiis actis, dixiſſe: *Hoc eſt ſanguis meus.* Ac ſolis ipſis ea tradidiſſe. Quod quidem etiam in myſteriis atque initiis Mithræ fieri docuerunt per imitationem praui dæmones. Quod namque panis & poculum aquæ, in ſacrificiis ſiue re diuina eius qui initiatur, ponatur, verbis quibuſdam additis, aut certè ſcitis, aut cognoſcere poteſtis. Nos certè poſt hæc deinceps nobis inuicem iſta in memoriam reuocamus. Et qui habent, indigentes omnes adiuuant; & aſſiduè alij cum aliis ſumus. Atque in omnibus quas offerimus, oblationibus, benedicendo laudamus factorem omnium, per Filium eius Iesvm Christvm, & Spiritum ſanctum: & Solis, qui dicitur, die, omnium qui vel in oppidis vel ruri degunt, in eundem locum conuentus fit: & Commentaria Apoſtolorum aut ſcripta Prophetarum, quoad tempus fert, leguntur. Deinde lectore quieſcente, præſidens orationem, qua populum inſtruit, & ad imitationem tam pulchrarum rerum cohortatur, habet. Sub hæc conſurgimus communiter omnes, & precationes profundimus: &, ſicuti retulimus, precibus peractis panis offertur, & vinum, & aqua: & Præpoſitus itidem, quantum pro virili ſua poteſt, preces & gratiarum actiones fundit; & populus fauſtè acclamat, dicens: *Amen.* Et diſtributio communicatioque fit eorum, in quibus gratiæ ſunt actæ, cuique præſenti: abſentibus autem per Diaconos mittitur. Cæterum qui copioſiores ſunt & volunt, pro arbitrio quiſq; ſuo quod viſum eſt contribuunt: & quod ita colligitur, apud Præpoſitum deponitur: atque ille inde opitulatur pupillis & viduis, & his qui propter morbum aut aliquam aliam cauſam egent, quique in vinculis ſunt, & peregre aduenientibus hoſpitibus: &, vt ſimpliciter dicam, indigentium is omnium curator eſt. Solis autem die communiter omnes conuentum agimus: quandoquidem is primus dies eſt quo Deus tenebris & materia [quam prius creauerat] verſâ mundum effecit; & Iesvs Christvs Seruator noſter eo ipſo die à mortuis reſurrexit. Pridie enim Saturni diei, ille in crucem actus eſt: & poſtridie eiuſdem, qui ſcilicet Solis eſt dies, Apoſtolis & diſcipulis ſuis apparuit; atque ea docuit quæ etiam apud vos, vt inſpiceretis, retulimus. Ac ſiquidem vobis rationi & veritati conſentanea eſſe videntur, in pretio ea habete: ſin pro nugis habetis, tanquam deliramenta contemnite: neque ita contra eos qui nihil per iniuriam iniqui admiſerunt, perinde atque aduerſus hoſtes, ſupplicium capitis ſtatuite. Illud enim vobis prædicimus, vos minime euaſuros eſſe futurum iudicium Dei, ſi in hac iniquitate perduraueritis, & nos acclamabimus, *Quod Deo gratum placitumque eſt, id ipſum obtineat & fiat.* Ac nos quidem cum ex epiſtola maximi & illuſtriſſimi Cæſaris Adriani parentis veſtri, id quod petiimus, flagitare a vobis poſſemus, vt iudicia fieri iuberetis: non magis tamen poſtulata noſtra ad rem ab Adriano iudicatam accommodauimus, quam ad id quod iuſta nos poſcere ſciamus, orationem atque ſermonem præſentem apud vos inſtituimus. Epiſtolæ autem Adriani exemplum ſubiunximus, vt in eo quoque verum nos dicere intelligatis. Exemplum id ita habet.

ADRIANI PRO CHRISTIANIS reſcriptum.

[Imperator Cæſar Ælius Adrianus] Minucio Fundano. Literas à Serenio Graniano, viro clariſſimo, cui tu in prouincia ſucceſſiſti, ad me datas accepi: Non videtur mihi hæc res, quin de ea diſquiratur, prætermittenda eſſe, ne homines turbentur, néve calumniatoribus mate-

A ria fraudulenter agendi præbeatur. Quod ſi prouinciales, perſequutiones aduerſus Chriſtianos proceſſu legitimo, vt & illi pro tribunali reſpondeant, obtinere poſſunt: hac vna inſiſtant via, & non petitionibus atque vociferationibus ſolis. Imprimis enim conuenit, ſi quis accuſare velit, de eo te cognoſcere. Itaque ſi quis eos detulerit, atque probauerit contra leges quidquam commiſiſſe, tu pro delicti qualitate ita ſententiam aduerſus eos feres; vt, mehercules, qui calumniæ causâ crimen cuiquam intendiſſe compertus fuerit, pro maleficij grauitate in eum modis omnibus animaduertendum cures.

ANTONINI [PII IMPERATORIS] *Epiſtola ad populos Aſiæ.*

Epiſtola duæ quæ ſequuntur non B *ſunt à Iuſtino ſubiectæ quandoquidem Adriani Epiſtolæ ſe ſubiecisse dicit, & hæ duæ ab hu ſcriptæ ſunt apud quos habuit orationem.*

Imperator Cæſar Titus Ælius Adrianus Antoninus Auguſtus Pius, Pontifex Maximus, Tribun. poteſt. xv. Conſ. III. Pater patriæ, populis Aſiæ ſalutem. Equidem putarim diis quoque ipſis curæ eſſe, ne huiuſmodi homines lateant. Multo enim magis illi, ſiquidem poſſint, vindicauerint in eos qui adorare ipſos nolunt; contra quos tumultum ipſi concitatis, & ſententiam eorum veluti impiorum & nullorum deorum, ſugillatis: & alia quædam obiicitis crimina, quæ probare non poteſtis. Commodius ſanè illis fuerit, ſi ob id videantur, de quo accuſantur, mortem oppetere. Et vincunt illi vos, ſuas ipſorum animas potius proiicientes, quam vt obſequentes quod poſtulatis faciant. De terræmotibus autem qui vel ante fuere, vel adhuc fiunt, non iniquum nobis viſum eſt vos admonere, qui animos, cum fiunt, deſpondetis, res illorum cum veſtris comparantibus: quoniam longe illi ſunt, quam vos, erga Deum liberiores atque fidentiores. Ac vos quidem ignorare videmini per id tempus deos, & ſactorum obliuiſcimini, & cultum Dei non tenetis. Quocirca & illum colentibus æmulatione inuidetis, & ad mortem vſque eo, perſequimini. De C rebus eiuſcemodi & alij quidam prouinciarum rectores, diuiniſſimo patri meo ſcripſerunt. Quibus ille reſcripſit, nihil moleſtiæ faceſſendum eſſe talibus viris, niſi quid aduerſus Imperium Romanum moliti eſſe deprehenderentur. Quin & ad me multi de eis litteras dederunt, quibus de patris mei, quem imitandum mihi eſſe duxi, ſententia reſpondi: Si quis actionem aduerſus quempiam eiuſmodi habens, deferat illum dumtaxat vt huiuſcemodi hominem: delatus quidem à crimine abſoluatur, etiamſi talis eſſe appareat: ipſe autem delator iudicio pœnas pendat.

MARCI IMPERATORIS *Epiſtola ad Senatum Romanum: qua teſtatur, Chriſtianos victoriæ Romanorum contra barbaros cauſam fuiſſe.*

Imperator Cæſar M. Aurelius Antoninus [Philoſophus] D Germanicus, Parthicus, Sarmaticus, populo Romano & ſacro Senatui ſalutem. De magnitudine conſilij inſtitutique mei vos certiores feci. Supra modum conſequutæ ſunt in Germania ærumnæ graues, ad confinium periclitantibus laborantibuſque, & a ſeptuaginta quatuor draconibus nono milliario oppreſſis nobis in Cotino. Qui cum non longè abeſſent, exploratores id nobis indicarunt: & itidem Pompeianus copiarum noſtratum militarium præfectus ea ſignificauit, quæ prius nobis cognita erant. Oppreſſus autem eram ab ingenti multitudine, cum mecum eſſent copiæ delectæ legionis primæ, decimæ, geminæ, ferentariorum, miſtæ. Cum ergo renunciatum eſſet, exercitum ex omni turba confertа noningentorum ſeptuaginta millium adeſſe: ipſe quoque vires meas inquirens, & copiarum numerum iniens, & cum multitudine barbarorum atque hoſtium conferens, ad rem diuinam diis patriis per preces faciendam decurri. Et vires meas in anguſtum redigi cernens, euocaui qui apud nos dicuntur Chriſtianos: ac per inquiſitionem magnum eorum inueni numerum: actiuſque in eos inſtemui. E Quod quidem minimè factum oportuit, propter eam quam in illis poſtea comperi eſſe virtutem: vnde illi pugnam, non autem à telorum armorumque expeditione, neque à tubarum claſſico, exordiuntur: quod ingratum atque inimicum hoc eis ſit, propter Deum, quem in conſcientia gerunt. Quapropter æquum eſt, quos *ἀθέους* & à Diis alienos eſſe ſuſpicati ſumus, vt eos norimus Deum in conſcientia, ſuaptè ſponte illapſum, atque ibi incluſum [ſeu potius incolentem,] habere. Nam proiicientes ſe in terra, non pro me tantum, ſed & pro exercitu, qui tum ibi aderat vniuerſo, precati ſunt; ita vt ſolatio nobis eſſent in præſenti fame & ſiti, in quintum enim iam diem aquam, quod ea defeciſſet, non ceperamus, nam in meditullio Germaniæ, & in finibus hoſtium eramus. Simulatque verò illi in terram ſunt prouoluti, & Deum precatione inuocarunt, quem ego ignorabam, confeſtim aqua de cœlo eſt conſequuta: ad nos illa quidem frigidiſſima, in Romanorum vero imminentes hoſtes grando ignea. Sed & cum oratione ipſa illico præſen- F tia Dei affuit, tanquam inſuperabilis & inuicti. Inde igitur incipientes, permittemus hiſce, Chriſtianis eſſe: vt ne id genus armorum aduerſus nos [precibus] illi vtentes, voti compotes fiant. Quocirca conſulens ſtatuo, ne hominem huiuſmodi, quod videlicet Chriſtianus ſit, accuſare liceat. Si quis autem inueniatur Chriſtianum, propterea quod Chriſtianus ſit, deferre; delatum ipſum Chriſtianum, qui hoc ſit profeſſus, nulloque alio crimine accuſatum, quàm quod Chriſtianus ſit, manifeſto ſe pro eo gerere; delatorem verò ipſum viuum comburi volo. At Chriſtianum confeſſum, ac proinde eo nomine tutum atque ſecurum, is cui prouinciæ præfectura credita eſt, ad pœnitentiam eiuſmodi profeſſionis & ſtatum illiberalem non traducet. Hæc verò etiam Senatuſconſulto confirmari volo, & conſtitutionem hanc meam in foro Traiani proponi iubeo, vt legi poſſit. Illam quoque in prouincias quaſque mittendum curabit Veraſius Pollio præfectus. Quicumque autem hac vti, & habere exem- G plar eius voluerit, ne recipere id ex eo quod à nobis propoſitum eſt, prohibeatur.

EIVSDEM IVSTINI DE *Monarchia Dei, Liber.*

CVm principio natura humana coniunctionem ſapientiæ & ſalutis [ſiue religionis] ad cognitionem veritatis atque vnius eiuſdemque omnium Domini cultum accepiſſet, inuidia obiter ſubingreſſa, ad ſimulachra fingenda excellentem hominum amplitudinem auertit: & longinquo tempore prolixa durans conſuetudo, errorem permultis, tanquam vernaculum quiddam & verum, [per manus] tradidit. Perhumani porrò ſeu potius diuini opus eſt hominis, eos qui diſcere ſuperſederent, quæ cognita oportuit, docere. Sufficiebat ſanè quidem per ſeipſam veritas, ad oſtendendum ex rebus H ſub polo aptè munus ſuum continuantibus, Opificis, qui eas condidit, ordinem: verum hominum ſententiæ, per longanimitatem Dei, victrix obliuio, prauè & ſegniter agens, quod ſoli vero Deo congruit nomen, in mortales tranſtulit. Ac multi per paucos pranitatis pabulum habuere, notione, quam de eo quod certum & incommutabile eſt obtinebant, per turbulentam conſuetudinem oblitterata. Nam qui primitus in præſtantium virorum honorem ſacra & rem diuinam faciebant, obliuionem vniuerſalis communiſque omnium opinionis ad poſteros ſuos tranſmiſere. Ego verò, ſicuti paulò antè promiſi, diuinâ vſurpatâ ſententiâ, humanâ etiam vtar voce: atque eis qui mentem obtinent, verùm vniuerſarum adminiſtratione [& prouidentiâ] vtentibus, adſtruo & aſſeuero, hoc, ineſſe debere omnibus, vt firmam immutabilemque erga Omnium cognitorem teneant religionem. Hoc ipſum verò non ornata exponam oratione, ſed demonſtratione ex poetica, in quam antiquiùs Græci omnem contulere ſcientiam, petitâ vtar: ex publicis

nirum atque omnibus in commune propoſitis litteris. de enim maximi quique viri, idolorum cultu per-ito, multis legem tradiderunt: inde à poëtis ſuis cat-numque ſcriptoribus, ſententiæ eorum ignati & men fuiſſe coarguentur. Ac primus *Æſchylus* in ſcriptis s, opinione temporibus ſuis obtinente expoſita, de eo quoque ſingulari vocem protulit, inquiens:

Diſcerne mortales Deo, hunc ne exiſtimes
Ipſi tibi ſimilem eſſe, & eſſe carneum.
Non noſti eum, ignis quod quaſi nunc cernitur,
Vis increatus, nunc tenebræ, nunc aqua:
Ventus & ille eſt, fulminis, tonitrui
Ac nubibus, pluuiis, & ipſis par feris.
Huic ſeruiunt duræ petræ, & ſalſum mare,
Et fons perennis omnis. amnes & vagi.
Hunc celſitudo montium, & iuga collium,
Oceanus ingeas, & grauis tellus tremit,
Domini intuentur cum ſeuera lumina.
Summi eſt poteſtas omnis & gloria Dei.

Non hic vero tantum notione Dei eſt initiatus, ſed & ipſe *Sophocles* ſolius Conditoris vniuerſorum atque ſingularis Dei ordinem ita deſcribit:

Vnum profecto Numen, vnus eſt Deus.
Qui condidit cælum, & ſolum terræ patens,
Mariſque fluctus, vimque ventorum grauem.
Plerique noſtrum mente ſed capti, Deum
Simulachra nobis, cea mali ſolatium,
Cum ſaxea atque acerna conſecrauimus,
Tum & aureas eburneaſque imagines.
Hos victimis placamus, his feſtos dies
Agimus: pios hoc eſſe nos rati modo.

Quin & *Philemon* in rebus priſcis exponendis copioſus, à veri cognitione alienus non, eſt, pro eo atque ſcribit:

Qualis Deus, mihi dicite, cenſendus eſt?
Qui cuncta cernit, ipſe ſed non cernitur.

Teſtimonium mihi quoque dicet *Orpheus*, qui trecentos ſexaginta deos ſubintroduxit, in libello quem *Teſtamentorum* titulo inſcripſit vbi eum pœnitentia ductum reſipiſcere apparet, ex eo quod ſcribit:

[Solis canto piis, procul ò procul eſte profani]
Tu Muſæ audi, Lunæ ſate ſtirpe ſilentis.
Perniciosa prius vitaque aduerſa futura
Ex me cognoſti: ſed nunc te vera docebo.
Inſpectans Verbum diuinum huic totus inhære:
Pectoris hoc mentem ſacri, greſſuſque guberna,
Incedens recta, Regemque nunc orbis adora.
Vnicus eſt per ſe exiſtens, qui cuncta creauit.
Inque his ipſe exſtat; nulli è mortalibus vnquam
Lumine conſpectus, mortales conſpicit omnes.
Hic bonus, exundanſque bonis, generi mala noſtro,
Et bellum lacrymoſum, & luctum immittit acerbum.
Non alius conſtat Regnator magnus ab illo.
Hunc ego non video: nubes quia denſa reſiſtit.
Namque hominis cuiuis acies obtuſa videndi;
Atque Deum mundi rectorem cernere non eſt.
Ærati ſedes cæli tenet ille beatas,
Aureo ſuffultus ſolio, veſtigia terrâ
Ponit, & Oceanum dextra complectitur omnem.
Excelſi hunc montes, & flumina magna tremiſcunt,
Canaque cærulea veneratur Tethis in vndis.

Atque hæc ille ita profert, perinde atque ſpectator ipſe magnitudinis Dei fuiſſet. Conſentit autem ei & *Pythagoras*, quibus ita ſcripſit verbis:

Extra vnum, ſi fors iactet ſua numina quiſquam,
Debet & is merito eadem ſibi condere mundum.
Hic mens eſt, rectè tum dicat: & incolat orbem
Ipſe ſuum, teſtans quo ſit factore creatus,
Et qua de cauſa.——

Enimverò ſolum eum, & de perpetratis in vita factis, & de diuini numinis ignoratione iudicium facere poſſe, domeſticos producere teſtes habeo, ac primum *Sophoclem*, de hac etiam re dicentem:

Venient enim illa ſæculorum tempora,
Cum ſoluet ambres igneus æther aureus.
Cremabit ergo flamma vi graſſans ſua,
Et hic & illic ſumma & infima omnia.
Sic vniuerſitate cuncta perdita,
Vndis carebit omnis alueus ſuis.
Sedes requiret terra, nec poſthac aues
Geſtabit aer igne vaſtatus leues.
Binas auarus ſemitas Orcus habet;
Vnam bonis, ſed alteram partem malis.
Eſt omnibus quoque terminus rebus ſuus:
Sed cuncta quæ periere, reſtituet Deus.

Sed & *Philemonem* rurſus:

Ad mortuos ex ſtimas Nicoſtrate,
Qui luxu in omni omnes peregerunt dies,
Terra ſepultos, iam inde & omni tempore
Tanquam latentes, poſſe Numen fallere?
Habet oculum Vindicta, cernentem omnia.
Nam ſi loco potius ſit vno, & impius,
I, ſalie, miſce, fœnera, frauda, rape.
Errare noli: Ius habent manes ſuum;
Quod vniuerſi conditor peraget Deus;
Cuius tremendum nemo nomen dixerit.

Et *Euripidem*:

Ad quæſtionem homini datur longanitas:
Numque indies quicunque quid faciens mali,
Ceu neſcium celare confidit Deum,
Malus videtur, & malus deprenditur,
Vindicta quum primum vacare cœperit.
Cauete, qui non eſſe creditis Deum,
Errore non rectè implicati duplici.
Eſt ille: ſed ſi quis malum patrauerit
Male natus, hic vt temporis lucrum ferat,
Pœnas tamen dabit graues in tempore.

Et quod ad libationes atque incenſa maleficorum Deus non accedat, neque ea recipiat, ſed vnicuique iudicio recto pœnas retribuat, teſtis mihi iterum *Philemon* erit:

Si victimas quiſquam offerens, ô Pamphile,
Magnum boum numerum, aut capros, aut quodpiam
Aliud pecus, pretioſa vel donaria,
Auróve textum purpuráve pallium,
Vel è ſmaragdo ſigna facta vel ebore,
Placare tali ſe putat modo Deum:
Valde errat ille, mente deceptus leui.
Oportet eſſe quemlibet virum bonum,
Non virgines & coniuges corrumpere,
Circumuenire, ob rem necare quempiam,
Aliena ſpectare, atque concupiſcere
Poſſeſſionem, coniugem, laneam domum,
Equum, bouem, pecus, puellam, ſeruulum.
Multis nihil ſed eſt opus: Non expetes
Acus vel vnum vile filum Pamphile.
Num te videt, qui præſto adeſt tibi Deus,
Pietate gaudens, non iniquis actibus,
Et opes parare cuique permittens ſuas,
Terram diebus & colenti noctibus.
Iuſtis Deo, faciens ſacrum, factus lita.
Cælo tonante ne fugam capeſſeris,
Si nullius mali tibi ſis conſcius.
Nam te videt, qui præſto adeſt tibi Deus.

Ac ruſum *Plato* in Timæo: *Si quis autem opera hæc conſiderare atque ſcrutari deprehendatur, diſcriminis humanæ & diuinæ naturæ ignarus fuerit: quod Deus quidem omnia in vnum contemperet, ſcientia ſimul & potentia abunde præditus. Hominum autem omnium nemo vel hac vel illa aut nunc eſt, aut poſthac erit ſatis vnquam instructus.* Porrò de his qui apud quoſdam exiſtimantur participes eſſe ſancti & perfecti Nominis, (quod ſane nonnulli traditione vana non nemini tanquam Deo attribuerunt) *Menander* in Heniocho (hoc eſt in Auriga) dicit:

Iſtos vagantes non probo feris deos:
Nullus domi manens. in albo ſcribitur.
——Decet iuſtum Deum,
Qui ſe colunt ſeruare manentem domis.

Idem *Menander* in Hierea, id eſt Sacerdote:

Hominem Deus non ſeruat, vxor, alterum
Per alterum, nam cymbalis ſi quempiam

Homo

A *Homo trahit quocunque vult loci Deum ;*
Id perpetrans, ipſo potentior eſt Deo.
Audacia hæc vtraque ſunt ludibria,
Mortalibus reperta ab impudentibus,
Confictarìſus gratia ; Rhode mea.

In Miſumeno autem (hoc eſt Odioſo) rurſum de eis qui inter deos ſurrepticiè recepti ſunt, ſententiam ſuam declarans, immo potius illos vt non exiſtentes arguens, idem *Menander* inquit :

Id namque ſi viderem, animum caperem bonum :
Sed tempus vt nunc eſt, Deos inter, Geta,
Quis inuenire poſſit æquos iudices ?

Et in Paracatatheca, id eſt Depoſito :

Et ius videtur eſſe corruptum dicis.

Et *Euripides Tragicus* in Oreſte :

Cædem parentis imperauit exſequi
Apollo, iuris atque honeſti neſcius.
Colimus deos, quoſcunque tandem illos deos,
B *Vt vmbilicum [Græcia] Phœbus colens*
Reſponſa claraproferat nobis. Vides
Cui credimus, quæcunque demum dixerit ?
Huic obſequutus, intuli matri manus.
Illum impium cenſeto, & illum cædite.
Peccauit ille, non nego. Quid agam rei ?
Annon idoneus eſt Deus, piaculum
In ſe relatum ſoluere ?

Idem in Hippolyto :

Non rite & ordine iſta iudicant dij.

Et in Ione :

Erechthei non curo quidquam filiam :
Nil ſpectat ad nos, aureo vadens ſcypho,
Vnda liquorem in ipſa luſtratoria
Mittam. Sed ipſe qui coërcendus venis,
Quid fert Apollo, diminutor virginum,
Latens maritus, liberorum proditor
Vxorum, & idem mortuorum negligens ?
Tu vero quidquam tale feceris caue,
C *Sectare virtutem, probris omnis abſtinens ;*
Homines dij quando malos mulctant male.
Æquumne, leges qui datis mortalibus,
Iniuriarum vos teneri crimine ?
Quamuis abeſtis, attamen verbis agam.
Pœnas ſtupri feretis, & violentiæ,
Neptunus & tu, & Iupiter cælo imperans :
Scelus luentes templa deſolabitis.
Nam poſthabentes ſuauibus recta & bona,
Agitis ſuperbe. Homines malos iam dicere,
Deum ſequentes facta honeſta, non decet,
Sed iſta moribus docentes improbis.

Et in Archelao :

Homines dij fallunt magis, quam liberi.

Et in Bellerophonte :

Si dij malum faciunt, quis hos credat deos ?

Ac rurſus in eodem :

An eſſe credis quoſpiam in cælo deos ?
Non ſunt profecto. Si quis hoc hominum aſſerit,
D *Non ſeperam priſcas loquatur fabulas*
Non ex meis verbis, ſed hoc ſententia
Conſiſte [illegible]. Quis tyrannidem neget,
Necare plurimos, bonis euertere,
Periurare vobis, fallere & datam fidem ?
Atqui patrantes hæc feliciùs agunt,
Quam qui colunt tacitè in dies bonum & pium.
Vrbes ſcio paruas verentes numina,
Parere maioribus impiis victas manu
Longè potentioris multitudinis.
Quin ſi piger veſtrum aliquis eſt, hic arbitror
Deos precetur, nec manu victum parer.
[Videbit ille quid ſibi hæc dent numina.]
Caſus acerbi conſtruunt homini deos.

Et *Menander* in Diphilo :

Dominum vniuerſitatis huius, & patrem,
Solennibus ſolum decet colere ſacris,
Qui factor omnis & repertor eſt boni.

Idem quoque in Halieutis, hoc eſt Piſcatoribus :

Victum mihi quod præbet, id puto Deum :
Et alterum quod corpus alit ſuis,
Largitionem ab indigente non petit.

Et rurſum in Adelphis, hoc eſt Fratribus :

Nam præſto ſemper eſt bonis viris Deus,
Mens ipſa, ſic cenſentibus doctiſſimis.

Et in Aulettiſi, id eſt Tibicinis :

Rationis omnia ſunt bona templum ſacrum :
Eſt namque mens reſponſa recta dans Deum.

Et *Tragicus* in Phrixo :

Quod ſi pius loco eſt eodem quo impius ;
Conſtare quo modo hæc poteſt ratio ſibi,
Si Iupiter iuſti nihil ſapit optimus ?

In Philoctete :

Videto, lucra honeſta quam ſint & diis.
Miramur in templis habentem plurimum
Auri. Quid ergo te ſequi lucrum vetet F
Præſens, & ipſis eum diis æquarier ?

In Hecuba :

O Iupiter, quicunque tandem es Iupiter,
Sermone namque notus es ſolo mihi :
Te, ſiue Naturæ neceſſitas velis ;
Seu Mens vocari hominum : rogarim Iupiter.

Hic igitur eſt documentum virtutis & ſententiæ ſapientiam complexæ, vt ad coniunctionis huius communionem recurramus, & noſmetipſos ſapientia ad ſalutem accommodemus, delectuque meliora ſequamur pro eo quod in homine eſt, libero arbitrio : neque eos qui affectibus & perpeſſionibus humanis aguntur, rerum vniuerſarum dominos eſſe exiſtimemus ; cum ne hominibus quidem pares eſſe appareant. Apud Homerum namque Demodocus ſe αὐτοδίδακτον (hoc eſt per ſeipſum, abſque vllius magiſtri inſtitutione doctum) cantorem eſſe dicit :

——*Afflauit mihi carmina numen.*

At immortalis cum eſſet Æſculapius & Apollo, apud Chironem tamen centaurum medicinam ducentur : quod nouum maxime eſt, dij ſcilicet apud hominem. Quid enim de Baccho memorem, quem poëta furentem dicit ? G aut de Hercule, quem idem miſerum vocat ? Quid Martem & Venerem præconio renunciem, adulterij duces & antelignanos ? atque ex illis omnibus, hiſce deprehenſis atque exhibitis, iudicium intentem ? Quod ſi quis diuina facta in his de quibus dictum eſt, cum ea non legerit, imitetur, quamuis ex incorruptis adhuc ſit ; à vita tamen communi & humanitate alienus reputetur. Qui legerit autem, rationabile habuerit ſuppliciorum effugium, minimè tranſgreſſionem eſſe oſtendens diuinæ temeritatis imitationem. Sin opera quis ipſa reprehenderit, nomina quoque ex illis nota aborbit, neque ea illecebroſis & ſcitis obteget verbis. Verum itaque nos & immutabile ipſum nomen [& numen] complecti oportet, non per meam modo vocem, ſed per eos quoque deprædicatum, qui nos ad principia liberalioris inſtitutionis adduxerunt : vt ne ſegniter decurſis huius vitæ ſpatiis, non ſolum vt cæleſtis gloriæ neſcij, verumetiam ingratæ mentis vitio obnoxij, rationem iudici reddamus [pœ- H naſque luamus.]

EIVSDEM IVSTINI QVORVMDAM Ariſtotelicorum dogmatum euerſio : ad Paulum Presbyterum.

IN his rebus quæ humano ſtudio ab hominibus, colendi Dei gratia rectè fiunt, nihil illi tam gratum acceptumque eſt, quam pro virili operam dare, vt homines reddantur meliores. Egregiam hanc animi voluntatem, cum in vobis ſanè quam flagrantem eſſe animaduerterem, præſtantiſſime presbyter Paule, non grauate vobis morem geſſi, vt pro eo atque iuſſiſtis, breues quaſdam Eclogis & Annotationes Græcorum, de Deo & creaturis, placitorum conſcriberem : non equidem vt tu aliquid ex eis veri addiſceres ; (quomodo enim id fiat, cum re-

nirum atque omnibus in commune propoſitis litteris. de enim maximi quique viri, idolorum cultu per- ıta, multis legem tradiderunt: inde à poëtis ſuis car- numque ſcriptoribus, ſententiæ eorum ignari & men fuiſſe coarguentur. Ac primus *Æſchylus* in ſcriptis is, opinione temporibus ſuis obtinente expoſita, de eo quoque ſingulari vocem protulit, inquiens:

Diſcerne mortales Deo, hunc ne exiſtimes
Ipſi tibi ſimilem eſſe, & eſſe carneum.
Non noſti eum, ignis quod quaſi nunc cernitur,
Vis increata, nunc tenebra, nunc aqua:
Ventis & ille eſt, fulmini, tonitrui
Ac nubibus, pluuiis, & ipſis par feris.
Huic ſeruiunt duræ petræ, & ſalſum mare,
Et fons perennis omnis. amnes & vagi,
Hunc celſitudo montium, & iuga collium,
Oceanus ingens, & grauis tellus tremit,
Domini intuentur cum ſeuera lumina.
Summi eſt poteſtas omnis & gloria Dei.

Non hic vero tantum notione Dei eſt initiatus, ſed & ipſe *Sophocles* ſolius Conditoris vniuerſorum atque ſingularis Dei ordinem ita deſcribit:

Vnum profecto Numen, vnus eſt Deus.
Qui condidit cœlum, & ſolum terræ patens,
Mariſque fluctus, vimque ventorum grauem.
Plerique noſtrum mente ſed capti, Deum
Simulacbra nobis, ceu mali ſolatium,
Cum ſaxea atque acerna conſecrauimus,
Tam & aureas eburneaſque imagines,
Hes victimis placamus, his feſtos dies
Agimus: pios hoc eſſe nos rati modo.

Quin & *Philemon* in rebus priſcis exponendis copioſus, à veri cognitione alienus non, eſt, pro eo atque ſcribit:

Quæſo Deus, mihi dicite, cenſendus eſt?
Qui cuncta cernit, ipſe ſed non cernitur.

Teſtimonium mihi quoque dicet *Orpheus*, qui trecentos ſexaginta deos ſubintroduxit, in libello quem *Teſtamentorum* titulo inſcripſit vbi eum pœnitentia ductum reſipiſcere apparet, ex eo quod ſcribit:

[Solis canto piis, procul ô procul eſte profani]
Tu Muſæe audi, Lunæ ſate ſtirpe ſilentis.
Pernicioſa prius vitaque aduerſa futura
Ex me cognoſti: ſed nunc te vera docebo.
Inſpectans Verbum diuinum huic totus inhære:
Pectoris hoc mentem ſacri, greſſuſque guberna,
Incedens recta, Regemque vnnc orbis adora.
Vnicus eſt per ſe exiſtens, qui cuncta creauit.
Inque his ipſe exſtat; nulli e mortalibus vnquam
Lumine conſpectus, mortales conſpicit omnes.
Hic bonus, exundanſque bonis, generi mala noſtro,
Et bellum lacrymoſum, & luctum immittit acerbum.
Non alius conſtat Regnator magnus ab illo.
Hunc ego non video: nubes quia denſa reſiſtit.
Namque hominis cuiuis acies obtuſa videndi;
Atque Deum mundi rectorem cernere non eſt.
Ærati ſedes cœli tenet ille beatas,
Aureo ſuffultus ſolio, veſtigia terrâ
Ponit, & Oceanum dextra complectitur omnem.
Excelſi hunc montes, & flumina magna tremiſcunt,
Canaque cæruleis veneratur Tethis in vndis.

Atque hæc ille ita profert, perinde atque ſpectator ipſe magnitudinis Dei fuiſſet. Conſentit autem ei & *Pythagoras*, quibus ita ſcripſit verbis:

Extra vnum, ſi fors iactet ſua numina quiſquam,
Debet & is merito talem ſibi condere mundum.
Hic meus eſt, recte tum dicat: & incolat orbem
Ipſe ſuum, teſtans quo ſit factore creatus,
Et qua de cauſa.——

Enimverò ſolum eum, & de perpetratis in vita factis, & de diuini numinis ignoratione iudicium facere poſſe, domeſticos producere teſtes habeo, ac primum *Sophoclem*, de hac etiam re dicentem:

Venient enim illa ſæculorum tempora,
Cum ſoluet imbres ignis æther aureus.
Cremabit ergo flamma vi graſſans ſua,
Et hic & illic ſumma & ima omnia.
Sic vniuerſitate cuncta perdita,
Vndis carebit omnis alueus ſuis.
Sedes requiret terra, nec poſthac aues
Geſtabit aër igne vaſtatus leues.
Binas auarus ſemitas Orcus habet;
Vnam bonis, ſed alteram partem malis.
Eſt omnibus quoque terminus rebus ſuus:
Sed cuncta quæ periere, reſtituet Deus.

Sed & *Philemonem* rurſus:

Ad mortuos ex ſtimas Nicoſtrate,
Qui luxu in omni omnes peregerunt dies,
Terra ſepultos, iam inde & omni tempore
Tanquam latentes, poſſe Numen fallere?
Habet oculum Vindicta, cernentem omnia.
Nam ſi loco potius ſit vno, & impius,
I, ſalie, miſce, fœnera, fraudà, rape.
Errare noli: Ias habent manes ſuum;
Quod vniuerſi conditor peraget Deus;
Cuius tremendum nemo nomen dixerit.

Et *Euripidem*:

Ad quæſtionem homini datur longæuitas:
Namque indies quicunque quid faciens mali,
Ceu neſcium celare confidit Deum,
Malus videtur, & malus deprenditur,
Vindicta quum primum vacare cœperit.
Cauete, qui non eſſe creditis Deum,
Errore non rectè implicati duplici.
Eſt ille: ſed ſi quis malum patrauerit
Male natus, hic vt temporis lucrum ferat,
Pœnas tamen dabit graues in tempore.

Et quod ad libationes atque incenſa maleficorum Deus non accedat, neque ea recipiat, ſed vnicuique iudicio recto pœnas retribuat, teſtis mihi iterum *Philemon* erit:

Si victimas quiſquam offerens, ô Pamphile,
Magnum boum numeram, aut capros, aut quodpiam
Aliud pecus, pretioſa vel donaria,
Auróve textum purpuráve pallium,
Vel è ſmaragdo ſigna facta vel ebore,
Placare tali ſe putat modo Deum:
Valde errat ille, mente deceptus leui.
Oportet eſſe quemlibet virum bonum,
Non virgines & coniuges corrumpere,
Circumuenire, ob rem necare quempiam,
Aliena ſpectare, atque concupiſcere
Poſſeſſionem, coniugem, lautam domum,
Equum, bouem, pecus, puellam, ſeruulum.
Multis nihil ſed eſt opus: Non expetes
Acùs vel vnum vile filum Pamphile.
Nam te videt, qui præſto adeſt tibi Deus,
Pietate gaudens, non iniquis actibus,
Et opes parare cuique permittens ſuas,
Terram diebus & colenti noctibus.
Iuſtus Deo, faciens ſacrum, factus lita.
Cœlo tonante ne fugam capeſſeris,
Si nullius mali tibi ſis conſcius.
Nam te videt, qui præſto adeſt tibi Deus.

Ac rurſum *Plato* in Timæo: *Si quis autem opera hæc conſiderare atque ſcrutari deprehendatur, diſcriminis humanæ & diuinæ naturæ ignarus fuerit: quod Deus quidem omnia in vnum contemperet, ſcientia ſimul & potentia abundè præditus. Hominum autem omnium nemo vel hæc vel illa aut nunc eſt, aut poſthac erit ſatis vnquam inſtructus.* Porrò de his qui apud quoſdam exiſtimantur participes eſſe ſancti & perfecti Nominis, (quod ſane nonnulli traditione vana non nemini tanquam Deo attribuerunt) *Menander* in Heniocho (hoc eſt in Auriga) dicit:

Iſtos vagantes non probo foris deos:
Nullus domi manens, in albo ſcribitur.
——Decet iuſtam Deam,
Qui ſe colum ſeruare viuentem domi.

Idem *Menander* in Hierea, id eſt Sacerdote:

Hominem Deus non ſeruat, vxor, alterum
Per alterum: nam cymbalis ſi quempiam

Homo

A *Homo trahit quocunque vult loci Deum;*
Id perpetrans, ipſo potentior eſt Deo.
Audacia hæc vitaque ſunt ludibria,
Mortalibus reperta ab impudentibus,
Confictaʼ riſus gratia; Rhode mea.

In Miſumeno autem (hoc eſt Odioſo) rurſum de eis qui inter deos ſurrepticiè recepti ſunt, ſententiam ſuam declarans, immo potius illos vt non exiſtentes arguens, idem *Menander* inquit:

Id namque ſi viderem, animum caperem bonum:
Sed tempus vt nunc eſt, Deos inter, Geta,
Quis inuenire poſſit æquos iudices?

Et in Paracatatheca, id eſt Depoſito:

Et tuus videtur eſſe corruptum deus.

Et *Euripides Tragicus* in Oreſte:

Cædem parentis imperauit exſequi
Apollo, iuris atque honeſti neſcius.
Colimus deos, quoſcunque tandem illos deos,
B *Vt vmbilicum [Græciæ] Phœbus colens*
Reſponſa clara proferat nobis. Vides
Cui credimus, quæcunque demum dixerit?
Huic obſequutus, intuli matri manus.
Illum impium cenſete, & illum cædite.
Peccauit ille, non nego. Quid agam reus?
Annon idoneus eſt Deus, piaculum
In ſe relatum ſoluere?

Idem in Hippolyto:

Non rite & ordine iſta iudicant dij.

Et in Ione:

Erechthei non curo quidquam filiam:
Nil ſpectat ad nos, aureo vadens ſcypho;
Vnda liquorem in ipſa luſtratoria
Mittam. Sed ipſe qui coërcendus venit,
Quid fert Apollo, diminuiter virginum,
Latens maritus, liberorum proditor
Viuorum, & idem mortuorum negligens?
Tu vero quidquam tale feceris caue,
C *Sectare virtutem, probris omnis abſtinens;*
Homines dij quando malos mulctant male.
Æquumne, leges qui datis mortalibus,
Iniuriarum vos teneri crimine?
Quamuis abeſtis, attamen verbis agam.
Pœnas ſtupri feretis, & violentiæ,
Neptunus & tu, & Iupiter cœlo imperans:
Scelus luentes templa deſolabitis.
Nam poſthabentes ſuauibus recta & bona,
Agitis ſuperbe. Homines malos iam dicere,
Deum ſequentes facta honeſta, non decet,
Sed iſta moribus docentes improbis.

Et in Archelao:

Homines dij fallunt magis, quam liberi.

Et in Bellerophonte:

Si dij malum faciunt, quis hos credat deos?

Ac rurſus in eodem:

An eſſe credis quoſpiam in cœlo deos?
Non ſunt profecto. Si quis hoc hominum aſſerit,
D *Non peperam priſcas loquatur fabulas*
Nom ex meis verbis, ſed hoc ſententia
Cenſete veſtra. Quis tyrannidem neget,
Nec ne plurimos, bonis eneicere,
Exſcindere vrbes, fallere & datam fidem?
Atqui patrantes hæc, felicius agunt,
Quam qui colunt tacitis in dies bonum & pium.
Vrbes ſcio paruas colentes numina,
Parere magnis impiæ cedas manu
Longe potentiore multitudinis.
Qui ſi piger et otioſus aliquis eſt, hic arbitror
Deos precetur, nec manu victum paret.
[Videbit ille quid ſibi hæc dent numina.]
Caſus acerbi conſtruunt horum deos.

Et *Menander* in Diphilo:

Dominum vniuerſitatis vnius, & patrem,
Solennibus ſolum decet colere ſacris,
Qui fictor omnis & repertor eſt boni.

Idem quoque in Halieuſi, hoc eſt Piſcatoribus:

Victum mihi quod præbet, id puto Deum:
Et alterum quod copiis alit ſuis,
Largitionem ab indigente non petit.

Et rurſum in Adelphis, hoc eſt Fratribus:

Nam preſto ſemper eſt bonis viris Deus,
Mens ipſa, ſic cenſentibus doctiſſimis.

Et in Auletriſi, id eſt Tibicinis:

Rationis omnia ſunt bona templum ſacrum:
Eſt namque mens reſponſa recta dans Deus.

Et *Tragicus* in Phrixo:

Quod ſi pius loco eſt eodem quo impius,
Conſtare quo modo hæc poteſt ratio ſibi,
Si Iupiter iuſti nihil ſapit optimus?

In Philoctete:

Videte, lucra honeſta quam ſint & diis.
Miramur in templis habentem plurimum
Auri. Quid ergo te ſequi lucrum vetet
Præſens, & ipſis cum diis æquarier?

In Hecuba:

O Iupiter, quicunque tandem es Iupiter,
Sermone namque notus es ſolo mihi:
Te, ſiue Naturæ neceſſitas velis;
Seu Mens vocari hominum: rogarim Iupiter.

Hic igitur eſt documentum virtutis & ſententiæ ſapientiam complexæ, vt ad coniunctionis huius communionem recurramus, & noſmetipſos ſapientia ad ſalutem accommodemus, delectuque meliora ſequamur pro eo quod in homine eſt, libero arbitrio: neque eos qui affectibus & perpeſſionibus humanis aguntur, rerum vniuerſarum dominos eſſe exiſtimemus; cum ne hominibus quidem pares eſſe appareant. Apud Homerum namque Demodocus ſe αὐτοδίδακτον (hoc eſt per ſeipſum, abſque vllius magiſtri inſtitutione doctum) cantorem eſſe dicit:

——*Afflauit mihi carmina numen.*

At immortalis cum eſſet Æſculapius & Apollo, apud Chironem tamen centaurum medicinam docentur: quod nouum maxime eſt, dij ſcilicet apud hominem. Quid enim de Baccho memorem, quem poëta furentem dicit? aut de Hercule, quem idem miſerum vocat? Quid Martem & Venerem præconio renunciem, adulterij duces & anteſignanos? atque ex illis omnibus, hiſce deprehenſis atque exhibitis, iudicium intentem? Quod ſi quis diuina facta in his de quibus dictum eſt, cum ea non legerit, imitetur, quamuis ex incorruptis adhuc ſit; à vita tamen communi & humanitate alienus reputetur. Qui legerit autem, rationabile habuerit ſuppliciorum effugium, minime tranſgreſſionem eſſe oſtendens diuinæ temeritatis imitationem. Sin opera quis ipſa reprehenderit, nomina quoque ex illis nota abolebit, neque ea illecebroſis & ſcitis obteget verbis. Verum itaque nos & immutabile ipſum nomen [& numen] complecti oportet, non per meam modo vocem, ſed per eos quoque deprædicatum, qui nos ad principia liberalioris inſtitutionis adduxerunt: vt ne ſegniter decurſis huius vitæ ſpaciis, non ſolum vt cœleſtis gloriæ neſcij, verumetiam ingratæ mentis vitio obnoxij, rationem iudici reddamus [pœnaſque luamus.]

EIVSDEM IVSTINI QVORVMDAM Ariſtotelicorum dogmatum euerſio: ad Paulum Presbyterum.

IN his rebus quæ humano ſtudio ab hominibus, colendi Dei gratia recte fiunt, nihil illi tam gratum acceptumque eſt, quam pro virili operam dare, vt homines reddantur meliores. Egregiam hanc animi voluntatem, cum in vobis ſane quam flagrantem eſſe animaduerterem, præſtantiſſime presbyter Paule, non grauate vobis morem geſſi, vt pro eo atque iuſſiſtis, breues quaſdam Eclogas & Annotationes Græcorum, de Deo & creaturis, placitorum conſcriberem: non equidem vt tu aliquid ex eis veri addiſceres; (quomodo enim id fiat, cum te-

rum iſtarum doctrinam cælitus, per Prophetas ab ipſo creaturæ opifice Deo acceptam, dudum perceperis?) verum vt cognoſcetes, non ea quæ demonſtratiooibus conſtat ſcientia, qua ſe Græci homines de Deo & creatione libros ſuos componere pollicentur, ſed opinionibus quas coniecturis definiunt, illos id præſtare. Homines qui de Deo & creatione ſcripſete, partim ab ipſo creaturæ opifice Deo inſtitutionem de Deo & creatione acceperunt, per prophetas, adminiſtros hac in re Dei: quos ptimum diuinis, quæ per eos edita ſunt, operibus fide dignos eſſe oſtendit, atque ita deinceps diſciplinam rerum obſcurarum diſcentibus tradidit: partim propheticis ſcriptis fidem non habentes, ingenio rationique ſuæ notionis Dei inoentionem commiſerunt. Ac ſecundum eos qui doctrinam à Deo receperunt, & diſcrimen inter Deum & creaturam cognouerunt, ſingularis & vnus eſt Deus, iuxta vtrumque iogeniti modum ingenitus, qui Deum deóſve neque ante ſe, neque poſt ſe habuit coæternos: neque ſubiectum ſiue ſubiacens, neque obiectum ſiue oppoſitum habens? incorruptibilem obtinens naturam & eſſentiam, operandique, cui nihil prorſus intercedat impedimenti, efficaciam: mundi totius architectus. Qui mundus quod eſſe cœpit, & aliquid eſt, & mite durat, voluntas eius in cauſa eſt. aut enim ſine corruptione permanent mundi partes, ſicuti cœlum & cœleſtia, [ad tempus tamen ſuum] & quæ ſub viſum non cadunt virtutes: aut per generationem & corruptionem perdurant, vt quæ in terris ſunt animantes & plantæ. Et ſicuti, quod conditum eſt, non exſtaret, niſi ille præcepiſſet, *Fiat*: ita etiam non permaneret, niſi idem ille præceptum poſuiſſet, in corruptibilibus quidem, vt conſtarent in ſæculum ſæculi; eis verò quæ in generatione & corruptione conſiſtunt, vt creſcerent & multiplicarentur, & replereot terram. Atque diuinæ poteſtatis ſuæ oſtendendæ gratiâ, vt declararet non legi naturæ ſe inſeruire, ſed voluntatis ſuæ auctoritate, quod ſibi videretur, efficere: ea quidem quæ ab initio generationis & interitus ſunt naturam conſequuta, è terra & aquis creauit, præcipiens: *Producat terra animam viuentem in genere ſuo, & plantas ſemen in ſeipſis habentes, & ligna facientia fructus*, ac rurſum: *Producant aquæ animam viuentem, ſecundum genus ſuum.* Ea autem quæ ex primigeniis ſeu generis priocipibus procreata ſunt, vt è iactis ſeminis fundamentis fierent, conſtituit. De his omnes à Deo ad homines omnes miſſi ſacri vates eadem ſenſerunt, neque vlla inter eos fuit diſſenſio. Inter eos vero qui prophetarum ſcriptis fidem non habuerunt, ac coniectura propria ducti, quod eis placitum eſſet, de Deo & creatione definierunt, magnum eſt & inter ipſos iouicem, & apud quemque eorum aduerſus ſeipſum, de rebus earumque principio, iuxta ſubſtantiam, & numerum & motum, & finem, diſſidium. id quod ex Ariſtotelis (præterquam quod is nihil veri de rebus quas, definiendas ſibi commentationibus ſuis ſtatuit, affert) libro primo de Naturali auſcultatione [& aliis] declaratur.

I. EX LIBRO I. NATVRALIS Auſcultationis Ariſtotelis.

Semper enim eſt aliquid quod ſubijcitur ſeu ſubiacet, vnde id fit quod fit: veluti plantæ & animantes è ſemine. Fiunt autem omnino quæ fiunt, quadam transformatione, vt ſtatua: nonnulla acceſſione, ſicuti ea quæ creſcunt augenturque aliqua deceſſione, quemadmodum è ſaxo Mercurius: alia compoſitione, vt domus: alia alteratione, vt ea quæ materiâ ipſâ mutantur. Omnia vero quæ ita fiunt, ex ſubiectis ſiue ſubiacentibus fieri rebus, manifeſtum eſt. [idcirco ſatu ex eis quæ dicta ſunt patet, id omne quod fit, ſemper compoſitum eſſe: atque equidem eſt, quod fit: eſt quoque aliquid, quod hoc ipſum fit] idque dupliciter, nimirum aut ſubiectum, aut obiectum. Dico autem obijci, amuſum, hoc eſt à Muſis alienum; ſubijci, hominem.

Si primum eſt ſemen ſeminans, & poſtea id quod è ſemine fit, & vtraque genita ſunt: eius ſanè quod ſatu fieri ponitur, generationi ſemen ſubiieitur: eius autem quod ſeminauit, generationi ſemen ſubiicere non eſt. Proinde non ſemper animantes & plantæ ſatu fiuot. Præterea ſi vtrumque genitum animal eſt, & quod ſeminat, & quod è ſemine gignitur: & vtrumque non ex eodem eſt ſubiecto, ſed alterum è ſemine, alterum non è ſemine: quo pacto hoc falſum non eſt, quod ſemper animantes ſatu procreentur? Eadem eſt de plantis ratio. Item, ſi principium eius quod ſatu fit, eſt ſator: is autem in commentatione Naturalis auſcultationis Ariſtotelis denotatus deſignatuſque non eſt: quânam de cauſa commentatio ea inſtituta eſt; cum primigenij animalis & plantæ priocipium & cauſa ignoretur. Ignorationem namque principij, eorum quæ inde proueniunt ignoratio conſequitur. Si animal quod ſatu gignitur, iuxta naturam gignitur: videlicet idem animal, ſi gignatur quidem, ſed non ſatu, non iuxta naturam gignitur. Dicant ergo Ariſtotelici, quomodo [κατά τι] animal gignatur, quod non natura gignitur? Item ſi [differentia animantis gignendæ conceſſa, vt vel è ſemine & iuxta naturam, vel non è ſemine, neque ſecundum naturam fiat] generationem neceſſe eſt definitam eſſe quomodo Græci, animantes & plantas ſecundum naturam genitas, principium ſuum cum Deo obtinuiſſe dicunt, quæ ne primogeniæ quidem animanti & plantæ æquales, eiuſdemque eum ea temporis eſſe poſſunt? Item ſi omne quod gignitur, ſemper compoſitum eſt, quid ita modum eorum quæ per compoſitionem fiunt, peculiari eiuſmodi differentia ab aliis generationis modis diſtinxit? Si namque quidquid fit, compoſitum eſt, per compoſitionem videlicet id fieri neceſſe eſt. Sed enim ſi modus generationis iuxta compoſitionem cuiuis geocrationi conuenit, ſuperfluum fit, eam diſcrimine proprio ab aliis generandi modis diſtinguere. Item, ſi, quæ ſubiecta ſunt eis quas diximus generationibus, eſſentiæ ſuot, atque in eis contemplatione ſubiectum bifariam conſideratur, hoc eſt ſubiectum & obiectum: materia autem eſſentia non eſt: quónam pacto modus generationis eorum quæ ex eſſentiis fiunt, modo generationis eorum quæ noo ex eſſentiis fiunt, congruunt? neceſſe certè fuerit, aut ſubſtantiam eſſe materiam, aut alio gigni modo quæ ex materia gignuntur, quam eis qui dicti ſunt fiendi modis. Quandoquidem autem in libris Naturalis auſcultationis Ariſtotelis materia, quod ſubſtantia non ſit, definita, & modus generationis eorum quæ inde gignuntur traditus non eſt: quomodo ea ipſa commenta ſuperuacanea non ſunt, in quibus id quod dilucidum eſſe debet, anceps & incertum eſt; Item, ſi quemadmodum neceſſe eſt naturæ & arti non è fortuitis facere fortuita, ſed ex deſtinatis deſtinata; itidem quoque Deo neceſſitas incumbat, ex deſignatis facere deſignata: quis eſt qui hunc finem Deo ſtatuit? Deum autem & naturæ & arti hunc poſuiſſe finem, manifeſtum eſt, Quod ſi Deus fini eiuſcemodi non ſubeſt, ſed fortuito fortuita facit, nullâ præſcripti finis neceſſitate impeditus, quò minus quæ velit faciat: quoniam modo non & liber eſt immunis præſcripto atque fine ex ſubiectis per neceſſitatem creandi?

II. EIVSDEM ARISTOTELIS, ex eodem libro.

Subiectum numero quidem vnum eſt, ſpecie autem duplex, nam homo, & aurum, & vniuerſim materia, numero ſubiecta eſt; & hoc ipſum aliquid magis etiam: nec id quod fit, accidentiâ ex ipſo fit: Priuatio verò & Repugnantia, accidentiâ conſequuntur. Vna autem ſpecies eſt, vt ordo, muſica, aut aliud quidquam eorum quæ ita appellatione proferuntur. Quapropter licet quidem vt quaſi duo dicamus eſſe principia; licet verò etiam quaſi tria: licet item tanquam contraria, (veluti ſi quis dicat, muſicum & amuſum, aut calidum & frigidum, aut congruens & incongruens:) licet autem & tanquam non contraria. Contrariorum enim fieri nequit vt alterum ab altero perpeſſione afficiatur. Soluitur verò & hoc per id quod aliud eſt ſubiectum: hoc enim non eſt contrarium. Quocirca neque

lura contrariorum ſunt quodammodo principia, ſed duo, vt ita dicam, numero: neque rurſus duo omnino, propterea quod alia eis ſit eſſentia: ſed tria. [alia enim eſt eſſentia homini, & alia amuſo: alia ari, & alia informi maſſæ.]

Si ſubiectum numero quidem eſt vnum, ſpecie autem duplex, vnde vnum vni ſubiici neceſſe ſit: quomodo ſubiectum ſibiipſi ſubiectum non eſt? Sin hoc fieri nequit, quomodo falſum non eſt, ſpecie duplex eſſe ſubiectum? Item, ſi ſubiici ſemper aliquid eorum quæ fiunt oportet, atque id materia eſt: quomodo materia non ſemper eſt generationi ſubdita? ſemper enim vni contrariorum ſubiicitur: aut enim priuationi ſubiacet, aut formæ, quæ priuationi eſt contraria: ac forma quidem illa fit formoſa, priuatione verò informis. Qui ergo fieri poteſt vt materia ſubſtantia ad generationem apta & idonea non ſit, ſubſtantiam ſuam generationis modo ſemper obtinens? Item, ſi priuatio nihil eſt aliud quam cuiuſque rei quæ exſtat abolitio, & materia hunc habet: quónam modo non id quoque in materia abolet, quod materia eſt? Item, ſi à materia abſiſtente forma, ab eadem etiam abſiſtit ſubſtantia, & hoc ipſum aliquid, & quod ſit: haudquaquam certè conſtiterit materia, forma abſiſtente. Item, ſi numero ſubdita eſt materia, quæ autem ipſam conſequuntur inter ſe diuerſa numerari nequeunt: quomodo tria ſunt principia, materia ipſa, & quæ eam conſequuntur? Si nihil eorum quæ in conſtitutione naturarum fiunt, ex materia eſſe, contemplatione mentis cernitur, neque qualitas, neque quantitas: quomodo quæ ex ipſa fiunt, per ſeipſa fiunt? Si impoſſibile eſt eſſe quidquam quin & hoc ipſum aliquid ſit: qui fieri poteſt vt per priuationem materia, cum hoc ipſum aliquid non ſit, eſſentiam obtineat? Si Priuatio & Forma materiam conſequuntur, & materia non eſt ſubſtantia; quomodo eam res inter ſe pugnantes conſequuntur? Subſtantiam namque conſequentia (ſiue accidentia) conſequuntur. Si, quemadmodum ſe habet ordo in rebus ordinatis, ita quoque forma in materia: quomodo, cum res inordinatæ ante ordinem acceptum, vt hoc ipſum aliquid ſint, habeant: materia autem ante formæ aduentum, vt hoc ipſum aliquid ſit, non habeat, in materia conſeruatur analogia & proportio ordinis ad formam? Si in compoſitione eorum quæ fiunt, duo tantum mente percipiuntur principia, materia & forma: abſque compoſitione vero tria ſunt principia, materia, priuatio, & forma: ſatis patet, non extante eo quod fit, tria poſita eſſe principia: exſtante autem illo, non tria, ſed duo. Quomodo igitur id quod fit, principium & cauſa non eſt vt vnum diſpereat principiorum? quod certe quidem nili interiiſſet, id quod fit non exſtaret. Si, quemadmodum afficitur homo à muſico & amuſo, & corpus à calido & frigido, & vox à conſonantia & diſſonantia, ſic afficitur materia a forma & priuatione: ſit tanc materia ſubſtantia, vt homo & corpus; aut conſequens, vt vox [modulata;] quo proportionis retinetur ratio. Sin materia neque ſubſtantia, neque conſequens eſt, non etiam vtique a rebus afficitur inter ſe diuerſis.

III. EIVSDEM EX EODEM LIBRO.

Quot quidem ſint eorum quæ natura creantur principia, & quomodo, dictum eſt. & ſatis conſtat, oportere ſubiici aliquid rebus inter ſe pugnantibus, & pugnantia duo eſſe. Quomodo vero alio modo neceſſe id non eſt. Satis enim eſt, alteram duntaxat contrariorum præſentia & abſentia ſua facere mutationem. Quæ autem ſubiecta eſt natura, ſub ſcientiam cadit iuxta analogiam & proportionem. Sicuti namque ſe habet ad ſtatuam æs, aut ad lectum lignum, aut ad rerum aliarum quidquam formam habentium materia & informitas, priuſquam formam recipit: ſic ipſa ſe ad ſubſtantiam, & hoc ipſum aliquid, & quod ſit, habet. Vnum ergo ipſa principium & cauſa: non equidem ita vna, neque ita vnum, vt hoc ipſum aliquid, ſed quatenus ratio permittit vnum. Contrarium vero hunc [τὸν λόγον] eſt priuatio. Verum autem ſubſtantia ſit forma aut ſubiectum, necdum liquet.

Si forma præſentia ſua materiam conformat, & abſentia ſua informem efficit; ſunt autem principia duo, Forma & Informitas: hæc vero ipſa quoque præſtat ſua præſentia & abſentia Priuatio: erunt principia quæ ſe inuicem generent & perimant, & haudquaquam perpetua. Perpetuum enim vt ſit, præſentia & abſentia cuiuſpiam non indiget. Si præſentia & abſentia contrariorum, principiorum conſtat mutatio: manifeſtum fuerit, eo mutationem fieri, quod ipſa ſint principia. Quo igitur pacto principia manere poſſunt, quæ principiorum naturam abiecerint? Si principium aliud habens, principium non eſt, quomodo materia, vt ſit, principium habens formam; vt verò nō ſit, priuationem, poteſt eſſe principium? *Naturam* id appellate quod priuationi ſubiicitur, cum neque ſubſtantia ſit, neque hoc ipſum aliquid, neque quod ſit; quomodo ſuperfluum non eſt? Si principia neque ex aliis, neque altera ex alteris ſunt: abſentia autem formæ Priuatio, & abſentia priuationis Forma exſtat: quomodo non eſt alterū ex altero principium, Forma & Priuatio? alterum ſiquidē ex altero abſentia alterius creatur. Si, quam rationem obtinet æs ad futuram ex ſe ſtatuam, eandem materia ad ſubſtantiam, & hoc ipſum aliquid, & quod ſit, habet: quomodo æs quidem, niſi ſubſtantia, & hoc ipſum aliquid, & quod ſit exſiſtat, rationem ad ſtatuam habere non poteſt: materia autem, cum neque ſubſtantia, neque hoc ipſum aliquid, neque quod ſit exſiſtat, comparationem ad æs obtinere poteſt? Si cuncta quæ in conſtitutione rerum naturalium contemplatione cernuntur, ſub ſenſuum etiam ſcientiam veniunt: quomodo materia, vnde ea ſunt quæ ſenſibus percipiuntur, mentis ratiocinatione, non etiam ſenſu cognoſcitur? aut quonam prorſus pacto ex inſenſibilibus fieri queunt ſenſibilia? Sic hoc ipſum aliquid, etiam principium vnum eſſe poteſt? quomodo materia vt vnum ſit principium, habet: vt verò hoc ipſum aliquid ſit, non habet: Ac ſi, quod hoc ipſum aliquid ſit, & quod hoc ipſum aliquid non ſit, ſubſtantia eſt: quomodo materia quod hoc ipſum aliquid non ſit, eſt; ſubſtantia autem non eſt? Quomodo vero quiſquam materiam eiicere ita poteſt, vt vnum ſit, qui eam in duas diſtribuit ſpecies: in id videlicet quod ei rei quæ ſit ſubiicitur, & in id quod obiicitur? Si nondum ex eis quæ dicta ſunt, liquidò patet, ſubſtantiane ſit forma an ſubiectum: quomodo de materia pronuntiauit, non eſſe eam ſubſtantiam, neque hoc ipſum quid, neque quod ſit: nam ſubiectum eſſe dixit materiam, & quandoque non eſſe ipſam ſubſtantiam, neque hoc ipſum quid, neque quod ſit. Hoc verò quomodo non eorum eſt qui quid dicant neſciunt?

IV. EX EODEM LIBRO.

Principes philoſophiæ veritatem & naturam eorum quæ extant inquirentes, per imperitiam ſiue rerum infinitatem tranſuerſim impulſi, in quandam aliam viam declinarunt, & eorum quæ ſunt, neque fieri neque interire quidquam dicunt: propterea quod neceſſe ſit, id quod ſit, fieri vel ex eo quod ſit, vel ex eo quod non ſit: ex vtroque autem iſtorum impoſſibile eſſe quidquam fieri, neque enim id quod ſit fieri, quod iam ſit: neque ex eo quod non ſit, fieri quidquam. Subiici namque oportere aliquid. atque ita id quod deinceps conſequutum eſt, augentes, non multa eſſe aiunt, ſed id ipſum ſolùm quod ſit.

Vel hæc ipſa ſufficiunt verba, ad teſtimonium veritatis, in eo quod de Græcis philoſophis a nobis dictum eſt, perhibendum: minimè eos de rebus extantibus, iuxta eam quæ demonſtrationibus nititur ſcientiam, libros ſuos componere; ſed coniecturis ea quæ ipſis videntur, definire.

V. EX EODEM LIBRO

Nos vero dicimus, ex eo quod ſit, aut quod non ſit, fieri: & id quod non ſit, aut quod ſit, facere quidquam vel pati: aut hoc ipſum quodcumque fieri, & vno modo nihil differre, vel medicum facere quidquam aut pati, vel ex medico aliquid eſſe aut fieri. Idcirco quia hoc bifariam dicitur, manifeſtum eſt, etiam id quod ex eo quod

E
F
G
H

A *exſtat ſit, & quod ſit, vel facere quidquam, vel pati. Ædificat igitur medicus, non quatenus medicus, ſed quatenus architectus: & candidus ſit, non qua medicus, ſed qua niger eſt: medetur autem, & non medetur, qua medicus. Quandoquidem vero potiſſimum dicimus, medicum propter aliquid facere aut pati, vel fieri ex medico, cum quatenus medicus eſt, ea faciat aut patiatur: nimirum & ex eo quod non ſit fieri, ſignificat quatenus non ſit. Quod illi non diſtinguentes, à veritate deſciuerunt: & per eiuſmodi ignorationem eò inſuper inſcitiæ peruenerunt, vt opinarentur, nihil fieri neque eſſe rerum aliarum, & generationem omnem tollerent. Nos verò & ipſi nihil omnino fieri ex eo quod non ſit, ſed tamen ex eo quod non ſit fieri tanquã accidentia, ex priuatione namque, quod per ſe ipſum non eſt, fieri, eius quod non inſit modo, dicimus. Admirationi verò eſt, & pro impoſſibili hoc ſic habitur, fieri aliquid ex eo quod non ſit: conſimiliter autem neque ex eo quod ſit, id quod ſit fieri, præterquam accidentia: ſic autem & hoc ipſum fieri dicimus eodem mo-* B *do, quemadmodum ſi ex animante animans fiat, & ex animante quapiam animans quapiam: veluti ſi canis ex equo fiat, fiat namque non ſolum ex animante quapiam canis, ſed etiam ex animante; verum non quatenus animans: iam enim ea exiſtet. Quod ſi quidpiam futurum eſt animal non accidentia, non ex animali id erit: atque etiam ſi aliquid fiat quod ſit, non ex eo tamen quod ſit, neque ex eo quod non ſit, fiet. Quid enim ſignificet fieri ex eo quod non ſit, dictum à nobis: eſt videlicet quatenus non ſit. Præterea verò quidquam eſſe aut non eſſe, non tollimus.*

Si neq; ex eo quod ſimpliciter ſit, neq; ex eo quod ſimpliciter non ſit, fieri quidquã poſſe, commone eſt, & eorũ qui per imperitiã & ignorationẽ, generationẽ abolent, & huius qui hallucinãtes corrigit: quomodo nõ abrogata eſt generatio per correctorẽ, ſicuti eſt per hallucinãtes ſublata? Si fieri nequit vt aliquid accidẽtiâ ex eo quod nõ ſit, & ex eo quod ſit, fiat, niſi animo generationẽ eius præſumpſeris, quod per ſeipſum genitũ ſit: vt impoſſibile eſt medicũ candidũ fieri, ſi nigrũ non factũ fuerit candidũ: & im- C poſſibile medicũ ædes cõſtruere, ſi cõſtructor nõ ædificauerit, ſi quidẽ niger & architectus medicus ipſe ſit: quomodo accidentiâ ſit aliquid ex eo quod ſit, & ex eo quod non ſit, cũ nihil quod per ſeipſum genitũ ſit, præceſſerit? Si primũ quidẽ eſt animans, poſtea autẽ animãs ex animante, & aliqua animans ex aliqua animante: ac generationi quidem animantis ex animante ſubiicitur ſemen, potentia quidem animans, actu verò non animans: generationi autem eius quod ſimpliciter ſit animantis ſubiectũ, non fuit ſemen: quomodo non præter naturã animans ex non animante gignitur? Si, antequam gigneretur quod gignitur, materia quidem erat, id autem quod ex ea gignitur, non erat: quid fuit materia? vt puta, ſi equi materia fuit, priuſquam equus fieret. Si omnia quæ in equi ſubſtantia contẽplatione cernuntur, ad id vt gignantur appoſita ſunt: quomodo materia ingenita fuit, vnde equus genitus eſt? Si per ſeipſum neque priuatio neque materia eſt; accidentia autem id quod per ſeipſum eſt, conſequitur: quomodo iuxta D accidentiam ex priuatione quidquam fieri poteſt, quæ neque per ſeipſum, neque per accidentiam eſt? Si, ex quorum, cum disiuncta ſine alterutro fieri quidquam non poteſt; ex eiſdem neque complicatis fieri etiam aliquid poteſt; ſicut ex eo quod ſimpliciter ſit, fieri quidquam nequit; ita etiam ex eo quod ſimpliciter non ſit, vt vocibus Ariſtotelis vtamur: qui factum vt vtrumque, videlicet & ex eo quod ſit fieri, & ex eo quod non ſit fieri, poſſibile ſit? Si ſubiectum vnde id gignitur quod gignitur, contrariis ſubiici neceſſe eſt: non gignitur è priuatione quidquam accidentiâ, quæ contrariis non ſubiicitur. Qui quidque vel eſſe vel non eſſe, non inficiatur, ſed quidque eſſe aut non eſſe concedit: quomodo verus eſſe poteſt, dicens materiam non eſſe neque eſſentiam, neque hoc ipſum aliquid, neque quod ſit? Si id quod fit, non ex eo quod ſimpliciter non ſit, fit; neque ex eo quod ſimpliciter ſit, ſed ex vtroque: fit certè etiam ex materia, quaſi ex eo quod ſit, & ex eo quod non ſit, & tanquam ex eo quod hoc ipſum quidquam ſit, & ex eo quod hoc ipſum quidquam non ſit.

At ſi hæc ita habent, falſum certè fuerit quod de materia eſt dictum, neque ſubſtantiam eam eſſe, neque hoc ipſum aliquid, neque quod ſit. Si, quemadmodum materia eſt abſque forma, ita & forma abſque materia: ac ſi materia & informitas eius duo ſunt principia, forma quoque & immateriale eius duo erunt principia: quomodo, cum quatuor ſint, tria dumtaxat poſita ſunt principia?

VI. EX EODEM LIBRO.

Nos enim materiam & priuationem diuerſum eſſe dicimus: atque horum alterum quidem quod non ſit, eſſe accidentia, materiam videlicet; alterum autem, per ſeipſum, nimirum priuationem: & illam propè, & quodammodo ſubſtantiam, materiam; hanc verò haudquaquam, priuationem. At illi, quod non ſit, eſſe dicunt, magnum & paruum ſimiliter, aut vtrumque ſimul, aut alterum ſeorſum; ita vt omnino alter hic modus ternionis ab illo.

Si accidentiâ, vt quod non ſit exiſtat, materia obtinet: accidentia nimirum materia neque materia ſit, neque principium. Eius enim quod ſit, eſt, vt materia ſit, & vt principium ſit. Et, ſi accidentia, vt quod non ſit exſiſtat, materia obtinet, propter priuationem: videlicet accidentia, quod ſit exſiſtat, propter formam. Proinde materia per ſeipſam quidem, quod nunquam ſit, erit: accidentia autem ſemper, aliquando quod non ſit, aliquãdo quod ſit, fuerit. Itaque quomodo abſurdum non eſt dicere propè ſubſtãtiam eſſe, & quodammodo ſubſtantiam, id quod per ſeipſum nunquam ſit? Si aliud eſt materiam eſſe, & aliud alicuius materiam eſſe, & materia eo priuatur vt alicuius ſit materia: eo autem vt materia ſit, non priuatur: erit profectò materia, & id quod ſit, & id quod non ſit, quod ſit, quod materia ſit: quod non ſit, quia alicuius materia non ſit. Sedenim ſi materia nullius eſt materia: neq; informitatis materia fuerit. Sin informitatis materia eſt, nũquam ſanè materia fuit, quatenus materia: ſed ſemper alicuius materia, aliquando informitatis, aliquando formæ. Informitatem vero eſſe aliquid, inde ſatis liquet, quod eorum quæ fiunt, poſita eſt principium eſſe. At hæc ſi ita habent, nunquam profectò quod non ſit, materia fuerit. Sin quod ſit fuerit, aliquando informis, aliquando conformata fuerit, ac proinde ſemper ad id vt gignatur appoſita. Si materia coæternam ſuam informitatem abiicere poteſt, nimirum etiam coæternam ſuam ortu carentem perpetuitatem abiicere poteſt. Sin ſecundum minus, neque ſanè & primum. Quomodo igitur quod ſit, ex materia ſit, materia coæternam ſuam informitatem non abiiciente? Si, quemadmodum modus eius qui ſecũdum Ariſtotelem eſt ternionis, diuerſus eſt ab eo qui iuxta Platonem eſt, ternionis modo: ſic etiam ternio diuerſus: quomodo eorum quæ fiunt, principium non ſenio fuerit, ſed ternio? Ac ſi ternio non diuerſus, quomodo modus eius diuerſus?

VII. EX EODEM LIBRO.

Ipſa quidem materia ſuſtinens, eorum quæ fiunt, vna cum forma cauſa eſt, perinde atque mater. Pars autem altera repugnantiæ perſæpè ei qui mentem ad maleficium eius intendat, quod planè non ſit, imaginatione animi videatur: nam cum ſit diuinum quiddam, & bonum & expetendum: alterum quidem contrarium ei eſſe dicimus; alterum vero, quod ea eſt propenſione vt illud diuinum expetat & affectet, ſecũdum naturam ſuam. His porrò euenit vt contrarium expetant, ad ſui ipſorum interitum. Forma certè ipſa neque ſeipſam expetere poteſt, propterea quod indigens non ſit: neque contrarium; ſeipſa namque inuicem interimunt quæ contraria ſunt. Sed id eſt materia, haud aliter atque ſi fœmina virum, & turpe pulchrum expetat. Sedenim non per ſeipſum, vel turpe vel fœmina, ſed accidentia. Interit autem & gignitur, ac quodammodo tum interit & gignitur, tum nec interit nec gignitur. Nam quatenus quidẽ aliquid eſt in quopiã, per ſeipſum interit: quod enim in eo interit, priuatio ipſa eſt: quatenus verò ſecundũ potẽtiã, non per ſeipſũ, ſed incorruptibilẽ & ingenitũ eam eſſe neceſſe eſt: nã ſiue gignitur quid, ſubiici aliquid primum oportet, vnde ita vt inſit gignatur (id

A *autem eſt eius natura, quocirca prius erit quam gignatur. Dico enim materiam ſubiectum primum cuiuſque, vnde aliquid ita ut inſit gignitur, non ſecundum accidentiam (ſiue interit quid, in hoc extremum abit, proinde prius interierit, quam intereat.*

Si eorum quæ gignuntur, vt materia & forma, ſic etiam priuatio principium eſt: quomodo materia quidem eorum quæ fiunt, vna cum forma cauſa eſt, priuatio verò minus? Si propterea principium eſt forma, quod ex ipſa id quod gignitur ſit: ſcilicet eo quoque principium eſt priuatio, quod per eam id quod gignitur non ſit, quomodo ergo principium eorum quæ gignuntur, priuatio dicitur? Si, cum forma adeſt, tum priuatio non permanet: nempe forma abſente, priuatio manet. Quî ergo non poteſt eſſe abſurdum dicere, id quod manet, non eſſe? Eius enim quod ſit, manere eſt. Si altera pars repugnantiæ priuatio eſt, & quod huic malè facit forma eſt: quo pacto forma non eſt B bona & mala? bona materiæ, vt per quam materia, vt eſſentia ſit, obtineat: mala priuationi, vt per quam ipſa aboleatur. Si quid eſt diuinum & bonum & expetendum, & ſibi repugnans habet, quod neque bonum ſit neque expetendum: nempe erit diuinum bonum & non bonum, expetendum & non expetendum: ac proinde diuinum & non diuinum. Ac hoc ſi abſurdum eſt, non habebit aliquid repugnans diuinum quod bonum ſit & expetendum, nam quod ſimpliciter bonum eſt, vniuerſis, & non quibuſdam tantummodo bono eſt. Si id quod bono repugnat, bonum non expetit; (corruptelam enim naturæ ſuæ expetat, ſi bonum expetat) & forma ſeipſam non expetit; (forma enim indigens non eſt) diuinum vero eſt quod expetitur, & affectatur: cui porrò id expetendum & affectandum, niſi materiæ? animata profectò materia fuerit, animati namque eſt, expetere & affectare. Sin animata materia, qui falſum non eſt, materiam quod non ſit eſſe accidentia? anima enim quod ſit, eſt: & animam habens quod ſit, eſt. Si, quemadmodum fœmina marem appetit, & turpe pulchrum, ſi materia concu- C piſcit bonum: & materia non per ſe eſt fœmina & turpe, ſed per accidentiam: nimirum neque per ſe concupiſcit bonum, ſed accidentia. Quocirca & diuinum per ſeipſum non erit bonum & expetendum, ſed per accidentiam, quod ſane abſurdum eſt dicere. Si materia idonea eſt ad generationem propter formam, ad internecionem vero propter priuationem: erit certè materia ſemper ſubiecta internecioni aut generationi, incorruptibilis autem & ingenita nunquam, ſemper etenim vel priuationi ſubiicitur in ipſa occidenti, vel formæ in ipſa naſcenti. Ingenitum, in eis quæ generationi ſubdita ſunt, generationis quæ in futuro eſſe poteſt, priuationem ſignificat: in ſempiternis autem generationis omnis, quæ vel præceſſerit, vel futura ſit, [illegible] denotat: veluti æs quod ſtatua futurum [illegible] ſtatua ſiat, ingenitum dicitur, iuxta priuationem, [illegible] quod ſtatua fieri [illegible] in Deo autem ingenitum, generationis [illegible] & præteritæ & futuræ, deſignat negationem. [illegible] ingeniti modi quomodo [illegible] quidem ſecundum priuationem, D ingeniti [illegible], nihil materi[illegible] habet æs ad ſtatuam, [illegible] ad eſſe [illegible] ſicut ait Ariſto[illegible] ingenita [illegible] Deus, & Deus [illegible] aliquid poteſt [illegible] ſimpliciter non ſit [illegible]. Quà n enim inhabile [illegible] & arte [illegible] ingenitum, ad id [illegible]. Quo m igitur ex eo quod [illegible] ingenitum [illegible], Deus aliquid condere potuit: ex eo [illegible] quod [illegible], non potuit? Sed enim [illegible] ex eo quod non ſit, [illegible] philoſophos, ad eorum quæ ſunt [illegible] omnis negationem, eorum verò [illegible] ad generationis materiæ quod eam Deus [illegible] impuit [illegible] tionem. Si eſt quod gignitur, & aliquid eſt quod ſi [illegible] gignitur, quemadmodum in ſupe-

E rioribus dixit: nullũ certè horũ eſt materia, ſi ingenita eſt & incorruptibilis. Si materia ingenita eſt & incorruptibilis neceſſario iuxta vtrumq; ingeniti modum ingenita eſt: neque ſanè ex ea gignitur, neque interit in ea quidquam. Qui ergo in eo quod non interit, priuatio interit? Si vna eſt materia, multa verò & varia quæ ex ipſa fiunt, quomodo neceſſe eſt materiam manere ingenitam, cum id quod ſemper in ea diuiditur, indiuiduum manere nequeat? Si numero quidem materia vna eſt, ſpecie autem duplex, ingenitaque eſt & incorruptibilis; nempe aut tota eſt ingenita & incorruptibilis, aut dimidium eius. Ac ſi quidem tota ingenita eſt & incorruptibilis, nimirum & dimidium eius huiuſmodi eſt. Sin dimidium eius eſt ingenitum & incorruptibile; & dimidium eius non itidem: aſſertio ſibi ipſi repugnans de re eadem vera fuerit; quod fieri non poteſt. Si id quod formam recipit, aut ea ipſa gignitur, aut ex illa gignitur: quomodo materia ingenita, quæ formam recipit? Si ingenitum eſſe, F & incorruptibile, eorum eſt quæ ſunt: quomodo materia & id quod ſit, non eſt, & ingenita incorruptibiliſque eſt? Si, quod in ingenito eſt, ingeniti modo ingenitum quoque ipſum eſt: quomodo quæ in materia ingenita eſt priuatio, & oritur, & interit? Si, quemadmodum dictum eſt, alterum contrariorum ſatis eſt ad faciendam præſentia & abſentia ſua mutationem: quidnam eſt in materia, cum ingenita ſit & incorruptibilis, quod mutetur? Si ingenitum & incorruptibile circa ſubſtantiam contemplatione perſpicitur, cum id quod ingenitum eſt, incorruptibile quoque ſit: vbi eſt ingenitum & incorruptibile materiæ, cum materia ſubſtantia non ſit? Niſi æs genitum eſſet, iuxta præcedentem eius generationem, ſtatua facta non fuiſſet: quomodo ergo materia, aut ex materia aliquid fit, cum materia prius genita non fuerit? Niſi æs interiret, neque opus æneum interiret: quónam igitur modo quod ex materia ſit, interit, quum materia ſit extra interitum? Si ex incorporeis corpus non efficitur, quomodo ex materia & forma G corpus eſt factum, quæ per ſeipſa incorporea ſunt? Si naturali neceſſitate ingenitum & incorruptibile conſequitur vt ſit indiuiduum & immutabile: quomodo in formis iuxta genera ſua diſtributis, ingenita & incorruptibilis eſt materia? Et quomodo ſecundum alterationem ea fiunt, quæ ſecundum materiam mutantur? ſicuti ſupra in modis generationis exponendis definiuit.

VIII. EX SECVNDO LIBRO Naturalis Auſcultationis Ariſtotelis.

Vno quidem modo Natura dicitur, prima cuique ſubiecta materia, eorum quæ in ſeipſis habent principium motus & mutationis: alio autem modo forma & ſpecies, quæ eſt iuxta rationem. Sicuti namque Ars dicitur id quod ſecundum artem eſt, & artificiale: ſic & Natura id dicitur quod ſecundum naturam eſt & naturale.

H Quid ergo dixerimus id quod iuxta materiam eſt & materiale, niſi materiam? Dic, quid aliud? atque hoc ſi materiam vocemus, tum demum materia erit materia, cum id quod ſecundum materiam & materiale eſt, nam & Natura tum natura dicitur, cum ſecundum naturam eſt & naturale. Conſimiliter & ars. Quæ namque iuxta eundem efferuntur modum, eandem inter ſe mutuam habent rationem. Cæterum, ſi tum demum materia eſt cum ſecundum materiam & materiale: nempe materia ingenita non fuerit.

IX. EIVSDEM EX EODEM LIBRO.

Proinde alio modo natura eorum quæ in ſe habent motionis principium, fuerit forma & ſpecies. & inſeparabilis quidem illa, præterquam ratione & cogitatione. Et quod ex his conſtat, natura quidem non eſt: iuxta naturam autem eſt, ſicuti homo.

A Si iuxta naturam eſt homo, & naturale quoddam animans: quomodo homo natura non eſt? Definiendo enim dixit: *Natura dicitur id quod ſecundum naturam eſt, & naturale.*

X. EX EODEM LIBRO.

In his quæ arte fiunt, nos ipſi materiam facimus operis gratiâ: in naturalibus autem exſtat, & eſt.

Quandoquidem opus aliud eſt quod neque naturâ neque arte fit: vbi eius ipſius operis materia ponenda? Gignitur namque animal ex animali; ac niſi ſit primum animal [primigenium à Deo creatum,] neque animal ex animali fuerit. Et ſecundum naturam quidem fit animal ex animali: non ſecundum naturam autem, animal ſimpliciter. Porrò ſi in his quæ arte fiunt, materia aliunde & extrinſecus eſt: in his verò quæ naturâ fiunt, in

B ipſis rebus naturalibus: videlicet in his quæ neque arte neque naturâ fiunt operibus, materia aliter ſe habeat: quam tu niſi definias, qui de natura commentaris, etiam ea quæ iam definieris, vt non conſiſtant, efficias. Nam ſi tum demum rem quamque nos ſcire putamus, cum primas norimus cauſas, & prima principia: qui tandem aliquis animans ex animante cognorit, qui animantem ex non animante ignoret? Illud enim huius principium & cauſa.

XI. EX EODEM LIBRO.

Quandoquidem Caſus & Fortuna cauſæ eorum ſunt quorum Mens auctor fuerit aut Natura, cum accidentia eorum ipſorum cauſa quæ iam ſit: nihil autem eorum quæ accidentia ſunt, prius exſtat quam quæ per ſeipſa ſunt: certum itaque eſt, neque eam quæ iuxta accidentiam eſt, prius quam quæ per ſeipſam eſt, cauſam exſtare. Poſterius nimirum Mente & Naturâ fuerint Caſus & Fortuna.

C *Quocirca etiamſi caſus fortuitus cœli maximè cauſa fuerit, neceſſe tamen eſt, mentem & naturam prius cauſam fuiſſe & aliorum multorum & huius vniuerſi.*

In his non modo primarum & ſecundarum cauſarum, quem non ſeruauit, ordinem expreſſit: verumetiam cœlum, quod in ſecundo hoc Naturalis auſcultationis libro ſuperius fortuita generatione exemit, generationi ſubiecit; non fortuitæ ſolummodo, ſed et etiam quæ mente & naturâ ſit, quod apertè perquam eſt abſurdum: Videlicet quod prius, quæ per mentem & naturam, primas cauſas, ſit, receperit eſſentialem generationem; idipſum rurſum, quæ per ſecundas cauſas ſit, eandem recipere generationem. Præterea autem quomodo abſurdiſſimum non eſt, quod idem aliquando eximit, aliquando ſubiicit eidem fortuitæ, generationi: & nunc ingenitum vocat, nunc natura genitum? Proferam verò verba ipſa, in quibus hæc ille facit; vt ex mutua collocatione eorum, id quod inuolutum eſt, cognoſcatur falſum.

D

XII. EX EODEM LIBRO.

Sunt verò qui cœli iſtius & rerum huius mundi omnium Fortuitum euentum pro cauſa afferunt, fortuito namque dicunt conuerſionem & motum eſſe factum, quæ vniuerſitatem hanc in ordinem iſtum digeſſerint atque conſtituerint. Sanè quidem hoc eos ita dicere, dignum eſt admiratione; nempe quod animantes quidem & plantæ fortuito euentu nec ſint, nec fiant; ſed vel natura, vel mens, vel aliud quidquam eiuſmodi, cauſa earum ſint, non enim temere, quod fors feras, è quouis ſemine fit: verum ex huiuſmodi olea, ex huiuſmodi homo. Quæ vero his quæ manifeſto in conſpectum cadunt, diuiniora ſunt: quod ea fortuito caſu conſtent, & quod eorum iſtiuſmodi cauſa nulla ſit, eiuſmodi animantium eſt & plantarum. Quod ſi ita habet, cauſa idipſum fuerit quæſtionis, & rectè de eo aliquid dicatur. Præterquam enim quod hoc alioqui contra rationem eſt dictum, longè inſuper abſurdius eſt hæc aſſerere; cum videamus in cœlo nihil euentu fortuito fieri; in his verò quæ non à fortuna ſunt, multa fortuito euenire; cum quidem diuerſum fieri æquum fuerit.

Quod quidem fortuito cœlum factum eſſe, & contra non fortuito, dixerit; verba ipſa quæ ex ſecundo libro Naturalis auſcultationis, in duobus capitulis, vndecimo nempe & duodecimo, protuli, declarent. Quod autem ipſum ingenitum, & rurſum à naturâ genitum dicat; verba quoque ea producam quibus hoc ſcripſit.

XIII. EX SECVNDO LIBRO Ariſtotelis de Cœlo.

Cœlum vniuerſum genitum non eſſe, neque interiturum eſſe, vt nonnulli dicunt; ſed vnum eſſe & æternum, principium quidem & finem non habens æui vniuerſi: infinitum autem tempus in ſeipſo habens & complectens, fidem ea quæ ſunt dicta, facere poſſunt.

Hæc Ariſtoteles de cœlo ingenito dixit. Vide autem quæ de generatione eius in primo de Cœlo libro dicat:

[XIV. EX PRIMO LIBRO de Cœlo.]

Et rectè videtur natura id quod futurum eſſet ingenitum & incorruptibile, repugnantiæ exemiſſe. In eis enim quæ inter ſe pugnant, generatio conſiſtit & interitus.

Si, vt eorum quæ fieri nequeunt, quidquam vel ſit vel futurum ſit, impoſſibile eſt: ex impoſſibilibus autem eſt, vt aliquid in futuro ſit, quod ingenitum ſit, principijque & finis expers, tempus infinitum in ſeipſo habens & complectens: erit profectò qui hoc dicit, poſſibilis atque impoſſibilis rei differentiæ ignarus.

XV. EX PRIMO LIBRO de cœlo in fine.

Nihil enim quod fortuito ſit, neque incorruptibile, neque ingenitum eſſe poteſt.

Quomodo ergo aliquis ei fidem habeat, qui vtrumque de cœlo refert? nam in vndecimo capite fortuitum caſum dicit eſſe cœli cauſam: in tredecimo verò, cœlum principio & generatione carere ait.

XVI. EX SECVNDO LIBRO Naturalis Auſcultaſionis.

Duplicia autem ſunt principia quæ naturaliter mouent: quorum alterum naturale non eſt, non enim in ſeipſo habet motionis principium. Eiuſmodi verò eſt aliquid mouens, quod ipſum non moueatur, vtpotè immobile prorſus, & omnium primum.

Quid igitur moueat naturaliter principium, quod neque naturale ſit, neque iuxta naturam moueat? Solum namque principium naturale, quod ſecundum naturam mouet, vt naturaliter moueat conſequitur. Si principium quod naturale non eſt, in ſeipſo principium motionis non habet: ſatis liquet, principium naturale habere in ſe principium motionis. Sed enim principium quod principium E habet, non eſt principium. Sin in his quæ perpetuò ingenita ſunt, aliquid aliquo prius aut poſterius eſſe nequit: quomodo principium immobile, quod ipſum non mouetur & mouet, omnium eſt primum, aut omnino principium?

XVII. EX TERTIO LIBRO eiuſdem commentationis.

Infinitum eſſe, fidem etiam adſtruunt tempore: id enim infinitum eſt: præterea quod eo ſaltem modo generatio & corruptio non deficiat, ſi infinitum ſit. Vnde id quod per generationem fit, abſtrahitur.

Si tempus ſemper in eo vt fiat, eſſe ſuum habet: id vero quod fit, priuſquam fieret, non fuit: quomodo tempus infinitum eſt, cuius ſemper exiſtentiam præcedit non exiſtentia? nam quod nondum adeſt, affuturum eſt: &

futurum,

A futurum, præterirutum eſt: & quod præteriit, futurum fuerat. Si eo quod generatio & corruptio non deficit, neceſſe eſt infinitam eſſe generationem & corruptionem: expers etiam erit generatio & corruptio principio, ſicut ingenitum & incorruptibile. Sin hoc eſt impoſſibile, noo eſt infinita generatio & corruptio.

XVIII. EX EODEM LIBRO.

[Si ratio corporis eſt, ſuperficie terminatum eſſe: non fuerit infinitum vllum, ſiue quod intelligentia, ſeu quod ſenſu percipitur, corpus:] ac ne numerus quidem ita, tanquam ſeparatus & infinitus, numerationi enim ſubiacet numerus, aut id quod numerum continet. Si ergo quod numerationi ſubiacet, numerari poteſt: fieri quoque poſſit vt infinitum pereurratur.

Si eius quod numerationi ſubiectum eſt, & eius quod numerum continet, non infinitus eſt oumerus: numeraB ri autem quod præteriit tempus poteſt: finitum certè fuerit quod fuit tempus.

XIX. EX EODEM LIBRO.

Quod niſi infinitum ſit ſimpliciter, multa impoſſibilia conſequi patet, nam temporis quoddam erit principium & finis, & magnitudines non poterunt diuidi in magnitudinem, & numerus non erit infinitus.

Si infinitum partim actu eſt, partim potentia: impoſſibile autem, quod nunc actu eſt infinitum, quin prius potentia fuerit: impoſſibile certè quoque infinitum ſemper eſſe actu, partim potentia: ſed prius quidem potentia, poſterius vero actu. Si tempus, quemadmodum iuxta futurum, fine, ſic iuxta præteritum, principio caret: erit nimitum tempus, ſicuti ſecundum futurum, ita & ſecundum præteritum, ingenitum. Hoc verò ſi impoſſibile eſt, vt tempus iuxta futurum ſit ingenitum, eo quod nondum fuit; fuit autem iuxta præteritum: videliC cet non fuerit abſque principio tempus. Eius enim quod principio caret, generatio non eſt: temporis autem eſt. Si nihil poteſt actu eſſe infinitum, non equidem quæ iam ſumptæ ſunt magnitudinis diuiſiones, infinitæ fuerint, neque iam numerus ſumptus, vtraque namque actu ſunt. Sin infinita non ſunt, finita ſcilicet. Quod ſi finita, nempe & principium habent: magnitudo quidem, diuiſionis; numerus autem, numerationis.

XX. EX EODEM LIBRO

Infinitum eſt quidem acceſſione, eſt verò quoque deceſſione. Porro magnitudinem non eſſe actu infinitam, dictum eſt: diuiſione autem eſſe, non enim eſt difficile, tollere lineas indiuiduas, relinquitur ergo, potentia eſſe finitum. Non oportet autem id quod potentia infinitum ſit, ita accipere, vt ad actum euaſurum ſit: ſicuti ſi poſſibile ſit, hoc ſtatuam eſſe, quod etiam ſtatua futurum ſit. Sed quia multifariam quidquam potentia eſt, proinde & infinitum: ſi- D *cuti dies eſt & certamen, [Olympicum vel ſimile?] eo quod aliud ſemper atque aliud ſit, hæc enim & potentiâ ſunt, & actu. [Olympia namque ſunt, tum quod certamen fieri poſſit, tum quod fiat.] Eodem omnino modo infinitum eſt, eo quod aliud ſemper atque aliud ſumitur, & ſumptum ſemper finitum eſt: ſed alterum ſemper atque alterum.*

Si actu aliquid infinitum non ſit, nimirum quidquid actu ſit, ſemper finitum ſit, finitum vero quod ſit, principium habeat neceſſe eſt. Porrò quod principium habeat, neceſſario genitum ſit: genitum autem quod ſit, fuerit aliquando cum non fuerit. Hoc in omni eo eſt, quod infinitum acceſſione & deceſſione, potentiâ & diuiſione dicitur.

XXI. EX EODEM LIBRO.

Infinitum id eſt extra quod ſemper aliquid eſt.

Atqui id quod introrſum aliquid recipit, maius eo fit quod antè fuit quam illud extrinſecus reciperet. Quod autem acceſſione eius quod extrinſecus eſt, introrſum E acceptum maius ſeipſo fit, finitum ſemper eſt. Si infinitum ſemper acceſſione & deceſſione conſtat, ſemper videlicet infinitum in acceſſiooe fuerit. Quomodo ergo principio caret, quod ſemper in gignendo, vt ſit, conſiſtit? genitum namque principij expers oon eſt.

XXII. EX EODEM LIBRO.

Infinita ſunt magnitudinis in duas partes diuiſiones. Quocirca potentia quidem eſt [infinitum,] actu autem non eſt. Sed ſemper id quod ſumitur, omnem excellit definitam multitudinem. Verum non terminabilis huiuſmodi numerus eſt, neque infinitas manet, ſed gignitur: ſicut & tempus & numerus temporis.

Si non manet infinitas, ſed gignitur, ſicut tempus & numerus temporis: nullum ſanè infinitum fuerit ingenitum. Sin omne quod infinitum ſit, genitum eſt: genita quoque profectò fuerint alia cuncta, in quibus conſiſte- F re dicitur infinitum. Si, quod infinito accidit, neceſſario eis etiam accidit io quibus conſiſtit infinitas: accidit autem infinito vt gignatur & ortum ſuum habeat: genitum certè tempus fuerit, & principium habeat: conſimiliter vero & motus, quem tempus dinumerat.

XXIII. EX LIBRO QVARTO eiuſdem operis.

Quod enim non ſit, nuſquam fuerit.

Quomodo ergo materia quæ nihil eſt, neque eſſentia, neque hoc ipſum quid, neque quod ſit?

XXIV. EX EODEM LIBRO.

Videatur certè quidem Heſiodus quoque rectè dicere, primum omnium Chaos faciens, inquit enim:

Principio Chaos immenſum, mox deinde patentes,
Telluris campi geniti ——

G *quod conueniret, primum eſſe rebus exſtantibus locum ſuum. Arbitratus namque eſt, ſicuti multi, omnia alicubi & in loco eſſe. Quod ſi ita eſt, admirabilis fuerit loci vis, & omnibus prior, nam ſine quo rerum aliarum nihil conſiſtit, id primum earum eſſe neceſſe eſt.*

Itaque ſi primus locus eſt, & poſteriora quæ in loco ſunt, naturali quadam neceſſitate, prout dixit Heſiodus, & Ariſtoteles dicto eius tanquam tecto atteſtatione ſua adſtipulatus eſt: quonam modo ex impoſſibilibus non eſt, cœlum, quod in loco eſt, dicere ingenitum eſſe? Hoc enim perinde eſt, atque ſi dicas prius genitum eſſe quam ingenitum.

XXV. EX EODEM LIBRO.

Primum quidem animaduertere oportet quod de loco non quæreretur, niſi motus in loco eſſet, nam ob hanc maximè cauſam cœlum quoque in loco eſſe arbitramur, quia ſemper eſt in motu.

H Si fieri oon poteſt vt ingenitum, ea gratia vt ſit & vt moueatur, re quapiam ad motum indigeat? fieri certè quoque non poteſt vt cœlum ſit ingenitum. Indiget enim eâ gratiâ, vt ſit & moueatur loco.

XXVI. EX EODEM LIBRO.

Magnitudinem quidem locus obtinet, corpus verò minimè eſt.

Si finita certaq; locus habet interſtitia & magnitudinẽ, genitus fuerit locus: ſin infinita, videlicet vel potentià, vel actu. Si potentià genitus fuerit locus, perinde atque tẽpus, & temporis numerus: ſin actu, falſum dictum illud fuerit, quo aſſeritur, nil actu eſſe poſſe infinitum. Si per prouidentiam cuiuſquã locus eſt id quod eſt, & id habet quod habet, genitus fuerit locus, & à prouidentià ſecundus. Sin locus eſt id quod eſt, & id habet quod habet, eo modo vt genitus non ſit & principio careat, ingenitus fuerit locus, eorum quæ io loco ſunt, omnium primus; in

quibus cœlum eſt, & quæ in cœlo apparent, aſtra. Sine quo enim rerum cæterarum nihil eſt, id profectò cæterorum omnium primum eſſe neceſſe eſt. [Atenim magnitudinem ſuam habens locus, vt ipſe teſtatur Ariſtoteles, cum interſtitiis ſuis, vtcumque prior cæteris rebus fuerit, ingenitus tamen, & ſine principio non fuerit.]

XXVII. EX EODEM LIBRO

Quemadmodum aliquid, ſi alteretur, nunc quidem eſt candidum, quod dudum nigrum fuit; [& nunc durum, quod olim molle] proindeque aliquid dicimus eſſe materiam: ſic & locus eiuſcemodi quadam imaginatione eſſe videtur, cæterum illud quidem, eo quod cum aër fuerit, nunc aqua ſit: locus autem, eo quod vbi aër fuerit, ibi nunc aqua ſit.

Si, quam rationem habet locus ad ea quæ in eo ſunt, eandem obtinet materia ad ea quæ in ea ſunt, pari imaginatione: incomprehenſibilis autem eſt locus & materia ipſa: nihil profectò fuerit materia, eis quæ in ipſa continentur alterandis atque gignendis, & planè non ſubſtantia. Quomodo igitur poſitum eſt, materiam ſubſtantiam eſſe eorum quæ ſimpliciter fiunt?

XXVIII. EX EODEM LIBRO.

Corpus quodlibet, quod vel delatione vel ictu mouetur per ſe, alicubi eſt. Cœlum autem, ſicut dictum eſt, non alicubi prorſus, neque in aliquo loco eſt: ſiquidem id nullum circumplectitur corpus.

Si, quod delatione moueatur per ſe alicubi eſt: delatione autem mouetur cœlum, & per ſeipſum: alicubi certè cœlum eſſe neceſſe eſt. Si ſecundum non fuerit, minime quoque primum, alterum namque ab altero non ſegregatur: & altero ſublato, vt alterum quoque tollatur, conſequitur. Si cœlum per ſeipſum in loco non eſt: quomodo, dum circulari fertur delatione, partes eius ſupernæ deorſum, infernæ autem ſurſum vergunt? at quod partibus ſuis ſupra & infra eſt, [ipſum quoque per ſe ita eſſe neceſſe eſt.] Quî igitur illud falſum non eſt, quod dicit, Cœlum non eſſe in loco?

XXIX. EX EODEM LIBRO.

Puncti locus non eſt.

Ergo punctum alicubi non eſt, ſicuti & id quod non ſit. Quod ſi hoc falſum eſt, punctum videlicet id quod ſit fuerit, & alicubi fuerit. Si vero alicubi ſit, locum quoque eius eſſe neceſſe eſt.

XXX. EX EODEM LIBRO.

Eſt & Locus & Alicubi; non autem vt in loco, ſed vt finis in finito, non enim quidquid ſit, in loco fuerit, ſed id quod mouetur corpus.

Si quidque quod in loco ſit alicubi eſt, & non quidque quod alicubi ſit, in loco eſt: plus ſanè *Alicubi eſſe* fuerit, quam *In loco* eſſe. Quomodo ergo vnius eloquutionis eſſe dicitur, *Alicubi eſſe* & *In loco eſſe*: quæ ita inter ſe differunt, vt etiam locum quidem eſſe alicubi dicamus, non autem in loco? Et ſi finis finitæ rei, alterius quidem finitæ locus eſt, alterius vero finis: quomodo neceſſe non eſt, locum ſemper & locum eſſe, & finem? Et, ſi ante ea quæ in loco ſint, locus eſt: quomodo non ſoluta eſt neceſſitudo illa, [propoſitio neceſſario vera] *Locum ſemper eſſe*: locum quidem alterius, finem autem alterius? Et, ſi quod nequaquam ſit, non eſt in loco, alicubi ſanè fuerit, quemadmodum dixit: quomodo non idem fuerit, *Alicubi eſſe*, & *In loco eſſe*? Et, ſi non quidque quod ſit, in loco eſt: quomodo cum eo quod non ſit, non eadem fuerint quædam quæ ſint; ſiquidem hoc, quod in loco non ſint, commune eſt vtrorumque. Et, ſi mobile duntaxat corpus in loco ſit, quomodo cœlum, quod mobile corpus eſt, in loco non ſit?

E

XXXV. EX EODEM LIBRO de tempore.

Tempus ſanè quidem aut planè non eſſe, aut vix tenuiterque eſſe, inde ſuſpicari quiſquam poteſt, nam pars eius iam fuit, & non eſt? pars futura eſt, & nondum eſt, atque ex his & infinitum, & quod ſemper ſumitur tempus componitur. Sedenim quod ex eis componantur quæ non ſint, fieri non poteſt vt eſſentium parteſpare videantur. Cuiuſque enim quæ partiri poſſit rei, ſi quidem exſtet, neceſſe eſt quum exſtat, quaſdam ſaltem, ſi non omnes, eſſe partes. Porrò temporis quædam fuere, quædam futura ſunt: nihil autem earum eſt quod partiri queat. Ipſum porro Nunc, pars non eſt, nam partem metiri eſt, & integrum ex partibus componere oportet. Tempus vero non videtur ex eis quæ nunc ſunt componi.

F

Si quidque quod fit, antequam fiat, non ſit: tempus æternum & initij expers non fuerit, eo quod neque motus æternus ſit, & initij expers, quem tempus dinumerat, nam ſi futura temporis pars nondum ſit, præteriti autem temporis pars prius futura fuerit quam fuerit: fuit profectò quum non eſſet præteriti pars temporis. Atque ſi infinitum neceſſe ſit principij expers eſſe, non fuerit tempus infinitum: eo quod principium vt ſit, futuri viciſſitudinem ſiue mutationem habeat. Et ſi præterita temporis pars actu eſt tempus, futura autem potentia, & actus atque potentia in eis quæ ſint, eſt: nempe non ex eis quæ non ſint, tempus conſtituatur, quod è præterito & futuro conſtituitur. Atque etiam ſi ſubſtantiam tempus non participat, id tamen quod ſubſtantiis adiacet participat: vt inde quoque ſatis pateat, ex eis quæ ſint, eſſe tempus. Item ſi pars præterita temporis, in præteritis eius quod partiri poteſt partibus intelligentia conſpicitur: quomodo nulla pars eſt, quod ita ſit vt partiri queat, temporis? Et ſi ipſum Nunc non eſt vel minima pars temporis, quid eſt quod dicitur Repentinum, & Indiuiduum, & Punctum temporis; qui ſit vt ex eo quidem

G

quod futurum ſit, in id quod nunc ſit, vt ex eo quod nunc ſit, in id quòd præterierit viciſſitudo ſit, ſi ipſum Nunc pars temporis non eſt? Omnia namque pars temporis ſunt, Primum, Futurum, Poſterius, Nunc, Poſtea. Præteritum.

XXXII. EX EODEM QVARTO libro, eiuſdem commentationis.

Itaque neque motum, neque abſque motu tempus eſſe, manifeſtum eſt.

Enimuero genitum eſſe tempus, & non perpetuum, exordium habens, & non exordij expers; finitum, & non infinitum: manifeſtum & id eſt. Quod ſi tempus eſt huiuſmodi, neceſſario quoque & motus, cuius numerus eſt tempus.

H

XXXIII. EX EODEM LIBRO.

Cuiuſmodi enim motus eiuſmodi etiam tempus ſemper eſſe videtur.

Quibus generatio, & quod genita ſint, adeſt: ab eis vt æternitas, & principij vacuitas, & infinitas abiit, neceſſe eſt.

XXXIV. EX EODEM LIBRO.

Tum fuiſſe tempus dicimus, cum prius & poſterius in motione ſenſu perceperimus. Definimus autem eo, quod aliud atque aliud ipſum eſſe putamus, atque aliud inſuper quod illis intercedit, quiddam. Cum namque ipſas ab interpoſito medio extremitates conſiderauimus, & animus duplex eſſe Nunc, prius & poſterius eſſe dixerit: tum hoc tempus eſſe dicimus. Quod enim ipſo Nunc definitur, id tempus eſſe videtur. Eſt quippe Tempus motionis numerus, priore & poſteriore momento. Sane tempus motio non eſt, niſi quatenus numerum motio habet. Iudicio eſt, quod id quod numu

A *& minus eſt, numero diſcernimus: motum vero prolixiorem & remiſſiorem tempore.*

Qui temporis generationem priore & poſteriore motionis momento deſignat, is neque tempus, neque motionem perpetuam, principijque expertem & infinitam eſſe dicit. Si enim genita eſt, neque perpetua eſt, neque principij expers: & ſi proprijs finibus terminata, infinita non eſt.

XXXV. EX EODEM LIBRO.

Ipſum quidèm Nunc, tempus metitur, qua prius, & qua poſterius: & magnitudinem conſequitur Motus, hunc autem Tempus.

Si ipſum Nunc pars non eſt temporis, ſicuti dixit trigeſimoprimo capitulo, quomodo metitur tempus? aut enim ipſum Nunc metitur tempus, aut partem [ſi metitur] id eſſe temporis neceſſe eſt. Et ſi magnitudinem conſequitur motus, hunc autem tempus: genita fuerit
B magnitudo, ſicut & motus & tempus, quæ illam conſequuntur.

XXXVI. EX EODEM LIBRO.

Linea minimus numerus, multitudine quidem, duæ aut vnu: magnitudine autem, non minimus: [ſemper enim quæuis dimiditur linea: quocirca & tempus conſimiliter] minimus namque numerus eſt, vnus aut duo: magnitudine autem non eſt.

Si non vel minima pars eſt, in linea quidem Punctus, in tempore vero ipſum. Nunc: quid tandem aliud eſt Punctus in linea, & ipſum Nunc in tempore? Sin non vel minima pars eſt, ſed finis: quomodo ergo ſine re finita quidem impoſſibile eſt eſſe finem, ſine linea autem eſſe poteſt punctus? Et, ſi in quibus rebus non eſt minimum, in eiſdem etiam non eſt maximum: quomodo reliqua differentia partium, maximi & minimi differen-
C tia ſublata, conſiſtit?

XXXVII. EX EODEM LIBRO.

Ideirco manifeſtum eſt, ea quæ ſemper ſint, quatenus ſemper ſint, non eſſe in tempore, non enim ea circumplectitur tempus, neque eſſentiam eorum tempus metitur.

Quomodo igitur motum dixiſti eſſe æternum, & tempus numerum eius? à quibus namque ſeparari tempus non poteſt, ea fieri non poteſt quin ſint in tempore.

XXXVIII. EX EODEM LIBRO.

Quæcumque neque mouentur, neque quieſcunt, in tempore non ſunt, nam in tempore quidquam eſſe, menſionem temporis ſubire eſt: tempus autem motus & quietis menſio eſt.

Si id quod in tempore ſit, mouetur & quieſcit: mouetur autem, iuxta eum, qui hoc dixit, cœlum, & quieſ-
D cit terra: in tempore nimirum fuerit cœlum & terra, eorumque & motus & quies. Quod ſi genitum ſit tempus, neceſſario [quoque cœlum & terra genita fuerint.]

XXXIX. EX LIBRO QVINTO eiuſdem operis.

Tres eſſe vicißitudines ſiue mutationes neceſſe eſt: eam quæ ex ſubiecto in ſubiectum, & eam quæ ex ſubiecto in non ſubiectum, nec non eam quæ ex non ſubiecto in ſubiectum ſit, ea enim quæ ex non ſubiecto in non ſubiectum ſit, viciſſitudo ſeu mutatio non eſt, eo quod non ſit per oppoſitionem, neque enim repugnantiam, neque contradictionem habet. Ea quæ ex non ſubiecto in ſubiectum ſit mutatio, per contradictionem, generatio eſt: ea vero quæ ex ſubiecto in non ſubiectum, interitus.

Nuſquam videlicet materia fuerit, quam in ſuperioribus dixiſti ſubiectam eis quæ gignuntur & intereunt: his quidem, tanquam ex quo fiant; his autem, tanquam in quod abeant. E

XL. EX EODEM LIBRO.

Nam id quod non album, aut non bonum ſit, moueri tamen poteſt accidentiâ. Homo enim fuerit, id quod album non ſit: id autem quod ſimpliciter non hoc ipſum ſit, minimè. Impoßibile enim eſt vt id quod non ſit, moueatur.

Si ex eo quod non mouetur, fieri non poteſt vt eſſentia ſit, & id quod ſimpliciter ſit: id vero quod non ſit, minimè mouetur genitum: impoſſibile namque eſt vt id quod non ſit, moueatur: quomodo ex materia quæ hoc ipſum quidquã non ſit, eſſentia ſimpliciter extiterit?

XLI. EX LIBRO NONO eiuſdem commentationis.

Si impoßibile eſt vt ſit & conſideretur tempus abſque ipſo Nunc: & ipſum Nunc quoddam interiectum medium eſt, principium ſimul & finem habens, ac principium quidem futuri temporis, finem autem præteriti: vt tempus continenter ſit, neceſſe eſt. Extremitas enim eius quod vltimum eſt ſumptum temporis, ipſum Nunc eſt, ſiquidem nihil eſt quod in tempore ſumitur, præterquam ipſum Nunc. Quocirca cum & principium ſit, & finis, neceſſe eſt vt reſpectu vtriuſque ſit tempus. Si tempus, neceſſario quoque motus: ſiquidem tempus perpeßio quædam ſeu affectio eſt motionis. F

In his verbis adſtruit Ariſtoteles, cœlum eſſe æternum, nam ſi medium quiddam eſt, & principium & finis eſt, & vtrimque ſemper tempus habet, atque id ita poſitum, neceſſario conſequitur, tempus eſſe perpetuum. Quod ſi tempus ſit perpetuum & æternum, etiam motus neceſſario æternus fuerit, quem tempus dinumerat. Quod ſi motus æternus, vt quoque quod mouetur, corpus æternum ſit, neceſſe eſt. illud autem abſurde poſuit, ipſum Nunc ſimul æternum eſſe. id hoc modo confutabitur. Sicut gignetur quod futurum erit tempus, ita geni-
tum quoque fuit quod præteriit. Sed quod futurum eſt G
tempus, veluti futuram generationem habet, ſic & principium. Et quemadmodum nihil præteriti temporis in futuro, ita nihil quoque futuri in [præterito &] præſenti eſt. Sed enim ſi præſens nunc eſt & adeſt, futurum autem necdum eſt, vt quod neque ſit, neque adſit: non equidem idipſum Nunc quod præſens eſt, principium fuerit temporis futuri; verum quod futurum eſt Nunc, id principium fuerit futuri temporis: quod neque interiectum medium, reſpectum obtinens aliquem ad vtrumque tempus, ſed alterum tantum, neque principium & finis ſit. Idem ſanè quidem Nunc, ſed alterius atque alterius temporis, videlicet principium futuri, finis autem præteriti: at aliud Nunc principium, & aliud finis, eiuſdem vero temporis. Denique ſi fieri nequit vt ipſum Nunc ſit nunc, niſi prius fuerit futurum & quod non ſit: fieri etiam nequit vt ipſum Nunc coæternum ſit, nam ſi quidque quod prius non ſit, poſterius autem id ipſum
fiat genitum eſt: huiuſmodi vero & Nunc eſt; genitum H
videlicet ipſum Nunc fuerit. Quod ſi Nunc, neceſſario quoque tempus omne, cuius initium & finis eſt ipſum Nunc, tum autem ſi tempus, neceſſario & motus, cuius tempus eſt numerus, rurſum ſi motus, neceſſario etiam id quod mouetur corpus, genitum fuerit.

XLII. EX EODEM LIBRO.

Omnino vero arbitrari, principium & cauſam huiuſmodi ſatis eſſe, quod ſcilicet ſemper ita vel ſit vel fiat, non recta fuerit opinio, ad quod Democritus de natura cauſas refert, quod ſic prius quoque fuerit. Eius autem quod ſemper ita ſit vel fiat, non dignum ducit principium & cauſam inquirere, quod quidem ille de nonnullis rebus recte aieat, de omnibus non recte, ſiquidem triangulus duobus rectis ſemper æquales habet angulos. Veruntamen eiuſmodi perpetuitatis alia quædam æterna eſt cauſa. Principiorum autem non eſt cauſa, cum ſint æterna.

Quapropter ſi, ſicut nunc aliquid gignitur, ita etiam prius genitum eſſe, non recta eſt opinio, principium & cauſam eorum eſſe quæ ſemper natura gignuntur: neceſſario nimirum recta fuerit ſententia, principium eſſe eorum quæ natura gignuntur, non ita genita eſſe vti nunc gignuntur, ſed aliter. Idcirco æquum eſt, & eius quærere initium quod ſemper fit. Aliter gignitur animal ex animali, & aliter genitum eſt animal ex eo quod non ſit animal. Atque animal ex eo quod animal non ſit, neque natura genitum eſt, neque ſemper gignitur: animal autem ex animali ſemper, & quidem naturaliter gignitur, iam inde ex tempore quo ortum & principium cepit, vt ex animali eo gigneretur, quod non ex animali exſiſteret. Atque hoc de vniuerſis quæ ſemper natura gignuntur, non de quibuſdam tantummodo dicitur. Fieri enim haudquaquam poteſt, vt ea quæ ex principiis genitis proueniunt, eandem habeant naturam quam principia ipſa habuere. Æternitas quæ eſt in genitis, principij expers eſſe nequit. Triangulus etenim duabus rectis tres æqoales obtinet angulos, principium habens genitum, lineam rectam, cuius ratio refertur ad lineam accuratiſſimè protenſam, ipſa namque cauſa eſt vt triangulus duabus rectis pares tres habeat angulos: quæ ſi decollet, trigonus conſtare nequit. Porrò etiam, ſi trigonus deſit, linea tamen recta eſſe poteſt. Eorum principia quæ ſemper natura fiunt, æterna eſſe nequeunt. Si enim quam habent naturam, eam ad ea quæ ex ipſis gignuntur, tranſmittunt, eaque ipſa genita eſt: nempe & principiorum natura genita fuerit, quamuis gignendi modus ſit immutatus, qui alius eſt ab ea generatione quâ ea fiunt quæ ex principiis gignuntur.

XLIII. EX EODEM LIBRO.

Neceſſe eſt vnum quiddam eſſe, idque perpetuum, quod princeps motum cieat. Demonſtratum enim eſt, neceſſarium eſſe vt ſemper ſit motus, quod ſi ſemper, neceſſe eſt continuum eſſe, nam quod ſemper eſt, continuum eſt: Intermiſſum autem, non continuum. Enimuero ſi continuum, vnum ſcilicet: vnum autem, cum ab vno qui motum cieat, tum in vno quod moueatur: nam ſi quid aliud atque aliud moueat, motus totus non continuus, ſed interpellatus fuerit.

Si id quod princeps motum ciet, eum motum qui delatione fit ciet: motus vero qui delatione fit, cœli eſt: cœlum autem eſt naturale illud corpus: & corpus naturale in ſeipſo natura principium motus naturalis habet: abundantiæ nimirum ſuperuacaneæ eſt, quod cœlum principe impulſore ciente, motu eo qui delatione fit, mouetur; quo illud etiamſi à primo concitatore non impelleretur, à ſeipſo tamen moueretur: propterea quod quintum ſit elementum, neque grauitatem habens quæ id deorſum verſum impelleret, neque leuitatem quæ id ſurſum verſum ferret, ſed vim aliam nomine carentem, circum medium id voluentem. Si id quod princeps cauſa motus eſt, cœlum ea motione quæ delatione fertur, neque iuxta naturam, (ſuperflua namque eſt eiuſmodi motio) neque præter naturam (ſecunda enim eſt ea quæ præter naturam eſt, ab ea quæ iuxta naturam fit motione) incitat: haud ſanè quidquam cœlum mouerit. Si quilibet motus vt nunc fit, ita etiam prius factus eſt: nunc autem fit iuxta viciſſitudinem ſeu mutationem futuri: quod verò futurum fuerat, priuſquam fieret, non fuit: & quod primum non ſit, ſed poſterius extet, genitum eſt, quidquid id ſit: porrò autem quod genitum ſit, principij expers & perpetuum eſſe non poteſt: motus certè quidem perennis, & ſine principio non fuerit.

XLIV. EX EODEM LIBRO.

Manifeſtum eſt, primum eſſe motum qui delatione fit. Primum etenim, quemadmodum & in aliis ita & in motu pluriſariam dici poteſt. Dicitur autem Prius, quod ſi non ſit, alia non extabunt. Illud ipſum verò abſque aliis extabit: & tum id quod tempore, tum id quod ſubſtantia, prius eſt. [Quapropter quum opus ſit eſſe motum, neceſſe eſt eum continenter eſſe: continenter porro fuerit, ſi vel continuus vel intermiſſus; magis tamen ſi continuus: & melius fuerit continuum eſſe, quam interpellatum. Semper autem id quod præſtantius ſit, in natura eſſe, quoad eius fieri poſſit, opinamur. Atqui continuus eſſe poteſt; idque poſtea demonſtrabitur, nunc autem eum eſſe poſitum ſit, & quidem non alium eum eſſe poſſe, quam qui delatione fit.] Proinde delationem primam eſſe neceſſe eſt, nulla enim eſt neceſſitas neque augendi id quod defertur, neque alterandi, neque item gignendi, neque perimendi. Quorum nihil locum habet præterquam ſi motus ſit continuus, quem princeps motus impulſor ciet. Is motus tempore quoque ipſo primus eſt: nam quæ perpetua ſunt, hoc ipſo duntaxat moueri queunt. Cæterum in vnoquoque, quodcunque tandem id ſit eorum quæ gignuntur, motum eum qui delatione fit, extremum omnium eſſe oporteat. Poſteaquam enim genitum aliquid ſit, augetur & alteratur primum, atque adhæc motus qui delatione fit, & eorum eſt quæ perfecta ſunt inſuper accedit. Sed enim aliud quod eo motu qui delatione fit, moueatur, prius eſſe neceſſe eſt, quod etiam generationis eorum cauſa fuerit quæ gignuntur: ipſum tamen genitum non ſit, velut id quod gignit eius quod gignitur: cum generatio motuum omnium videatur eſſe primus, eo quod gigni primum rem quamque oporteat. Atqui hoc quidem in vnoquoque, quodcunque tandem id ſit, eorum quæ gignuntur, ſic ſe habet. Sed oportet aliud quidpiam prius moueri quam quæ gignuntur, quod ipſum ſit, & genitum non ſit, atque hoc ipſo prius aliud.

Si id quod incrementum capit, genitum eſt: incrementum autem capit, pro motus quantitate, delatio: non fuerit perpetua delatio: nam id quod defertur corpus, varia habet loca: in quibus menſura eorum tranſeunda, dum defertur, eius motus qui delatione fit, incrementa capit. Si delatio in ſeipſa habet, pro motus quantitate, augmentum: quomodo delatio prior eſſe eo motu dicitur qui creſcendo fit? Si impoſſibile eſt, id quod cœptum & finitum non ſit, acceſſione capere incrementum: minimè ſine ortu delatio fuerit, quæ ſemper pro motus quantitate maior quam antea fuerit, fiat. Si delatio in eo quod fit & deſit conſiſtit, non fuerit perpetua delatio: quam ſemper, priuſquam ſit, id præcedit quod non ſit. Quæuis namque motio mutatione ſeu ſucceſſione eius fit, quod necdum ſit, ſed futurum ſit. Si quæuis delatio eo quod præteriit, finita eſt, vnumquodque autem quod finitum eſt, neceſſario quoque principium habet: tum vero quod principium habet, id omne genitum etiam eſt: genita fuerit delatio. Et, ſi delatio eo quod fertur corpore, prior non eſt: genitum videlicet quoque quod fertur, fuerit. Si in rebus æternis hoc quidem mouet ſolum, hoc vero mouetur ſolum perpetuo, motu eo qui delatione fit: quo pacto ex impoſſibilibus non ſit, vt quod principio careat, motu eo qui principium habeat, moueatur? Si id abſque quo cæterarum rerum nihil conſtat, ſubſtantia iuxta & tempore cæterarum primum eſt: quomodo ingenitum non ſit? Poſitum enim eſt, principem motus auctorem, omnium eſſe primum & ingenitum: propterea verò cœlum, & quæ in cœlo apparent & mouentur, ingenita eſſe omnia, quod ſanè eſt perquam abſurdum; dicere ſcilicet ingenitum quippiam eſſe ante æternum quidquam in rebus æternis. Si primus motus impulſor continuum ciet motum: idque neque iuxta naturam, neque præter naturam: illum quidem, tanquam ſuperfluum, prout dictum eſt; hunc autem, veluti ſecundum ab eo qui natura fit motu: nihil ſanè cotinuum mouerit motum. Si rebus perpetuis mouendis, neque res motus rebus ipſis quæ mouentur, prior, neque res quæ mouentur motu ipſo ſunt priores: motus verò quiſque viciſſitudine & ſucceſſione eius conſtat quod necdum ſit, ſed futurum ſit: nimirum ea quæ mouentur omnia in viciſſitudine eius quod non ſit, ſed futurum ſit, eſſentia ſua conſtiterint. Si in quolibet eorum quæ fiunt, delatio motuum vltima eſt: neceſſitatis autem eſt, aliud eſſe quod delatione moueatur, prius, quod quidem ingenitum ipſum gignendi cauſa ſit, quinam hec

poteſt

A poteſt vt idem & eius quæ iuxta naturam, & eius quæ ſupra naturam eſt generationis ſit cauſa? nam qui princeps genuit, genitus non eſt. Atqui id quod prius motu incitatum eſt, ita incitatum eſt in generatione eius quod primum genitum eſt, ſicuti poſterius incitatum eſt in generatione eorum quæ ex illo genita ſunt. Proinde vtique, aut cauſa non eſt generationis cuiuſque id quod ita non geniti ſiue non gignentis modo motu incitatur, aut non ciet continuum motum primus motor: cum in eis quæ gignuntur, differentia generationis intelligentia perſpiciatur, quâ hæc quidem ſupra naturam genita ſunt; hæc autem ſecundum naturam. Si ingenitum eſt prius & poſterius, fuerit aliquando cum ingenitum non fuerit ingenitum, quod certè eſt abſurdum, videlicet ingenitum aliquando non eſſe.

XLV. EX EODEM LIBRO.

B *In continuo autem inſunt quidem infinita dimidia; verum non actu, ſed potentia.*

Si actu nihil eſt infinitum, nimirum ne tempus quidem, nedum motus infinitus fuerit. Cum autem motus & tempus, eo quod præteriit, finita ſint: vt initium habeant neceſſe eſt, initium verò cum habeant, neceſſario etiam genita ſunt. Sin motus & tempus genita ſint, neceſſario ſanè & id quod mouetur corpus in perenni motu conſiſtens, genitum eſt. Quod ſi quoque ſemper ipſius quod ſumptum eſt temporis dimidium liceat ſumere ex futuro, & adiicere præterito: ne hoc quidem modo fieri queat vt tempus, quatenus præteriit, infinitum ſit actu.

XLVI. EX PRIMO LIBRO
Ariſtotelis de Cœlo.

Corpus aliquod ſimplex eſſe neceſſe eſt, aptum quod ſit, vt
C *ſuapte natura circulari feratur motu.*

Quid igitur opus eſt vt princeps motus cauſa eiuſmodi moueat corpus, quod ſuapte natura impulſum orbico feratur motu?

XLVII. EX EODEM LIBRO.

Satis liquet aliam eſſe corporis ſubſtantiam, præter haſce hic conſtitutas, omnibus iſtis & diuiniorem & priorem.

Si corpus iſtud perpetuo & abſque initio circum terram, infernalem hanc ſubſtantiam, voluitur: quo pacto prius eſſe quam terra poteſt, ſine qua circularem non poſſet tenere curſum? Ac ſi perpetuitas, & principij vacuitas, & ad conſtitutionem eorum quæ hic gignuntur commoditas, ſicut huiuſmodi corpori, ita & terræ adeſt: quare illud terra prius fuerit ac præſtabilius?

XLVIII. EX EODEM LIBRO.

D *Corpus quod in orbem fertur, fieri nequit vt pondus aut leuitatem obtineat.*

Si id quod grauitatem & leuitatem non habet, tractabile non eſt: ea namque quæ grauitatem & leuitatem habent, tractabilia ſunt: quomodo id quod abſque illis eſſe non poteſt, habet, illa autem non habet? Quo pacto enim motu ſuo vim quandam excalfactoriam aëris efficit? quemadmodum corpora iſta pondus & leuitatem habentia, actus ſua ipſorum commotione efficiunt excalfactorios.

XLIX. EX EODEM LIBRO.

[Loca inter ſe contraria ſunt, Surſum & Deorſum, Ante & Pone, Ad lævam & Ad dexteram.] Delationes autem, pro eo atque loca contraria ſunt, contrariæ quoque ipſæ inter ſe ſunt. Si enim æquales eſſent, motus earum non eſſet: ſin alter eorum exſuperaret, alter non eſſet. Quod ſi vterque eſſet, fruſtra corpus alterum eſſet, quod ſuo non moueretur motu. Fruſtra enim eum eſſe dicimus calceum, quem pedi non aptamus. Deus autem & Natura nihil faciunt fruſtra.

Si in delatione corporum eſſent motus contrarij, aut pares, qui per antiperiſtaſim (ſiue aduerſam compreſſionem) ſe inuicem impediſſent: aut impares, & propter excellentiã alterius alter fieret immobilis, violentia ſuperioris qui inferiorem ſuperaret, naturalem curſum ſuum non conficientem: fruſtra huiuſcemodi motiones quæ ita in naturalibus ſuis curſibus impedirentur, eſſent factæ: ac Dei ſcilicet opera hæc non eſſent, neque naturæ. Si eorum ipſorum quæ fruſtra gignuntur, Deus conditor non eſt, neque natura: eorum nimirum quæ citra obſtaculum naturales motus ſuos perficiunt, Deus & natura opifex fuerit. Qui ergo abſurdiſſimum non eſt, dicere, ea ipſa eſſe ingenita perpetua, & principij expertia, quorum Deus eſt fabricator & natura? Et ſi calceos eos artificis eſſe opus dicimus qui ligulam habent, & pedi recte adaptantur: quid ita tandem & corporea ea quæ natura curſus ſuos tenent, Dei & naturæ inuentum eſſe non dicimus?

L. EX EODEM LIBRO.

Aliam eſſe abſque materia, aliam in materia formæ rationem, recte dicitur. Ac ſit hoc ſanè in vero; nihilo tamen minus propterea aut plures eſſe mundos, aut plures eſſe poſſe, neceſſe eſt: ſiquidem iſte, ſicut eſt, ex tota eſt materia.

Si ſine materia conſtare, & materia conſtare, rationis ad rationem eſt differentia: videlicet poſt rationem ſubſtantiæ abſque materia conſtantis, ratio ſubſtantiæ materia conſtantis fuerit. Quomodo ergo ingenitus mundus, ex poſteriore ratione conſtitutionem ſuam ubtinens? Si informis, ſubſtantiæque expers, & eo vt hoc ipſum aliquid ſit, priuata eſt materia, antequam formam capiat, & ſubſtantia atque hoc ipſum quidquam ſit; quomodo ingenitus mundus, qui iſtiuſmodi materia conſtat? Si, cui ratio vnius conſtitit mundi, eidem quoque plurium conſtitere rationes, atque is non quod ita ei placitum ſatiſque viſum eſſet, pro voluntate ſua mundum fecit, ſed materiæ copia vnum mundum condere potuit; inopia autem eius plures creare non potuit: quomodo non videtur plurium fabricandorum fruſtra tenuiſſe rationes, quos fingere non potuit, propter materiæ inopiam? Si ex ingenito gigni ingenitum nequit; quomodo, ſi materia ingenita eſt, ingenitus vero & mundus, hic ex illa genitus? Si Deus, ſicuti quæ ex materia creauit, non ita etiam materiam creauit: non vtique Deus quæ vult facit, ſed quæ poteſt. Sin in omnibus parem habet voluntati facultatem, conditor certè materiæ ſic Deus eſt, vt eorum quæ ex materia ſunt condita. Si materia quæ ſubiecta fuit Deo, ad eorum quæ ex ipſa facta ſunt creationem, cum ſine forma eſſet, ſine ſubſtantia, ſine qualitate, & ſine quantitate, Dei potentia in vniuerſa iſta mutata eſt, & eſſentia facta qualitatem & quantitatem ſuam habens: quomodo ea ipſa Dei potentia, quæ tot & tantas in ea facit mutationes, non in tantum illa aucta eſt, vt etiam mundi plures ex ea fierent; ſed in vnius opificio mundi conſumpta, effecit vt Deus inuitus, quo minus plures crearentur, ceſſaret?

LI. EX EODEM LIBRO.

Cœlum ex eis eſt quæ ſingularia ſunt, & quæ ex materia [& forma] ſunt. Verum & ſi non ex parte eius conſtituit, ſed ex ea tota: eſſentia quidem cœli ipſius alia, & huiuſce cœli alia eſt: attamen neque aliud cœlum fuerit, neque plures cœli fieri poſſint: eo quod hoc ipſum materiam vniuerſam ſit circumplexum.

Si cœlum eſt ex eis quæ ſingula ſunt, & ex eis quæ ex materia & forma componuntur, adeò vt cœlo quidem ſua ſit eſſentia, formæ autem materiæ experti, alia: qui genitum non eſt, principium eſſentiæ ſuæ habens, materiæ & formæ, vnde conſtat, compoſitionem? Si materia per ſeſe neque grauitatem habet, neque leuitatem: tunc

hæc

hæc enim eorum corporum quæ ex ipſa fiunt, perpeſſiones: & ſi ex huiuſmodi materia vniuerſa conditum eſt cœlum, neque pondus, neque leuitatem habens: vnde alia omnia condita ſunt, materia tota in cœli facturam couſumpta? Si, priuſquam materia ita conformaretur, cœli forma non habuit grauitatem & leuitatem, ſicuti nunc non habet, poſteaquam ea ipſa conformata eſt: quomodo ante conformationem non mota eſt, ſicuti nunc poſt conformationem mouetur? Si motio ſubſtantiæ eſt, & vacuitas grauitatis & leuitatis materiæ eſt, & non ſubſtantiæ: cœlum autem circulari voluitur motu, propterea quod neque grauitatem neque leuitatem habeat: nimirum propter materiam motionem huiuſmodi cœlum obtinet, & non propter formam. Quónam ergo modo ante formam acceptam materia motu orbico moueri non potuit, neque pondus habens neque leuitatem?

LII. EX SECVNDO LIBRO de Cœlo.

Quarum rerum aliquod eſt opus, earum qualibet operis gratia eſt. Dei autem operatio eſt immortalitas, vita ſcilicet æterna. Idcirco neceſſario Deo motum æternum eſſe oportet. Cum autem cœlum huiuſmodi ſit; (diuinum namque quoddam corpus eſt) non abs re orbiculatum obtinet corpus, quod in orbem ſemper natura mouetur.

Si eorum quæ ingenita ſunt & perpetua, vt ſint nulla eſt cauſa: quorum vero opus eſt, ea operis gratia ſunt: perpetua vtique non fuerint, quorum cauſa vt ſint, opera ſunt. Si inanimatorum eſt, præſentia ſua tantum efficere naturales operationes; rationalium autem, voluntate: quomodo cœlum Deus eſt, quod non voluntate immortalitatem operatur, ſed motione, & partium ſuarum tranſitione? Si ingenitum quod eſt, neque ad id vt ſit, neque ad id vt faciat, quopiam indiget, neque aliquorum quæ extra ſunt, opem & operam requirit: quomodo cœlum, cum & ad id vt mobile ſit, terra opus habeat, circum quam circum agitur; & ad id vt faciat, ſole & luna & reliquis aſtris, ingenitum eſt? Si ingeniti ratio non in eo eſt quod facit, quomodo, ſi cœlum eſt ingenitum, rationem habet immaterialem in eo quod facit, & rationem materialem in materia; qua ratione alia cœlo ipſi eſt, & huicce cœlo alia eſſentia? Si cœlum voluntate efficere nequit quod motione efficit: quomodo id Deus ſempiternos eſt, quando præter voluntatem vitam æternam efficit? Si in eis quæ æterna ſunt, cœlum vitam æternam non efficit; (obtinent enim eam ſuaptè naturâ) ea vero quæ gignuntur & intereunt, æternum non viuunt: vbi tandem eſt quam cœlum efficit, vita ſempiterna? Si non modo ad generationem eorum quæ gignuntur, verum ad eorum quoque quæ interci dunt exitium, commoda eſt cœli motio: quomodo cœlum Deus eſt, & opus operatioque eius vita perpetua, per quod intercidant quæ occidunt? Si fieri nequit vt ex materia aliquid fiat quod ſimul cum illa ſit ingenitum, quomodo cœlum ingenitum, quod ex materia eſt? Si id quod ex vtroque eſt, vtroque eſt poſterius: quo pacto cœlum, quod ex materia eſt & forma, coæternum eſt vtrique? Si forma non ex materia eſt, ſed ex eo quod facit, quomodo cœlum aliunde materiam habens, & aliunde formam, ingenitum eſt? Si cœlum corpus eſt materiâ conſtans & rotundam habet formam, & ingenitum eſt, quomodo vtrumque non ex materia habet, tum vt ſit quod eſt, tum vt habeat quod habet? Si materia id eſt quod eis quæ per ſe ex ipſa gignuntur, primum ſubiicitur, eiſque ineſt, quomodo cœlum, ingenitum cum ſit, quemadmodum quæ genita ſunt, ita materiam ſubiectam habet vt ei inſit?

LIII. EX EODEM LIBRO.

Quandoquidem cœlum diuinum quoddam corpus eſt, non abs re corpus rotundum obtinet, quod natura ſemper in orbem agitur, quapropter autem non totum cœli corpus eiuſmodi eſt? Quoniam in eo corpore quod in orbem fertur, aliquid conſiſtere oportet, id videlicet quod in medio eſt. E *Porro huius corporis fieri nequit vt pars vlla, ne in medio quidem, prorſus conſiſtat. Alioqui enim naturalis eius motus ad medium ferretur; (natura vero in orbem mouetur) neque motus eſſet perpetuus, nihil enim quod præter naturam eſt, perpetuum eſt. Et id quod præter naturam eſt, eo quod iuxta naturam eſt, poſterius eſt. [Et ecſtaſis ſiue motio alienatioque quædam in generatione eſt eius quod iuxta naturam fit, id quod præter naturam exſiſtit.] Terram igitur eſſe neceſſe eſt, nam hæc in medio conquieſcit. Quod ſi terram, ignem quoque eſſe oportet. Eorum quippe quæ diuerſa inter ſe ſunt, ſi alterum natura eſt, alterum etiam natura eſſe, (ſiquidem contrarium ſit) & aliquam eius naturam eſſe, neceſſe eſt. Eadem namque eſt contrariorum materia, & poſt affirmationem negatio eſt, [priuatione prior affirmatio.] Dico autem, ſicuti poſt calidum frigus. Sedenim ſi ignis eſt & terra, & ea quæ his intercedunt, corpora eſſe, neceſſitatis eſt.* F *Repugnantiam enim obtinet quoduis aduerſus quodlibet elementorum. Hæc cum ita ſint, neceſſarium eſt eſſe generationem; eo quod nihil eorum eſſe queat perpetuum: faciunt enim & patiuntur inter ſe inuicem Contraria, & aliud mutuo perimit aliud. Præterea vero rationi conſentaneum non eſt, eſſe aliquid quod moueatur, perpetuum, cuius non poſſit eſſe natura motus perpetuus. Horum autem motus eſt. Ac generationem equidem neceſſariam eſſe, ex hiſce ſatis patet. Sin generationem, neceſſe etiam erit aliam eſſe delationem, vel vnam, vel plures. Nam pro eo atque integrum ſe habet corpus, neceſſarium eſt ſe corporum quoque elementa inter ſe inuicem habere. In præſentia quidem tantum liquet, quam ob cauſam plura ſint orbiculata corpora; quoniam generationem eſſe neceſſe eſt: generationem autem, ſiquidem & ignem: hunc vero & alia, ſiquidem & terram: hanc porro, quia conſiſtere ſemper aliquid neceſſe eſt; ſiquidem moueri quoque ſemper aliquid oportet.*

Si cœli corpus propterea quod grauitatem & leuitatem non habeat, corpus eſt, quod circum medium ſemper voluitur: totum vtique corpus cœli circum medium volui neceſſe eſt. G Sin cœlum huiuſmodi quidem corpus habet, motum autem huiuſmodi non habet: nimirum præter naturam mouetur. Si cœli corpus circum medium mouetur, non totum vero iuxta delationem elementi, ex quo corpus eſſe dicitur, ſed in orbem, iuxta aduerſam obſiſtentiam partium: quomodo motus qui in orbem fit, elementi motum non ſuperat? Atqui corporibus quæ elementis conſtant, motus haudquaquam iuxta formam eſt, ſed iuxta elementa vnde conſtant: quomodo igitur è cœli corpore motionis, neceſſitas mota & immutata non eſt? Corpori quod neque grauitatem neque leuitatem habeat, neceſſe eſt immobilem magis eſſe ſtabilitatem, quam motum inſtabilem. Si namque neque pondere deorſum verſum fertur, neque leuitate ſurſum verſum: vt immobile maneat, neceſſe eſt. Si ſaxum in globi ſpeciem rotundaretur, & in aëre collocaretur vt in locum ſuum deorſum deferretur; non illud profectò deorſum in orbem, propter formam ipſam H ſeſe volutando deferretur, ſed rectà pro grauitate ſua preſſum iret: quomodo quintum elementum, vnde cœlum eſt, quod ita natura comparatum eſt, vt circum medium voluatur, eo quod grauitatem non obtineat neque leuitatem, non totum iuxta naturam ſuam cum partibus ſuis circum medium fertur, ſed in orbem, iuxta aduerſam partium obſiſtentiam, motu cietur, qui non naturæ elementariæ, ſed formæ globoſæ ſit? Si in rebus æternis nihil quidquam aut præter naturam, aut ſuperfluum, aut etiam fruſtra eſt: quomodo cœlum non præter naturam mouetur, & fruſtra non habet elementi naturam, qua non mouetur, & non ſuperuacaneè à primo motore qui ipſe non mouetur, ad motum cietur, quo motu ſine ipſo etiam moueri poteſt? Si non id quod conquieſcit, ſemper in medio conquieſceret: non id certè quod mouetur, ſemper circum medium moueretur. Qui falſum ergo non eſt, cœlum naturâ ſuâ ſemper moueri? Niſi eam terra naturam & poſituram haberet quam habet; conſimiliter autem cœlum, niſi eam naturam & poſituram

habeteret quam habet : non id quod mouetur, moueretur; neque id quod quieſcit, quieſceret. Quomodo igitur perpetua hæc ſunt, & ingenita? quæ vtraque quod aliquid ſint, & ita ſint, alterum ab altero habet, quod quidem proptium eorum eſt quæ gignuntur. Si in rebus æternis neque prouidentia, neque caſu fortuito quicquam eſt: quæ enim prouidentia ſunt, ſecundâ ab ipſa prouidentia ſunt? & quod caſu fit, aut præter naturam, aut accidentia, fit in his rebus quæ ſtudio inſtitutoque fiunt: At id quod præter naturam eſt, eo quod iuxta naturam eſt, poſterius eſt: nam degeneratione eius quod iuxta naturam eſt, id fit quod præter naturam eſt? atque id quod in eis quæ inſtituto fiunt, accidit, inſtituto poſterius eſt: Quomodo in rerum æternarum ratione eſſe poteſt, vt quidquam propterea aliquid ſit, quia aliud ſit, quod hoc ipſum quid ſit? veputa, quoniam cœlum ſit terram quoque eſſe oportere, ſin terram, cœlum itidem. Prouidentiæ nimitum opus hoc eſt, quæ vniuerſitatem hanc ex multifariam, ſubſtantia iuxtà & vſu, partibus condidit. Itaque aut æterna non ſint cœlum & terra, & quæ in eis ſunt cuncta, ad id vt ſint, & ficiant, & patiantur, ſibi inter ſe inuicem multum conferentia momenti: aut ſi æterna ſunt, nihil neceſſe eſt id hoc ipſum eſſe, quia illud hoc ipſum ſit. Ariſtoteles neceſſitudine æterna vna poſita, plures alias æternas, ex ea quæ poſita eſt, ſuſpendit neceſſitudines. Neceſſe ait eſſe motum perennem. Si vero motum, neceſſe quoque tempus eſſe perenne? quod tempus ipſius motus numerus ſit. Sin motus ſit perennis, neceſſe eſſe hunc continuum. Si motus continuus, neceſſario ſequi, eſſe corpus ſimplex, aliter quam iſta hic corpora, quod neque graue ſit, neque leue: Grauia enim & leuia corpora, quandoquidem directo motu ferantur, continue moueri non poſſe. Sin continue moueatur, neceſſe eſſe id globoſam habere figuram: huic namque figuræ ſoli continuum licere habere motum. Quod ſi in orbem moueatur, terram in medio eſſe ſemper quietam neceſſe eſſe, vt circum eam motus orbicus fiat. Si terram, ea quoque eſſe oportere quæ inter terram & ignem media ſunt corpora: ſin & hæc, generationem etiam eſſe, neceſſe eſſe. Cum verò iſta perpetua eſſe non poſſint, neque adeò ipſa generatio: neceſſario & alia eſſe orbiculata corpora. Enimuero ſi, cum hoc ipſum ſit, vt hoc etiam idipſum ſit, neceſſe eſſe, in ingenita & æterna non cadit: non vtique ea quæ ſunt dicta, æterna & ingenita ſunt. Sin hæc æterna & ingenita, non tamen illud propter hoc, neque hoc propter illud erit. Quandoquidem ſi terra ſit, ignem quoque, & quæ media ſunt inter hæc corpora, eſſe neceſſe eſt: quomodo, ſi terra ingenita ſit & æterna, ignis æternus non eſt, qui leuis eſt, & ſurſum verſum fertur? Si enim (vt inquit) eorum quæ contraria ſunt, alterum natura ſit, neceſſario alterum, etiam natura eſt: quomodo igitur abſurdum non eſt, terram eſſe æternam & ingenitam, ignem autem non eſſe æternum: aut ignem non eſſe æternum, terram vero eſſe æternam, res quæ alteræ propter alteras ſunt? Si generationis gratiâ, alia circularia corpora eſſe neceſſe, eſt: quomodo generatio non eſt æternorum cauſa? Æterna namque ſunt circularia corpora, & generatio ex motu eorum dependet. Sin id abſurdum, nempe circularia corpora ingenita non ſunt. Quæ enim propterea ſunt quod alia ſint, genita ea ſunt, non perpetua. Si in res perpetuas cadit vt in eis ſit quod in rebus genitis ſit neceſſe videlicet eſſe, hoc ipſum eſſe, quandoquidem hoc ipſum ſit: nullum fuerit inter genita & ingenita diſcrimen. Quod enim, inquit, in rebus æternis poſſibile eſt, nihil ab eo quod ſit differt.

LIV. EX EODEM LIBRO.

Dupliciter poteſt fieri in orbem motus. & motus huiuſmodi contrarij non ſunt. Cæterum ſi in rebus æternis nihil temere aut fortuito caſu fieri poteſt, cœlum autem æternum eſt, & ea quæ in orbem fit delatio: quamnam ob rem in partem alteram fertur, & non in alteram? nam & hoc aut principium & cauſam eſſe neceſſe eſt, aut principium & cauſam eius eſſe. Natura certe ſemper id quod optimum eſt, eorum quæ fieri poſſunt, facit. Porro delationem, ſicut & ea quæ directè mouetur, præſtabilior eſt quæ ad locum ſuperiorem tendit: ſuperior enim inferiore diuinus magis eſt locus. Eundem modum etiam ea obtinet quæ a fronte fit, præ ea quæ à tergo; & item quæ dextrorſum, præ ea quæ ſiniſtrorſum. Et ea quæ in medium producta eſt quæſtio, teſtatur cœlum priorem habere, & poſteriorem partem. nam hæc ipſa cauſa quæſtionem ſoluit. Si enim habet quam fieri poteſt optima, hæc ipſa ſane etiam eius fuerit quod dictum eſt cauſa. Optimum namque eſt, ſimplici & irrequieto, eoque qui in præſtabiliorem fertur partem moueri motu. E

Si cœlum natura fecit vt in eam quæ à fronte, non in eam quæ à tergo eſt partem motu feratur; quæ natura, quoad eius fieri poſſit, quam optima facit: quomodo cœlum æternum eſt, & eius delatio, cum à natura ſit factum, atque id vt præſtantiſſimo voluatur motu, ab ea habeat; Si, quam habet differentiam ſuperior locus ad inferiorem, eandem etiam obtinet qui à fronte fit motus, F ad eum qui à tergo cietur, pro eius ratione quod eſt præſtabiliſſimum & optimum & maxime diuinum: quomodo motus iſti contrarij non ſunt, qui inter ſe tantopere differunt? Si ſimplicium corporum motus ſimplex, non poſſibilis accidentiæ ſed neceſſitatis eſt, quomodo cœlum dupliciter moueri poteſt, ſimplex habens corpus; & quomodo poſſibili accidentiâ mouetur; Si cœlum vndequaque ſibi ipſi ſimile eſt, & ſimiles habet partibus partes; & quemadmodum cum mouetur, circularem & orbicum ſeruat curſum, ſic vtique etiam à meridie in ſeptentrionem, & à ſeptentrione in meridiem moueri poteſt, pro eo atque ab oriente in occidentem, & ab occidente in orientem volui poteſt: quomodo igitur natura cœli corpori non incaſſum tot motionum vires indidit, ſi quadrifariam quidem mouendi habet vires, vno autem dumtaxat mouetur motu?

LV. EX EODEM LIBRO.

De aſtris vero quæ dicuntur, conſequens fuerit vt dicamus, vnde conſtent, & qui ſint motus eorum. Porro rationi maxime conueniens, & his quæ dicta ſunt conſequens fuerit, ſtellam quamlibet ex eo corpore facere in quo delationem habet, quoniam eſſe quidquam diximus, quod ita ſit natura comparatum, vt in orbem circumferatur. Sicut enim qui igneas ſtellas eſſe dicunt, eo id dicunt, quod ſupernum corpus ignem eſſe autumt, ita vt abſque ratione non ſit, vnamquamque ex eis conſtare, in quo vna quæque eſt: itidem & nos dicimus. Calor vero & lumen ab eis reſultant, aëre ipſarum delatione attrito. Natura enim motus ignem elicit, incenditque etiam lapides, & ligna, & ferrum. Rationabilius vero id quod igni ſit propinquius: propinquior autem aër: veluti etiam in eis ſit quæ iaciuntur feruntúrque telis. hæc vſque adeò igneſcunt, vt plumbeæ diffluant. Quod ſi ea ita igneſcunt, vt circumfuſus illis aër idem perpetiatur neceſſe eſt. Hæc ipſa quidem incaleſcunt, propterea quod in aëre feruntur, qui propter plagam ipſo motu fit ignis. Illa autem ſurſum proſe quæque in ſuo globo feruntur, ita quidem vt ipſa non igneſcant: aër autem qui ſub globo rotundi corporis eſt, illo voluente neceſſario incaleſcat, atque eo maxime globo cui ſol eſt deuinctus. Quocirca cum ille propinquat & oritur & ſupra nos eſt, calor generatur. Atque quod illa neque igneæ ſint, neque in igne ferantur, hæc a nobis de eis ſint dicta. G H

Si, ex qua materia cœlum eſt, ex eadem ſunt ſtellæ, quomodo illud falſum non eſt, ex vniuerſa materia cœlum factum; item illud, mare etiam id omnem circumplexum eſſe? Si id quod mouetur, & motu vt aliud excalfaciat, idoneum factum eſt, niſi in primis ipſum ſuopte motu incaleſcat, excalfactorium alterius fieri nequit: quomodo globus, & quæ in eo ſunt ſtellæ, motu ſuo aërem excalfaciunt, ipſæmet non incaleſcunt? Si id quod ſuapte motione operationes excalfactorias perficit, neceſſario aut grauitatem aut leuitatem habet: quomodo cœlum & ſtellæ eius, cum nec grauitatem nec leuitatem habeant, excalfactorias perficiunt operationes? Si, quæ

eandem

eandem obtinent mobilem ſubſtantiam, ea neceſſario eodem per ſe & non accidentiâ cientur motu: quomodo ſol accidentiâ non mouetur, ſi globo deuinctus eſt? De aliis aſtris eadem eſt ratio, ſi non per ſeipſa naturali ſuo voluuntur motu, ſed per ſphæras quibus ſunt deuincta. Si ex qua cœlum, ex eadem eſt materia ſol, quæ neque pondus neque leuitatem habeat, & globoſam obtinet formam, quemadmodum & cœlum: quid ita tandem non eodem vtrique mouentur modo? aut per aduerſam obſiſtentiam partium, ſicuti ſol mouetur? Si nihil eſt in rebus æternis præter naturam, quomodo præter naturam non eſt, quam quiſque iuxta naturam obtinet motionem, ea non per ſeipſum ſed per alium moueri? Voluuntur enim ſol & ſtellæ non per ſe, ſed per orbes in quibus ſunt deuinctæ. Si, ſicuti res genitæ iuxta rationem ſunt id quod genitæ ſunt, ita quoque ingenitæ iuxta rationem id ſunt quod ſunt: poſteriores certe ratione res fuerint ingenitæ. Sin hoc impoſſibile eſt, (vt ita ſint ingenita, ſicuti genita, ratione poſteriora) non vtique iuxta rationem fuerint res ingenitæ. Quod ſi iuxta rationem non ſint, quomodo quæque earum vtiliter ſunt quod ſunt, & habent quod habent, & faciunt quod faciunt? nam quæ vſus & commodi alicuius ſunt, rationis & prouidentiæ ſunt opera. Si res genitas conſequitur vt ex ratione & materia ſint, non vtique ex ratione & materiâ fuerint res ingenitæ. Quomodo ergo cœlum, & quæ in eo ſunt cuncta, ingenita ſunt, & ſimul ex ratione & materia ſunt? Si pro eo atque dixit Ariſtoteles, in ratione rerum æternarum, neque fruſtra quidquam, neque præter naturam eſt: quomodo iuxta id quod de motu ſolis idem retulit, ſoli vtrumque contingit, & quod fruſtra eſt, & quod præter naturam? nam ſi ſol globo eum mouenti non deuinctus, eodem iuxta naturam moueretur motu quo nunc mouetur quomodo non fruſtra globo eſt deuinctus? Sin non eodem, ſed alio præter iſtum iuxta naturam moueretur, ſeu quantitate, ſeu qualitate: quomodo nunc præter naturam non mouetur?

LVI. EX EODEM LIBRO.

Orbes quidem mouentur, ſtellæ autem quietæ ſunt, orbibuſque deuinctæ feruntur.

Si iuxta naturam in orbibus ſtellæ quieſcunt, fruſtra orbibus ſunt deuinctæ. Sin præter naturam quieſcunt, nempe per violentiam quieſcunt. Atqui in rebus perpetuis nihil quidquam eſt vel fruſtra, vel præter naturam. Itaque Ariſtoteles rationem motus ſidereum non inuenit. perpetua namque ea eſſe aſſerit? & vbi de illorum motu tractauit, vtrumque apparet, fruſtra videlicet, & præter naturam. Si ſtellæ æternæ: æternum vero & cœlum in quo ſtellæ ſunt deligatæ, & quælibet earum Deus dicitur: quomodo dij à diis non trahuntur? quæ enim in eo quod mouetur, ſunt deligatæ, tractim mouentur. Si alia eſt compoſitio ſubſtantiæ; (ex materiâ nimirum & formâ) & alia compoſitio quæ ex partibus ſubſtantiam habentibus conſtat: quomodo æterna dicuntur, vtramque obtinentia compoſitionem? Cœlum namque, ſolem & ſtellas in ſe deuinctas partes habens, compoſitum ex eis eſt: haſce enim in ſeipſo habens, cœlum eſt.

LVII. EX EODEM LIBRO.

Adhæc naturam illis nullum inſtrumentum ad motum attribuiſſe, præter rationem eſt. Etenim nihil temere natura facit; neque illa animantium quidem curam gerit, res vero tam præſtantes deſpicit: ſed videtur veluti de induſtria omnia ea ademiſſe, quibus progredi per ſe potuiſſent, atque ab eis quibus inſtrumenta ſunt ad motum, quam longiſſime remouiſſe.

Si æternorum atque ingenitorum nullus eſt conditor, neque cura alicuius ea ſunt quæ ſunt, aut habent quæ naturâ habent: quomodo, ſi ingenitum eſt cœlum, & quæ in eo apparent ſtellæ vnâ ingenitæ ſunt, naturam habent & conditricem, & curatricem earum quæ ad conſtitutionem conſeruationemque ipſorum faciunt rerum? Si conueniens ei fuit qui de motu rerum æternarum ageret, dicere, Naturam nihil temere facere: quomodo perſpicuum non eſt, naturæ opera eſſe cœlum, & quæ in cœlo conſpiciuntur ſidera, quæ illis motionis inſtrumenta ademerit?

LVIII. EX EODEM LIBRO.

Cum igitur cœlum quidem ſuopte moueri motu, aſtra vero alia per ſeſe non progredi oporteat: rationis fuerit, vtraque eſſe rotunda. Hoc quippe maxime modo alterum mouebitur, alterum conquieſcet.

Si illud quieſcere dicitur, quod eo motu poteſt moueri à quo conquieſcit, quomodo ſtellæ quieſcunt, motum ſuum non habentes, quo moueri eas oportuiſſet; Sin vim quidem mouendi habent, eo autem impediuntur, quod globo ſint deuinctæ: quomodo non præter naturam id habent quod ſemper mouentur? Si rebus continenter mouendis, forma globoſa tanquam apta & habilis eſt attributa: quomodo eorum quæ globoſam obtinent formam, partim ſemper mouetur, vt cœlum; partim ſemper conquieſcit? [vt ſtellæ ſcilicet.]

LIX. EX EODEM LIBRO.

Quocirca cum hoc non ſemper contingere appareat, neque animata neque violenta delatione ſtellarum aliqua fertur: Prouidentia natura, id quod futurum eſſet, veluti prauidente, niſi hoc ſeſe haberet modo motus, quod nihil circa locum hunc, quod ſe conſimiliter haberet, foret.

Proinde quomodo æterna ea ſunt & ingenita, quæ quod eiuſmodi ſint, & eiuſmodi motu cieantur, naturæ prouidentiâ acceperint; Quæ namque prouidentia ſunt, ſecunda à prouidentia ſunt: Æterna autem, à re nulla ſecunda ſunt. Si quod futurum fuerat, priuſquam fieret, non fuit: qui fieri poteſt vt de cœlo & ſtellis, & motu earum vtrumque in vero ſit, futura ſcilicet eſſe, & ſempiterna ingenitaque ea eſſe? futurum enim, nec dum eſt; & ſempiternum atque ingenitum, ſemper eſt. Si ea gratia, vt ea quæ circum locum hunc ſunt, quemadmodum ſeſe habuere, conſimiliter habeant, natura talem eſſe, qualem diximus, cœli motum prouidentiâ ſuâ voluit: quónam modo hæc perpetua ſunt & ingenita, quæ propter genita ſunt ſicuti ſunt, & mouentur ſicuti mouentur?

LX. EX EODEM LIBRO.

Demonſtratum eſt, non ita naturâ comparatas eſſe ſtellas vt per ſeipſas moueantur. Natura autem nihil præter rationem neque fruſtra facit. Nimirum & formam eam rebus immobilibus attribuit quæ minime ſit ad mouendum apta, minime vero ad mouendum accommodatus globus, eo quod inſtrumentum nullum ad motum habent. Idcirco videlicet globoſa eſt moles ſtellarum.

Si natura eis quæ continue mouentur, formam rotundam ad motus facilitatem appoſitam dedit: quomodo ſtellæ non incaſſum eiuſcemodi receperunt formam, quæ orbibus deuinctæ ſunt, & naturalem curſum ſuum perficere non poſſunt? Si ſtellæ non ita comparatæ ſunt vt per ſeipſas moueantur, non vtique naturâ perpetuum obtinent motum: quomodo ergo ex eodem ſunt elemento vnde & cœlum, quod neque grauitatem habeat neque leuitatem; Si cœlum quidem, eo quod ex eiuſmodi conſtet elemento, & quod rotundam habeat ſpeciem, ita naturâ comparatum eſt vt continenter circum medium per ſeipſum moueatur: ſtellæ autem, eiuſmodi cum ſint elementi, eandemque habeant formam, non ita comparatæ naturâ ſunt vt per ſeipſas moueantur: fruſtra igitur, vt videtur, eis naturâ ſubſtantiam ſimul & formam tribuit, ad continuum motum appoſitam, ſi ſtabilitatem habent immobilem. Quod ſtellæ & ſubſtantiam & formam habent ad motum continentem accommodatam, ſtabilitatemque immobilem: quomodo id non eſt facturæ irrationabilis & fruſtraneæ indicium,

A quæ, vt præter naturam ſtellæ quieſcerent, fecit? Si eorum quæ ingenita ſunt & æterna, ſubſtantiæ ſupra facturam omnem ſunt, quæ vel ratione vel præter rationem fiunt: quomodo, ſi cœlum & ſidera ingenita ſunt, per prouidentiam naturæ, quæ nihil præter rationem neque fruſtra facit, ſunt id quod ſunt, & habent id quod habent? Si ſtellas non moueri oportuit, quid ita omnino aliorum mouentur opera? Sin moueri oportuit, quid ita non per ſeipſas mouentur, ſed per alia? cum natura potuerit facere vt per ſeipſas eo mouerentur motu quo nunc per alia mouentur, quæ in ſubſtantia earum ad mouendum aptiſſima, eas vt per ſe immobiles ſint, fecit. Si in rebus perennibus nihil præter naturam eſt; præter naturam autem eſt, ſubſtantiam quidem obtinere & formam continue mobilem, ſtabilitatem vero immobilem: nempe perennia non ſunt in quibus eſt præter rationem aliquid: aut illud falſum eſt, in rebus æternis nihil eſſe præter naturam. Si nihil quidquam rerum ingenitarum id quod habet vel non habet, per prouidentiam B alicuius habet vel non habet: quomodo, ſi ingenitum cœlum eſt & ſtellæ, prouidentia naturæ inſtrumentum quidem motus non habent, formam autem globoſam habent, pro inſtrumento, quæ ad motum continuum ſit aptior, quam quæ ad procedendum appoſita ſunt inſtrumenta.

LXI. EX EODEM LIBRO.

Prima quidem delatio, cum vna ſit, per multa mouet diuina corpora: quæ vero plures ſunt, vnum dumtaxat quæuis. Errabundorum enim vnumquodque pluribus defertur delationibus. Itaque hoc modo natura rem ad æqualitatem redigit, & ordinem quendam facit, tum vni delationi multa corpora, tum vni corpori multas attribuens delationes. In pluribus enim orbibus vnus deuinctus defertur orbis. Quilibet autem orbis corpus eſt.

C Si ingenitarum & æternarum ſubſtantiarum nullus eſt opifex, quomodo æterna hæc ſunt, & ingenita, quorum ordinem natura conſtituit, vni quidem delationi plura corpora, vni autem corpori plures aſſignans delationes, multitudinem vnius corporis motionum, corporum multitudine ad æqualitatem reducendo? Si, quæ ingenita ſunt, etiam infecta ſunt: quomodo in rebus ingenitis eſſe poteſt qui factus eſt ordo naturalis? Globus globo deuinctus, eandem obtineos ſubſtantiam quam globus habet cui deuinctus eſt; quomodo non duplicem ſecum affert abſurditatem, quarum neutra in res æternas cadit? videlicet quod fruſtra obtineat ſubſtantiam mobilem qua non mouetur, & quod præter naturam accidentiâ moueatur.

LXII. EX EODEM LIBRO TERTIO. de Cœlo.

Eorum quæ naturâ eſſe dicuntur, quædam ſunt ſub- D *ſtantiæ, quædam opera & operationes earum. Subſtantias dico corpora ſimplicia, vtputa ignem & terram, & quæ cum his ſunt eiuſdem ſeriei elementa, & quæcumque ex iis conſtant, totumque adeò cœlum & partes eius, item animantes & plantas, & harum partes: Perpeſſiones autem & Opera cuiuſque iſtorum, Motiones.*

Qui aſſeruit cœlum eſſe è ſimplici quopiam elemento, quod aliud ſit quam iſta elementa, & non aliud fieri poſſe cœlum, eo quod id vniuerſam circumplexum ſit materiam: quomodo nunc aſſerit, ex eiſdem cœlum eſſe elemẽtis, ex quibus animantes ſunt & plantæ? Porro, ſi cœlum aliud dicit factum eſſe ex elementis aliis, quomodo non falſo ait, non aliud eſſe cœlum poſſe, præter vnum? Sin idem aſſeuerat, cœlum aliquandu è diuinio re quam iſta noſtra ſunt elemento; aliquando ex eiſdem eſſe elementis: quomodo non in hanc vel illam partem falſus fuerit?

LXIII. EX EODEM LIBRO. E

De primo elemento dictum eſt, & quale id ſit natura, & quod incorruptibile ſit & ingenitum.

Si Elementum id eſt vnde gignitur quod gignitur, Ita vt illi inſit: qui fieri poteſt vt idem ipſum elementum ſit & ingenitum? Si primum eſt elementum, & poſterius id quod elemento fit: quomodo ingenitum eſt elementum vnde cœlum eſt, & ſimul cum eo ingenitum cœlum? Si propterea ingenitum eſt elementum, quod non ſit ex elemento: quomodo fuerit ingenitum cœlum, quod ex elemento eſt?

LXIV. EX EODEM LIBRO.

Æterna eſſe elementa, impoſſibile eſt. Videmus namque & ignem, & aquam, & corporum ſimplicium quodque diſſolui. Quocirca generationi & corruptioni ſubiecta eſſe corporum elementa, neceſſe eſt. F

Si terra quoque corporeum eſt elementum, quomodo terram quidem coæternam & coïngenitam cœlo eſſe dixiſti, alia vero elementa genita & corruptibilia?

LXV. EX EODEM LIBRO.

Elementa alia ex aliis generantur.

Quomodo alia ex aliis fiunt elementa, cum primum genita non ſint generatione iſtâ qua aliud ex alio gignitur? vt enim hanc illa præcedat, neceſſe eſt. Exiſtentibus namque eis, aliud mutetur in aliud, & alia ex aliis fiant.

EIVSDEM IVSTINI Chriſtianarum ad Græcos Quæſtionum Græcarumque Reſponſionum & earum Reſponſionum Confutationis, Liber. G

QVÆSTIO PRIMA.

SI ſummo hominum bono ſummum opponitur malum: ſummum autem hominibus bonum eſt, Deum verum noſſe: ſummum certè malum fuerit, illum ignorare. Porro cum hoc malum nonnullis inſit hominibus, vtrum magis architecto mundi Deo conuenit, præſentis mutare ſtatum vitæ, atque hominem ſummo liberare malo, pro eo atque Chriſtianorum eſt ratio; an mundum in eodem relinquere ſtato, atque homines ſinere in maximi eſſe poteſtate mali?

RESPONSIO GRÆCA.

Principio ad quæſtionem primam dicendum, nullum eſſe ſummum malum. Nam ſi ſummum bonum Deus eſt, H videlicet ſi quis ponat ſummum malum, principium aliud reperietur Deo contrarium, quod quidem Manichæi aſſerentes, perperam loquuntur. Abſurdum enim ſit, Deum non vniuerſa complecti, eiuſque bonitatem non omnibus illuceſcere, quocirca nullum eſt maximum malum: quippe ignorantia perſæpe in ratione boni mortalibus datur. Proinde in multis videmus multoties accidere, vt magis cognita deſpiciantur quàm ignota; præſertim cum ignoratio ſingularis & veri Dei, non aliunde quàm ex propria obliuione animo obueniat. Obuenit namque hic quoque animis notio Dei, videmuſque & in hac vita homines Deum cognoſcentes: ac, ſi quis dicere verum vélit, nulla fuerit omnino Dei ignoratio. Omnes enim Deum eſſe communi fatentur intelligentiâ. Porro homines hoc etiam in mundo Deum cognoſcere poſſe, orthodoxorum recteque ſentientium liquido declarat fides & perſuaſio, quæ Deum ipſum deſcendiſſe, & à mortalibus cognitum eſſe aſſeuerat. Itaque ſi in

eandem obtinent mobilem ſubſtantiam, ea neceſſario eodem per ſe & non accidentiâ cientur motu: quomodo ſol accidentiâ non mouetur, ſi globo deuinctus eſt? De aliis aſtris eadem eſt ratio, ſi non per ſeipſa naturali ſuo voluuntur motu, ſed per ſphæras quibus ſunt deuincta. Si ex qua cœlum, ex eadem eſt materia ſol, quæ neque pondus neque leuitatem habeat, & globoſam obtinet formam, quemadmodum & cœlum: quid ita tandem non eodem vtique mouentur modo? aut per aduerſam obſiſtentiam partium, ſicuti ſol mouetur? Si nihil eſt in rebus æternis præter naturam, quomodo præter naturam non eſt, quam quiſque iuxta naturam obtinet motionem, ea non per ſeipſum ſed per alium moueri? Voluuntur enim ſol & ſtellæ non per ſe, ſed per orbes in quibus ſunt deuinctæ. Si, ſicuti res genitæ iuxta rationem ſunt id quod genitæ ſunt, ita quoque ingenitæ iuxta rationem id ſunt quod ſunt: poſteriores certe ratione res fuerint ingenitæ. Sin hoc impoſſibile eſt, (vt ita ſint ingenita, ſicuti genita, ratione poſteriora) non vtique iuxta rationem fuerint res ingenitæ. Quod ſi iuxta rationem non ſint, quomodo quæque earum vtiliter ſunt quod ſunt, & habent quod habent, & faciunt quod faciunt? nam quæ vſus & commodi alicuius ſunt, rationis & prouidentiæ ſunt opera. Si res genitas conſequitur vt ex ratione & materia ſint, non vtique ex ratione & materiâ fuerint res ingenitæ. Quomodo ergo cœlum, & quæ in eo ſunt cuncta, ingenita ſunt, & ſimul ex ratione & materia ſunt? Si pro eo atque dixit Ariſtoteles, in ratione rerum æternarum, neque fruſtra quidquam, neque præter naturam eſt: quomodo iuxta id quod de motu ſolis idem retulit, ſoli vtrumque contingit, & quod fruſtra eſt, & quod præter naturam? nam ſi ſol globo eum mouenti non deuinctus, eodem iuxta naturam moueretur motu quo nunc mouetur quomodo non fruſtra globo eſt deuinctus? Sin non eodem, ſed alio præter iſtum iuxta naturam moueretur, ſeu quantitate, ſeu qualitate: quomodo nunc præter naturam non mouetur?

LVI. EX EODEM LIBRO.

Orbes quidem mouentur, ſtellæ autem quietæ ſunt, orbibuſque deuinctæ feruntur.

Si iuxta naturam in orbibus ſtellæ quieſcunt, fruſtra orbibus ſunt deuinctæ. Sin præter naturam quieſcunt, nempe per violentiam quieſcunt. Atqui in rebus perpetuis nihil quidquam eſt vel fruſtra, vel præter naturam. Itaque Ariſtoteles rationem motus ſiderum non inuenit. perpetua namque ea eſſe aſſerit? & vbi de illorum motu tractauit, vtrumque apparet, fruſtra videlicet, & præter naturam. Si ſtellæ æternæ: æternum vero & cœlum in quo ſtellæ ſunt deligatæ, & quælibet earum Deus dicitur: quomodo dij à diis non trahuntur? quæ enim in eo quod mouetur, ſunt deligatæ, tractim mouentur. Si alia eſt compoſitio ſubſtantiæ; (ex materiâ nimirum & formâ) & alia compoſitio quæ ex partibus ſubſtantiam habentibus conſtat: quomodo æterna dicuntur, vtramque obtinentia compoſitionem? Cœlum namque, ſolem & ſtellas in ſe deuinctas partes habens, compoſitum ex eis eſt: haſce enim in ſeipſo habens, cœlum eſt.

LVII. EX EODEM LIBRO.

Adhæc naturam illis nullum inſtrumentum ad motum attribuiſſe, præter rationem eſt. Atenim nihil temere natura facit; neque illa animantium quidem curam gerit, res vero tam præſtantes deſpicit: ſed videtur veluti de induſtria omnia ea ademiſſe, quibus progredi per ſe potuiſſent, atque ab eis quibus inſtrumenta ſunt ad motum, quam longiſſime remouiſſe.

Si æternorum atque ingenitorum nullus eſt conditor, neque cura alicuius ea ſunt quæ ſunt, aut habent quæ naturâ habent: quomodo, ſi ingenitum eſt cœlum, & quæ in eo apparent ſtellæ vnâ ingenitæ ſunt, naturam habent & conditricem, & curatricem earum quæ ad conſtitutionem conſeruationemque ipſorum faciunt rerum? Si conueniens ei fuit qui de motu rerum æternarum ageret, dicere, Naturam nihil temere facere: quomodo perſpicuum non eſt, naturæ opera eſſe cœlum, & quæ in cœlo conſpiciuntur ſidera, quæ illis motionis inſtrumenta ademerit?

LVIII. EX EODEM LIBRO.

Cum igitur cœlum quidem ſuopte moueri motu, aſtra vero alia per ſeſe non progredi oporteat: rationis fuerit, vtraque eſſe rotunda. Hoc quippe maxime modo alterum mouebitur, alterum conquieſcet.

Si illud quieſcere dicitur, quod eo motu poteſt moueri à quo conquieſcit, quomodo ſtellæ quieſcunt, motum ſuum non habentes, quo moueri eas oportuiſſet? Sin vim quidem mouendi habent, eo autem impediuntur, quod globo ſint deuinctæ: quomodo non præter naturam id habent quod ſemper mouentur? Si rebus continenter mouendis, forma globoſa tanquam apta & habilis eſt attributa: quomodo eorum quæ globoſam obtinent formam, partim ſemper mouetur, vt cœlum; partim ſemper conquieſcit? [vt ſtellæ ſcilicet.]

LIX. EX EODEM LIBRO.

Quocirca cum hoc non ſemper contingere appareat, neque animata neque violentâ delatione ſtellarum aliqua feratur: Prouidentia naturæ, id quod futurum eſſet, veluti præuidente, niſi hoc ſeſe haberet modo motus, quod nihil circa locum hunc, quod ſe conſimiliter haberet, foret.

Proinde quomodo æterna ea ſunt & ingenita, quæ quod eiuſmodi ſint, & eiuſmodi motu cieantur, naturæ prouidentiâ acceperint; Quæ namque prouidentia ſunt, ſecunda à prouidentia ſunt: Æterna autem, à re nulla ſecunda ſunt. Si quod futurum fuerat, priuſquam fieret, non fuit: qui fieri poteſt vt de cœlo & ſtellis, & motu earum vtrumque in vero ſit, futura ſcilicet eſſe, & ſempiterna ingenitaque ea eſſe? futurum enim, nec dum eſt; & ſempiternum atque ingenitum, ſemper eſt. Si ea gratia, vt ea quæ circum locum hunc ſunt, quemadmodum ſeſe habuere, conſimiliter habeant, natura talem eſſe, qualem diximus, cœli motum prouidentiâ ſuâ voluit: quonam modo hæc perpetua ſunt & ingenita, quæ propter genita ſunt ſicuti ſunt, & mouentur ſicuti mouentur?

LX. EX EODEM LIBRO.

Demonſtratum eſt, non ita naturâ comparatas eſſe ſtellas vt per ſeipſas moueantur. Natura autem nihil præter rationem neque fruſtra facit. Nimirum & formam eam rebus immobilibus attribuit quæ minime ſit ad mouendum apta, minime vero ad mouendum accommodatus globus, eo quod inſtrumentum nullum ad motum habeat. Idcirco videlicet globoſa eſt moles ſtellarum.

Si natura eis quæ continue mouentur, formam rotundam ad motus facilitatem appoſitam dedit: quomodo ſtellæ non incaſſum eiuſcemodi receperunt formam, quæ orbibus deuinctæ ſunt, & naturalem curſum ſuum perficere non poſſunt? Si ſtellæ non ita comparatæ ſunt vt per ſeipſas moueantur, non vtique naturâ perpetuum obtinent motum: quomodo ergo ex eodem ſunt elemento vnde & cœlum, quod neque grauitatem habeat neque leuitatem; Si cœlum quidem, eo quod ex eiuſmodi conſtet elemento, & quod rotundam habeat ſpeciem, ita naturâ comparatum eſt vt continenter circum medium per ſeipſum moueatur: ſtellæ autem, eiuſmodi cum ſint elementi, eandemque habeant formam, non ita comparatæ naturâ ſunt vt per ſeipſas moueantur: fruſtra igitur, vt videtur, eis naturâ ſubſtantiam ſimul & formam tribuit, ad continuum motum appoſitam, ſi ſtabilitatem habent immobilem. Quod ſtellæ & ſubſtantiam & formam habent ad motum continentem accommodatam, ſtabilitatemque immobilem: quomodo id non eſt facturæ irrationabilis & fruſtraneæ indicium,

quæ,

[A] quæ, vt præter naturam ſtellæ quieſcerent, fecit? Si eorum quæ ingenita ſunt & æterna, ſubſtantiæ ſupra facturam omnem ſunt, quæ vel ratione vel præter rationem fiunt: quomodo, ſi cœlum & ſidera ingenita ſunt, per prouidentiam naturæ, quæ nihil præter rationem neque fruſtra facit, ſunt id quod ſunt, & habent id quod habent? Si ſtellas non moueri oportuit, quid ita omnino aliorum mouentur opera? Sin moueri oportuit, quid ita non per ſeipſas mouentur, ſed per alia? cum natura potuerit facere vt per ſeipſas eo mouerentur motu quo nunc per alia mouentur, quæ in ſubſtantia earum ad mouendum aptiſſima, eas vt per ſe immobiles ſint, fecit. Si io rebus perennibus nihil præter naturam eſt; præter naturam autem eſt, ſubſtantiam quidem obtinere & formam continue mobilem, ſtabilitatem vero immobilem: nempe perennia non ſunt in quibus eſt præter rationem aliquid: aut illud falſum eſt, in rebus æternis nihil eſſe præter naturam. Si nihil quidquam rerum ingenitarum id quod habet vel non habet, per prouiden-[B]tiam alicuius habet vel non habet: quomodo, ſi ingenitum cœlum eſt & ſtellæ, prouidentia naturæ inſtrumentum quidem motus non habent, formam autem globoſam habent, pro inſtrumento, quæ ad motum continuum ſit aptior, quam quæ ad procedendum appoſita ſunt inſtrumenta.

LXI. EX EODEM LIBRO.

Prima quidem delatio, cum vna ſit, per multa mouet diuina corpora: quæ vero plures ſunt, vnum dumtaxat quæuis. Errabundorum enim vnumquodque pluribus defertur delationibus. Itaque hoc modo natura rem ad æqualitatem redigit, & ordinem quendam facit, tum vni delationi multa corpora, tum vni corpori multas attribuens delationes. In pluribus enim orbibus vnus deuinctus defertur orbis. Quilibet autem orbis corpus eſt.

[C] Si ingenitarum & æternarum ſubſtantiarum nullus eſt opifex, quomodo æterna hæc ſunt, & ingenita, quorum ordinem natura conſtituit, vni quidem delationi plura corpora, vni autem corpori plures aſſignans delationes, multitudinem vnius corporis motionum, corporum multitudine ad æqualitatem reducendo? Si, quæ ingenita ſunt, etiam infecta ſunt: quomodo in rebus ingenitis eſſe poteſt qui factus eſt ordo naturalis? Globus globo deuinctus, eandem obtinens ſubſtantiam quam globus habet cui deuinctus eſt; quomodo non duplicem ſecum affert abſurditatem, quarum neutra in res æternas cadit? videlicet quod fruſtra obtineat ſubſtantiam mobilem qua non mouetur, & quod præter naturam accidentiâ moueatur.

LXII. EX EODEM LIBRO TERTIO. de Cœlo.

Eorum quæ naturâ eſſe dicuntur, quædam ſunt ſub-[D]*ſtantiæ, quædam opera & operationes earum. Subſtantias dico corpora ſimplicia, vt puta ignem & terram, & quæ cum his ſunt eiuſdem ſeries elementa, & quæcumque ex iis conſtant, totumque adeò cœlum & partes eius, item animantes & plantas, & harum partes: Perpeſſiones autem & Opera cuiuſque iſtorum, Motiones.*

Qui aſſeruit cœlum eſſe è ſimplici quopiam elemento, quod aliud ſit quam iſta elementa, & non aliud fieri poſſe cœlum, eo quod id vniuerſam circumplexum ſit materiam: quomodo nunc aſſerit, ex eiſdem cœlum eſſe elemẽtis, ex quibus animantes ſunt & plantæ? Porro, ſi cœlum aliud dicit factum eſſe ex elementis aliis, quomodo non falſo ait, non aliud eſſe cœlum poſſe, præter vnum? Sin idem aſſeuerat, cœlum aliquando è diuinio re quam iſta noſtra ſunt elemento; aliquando ex eiſdem eſſe elementis: quomodo non io hanc vel illam partem falſus fuerit?

LXIII. EX EODEM LIBRO.

[E] *De primo elemento dictum eſt, & quale id ſit natura, & quod incorruptibile ſit & ingenitum.*

Si Elementum id eſt vnde gignitur quod gignitur, ita vt illi inſit: qui fieri poteſt vt idem ipſum elementum ſit & ingenitum? Si primum eſt elementum, & poſterius id quod elemento fit: quomodo ingenitum eſt elementum vnde cœlum eſt, & ſimul cum eo ingenitum cœlum? Si propterea ingenitum eſt elementum, quod non ſit ex elemento: quomodo fuerit ingenitum cœlum, quod ex elemento eſt?

LXIV. EX EODEM LIBRO.

Æterna eſſe elementa, impoſſibile eſt. Videmus namque & ignem, & aquam, & corporum ſimplicium quodque diſſolui. Quocirca generationi & corruptioni ſubiecta eſſe [F] *corporum elementa, neceſſe eſt.*

Si terra quoque corporeum eſt elementum, quomodo terram quidem coæternam & coïngenitam cœlo eſſe dixiſti, alia vero elementa genita & corruptibilia?

LXV. EX EODEM LIBRO.

Elementa alia ex aliis generantur.

Quomodo alia ex aliis fiunt elementa, cum primum genita non ſint generatione iſtâ qua aliud ex alio gignitur? vt enim hanc illa præcedat, neceſſe eſt. Exiſtentibus namque eis, aliud mutetur in aliud, & alia ex aliis fiant.

EIVSDEM IVSTINI Chriſtianarum ad Græcos Quæſtionum Græcarumque Reſponſionum & earum Reſponſionum Confutationis, Liber. [G]

QVÆSTIO PRIMA.

SI ſummo hominum bono ſummum opponitur malum: ſummum autem hominibus bonum eſt, Deum verum noſſe: ſummum certè malum fuerit, illum ignorare. Porro cum hoc malum nonnullis inſit hominibus, vtrum magis architecto mundi Deo conuenit, præſentis mutare ſtatum vitæ, atque hominem ſummo liberare malo, pro eo atque Chriſtianorum eſt ratio; an mundum in eodem relinquere ſtatu, atque homines ſinere io maximi eſſe poteſtate mali?

RESPONSIO GRÆCA.

Principio ad quæſtionem primam dicendum, nullum eſſe ſummum malum. Nam ſi ſummum bonum Deus eſt, [H] videlicet ſi quis ponat ſummum malum, principium aliud reperietur Deo contrarium, quod quidem Manichæi aſſerentes, perperam loquuntur Abſurdum enim ſit, Deum non vniuerſa complecti, eiuſque bonitatem non omnibus illuceſcere, quocirca nullum eſt maximum malum: quippe ignorantia perſæpe in ratione boni mortalibus datur. Proinde in multis videmus multoties accidere, vt magis cognita deſpiciamur quàm ignota; præſertim cum ignoratio ſingularis & veri Dei, non aliunde quàm ex propria obliuione animo obueniat. Obuenit namque hæc quoque animis notio Dei, videmuſque & in hac vita homines Deum cognoſcentes: ac, ſi quis dicere verum velit, nulla fuerit omnino Dei ignoratio. Omnes enim Deum eſſe communi fatentur intelligentiâ. Porro homines hoc etiam in mundo Deum cognoſcere poſſe, orthodoxorum recteque ſentientium liquido declarat fides & perſuaſio, quæ Deum ipſum deſcendiſſe, & à mortalibus cognitum eſſe aſſeuerat. Itaque ſi in

hac vita mortales Deum noſſe queunt, nihil eis quidquam ſummi hic verſantibus accidit mali. Etenim ignorantibus, vt dictum eſt, infidelis naturæ vitio Dei ignoratio obuenit. Quod ſi quis etiam concedat, quod quidem eſt abſurdum, res hic humanas in ratione eſſe mali maximi, præſtabiliuſque eſſe non extare res haſce quàm extare: ſiquidem dicat, male eas opificem feciſſe per infirmitatem, mente captus ſit, Dei potentiam non complecti vniuerſa dicens. Sin, cum res haſce bonas facere potuerit, aliis vt malas facerent, permiſiſſe alleget: fuerit & hæc Dei culpatio. Nam qui inhibere poteſt, atque id deſpicit, ipſemet reuera facit. Sin ipſe Deus eſt qui res haſce fecit, certum fuerit, cum Deus idem maneat, eas quoque eaſdem & poſthac & ſemper fore. Quæ enim dudum potuit, nunc quoque poteſt. Quod ſi nunc prolixius quidquam poteſt quam antea, temporaria erit eiuſcemodi ipſius potentia: quod ſine quam abſurdum eſt, nam quod temporarium, idem corruptibile eſt. Sin, cum olim prohibere potuerit ſummum malum, non prohibuerit, inuidus fuerit: quod certè vel imaginari ſaltem, impium eſt. Idcirco ipſum eundem in eiſdem permanentem, eadem facere neceſſe eſt.

RESPONSIONIS NON RECTE inſtitutæ Confutatio.

Ad confutationem aſſertionis non conſiſtentis, ipſa ſatis eſſet, ſi probè conſideraretur aſſertio, nam cum in initio quidem eius dicatur, *non eſſe ſummum malum* in fine autem eiuſdem affirmetur, *impium eſſe, vel ſola imaginatione ea quæ Deo indigna ſunt ſentire*: quomodo non opus eſt, introductam conſtitutamque eſſe ſummum malum, quod ab auctore reſponſi ſine iudicio eſt reiectum? At ſi ad huiuſmodi, quæ ſola concipitur imaginatione, impietatem inſuper illud addatur, vt ea quoque verbis proferatur: maior committitur impietas. Eaque deinceps etiam ſi ſcriptura accumuletur, omnem malitiæ ſupremæ excedit gradum. Atque hæc ſi ita habent, & in eis quæ præter dignitatem Dei dicuntur & ſcribuntur, aut ſaltem mentis cogitatione concipiuntur, impietas ineſt, gloriæ Dei abrogatrix: eſt profecto ſummum mortalibus ex ignoratione Dei malum. Sedenim cum pietati tuæ placitum ſit, vt & à nobis ſcripto inſtabilitas argumentationis iſtiuſmodi redarguatur: breuiter & ſuccincte, quæ ſubiuncta ſunt, ſcribenda duxi, nam pluribus id refellere quod manifeſtè falſum eſt, ſcribenti iuxta & legenti tædium moleſtum affert. Duas ſpecies maximi mali reſpondens in reſponſo ſuo poſuit, & ſpecies tres ignorationis Dei: ac illas quidem de Manichæorum ſententia, has vero ſuapte opinione. Et duarum maximi mali ſpecierum alteram dixit eſſe ſubſtantiâ, alteram operatione eius quæ ſubſtantia ſit. Triplicis autem, qua Deus ignoratur, ſpeciei, vnam obliuione, ſecundam naturâ infideli: tertiam donatione commodâ eſſe ait. Breuiter vero & Manichæorum, & ſuam ipſius aboleuit ſententiam. Manichæorum quidem tollens placitum quandoque, cum ait: *Nullum eſt ſummum malum. Si quis autem ponat ſummum eſſe malum, alterum reperietur Principium Deo aduerſum: quod quidem Manichæi aſſerentes, perperam loquuntur*, quandoque vero cum inquit: *Ignoratio Dei non aliunde quam ex propria obliuione animo obuenit*: illic ſummum ſubſtantiâ malum: hic, quod operatione fit, abrogans, abrogans vero ille etiam trifariam Dei ignorationem, quam ipſe ſtatuit: *Non eſt omnino*, inquit, *Dei ignoratio: omnes enim Deum eſſe communi fatentur ſententiâ.* Ac ſi quidem prorſus non eſt ignoratio Dei, illud falſum eſſe certum fuerit, ignorationem Dei obtingere mortalibus vel obliuione, vel naturâ infideli, vel donatione commoda. Si vero communem omnium ſententiam dicit, etiam cuiuſque prauè ſentientium hæreſis abrogatam[ab orthodoxis]opinioné, ne hoc quidem modo notio Dei in omnibus erit. Nos autem neque id quod ſecundum Manichæos eſt, maximum malum, neque eam quæ ſecundum ipſum reſpondentem eſt, Ignorationem Dei, in quæſtione poſuimus: ſed ſummum malum in mente eſſe dicimus, de Deo opinionem falſam. Ignorationem vero Dei, quæ opinionem huiuſmodi falſam profert; quæ quidem tertia eſt ſpecies ſummi mali hominibus ex voluntariâ rebellione & infidelitate obueniens. Quam cum inſtituiſſet reſpondens abolere, aboleuit quidem duas Manichæorum ſummi mali ſpecies, noſtram autem non aboleuit. Quapropter duorum alterum de reſpondente dicere neceſſe habemus: aut ignoraſſe eum tertiam noſtram ſummi mali ſpeciem, aut ei iuſtam vt contradiceret cauſam non ſuppeditauiſſe, qua ſpeciem eam aboleret. Enimuero ſummum ſententia noſtra malum hominibus accidere ex ignoratione Dei, ita demonſtratur. Summum malum quod ſubſtantia non ſit, id per ignorationem Dei, placitis ipſi ſuis homines eſſe ſtatuerunt. teſtatur hoc & ipſe reſponſi auctor cum inſinit. *Maximum malum nullum eſt, ac ſi quis ponat malum maximum, inuenietur alterum principium Deo aduerſum: quod quidem Manichæi aſſerentes, perperam loquuntur. Abſurdum enim eſt, Deum non vniuerſa complecti, neque cunctis bonitatem eius illuceſcere. Summum ergo malum nullum eſt.* In his quidem ſublatum eſt ſummum ſubſtantia malum: relictum autem id quod ſtatuto poſitum eſt & nos in quæſtione poſuimus. Cæterum quia reſpondens ad ſummum iudicio noſtro, malum abolendum intentus dixit; *Summum malum nullum eſt*: propterea certum eſt, eum vel non intellexiſſe, prout eſt dictum, ſummum opinione noſtra malum, vel iuſta contradicendi cauſa deſtitutum fuiſſe, id vero ſi ita habet, apertum eſt, ſummum eſſe in hominibus, quod decreto ab eis poſitum eſt, malum. Si namque (inquit) ſummum bonum Deus eſt; vero equidem atque pia vox eſt quæ Deum ſummum bonum eſſe dicit, ſed quia nonnulli homines ex ignoratione Dei, ſingularem & verum Deum iuſtis debitiſque ei appellationibus & honoribus fraudant, eoſque illis qui dij non ſunt, accommodant: an non reſpondenti duplicata eſſe videtur impietas; qua maior non eſt; verum ſcilicet Deum ignorare; eum autem qui Deus non eſt, illius ornare titulis & honoribus. Quo autem modo fieri poteſt, iuxta illius ſententiam qua negat eſſe in hominibus ſummum malum; cum in eis ſumma ſit impietas? Quin, ſi non aliud, at ſummam duntaxat impietatem, ſummum eſſe dicat malum? *Si quis*, ait, *ponat ſummum malum, inuenietur principium alterum Deo aduerſum: quod Manichæi aſſerentes perperam loquuntur. Abſurdum enim eſt, Deum non vniuerſa complecti, neque eius bonitatem cunctis illuceſcere. Summum ergo malum nullum.* Si nullum eſt in hominibus malum ſummum. quomodo Manichæos in crimen vocas, male eos dicere quæ dicunt? Si enim male dicunt Manichæi quæ dicunt, nempe malum eſt quod ab ipſis dicitur. Quiuis namque qui male dicit, malum male dicit. Porro Manichæorum malum huiuſmodi eſt, vt eo maius non ſit. Atqui hoc ſi verum eſt, reuera certe ingens eſt in hominibus malum: quamuis non ſubſtantiâ, tamen conſtitutione & decreto. *Nam ignoratio*, inquit, *in ratione boni perſæpe datur hominibus. Proinde in multis videmus multoties accidere vt magis cognita deſpiciantur quam ignota; præſertim cum ignoratio ſingularis & veri Dei non aliunde quam ex propria obliuione animo obueniat. Obuenit namque hic quoque animis notio Dei, ſicut ſane videmus & in hac vita homines Deum cognoſcentes. Ac ſi quis verum dicere velit, nulla fuerit omnino Dei ignoratio. Omnes enim Deum noſſe, communi fatentur ſententiâ. Porro homines hoc etiam in mundo Deum cognoſcere poſſe, orthodoxorum, recteque ſentientium, liquido declarat fides: quæ Deum ipſum deſcendiſſe, & à mortalibus cognitum eſſe prædicat.* Hominibus dixit multoties datam eſſe in ratione boni ignorationem. Quod ſi eam dicit ignorationem de qua nobis ſermo eſt: manifeſtæ abſurditatis eſt, aſſerere ignorationem Dei ignorantibus ipſis in ratione boni eſſe conceſſam. Hac ſiquidem ratione religiones omnes Dei ignaræ, bono ſuo Deum ignorauerint:

A at religio Deum agnoſcens, non bono ſuo illum norit. Sin aliam nobis propoſuit ignorantiam, intempeſtiua fuerit propoſitio, quæ pro ea quæ in quæſtionem eſt deducta, aliam qua de quæſitum non eſt, affert ignorantiam. Dixit, ex propria obliuione animo prouenire ignorationem Dei. Dixit, nos homines hic etiam conſpicere qui Deum noſcant. Dixit, neutiquam eſſe ignorationem Dei: vniuerſos namque, Deum eſſe communi fateri ſententia. Dixit, hic quoque homines cognoſcere Deum poſſe. Cuius rei probandæ cauſa, orthodoxorum protulit fidem & perſuaſionem, Deum ipſum deſcendiſſe, & ab hominibus cognitum eſſe profitentium. Atqui ſi in vero eſt, animo ex propria obliuione ignorationem Dei prouenire: videlicet illud falſum fuerit, non eſſe prorſus ignorationem Dei. Omnes enim Deum eſſe communi fateri ſententiâ. Quid vero opus fuit, obuenire hic animis noſtris notitiam Dei, omnibus Deum cognoſcentibus, & communi ſententia fatentibus? Illud autem, *Videmus & hic homines Deum cognoſcentes:* de B quibus hominibus dicit? Si quidem de illis qui Deum cognouerunt poſtquam deſcendit & cognoſcendum ſe eis præbuit, iuxta orthodoxorum fidem, vera fuerit aſſertio, videmus enim eos. Quomodo vero Dei aduentu & præſentiâ, demonſtrationis loco, vt probaret homines hic quoque Deum cognoſcere poſſe, vſus, ipſemet fidem illius dictis de mundi reſtitutione non habet? Infidelis certè & incredibilis demonſtratio fidem ei rei non adſtruit, cuius demonſtrandæ gratiâ, illa eſt producta. Sin non eos dicit homines qui ex doctrina cœlitus ad nos delapſi Dei, Deum cognouerunt: falſum fuerit dictum hoc; *Videmus homines qui hic Deum cognouerunt.* Ego enim hos non video. Et ſi omnino non eſt ignoratio Dei, quod eum omnes communi fateantur ſententiâ cuiuſmodi in hac vita obuenit mortalibus notio Dei, niſi ea quæ ſpeciatim contigit notio, qua vniuerſæ in terris religiones, ab ea quæ veram profitetur rationem, religione, falsâ planè opinione; à ſe autem inuicem, falſæ opinionis diuerſitate differunt? Quod ſi ita eſt, non equiC dem ſecundum reſpondentis rationem, hic animis cognitio Dei contingit, ſed magis ignoratio: ſiquidem non vniuerſali Dei cognitione, quæ ipſis inſit, inter ſe differunt religiones; ſed ea potius quæ hic eis pro ſe cuique ſpeciatim obuenit. *Itaque ſi in hac vita mortales Deum noſſe queunt, nihil eis quidquam ſummi mali hic verſantibus obuenit. Etenim ignorantibus, vt dictum eſt, infidelis natura vitio proprio Dei ignoratio euenit.* Duobus dictis, quæ ſe inuicem tollunt, complicatis reſpondens in reſponſione ſua illud poſuit, *Si homines in hac vita Deum cognoſcere poſſunt, nullum eis contingit ſummum malum.* Et illud; *Ignorantibus infidelis natura vitio proprio ignoratio Dei obuenit.* Et ſummum malum quod priore eiecit, id poſteriore induxit dicto. Siquidem ſummum malum eſt, duplicata impietate in ſingularem & verum Deum impium eſſe: ipſum ſcilicet ea quam eſſentia obtinet, defraudando maieſtate: eos autem qui dij non ſunt, illius gloriâ falſo honorando, quod profectu ad malitiam ſummam nihil facit reliqui. Illud autem, eo quod homines hoc in mundo Deum noſſe D poſſint, nihil ipſis contingere ſummi mali, non modo non tollit verumetiam intendit ſummum malum, propterea quod in eo quoque quod præſtare queant homines, voluntaria ſua infidelitate, ad id præſtandum reddantur inualidi: & cum poſſint ſimplici veri cultus Dei pietate, quæ homines ſaluat, pij eſſe, duplicatam ei præferant impietatem: quam ſummum malum non dicere, longè abſurdiſſimum eſt. Quod ſi quis etiam concedat, quod quidem eſt abſurdum, res hic humanas in ratione eſſe mali ſummi, præſtabiliuſque eſſe, non extare, res haſce quàm extare: ſi quidem dicat, malè eas Opificem condidiſſe per infirmitatem, mente captus ſit, vel potentiam non complecti omnia dicens: ſin, cum res haſce bonas facere potuerit, aliis, vt malas facerent, permiſiſſe alleget; fuerit & hæc Dei culpatio: nam qui inhibere poteſt, atque id deſpicit, ipſemet reuera facit. Si, iuxta ea quæ ſuperius ſunt dicta, ignorantibus Deum contingit vt Deum infidelis naturæ vitio proprio non norint; quod certè ex profeſſo ſummi eſt mali, quomodo id nunc per abſurdam concedit conceſſionem reſpondens? ac ſi non hoc ipſum quidem, at certè aliud ſummum malum per abſurdam concedit conceſſionem. Sed non noſtro iudicio illud eſt ſummum malum, verum de Manichæorum ſententiâ. Noſtra certè ſententia in terris omnia bona ſunt, vt quæ ſummum bonorum habeant opificem & auctorem, & ſummi ſubſtantia mali in eis nihil eſt: ac ne operatione quidem eius quod ſubſtantia ſit, verum voluntario hominum conſilio & inſtituto, mendacium veritati præferentium, iuxta duplicatam quæ dicta eſt impietatem. Quam corrigens mundi fabricator & Deus, diem conſtituit, in qua cunctorum in mundo per infidelitatem & rebellionem aduerſus eum patratorum malorum inſtituit abrogationem, ſecundum orthodoxorum, qui hic Deum cognouerunt, fidem atque profeſſionem, & ipſius reſpondentis teſtifiF cationem. Itaque is cum ad ſummum, ſententia noſtra, malum reſponderet, ad id quod ſecundum Manichæos eſt, ſummum malum intendere animum non debuit: nam hoc ignorantiæ & confutationis inopiæ eſt indicium, prout eſt dictum. Permittit quidem Deus, quæ ſponte noſtrâ deligimus, vt faciamus mala; non per poteſtatis ſuæ imbecillitatem, ſed vt tum arbitrij noſtri libertas, tum lenitas eius & longanimitas oſtendatur: ſine quibus neque nos homines: neque ipſe bonus eſſe poſſet, in præſenti rerum ſtatu. *Sin ipſe Deus eſt qui res haſce condidit, certum fuerit, cum Deus idem maneat, eas quoque eaſdem & poſthac & ſemper fore, quæ enim dudum potuit, nunc quoque poteſt. Quod ſi nunc prolixius quidquam poteſt quam antea, temporaria erit eiuſcemodi potentia eius: quod ſanè abſurdum eſt: nam quod temporarium, idem corruptibile eſt.* De quibus rebus dicitur, *Qui fecit*, de eiſdem etiam dicitur *Fecit*, & *Faciet*: & tanquam eorum quæ pari inter ſe ſunt poteſtate & æquipollentia, libera eſt ipſorum tranſſumptio. NatuG rali autem neceſſitate verbum *Qui fecit*, præcedit verbum *Faciet*: quæ verba duarum temporis extremitatum ſunt notæ. Porro qui duas temporis habet extremitates, id eſt præteritum & futurum; eum neceſſe etiam eſt id quod inter temporis extrema medium eſt habere, hoc eſt præſens. Et cum verbum *Qui fecit*, ſingularem obtineat temporis ſignificationem, neceſſario quoque Deus, qui res haſce fecit, iuxta reſpondentis dictum, in tempore eas fecerit. Verum qui has fecit, corruptibiles & incorruptibiles fecit rerum namque iſtarum hæ partes ſunt. Quapropter patet, ſecundum rationem quidem, reſponſi auctorem de Deo poſuiſſe, *Qui fecit*; præter rationem autem verbis *Temporaria* & *Temporarium*, corruptibilia ab incorruptibilibus diſtinxiſſe: cum ea verbo *Qui fecit*, inter ſe diſtincta non ſint: ſiquidem & corruptibilia & incorruptibilia fecit. Si ergo qui dicit de Deo, *Faciet*, reſtitutionem ſcilicet, aſſumptione temporariæ potentiæ ſic loquitur: ſanè quidem & qui de eo dicit, *Qui fecit*, aſſumptione temporariæ potenH tiæ dicit: ſiquidem verbum *Qui fecit*, vbique præcedit verbum *Faciet*. Sin, qui fecit, non aſſumptione fecit temporariæ potentiæ; non vtique etiam faciet temporariæ potentiæ aſſumptione. *Sin, cum olim prohibere potuerit ſummum malum, non prohibuerit, inuidus fuerit: quod certè vel imaginari ſaltem impium eſt. Idcirco ipſum eundem in eiſdem permanentem, eadem facere neceſſe eſt.* Homines per ignorationem Dei, ſi verum non norint Deum, multifariam impios eſſe, in his quæ ſupra dicta ſunt, oſtendimus, aut enim Deum abolent, maieſtate eum ſuâ priuantes, & eos qui dij non ſunt, nominibus & rebus ipſius falſo honorantes: aut mundi opificium & prouidentiam diſſidio ſubiectum eſſe ponunt, opificibus inter ſe pugnantibus: aut nomine ingeniti, quod ſoli congruit architecto mundi Deo, patres mundi nominant, atque abſque opificio Opificis nomen Deo obiiciunt, vt interim alias in hominibus maximorum malorum omittam ſpecies; quæ parem ſeu potius maiorem in ſe habent impietatem,

quam ea eſt quæ Deum inuidum imaginatur, impietas. Verumenimvero cum hæc ita ſint, & huiuſmodi inter homines ſumma mala, eam autem quæ à Chriſtianis deprædicatur, inſtaurationem, qua omnium in hominibus animæ iuxta & corporis fit abolitio maiorum, reſpondens non credat: quomodo non eſt de ſententia eius, Deus inuidus? qui, cum poſſit inhibere inter homines, non inhibet ſumma mala; ſed in eodem rerum ſtatu manere eos ſinit, qui & in ipſum, & inter ſe inuicem, impietatem patrant. Quánam autem gratiâ reſponſi auctor mundi non credit reſtitutionem? vtrúmne propter conditoris impotentiam, an propter operis indignitatem? Quod ſi ob conditoris impotentiam, non fuerit etiam Deus conditor, quarum enim rerum reſtitutionis non obtinet Deus poteſtatem, earum quoque conſtitotionis non obtinet virtutem. Conſequuntur namque hæc inter ſeſe mutuo, ſeu ponantur, ſiue tollantur. Sin propter rei indignitatem, præſtantius ergo opus indignum Deo fuerit; quod adfirmare abſurdum eſt; nempe conueniens eſſe Deo, homines efficere corruptibiles, inconueniens vero eſſe, efficere incorruptibiles.

QVÆSTIO CHRISTIANA ad Græcos ſecunda.

Si fieri non poteſt vt Deus ſit qui nihil fecerit: quomodo Deus eſt, ſi mundus ingenitus eſt, ſicuti quibuſdam videtur?

RESPONSIO GRÆCA ad Chriſtianos.

Fieri non poſſe dicere, vt Deus ſit qui nihil fecerit, abſurdum eſt. Rurſus enim huc verbum idem quadrat, apud Deum non eſſe temporaneum quidquam. Quod ſi nihil eſt apud Deum temporaneum, certum fuerit, neque præteritum competere tempus, vt Deo attribuatur. Sin hoc non competit, etiam Deum feciſſe rem quamcumque tandem, dicere non conueniet. Quid ergo? peccare nos dixeris, qui Deum otioſum dicamus? Verum non hoc affirmamus, ſed Deum neque feciſſe, neque facere, neque facturum eſſe in tempore. Neque enim quidquam fecit magis quam facit; neque rurſus facit quam faciet. Sed & præteritum apud Deum in præſenti, & futurum in præterito eſt: Deo quippe nihil fluxi obtinente, ſed eadem ſemper faciente, propter perfectam eius & immutabilem potentiam & actum. Itaque mundum efficit in eo ipſo quod eſt, (mundus ſcilicet) motum ei perennem ſuppeditans, eo quod eum per æuum luce illuſtrat. Quocirca nihil quidem effecit, neque efficiet: Efficit autem idem ipſe ſemper idem, non habens facturæ ſuæ exordium, vt neque finem habeat: eo quod ſi actus eius principium habeant & exitum, corruptibilis actu Deus fuerit: quod abſurdum eſt. Quin & potentia eius mutabilis erit, vt alias alio indigeos & vtens actu: & ſubſtantia concutietur, alias aliter generans facultates, ac non in eiſdem conſiſtens. Quapropter ſi hæc ſint per omnia, liquidum fuerit, Deum fore mutabilem ſubſtantiâ, potentiâ & actu: quod eſt abſurdum itaque idem ille manens, nihil habet temporarium. Efficit ergo mundum, ſemper eum ordinans; & mundus eo quod ſemper cuſtodiatur, gignitur. Eo autem quod idem ſemper ſit, ingenitus eſt.

CONFVTATIO NON RECTE inſtitutæ Reſponſionis.

Fieri non poſſe dicere, vt Deus ſit qui nihil fecerit, abſurdum eſt. Rurſus enim huc verbum idem quadrat; *Apud Deum eſſe temporaneum quidquam.* Si propterea abſurdum eſt, de Deo dicere verbum *Fecit*, quod apud eum nihil eſt temporaneum: eiuſdem abſurditatis fuerit & verbum *Facere*, non minus temporarium quam verbũ *Fecit*. Quonam igitur modo reſpoodens dicit, non competere Deo verbum *Fecit*, competere autem verbum *Facit*? Ac ſi verbum *Qui fecit*, idem valet quod verbum *Facit*: conſimiliter autem & verbum *Faciet*, idem quod verbum *Faciet*, valet: eorum vero quæ pari ſunt valore, & æquipollent, libera eſt tranſſumptio: quomodo in prima reſponſione poſuit reſpondens de Deo verba *Qui fecit & facit*, & nunc ab eo vtraque tollit? Et verbum *Qui fecit*, & de Deo ita poſuit: *Ipſe Deus eſt*, inquit, *qui res haſce fecit*, verbum autem *Facere*, ita: *Idcirco*, inquit, *ipſum eundem in eiſdem permanentem eadem facere neceſſe eſt*. Abolens autem in reſponſo ſecundo ea quæ in primo ſunt poſita, ſic ait: *Abſurdum eſt dicere, Deum eſſe qui nihil fecerit*, & rurſum: *Neque fecit Deus, neque facit, neque facturus eſt in tempore.* Fortaſſe autem vt ipſe contra ſeipſum diceret, per propriam ipſius obliuionem eſt factum: quæ, ſicuti dixit, hominibus ignorantiam affert. Nos vero ea quæ ſequuntur, inquiſitione perpendamus. *Nihil*, inquit, *apud Deum temporaneum eſt*, ideo certum fuerit, neque præteritum competere tempus, vt Deo attribuatur. Sin hoc non competit, etiam Deum feciſſe rem quamcumque tandem, dicere non conueniet. Porrò abſurdè ſe illud poſuiſſe, *Apud Deum nihil eſſe temporale*, (ad quod probandum eis quæ deinceps adduxit, vſus eſt) ipſe ſeipſum coarguit reſponſionis auctor in prima reſponſione, vbi dixit: *Sin ipſe Deus eſt qui res haſce fecit; certum fuerit, cum Deus idem maneat, eas quoque eaſdem & poſthac & ſemper fore, quæ enim dudum potuit, nunc quoque poteſt.* Quod ſi nihil eſt temporale apud Deum, liquidum fuerit, neque *qui fecit* eſſe, neque *facit*, neque *prius* & *poſterius*, neque *dudum* & *nunc*, neque *potuit* & *poteſt*. Nam *qui fecit*, *prius*, & *dudum*, & *potuit*, & præteriti temporis ſunt ſignificationes: & *facit*, & *poſthac*, & *nunc*, & *poteſt*, præſentis & futuri temporis ſunt notæ. Sin hæc ſic de Deo poſita deſignant & ponunt vniuerſam facturam Dei temporariam eſſe apud eum: certum eſt, inconuenienter ab eo poſitum eſſe, *Nihil eſſe apud Deum temporaneum.* Hoc vero, vt quod abſurdè poſitum ſit, ſublato: neceſſario ſimul tollitur hoc etiam, non competere in Deum verbum *Fecit*. In re namque qualibet, aut affirmationem veram eſſe neceſſe eſt, aut negationem. Porrò ſi ponas competere in Deum verbum *Fecit*: dicere non poſſis, Deum eſſe qui nihil fecerit. Hoc enim illud conſequitur *Quid ergo? peccare nos dixeris, qui Deum otioſum dicamus? Verum non hoc affirmamus, ſed Deum neque feciſſe, neque facere, neque facturum eſſe in tempore. Neque enim quidquam fecit magis quam facit, neque rurſus facit quam faciet. Sed & præteritum apud Deum in præſenti, & futurum in præterito eſt: Deo quippe nihil fluxi obtinente, ſed eadem ſemper faciente, propter perfectam eius & immutabilem potentiam & actum.* Sedenim fugere peccatum quod Deum ceſſatorem eſſe dicat; & de eo affirmare, Neque feciſſe, neque facere, neque facturum eſſe in tempore: in idem eſt incidere peccatum. Nam ſi velles peccare, & Deum otioſum eſſe dicere: quid poſſes amplius dicere, quam quod es proloquutus eum peccare & Deum otioſum dicere noluiſti; neque feciſſe Deum, neque facere, neque facturum eſſe? Verbis namque quæ ſingularem temporis ſignificationem denotant & obtinent, ex actu Dei ſublatis, reperietur Deus ceſſator, ac proinde neque conditor. Si nihil eſt apud Deum temporarium, nimirum neque præteritum tempus apud eum eſt, neque futurum. Quomodo igitur reſpondens, tollendo à Deo temporanea, ponit in Deo temporanea, & inquit; *Verum & præteritum apud Deum in præſenti, & futurum in præterito.* Hoc ipſum duorum quorumdam habet ſignificationem: aut eius, vt quod non ſit, in eo quod idem non ſit, apud Deum ſit: aut eius, vt quod non ſit in eo quod ſit, apud Deum ſit. Si primum, impoſſibile id fuerit, vt enim in quopiam ſit, vel non ſit, eius eſt quod ſit. Sin ſecundum, fuerit apud Deum id quod non ſit, in eo quod ſit: id eſt, præteri-

tum temporis in præſenti temporis. Hoc autem poſito, eius quod non rectè eſt dictum. Nihil eſſe apud Deum temporale, confutatio fuerit: præteritum in præſenti, & futurum in præterito; quæ vtique temporalia ſunt. Atque etiam ſi eum modum immutaſſet, quomodo ſint apud Deum temporis partes: nihilominus tamen apud eum concederet eſſe temporis, præteritum, præſens, & futurum. Ac, ſi non magis fecit quam facit, neque rurſum facit quam faciet quidnam opus fuit verbi *magis* negatione in eis quæ iuxta verba *Fecit & Facit & Faciet*, inter ſe differunt, facturis: cum quæ iuxta verba *magis & minus*, inter ſe varient, facturæ non ſint? non enim verbi *fecit*, verbum *non magis fecit*, aut *facit*, ſublatio? ſed verbi *Fecit*, potius poſito eſt. Porro manifeſtè quæcumque à Deo in procœmio ſecundi reſponſi ademit temporalia, ea illi hic reliquit omnia: *Deo quippe nihil fluxi obtinente, ſed eadem ſemper faciente, propter perfectam eius & immutabilem potentiam & actum.* Qui temporaria tollit, non ponit temporaria. Qui ergo, ſi nihil eſt de reſpondentis ſententiâ, apud Deum temporarium, Deus eadem facit? verbum enim *Facit*, mente concipi non poteſt extra præſens tempus. Quomodo vero perfectam obtinet Deus potentiam & actionem, ſi nulla interpoſita intermiſſione ſemper eadem facit? Nam ſi ob eam cauſam Motio imperfectus dicitur actus, quia continenter mouetur, & ad eius imitationem Deus quoque facit: imperfectus eius fuerit, & non conſummatus actus. Abſolutus enim actus ſeu operatio, in conſummato, non in imperfecto perſpicitur opere. Cæterum ſi propter imperfectam operationem & imperfectiſſimam rationem, reſpondens aſſerit, Deum nihil feciſſe: in eo verus non fuerit, quod perfectam eſſe ait Dei operationem, nihil quidquam neque integro opere, neque parte eius conſummantem. Sin opere non abſoluto, fieri nequit vt Opificis perfecta ſit opera, certum fuerit, neque Deum obtinere perfectam operationem & actum, ſemper id quod fit facientem. *Itaque mundum efficit in eo ipſo quod eſt, motum ei perennem ſuppeditans, eo quod illum, per ſæculum luce illuſtrat.* Sin ſuppeditatione motus Deus mundum efficit: ſatis conſtat, temporaneum eum efficere mundum; non enim abſque tempore eſt motus, qui mundo ad volutionem ipſius à Deo præbetus. Si igitur efficere præſentis eſt temporis, & motus temporaneus eſt: quomodo falſum non eſt, Nihil eſſe apud Deum temporaneum? Qui autem fieri poteſt vt mundus qui necdum factus ſit, moueatur, niſi fortè interea dum efficitur, fit: dum Deus quidem abſque tempore efficit, mundus vero in tempore efficitur? [quod abſurdum eſt dicere] neceſſe namque eſt, ſicut effector facit, ita quoque effectum effici abſque tempore. Sin motus ſubminiſtratione Deus mundum facit, & motus congruit vt de eo dicatur, mundum eum feciſſe: nec ipſi etiam mundo congruet vt motum eum eſſe dicamus. Si aliud eſt quod mouetur, & aliud motus: veputa, Sit id quod mouetur ..., motus autem eius tranſitio per delationem è loco in locum ...: motus quidem ſoli eſſenti m... non præbet, ... ei vt delatione moueatur: duplicem videlicet ... factum ſol habuerit; vnam, eſſentiæ: alteram, motionis ... quippe Sol concretio, ætheris modo pellucida ..., ſplendidus ſpecie, globoſus forma: ... autem rerum nihil per motum ſol habet, at ſi nihil earum per motum habet, nempe neque per facturam Dei. Si vero ſubminiſtratione perennis motionis Deus ſolem facit, qui pars eſt mundi, ſicut vniuerſum facit mundum ac prius neceſſe eſt exſtare id quod mobile fit, atque poſterius motum: videlicet vel infectus eſt ſol ſubſtantia, vel alia factura ſubſtantiam eius fecit, & alia motum: cum quidem prius ſubſtantiam eius fecerit, poſterius vero ei motum præbuerit. Porro ſi eo quod mouetur ipſum ſemper facit, ſubſtantiam autem eius non ſemper facit, manifeſto apparet, poſt creationem eſſentiæ eius, præbere illi Deum motionem perpetuam: & finem creationis ſubſtantiæ eius, principium eſſe motionis eius. Quod ſi hæc ita ſe habent, nimirum nihil apud Deum abſque tempore fuerit. Creatio enim creationi ſuccedens, tempore minime vacat. *Quocirca nihil quidem efficit, neque efficiet: Efficit autem idem ipſe ſemper idem, non habens facturæ exordium, vt neque finem habeat.* E Cum demonſtratum ſit, aliam eſſe ſubſtantiæ Solis creationem, & aliam motionis, quam perennem nominauit reſponſi auctor, & creationem ſubſtantiæ eius præcedere eam quæ per motionem ſit creationem: quomodo inconueniens non eſt, principio vacantem dicere Solis creationem, quæ per motionem fit Solis, ante eam quæ motione fit, irrequietam creationem, ſubſtantiæ ceſſantem [vt potè iam abſolutam] creationem habentis? Itaque aut Deus conditor ſubſtantiæ Solis non eſt: aut creatio quæ per motionem fit, Solis, principij expers non eſt. Quod ſi primum obtinet, & eſſentiæ Solis Deus creator non eſt: neque ſanè motus quoque eius creator fuerit; à quo namque habet eſſentiam, ab eo motum quoque habere eum neceſſe eſt. Sin ſecundum, corruptibilis erit actu Deus: ſiquidem iuxta reſpondentem, actu Dei ceſſante, occidit Deus actu. F At ſi Deus ſubſtantiæ Solis conditor eſt, eamque non ſemper condit: condidit ſcilicet hanc, prius quam ille moueretur: nulla eſt apud Deum ſine tempore creatura; eo quod, ſi actus eius principium habeat & exitum, corruptibilis Deus actu fuerit: quod abſurdum eſt. Quin & potentia eius mutabilis erit, vt alias alio indigens atque vtens actu: & ſubſtantia concutietur, alias aliter generans facultates, ac non in eiſdem conſiſtens. Quapropter ſi hæc ſint per omnia, liquidum fuerit, Deum fore mutabilem ſubſtantiâ, potentiâ & actu: quod eſt abſurdum, Quemadmodum Deus ipſe non habet ortum & finem, ſic & operatio & opera eius non habent: Operationes enim ipſius in operibus eius ſunt. Quocirca ſicuti neque ipſi, ita neque eis quæ dicuntur operibus eius, factore erit opus. Talem quoque erit, Deum effectorem dicere eorum quæ ſecundum ipſum ſint, principioque & fine careant. Sin omnino ſecundum rationem differentiæ eius, quæ reperitur inter G id quod prius eſt & id quod poſterius eſt, creator creaturæ differt: ſatis patet, qui a Deo & operibus eius differentiam hanc tollit, eum vtraque, & Deum & creaturas ſcilicet, priuare: illum quidem, Creatoris appellatione; has autem, Creaturarum. Præterea ſi Dei potentia infinita eſt, ſicut eſt; finita autem opera eius: quomodo Deus iuxta eas quas habet quidem virtutes, non autem eas ad opus confert, non eſt actu corruptibilis, iudicio reſpondentis? Sin, quas habet, & ad opus non confert, facultatibus corruptibilis Deus non eſt: profectò neque operatione Dei ceſſante, quæ mundum produxit, operatione Deus corruptibilis fuerit: qua quodcumque vult, non quodcumque poteſt, operatur. Neque Deum operationis contractio corruptibilem efficit; neque cum operationem contrahit per potentiæ mutabilitatem contrahit: ſed potentia quidem Dei immutabilis ſemper eſt; operationibus autem, quatenus ei viſum eſt, vtitur. Non enim Deus operatur & agit ſicut agunt quæ id vt ſint Actioni debent: qua deſinente, & ipſa eſſe deſinunt; velut ignis & nix. Nam ſi Deus ita agat & operetur, non tam eorum gratia quæ fiunt, quam ſua ipſius cauſa, vt ſit, agat & operetur, ita vt ſi agere deſinat, H eſſe quoque deſinat. Id vero ſi inconueniens eſt, inconueniens certè quidem etiam fuerit, dicere mutabilem eſſe potentiam Dei, actionis remiſſione; aut ſubſtantiam eius concuti variis actionibus, aliâs eas aliter proferentem. Et quemadmodum nos Deus primum efficit infantes, mox adoleſcentes, deinde ſenes, non mutabilitate potentiæ, neque operationis interitu, neque etiam concuſſione ſubſtantiæ id facit, ætatem corporaturamque noſtram immutans, iuxta diuerſa tempora, eo quod prius, & eo quod poſterius eſt inter ſe variantia, ſed intentione & remiſſione operationis, ita non mutatione potentiæ initium & finem operatio eius habet, ſed intentione & remiſſione. Nam ſi operatione contractà, non amplius poſſet Deus operatione intermiſſa vti, rectè diceretur eſſe operationis interitus. Sin eandem poteſt ſemper, quando vult, proferre operationé: nempe non interit operatio Dei contracta, potentia namq; non intercidente, fieri

quam ea eſt quæ Deum inuidum imaginatur, impietas. Verumenimvero cum hæc ita ſint, & huiuſmodi inter homines ſumma mala, eam autem quæ à Chriſtianis deprædicatur, inſtaurationem, qua omnium in hominibus animæ iuxta & corporis ſit abolitio malorum, reſpondens non credat: quomodo non eſt de ſententia eius, Deus inuidus? qui, cum poſſit inhibere inter homines, non inhibet ſumma mala; ſed in eodem rerum ſtatu manere eos ſinit, qui & in ipſum, & inter ſe inuicem, impietatem patrant. Quânam autem gratiâ reſponſi auctor mundi non credit reſtitutionem? vtrúmne propter conditoris impotentiam, an propter operis indignitatem? Quod ſi ob conditoris impotentiam, non fuerit etiam Deus conditor, quarum enim rerum reſtitutionis non obtinet Deus poteſtatem, earum quoque conſtitutionis non obtinet virtutem. Conſequuntur namque hæc inter ſeſe mutuo, ſeu ponantur, ſiue tollantur. Sin propter rei indignitatem, præſtantius ergo opus indignum Deo fuerit; quod adfirmare abſurdum eſt; nempe conueniens eſſe Deo, homines efficere corruptibiles, inconueniens vero eſſe, efficere incorruptibiles.

QVÆSTIO CHRISTIANA ad Græcos ſecunda.

Si fieri non poteſt vt Deus ſit qui nihil fecerit: quomodo Deus eſt, ſi mundus ingenitus eſt, ſicuti quibuſdam videtur?

RESPONSIO GRÆCA ad Chriſtianos.

Fieri non poſſe dicere, vt Deus ſit qui nihil fecerit, abſurdum eſt. Rurſus enim huc verbum idem quadrat, apud Deum non eſſe temporaneum quidquam. Quod ſi nihil eſt apud Deum temporaneum, certum fuerit, neque præteritum competere tempus, vt Deo attribuatur. Sin hoc non competit, etiam Deum feciſſe rem quamcumque tandem, dicere non conueniet. Quid ergo? peccare nos dixeris, qui Deum otioſum dicamus? Verum non hoc affirmamus, ſed Deum neque feciſſe, neque facere, neque facturum eſſe in tempore. Neque enim quidquam fecit magis quam facit; neque rurſus facit quam faciet. Sed & præteritum apud Deum in præſenti, & futurum in præterito eſt: Deo quippe nihil fluxi obtinente, ſed eadem ſemper faciente, propter perfectam eius & immutabilem potentiam & actum. Itaque mundum efficit in eo ipſo quod eſt, (mundus ſcilicet) motum ei perennem ſuppeditans, eo quod eum per æuum luce illuſtrat. Quocirca nihil quidem effecit, neque efficiet: Efficit autem idem ipſe ſemper idem, non habens facturæ ſuæ exordium, vt neque finem habeat: eo quod ſi actus eius principium habeant & exitum, corruptibilis actu Deus fuerit: quod abſurdum eſt. Quin & potentia eius mutabilis erit, vt alias alio indigens & vtens actu & ſubſtantia concutietur, alias aliter generans facultates, ac non in eiſdem conſiſtens. Quapropter ſi hæc ſint per omnia, liquidum fuerit, Deum fore mutabilem ſubſtantiâ, potentiâ & actu: quod eſt abſurdum itaque idem ille manens, nihil habet temporarium. Efficit ergo mundum, ſemper eum ordinans; & mundus eo quod ſemper cuſtodiatur, gignitur. Eo autem quod idem ſemper ſit, ingenitus eſt.

CONFVTATIO NON RECTE inſtitutæ Reſponſionis.

Fieri non poſſe dicere, vt Deus ſit qui nihil fecerit, abſurdum eſt. Rurſus enim huc verbum idem quadrat; *Apud Deum eſſe temporaneum quidquam.* Si propterea abſurdum eſt, de Deo dicere verbum *Fecit*, quod apud eum nihil eſt temporaneum: eiuſdem abſurditatis fuerit & verbum *Facere*, non minus temporarium quam verbũ *Fecit*. Quonam igitur modo reſpondens dicit, non competere Deo verbum *Fecit*, competere autem verbum *Facit*? Ac ſi verbum *Qui fecit*, idem valet quod verbum *Facit*: conſimiliter autem & verbum *Faciet*, idem quod verbum *Faciet*, valet: eorum vero quæ pari ſunt valore, & æquipollent, libera eſt tranſſumptio: quomodo in prima reſponſione poſuit reſpondens de Deo verba *Qui fecit & facit*, & nunc ab eo vtraque tollit? Et verbum *Qui fecit*, & de Deo ita poſuit: *Ipſe Deus eſt*, inquit, *qui res haſce fecit*, verbum autem *Facere*, ita: *Idcirco*, inquit, *ipſum eundem in eiſdem permanentem eadem facere neceſſe eſt*. Abolens autem in reſponſo ſecundo ea quæ in primo ſunt poſita, ſic ait: *Abſurdum eſt dicere, Deum eſſe qui nihil fecerit*, & rurſum: *Neque fecit Deus, neque facit, neque facturus eſt in tempore.* Fortaſſe autem vt ipſe contra ſeipſum diceret, per propriam ipſius obliuionem eſt factum: quæ, ſicuti dixit, hominibus ignorantiam affert. Nos vero ea quæ ſequuntur, inquiſitione perpendamus. *Nihil*, inquit, *apud Deum temporaneum eſt*, ideo certum fuerit, neque præteritum competere tempus, vt Deo attribuatur. Sin hoc non competit, etiam Deum feciſſe rem quamcumque tandem, dicere non conueniet. Porrò abſurdè ſe illud poſuiſſe, *Apud Deum nihil eſſe temporale*, (ad quod probandum eis quæ deinceps adduxit, vſus eſt) ipſe ſeipſum coarguit reſponſionis auctor in prima reſponſione, vbi dixit: *Sin ipſe Deus eſt qui res haſce fecit, certum fuerit, cum Deus idem maneat, eas quoque eaſdem & poſthac & ſemper fore, quæ enim dudum potuit, nunc quoque poteſt.* Quod ſi nihil eſt temporale apud Deum, liquidum fuerit, neque *qui fecit* eſſe, neque *facit*, neque *prius* & *poſterius*, neque *dudum* & *nunc*, neque *potuit* & *poteſt*. Nam *qui fecit*, *prius*, & *dudum*, & *potuit*, & præteriti temporis ſunt ſignificationes: & *facit*, & *poſthac*, & *nunc*, & *poteſt*, præſentis & futuri temporis ſunt notæ. Sin hæc ſic de Deo poſita deſignant & ponunt vniuerſam facturam Dei temporariam eſſe apud eum: certum eſt, inconuenienter ab eo poſitum eſſe, *Nihil eſſe apud Deum temporaneum.* Hoc vero, vt quod abſurdè poſitum ſit, ſublato: neceſſario ſimul tollitur hoc etiam, non competere in Deum verbum *Fecit*. In re namque qualibet, aut affirmationem veram eſſe neceſſe eſt, aut negationem. Porrò ſi ponas competere in Deum verbum *Fecit*: dicere non poſſis, Deum eſſe qui nihil fecerit. Hoc enim illud conſequitur. *Quid ergo? peccare nos dixeris, qui Deum otioſum dicamus? Verum non hoc affirmamus, ſed Deum neque feciſſe, neque facere, neque facturum eſſe in tempore. Neque enim quidquam fecit magis quam facit, neque rurſus facit quam faciet. Sed & præteritum apud Deum in præſenti, & futurum in præterito eſt: Deo quippe nihil fluxi obtinente, ſed eadem ſemper faciente, propter perfectam eius & immutabilem potentiam & actum.* Sedenim fugere peccatum quod Deum ceſſatorem eſſe dicat; & de eo affirmare, Neque feciſſe, neque facere, neque facturum eſſe in tempore: in idem eſt incidere peccatum. Nam ſi velles peccare, & Deum otioſum eſſe dicere: quid poſſes amplius dicere, quam quod es proloquutus eum peccare & Deum otioſum dicere noluiſti; neque feciſſe Deum, neque facere, neque facturum eſſe? Verbis namque quæ ſingularem temporis ſignificationem denotant & obtinent, ex actu Dei ſublatis, reperietur Deus ceſſator, ac proinde neque conditor. Si nihil eſt apud Deum temporarium, nimirum neque præteritum tempus apud eum eſt, neque futurum. Quomodo igitur reſpondens, tollendo à Deo temporanea, ponit in Deo temporanea, & inquit; *Verum & præteritum apud Deum in præſenti, & futurum in præterito.* Hoc ipſum duorum quorumdam habet ſignificationem: aut eius, vt quod non ſit, in eo quod itidem non ſit, apud Deum ſit: aut eius, vt quod non ſit in eo quod ſit, apud Deum ſit. Si primum, impoſſibile id fuerit, vt enim in quopiam ſit, vel non ſit, eius eſt quod ſit. Sin ſecundum, fuerit apud Deum id quod non ſit, in eo quod ſit: id eſt, præteri-

rum

A tum temporis in præſenti temporis. Hoc autem poſito,
eius quod non rectè eſt dictum. Nihil eſſe apud Deum
temporale, confutatio fuerit: præteritum in præſenti, &
futurum in præterito; quæ vtique temporalia ſunt. At-
que etiam ſi eum modum immutaſſet, quomodo ſint
apud Deum temporis partes: nihilominus tamen apud
eum concederet eſſe temporis, præteritum, præſens, &
futurum. Ac, ſi non magis fecit quam facit, neque rur
ſum facit quam faciet quidnam opus fuit verbi *magis* ne-
gatione in eis quæ iuxta verba *Fecit* & *Facit* & *Faciet*,
inter ſe differunt, facturis: cum quæ iuxta verba *magis*
& *minus*, inter ſe varient, facturæ non ſint? non enim
verbi *fecit*, verbum *non magis fecit*, aut *facit*, ſublatio?
ſed verbi *Fecit*, potius poſito eſt. Porro manifeſtè quæ-
cumque a Deo in procemio ſecundi reſponſi ademit tem-
poralia, ea illi hic reliquit omnia: *Deo quippe nihil flu-
xi obtinente, ſed eadem ſemper faciente, propter perfectam
eius & immutabilem potentiam & actum.* Qui tempora-
B ria tollit, non ponit temporaria. Qui ergo, ſi nihil eſt de
reſpondentis ſententiâ, apud Deum temporarium, Deus
eadem facit? verbum enim *Facit*, mente concipi non
poteſt extra præſens tempus. Quomodo vero perfectam
obtinet Deus potentiam & actionem, ſi nulla interpoſita
intermiſſione ſemper eadem facit? Nam ſi ob eam cau-
ſam Motio imperfectus dicitur actus, quia continenter
mouetur, & ad eius imitationem Deus quoque facit:
imperfectus eius fuerit, & non conſummatus actus. Ab
ſolutus enim actus ſeu operatio, in conſummato, non
in imperfecto perſpicitur opere. Cæterum ſi propter im-
perfectam operationem & imperfectiſſimam rationem,
reſpondens aſſerit, Deum nihil feciſſe: in eo verus non
fuerit, quod perfectam eſſe ait Dei operationem, nihil
quidquam neque integro opere, neque parte eius con-
ſummantem. Sin opere non abſoluto, fieri nequit vt Opi-
ficis perfecta ſit opera, certum fuerit, neque Deum ob-
tinere perfectam operationem & actum, ſemper id quod
C ſit facientem. *Itaque mundum efficit in eo ipſo quod eſt,
motum ei perennem ſuppeditans, eo quod illum, per ſecu-
lum luce illuſtrat.* Sin ſuppeditatione motus Deus mun-
dum efficit: ſatis conſtat, temporaneum eum efficere
mundum; non enim abſque tempore eſt motus, qui
mundo ad volutionem ipſius à Deo præbetur. Si igitur
efficere præſentis eſt temporis, & motus temporaneus
eſt: quomodo falſum non eſt, Nihil eſſe apud Deum
temporaneum? Qui autem fieri poteſt vt mundus qui
needum factus ſit, moueatur, niſi fortè interea dum effi-
citur, ſit: dum Deus quidem abſque tempore efficit,
mundus vero in tempore efficitur: [quod abſurdum eſt
dicere] neceſſe nunque eſt, ſicut effector facit, ita quo-
que effectum effici abſque tempore. Sin motus ſubmini-
ſtratione Deus mundum facit, & minus congruit vt de
eo dicatur, mundum eum feciſſe: nec ipſi etiam mundo
congruit vt motum eum eſſe dicamus. Si aliud eſt quod
mouetur, & aliud motus: vtputa, Sit id quod mouetur
Sol, motus autem eius tranſitio per delationem è loco in
locum, & motus quidem ſoli eſſentiam non præbet,
D præbet autem ei vt delatione moueatur, duplicem vide-
licet facturam ſol habuerit; vnam, eſſentiæ: alteram,
motionis, eſt quippe Sol concretio, ætheris modo pel-
lucidus ſubſtantia, ſplendidus ſpecie, globoſus forma:
quarum rerum nihil per motum ſol habet, at ſi nihil ea-
rum per motum habet, nempe neque per facturam Dei.
Si vero ſubminiſtratione perennis motionis Deus ſolem
facit, qui pars eſt mundi, ſicut vniuerſum facit mun-
dum ac prius neceſſe eſt extare id quod mobile ſit, at-
que poſterius motum: videlicet vel infectus eſt ſol ſub-
ſtantia, vel alia factura ſubſtantiam eius fecit, & alia mo-
tum: cum quidem prius ſubſtantiam eius fecerit, po-
ſterius vero ei motum præbuerit. Porro ſi eo quod mo-
uetur ipſum ſemper facit, ſubſtantiam autem eius non
ſemper facit, manifeſto apparet, poſt creationem eſſen-
tiæ eius, præbere illi Deum motionem perpetuam: &
finem creationis ſubſtantiæ eius, principium eſſe mo-
tionis eius. Quod ſi hæc ita ſe habent, nimirum nihil
apud Deum abſque tempore fuerit. Creatio enim crea-
tioni ſuccedens, tempore minime vacat. *Quocirca nihil* E
*quidem effecit, neque efficiet: Efficit autem idem ipſe ſem-
per idem, non habens facturæ exordium, vt neque finem
habeat.* Cum demonſtratum ſit, aliam eſſe ſubſtantiæ So-
lis creationem, & aliam motionis, quam perennem no-
minauit reſponſi auctor, & creationem ſubſtantiæ eius
præcedere eam quæ per motionem ſit creationem: quo-
modo inconueniens non eſt, principio vacantem dicere
Solis creationem, quæ per motionem fit Solis, ante eam
quæ motione fit, irrequietam creationem, ſubſtantiæ
ceſſantem [vt potè iam abſolutam] creationem habentis?
Itaque aut Deus conditor ſubſtantiæ Solis non eſt: aut
creatio quæ per motionem fit, Solis, principij expers
non eſt. Quod ſi primum obtinet, & eſſentiæ Solis Deus
creator non eſt: neque ſanè motus quoque eius creator
fuerit; à quo namque habet eſſentiam, ab eo motum quo-
que habere eum neceſſe eſt. Sin ſecundum, corruptibilis
erit actu Deus: ſiquidem iuxta reſpondentem, actu Dei F
ceſſante, occidit Deus actu. At ſi Deus ſubſtantiæ Solis
conditor eſt, eamque non ſemper condit: condidit ſcili-
cet hanc, prius quam ille moueretur: nulla eſt apud Deum
ſine tempore creatura: eo quod, ſi actus eius principium
habeat & exitum, corruptibilis Deus actu fuerit: quod
abſurdum eſt. Quin & potentia eius mutabilis erit, vt
alias alio indigens atque vtens actu: & ſubſtantia concu-
tietur, alias aliter generans facultates, ac non in eiſdem
conſiſtens. Quapropter ſi hæc ſint per omnia, liquidum
fuerit, Deum fore mutabilem ſubſtantiâ, potentiâ &
actu: quod eſt abſurdum, Quemadmodum Deus ipſe
non habet ortum & finem, ſic & operatio & opera eius
non habent: Operationes enim ipſius in operibus eius
ſunt. Quocirca ſicuti neque ipſi, ita neque eis quæ di-
cuntur operibus eius, factore erit opus. F... quoque
erit, Deum effectorem dicere eorum quæ ſecundum ip-
ſum ſint, principioque & fine careant. Sin omnino ſe-
cundum rationem differentiæ eius, quæ reperitur inter G
id quod prius eſt & id quod poſterius eſt, creator crea-
turæ differt: ſatis patet, qui à Deo & operibus eius dif-
ferentiam hanc tollit, eum vtraque, & Deum & creatu-
ras ſcilicet, priuare: illum quidem, Creatoris appella-
tione; has autem, Creaturarum. Præterea ſi Dei poten-
tia infinita eſt, ſicut eſt; finita autem opera eius: quo-
modo Deus iuxta eas quas habet quidem virtutes, non
autem eas ad opus confert, non eſt actu corruptibilis, in-
dicio reſpondentis? Sin, quas habet, & ad opus non
confert, facultatibus corruptibilis Deus non eſt: profe-
ctò neque operatione Dei ceſſante, quæ mundum pro-
duxit, operatione Deus corruptibilis fuerit: qua quod-
cumque vult, non quodcumque poteſt, operatur. Ne-
que Deum operationis contractio corruptibilem efficit;
neque cum operationem contrahit per potentiæ mutabi-
litatem contrahit: ſed potentia quidem Dei immutabilis
ſemper eſt, operationibus autem, quatenus ei viſum eſt,
vtitur. Non enim Deus operatur & agit ſicut agunt quæ
id vt ſint Actioni debent: qua deſinente, & ipſa eſſe de-
ſinunt; velut ignis & nix. Nam ſi Deus ita agat & ope- H
retur, non tam eorum gratia quæ fiunt, quam ſua ipſius
cauſa, vt ſit, agat & operetur, ita vt ſi agere deſinat,
eſſe quoque deſinat. Id vero ſi inconueniens eſt, incon-
ueniens certè quidem etiam fuerit, dicere mutabilem eſſe
potentiam Dei, actionis remiſſione; aut ſubſtantiam etiam
eius concuti variis actionibus, aliâs eas aliter proferen-
tem. Et quemadmodum nos Deus primum efficit in-
fantes, mox adoleſcentes, deinde ſenes; non mutabili-
tate potentiæ, neque operationis interitu, neque etiam
concuſſione ſubſtantiæ id facit, ætatem corporaturam-
que noſtram immutans, iuxta diuerſa tempora, eo quod
prius, & eo quod poſterius eſt inter ſe variantia, ſed in-
tentione & remiſſione operationis, ita non mutatione
potentiæ initium & finem operatio eius habet, ſed inten-
tione & remiſſione. Nam ſi operatione contractâ, non
amplius poſſet Deus operatione intermiſſa vti, rectè dice-
retur eſſe operationis interitus. Sin eandem poteſt ſemper,
quando vult, proferre operationē: nempe non interit ope-
ratio Dei contracta, potentia namq; non intercidente, fieri

nequit vt operatio ſiue actus intercidat, alia quippe eſt actionis corruptin, & alia eſt actionis contractio. Proinde niſi remiſſa eſſet operatio quæ mundum effecit, infiniti extitiſſent multitudine mundi, per operationem petennem. Nunc vero vno tantum condito mundo per opus finitum, finita oſtenditur eſſe operatio ea quæ mundum effecit. *Itaque idem ille manens, nihil habet temporarium. Efficit ergo mundum, ſemper cum ordinans: & mundus eo quod ſemper cuſtodiatur, gignitur: eo autem quod ſemper, ſit ingenitus eſt.* Si nihil habet temporaneum Deus, neque creationem habet, temporanea ſiquidem creatio eſt. Et ſi mundum Deus creat, non eſſentiam eius producens, minimè creat mundum, mundus namque abſque eſſentia non eſt mundus. Sin mundus eſſeuiiam haber, (per ſeipſum videlicet,) infectus neceſſario atque incuſtoditus fuerit. Cuius enim vt ſubſtantia conſtet, indigens non eſt, eo quoque inſuper ad cuſtodiam non indiget: nam natura ingenita, nullius rei quæ extra eam eſt, capax eſt. Et ſi in re quauis vel affirmationem vel inficiationem veram eſſe oportet: quomodo reſpondens vtramque in mundi generatione poſuit, affirmationem ſcilicet, & inficiationem; genitum eum eſſe dicens, & ingenitum? Adhæc ſi, quemadmodum in tertia reſponſione ait, Deus cum ingenitus ſit, ingenite efficit omnia, non genita illa, ſed ſimul exiſtentia; poſteaquam quidquid ſimul ſubſiſtit, eius ſalute, quo cum ſimul ſubſiſtit, ſaluatur, non alterius cuſtodiæ præſidio, quam illius ſalute opus habens: nam ſaluo illo, ipſum quoque eſt incolume, ac propterea ſi cuſtodiâ ad ſalutem indiget tuendam, non aliâ eget cuſtodiâ quam illius incolumitate: quo ſubſiſtente, ſimul ſubſiſtunt ea quæ conſubſiſtunt, non genita illa, ſed ſimul ſubſiſtentia, atque hæc ſi ita habent, nempe cuſtodia mundus non indiget, quia vna cum Deo ſubſiſtit; verum ipſe Deus, cum quo ſimul ſubſiſtit mundus. Sin hoc abſurdum eſt, abſurdum profecto etiam eſt dicere, mundum cum Deo ſubſiſtere. Itaque dicendum, voluntate Dei ſubſiſtere mundum, & voluntate Dei permanere eundem: quamuis non ſemper eodem modo ea quæ ſubſiſtentiâ cuiuſpiam ſimul ſubſiſtunt, illius, non ſua ipſorum perſeuerantiâ durent: ſicuti compoſitione linearum ſimul ſubſiſtunt anguli: & compoſitione manente, anguli quoque manent: atque illa ſublata, & anguli tolluntur. Quod ſi opus ſit permanere angulos, neceſſe fuerit cuſtodiam attribuere linearum compoſitioni, non angulis per ſe ſimpliciter, ſed accidentia quidem angulis, per ſe autem compoſitioni linearum. Iuxta hæc conſiderare mundum oportet, an ingenite Deo conſubſiſtat, ſicuti dicit reſponſi auctor.

TERTIA AD GRÆCOS
Chriſtiana quæſtio.

Si eo quod ſit, non eo quod velit, facit Deus: veluti eo quod ſit, ignis calfacit: quomodo, cum ipſe ſimplex ſit & vniforme, diuerſarum eſt conditor ſubſtantiarum?

GRÆCVM AD CHRISTIANOS
Reſponſum.

Non exiſtimandum, quemadmodum in nobis eſt, aliud quidem quod ſimus, aliud autem quod velimus, ſic etiam in Deo eſſe: ſed in Deo & quod ſit, & quod velit, idem planè eſt: nam quod eſt, etiam vult; & quod vult, eſt: & nulla eſt in Deo diſtinctio, eo quod Deus per ſeipſum productus eſt. Quocirca & diſtinctio eius quod ſit, & eius quod velit, in Deo reiicienda eſt. Sedenim non ponendum, perinde Deum eo quod ſit, facere, atque ignis calfacit. Nam ignis etiamſi ſubſtantialiter ſiue ſubſtantiæ modo, attamen accidentiâ calorem habet: apud Deum autem, neque ſubſtantiæ, neque accidentiæ modo quidquam euenit. Proinde quia illi nihil accidit, & idem eſt Deo & eſſe & velle: ſimplex eſt & vniforme; quod ingenite ea quæ ſint, facere poſſit. Sicut enim videmus ea quæ genita ſunt, velut hominé certum E per generationem genitum, cum ad gignendum appoſitus ſit, genita creare; & in vniuerſum genita per generationem procreata, genita etiam ex ipſis creare: ita & Deus, ingenitus cum ſit, ingenite facit omnia; non genita, ſed ſimul exiſtentia. Non conſideremus autem, Deum humano modo facere, non enim ſicut nos, primum aliter habentes, poſtea in aliud mutantes, facere dicimur, ſic Deus quoque facit: ſed propter ineffabilem & excellentem potentiam abſque tempore faciens omnia, perficit omnia, & ſimul vna cum eo quod ipſe ſit, ea etiam quæ ſint facit; non neceſſe habens, veluti nos, vt prius gignatur & coſummetur, atque ita poſtea faciat: propterea quod in eum non cadat, vel quod prius vel quod poſterius ſit. Idcirco cernimus & naturam, eo ipſo quod ſit, facientem & vniuerſam ſemper mutationem operantem: quemadmodum lacte coagulando, cernimus vniuerſim coagulationem lacti aduenire. F Sanè qoidem multò magis putandum Deum cumulate & abſque tempore facere cuncta; cum ipſe quidem ſit vnum, infinitâ vero potentiâ diuerſa producat; quæ quidem omnino per ſeipſa producta ſint.

RESPONSI NON RECTE
inſtituti Confutatio.

Non exiſtimandum, inquit, quemadmodum in nobis eſt, aliud quidem quod ſimus, aliud autem quod velimus, ſic etiam in Deo eſſe: ſed in Deo & quod ſit, & quod velit, idem planè eſt: nam quod eſt, etiam vult: & quod vult, eſt: & nulla eſt in Deo diſtinctio, eo quod Deus per ſe productus eſt. Cum Deus obtineat eſſentiam quidem ad id vt ſubſiſtat, voluntatem vero ad id vt faciat: qui differentiam eſſentiæ & voluntatis abiicit, ſubſiſtentiam iuxta & facturam Dei abiicit: ſubſiſtentiam quidem, ipſius; facturam autem eorum quæ non ſint. Porro aliam eſſe eſſentiam Dei, & aliam voluntatem, ex verbis G etiam reſpondentis demonſtratur, cum dicit: *Nam quod eſt, etiam vult: & quod vult, eſt.* Conuertit ſubſtantiâ voluntatem, & voluntate ſubſtantiam. Conuerſio autem haudquaquam fieri poteſt, niſi ea quæ conuertuntur, ſint aliud atque aliud, ſiue ratione, ſiue numero. Id quod numero vnum eſt, nihil obſtat quin ratione aliud ſit atque aliud: vtputa, linea recta, ſubſiſtentia quidem, quantum ad numerum pertinet, vna eſt: quantum autem ad rationem rectitudinis & lineæ, aliud atque aliud. Iuxta hunc modum non diuiditur natura Dei, ratione ſubſtantiæ & voluntatis. Si aliud eſt eſſe, & aliud ineſſe: & eſt quidem Dei eſſentia, ineſt vero eſſentiæ voluntas: alia vtique eſt eſſentia Dei, & alia voluntas. Si voluntas Dei ex eſſentia eſt, eſſentia autem non ex voluntate: alia certè eſſentia Dei, & alia voluntas eſt. Eſſentia Dei fieri non poteſt vt eſſentia non ſit: voluntas autem Dei, vt non velit, fieri poteſt: veluti, voluit Deus facere ſolem vnum, ſecundum ſolem facere non voluit: quoniam H ſicut ex vſu fuit eorum quæ ſint, vnum eſſe ſolem, ſic ex vſu non fuit eorum quæ ſint, ſecundum eſſe ſolem. Ac id quidem quod vtile fuit & commodum, voluit: quod vero incommodum, id non voluit. Verum ſi ita habet, alia eſt nimirum eſſentia Dei, & alia voluntas. Si Deus id quod eſt etiam vult, nempe non voluntas fuerit, ſed id quod voluntate expetitur, quomodo igitur idem eſt cum eſſentia voluntas? cum voluntas & id quod voluntate expetitur, aliud & aliud ſit, ſicuti ſenſus & id quod ſub ſenſum cadit. Si principio carens & ſempiternus Deus eſt, neque per ſeipſum productus, neque aliter ſiue per alium productus eſt: nam qui omnino per ſeipſum productus eſt, nulla ratione principio carens & ſempiternus eſt. Reſpondens per dictum aliud, eſſentiæ & voluntatis Dei tollit differentiam, per aliud autem dictum eam ponit. Ac tollens ille quidem eſſentiæ & voluntatis Dei differentiam, dicit: *Non exiſtimandum, quemadmodum in nobis eſt aliud quidem quod ſimus, aliud autem quod velimus, ſic etiam in Deo eſſe.* Differentiam vero ponens, ait; *Sed idem plane*

A *eſt*, & iterum; *ſed & quod ſit, & quod velit, idem eſt in Deo.* Nam ſicut Aliud, reſpectu alius, alterum eſt, ſic & Idem reſpectu alius omnino idem eſt. Conſimiliter autem & Omnino, reſpectu alius omnino eſt. At ſi idem eſt eſſentia Dei & voluntas, erit omnino aliud atque aliud: ſin minus, alio atque alio ſublato, tolletur neceſſario & id quod idem ſit eſſentiæ Dei & voluntatis, atque etiam eius quod omnino ſit. Quemadmodum quod aliquid mouetur, motionis operatio eſt: ita quod quiſpiam quid vult, voluntatis eſt operatio. Et quæ differentia eſt potentiæ ad actum, ea eſt voluntati ad ipſum velle, fieri autem nequit, vt velle quidem à voluntate differat, à volente autem non differat. At ſi nulla ratione fieri poteſt vt idem ſit velle, & voluntas, & volens: certum fuerit: qui à Deo & voluntate aliud atque aliud reiicit, eum differentiam inter agentem & actum reiicere: quod abſurdum eſt. Si aliud eſt id quod ſubſiſtit, & aliud quod non B ſubſiſtit; atque illud quidem Deus, hoc autem voluntas eſt: videlicet qui à Deo & voluntate reiicit aliud atque aliud, vel id quod ſubſiſtit reiicit, vel id quod non ſubſiſtit. Si iuxta rationem oppoſitionis quod Deus eſt, id vult; & quod vult, id eſt: nimirum niſi quod Deus velit non interire operationem ſuam, illa ceſſante, voluntate eius non interit. Itaque non eſt Deus quod vult. Si efficere, voluntatis Dei eſt: nempe quemadmodum ſimplex factura ab ea differt quæ certa qualitate & quantitate & tempore efficit, ita differt eſſentia à voluntate. *Sed enim non ponendum, perinde Deum, eo quod ſit, facere, atque ignis calefacit. Nam ignis, etiamſi ſubſtantia modo, nihilominus accidentis calorem habet: apud Deum autem neque ſubſtantia neque accidentia modo quidquam euenit. Proinde quia illi nihil euenit, & idem eſt Deo & eſſe & velle: ſimplex eſt & vniforme, quod ingenite ea quæ ſint facere poſſit.* Quomodo igni calor obueniat, ſicuti dicere vult Reſpondens, dicat, non enim nunc, quomodo ei C calor obueniat, in quæſtionem eſt deductum, ſed de operatione non voluntaria, per quam eo quod ſit, operatur. Voluntas aut ſubſtantia eſt, aut adeſt ſubſtantiæ. At ſi ſubſtantia eſt, non eſt is qui vult. Sin ſubſtantiæ adeſt, neceſſario aliud atque aliud eſt. Non enim eſt id quod ſit, & id quod adſit, idem. Si multa quidem vult Deus, multa autem non eſt: non fuerit ergo idem cum ſubſtantia voluntas apud Deum. Deus ſi, quæcunque vult, facere poteſt: non autem quæcunque facere poteſt, facere vult: non eſt apud Deum ſubſtantia & voluntas idem. Deus ſi vnum & ſimplex & vniforme eſt, ac multa vult, & multa non vult: veluti vult ille quidem varietate multa quæ ſint, exſtare, multitudine autem ea infinita eſſe non vult: Proinde apud eum eſſe & velle, idem non fuerit. Si Deus id quod exſtitit non facit, ſed quæ vult facit: vult autem mundum facere: non eſt ergo eſſentia & voluntas eius idem. Si ingenita ingenite non fiunt, certe neque Deus ingenita ingenite facit. Impoſſibile namque eſt, vt id quod factum ſit, ingenitum ſit. D Sicuti Doctrina operatio eſt docentis in diſcipulo, ſic Creatio operatio eſt creantis, in eo quod creatur. Is qui creationem à creato tollit, operationem etiam a factura effectoris tollit. Fruſtra Deus creationem operetur, ſi id quod creatum non exſtat. Si Deus intectè non facit, neque [illegible] facit. *Deus facit*, affirmatio eſt creationis: at *non facit*, potentia affirmationis eſt negatio. Pugnantia inter ſe ſunt nomina, *Ingenitum* & *factum.* Si id quod per facturam fit, ingenitum eſt: non fuerit ingenitum id quod non per facturam fit. Nihil intereſt dicere, *Factor quidem fecit, id autem quod factum eſt, non exſtitit*; dicto huic, *Deus facit ingenita.* Si cum ratione dicere eſt, Deus ingenita ingenite facit: non abſque ratione quoque dicatur, Ingenite ingenita fiunt. Conſequitur namque creationem id quod creatur, neceſſitate naturali. Sin ſecundum abſurdum eſt, abſurdum vtique fuerit & primum. Si *fieri* temporaneum eſt, temporaneum quoque *effici*: pari enim ſunt valore. Impoſſibile namque eſt, ſi effector efficiat, quin id quod efficitur fiat. Si ingenite nihil fit, neque ſane ingenite quidquam efficitur, nam *Fieri* & *effici*, verbo quidem non idem,

E te verò ipſa idem eſt. Deus, ſi eo quod ſit efficit; coactu efficit quæ efficit: ſin eo quod velit efficit, ſuapte poteſtate efficit. Qui autem ſuapte poteſtate efficit, quæcunque vult, & qualiacumque vult, & quandocunque vult efficit. Si Deus, eo quod ſit efficit, nulli ei eſt voluntas vſui: qua nullo modo vti poteſt. Reſpondens duo inconuenientia minuſque conſentanea in Deo poſuit. Effectorem ipſum eorum quæ ſint, nominat: & annectit ei, ingenite quæ ſit creationem, nam ſi ipſe quidem ingenite efficit; id autem quod efficitur haudquaquam fit, neque geniti neque effecti, neque ingeniti neque infecti modo: nimirum ſicuti id quod efficitur non fit, ita neque effector efficit. *Sicut, inquit, videmus ea quæ genita ſunt, velut hominem certum per generationem genitum, cum genitus ſit, genita creare; & in vniuerſum genita per generationem procreata; genita etiam ex ipſis creare: ita & Deus, ingenitus cum ſit, ingenite facit omnia: non* F *genita illa, ſed ſimul ſubſiſtentia: qui quidem virtutis ſine potentia infirmitate multifaria facit.* Quis igitur hominem condidit, qui iuxta reſpondentis verba, per generationem ſiue genite genitus, & ipſe, cum genitus ſit; genite genita creat? Si quidem Deus, quomodo reſpondens falſus non eſt cum dicit: *Deus cum ingenitus ſit, ingenite ingenita facit?* At ſi non Deus, quomodo Deus prouidentiâ ſuâ non aliena curat, cui homines curæ ſunt, quorum conditor non eſt? Sin abſurdum eſt dicere, Deum hominum non eſſe effectorem: abſurdum profecto etiam erit dicere, Deum ingenite ingenita efficere. Ecce enim hominem ingenite, qui & ipſe ad gignendum ſit idoneus, efficit. Si id cuius pars genita eſt, vniuerſum etiam genitum eſſe neceſſe eſt: pars autem mundi homo eſt, iuxta reſpondentis verba, genite genitus: proinde genitus quoque mundus. Si ingenitus eſt Deus, & ingenita efficit: quomodo non aduerſus communem vſum fert ingeniti nomen, eo quod ſe nulli confert rei? Si G Deus id quod eſt non facit: (impoſſibile enim hoc eſt) facit autem ea quæ non eſt: genita videlicet facit; cum ipſe ingenitus ſit. Non quærimus autem, quomodo Deus faciat, ſed quid faciat. Cum nam que inuentum fuerit quid faciat, inuenietur etiam quomodo faciat. Si Deus, cum ingenitus ſit, ingenite ingenita creat: nimirum etiam ſuapte ſumma poteſtate liber cum ſit, eadem poteſtate libere res itidem liberas creat. Sin ſecundum abſurdum eſt, abſurdum fuerit & primum. Eorum quæ nullo interpoſito interſtitio & momento ſimul aliud cum alio ſubſiſtunt, aliud alij effectrix cauſa eſſe nequit: ſin ſecus, fuerint alia aliis effectrices cauſæ. Id vero ſi abſurdum eſt, abſurdum quoque fuerit dicere, Deum eſſe eorum effectorem quæ vnà cum eo, nullo interpoſito interſtitio & momento conſubſiſtunt. Si infinita quidem creare poteſt Deus, ſed voluntate, Deus autem varia eſſe non poteſt: vnum namque eſt, & ſimplex, & vniforme, varia vero vult: quocirca non eſſentia, ſed voluntate creat. Si, quemadmodum cum compoſitione linearum ſimul ſubſiſtunt anguli, ſic & mundus conſubſiſtit Deo: H ſanè quidem præter voluntatem coactus mundum Deus creat, non per ſe, ſed accidentia: coactu enim & accidentia ſimul cum linearum poſitura, anguli conſiſtunt. Conditor id quod non ſit, condit: nam quod ſit, conditore non indiget. Quod ſi ita eſt, videlicet Deus eorum quæ ſimul cum ipſo conſiſtunt, ſicut reſpondens, ait, conditor non eſt. Deus domum non conſtruxit, ſed hominem fecit: eique facultatem qua domum conſtruere poſſet, dedit. Nihil certe eorum ingenite eſt apud Deum, neque hominis creatio, neque facultatis donatio. Reſpondens duas poſuit regulas: vnam, de creatione eorum quæ ingenita ſint, & ingenite creent: alteram de creatione eorum quæ genita ſint & genite procreent. Et Opera quidem, inquit, ingenitorum ſimul cum auctoribus ſuis ingenite conſubſiſtunt: opera autem genitorum, temporalia ſunt. Porro cum nullum eorum quæ ingenita ſunt, in tempore creet, nempe ea quæ genita ſunt, neque genita ab ingenito ſunt, neque gigni potuerunt. *Non conſideremus autem, Deum humano modo facere: non enim ſicut nos primum aliter habentes, poſtea*

in aliud mutantes facere dicimur, ſic Deus quoque facit: ſed propter ineffabilem & excellentem potentiam, abſque tempore faciens omnia, perficit omnia, & ſimul vna cum eo quod ipſe ſit, ea etiam quæ ſint facit: non neceſſe habens, veluti nos, vt prius gignatur & conſummetur, atque ita poſtea faciat: propterea quod in eum non cadat, vel quod prius vel quod poſterius ſit. Nos quidem id quod prius eſt, mutamus in id quod poſterius eſt, ſi melius quidquam reperiamus: Deus autem non itidem. Verum ille, pro eo atque par eſt, ab initio facit, prima in poſterius non commutans. Nam ſi ſtatueret ab initio priora mutare in poſteriora, ac non mutaret, vel quod parum valida eius eſſet poteſtas, vel quod melius eo quod deſtinauerit, quidquam reperiret, facere id exiſtimaretur. Quorum nihil Deo adeſt: videlicet neque potentiæ infirmitas, neque poſterius melioris quam prius fuerit inuentio. Si Deus facit omnia, non quæ fiant, ſed quæ ſimul ſubſiſtant: ſuperuacaneum eſt, ea quæ ſimul atque ipſe ſit, vna cum eo ſint facere, vt enim ſuperfluo eſt, linearum compoſitione exſtante, angulos facere: ſic ſuperuacuum eſt, cum Deus ſimul cum mundo ſit, facere mundum: ſi quidem is, prout reſponſi auctor ait, ſimul cum Deo ſubſiſtit. Si ſimul cum eſſentiâ Dei etiam mundus eſt, & mundus ſemper in motu; motus autem in tempore eſt: nempe in tempore cum mundo fuerit Deus. Si Deus, cum ingenitus ſit, ingenite ingenita efficit, non ea quæ fiant, ſed ea quæ ipſi conſubſiſtant, ingenitus certè & homo fuerit; quippe qui pars ſit mundi. Quomodo igitur eum genitum reſpondens dicit? Et ſi Deus, ingenitus quod ſit, ingenite ingenita efficit: nimirum & ſimplex cum ſit, ſimplicia omnia, quæ ſimul cum ipſo ſubſiſtant, efficit. Quod ſi hoc obtinet, videlicet non ſimul ſubſiſtit cum Deo mundus, eo quod compoſitus ſit, qua in vniuerſitate, qua in partibus. Si Deus vnum eſt, non vnum vero quod ſimul cum ipſo conſubſiſtit: itaque non ſimul cum eo conſubſiſtant genita, cum ipſe ſit ingenitus. Si Deus longe eſt vltra ea & quæ animo cernuntur, & quæ ſub ſenſus cadunt; & opera quæ longe ſupra ea ſunt, & quæ ratione perſpiciuntur, & quæ ſenſibus percipiuntur, non efficit: neque ſane, cum ingenitus ſit, ingenita efficit. Si fieri haudquaquam poteſt vt aliquid cum eo ſimul ſubſiſtat quod longè vltra id ipſum eſt: quomodo mundus cum Deo, qui vltra mundum ipſum eſt, ſimul ſubſiſtit? Si impoſſibile eſt vt quæ compoſita ſint, eadem ſint ingenita: quomodo cœlum, ſol & mundus, cum compoſiti ſint, ingeniti eſſe poſſunt, & materiam aliunde, & formam aliunde habentes? *Idcirco cernimus & naturam eo ipſo quod ſit facientem, & vniuerſam ſemper mutationem operantem: quemadmodum lacte coagulando, cernimus vniuerſim coagulationem lacti aduenire. Sane quidem multò magis putandum, Deum cumulate atque abſque tempore facere cuncta: cum ipſe quidem ſit vnum, infinita vero potentia diuerſa producat, qua quidem omnino per ſeipſa producta ſint.* Natura quidem vniuerſam efficit mutationem, non ſubſtantia autem creanda, ſed perpeſſione efficienda, nam coagulatio in lacte, perpeſſio eſt lactis, ſubſtantiam vero nequaquam natura vniuerſim efficit. Quomodo igitur reſponſi auctor minus proprio minuſque appoſito exemplo, naturæ ſcilicet actione, ad Dei non temporariam actionem adſtruendam vſus non eſt? cum multæ ſint & diuerſæ ſubſtantiæ conditoris quas, etiamſi cumulate, non tamen abſque tempore creat. Cumulatum enim temporis, eſt indiuiduum momentum. Eis quæ per ſeipſa producta ſunt, voluntas Dei non dominatur. In ea autem dominatur Dei voluntas, quæ ipſa producit. Sin voluntas Dei in rebus omnibus dominatur, nimirum nihil fuerit quod per ſeipſum ſit productum. Reſpondens per ſeipſum productum nominat & Deum & mundum. Enimvero ſi per ſeipſum productus eſt mundus, qui ſimul cum cauſa ſubſiſtentiæ eius conſubſtiterit: neceſſe profecto fuerit, & Deum qui per ſeipſum productus ſit, ſimul cum cauſa ſubſiſtentiæ eius conſubſtitiſſe. Sin id inconueniens eſt, inconueniens etiam fuerit dicere, & Deum & mundum per ſeipſos productos eſſe, & ſimul alterum cum altero nullius interuentu interſtitij & momenti ſubſtitiſſe. Si per ſe quidem Deus per ſeipſum productus eſt, accidentia autem mundus cum eo ſimul ſubſiſtit: quomodo falſum non eſt illud, *Nihil Deo euenit*; ſiquidem Deo per ſeipſum producti in modum producto, per ſeipſum productus conſubſiſtit mundus? Si, quæ alicui naturali neceſſitate eueniunt, præter voluntatem ipſius ei eueniunt: quomodo, ſi naturali neceſſitate ſimul cum Deo mundus ſubſiſtit, non inuito ipſo accidentia cum eo ſimul ſubſiſtit? Si idem eſt apud Deum. Eſſe & Velle: videlicet in eis quæ non velit Deus, non fuerit. Quomodo igitur cur is non eſſet, cum ipſo mundus ſimul ſubſtiterit? Præter voluntatem namque eius cum eo ſimul mundus ſubſtitit. Si ingenitus ingenite ingenita efficit, nempe & incompoſitus incompoſite incompoſita efficit. Sin ſecundum non obtinet, non obtinet & primum. Compoſitus enim eſt mundus. Si Deus diuino modo deos non creat: quomodo ingenitus ingenito modo ingenita creat? Non enim ipſe ſibi-ipſi conſubſiſtit, ſed alius. Aliud eſt Deus, aliud ingenitum: illud quidem exiſtit, hoc autem ſecernitur a genitis. Et faciens Deus exiſtit, facit; non ſecernitur. Sin & eo quod ſecernitur, facit; accidentià, non per ſe facit. Quo modo igitur nihil accidit Deo, accidentià facienti? Si, quemadmodum vna cum globo ſimul ſubſiſtit concauum & conuexum, ſic vna cum Deo ſimul ſubſiſtit mundus: fuerit certe inuicem alter alterius cauſa, Deus mundi, mundus Dei: haud aliter atque illa. Si quis ſuapte voluntate ea non facit quæ etiam inuitus facit: itaque quomodo mundum Deus volens fecit, quem etiam facere nolens, neceſſitate vrgente fecit? Si Deus vnum quidem eſt eſſentia, infinitus autem potentia: ea vero quæ cum eo ſimul ſubſiſtunt, neque vnum iuxta eſſentiam eius, neque infinita iuxta potentiam eius ſunt; minime ergo ſimul cum eo ſubſiſtunt. Deus ſemper perfectus eſt, ſemper potens eſt. Atque in ipſo nihil eſt quod prius ſit & poſterius. In operibus autē eius eſt vtrumque. Si opera eius compoſita ſunt: quidquid vero compoſitum eſt, ex ſimplicibus conſtituitur: fieri certe nequit vt ſimul ſimplicia cum compoſitis exſiſtant. Primum namque ſimplicia, poſtea autem compoſita conſtant. Quemadmodum calumnioſe incuſari non poteſt Deus de potentiæ imbecillitate, quod plures mundos non creauerit, ſed vno condito, creatione ſuperſederit: ita extra calumniam eſt potentiæ imperfectionis, quod non ſimul atque ipſe fuerit, ſed cum voluerit, mundum effecerit. Nihil intereſt id quod per ſeipſum poductum eſt, ei quod per ſeipſum genitum eſt. Cæterum, ſi per ſeipſum productus eſt Deus, & per ſeipſum productus eſt mundus: fuerint per ſeipſos geniti Deus & mundus. Si, quemadmodum videmus vniuerſim coagulationem lacti aduenire, ita vniuerſim eſſentia mundo aduenit: genitus fuerit mundus, & tranſlatus ex eo quod non ſit in id quod ſit, nam *Aduenire* ſignificat *fieri*. Si per ſeipſum productus eſt Deus, & per ſeipſum productus mundus: per ſeipſum productio vtriuſque, principium fuerit ſubſiſtentiæ vtriuſque, proinde quomodo principij expers & æternus eſt Deus & mundus, per ſeipſum productiones ſuas principia obtinentes ſubſiſtentiam ſuarum? Per ſeipſum produci, ſignificationem productionis habet eius quod a ſeipſo producitur. Sedenim cum, quidquid producitur, aut aduentu per tranſitionem è loco in locum, aut ſubſtantia per creationem, ex eo quod non ſubſiſtat in id quod ſubſiſtat, ducentem producitur: nihil vero horum Deo adeſt: ergo non recte eum reſpondens per ſeipſum productum nominauit. Id enim quod per ſeipſum productum ſit, ab eo quod aliter vel per alium productum ſit, ipſa omnino productione nihil differt. Si impoſſibile eſt, id quod ingenitum ſit, factum eſſe: impoſſibile fuerit, mundum ingenitum eſſe, & opificem eius eſſe Deum. Sin eo mundus quod factus ſit, a Deo differt: neceſſario quoque eo quod genitus ſit, differt, factus enim eſt mundus, non factus autem Deus. Si, qui naturali neceſſitate ſimul cum ingenito ſubſiſtit, infectus eſt quomodo igitur falſum illud non eſt; Fecit Deus mundum factitium, cum per ſe infectus eſſet & ingenitus? Si mundus per ſeipſum productus eſt, & non factus; neceſſario etiam per ſeipſum factus eſt. Et quod

A per ſeipſum eſt productum, id quod per ſeipſum genitum eſt & quod per ſeipſum factum eſt, nihil intereſt. At ſi per ſeipſos producti ſunt Deus & mundus, per ſeipſos geniti, & per ſeipſos facti fuerint. Sin hoc abſurdum, abſurdum profecto etiam eſt dicere, per ſeipſum productum quidem principio vacantem & ſempiternum Deum, ingenitum autem & per ſeipſum productum factitium mundum. Si per ſeipſum productus eſt mundus, non fuerit per Deum productus: & ſi non per Deum productus, non produxerit eum Deus, quocirca quomodo reſpondens non falſa & minus conſentanea loquitur, cum dicit; Deum quidem producentem, mundum autem per ſeipſum productum? *Sane quidem multo magis* (inquit) *putandum, Deum vniuerſim ſine cumulatæ, & abſque tempore facere cuncta, cum ipſe quidem ſit vnum; infinita vero potentia multa producat quæ quidem omnino per ſeipſa producta ſint.* Et ſi idem valet verbum *Facere*, cum verbo *Facturum eſſe*: quomodo qui à Deo tollit *Facturum eſſe*, verbum futuri temporis diſertam habens ſignificationem, nunc de Deo ponit verbum *Facit*, temporis itidem obtinens ſignificationem? Sin verbum *Facit*, cum deſignatione futuri temporis & præteriti continet ſignificationem, quomodo in Dei operatione non ſunt cunctæ temporis partes?

QVARTA CHRISTIANA ad Græcos quæſtio.

Si impoſſibile eſt vt id quod antea non fuerit, & poſtea ſit, coæternum ei ſit quod ſemper ſit: quomodo, ſi genitus ſit mundus, coæternus eſt apud Deum.

RESPONSVM GRÆCVM ad Chriſtianos.

Fieri quidem non poſſe vt, temporarium quod ſit (quo ſignificatur id quod antea non fuerit, poſtea autem C ſit) æternum ſit, & ei quod ſemper ſit, contempiternum perſpicuum eſt. Ex hiſce vero quoque verbis mundum ingenitum eſſe demonſtrari, & id cuiuis fere liquidum eſt. Porro ſi quis dicere velit, quemadmodum veterum nonnulli dicunt, mundum genitum, qui ſummam tantum ſpeciem verborum eorum intueantur, iure eos qui dixerint, reprehendent: Sin penitus latentem in dictis ſenſum accuratius perſpiciant, exquiſite & aperte illos mundum ingenitum eſſe pronuntiare inuenient. Nam illi ipſi qui & exempli præbitricem & effectricem cauſam ingenitam eſſe dicunt: videlicet & mundum, qui harum opificium ſit, aperte ingenitum pronuntiant. Demonſtratum enim eſt a veteribus, ea quæ vocantur πρός τι, quæ cum aliquo conferuntur, vna natura ſubſiſtere. Quando igitur & imago cum exemplari, atque exemplar cum imagine, & opificium cum opifice, atque opifex cum opificio ſimul natura ſubſiſtat, ac propterea ſi ingenitus eſt opifex, & ingenitum exemplar: ſcilicet & mundus ingenitus fuerit, qui ſit & exemplaris imago, & opificis D opificium. Quæ vero ea quæ cum aliquo conferuntur, vna natura ſubſiſtant, id clare ſatis omnibus probatum teſtatumque eſt. Et id inde facile eſt cognoſcere, nam dextrum & ſiniſtrum eorum ſunt quæ cum aliquo conferuntur. Sicuti ergo dextrum eſſe non poteſt, ſi ſiniſtrum non ſit, neque ſiniſtrum ſine dextro: ſic eſſe non poteſt opifex abſque opificio, neque opificium ſine opifice. Quocirca ſi opifex ingenitus, ingenitum & opificium. At ſi quis dicere velit, prius fuiſſe opificem, poſterius autem opificium: alio quoque implicabitur abſurdo. Compelletur namque dicere, potentia eſſe opificem, non actu, quod ſane aliud non eſt, quam Deum imperfectum dicere. Atque ad hæc nihilominus cum opifice ſimul moliſſe opificium, quod & ipſum potentia ſit, ſicut opifex; eis omnino quæ cum aliquo conferuntur, pariter ſubſiſtentibus. Quapropter ſi opifex potentia eſt, potentia quoque opificium: Sin opifex actu & perfectus, ſimiliter & opificium. Liquido igitur cuiuis patet, vna cum opifice, pro eo quod opifex eſt, ſimul ſubſiſtere opificium

NON RECTE INSTITVTI Reſponſi refutatio.

Perinde atque in aliis ſuis reſponſionibus, mundum ingenitum eſſe reſpondens oſtendiſſet, haud aliter & in præſenti reſponſione, mundum ingenitum eſſe, ſe oſtenſurum pollicetur. Atqui in illis reſponſis, neque ex his quæ manifeſta & nota ſunt, mundum ingenitum eſſe certo ſtatuit, neque per demonſtrationem id probauit, ſed tantum ſuapte auctoritate, quod ſibi placitum eſſet, pronuntiauit. Vbi autem ad reſponſum præſens peruenit, in quo mundum ingenitum eſſe probare contendit, primum antiquorum infert mentionem, qui genitum mundum dixere, atque eos qui hoc dixerint reprehenſione dignos eſſe ſenſuit; niſi aliis verbis ſuis, ſua ipſorum verba, genitum mundum eſſe aſſerentia, euertiſſent. Hoc ipſum autem tantum abeſt vt iuſta reprehenſione liberet, vt maiorem etiam & iuſtiorem efficiat reprehenſionem: de mundi ſcilicet generatione & affirmationem & infitiationem ponere, & eundem ſuis ſibi ipſum verbis repugnare. Atque hæc dicta ſufficiant ad id corrigendum quod reſponſionis auctor non conuenienter vocibus inter ſe pugnantibus vſus ſit, ad demonſtrandum eam, qua mundum ingenitum eſſe adſtruendum ſuſcepit, aſſertionem. Nos autem priſcorum illorum ſcrutemur dicta, quibus mundum ingenitum eſſe ſtatuunt, prout ait reſponſi auctor. *Ex hiſce vero*, inquit, *mundum ingenitum eſſe demonſtrari, & id cuiuis fere liquidum eſt. Porro ſi quis dicere velit, quemadmodum veterum nonnulli dicunt, mundum genitum: qui ſummam tantum ſpeciem verbi intueantur, iure eos qui id dixerint, reprehendent. Sin penitus latentem in dictis ſenſum accuratius perſpiciant exquiſite & aperte illos mundum ingenitum eſſe, pronuntiare inuenient. Nam qui & exempli præbitricem, & effectricem cauſam ingenitam eſſe dicunt, videlicet & mundum, qui harum opificium ſit, aperte ingenitum pronuntiant.* Si a veteribus ponitur, mundum eſſe genitum, ac ſi quidem iuxta ſummam ſpeciem id conſideretur quod poſitum eſt, immutabile conſiſtit: penitus autem ſi expendatur, in oppoſitum contrariumque recidit: quid ita reſpondens non & exempli præbitrice & effectrice cauſa a veteribus poſita, per eandem intentionem, ſummam verborum ſpeciem penitus contemplantem, & quod poſitum ſit, in oppoſitum tranſmutantem, vſus, mundum genitum, ſicut a priſcis poſitus eſt, in ingenitum, itidem per eas cauſas inuertas vertit, vt eos qui id dixerint, iſta liberaret reprehenſione? Id vero ſi abſurdum eſt factu, antiquorum ſcilicet dicta iuxta rerum naturas conſiderare atque intelligere oportet, non ſecundum diuerſas intentiones ea quæ poſita ſunt in oppoſita vertere. Si aliud eſt exemplar, & aliud id quod ad exemplar eſt factum: ſimplex namque eſt exemplar, compoſitum autem id quod ad exemplar eſt factum, ac quod ita eſt, aliud atque aliud eſt, & neceſſario alias atque alias: quod vero alias atque alias, prius atque poſterius eſt, id ſimul natura eſſe non poteſt: Idcirco ſimul naturâ non eſt exemplar, & id quod iuxta exemplar eſt factum. Reſpondens aliquando mundum commune opificium eſſe dicit, & exempli præbitricis & effectricis cauſæ, & inquit, *videlicet & mundum, qui harum opificium ſit*: aliquando effectricis quidem opificium, exempli præbitricis autem imaginem. Atque inde contra, mundum neque cum opifice, pro eo quod imago eſt, neque cum exemplari, pro eo quod opificium eſt, conterri. Atqui ſi hoc ſic habet, non iam vero facit, harum eſſe opificium mundi. Si exemplari fabricator ſtruit mundum, volens eum ſimul in ſubſtantia eum condit, ſuperuacaneum eſt exemplar, eo ipſo quod Deus ſit, ad id quod efficitur, efficiendum ſufficiente, & voluntas intercidit, non enim ſunt voluntaria, quæ etiam non volente eo qui efficit, ſiunt. Huiuſmodi namque eorum opus eſt, qui eo quod ſunt, efficiunt. Deus quidem ipſe ingenitus eſt, exemplar autem ex mente ſua edidit, mundum vero e materia, iuxta exemplar conſtruxit. Sed enim ſi ſecundum reſponden-

tem,

tem, quia mundus opificis ingeniti opificium eſt, pro-
pterea & ipſe ingenitus eſt: fuerit quoque exemplar in-
genitum,, quoniam ingeniti germen eſt. Sin abſurdum
eſt dicere, germen ingenitum eſſe: nimirum abſurdum
quoque ſit dicere, ingenitum eſſe id quod genitum ſit.
Si eo quod opifex ingenitus ſit, neceſſe eſt opificium quo
que ingenitum eſſe: ſcilicet eo pacto neceſſe etiam fuerit,
opificium non conditum eſſe: non conditus namq; condi-
tor. Sin hoc inconueniens, inconueniens quoq; ſit dicere,
mũdum eſſe ingenitum. Id quod conditum eſt, ab eo quod
genitum eſt, ſolo verbo differt: & eo quod paria ſint,
citra exceptionem alterum altero conuertitur, nam quod
genitum ſit, id neceſſario quoque conditum: & quod
conditum ſit, id neceſſario etiam genitum. Porro cum
fieri nequeat vt mundus ſit in genitus & genitus: in re
enim quauis, vel affirmationem vel negationem in vero
eſſe oportet, fieri quoque certe non poteſt vt mundus
conditus ſit & ingenitus. Id quod bis idem eſt in alio,
neceſſario eſt alias atque alias; vt puta: Exemplar in
Deo eſt, & in materiâ: atque in Deo quidem infecti-
tium, in materiâ autem factitium. Et in Deo mundus non
eſt, ſed mundi exemplar: in materia vero eſt mundus.
Quod ſi alias atque alias eſt, nimirum & aliter atque ali-
ter; proindeque neceſſario prius atque poſterius. Sin
prius atque poſterius, minimè certè id eſt quod coæter-
num eſt. *Demonſtratum à veteribus eſt, ea quæ vocantur*
πρός τι, quæ cum aliquo conferuntur, vnâ naturâ ſubſiſtere.
Quando igitur & imago cum exemplari, atque exemplar
cum imagine, & opificium cum opifice, atque opifex cum
opificio, ſimul naturâ iſtiuſmodi ſubſiſtunt: ac proinde ſi
ingenitus eſt opifex, & ingenitum exemplar: ſcilicet & mun-
dus ingenitus fuerit, qui ſit & exemplaris imago, & opifi-
cis opificium. A quibus veteribus viris demonſtratum eſt,
ea quæ cum alio conferuntur, ſimul naturâ exſiſtere, ab
eiſdem imaginis reddita eſt ratio. Imago (inquit) eſt,
cuius eſt per imitationem generatio. At ſi iuxta reſpon-
dentem, mundus ingenitus eſt: nempe mundus perdide-
rit imaginis nomen, nomen autem? immo & nomen ſi-
mul, & rem ipſam. In eo enim vt mundus ingenitus ſit,
impoſſibile eſt eum imaginis conſeruare rationem. Qui
opificium propterea ingenitum eſſe dicit, quod conditor
eius ingenitus ſit; debet is quoque non conditum dicere
opificium; quoniam conditor eius non conditus ſit. Con-
ſequutione enim ſibi inuicem neceſſario ſuccedunt, in-
genito non conditum, & non condito ingenitum. Sin
hoc abſurdum, abſurdum quoque dicere eſt opificium
ingenitum. Si ſimul naturâ ſunt ea quæ cum aliquo con-
feruntur, proindeque neceſſe eſt opificium ſimul ingeni-
tum eſſe cum opifice, ſicuti Reſpondenti videtur: ne-
ceſſè videlicet fuerit, eodem modo genitum ſimul cum
ingenito dicere coingenitum: nam & hæc ex eis ſunt quæ
cum aliquo conferuntur, cum genito enim confertur,
ingenitum, & cum ingenito genitum. Ac ſi genitum non
exſtet, potentiâ ingenitum fuerit ingenitum: ſin genitum
exſtet, actu ingenitum fuerit ingenitũ. Quocirca neceſſa-
riũ ſit, & de opifice atque opificio, & de exemplari atque
imagine, hoc ipſum itidem intelligere, & nihil accide-
rit abſurdi. Quam enim obtinet naturam id quod cum
alio confertur in opifice & opificio, eandem habet in ge-
nito & in ingenito. Et prius atque poſterius eorum ſunt
quæ cum alio conferuntur, quippe cum eo quod primum
eſt, confertur id quod poſtea eſt: & cum eo quod po-
ſtea eſt, id quod primum: & ſimul ſunt naturâ vel po-
tentiâ, vel actu. Cæterum ſi, pro reſpondentis opinione,
creatura ſimul ingenita eſt cum ingenito creatore: quan-
doquidem cum aliquo confertur, & ſimul naturâ exſtat:
erit vtique hoc modo genitum etiam ſimul ingenitum
cum ingenito Deo. Primus namque eſt Deus, poſterius
autem genitum: ac fuerit velut id quod cum aliquo con-
fertur, id quod prius ſit, naturâ ſimul cum eo quod po-
ſterius. Sin (præterquam aliquando quidem potentiâ, ali-
quando vero actu) impoſſibile eſt vt prius & poſterius
naturâ ſimul ſint: nempe neque opificium ſimul cum
opifice coæternum ſit, neque imago cum exemplari.
Quod autem ea quæ cum aliquo conferuntur, vnâ naturâ
ſubſiſtant, id clare omnibus ſatis probatum atque teſtatum E
eſt, & id inde facile eſt cognoſcere. Nam dexterum & ſini-
ſtrum eorum ſunt quæ cum aliquo conferuntur. Sicuti ergo
dextram eſſe non poteſt, ſi ſiniſtram non ſit, neque ſini-
ſtram ſine dextero: ſic eſſe non poteſt opifex abſque opificio, ne-
que opificium ſine opifice. Quocirca ſi opifex ingenitus, in-
genitum & opificium. Si quidem, quemadmodum dex-
trum & ſiniſtrum, iuxta eandem eſſentiam in parte vni-
uerſa alterum ad alterum eſt, itidem & opifex & opifi-
cium, iuxta eandem eſſentiam, in parte vniuerſa alter ad
alterum eſſet: locus eſſet exemplo quo reſponſi auctor
vſus, conniſus eſt probare cum opifice ſimul ingenitum
eſſe opificium. Sin dextrum & ſiniſtrum, iuxta eandem
eſſentiam in parte omni alterum ad alterum eſt; opifex
autem & opificium eiuſmodi non eſt: impropriâ certè
ſimilitudine reſpondens vſus eſt, ad naturam rei quæ de-
monſtranda venit, nullam habente proportionem. Eo-
rum quæ cum aliquo conferuntur, quædam alterum al-
terius inuicem eſſe dicuntur quod dicuntur: veluti pater F
dicitur filij pater, & filius patris dicitur eſſe filius. Quæ-
dam alterum alterius non eſſe dicuntur, quod dicuntur,
ſicuti rectum & rotundum: quorum commune eſt, vt
quandoque potentiâ alterum dicantur eſſe quod dicun-
tur, quandoque actu. Quædam vtraque ſemper ſunt, vel
potentiâ, vel actu: ſicut Concauum & Conuexum.
Quædam ſemper actu, vt Surſum & Deorſum. Ad hunc
modum cum ea quæ cum aliquo conferuntur, diſtinguan-
tur, quando quæſtionis alicuius ambiguitatem per id
quod cum aliquo confertur, ſoluere voluerimus, cog-
noſcere primum oportet, cuius diſtinctionis eorum quæ
cum aliquo conferuntur, id ſit quod in quæſtionem ve-
nit: atque ita deinde ſecundum diſtinctionis naturam,
proportionis comparationem inſtituere, quam exem-
plum demonſtrationis habeat ad id quod demonſtran-
dum eſt. Sin ſecus, reperietur exemplum non appoſitum,
& quæſtio non ſoluetur. Si opifex & opificium ex eo ge-
nere eorum quæ cum aliquo conferuntur, ſunt quæ alte-
rum alterius dicuntur quod dicuntur (opificis enim eſt G
opificium, & opificij opifex) reſpondens autem exem-
plo demonſtrare volens, genitum cum ingenito ſimul
eſſe ingenitum, ad eius rei demonſtrationem, id quod
cum aliquo confertur, eius generis accepit, in quo alte-
rum alterius non dicitur: (nam dextrum ſiniſtri non di-
citur, neque ſiniſtrum dextri) perſpicuum eſt, inconue-
niens eum vſurpaſſe exemplum, quod iuxta naturam
eius quod demonſtret, ad id quod demonſtratur, com-
parationem & proportionem non habeat ambiguitatem
quæſtionis ſoluentem. *Ac ſi quis dicere velit, prius fuiſſe*
opificem, poſterius autem opificium: alio quoque implicabi-
tur abſurdo. Comperietur namque dicere potentiâ eſſe opifi-
cem, non actu: quod ſanè non aliud eſt quam Deum imper-
fectum dicere, atque ad hæc, nihilominus cum opifice ſimul
ſubſiſtit opificium, quod & ipſum potentiâ ſit, ſicut opifex,
eis omnino quæ cum aliquo conferantur, pariter ſubſiſtenti-
bus. Quapropter ſi opifex potentiâ eſt, potentiâ quoque opi-
ficium: ſin opifex actu & perfectus, ſimiliter & opificium.
Liquido igitur cuiuis patet, vna cum opifice, pro eo quo H
opifex eſt, ſimul ſubſiſtere opificium. Si quemadmodum
Deus vt creator, iuxta rationem eius quod cum aliquo
confertur, ſe ad creaturam habet, ſic tanquam ingenitus
itidem iuxta rationem eius quod cum aliquo confertur,
ſe ad genitum habet: & ad ea quæ poſtea ſunt, veluti
primus, nihil quidquam imperfectum obtinet, vel in eo
quod ingenitus, vel in eo quod primus ſit: nulla nam-
que ratione dici poteſt, Deum aut ingenitum imperfe-
ctum, aut primum imperfectum eſſe, eo quod aliquan-
do poteſtate ſit vtrumque, & ingenitus & primus: iti-
dem fieri nequit vt Deus ſit imperfectus, eo quod prius
ſit potentiâ creator. Quod ſi propterea quod primum ſit
potentiâ, poſtea actu creator, imperfectionis nomine
calumnioſe ſuggilletur, neceſſe fuerit, & eo quod pri-
mum potentiâ, poſtea actu ingenitus ſit & primus, im-
perfectionis ipſum calumniam ſuſtinere. Sin abſurdum
eſt; Deo calumniam impingere imperfectionis nomine,
in eo quod ingenitus ſit & primus: non minus abſurdum

A vtique erit, ipſum calumniari de imperfectione creatricis potentiæ, eo nomine quod non ſimul cum eſſentia ſua, ſed poſtea cum voluit, mundum condiderit. Fieri namque nequit, qui iuxta aliquem eius quod cum aliquo confertur habitum imperfectus ſit, quin etiam iuxta reliquos eius quod cum alio confertur habitus omnes, ſit imperfectus.

AD GRÆCOS QVÆSTIO
Chriſtiana quinta.

Si cœlum ingenitum eſt, atque ingenitus etiam Deus eſt, & in cœlo Deus habitat? quomodo Deus in his quæ ſua non ſunt habitans, non contumelia afficitur? Quod enim non fecit cœlum, id eius non eſt.

AD CHRISTIANOS
Reſponſio Græca.

B Deum quidem ingenitum eſſe, & cœlum ingenitum, cum ex his quæ in præſentia ſummatim ſunt dicta, ſatis euidens eſt; tum ex eis quæ exquiſite & accurate ſunt demonſtrata, patet. Dicere autem Deum in cœlo habitare, præter rationem eſſe, hic conſideremus. Primum equidem domicilium, ſalutis & conſeruationis eius qui id habet, gratia factum eſt. Quocirca ſi quidem mundus eſt domicilium, Deus autem qui incolit: videlicet mundus Deum ſeruet, Deus vero à mundo ſeruetur, quod profecto eſt omnium abſurdiſſimum: præſertim cum id quod eſt præſtabilius, contineat id quod ſit indigentius: atque id quod indigentius eſt, ab eo quod præſtabilius ſit continetur. Atqui id quod inhabitat, ab habitatione continetur. Et ſic Deum complectetur habitatio, & hac ratione Deus deteriore, opificium autem meliore fuerit loco: præterquam quod id quod continetur, in loco eſt; & quidquid in loco eſt, corpus eſt, atque Deus certe quidem ſi in loco eſt, corpus erit. Quomodo igitur id

C quod minus corpus ſit, pro eo quod continetur, continebit corpus maius? Abſurdum dictu eſt. Habitatorem vero in loco habitatione contineri, cuiuis etiam per ſe ipſum excutienti perſpicuum eſt. Quid igitur dicas? Quomodo Homerus opificis habitaculum dicit eſſe cœlum? An quia vbique quidem locorum in mundo Dei illum [illegible] cernens, mundum domicilium vocauit Dei, tanquam qui ſit creationis & opificij Dei vniuerſi receptaculum, præcipue autem Cœlum vocant, eo quod cœlum mundi totius ſummam eſſe partem, omnibus pro confeſſo eſt.

RESPONSIONIS NON RECTE
conceptæ confutatio.

D Dicere, Deum quidem eſſe conditorem, mundum autem non conditum: quod enim non conditum eſt, idem valet quod ingenitum: & eorum quæ idem valent, liber eſt [illegible]. Et dicere, Non conditus Deus non condita efficit: quod [illegible] eſt atque ſi dicas, ingenitum Deum ingenita ingenita efficere. Et dicere, Æternum eſſe Deum, ſempiternum autem mundum: Et [illegible] quod non ſubſiſtit, [illegible] ſubſiſtat, Deum & mundum per ſeipſum [illegible] modo productum, nam Per ſeipſum productum de Deo & mundo dictum, eandem habet ſignificationem. Et dicere, Per ſeipſum productum, & per alium cuſtoditum, eſſe mundum, nam Per alium cuſtoditum, ſignificat Per Deum cuſtoditum, alius enim eſt mundus, & alius qui cœlum cuſtodit: [illegible] cœlum, cum per ſeipſum productum ſit, neceſſario debebit eſſe per ſeipſum cuſtoditum. Et dicere; Deum & mundum eſſe ingenitos, & per ſeipſos genitos, nam Per ſeipſum productum de Deo & mundo ſi dicatur, idem denotat quod Per ſeipſum genitum. Et dicere, *Quæ [illegible] Deus*, & tantum, *Non fecit*, temporaneum enim eſt ſicuti *Fecit* ita & *Quæ fecit*. Et dicere, Perpetuo cum Deo nullius interuentu interſtitij & momenti ſimul ſubſiſtitiſſe

E mundum, qui ex materia & forma geniti modo per compoſitionem ab opifice ſubſiſtentiam cœpit. Et dicere; Incorruptibilem & corruptibilem eſſe mundum: incorruptibilem quidem, eo quod ſit; corruptibilem autem, eo quod cuſtodiatur. Et dicere, Gignitur mundus, id vero quod gignitur, temporarium eſt; temporarium autem corruptibile. Et dicere, Omnis creationis & opificij Dei receptaculum eſſe mundum, & Deum non eſſe corruptibilium conditorem. Deus namque de reſpondentis ſententia, nihil efficit temporarium. Genita autem, ſecundum eum, & temporaria & corruptibilia ſunt ſemper: Hæc atque eiuſcemodi alia proferre, non in eos cadit viros, qui naturæ rerum ſcientia, per exquiſitam & validam demonſtrationem, ea quæ ad Deum & mundum pertinent, demonſtrant: ſed eorum id eſt hominum, qui ad audendum proiecti per impudentiam, id quod opinantur, de Deo & mundo temere pronunciant. Porro per detractionem id ridere quod diximus in cœlo eſſe habitationem Dei, tanquam ea parum deceat Deum, hominum eſt qui abſurde dictorum tenent ſententiam. Vitioſa

F namque dictio vitioſam quoque habet mentem. Nos vero in quæſtione non poſuimus habitationis Dei in cœlo modum, quem reſponſi auctor fraudulenter per calumniam cœpit, ſed hoc: Si cœlum ingenitum eſt, Dei non eſt: & qui Deum in illo habitare dicunt, ad contumeliam Dei id dicunt, qui cœlum quod ſuum non ſit, incolat. Sane quidem domum & thronum Dei cœlum eſſe dicimus: non quaſi Deus illo ad habitationem & ſedem indigeat, qui omnino incircumſcriptus & nullius rei indigens eſt: verum, ne ad illius ſubſiſtentiæ amplitudinem, & ſubſtantiæ incorruptibilitatem reſpicientes, Deum ipſum aut dignitate honoreque Deo parem eſſe ſuſpicaremur, propterea Dei habitaculum & thronum dicimus, ab omni ipſum huiuſmodi verbis tum ſubſtantiæ cum Deo, tum ſubſtantiæ appellationis communione excludentes, nam ſicuti domicilium & thronus poſteriùs eo ſunt qui ea effecit: ſic & cœlum poſterius Deo

G eſt, vt genitum ingenito. Atque etiam cœlum vt nunc eſt, incorruptibile dicimus, non tamen eodem id, vt Deum, incorruptibile dicimus. Deus namque, ſuapte eſſentia non conditi modo & perpetuo incorruptibilitatem obtinet: mundus vero, conditi modo, Dei voluntate, incorruptibilitatem habet, ad tempus ſtatutum viamque vſu completo, in alium incorruptibilitatis modum transferendus. Deus enim, qui illi tribuit amplitudinem quantam voluit, non quantam potuit: potuiſſet namque eum magnitudine multo ampliorem efficere, quam eſt: [illegible] ipſe, vt mira ſua in incorruptibilitate permaneat, ordinauit, vſque ad tempus eorum qui conſtant in melius mutationis, ſecundum orthodoxorum rectéque ſentientium, qui ex [illegible] Dei doctrina Deum cognouerunt, fidem & perſuaſionem, & reſpondentis atteſtationem.

CONFVTATIONIS QVARVMDAM
Græcarum opinionum appendix.

H 1. Natura quæ res creat naturales, non in primis ab eo qui natura non creat, genita ſit, neque exiſtit, neque creat.

2. Non ſimpliciter qualibet res genita & corruptibilis, in generatione iuxta quadripartitum tempus, ortum & [illegible], vigorem & ſenectam habet, ſed ea quæ natura vel arte ſit.

3. Si nominibus noſtris Deus appellatur, quidquid tandem appellatur, minime neceſſe eſt vt [illegible] nomen Deum conſequantur quæ noſtra conſequuntur nomina. Vocatur autem Deus & Veritas, & Bonus. At veritati obiicitur falſum, bono opponitur malum: Deo autem nihil opponitur. Hoc quia Plato ignorauit, contrarium quoddam Deo ſtatuit malum, neceſſarium & perpetuum.

4. Non eſt quidpiam quod ſit, quin hoc ipſum aliquid ſit: veluti corpus non eſt quin hoc ipſum corpus ſit.

At ſi materia, vt hoc ipſum ſit, non habet; neque vt ſit, habet, nam vt aliquid ſit, ab eo vt hoc ipſum ſit, ſeparari non poteſt.

5. Natura & ars è ſubſtantiis faciunt, quæ quidem faciunt: veluti natura è ſatu creat hominem, & ſatum ex homine: ſubſtantiæ autem ſunt, & ſatus, & homo. Similiter & Artes ex ære faciunt ſtatuam, & è lateribus domum: ſubſtantiæ autem ſunt, & æs, & lateres. Itaque cum materia ſubſtantia non ſit, quis eſt qui ex ea ipſa facit ea quæ ex ipſa fiunt: quando natura & ars aliquid ex eo quod non ſit, facere nequeunt?

6. Si (quemadmodum dicit Ariſtoteles) corpus eſt quod neque graue neque leue, quodque nec vnum ex quatuor elementis ſit, neque ex quatuor elementis conſtet: videlicet ſi hoc verum eſt, corpus fuerit quod nec calidum nec frigidum, vel naturâ vel perpeſſione ſit. Nam quod vel naturâ vel perpeſſione calidum aut frigidum ſit, vel vnum è quatuor elementis eſt, vel è quatuor conſtat elementis. Sin corpus non eſt quod neque naturâ neque perpeſſione calidum aut frigidum eſt, ſane quidem neque corpus erit quod neque graue neque leue, quodque neque quatuor elementorum vnum ſit, neque ex quatuor conſtet elementis. Quinam igitur æther ab eo dicitur, propter cœleſtis corporis, & quæ in illo mouentur corporum motum, calidus eſſe? quæ enim motionibus calefaciunt corpora, prius ipſa incaleſcunt, quam ea quæ ab ipſis calorem concipiunt. Quod ſi incaleſcunt, nimirum perpeſſione incaleſcunt. Si vero perpeſſione, nempe mutatione. Sin mutatione, contrarij in contrarium mutatione videlicet. Contrarium vero frigori eſt calor, quocirca è frigido mutantur in calidum Enimuero cum corpus non ſit quod è frigido in calidum perpeſſione mutetur, quod neque quatuor elementorum vnum ſit, neque ex quatuor conſtet elementis: conſequitur, corpus cœleſte non aliud eſſe elementum ab elementis quatuor, calefit enim perpeſſione, dum è frigido in calidum mutatur.

7. Si, quæ motu calefiunt corpora, prolixiore motu prolixius calefiunt: quomodo ſi ſecundum Ariſtotelem Sol corpus eſt, non natura ſed motu calidum, non prolixitate motus prolixius vel calfit vel calefacit, ſed motus inæquabilitate æquabilem retinet calorem?

8. Si iuxta Ariſtotelem finis ſubſtantiæ eſt vt rerum contrariarum viciſſim ſit capax; quomodo rurſus idem dicit Ariſtoteles, materiam non eſſe ſubſtantiam; cum rerum contrariarum viciſſim capax ſit, nempe habitus & priuationis?

Quod ſi quis eo quod hoc ipſum ſit, priuatur, is eo quoque quod ſit, priuatus eſt: quomodo ait Ariſtoteles, impoſſibile eſſe, ex eo quod omnino non ſit, fieri quidquam: cum materia (quam tamen rerum quæ fiunt ſubiectum facit) ſecundum eum vtroque orbata ſit, & eo quod ſit, & eo quod hoc ipſum ſit.

9. Si ex eo quod omnino non ſit, nihil gignitur? certum eſt ex eo quod ſit, gigni aliquid. Quod ſi materia id eſt, quomodo Ariſtoteles verus eſt, materiam dicens non eſſe quod ſit?

10. Si materia non alteratur, fieri nequit vt ex ea fiat aliquid. Sin, quidquid alteratur, ex hoc ipſo in hoc ipſum alteratur: materia autem hoc ipſum non eſt proindeque non alteratur. Itaque ex ea non fit quidquam.

11. Si ex quoque in quodque non fit mutatio, ſed in id quod eodem in genere diuerſum ſit; velut in qualitate non fit mutatio candidi in magnum, ſed in nigrum: Qua igitur, re materia in generatione earum quæ ex ipſa fiunt ſubſtantiarum mutabitur, quod mutari queat habens nihil?

12. Si, quemadmodum ſe habet in animalibus animans, & in coloratis color, ad eundem modum ſe habet in materialibus materia: qui fit vt, cum tollendis animalibus ſimul tollatur animans, & tollendis coloratis ſimul tollatur color; materialibus tollendis, non tollatur materia? Sin vna cum materialibus ſimul materia tollitur, quomodo prius exiſtit materia quam materialia?

13. Si eorum quæ ſint, eſt vt recipiant aliquid & non recipiant, videlicet id quod omnino non ſit, neque recipit quidquam, neque non recipit, quomodo igitur priuationem recipit materia, quandoquidem ex his quæ ſint, non eſt?

14. Si impoſſibile eſt vt idem in eodem vtroque incitetur motu, & eo qui iuxta naturam, eo qui præter naturam eſt: quomodo Sol iuxta naturam quidem ab occidente mouetur in orientem, præter naturam autem ab oriente in occidentem, propter globum ſiue ſphæram? Fieri enim nequit vt idem in eodem naturâ contrariis concitetur motibus.

15. Si Sol non eſſet, ſuperuacaneus eſſet oculus: & ſi oculus non eſſet, ſuperuacaneus eſſet Sol. Sed cum vterque propter vtrumque ſit neceſſarius, genitus vterque fuerit, nam id quod ingenitum eſt, nullius gratia ingenitum eſt; [ſed propter ſeipſum dumtaxat, ac potius ne propter ſeipſum quidem. Præter cauſam enim eſt, cuius cauſa non eſt.]

16. Si impoſſibile eſt, tempore exſtante, id quod gignitur, gigni quidem iuxta cauſam, non autem iuxta tempus; quomodo Græci dicunt, mundum genitum eſſe ſecundum cauſam, & non ſecundum tempus?

17. Si haudquaquam fieri poteſt vt mundus abſque anno ſit; quomodo æternus eſt & ingenitus, cum annus non ſit æternus, ſed vt ſit, ex circuitu dierum complurium habeat?

18. Si annus genitus, quomodo quæ in anno ſunt, æterna ſunt & ingenita?

QVÆSTIONVM GRÆCANIcarum ad Chriſtianos, de Incorporeo, & de Deo, & de Reſurrectione mortuorum; Chriſtianorumque ad eas reſponſionum Liber.

1. Vnde conſtat an aliquid ſit incorporeum, & an ſit Incorporeum?

2. Vnde conſtat, ipſum in ſeipſo eſſe poſſe extra corpus; & num ſit ipſum in ſeipſo incorporeum?

3. Vnde patet an corpore pulchrius ſit incorporeum; & an non pulchrius corpore incorporeum?

4. Quid eſt incorporeum; vtrúmne anima, an melius anima, veluti Deus?

5. Quare differt anima à Deo?

6. Et vnde liquet an prorſus ſit Deus?

7. Ac ſi Deus eſt, quærendum num faciat feceritvé aliquando, factuŕúſve ſit id quod ſit aliquando?

8. Et an fuerit, faciátve, factuŕúſve ſit?

9. Et quid faciat, & quomodo faciat? ſuapte voluntate, an præter voluntatem?

10. Et ſi ſuapte voluntate, inſtrumentóne vſus, an abſque inſtrumento?

11. Et ſi præter voluptatem, vtrum etiam præter rationem facit ſine cogitatione & deliberatione, an cum aliqua iudicij conſideratione?

12. Et ſi cum conſideratione, cuius conſiderationis vſu indiget? Sin abſque conſideratione, quánam ratione, inueſtigandum.

13. Et ſi demus fieri quidquam ab eo, num id quod fit, incorruptibile an corruptibile? ac ſi quidem corruptibile, addubitamus an quod omnino factum ſit, incorruptibile eſſe poſſit, & qua ratione? Et ſi interit, qua re differunt immortalis [Dei] opera ab humanis operibus? [nam] horum permulta multoties ad multiplicata tempora durant, factoribus earum corruptibilitate exſtinctis, ipſa aliquatenus incorrupta: ſicut in architectis [& ædificiis] ſimilibuſque [cernere eſt.]

14. Et ſi interit quod à Deo eſt factum, cuius vitio ſiue malitia interit, factoriſne, an eius quod factum eſt, aut cuiuſpiam externi, qui factoris ſit aduerſarius? Quodcumque vero horum poſuerimus, perſpicuum fuerit conditoris fore malitiam. Siue enim creatura, ob inſitam ſibi vitioſitatem exitio eſt obnoxia, conditor in cauſa fuerit, quod talem ipſam condiderit, in qua mali quidquã relictum ſit. Sin extrinſecus aliquid ſit quod creatori

aduerſetur,

aduerſetur, ſic quoque creatoris malignitas fuerit, propterea quód vincere ea nequeat quæ ſibi ſint contraria Tum autem, ſi factoris ſit malitia, malum ipſum eſſe certum fuerit. Atque hæc de hiſce in præſentia ex multis pauca dicta ſufficiant. Nam, ſi vellemus, quærendum etiam eſſet quid ſit corpus, & quibus rebus conſtet corpus, atque alias de iſtis proferremus dubitationes. Verum hiſce relictis, tanquam in eis nihil eſſet ambigui, præſtabilius quidquam nunc, quod admirationem meretur, ex ea quæ de reſurrectione eſt diſputatione proponamus. Nam & hoc ex eis rebus vnum eſt, quæ ab eis qui ſaxeo ſunt corde, in dubium vocatæ quæruntur.

15. Nam ſi, inquit, homines mortuos reſurgere oportet integros; ſi fortè accidat vt homo in mari pereat, ac deinde à piſcibus is deuoratus, rurſum aliis hominibus qui piſces eos ederint, eſca fiat: quomodo carnem ſuam ab aliis hominibus conſumptam atque in illorum corpus conuerſam recuperabit? Aut enim hic neceſſario ſine carne reſurget, quam homines alij, eſu piſcium interueniente, abſumpſerint, ſicuti dictum eſt: aut illi membra carnis ſuæ repetitæ deponent & partibus ſuis deficientur, vt id quod per iniquam eorum vorationem deeſt, ſarciatur impleaturque? Et hæc ita per riſum ſaxicordes dicunt, Ego vero peruelim probabilem de reſurrectione, citra dubitationem, addiſcere aſſertionem argumentis neceſſariis, neceſſario reſurrectionem fieri oportere, per certas veraſque aliquas demonſtrationes oſtendentem. Demonſtrationes namque veſtræ ſi firmiter veritate fulcientur, nullam (mihi credite) quæſtionem in medium producam. Abſurdum quippe eſt, & iurgioſum, aduerſus confirmatam probationem rixandi ſtudio contendere velle.

AD I. QVÆSTIONEM

Chriſtianæ Reſponſiones ad quæſtiones propoſitas, ex naturalibus & diuinis veræ pietatis rationibus deſumptæ.

RESPONSIO I.

Interrogationes iſtæ non ſunt rationabiles quæſtiones, ſed inartificiales percontationes. Quæ namque rationabilem efficit quæſtionem interrogatio, per ea quæ quodammodo conſequuntur, id quod abſurdum eſt inducit, veluti; Solus homo ridibundus: Omne ridibundum, animans: Solus igitur homo animans, vbi propoſitiones quidem conſentaneæ ſunt, concluſio autem abſurda. In hiſce vero interrogationibus, nihil quod conſequatur abſurdi inducitur. Rationabiliter ergo quæſtiones non dicuntur. Si impoſſibile eſt vt idem eadem ignoret & norit: in re quauis namque aut affirmationem veram eſſe oportet, aut infitiationem: quomodo is qui neſcit num incorporeum ſit, voluntatem & conſiderationem, cogitationem & deliberationem, mentem & rationem ſcit, qui ſunt incorporei effectus? Nam ignorare quidem incorporeum eſſe, noſſe autem incorporei effectus, eorum eſt qui quid dicant neſciunt. Quæſtionem inſtituere, & quæſtionem ſoluere, non cadit in ſenſum, neque corporis eſt. Quod autem corporis non ſit, id incorporei eſſe neceſſe eſt. Quapropter vt incorporeum eſſe declaremus, ita rem inquirimus: Sin inquiſitio rei cuiuſpiam, an ſit nec ne, rationis eſt: ratio autem, eius quod rationale ſit, effectus eſt: corpus vero, per ſeipſum irrationale eſt: certum fuerit, eſſe aliquid incorporeum, cuius peculiare ſit, quærere & iudicare.

Alia inqviſitio. Ei qui non fatetur eſſe aliquid incorporeum, propriè non conuenit ratione quærere & iudicare an aliquid ſit incorporeum. Præter rationem enim eſt, vti quidem incorporei efficacia, incorporeum autem eſſe ignorare.

Alia. Duæ ſunt in nobis comprehendarum rerum facultates, Senſus & Intelligentia, quarum efficaciæ tantum inter ſe diſtant, quantum ea quæ ab altera earum comprehenduntur, comprehendi ab altera nequeunt. Sed enim cum omnes facultates eſſentiarum ſint facultates, duas neceſſe eſt eſſentias eſſe: quarum alterius ſit ſenſus, alterius intelligentia. Quod ſi ita eſt, fuerit certè quidem eſſentia quædam incorporea, cuius peculiaris ſit intelligentia, ſicuti ſenſus corporis. E

Alia. Si aliquid animatum eſt, animam eſſe neceſſe eſt, animæ enim communicatione, animatum redditur animatum. Si ſcientia in ſeipſa non eſt, ſed in animatum, neceſſe ſane eſt, animam in ſeipſa eſſe, in qua ſit ſcientia.

Alia. Si corpus animâ indiget, viuendi & ſentiendi gratia: anima vero non indiget corpore, neque viuendi neque intelligendi cauſa: aliud profectò fuerit anima à corpore.

Alia. Si animus imperat corpori, corpus autem animi imperio deſeruit: aliud vtique animus fuerit quam corpus.

Alia. Si animus artificis inſtar eſt, corpus autem inſtrumenti: non idem autem eſt cum artifice inſtrumentum: non fuerit ergo idem cum animo corpus.

Alia. Si primum eſt ratio, & poſterius quod ratione fit: (in animo namque eſt ratio, in materia autem quod F
ratione fit) aliud certe fuerit [materia] ab animo. Quod vero à materia aliud eſt, id aliud quoque fuerit à corpore.

Alia. Si id quod corpus non ſit, neque ſubſtantia eſt, quomodo ſubſtantia diuiditur in corpus & incorporeum, cum id quod diuiditur, neceſſario in eis ſit in quæ diuiditur?

QVÆSTIO II.

Si quid eſt incorporeum, vnde liquet id in ſeipſo eſſe poſſe?

RESPONSIO.

Cuius præſentia corpus, quod per ſe eſt vitæ, ſenſus, & notionis expers, [vitale eſt, ſenſibile & intelligens:] & abſentia è diuerſo emortuum, inſenſibile & inſipiens: id neceſſe eſt in ſeipſo eſſe, vt quod ſuapte naturâ ſit incorruptibile. G

Alia. Rationabiles quæſtiones ſcienter inſtituere, eaſdemque itidem ſcienter ſoluere, non ſenſus eſt opus, pro confeſſo namque eſt, ſenſum non poſſe eſſentiæ & veritatis attingere cognitionem. Atque hoc ſi ſic habet, & ſcientiæ eſt eſſentiæ & veritatis cognitionem attingere: ſenſus autem id non eſt: quod vero ſenſus non ſit, id corporis quoque non eſt: neceſſe profectò fuerit, eſſe aliquid incorporeum in ſeipſo, in quo ſcientia ſit.

Alia. Si eſſentiam in ſeipſa eſſe oportet, (diuiditur autem eſſentia, prima diuiſione, in corporeum & incorporeum) quomodo incorporeum eſſentia non eſt in ſeipſa exſiſtens.

Alia. Quod ſeipſum ſegregare poteſt à corporis perpeſſionibus, vt illas non ſentiat, & non intereat: id etiam ſegregari à corpore poteſt, & non interire. Quocirca
pulchrius præſtabiliuſque eſt corpore, vtpote quod cauſa H
ſit præſentia ſua vt pulchrum ſit corpus. Talem dicimus eſſe animum rationalem, qui eſt Spiritus mente præditus, vitalis, intelligens, & per ſeipſum mobilis: cui coeſſentiales ſiue conſubſtantiales eſſe dicimus angelos & dæmones. Atque (vt vniuerſim dicam) quidquid eſt ſubſtantiale, quod ab aliquo prehendi non poteſt, corpus ei eſt quod id prehendit. Et diuinitatem dicimus eſſe incorpoream: non quod incorporea ſit: (longe namque Deus eſſentiâ ſuâ eſt, ſicuti ſupra corpus, ita & ſupra incorporeum: vtriuſque ſcilicet horum conditor: nihil enim fecit Deus quod idem ſit quod ipſe eſt) ſed quemadmodum ſoliti ſumus in rebus materialibus quæ apud nos ſunt, præſtabilioribus Deitatem cohoneſtare, ita etiam in nominibus facimus: non quod illis Deus indigeat, ſed vt per ea noſtram de ipſo mentem declaremus. Hoc igitur modo illum dicimus incorporeum, non ignari illum eſſe incorporeo ſuperiorem; opificem quippe eius. Sit autem & hoc ſic in diſputatione hac omnino poſitum; vt quod demonſtrare queat eſſe aliquid incor-

A poreum. Quod ſi in rebus quæ exſtant, nihil eſſet incorporeum, non etiam eſſet corporeum. Sed quoniam aliquid eſt incorporeum, ſicut aliquid eſt corpus: propterea neceſſe eſt vt quæ contraria inter ſe ſunt, nominibus diſtinguantur contrariis. Etenim Deum increatum ſiue increabilem dicimus, increati appellatione à creaturis eum ſecernentes. Et niſi creaturæ eſſent, neque Deus ab eis increati vocabulo ſecerneretur. Itaque per hanc ipſam quæ increati nomine fit, diſtinctionem oſtenditur Deus longiſſime eſſe ſupra corporea & incorporea. Nam ſi nomen creati ſummatim corporea & incorporea complectitur, certum eſt, qui hoc ipſo increati nomine à creatis ſecernitur, neceſſario eum etiam à corporeis & incorporeis ſecerni. Et quod aliis adeſt incorporeis, vt à corporeis non prehendantur, id quoque Deo adeſt; non quidem vt incorporeo, ſed vt ei qui longe ſit vltra incorporea. Et quia non habere opificem & dominum, præſtantius eſt quam opificem habere & dominum: ideo Deum B vocamus increatum. Nam quod increatum eſt, neque opificem habere poteſt, neque dominum. Conſimiliter verò quia non prehendi à quopiam, quam prehendi honorificentius eſt, idcirco eum vocamus incorporeum.

QVÆSTIO VI.

Vnde liquet an prorſus ſit Deus?

RESPONSIO.

Ex rerum quæ exſtant conſtitutione, & perſeueranti diuturnitate. Non enim ea exſtarent quæ exſtãt, niſi Deus prius quam illa extitiſſet, qui partes creaturæ omnes vtiliter ex vſu & commodo vniuerſæ creaturæ ordinauit, & cognitus nobis eſt, per prædictiones & doctrinas Prophetarum, atque Domini & Saluatoris noſtri IESV CHRISTI, Apoſtolorumque eius ſermones, teſtificatione C diuinarum virtutum confirmatos.

QVÆSTIO VII.

An Deus faciat, fecerit ve, facturuſve ſit: Et ſi facit, ſuapte ne voluntate, an præter voluntatem?

RESPONSIO.

Fecit Deus & facit, & facturus eſt, ſuapte ſponte & voluntate, nam creaturam ipſe condidit, quæ antehac non fuerat, volens. Eam prouidentia ſua in eo vt ſit, conſeruat: quod quidem eſt *facit*. Quam etiam inſtauraturus eſt, & in ſtatum meliorem redacturus, per reſtitutionem ſiue renouationem: quod eſt *facturus eſt*: vt repurget eam ab abſurditate omni, ex rationalium ignauia contracta. Non quod per iudicij conſiderationem & deliberationem poſterius id quod melius ſit, inuenerit; ſed quod longe antea & prius quam mundum condidit, D conſtitutum habuerit vt faceret. Neque enim poſſibile eſt vt vel ad notionem vel ad potentiam, Deo poſterius quidquam accedat, quod prius non habuerit. Volentem autem Deum mundum creaſſe, illud eſt documento, quod cum Deus potuerit plures efficere ſoles, non plures, ſed vnum duntaxat effecerit, nam qui plures non poteſt condere ſoles, neque vnum condere poteſt: & qui vnum ſolem creare potuit, neceſſario quoque plures creare potuit. Quomodo igitur quos facere potuit plures ſoles, Deus non fecit; niſi certe quod plures ſoles facere noluit? Sin quos non fecit ſoles, voluntate non fecit: perſpicuum vtique fuerit, eum etiam quem fecit, voluntate feciſſe. Et veluti ſol, ita & reliquæ creaturæ partes omnes, quæ vel obnoxiæ vel non obnoxiæ ſunt corruptibilitati, ex voluntate Dei & id quod ſint, & id quod huiuſmodi ſint, habent.

QVÆSTIO VIII.

An incorporeum pulchrius ſit corpore?

RESPONSIO.

Si corpus vitam & intelligentiam recipit, non corporei alterius, ſed incorporei præſentia: quomodo non corpore pulchrius ſit incorporeum?

ALIA. Si quæuis corporata ſubſtantia, materia & forma conſtat: & non ex materia forma, ſed aliunde ea materiæ prouenit: quomodo incorporeum non pulchrius fuerit materiâ, vnde materiæ forma obuenit?

ALIA. Si æqualitas noſci non poteſt, inæqualitate ignorata: quomodo noſci poteſt corpus, incorporeo non cognito?

ALIA. Si corporalia omnia ſimulacri modo in corpore ſunt, anima autem rationis modo: quomodo anima incorporea non eſt?

ALIA. Si anima ad inſtar mentis operari poteſt: operatur autem anima ad inſtar mentis, quando ſe ipſam à ſenſu omni ſegregat: quomodo in ſeipſa non eſt anima?

QVÆSTIO IX.

Quare differt Deus ab anima?

RESPONSIO.

Eo quo differt id quod opifex eſt & dominus, ab eo quod opificem & dominum habet: & quo id quod ſupra id quod ſit eſt, ab eo quod ſit, differt.

QVÆSTIO X.

Num voluntarie Deus inſtrumento vtens, aut ſine inſtrumento facit?

RESPONSIO.

Non indiget Deus vniuerſo eo quod extra ſuam ipſius naturam eſt. Et ſicuti abſque inſtrumento vult, ſic quoque abſque inſtrumento facit. Si enim ſimulatque ille vult aliquid, id vna cum voluntate eſt: quomodo inſtrumentorum creatorum natura ſuperuacanea non ſit?

QVÆSTIO XI.

Si præter voluntatem Deus facit, vtrum præter rationem facit ſine cogitatione & deliberatione, aut cum aliqua iudicij conſideratione? Et ſi cum conſideratione, cuius conſiderationis vſu indiget? Sin abſque conſideratione, quanam tandem ratione?

RESPONSIO.

Si nota ſunt Deo opera eius: nota autem, ratione nota ſunt: quomodo non ratione Deus ea quæ facit, nouit? Porro cum cogitatione & deliberatione & conſideratione aliquid facere, noſtrorum eſt artificum, qui per hæc ad eorum quæ faciunt, finem meliorem pertingunt: Deus vero, vt qui neque recipiat neque abiiciat notionem, nullius rerum iſtarum indigens eſt.

QVÆSTIO XII.

An id quod omnino genitum ſit, incorruptibile eſſe poſſit: & qua hoc ratione?

RESPONSIO.

Quorum incorruptibilitas ex alterius dependet voluntate, ea nequeunt ſine generatione eſſe incorruptibilia:

A
quapropter ſolum Deum dicimus obtinere immortalitatem: quia ex ſuâ ipſius naturâ, non ex alterius voluntate, hæc illi adeſt.

Alia. Deus ſi ſupra incorruptibilia eſt, tanquam eorum conditor; ſupra ingenitum autem non eſt: non enim eſt ingenitorum opifex: proinde ſiquid incorruptibile eſt, neceſſario non conſequitur vt id etiam ingenitum ſit.

Alia. Si incorruptibilis Deus eſt, ſuâ ipſius naturâ: incorruptibilis vero & anima, opificis ſui voluntate: quomodo in tanta incorruptibilitatis differentia, de ſententia veſtra conſequitur, vt quod incorruptibile ſit, etiam ingenitum ſit?

Alia. Si ergo aliquid eſt quod momentum affert ad conſtitutionem corruptibilium: quomodo rebus corruptibilibus incorruptibiles non ſubſeruiunt, cum cauſa incorruptibilitatis earum ad huiuſmodi ipſas adducat miniſterium? At ſi hoc ita habet, certum fuerit poſſe aliquem

B
id quod incorruptibile ſit obtinere, propter vtilitates quaſdam: id vero quod ingenitum ſit, non itidem. Ingenitum enim, citra omnes vtilitatis cauſas oportet eſſe ingenitum.

Alia. Si primum quidem corpus eſt elementum: ſecundum autem corpus, id quod eſt ex elementis: id autem corpus quod ex elementis eſt, non poteſt eſſe ingenitum: nihil ſiquidem quod ingenitum ſit: poſterius eo eſſe poteſt quod genitum ſit: quomodo, ſi ea quæ ex elementis ſunt corpora, incorruptibilia ſunt, non genita erunt incorruptibilia?

Alia. Si omnia elementa genita ſunt, quomodo nugatorium non eſt, ea quæ ex elementis ſint, ingenita dicere? Nam etiamſi materia per ſeipſam neque elementum ſit, neque ſubſtantia? qualitate tamen & quantitate accepta, elementum fit & ſubſtantia: quodmodo ea quæ ex huiuſmodi perficiuntur elementis, eſſe etiam poſſunt ingenita, ſi illis contingit vt ſint incorruptibilia?

C
Alia. Si aliud eſt corpus, & aliud incorruptibile corpus, & aliud corruptibile corpus: iuxta differentiam vero incoruptibilitatis & corruptibilitatis, corpus diuiditur in incorruptibile & corruptibile corpus: quomodo neceſſe non eſt, proprium eius eſſe quod diuiditur corporis, vt genitum ſit aut ingenitum? Sin horum nihil proprium eius eſt quod diuiditur corporis, quomodo non quod diuiditur corpus erit neque genitum, neque ingenitum? Atenim ſi hoc impoſſibile eſt, vt quod diuiditur corpus, neutrum iſtorum ſit, neceſſe profectò fuerit vt ponatur, quod diuiditur corpus, id eſſe incorruptibile corpus & corruptibile: in quæ diuiditur id quod diuiditur corpus.

QVÆSTIO XIV.

Si id interit, quod à Deo factum eſt, cuius prauitate interit, an factoris, an eius quod factum eſt, aut etiam alicuius externi, qui factoris ſit aduerſarius?

D

RESPONSIO.

Non factoris, neque aduerſarij prauitate, intereunt ea quæ per corruptionem intereunt; ſed opificis fine & præſcripto, qui in ſingulis corruptibilitatem, in vniuerſis autem incorruptibilitatem efficit. Nam ſi alicuius eorum qui dicti ſunt, vitioſitate quæ intereunt interirent: genus totum interiret, & ſingulatim, & vniuerſim. Si enim concederemus, corruptibilitatem ex alicuius eſſe prauitate: non conſeruaretur eorum quæ gignuntur in pereuntibus genus incorruptibile, prauitate ſicut in ſingulos, ita quoque in vniuerſos imperium habente. Sin alicuius prauitate vniuerſitatē interire impoſſibile eſt, neque itidem pro ſe quodque prauitate alicuius, ſed fine atque præſcripto Dei interit. Si namque in rebus quæ extant, prauitas aliqua non eſt, quæ generationem prohibere queat: neque ſane in rebus quæ extant prauitas etiam quæpiam eſt, per quam genus intereat.

QVÆSTIO XV.

Reſponſiones De Reſurrectione, ad eas quæ de ipſa propoſitæ ſunt quæſtiones.

1. Quod homo ſit aut fiat eſca piſcium, & piſcis eſca hominum: neque hominem in piſcem, neque piſcem in hominem reſoluit: ſed vtriuſque reſolutio in elementa ea tranſit, vnde eſt primitus vtrumque compoſitum: etiamſi vtriuſque reſolutionis modus per id fiat quod alterum alterius eſca factum ſit. Cuiuſque enim reſolutionis, quocumque ea eueniat modo, finis eſt vt in ea abeat elementa, in quâ reſoluitur. Minime ergo eò oportet, quod homo piſcis, & rurſus piſcis hominis cibus fiat per cauillationem fallacem inſtituere quæſtionem abolendâ reſurrectionis causâ: ſed ad potentiam

F
Dei reſpiciendum, qui non modo mortuos ſe reſuſcitaturum eſſe pollicetur, verum etiam per eam quæ iam præceſſit, ſaluatoris noſtri Chriſti reſurrectionem, certam nobis eius fecit, fidem & perſuaſionem. Porro ſi elementa ſubiiciuntur ad eorum quæ generantur creationem, & ad eorum quæ intereunt reſtitutionem: quomodo ſi incredibilis atque impoſſibilis eſſe eorum quæ intereunt, exiſtimatur reſtitutio: non incredibilis atque impoſſibilis etiam erit, eorum quæ ab initio genita ſunt, creatio? quod certe eſt per quam abſurdum.

2. Græci & Pagani neque creationem neque reſtitutionem mundi credant, an autem veri ſint, hoc modo perſpicuum fiat. Dicunt namque tempus eſſe æternum, etenim ſi tempus æternum eſt, temporis quoque partes æternas eſſe neceſſe eſt; hoc eſt, horas, & dies & menſes & annum. Sin hæc æterna non ſunt, propterea quod in eis quædam priora, quædam poſteriora ſint: neque mundus vtique, qui in tempore eſt, ingenitus eſſe poteſt.

G
3. Duabus de cauſis oportet homines non credere mortuorum reſurrectionem: vel quod Deus non poſſit reſuſcitare defunctos, vel quod eis qui reſurgunt, incommodum ſit vt ſint incorruptibiles quorum alterum impium eſt; alterum ridiculum. Quod ſi ita eſt, quomodo non ex impietate & riſu profecta eſt eorum diſputatio, qui mortuorum non credunt reſurrectionem?

4. Quæ Deus creat, ſuapte vi & ſponte ea iuſſione ſuâ creat: atque horum quæ ab ipſo creantur, eſſentia iuſſioni Dei coætanea eſt, *conſideraſti*, inquit, *& produxiſti.* Atqui ſi hoc conuenienter de Deo dicitur; quomodo qui reſurrectionem non credit, Deum quoque huiuſmodi vim & potentiâ obtinere non credit? non enim re vllâ alia reſurgentes ex mortuis egent quam iuſſu Dei.

5. Si verum eſt illud, *inopinatum exitum inuenit Deus*, ſicuti profecto verum eſt: quomodo verbum id falſi eos non arguit, qui mortuorum non credunt reſurrectionem.

H
6. Si eo quod reſtitutio fiat, neceſſario omnis de opifice mundi & operibus eius, inter homines anceps tollitur diſſenſio: quomodo mundi reſtitutio non pulchrior fuerit mundi creatione? per reſtitutionem ſi quidem pulchra ſit & creatio illâ vero tanquam impoſſibili non creditâ quomodo non deterrima fuerit mundi creatio?

7. Aliud eſt quod omnino eſt impoſſibile, & aliud quod alicui eſt impoſſibile omnino impoſſibile eſt vt diametros ſiue media linea eiuſdem cum latere ſit menſuræ. Alicui impoſſibile eſt, vt natura abſque ſatu animans procreet, vtri igitur impoſſibilium iſtorum reſurrectionem ſubiiciunt, qui eam non credunt? ſi priori, falſa fuerit ratio. Non enim per reſtitutionem media linea lateri menſurâ æqualis redditur; reſurgentes autem per reſtitutionem reſurgunt. Sin poſteriori, at Deo omnia poſſibilia ſunt, quæ alicui impoſſibilia ſunt.

8. Si in præſenti vita ipſius ab impio ſola ſpe differt; quomodo, qui futurorum ſpem tollit, non etiam pij & impij tollit differentiam?

9. Si abſque rebus ſingulis impoſſibile eſt eſſe vniuerſitatem: quomodo ſi ſingula pro ſe quoque creata ſunt, non vniuerſum quoque creatum fuerit? at hoc ſi ita eſt, quomodo falſum non eſt, hominem, & partes creaturæ reliquas cum Deo eſſe coæternas veluti ſi creatus Plato, quomodo non creatus homo?

10. Quomodo Græci, poſito mundum eſſe æternum, quæ exinde neceſſaria conſequantur non decernerent? cæterum ſi iuxta eorum ſententiam, mundus eſſet æternus: cum ratione aliqua dicerent non poſſe futuram mundi reſtitutionem. Nam creati mundi reſtitutio eſt, non increati, mundum autem non eſſe æternum, ex eo patet, quod homo non ſit Deo coæternus. Si enim Deo coæterna eſſent vniuerſa, neceſſario certe ſingula quoque. Sin minus ſingula, neque vniuerſa etiam ſunt coæterna Deo.

11. Homines vniuerſos ſimul eodem tempore per reſtitutionem, ad id vt incorruptibilibus ſint, traducere, longe eſt diuinius, quam eos (longo temporis interuallo ſubinde per creationem ſiue generationem) in mortalem hunc, in quo nunc ſumus, ſtatum producere, reſeruauit id autem nobis quod eſt conuenientius & diuinius, vt viciſſitudine eſſet poſterius: quippe in quo finis eſt conſtitutionis noſtræ collocatus, quo ſi priuaremur, ſecundum eos qui reſurrectionem non credunt, quanto præſtantius pulchriuſque eſſet, nos non eſſe, quam eſſe? incommodum namque id omne eſt, quod fine priuatur ſuo.

12. Si fieri nequit vt pro re quæ non extet, mortem vitæ ſuæ aliquis proferat: quomodo, ſi iuxta veſtram ſententiam, doctrina de reſurrectione vera non eſt, vitam ipſi ſuam propter eam morti poſthabuere Martyres? cuius vero religionis, pluribus mortis cruciatibus & ſuppliciis, quam eorum ipſorum pietatis doctrina eſt conſtabilita: chriſtianorum inquam, de reſurrectione mortuorum!

13. Si, quæ Græci & Ethnici non credunt, ea neque ſunt, neque erunt: in illorum videlicet notione ſitum fuerit vt ea quæ extant ſint, quomodo igitur in plurimis eorum quæ præcipua ſunt placitorum, & ſibi ipſis, & inter ſe inuicem illi repugnare comperiuntur? huiuſmodi certe quidem diſſenſio, non permittit in Græcorum notione conſiſtere, vt ea quæ extant ſint.

14. Si eorum traditioni, qui ducem reſurrectionis ex mortuis ad vitam immortalem reſurrexiſſe viderunt, fidem non habeot: attamen inſolubili certáque demonſtratione reſurrectionis dogma refellere non valent. Nam quod homo piſcibus eſca fiat, quæſtionem quidem habet, demonſtrationem autem minime, impoſſibile enim eſt, eandem rem etiam in diuinitatem perinde atque facta ſit cadere, porro reſurrectione (Chriſti) ſuapte vi & potentiâ, demonſtratâ, nulla eam auertere ratiocinatio poteſt.

15. Sol quando ſuper terram eſt, ſub terra non eſt: & quando ſub terra eſt, ſuper terram non eſt. Quonam ergo modo is, ſecundum eos, perpetuus eſt: cum, vel vt ſuper terram, vel ſub terra ſit, perpetuum non habeat? ſin, qui æternus non ſit, eum tanquam æternum opinantur eſſe Græci: quomodo idoneorum legiſlatorum fidem obtinebunt, non futuram reſurrectionem mortuorum?

16. Aliquando ſurſum, aliquando deorſum eſſe, eorum eſt quæ quandoque neque ſurſum neque deorſum ſunt. Quomodo igitur ſol perpetuus eſt, qui, antequam ſurſum aut deorſum eſſet, non fuit? Eis vero qui ſolem, iuxta naturam ſuam, genitum eſſe ignorant: quomodo ineptum non eſt credere, dicentibus, non reſurrecturos eſſe mortuos: quorum dux reſurrectionis, primogenitus eorum iam factus eſt ex reſurrectione?

17. Quando effectoris potentia valida eſt, tum & materia ad id quod fit, efficiendum, eſt idonea. Porto ſi mortuus quiſquam Deo aptus eſt ad reſuſcitationem: neceſſario & quiſque aptus fuerit. At ſi non quiſque, etiam ne vnus quidem. Non oportet autem cogitationibus veſtris metiri opera Dei. Nam longe ſupra mentem, & ſenſum, & rationem ſunt opera Dei. In quibus hoc quoque eſt, vt etiam mortuus piſcibus eſca factus, neceſſitate quadam ad id rurſum vt ſit, redeat, quamuis à quopiam eum abſumi atque interire contingat.

18. Quomodo in vero illud eſſe poteſt, dominum & viuis dominari & mortuis iuxta ſententiam veſtram, potentiâ eâ non præditum, vt alterum tranſmutet in alterum?

19. Si rerum quidem deteriorum Deus conditor eſt, meliorum autem non eſt: quomodo id non eſt infirmitatis Dei indicium? quod ſane dicere, impium eſt. Sin æqua Dei poteſtas eſt ad vtrumque condendum, quid ita reſurrectionem non creditis defunctorum, qui ad incorruptibilitatem reſurgunt?

20. Si Deo ad efficiendum facultas & poteſtas non deeſt: nobis autem ad id vt ſcimus vtile eſt, vt ex hac gemebunda & diſpereunti vita migremus ad beatum & incorruptibilem ſtatum per reſurrectionem, potius quam vt ex laborioſa ærumna Philoſophorum, in ærumnoſum laborem formicarum, ſicuti Græci philoſophantur, producamur per tranſanimationem, quam illi vocant metempſicoſim: quid eſſe poteſt ridiculoſius, quam hanc quidem teſtificatione comprobatam non credere: illam autem, cuius ſubſiſtere nequeat, fide complecti, & decreto firmare? adeo vt qui olim athenis docuerit Philoſophus Plato, poſtea formicæ pertulerit laborem? F

21. Si ſecundum Græcos Deus eò quod ſit, & non eò quod velit, homines efficit; quomodo Plato aliquando eſt animal ratione præditum, & homo aliquando animal rationis expers & formica, per tranſanimationem? ac ſi quidem Deum conſequitur vt Plato ſit homo: neceſſe fuerit vt Platone, ex eo quod homo ſit, in id vt formica ſit, traducto, Deus etiam eo quod ſit mutetur. Sin Plato quidem tranſmutatur, Deus vero eo quod ſit non tranſmutatur: quomodo eo quod ſit, & non eo quod velit, Deus homines efficit?

22. Si opus Dei non interit, homo autem interit: non ergo fuerit homo Dei opus, de eorum qui hoc dicunt, ſententia. G

23. Si genus noſtrum ad id vt ſit producitur per generationem, & ab eo quod ſit abducitur per corruptibilitatem: quomodo fieri poteſt vt Deus eius quod genus noſtrum ſit & non ſit, cauſa & auctor ſit, non eo quod velit, ſed eo quod ſit?

24. Si ea quæ ex elementis ſunt, rurſus elementa fiunt: quidnam ita videtur eſſe abſurdum aut impoſſibile, ſi denuo ea ſint quæ ex elementis fiunt?

25. Si ſub fine præſcriptoque Deus non eſt, ſed finis cuiuſque dominus eſt: quomodo Deus quidem in homines vt generentur & intercidant, dominatum obtinet; vt autem ſimus & non intercidamus, imperium non habet?

26. Si Deus nos in incorruptibilitatem reſtituens per pœnitentiam veſtro iudicio id facit, quomodo non potius per pœnitentiam illic, vt ſemper eſſemus, permiſit?

27. Si in dona Dei, pœnitentia non cadit: Deus autem nobis vt ſimus gratuito largitus eſt: quomodo is primitùs de nobis cœptum conſilium non adimplet, in incorruptibilitatem nos reſtituens? H

28. Iuxta eorum qui mortuorum reſurrectionem credunt ſententiam, iuſto Dei iudicio & morimur & reuiuiſcimus: ac illud quidem propter hominis inobedientiam, hoc vero propter hominis obœdientiam. Itaque apud quos mortis cauſa eſt ignota, apud eoſdem quoque naturæ hominis conditor eſt ignotus. Cum autem & mortis cauſam illi, & naturæ hominis conditorem ignorent: quomodo non per imprudentiam & ignorationem dicunt, non eſſe defunctorum reſurrectionem?

29. Aliud eſt quod prorſus non ſit, & aliud quod huiuſmodi non ſit: velut aliud eſt quod homo à principio non fuerit; & aliud quod, poſteaquam fuit, corruptibilitate interciderit. Et quia Deo opus opere operoſius

non

non eſt, quomodo ratione omni non caret, fidem quidem habere Deo de conſtitutione eorum quæ prorſus non fuere, fidem autem ei non habere de eorum quæ intercidetint reſtitutione?

30. Si, qoemadmodum antequam fieret homo, potentiâ homo in elementis, vnde eſt conſtitutus, fuit, ad eundem modum, poſtquam interiit, potentiâ eſt in elementis: quid ita Græci & Gentiles Deo non credúnt, qui ſe defunctos reſuſcitaturum eſſe recepit, tanquam de re impoſſibili: cum homo potentiâ ſit in elementis, ſicut olim cum conſtitueretur, ita & nunc cum reſtituitur?

31. Si non potuit Deus ab initio homines incorruptibiles creare, perſpicuum ſit, ne nunc quidem poſſe. Sin ab initin ea fuit præditus potentiâ, vt nos crearet incorruptibiles, eamque potentiam non abiecit: quomodo contra rationem non eſt, perinde atque de re impoſſibili, Deo per credulitatem non confidere; qui pollicitus eſt, iuxta eius ſimilitudin m & exemplum qui ab eo eſt ad vitam incorruptibilem excitatus, ſe quoque incorruptibiles facturum eſſe & reliquos mortales?

32. Potentiâ animans in ſemine, eſt naturæ: potentiâ lectus in ligno, eſt arti: potentiâ reſurgentes in elementis ſunt Deo. At hoc ſi verum eſt, qoomodo abſurdum non eſt, credere naturæ de rebus naturalibus, & arti de rebus artificialibus; Deo autem non credere de diuinis?

33. Diuinæ auctoritati & poteſtati nihil eſt immorigerum. Si mare & terra ad mandatum diuinum ea dedere quæ non acceperant, quomodo nunc non magis quæ accepere reddent, Deo mandante?

34. Si, quo modo natura è ſemine quod interiit, animantem procreare nequit, & ars è ligno quod intercidit, lectum facere non poteſt: eodem modo & Deus ex homine qui occidit, hominem condere non valet: demenſa ſcilicet fuerit potentia Dei, ſicuti naturæ & artis. Sedenim ſi hoc dicere abſurdum eſt, abſurdum medius fidius quoque fuerit, non credere, Deum ex homine corrupto & mortuo, hominem efficere poſſe incorruptibilem & immortalem.

35. Si, quemadmodum hominibus infidelibus fieri non poſſe videtur vt ſit reſurrectio, ita quoque impoſſibile Deo eſſet efficere reſurrectionem: nihil profecto homini præſtaret Deus. At ſi infinite præſtat; ſicuti ſane præſtat quomodo abſurdum non eſt, non credere Deum, quorum habet conſtituendorum, eorumdem habere reſtituendorum etiam vim & poteſtatem?

36. Quos Deus ſupra naturam condere valet, eos eundem ſupra naturam recuperare poſſe, non credere, quomodo abſurdum non eſt?

37. Si eius quod non ſecundum naturam genitum eſt, generationem incredibilem atque impoſſibilem eſſe ſuſpicari oportet: quomodo etiam primi qui creatus eſt hominis non incredibilis atque impoſſibilis fuerit generatio cum ſecundum naturam progenitus non ſit? Impoſſibile namque eſt vt gignatur ex homine homo, ſecundum naturam, niſi prius homo ſit ſupra naturam, [*πρῶτος* ſcilicet.]

38. Niſi denuo quod fui, factus fuero: quomodo virtutis aut vitij recipiam retributionem, quam in præſenti vita non ſum conſequutus? Si enim non eſt mortuorum reſurrectio, quomodo æquales inter ſe non erunt, & qui martyrum inſtituerunt certamina, & qui ea ſuſtinuerunt? Sin hoc iniquum eſt, quomodo iniquum non eſt, non fieri mortuorum reſurrectionem? in qua ſola expediri poteſt eorum qui iniurias & intulerunt & pertulerunt, iudicium, & præmij atque pœnæ diſcrimen.

39. Si quod fui homo, id etiam [apud Deum] eſt: quomodo moriens cognitione Dei excidit? non abſtitit ergo eo vt denuo ſit quod fuit. Nam opera Dei cognita ei ſunt, & poſſibilia. Sin impoſſibilia ei ſunt, ignota quoque ſunt.

40. Si pulchrum eſt, nos eſſe in præſenti mortales: pulchrius autem, nos eſſe in futuro immortales: quomodo abſurdum non eſt dicere, Deum quod pulchrum ſit, efficere poſſe; quod autem pulchrius ſit, non poſſe?

41. Si impoſſibile Deo eſt vt mortale corpus efficiat immortale: quomodo mors Deo non fuerit fortior, qui morti eripere non poſſit, poteſtati illius ſubditos?

42. Si Deus potentiâ præditus eſt, mortuorum viuificatrice: quomodo reſurgentes ad reſurrectionem apti non ſunt? Porro cum Deus ad excitandos mortuos potens, & reſurgentes ad reſurgendam appoſiti ſint: quemnam locum habet eorum incredulitas, qui reſurrectionem non credunt?

43. Si in dominio & poteſtate Dei eſt vt ſimus & non ſimus: quomodo non eiuſdem ipſius dominij & poteſtatis ſit, vt immortales ſimus? Sin vt immortales ſimus, extra Dei dominium ſit: quomodo Deus non eius vt non ſimus, dominus non erit?

44. Si, quam habent immortalia & mortalia naturam, eam ex voluntate Dei habent: quomodo fieri non poteſt vt mortui immortales fiant, Deo volente?

45. Quarum rerum argumenta ad impugnandum adhibita, inualida ſunt, earum rerum aſſertio ad conſtituendum admota, firma eſt. Sedenim cum omni impugnationis genere, Græci ad reſurrectionis dogma abrogandum vſi, abrogare non valuerint, eo quod id, qui reſurrectionem efficit, potentiâ ſuâ inconcuſſum in tam variis oppugnationibus retineat, & cuſtodiat Deus: quanam re incredibilis eſt defunctorum reſtitutio, eo quod de ipſa eſt factum decreto, neque manu neque linguâ labefactato?

46. Si maximum eſt Dei inuictæ & incircumſcriptæ potentiæ documentum, quod vniuerſorum mortalium, viuentium & defunctorum, norit formas & actiones bonas & malas: quomodo mortuorum reſurrectio, Dei incircumſcriptæ potentiæ & ſcientiæ demonſtratio non eſt; per quam denuo vt homines ſint, reſtituit? atque hoc ſi ſic habet: quomodo is Deum demonſtratione eiuſmodi non priuat, qui de reſurrectione mortuos priuat?

47. Si Græci, ſperantes ſe abrogaturos eſſe per impugnationis ſuæ argumenta, reſurrectionis placitum, ſpe ſua exciderunt: quomodo non rurſum ea ſpe excident, qua mortuorum reſurrectionem futuram non eſſe ſperant?

48. Græcos doctrinam de reſurrectione impugnantes, oportuit aut in pugna non vinci, aut victos reſurrectionem credere. Sin minus, irritus illorum primus labor, irrationalem eorundem redarguet incredulitatem.

E I V S D E M I V S T I N I

Dialogus cum Thryphone Iudæo, [de veritate Chriſtianæ religionis, ad M. Pompeium præſcripius.]

DEambulanti mihi mane in xyſti ambulacris, obuiam veniens quidam cum aliis: Philoſophe ſalue, inquit, & cum hoc dicto conuerſus, vna mecum ſpatiabatur, ſimul autem cum ipſo amici quoque eius ſunt conuerſi. Atque ego illum contra compellans: Quid rei potiſſimum? inquam, Ille vero: Inſtitutus ſum, ait. Argis à Corintho Socratico, non oportere contemnere eos, neque negligere, qui habitu hoc vtuntur; ſed humaniter prorſus excipere, & conuerſari cum eis frequenter: ſi qua vtilitas ex eiuſmodi conſuetudine, vel ad illum ipſum, vel ad me perueniat, vtrique autem bono fuerit, ſi vel alteruter commodum percipiat. Inde adeo, cum aliquem in habitu huiuſmodi conſpicio, perlibenter adire ſoleo, ac te nunc itidem ſuauiter ſum alloquutus, atque iſti me ſequuntur, cupientes & ipſi vtile quidpiam ex te audire. *Quis tu vero hominum quæſo dic ò, tune nobis?* iocabundus ego ad illum. Tum homo mihi ſimul & nomen & genus ingenue exponens: Trypho, inquit, vocor. Sum autem ex circumciſione Hebræus, ex bello proximo pro-

fugus: atque in Græcia & Corinthi plurimum degere ſolitus. An tu vero, inquam, tantum emolumenti ex Philoſophia capere potes, quantum ex Legiſlatore tuo & Prophetis? Quidni? ait ille, an Philoſophi non omnia de Deo verba faciunt? an de monarchia & vnius imperio, atque de prouidentia non ſemper inquirunt? vtrum philoſophiæ munus non eſt, de Deo ſcrutari? Etiam; dixi ego, eadem quoque noſtra eſt ſententia. Sed plurimi ne hoc quidem curant, vnuſne an plures ſint dij, & proſpiciantne prouidentiâ ſuâ cuiuis noſtrum, an minus proinde quaſi ad beatitudinem cognitio talis nihil afferat momenti. Quin illi etiam nobis perſuadere moliuntur, vniuerſitatis quidem huius, ac generum ſpecierumque ipſarum curam gerere Deum; mei autem, atque tui, & vniuſcuiuſque ſingillatim non itidem: alioqui votis illum, inquiunt, non imploraremus *totis noctibus atque diebus*. Hoc vero ad quem illi referant finem, intelligere difficile non eſt: nam hoc efficit ſecuritas atque libertas loquendi, & eos qui hæc docent, ſectandi, & quod volunt, agendi & dicendi impunitas, neque pœnam aliquam metuens, neque bonum quodpiam ſperans à Deo. Quomodo enim id non faciant homines, qui ſemper res eaſdem, & eandem viuendi rationem fore, & in præſentia, & in futuro, ita vt neque meliores neque deteriores fiant, aſſeuerant? Nonnulli vero, poſito, immortalem eſſe & incorpoream animam, etiamſi mali quidquam egerint, nihil tamen arbitrantur daturam ſupplicij: (Incorporeum enim perpeſſionibus non eſſe ſubiectum) neque quidquam amplius, cum illa immortalis ſit, Deo indigent, aut aliquid ab eo petunt. Et ille vrbane ſubridens: Tu autem, inquit, quid de hiſce ſententias, & quam de Deo obtineas opininnem, & quæ tua ſit philoſophia, nobis ediſſere. Exponam, inquam, tibi quod mihi videtur. Eſt namque reuera Philoſophia maximum bonum, & Deo gratiſſimum quippe quæ ſola nos ad illum adducat, eique commendet. Atque ii demum vere ſunt felices, qui mentem philoſophia excolunt. Quid autem ſit Philoſophia, & qua de cauſa ad homines ſit demiſſa, permultos latet. Non enim eſſent (ſi ſcirent (neque Theoretici, neque Platonici, neque Stoici, neque Peripatetici, neque Pythagorici: cum ea vna ſit ſcientia. Quam vero ob cauſam in plures illa abierit factiones, dicam. Qui primi hanc attigere, & ob id præclari fuere, accidit vt eos ſucceſſores illorum conſectarentur: non illi quidem de veritate aliquid perquirentes, ſed fortitudinem dumtaxat & continentiam ipſorum, nec non nouum orationis nitorem, cum ſtupore admirantes: eaque vera eſſe arbitrantes quæ à magiſtro quiſque didiciſſet. Qui deinde ſucceſſoribus quoque ſuis eiuſmodi omnia, atque alia item hiſce ſimilia tradentes, eo appellati ſunt nomine, quo ipſius diſciplinæ obtinuerat parens. Et cum ipſe quoque primum ita cum his agere cuperem, vni eorum me, *Stoico* cuidam, dedi: atque cum hoc longo ſatis verſatus tempore, quia nihil amplius de Deo didiceram, (nam ne ipſe quidem ſciebat, neque adeo diſciplinam hanc neceſſariam eſſe dicebat) ab eo deſciui, & ad alium me contuli. *Peripateticum* vocitatum, hominem (vt ipſemet exiſtimabat) acutum. Hic me primis diebus ſecum eſſe paſſus, poſtea mercedem à me ſibi deſignari petiit, ne infructuoſa mihi cum eo eſſet conſuetudo. Ego vero illum hanc ipſam ob cauſam reliqui; ne philoſophum quidem omnino eſſe opinatus. Porro cum impenſius adhuc animus meus audire, quod philoſophiæ proprium atque præcipuum eſt, expeteret, ad *Pythagoricum* quendam magni nominis, multique in ſapientia ſupercilij virum acceſſi; & cum eo: auditor eius & familiaris eſſe volens, egi. Ibi: Quid? inquit ille. Verſatuſne es in muſica, & aſtronomia, & geometria; an exiſtimas quidquam te perſpicere eorum poſſe, quæ ad beatitudinem conducunt, niſi hæc prius cognoueris, quæ animum à ſenſibilibus ad intelligibilia percipienda, aptum commodumque reddunt: vt id ipſum quod pulchrum & quod bonum eſt, contemplari queas? Et cum ſtudia ea magnopere laudaſſet, neceſſariaque eſſe dixiſſet, me ita a ſe dimiſit, nam me neſcire confeſſus ſum. Ægre igitur hoc E tuli, ſicut par erat, quod ſpe excidiſſem: idque eo magis, quod ſcire illum aliquid putarem, ac rurſum tempus ipſum mecum conſiderans, quod in diſciplinis eis conterendum erat, rem longius differre non ſuſtinui. In huiuſmodi vero conſilij inopia, placitum mihi eſt, cum *Platonicis* quoque conuerſari. Itaque in vrbe noſtra cum viro prudenti, atque inter Platonicos excellenti, qui non ita pridem eo venerat plurimum fui, promoui, & maxime quotidie creui. Valde me delectabat incorporeorum notio, & idearum contemplatio mentem meam quaſi alis quibuſdam altius euehebat, atque intra breue tempus, ſapientem me eſſe factum rebar. illicoque Deum perſpecturum eſſe, per ſtultam perſuaſionem ſperabam, nam hic Platonis philoſophiæ finis eſt. Ad hunc modum affecto mihi, viſum aliquando eſt ſolitudine prolixius vti, & vitare hominum veſtigia. Proinde locum quemdam mari proximum petij, à quo cum non multum abeſſem, vt ſolus ipſe mecum agerem, vetulus quidam F ſenex, aſpectu minime contemnendus, lenes ſimul & graues præ ſe ferens mores, modico me interuallo aſſectabatur, atque vbi conuerſus ſubſtiti, & hominem ſum acrius intuitus, ille: Noſtine me, ait. Negaui id ego. Quid ergo, inquit ille, me ita contemplaris? Miror, inquam, te hic vna mecum eſſe, non enim in expectatione mihi fuit, vt hoc loco virum quempiam conſpicerem. Ibi ille: Cura me, ait, de quibuſdam familiaribus meis qui peregre ſunt profecti, exercet quapropter & ipſe de eis inueſtigaturus; ſi alicunde forſan appareant, huc venio. Tu vero quid rerum hic? ille mihi dixit. At ego. Deambulationibus; inquam, eiuſmodi gaudeo, cum nihil intercedit ſolitariis meis colloquutionibus impedimenti, nihil videlicet aduerſi afferentibus, & ad rationis ac ſermonis excolendi ſtudium perficiendum, plurimum loca talia conferunt: Sermonis ergo amator quiſpiam, inquit, tu es: operis amator autem haudquaquam, neque veri ſtudioſus; neque etiam potius operoſus, quam ſophiſta & verboſus eſſe contendis? G Quid tandem, dixi ego, maius meliusve fecerit quiſquam, quam ſi oſtendat Rationem & Verbum veluti principem præire rebus omnibus; Qui vero ipſam conſequatur, eique inſidens vehatur, ille demum aliorum perſpiciat errorem & ſtudia, nihil ſani, neque quidquam quod Deo gratum ſit, facientium. Abſque Philoſophia ſane & recta ratione, nemini præſto eſt prudentia. Idcirco hominem quemque philoſophiæ operam dare oportet: atque hoc opus maximum & præſtantiſſimum ducere, cætera vero ſecunda & tertia: & quæ ex philoſophia dependeant, moderata? & quæ complectamur, digna, hæc autem quæ careant deſtituanturque ſtudia, ea ooeroſa eſſe, & illiberalia. Philoſophia igitur beatitudinem efficit? ſubinferens ille dixit. Et maxime; reſpondi ego: atque ea ſola. Quidnam eſt Philoſophia, inquit: & quæ eius beatitudo? Niſi quid dicere prohibet, dicito: *philoſophia* quidem, inquam ego, eſt eius quod ſit entis ſcientia, & veri cognitio: *Beatitudo* autem, ſcientiæ iſtius & ſapientiæ honorarium. H *Deum* vero quid tu dicis? inquit. Quod idem eſt, & itidem ſe habet ſemper, atque aliis, vt ſint, vniuerſis cauſa eſt, id ipſum ſcilicet eſt Deus, ita ego illi reſpondi. Qui cum libens me audiret, ſic rurſum interrogauit: *Scientia* nonne commune nomen eſt diuerſarum rerum; in artibus namque omnibus, qui earum aliquam nouit, *Sciens* vocatur: vt imperatoriæ, & gubernatoriæ, & medicæ: atque in diuinis & humanis rebus itidem, an non hoc ita habet; Eſtne ſcientia quæpiam, humanorum atque diuinorum præbens notionem? Maxime, inquam. Quid tandem? perindene quoque eſt, hominem ſcire Deum, atque muſicam, & arithmeticam, & aſtronomiam, aut aliquid iſtiuſmodi? Minime gentium, dixi. Non recte ergo, inquit ille, mihi reſpondiſti. Quædam enim ex diſciplina aut aſſuetudine aliqua, quædam autem ex viſu nobis contingunt ſcientiæ. nam ſi tibi quis narret, eſſe in India animal natura omnibus aliis diſſimile, ſed huius aut iſtiuſmodi, multiforme & varium; non prius id ſcias

A quã videris: ac ne verba quidẽ de eo vlla facere queas, niſi eum qui viderit, audieris. Non hercule, inquam. Qui itaq; rectè, ait, de Deo philoſophi ſentiant, aut veri quidquam dicant, ſcientiam eius non habentes, vt qui nec viderint, nec audierint illum vnquam? Atqui, inquam, non oculis iſtis, ô pater, quemadmodum animantia alia, ſic numen diuinum cerni; ſed ſola mente comprehendi poteſt, vt Plato inquit: cui ego fidem habeo. Eſtne ergo, ait ille, in mente noſtra vis quæpiam talis & tanta alicuius cognoſcendi, quod non celerius illa per ſenſum percipiat: aut mens hominis Deum videbit vnquam, Spiritu ſancto non exornata? Dicit etenim Plato, intuli ego, ipſum *Mentis oculum* talem eſſe, & ad hoc nobis datum, vt hoc ipſo ſincero ipſum illud quod ſit Ens conſpicere queamus: quod omnium eorum quæ intelligentia [& ſenſu] percipiuntur, cauſa eſt, neque colorem obtinens, neque formam, neque magnitudinem, neque quidquam quod oculus cernit. Sed idipſum quod ſit, quiddam eſſe dico longè ſupra omnem eſſentiam, ineloquibile, ineffabile,
B ſolumque pulchrum & bonum, illico bene natis animis inſitum, propter cognationem, atque eum quo videri cupit, amorem. Quæ vero, dixit ille, nobis eſt *cum Deo cognatio*? num & ipſa *Anima* diuina & immortalis eſt, & illius Imperantis mentis particula? atque vt illa Deum videt, ſic & nobis permiſſum eſt mente noſtra diuinitatem complecti, & exinde iam nunc beatis eſſe? Omnino, inquam. Percontabatur poſtea ille: In omnibúſne animantibus omnes ad mentem eam animæ accedunt; an alia eſt hominis, alia equi anima, & aſini? Minimè; ſed eædem in omnibus ſunt; ego reſpondi. Videbunt ergo, ait, aut videbunt aliquando Deum & equi & aſini? Non, inquam: immo ne multi quidem mortales; niſi illorum quis legitimè vixerit, iuſtitia & reliqua virtute omni luſtratus. Ibi ille: Proinde Deum videt, non propter cognationem, neque eo quod mens ſit, verum quod caſtus & iuſtus. Etiam, inquam, & ob id quoque quod habeat quo Deum intelligat. Quid porro? comminiſcúntne per iniuriam capræ & oues in quemquam aliquid? In neminem prorſus
C quidquam; dixi ego. Videbunt igitur, intulit ille, ſecundum rationem tuam, & animãtia iſta: Non. Corpus enim eis, quod huiuſmodi ſit, impedimento eſt. Tum ſubdens ille: Si vocem, ait, animalia hæc reciperent, rectiore illa (crede mihi) ratione in corpus noſtrum conuitium dicerent. Verum in præſentia hoc omittimus, ac tibi id, ſicuti dicis, concedatur. Illud autem mihi ediſſere: Animúſne, dum in corpore eſt, an ab hoc liberatus, videt? Quo id in humana eſt ſpecie, poſſe illi, dixi, per mentem videndi vim ineſſe: corpore vero is ſolutus, cum ſecum ipſe eſt, omni ex parte, eius quem adamauit, quouis tempore potitur. Num vero, cum rurſus in homine eſt, eius meminit. Non mihi videtur; inquam. Quænam tandem vtilitas eſt eis qui viderint? aut quid amplius præ eo qui non viderit, habet, ſi ne eius quidem quod viderit, meminit? Dicere hoc non poſſum; dixi ego. Qui autem videndi facultate indigni iudicati ſunt, quidnam, inquit, patiuntur? In aliqua ferarum corpora velut in carcerem coniecti vinciuntur, atque id ſupplicium eorum eſt. Sciuntne, ob eam ipſam cauſam, & quod aliquid deliquerint, ſe in
D huiuſmodi eſſe corporibus? Non arbitror. Nec his ſane vlla, ſi ſe ita res habet, vtilitas eſt ſupplicij, vt videtur: immo ne torqueri quidem eos dixerim, ſi illati ſupplicij capaces non ſunt. Scilicet. Non igitur Deum vident animæ, neque in alia corpora tranſmigrant. Scirent namque excruciari ſe hoc modo, ac ne poſtea vel in grauis peccarent, metuerent. Intelligere autem eos poſſe, & Deum eſſe, & iuſtitiam atque religionem pulchritudinem obtinere, ipſe quoque aſſentior, inquit. Rectè narras, dixi. Itaque nihil de his norunt philoſophi illi, neque enim quid tandem Anima ſit dicere habent. Non videtur. Enimuero nec immortalem eam dicere oportet: nam ſi immortalis ſit nimirum ingenita quoque fuerit. Ingenita autem & immortalis eſt, de quorundam, qui dicuntur Platonici, ſententia. Num tu quoque *Mundum ingenitum* dicis? Sunt qui hoc aſſeuerant: ego autem illis non contendo. Rectè. Quam enim rationem habet, corpus ſolidum, & repercuſſionem obtinens, & compoſitum, quodque alteratur, & intercidit & naſcitur in dies, non à principio aliquo ortum eſſe opinari? Quod ſi mundus generatus E
eſt, animas quoque genitas eſſe neceſſe eſt, & alicubi fortaſſe eſſe: nam propter homines & animantia alia genitæ ſunt; ſi ſeorſum prorſus genitas eſſe, ac non vna cum corporibus ſuis eas gigni dicas. Videtur hoc ſic rectè habere. Non ergo ſunt immortales. Non; quandoquidem & mundum genitum eſſe apparet. Verumenimuero non mori vniuerſas animas affirmo, luctuoſum namque hoc eſſet reuera malis. Quid igitur? Piæ quidem in loco quopiam meliore manent; iniuſtæ vero & prauæ, in deteriore, iudicij tempus expectantes. Hoc namque modo, quæ dignæ ſunt vt coram Deo appareant, non moriuntur amplius: illæ autem excruciantur, quoad eas & eſſe & excruciari vult Deus. Vtrum tale eſt quod narras, quale & Plato in Timæo ſubobſcurè de mundo tradit, corruptioni eum ſubditum eſſe dicens, quatenus generatus eſt: non iri tamen ſolu- F
tum, neque fatum mortis ſubiturum, propter voluntatem Dei. An hoc ipſum tibi & de anima, & de rebus ſimul vniuerſis videtur eſſe promulgatum? Quæcumque, ſecundum Deum, ſunt aut erunt vnquam, ea naturam corruptibiliati obnoxiam obtinent, aboleríque & vlterius non extare poſſunt. Solus autem ingenitus & incorruptibilis eſt Deus, & propterea Deus eſt. Omnia vero reliqua, genita ſunt, & corruptibilia. Qua de cauſa animæ & moriuntur, & puniuntur. Quandoquidem ſi ingenitæ ſi eſſent, neque peccarent, neque ſtultitiæ plenæ eſſent, neque meticuloſæ, ac feroces rurſum, ſed neque voluntate ſua in ſues vnquam & ſerpentes & canes immigrarent. Quin ne cogere quidem eas fas eſſet; ſiquidem generatæ non eſſent. Ingenitum enim ingenito ſimile eſt & æquale, idemque adeo cum eo: ac neque poteſtate neque dignitate alterum alteri præferatur. Quapropter neque multa ſunt ingenita. Nam etiamſi quæ in eis eſſet differentia, minime tamen differentiæ cauſam inquiſitione tua inuenires: ſed ad in- G
finitum ſemper mentem demittens, in vno tandem defatigatus conſiſteres ingenito, atque idipſum omnium cauſam diceres. Itaque iſta, inquam, latuere Platonem & Pythagoram, viros ſapientes, qui nobis veluti murus & columen philoſophiæ extitere. Nihil mihi ait ille, curæ eſt Plato, neque Pythagoras, neque prorſus (vt ſemel dicam) eorum quiſquam qui talia ſunt opinati. *Veritas* namque ſic habet, quam inde quoque cognoſcas. *Anima* ſcilicet vita eſt, aut vitam habens. Quod ſi vita eſt, aliud quidpiam, non ſe ipſam, viuere facit: ſicut & motio aliud quidpiam potius quam ſeipſam mouet. Porro animam viuere, nemo inficias iuerit. Sin viuit, non quod vita ſit, viuit, ſed quod vitam accipiat. Aliud ſane eſt quod participat quidquam, ab eo vnde participat. Vitam vero anima participat, quoadúſque eam Deus vult viuere: ita videlicet aliquando non participabit, cum eam viuere nolet. Non enim ita per ſeipſam ei vita eſt, ſicut per ſeipſum Deo, verum quemadmodum homo non ſemper conſtat, neque perpetuo corpus cum H
anima coniunctum eſt: ſed cum ſolui oportet harmoniam, & conuenientem hanc compoſitionem, anima à corpore diſcedit, atque homo non conſtat: ita quoque quando animam non eſſe oportet, diſcedit ab ea ſpiritus vitalis, & anima non amplius extat, ſed & ipſa vnde accepta eſt, eo reuertitur. Quo ergo tandem aliquis, inquam, vtatur doctore: aut vnde vtilitas quæpiam proueniat, ſi in his veritas non eſt? Extiterunt quidam ante multa tempora, omnibus iſtis qui habiti ſunt philoſophi longe vetuſtiores, beati, iuſti, Dei amantes, Deoque ipſi cari homines, diuino ſpiritus afflatu loquentes, & futura vaticinantes, quæ nunc ad rem conficiuntur: *Prophetas* eos vocant. Hi ſoli, quid in vero ſit, & viderunt, & hominibus renunciarunt, neque obſeruantes neque metuentes quemquam, neque gloriæ cupiditate victi. Ea quippe duntaxat ſunt proloquuti quæ audierunt & viderunt, Spiritu ſancto repleti. Libri vero eorum etiam nunc extant, quos ſi quis legat, eiſque fidem habeat,

fugus: atque in Græcia & Corinthi plurimum degere ſolitus. An tu vero, inquam, tantum emolumenti ex Philoſophia capere potes, quantum ex Legiſlatore tuo & Prophetis? Quidni? ait ille, an Philoſophi non omnia de Deo verba faciunt? an de monarchia & vnius imperio, atque de prouidentia non ſemper inquirunt? vtrum philoſophiæ munus non eſt, de Deo ſcrutari? Etiam; dixi ego, eadem quoque noſtra eſt ſententia. Sed plurimi ne hoc quidem curant, vnuſne an plures ſint dij, & proſpiciantne prouidentiâ ſuâ cuiuis noſtrum, an minus proinde quaſi ad beatitudinem cognitio talis nihil afferat momenti. Quin illi etiam nobis perſuadere moliuntur, vniuerſitatis quidem huius, ac generum ſpecierumque ipſarum curam gerere Deum; mei autem, atque tui, & vniuſcuiuſque ſingillatim non itidem: alioqui votis illum, inquiunt, non imploraremus *totis noctibus atque diebus*. Hoc vero ad quem illi referant finem, intelligere difficile non eſt: nam hoc efficit ſecuritas atque libertas loquendi, & eos qui hæc docent, ſectandi, & quod volunt, agendi & dicendi impunitas, neque pœnam aliquam metuens, neque bonum quodpiam ſperans à Deo. Quomodo enim id non faciant homines, qui ſemper res eaſdem, & eandem viuendi rationem fore, & in præſentia, & in futuro, ita vt neque meliores neque deteriores fiant, aſſeuerant? Nonnulli vero, poſito, immortalem eſſe & incorpoream animam, etiamſi mali quidquam egerint, nihil tamen arbitrantur daturam ſupplicij: (Incorporeum enim perpeſſionibus non eſſe ſubiectum) neque quidquam amplius, cum illa immortalis ſit, Deo indigent, aut aliquid ab eo petunt. Et ille vrbane ſubridens: Tu autem, inquit, quid de hiſce ſententias, & quam de Deo obtineas opinionem, & quæ tua ſit philoſophia, nobis ediſſere. Exponam, inquam, tibi quod mihi videtur. Eſt namque reuera Philoſophia maximum bonum, & Deo gratiſſimum quippe quæ ſola nos ad illum adducat, eique commendet. Atque ii demum vere ſunt felices, qui mentem philoſophiæ excolunt. Quid autem ſit Philoſophia, & qua de cauſa ad homines ſit demiſſa, permultos latet. Non enim eſſent (ſi ſcirent) neque Theoretici, neque Platonici, neque Stoici, neque Peripatetici, neque Pythagorici: cum ea vna ſit ſcientia. Quam vero ob cauſam in plures illa abierit factiones, dicam. Qui primi hanc attigere, & ob id præclari fuere, accidit vt eos ſucceſſores illorum conſectarentur: non illi quidem de veritate aliquid perquirentes, ſed fortitudinem dumtaxat & continentiam ipſorum, nec non nouum orationis nitorem, cum ſtupore admirantes: eaque vera eſſe arbitrantes quæ à magiſtro quiſque didiciſſet. Qui deinde ſucceſſoribus quoque ſuis eiuſmodi omnia, atque alia item hiſce ſimilia tradentes, eo appellati ſunt nomine, quo ipſius diſciplinæ obtinuerat parens. Et cum ipſe quoque primum ita cum his agere cuperem, vni eorum me, *Stoico* cuidam, dedi: atque cum hoc longo ſatis verſatus tempore, quia nihil amplius de Deo didiceram, (nam ne ipſe quidem ſciebat, neque adeo diſciplinam hanc neceſſariam eſſe dicebat) ab eo deſciui, & ad alium me contuli. *Peripateticum* vocitatum, hominem (vt ipſemet exiſtimabat) acutum. Hic me primis diebus ſecum eſſe paſſus, poſtea mercedem à me ſibi deſignari petiit, ne infructuoſa mihi cum eo eſſet conſuetudo. Ego vero illum hanc ipſam ob cauſam reliqui; ne philoſophum quidem omnino eſſe opinatus. Porro cum impenſius adhuc animus meus audiret, quod philoſophiæ proprium atque præcipuum eſt, expeteret, ad *Pythagoricum* quendam magni nominis, multique in ſapientia ſupercilij virum acceſſi; & cum eo: auditor eius & familiaris eſſe volens, egi. Ibi: Quid? inquit ille. Verſatuſne es in muſica, & aſtronomia, & geometria; an exiſtimas quidquam te perſpicere eorum poſſe, quæ ad beatitudinem conducunt, niſi hæc prius cognoueris, quæ animum à ſenſibilibus ad intelligibilia percipienda, aptum commodumque reddunt: vt id ipſum quod pulchrum & quod bonum eſt, contemplari queas? Et cum ſtudia ea magnopere laudaſſet, neceſſariaque eſſe dixiſſet, me ita a ſe dimiſit, nam me neſcire confeſſus ſum. E Ægre igitur hoc tuli, ſicut par erat, quod ſpe excidiſſem: idque eo magis, quod ſcire illum aliquid putarem, ac rurſum tempus ipſum mecum conſiderans, quod in diſciplinis eis conterendum erat, rem longius differre non ſuſtinui. In huiuſmodi vero conſilij inopia; placitum mihi eſt, cum *Platonicis* quoque conuerſari. Itaque in vrbe noſtra cum viro prudenti, atque inter Platonicos excellenti, qui non ita pridem eo venerat plurimum fui, promoui, & maxime quotidie creui. Valde me delectabat incorporeorum notio, & idearum contemplatio mentem meam quaſi alis quibuſdam altius euehebat, atque intra breue tempus, ſapientem me eſſe factum rebar. illicoque Deum perſpecturum eſſe, per ſtultam perſuaſionem ſperabam, nam hic Platonis philoſophiæ finis eſt. Ad hunc modum affecto mihi, viſum aliquando eſt ſolitudine prolixius vti, & vitare hominum veſtigia. Proinde locum quemdam mari proximum petij, à quo cum non multum abeſſem, vt ſolus ipſe mecum agerem, vetulus quidam F ſenex, aſpectu minime contemnendus, lenes ſimul & graues præ ſe ferens mores, modico me interuallo aſſectabatur, atque vbi conuerſus ſubſtiti, & hominem ſum acrius intuitus, ille: Noſtine me, ait. Negaui id ego. Quid ergo, inquit ille, me ita contemplaris? Miror, inquam, te hic vna mecum eſſe, non enim in exſpectatione mihi fuit, vt hoc loco virum quempiam conſpicerem. Ibi ille: Cura me, ait, de quibuſdam familiaribus meis qui peregre ſunt profecti, exercet quapropter & ipſe de eis inueſtigaturus, ſi alicunde forſan appareant, huc venio. Tu vero quid rerum hic? ille mihi dixit. At ego. Deambulationibus, inquam, eiuſmodi gaudeo, cum nihil intercedit ſolitariis meis colloquutionibus impedimenti, nihil videlicet aduerſi afferentibus, & ad rationis ac ſermonis excolendi ſtudium perficiendum, plurimum loca talia conferunt: Sermonis ergo amator quiſpiam, inquit, tu es: operis amator autem haudquaquam, neque veri ſtudioſus; neque etiam potius operoſus, quam ſophiſta & verboſus eſſe conten- G dis? Quid tandem, dixi ego, maius meliuſve fecerit quiſquam, quam ſi oſtendat Rationem & Verbum veluti principem præire rebus omnibus; Qui vero ipſum conſequatur, eique inſidens vehatur, ille demum aliorum perſpiciat errorem & ſtudia, nihil ſani, neque quidquam quod Deo gratum ſit, facientium. Abſque Philoſophia ſane & recta ratione, nemini præſto eſt prudentia. Idcirco hominem quemque philoſophiæ operam dare oportet: atque hoc opus maximum & præſtantiſſimum ducere, cætera vero ſecunda & tertia: & quæ ex philoſophia dependeant, moderata? & quæ complectamur, digna, hac autem quæ careant deſtituanturque ſtudia, ea onerosa eſſe, & illiberalia. Philoſophia igitur beatitudinem efficit? ſubinferens ille dixit. Et maxime; reſpondi ego: atque ea ſola. Quidnam eſt Philoſophia, inquit: & quæ eius beatitudo? Niſi quid dicere prohibet, dicito: *philoſophia* quidem, inquam ego, eſt eius quod ſit entis ſcientia, & veri cognitio: *Beatitudo* autem, ſcientiæ iſtius & ſapientiæ honorarium. *Deum* ve- H ro quid tu dicis? inquit. Quod idem eſt, & itidem ſe habet ſemper, atque aliis, vt ſint, vniuerſis cauſa eſt, id ipſum ſcilicet eſt Deus, ita ego illi reſpondi. Qui cum libens me audiret, ſic rurſum interrogauit: *Scientia* nonne commune nomen eſt diuerſarum rerum; in artibus namque omnibus, qui earum aliquam nouit, *Sciens* vocatur: vt imperatoriæ, & gubernatoriæ, & medicæ: atque in diuinis & humanis rebus itidem, an non hoc ita habet; Eſtne ſcientia quæpiam, humanorum atque diuinorum præbens notionem? Maxime, inquam. Quid tandem? perindene quoque eſt, hominem ſcire Deum, atque muſicam, & arithmeticam, & aſtronomiam, aut aliquid iſtiuſmodi? Minime gentium, dixi. Non recte ergo, inquit ille, mihi reſpondiſti. Quædam enim ex diſciplina aut aſſuetudine aliqua, quædam autem ex viſu nobis contingunt ſcientiæ. nam ſi tibi quis narret, eſſe in India animal natura omnibus aliis diſſimile, ſed huius aut iſtiuſmodi, multiforme & varium: non prius id ſcias

quam

A quã videris: ac ne verba quidẽ de eo vlla facere queas, niſi eum qui viderit, audieris. Non hercule, inquam. Qui itaq; rectè, ait, de Deo philoſophi ſentiant, aut veri quidquam dicant, ſcientiam eius non habentes, vt qui nec viderint, nec audierint illum vnquam? Atqui, inquam, non oculis ipſis, ô pater, quemadmodum animantia alia, ſic numen diuinum cerni; ſed ſola mente comprehendi poteſt, vt Plato inquit: cui ego fidem habeo. Eſtne ergo, ait ille, in mente noſtra vis quæpiam talis & tanta alicuius cognoſcendi, quod non celerius illa per ſenſum percipiat: aut mens hominis Deum videbit vnquam, Spiritu ſancto non exornata? Dicit etenim Plato, intuli ego, ipſum *Mentis oculum* talem eſſe, & ad hoc nobis datum, vt hoc ipſo ſincero ipſum illud quod ſit Ens conſpicere queamus: quod omnium eorum quæ intelligentia [& ſenſu] percipiuntur, cauſa eſt, neque colorem obtinens, neque formam, neque magnitudinem, neque quidquam quod oculus cernit. Sed idipſum quod ſit, quiddam eſſe dico longè ſupra omnem eſſentiam, ineloquibile, ineffabile,
B ſolumque pulchrum & bonum, illico bene natis animis inſitum, propter cognationem, atque eum quo videri cupit, amorem. Quæ vero, dixit ille, nobis eſt *cum Deo cognatio*? num & ipſa *Anima* diuina & immortalis eſt, & illius Imperantis mentis particula? atque vt illa Deum videt, ſic & nobis permiſſum eſt mente noſtra diuinitatem complecti, & exinde iam nunc beatis eſſe? Omnino, inquam. Percontabatur poſtea ille: In omnibúſne animantibus omnes ad mentem eam animæ accedunt, an alia eſt hominis, alia equi anima, & aſini? Minimè, ſed eædem in omnibus ſunt; ego reſpondi. Videbunt ergo, ait, aut viderunt aliquando Deum & equi & aſini? Non, inquam: immo ne multi quidem mortales; niſi illorum quis legitimè vixerit, iuſtitia & reliqua virtute omni luſtratus. Ibi ille: Proinde Deum videt, non propter cognationem, neque eo quod mens ſit, verum quod caſtus & iuſtus. Etiam, inquam, & ob id quoque quod habeat quo Deum intelligat. Quid porro? committúntne per iniuriam capræ & oues in quemquam aliquid? In neminem prorſus
C quidquam; dixi ego. Videbunt igitur, intulit ille, ſecundum rationem tuam, & animalia iſta? Non. Corpus enim eis, quod huiuſmodi ſit, impedimento eſt. Tum ſubdens ille: Si vocem, ait, animalia hæc reciperent, rectiore illa (crede mihi) ratione in corpus noſtrum conuitium dicerent. Verum in præſentia hoc omittamus, ac tibi id, ſicuti dicis, concedatur. Illud autem mihi ediſſere: Animúſne, dum in corpore eſt, an ab hoc liberatus, videt? Quoad in humana eſt ſpecie, poſſe illi, dixi, per mentem videndi vim ineſſe: corpore vero is ſolutus, cum ſecum ipſe eſt, omni ex parte, eius quem adamauit, quouis tempore potitur. Num vero, cum ruſus in homine eſt, eius meminit? Non mihi videtur, inquam. Quænam tandem vtilitas eſt eis qui viderint? aut quid amplius præ eo qui non viderit, habet, ſi ne eius quidem quod viderit, meminit? Dicere hoc non poſſum, dixi ego. Qui aut videndi facultate indigni iudicati ſunt, quidnam, inquit, patiuntur? In aliqua ferarum corpora velut in carcerem coniecti vinciuntur, atque id ſupplicium eorum eſt. Sciuntne, ob eam ipſam cauſam, & quod aliquid deliquerint, ſe in
D huiuſmodi eſſe corporibus? Non arbitror? Nec his ſane vlla, ſcientia, aliqua eſt ſupplicij, vt videtur: immo ne torqueri quidem eos dixerim, ſi illati ſupplicij capaces non ſunt. Scilicet. Non igitur Deum vident animæ, neque in alia corpora immigrant. Scirent namque excruciari ſe hoc modo, atque poſtea vel ingratis peccarent, metuerent. Intelligere autem eos poſſe, & Deum eſſe, & iuſtitiam atque religionem pulchritudinem obtinere, ipſe quoque aſſentior, inquit. Rectè narras, dixi. Itaque nihil de his norunt philoſophi illi, neque enim quid tandem Anima ſit dicere habent. Non videtur. Enimuero nec immortalem eam dicere oportet. nam ſi immortalis ſit, nimirum ingenita quoque fuerit. Ingenita autem & immortalis eſt, de quorundam, qui dicuntur Platonici, ſententia. Num tu quoque *Mundum ingenitum* dicis? Sunt qui hoc aſſeuerant: ego autem illis non conſentio. Rectè. Quam enim rationem habet, corpus ſolidum, &

repercuſſionem obtinens, & compoſitum, quodque alteratur, & intercidit & naſcitur in dies, non à principio E
aliquo ortum eſſe opinari? Quod ſi mundus generatus eſt, animas quoque genitas eſſe neceſſe eſt, & alicubi fortaſſe eſſe: nam propter homines & animantia alia, genitæ ſint; ſi ſeorſum prorſus genitas eſſe, ac non vna cum corporibus ſuis eas gigni dicas. Videtur hoc ſic rectè habere. Non ergo ſunt immortales. Non; quandoquidem & mundum genitum eſſe apparet. Verumenimuero non mori vniuerſas animas affirmo, lucroſum namque hoc eſſet reuera malis. Quid igitur? Piæ quidem in loco quopiam meliore manent; iniuſtæ vero & prauæ, in deteriore, iudicij tempus expectantes. Hoc namque modo, quæ dignæ ſunt vt coram Deo appareant, non moriuntur amplius: illæ autem excruciantur, quoad eas & eſſe & excruciari vult Deus. Vtrum tale eſt quod narras, quale & Plato in Timæo ſubobſcurè de mundo tradit, corruptioni eum ſubditum eſſe dicens, quatenus generatus eſt: non iri tamen ſolu- F
tum, neque fatum mortis ſubiturum, propter voluntatem Dei. An hoc ipſum tibi & de anima, & de rebus ſimul vniuerſis videtur eſſe promulgatum? Quæcumque, ſecundum Deum, ſunt aut erunt vnquam, ea naturam corruptibilitati obnoxiam obtinent, abolerique & vlterius non extare poſſunt. Solus autem ingenitus & incorruptibilis eſt Deus, & propterea Deus eſt. Omnia vero reliqua, genita ſunt, & corruptibilia. Qua de cauſa animæ & moriuntur, & puniuntur. Quandoquidem ingenitæ ſi eſſent, neque peccarent, neque ſtultitiæ plenæ eſſent, neque meticuloſæ, ac feroces rurſum, ſed neque voluntate ſua in ſues vnquam & ſerpentes & canes immigrarent. Quin ne cogere quidem eas fas eſſet; ſiquidem generatæ non eſſent. Ingenitum enim ingenito ſimile eſt & æquale, idemque adeo cum eo: ac neque poteſtate neque dignitate alterum alteri præferatur. Quapropter neque multa ſunt ingenita. Nam etiamſi quæ in eis eſſet differentia, minime tamen differentiæ cauſam inquiſitione tua inuenires: ſed ad infinitum ſemper mentem demittens, in vno tandem de- G
fatigatus conſiſteres ingenito, atque idipſum omnium cauſam diceres. Itaque iſta, inquam, latuere Platonem & Pythagoram, viros ſapientes, qui nobis veluti murus & columen philoſophiæ extitere. Nihil mihi ait ille, curæ eſt Plato, neque Pythagoras, neque prorſus (vt ſemel dicam) eorum quiſquam qui talia ſunt opinati. *Veritas* namque ſic habet, quam inde quoque cognoſcas. *Anima* ſcilicet vita eſt, aut vitam habens. Quod ſi vita eſt, aliud quidpiam, non ſeipſam, viuere facit: ſicut & motio aliud quidpiam potius quam ſeipſam mouet. Porro animam viuere, nemo inficias iuerit. Sin viuit, non quod vita ſit, viuit, ſed quod vitam accipiat. Aliud ſane eſt quod participat quidquam, ab eo vnde participat. Vitam vero anima participat, quoadúſque eam Deus vult viuere: ita videlicet aliquando non participabit, cum eam viuere nolet. Non enim ita per ſeipſam ei vita eſt, ſicut per ſeipſum Deo, verum quemadmodum homo non ſemper conſtat, neque perpetuo corpus cum anima coniunctum eſt: ſed cum ſolui oportet harmo- H
niam, & conuenientem hanc compoſitionem, anima à corpore diuertit, atque homo non conſtat: ita quoque quando animam non eſſe oportet, diſcedit ab ea ſpiritus vitalis. & anima non amplius extat, ſed & ipſa vnde accepta eſt, eo refertur. Quo ergo tandem aliquis, inquam, vtatur doctore: aut vnde vtilitas quæpiam proueniat, ſi in his verum non eſt? Extiterunt quidam ante multa tempora, omnibus iſtis qui habiti ſunt philoſophi longe vetuſtiores, beati, iuſti, Deique amantes, Deoque ipſi cari homines, diuino ſpiritus afflatu loquentes, & futura vaticinantes, quæ nunc ad rem contemtum: *Prophetas* eos vocant. Hi ſoli, quid in vero ſit, & viderunt, & hominibus renunciarunt; neque obſeruantes neque metuentes quemquam, neque gloriæ cupiditate victi. Ea quippe duntaxat ſunt prolocuti quæ audierunt & viderunt, Spiritu ſancto repleti. Libri vero eorum etiam nunc extant, quos ſi quis legat, eiſque fidem habeat,

fugus: atque in Græcia & Corinthi plurimum degere ſo-
litus. An tu vero, inquam, tantum emolumenti ex Phi-
loſophia capere potes, quantum ex Legiſlatore tuo &
Prophetis? Quidni? ait ille, an Philoſophi non omnia
de Deo verba faciunt? an de monarchia & vnius impe-
rio, atque de prouidentia non ſemper inquirunt? vtrum
philoſophiæ munus non eſt, de Deo ſcrutari? Etiam; di-
xi ego, eadem quoque noſtra eſt ſententia. Sed plurimi
ne hoc quidem curant, vnuſne an plures ſint dij, & pro-
ſpiciantne prouidentiâ ſuâ cuiuis noſtrum, an minus pro-
inde quaſi ad beatitudinem cognitio talis nihil afferat
momenti. Quin illi etiam nobis perſuadere moliuntur,
vniuerſitatis quidem huius, ac generum ſpecierumque
ipſarum curam gerere Deum; mei autem, atque tui, &
vniuſcuiuſque ſingillatim non itidem: alioqui votis il-
lum, inquiunt, non imploraremus *totis noctibus atque
diebus*. Hoc vero ad quem illi referant finem, intellige-
re difficile non eſt: nam hoc efficit ſecuritas atque libertas
loquendi, & eos qui hæc docent, ſectandi, & quod vo-
lunt, agendi & dicendi impunitas, neque pœnam ali-
quam metuens, neque bonum quodpiam ſperans à Deo.
Quomodo enim id non faciant homines, qui ſemper res
eaſdem, & eandem viuendi rationem fore, & in præ-
ſentia, & in futuro, ita vt neque meliores neque deterio-
res fiant, aſſeuerant? Nonnulli vero, poſito, immorta-
lem eſſe & incorpoream animam, etiamſi mali quid-
quam egerint, nihil tamen arbitrantur daturam ſuppli-
cij: (Incorporeum enim perpeſſionibus non eſſe ſubie-
ctum) neque quidquam amplius, cum illa immortalis
ſit, Deo indigent, aut aliquid ab eo petunt. Et ille vr-
bane ſubridens: Tu autem, inquit, quid de hiſce ſen-
tias, & quam de Deo obtineas opinionem, & quæ tua
ſit philoſophia, nobis ediſſere. Exponam, inquam, tibi
quod mihi videtur. Eſt namque reuera Philoſophia ma-
ximum bonum, & Deo gratiſſimum quippe quæ ſola
nos ad illum adducat, eique commendet. Atque ii de-
mum vere ſunt felices, qui mentem philoſophia exco-
lunt. Quid autem ſit Philoſophia, & qua de cauſa ad
homines ſit demiſſa, permultos latet. Non enim eſſent
(ſi ſcirent) neque Theoretici, neque Platonici, neque
Stoici, neque Peripatetici, neque Pythagorici: cum
ea vna ſit ſcientia. Quam vero ob cauſam in plures illa
abierit factiones, dicam. Qui primi hanc attigere, & ob
id præclari fuere, accidit vt eos ſucceſſores illorum con-
ſectarentur: non illi quidem de veritate aliquid perqui-
rentes, ſed fortitudinem duntaxat & continentiam ipſo-
rum, nec non nouum orationis nitorem, cum ſtupore
admirantes: eaque vera eſſe arbitrantes quæ à magiſtro
quiſque didiciſſet. Qui deinde ſucceſſoribus quoque ſuis
eiuſmodi omnia, atque alia item hiſce ſimilia tradentes,
eo appellati ſunt nomine, quo ipſius diſciplinæ obtinue-
rat parens. Et cum ipſe quoque primum ita cum his age-
re cuperem, vni eorum me, *Stoico* cuidam, dedi: at-
que cum hoc longo ſatis verſatus tempore, quia nihil
amplius de Deo didiceram, (nam ne ipſe quidem ſcie-
bat, neque adeo diſciplinam hanc neceſſariam eſſe di-
cebat) ab eo deſciui, & ad alium me contuli. *Peripate-
ticum* vocitatum, hominem (vt ipſemet exiſtimabat)
acutum. Hic me primis diebus ſecum eſſe paſſus, po-
ſtea mercedem à me ſibi deſignari petiit, ne inſtructuo-
ſa mihi cum eo eſſet conſuetudo. Ego vero illum hanc
ipſam ob cauſam reliqui; ne philoſophum quidem om-
nino eſſe opinatus. Porro cum impenſius adhuc animus
meus audire, quod philoſophiæ proprium atque præ-
cipuum eſt, expeteret, ad *Pythagoricum* quendam ma-
gni nominis, multique in ſapientia ſupercilij virum ac-
ceſſi; & cum eo: auditor eius & familiaris eſſe volens,
egi. Ibi: Quid? inquit ille. Verſatuſne es in muſica,
& aſtronomia, & geometria; an exiſtimas quidquam
te perſpicere eorum poſſe, quæ ad beatitudinem con-
ducunt, niſi hæc prius cognoueris, quæ animum à ſen-
ſibilibus ad intelligibilia percipienda, aptum commo-
dumque reddunt: vt id ipſum quod pulchrum & quod
bonum eſt, contemplari queas? Et cum ſtudia ea magno-
pere laudaſſet, neceſſariaque eſſe dixiſſet, me ita a ſe
dimiſit, nam me neſcire confeſſus ſum. Ægre igitur hoc E
tuli, ſicut par erat, quod ſpe excidiſſem: idque eo ma-
gis, quod ſcire illum aliquid putarem, ac rurſum tem-
pus ipſum mecum conſiderans, quod in diſciplinis eis
conterendum erat, rem longius differre non ſuſtinui. In
huiuſmodi vero conſilij inopia; placitum mihi eſt, cum
Platonicis quoque conuerſari. Itaque in vrbe noſtra cum
viro prudenti, atque inter Platonicos excellenti, qui
non ita pridem eo venerat plurimum fui, promoui, &
maxime quotidie creui. Valde me delectabat incorpo-
reorum notio, & idearum contemplatio mentem meam
quaſi alis quibuſdam altius euehebat, atque intra breue
tempus, ſapientem me eſſe factum rebar. illicoque Deum
perſpecturum eſſe, per ſtultam perſuaſionem ſperabam,
nam hic Platonis philoſophiæ finis eſt. Ad hunc modum
affecto mihi, viſum aliquando eſt ſolitudine proliatius
vti, & vitare hominum veſtigia. Proinde locum quem-
dam mari proximum petij, à quo cum non multum ab-
eſſem, vt ſolus ipſe mecum agerem, vetulus quidam F
ſenex, aſpectu minime contemnendus, lenes ſimul &
graues præ ſe ferens mores, modico me interuallo aſſe-
ctabatur, atque vbi conuerſus ſubſtiti, & hominem
ſum acrius intuitus, ille: Noſtine me, ait. Negaui id
ego. Quid ergo, inquit ille, me ita contemplaris? Mi-
ror, inquam, te hic vna mecum eſſe, non enim in ex-
ſpectatione mihi fuit, vt hoc loco virum quempiam con-
ſpicerem. Ibi ille: Cura me, ait, de quibuſdam fami-
liaribus meis qui peregre ſunt profecti, exercet quapro-
pter & ipſe de eis inueſtigaturus; ſi alicunde forſan ap-
pareant, huc venio. Tu vero quid rerum hic? ille mi-
hi dixit. At ego. Deambulationibus; inquam, eiuſmo-
di gaudeo, cum nihil intercedit ſolitariis meis colloqu-
tionibus impedimenti, nihil videlicet aduerſi afferenti-
bus, & ad rationis ac ſermonis excolendi ſtudium per-
ficiendum, plurimum loca talia conferunt: Sermonis
ergo amator quiſpiam, inquit, tu es: operis amator au-
tem haudquaquam, neque veri ſtudioſus; neque etiam
potius operoſus, quam ſophiſta & verboſus eſſe conten- G
dis? Quid tandem, dixi ego, maius meliuſve fecerit
quiſquam, quam ſi oſtendat Rationem & Verbum ve-
luti principem præire rebus omnibus; Qui vero ipſam
conſequatur, eique inſidens vehatur, ille demum alio-
rum perſpiciat errorem & ſtudia, nihil ſani, neque quid-
quam quod Deo gratum ſit, facientium. Abſque Philo-
ſophia ſane & recta ratione, nemini præſto eſt pruden-
tia. Idcirco hominem quemque philoſophiæ operam da-
re oportet: atque hoc opus maximum & præſtantiſſi-
mum ducere, cætera vero ſecunda & tertia: & quæ ex
philoſophia dependeant, moderata? & quæ complecta-
mur, digna, hac autem quæ careant deſtituanturque ſtu-
dia, ea onerosa eſſe, & illiberalia. Philoſophia igitur
beatitudinem efficit? ſubinferens ille dixit. Et maxime;
reſpondi ego: atque ea ſola. Quidnam eſt Philoſophia,
inquit: & quæ eius beatitudo? Niſi quid dicere prohi-
bet, dicito: *philoſophia* quidem, inquam ego, eſt eius
quod ſit entis ſcientia, & veri cognitio: *Beatitudo* au-
tem, ſcientiæ iſtius & ſapientiæ honorarium. *Deum* ve- H
ro quid tu dicis? inquit. Quod idem eſt, & itidem ſe ha-
bet ſemper, atque aliis, vt ſunt, vniuerſis cauſa eſt, id
ipſum ſcilicet eſt Deus, ita ego illi reſpondi. Qui cum li-
bens me audiret, ſic rurſum interrogauit: *Scientia* non-
ne commune nomen eſt diuerſarum rerum; in artibus
namque omnibus, qui earum aliquam nouit, *Sciens* vo-
catur: vt imperatoriæ, & gubernatoriæ, & medicæ: at-
que in diuinis & humanis rebus itidem, an non hoc ita
habet; Eſtne ſcientia quæpiam, humanorum atque diui-
norum præbens notionem? Maxime, inquam. Quid tan-
dem? perindene quoque eſt, hominem ſcire Deum. at-
que muſicam, & arithmeticam, & aſtronomiam, aut
aliquid iſtiuſmodi? Minime gentium, dixi. Non recte
ergo, inquit ille, mihi reſpondiſti. Quædam enim ex
diſciplina aut aſſuetudine aliqua, quædam autem ex viſu
nobis contingunt ſcientiæ. nam ſi tibi quis narret, eſſe
in India animal natura omnibus aliis diſſimile, ſed huius
aut iſtiuſmodi, multiforme & varium: non prius id ſcias

quam

A quã videris:ac ne verba quidē de eo vlla facere queas,niſi
eum qui viderit, audieris.Non hercule,inquam.Qui itaq;
rectè, ait, de Deo philoſophi ſentiant,aut veri quidquam
dicant,ſcientiam eius non habentes, vt qui nec viderint,
nec audierint illum vnquam ? Atqui, inquam, non ocu-
lis ipſis, ô pater, quemadmodum animantia alia, ſic nu-
men diuinum cerni ; ſed ſola mente comprehendi poteſt,
vt Plato inquit:cui ego fidem habeo. Eſtne ergo, ait ille,
in mente noſtra vis quæpiam talis & tanta alicuius cog-
noſcendi,quod non celerius illa per ſenſum percipiat:aut
mens hominis Deum videbit vnquam,Spiritu ſancto non
exornata ? Dicit etenim Plato,intuli ego, ipſum *Mentis*
oculum talem eſſe, & ad hoc nobis datum, vt hoc ipſo
ſincero ipſum illud quod ſit Ens conſpicere queamus:
quod omnium eorum quæ intelligentia [& ſenſu] perci-
piuntur, cauſa eſt, neque colorem obtinens, neque for-
mam, neque magnitudinem, neque quidquam quod
oculus cernit. Sed idipſum quod ſit, quiddam eſſe dico
longè ſupra omnem eſſentiam, ineloquibile, ineffabile,
B ſolumque pulchrum & bonum, illico bene natis animis
inſitum, propter cognationem,atque cum quo videri cu-
pit,amorem. Quæ vero, dixit ille,nobis eſt *cum Deo cog-
natio* ? num & ipſa *Anima* diuina & immortalis eſt,& il-
lius Imperantis mentis particula ? atque vt illa Deum vi
det, ſic & nobis permiſſum eſt mente noſtra diuinitatem
complecti, & exinde iam nunc beatis eſſe ? Omnino, in-
quam. Percontabatur poſtea ille:In omnibúſne animanti-
bus omnes ad mentem eam animæ accedunt ; an alia eſt
hominis,alia equi anima,& aſini?Minimè, ſed eædem in
omnibus ſunt ; ego reſpondi. Videbunt ergo, ait, aut vi-
derunt aliquando Deum & equi & aſini ? Non, inquam:
immo ne multi quidem mortales ; niſi illorum quis le-
gitimè vixerit, iuſtitia & reliqua virtute omni luſtratus.
Ibi ille:Proinde Deum videt, non propter cognationem,
neque eo quod mens ſit ; verum quod caſtus & iuſtus.
Etiam,inquam,& ob id quoque quod habeat quo Deum
intelligat.Quid porro?committúntne per iniuriam capræ
& oues in quemquam aliquid ? In neminem prorſus
C quidquam;dixi ego. Videbunt igitur, intulit ille, ſecun-
dum rationem tuam,& animãtia iſta?Non. Corpus enim
eis, quod huiuſmodi ſit, impedimento eſt. Tum ſubdens
ille : Si vocem, ait, animalia hæc reciperent, rectiore illa
(crede mihi) ratione in corpus noſtrum conuitium dice-
rent. Verum in præſentia hoc omittimus,ac tibi id,ſicuti
dicis,concedamus. Illud autem mihi ediſſere : Animúſne,
dum in corpore eſt,an ab hoc liberatus,videt ? Quoad in
humana eſt ſpecie, poſſe illi, dixi, per mentem videndi
vim ineſſe : corpore vero is ſolutus, cum ſecum ipſe eſt,
omni ex parte,eius quem adamauit,quouis tempore po-
titur. Num vero,cum rurſus in homine eſt, eius meminit?
Non mihi videtur ; inquam. Quænam tandem vtilitas eſt
eis qui viderint ? aut quid amplius præ eo qui non vide-
rit,habet, ſi ne eius quidem quod viderit,meminit? Dice-
re hoc non poſſim ; dixi ego. Qui autem videndi facultate
indigni iudicati ſunt, quidnam,inquit, patiuntur ? In ali-
qua ferarum corpora velut in carcerem coniecti vin-
ciuntur, atque id ſupplicium eorum eſt. Sciúntne, ob
eam ipſam cauſam, & quod aliquid deliquerint, ſe in
D huiuſmodi eſſe corporibus ? Non arbitror. Nec his ſan-
vſus [& ſcire ſe] aliquis eſt ſupplicij, vt videtur : immo ne
torqueri quidem eos dixerim, ſi illati ſupplicij capaces
non ſunt. Scilicet. Non igitur Deum vident animæ,neque
in alia corpora tranſmigrant. Scirent namque excruciari
ſe hoc modo, [illegible] poſſe vel ingratis peccarent, me-
tuerent. Intelligere autem eas poſſe, & Deum eſſe, & iu-
ſtitiam atque religionem pulchritudinem obtinere, ipſe
quoque aſſentior,inquit. Rectè narras,dixi. Itaque nihil de
his norunt philoſophi illi,neque enim quid tandem Ani-
ma ſit dicere habent. Non videtur. Enimuero nec immor-
talem eam dicere oportet. nam ſi immortalis ſit, nimi-
rum ingenita quoque fuerit. Ingenita autem & immor-
talis eſt, de quorundam, qui dicuntur Platonici, ſenten-
tia. Num tu quoque *Mundum ingenitum* dicis ? Sunt
qui hoc aſſeruerint : ego autem illis non conſentio. Re-
ctè. Quam enim rationem habet, corpus ſolidum, &
repercuſſionem obtinens, & compoſitum, quodque al- E
teratur, & intercidit & naſcitur in dies, non à principio
aliquo ortum eſſe opinari ? Quod ſi mundus generatus
eſt, animas quoque genitas eſſe neceſſe eſt, & alicubi
fortaſſe eſſe : nam propter homines & animantia alia
genitæ ſint ; ſi ſeorſum prorſus genitas eſſe, ac non vna
cum corporibus ſuis eas gigni dicas. Videtur hoc ſic re-
ctè habere. Non ergo ſunt immortales. Non ; quando-
quidem & mundum genitum eſſe apparet. Verumenim-
vero non mori vniuerſas animas affirmo, lucroſum
namque hoc eſſet reuera malis. Quid igitur ? Piæ qui-
dem in loco quopiam meliore manent ; iniuſtæ vero &
prauæ, in deteriore, iudicij tempus expectantes. Hoc
namque modo, quæ dignæ ſunt vt coram Deo appa-
reant, non moriuntur amplius : illæ autem excrucian-
tur, quoad eas & eſſe & excruciari vult Deus. Vtrum
tale eſt quod narras, quale & Plato in Timæo ſubob-
ſcurè de mundo tradit, corruptioni eum ſubditum eſſe
dicens, quatenus generatus eſt ; non iri tamen ſolu- F
tum, neque fatum mortis ſubiturum, propter volunta-
tem Dei. An hoc ipſum tibi & de anima, & de rebus
ſimul vniuerſis videtur eſſe promulgatum ? Quæcum-
que, ſecundum Deum, ſunt aut erunt vnquam, ea na-
turam corruptibilitati obnoxiam obtinent, abolerique
& vlterius non extare poſſunt. Solus autem ingenitus
& incorruptibilis eſt Deus, & propterea Deus eſt. Om-
nia vero reliqua, genita ſunt, & corruptibilia. Qua
de cauſa animæ & moriuntur, & puniuntur. Quando-
quidem ingenitæ ſi eſſent, neque peccarent, neque ſtul-
titiæ plenæ eſſent, neque meticuloſæ, ac feroces rur-
ſum, ſed neque voluntate ſua in ſues vnquam & ſer-
pentes & canes immigrarent. Quin ne cogere quidem
eas fas eſſet ; ſiquidem generatæ non eſſent. Ingenitum
enim ingenito ſimile eſt & æquale, idemque adeo cum
eo : ac neque poteſtate neque dignitate alterum alteri
præferatur. Quapropter neque multa ſunt ingenita.
Nam etiamſi qua in eis eſſet differentia, minime tamen
differentiæ cauſam inquiſitione tua inuenires : ſed ad in-
finitum ſemper mentem demittens, in vno tandem de-
fatigatus conſiſteres ingenito, atque idipſum omnium
cauſam diceres. Itaque iſta, inquam, latuere Platonem
& Pythagoram, viros ſapientes, qui nobis veluti murus
& columen philoſophiæ extitere. Nihil mihi ait ille,
curæ eſt Plato, neque Pythagoras, neque prorſus (vt G
ſemel dicam) eorum quiſquam qui talia ſunt opinati.
Veritas namque ſic habet ; quam inde quoque cognoſ-
cas. *Anima* ſcilicet vita eſt, aut vitam habens. Quod
ſi vita eſt, aliud quidpiam, non ſeipſam, viuere facit : ſi-
cut & motio aliud quidpiam potius quam ſeipſam mo-
uet. Porro animam viuere, nemo inficias iuerit. Sin vi-
uit, non quod vita ſit, viuit, ſed quod vitam accipit.
Aliud ſane eſt quod participat quidquam, ab eo vnde
participat. Vitam vero anima participat, quoaduſque
eam Deus vult viuere : ita videlicet aliquando non parti-
cipabit, cum eam viuere nolet. Non enim ita per ſeipſam
ei vita eſt, ſicut per ſeipſum Deo, verum quemadmodum
homo non ſemper conſtat, neque perpetuo corpus cum H
anima coniunctum eſt : ſed cum ſolui oportet harmo-
niam, & conuenientem hanc compoſitionem, anima à
corpore diuertit, atque homo non conſtat : ita quoque
quando animam non eſſe oportet, diſcedit ab ea ſpiritus
vitalis, & anima non amplius extat, ſed & ipſa vnde ac-
cepta eſt, eo reuertitur. Quo ergo tandem aliquis, in-
quam, vtatur doctore, aut vnde vtilitas quæpiam proue-
niat, ſi in his verum non eſt ? Extiterunt quidam ante
multa tempora, omnibus iſtis qui habiti ſunt philoſophis
longe vetuſtiores, beati, iuſti, Dei amantes, Deoque ipſi
cari homines, diuino ſpiritus afflatu loquentes, & futura
vaticinantes, quæ nunc ad rem conficiuntur : *Prophetas*
eos vocant. Hi ſoli, quid in vero ſit, & viderunt, & ho-
minibus renunciarunt, neque obſeruantes neque me-
tuentes quemquam, neque gloriæ cupiditate victi. Ea
quippe duntaxat ſunt prolocuti quæ audierunt & vi-
derunt, Spiritu ſancto repleti. Libri vero eorum etiam
nunc extant, quos ſi quis legat, eiſque fidem habeat,

Google

plurimum etiam inde ferat emolumenti de principiis, & de fine, & de aliis quæ Philoſophum ſcire oportet. Minimè namque tum illi per demonſtrationes ſcripta ſua compoſuere; vt qui longiſſimè ſupra demonſtrationem omnem, locupletes & idonei fuerint veritatis teſtes. Porro & quæ euenerunt, & quæ eueniunt, neceſſitatem ſecum afferunt, aſſentiri eis quæ ab illis ſunt dicta. Quin & propter virtutes & miracula quæ edidere, vt eis crederetur, digni reperti ſunt. Opificem certè quidem vniuerſitatis huius Deum & patrem laudibus extulerunt, & eum qui ab illo miſſus eſt, CHRISTVM filium eius annuntiauerunt: quod certè, qui ſeductore & impuro ſpiritu repleti ſunt, *Pſeudoprophetæ* neque fecerunt, neque faciunt: ſed virtutes illi prodigiaque quædam, terrendorum atque ad ſtuporem adducendorum hominum gratia efficere audent, & impoſturæ ſpiritus atque dæmonia magnificè deprædicant. At tu votis & precibus, tibi ante omnia lucis portas aperiri opta. Neque enim ab aliquibus perſpiciuntur atque intelliguntur, præterquam ſi cui Deus & CHRISTVS eius conceſſerint intelligentiam. Hæc atque his longè plura alia cum ille diſſeruiſſet, & perſequi ea iuſſiſſet quæ nunc commemorare tempus non eſt, abiit: eumque poſtea non vidi. Confeſtim vero in animo meo ardor excitatus eſt, & amor me inuaſit Prophetarum, & virorum illorum qui CHRISTO cari ſunt & amici. Ac reuoluens ipſe mecum diſputationem illius, *hanc ipſam ſolam comperi eſſe certam atque vtilem philoſophiam.* Atque ad hunc modum, & per hæc ipſa, ego philoſophus prodij. Peruelim profectò omnes eandem mecum ineuntes animo rationem, non alienos eſſe à Seruatoris doctrina. Timorem namque quemdam in ſe habet, & idonea eſt ad terrendos perſuadendoſque eos qui a rectâ tranſuerſim ſunt acti viâ: & qui in ea ſe exercent, ſuauiſſima eis contingit quies. Itaque tibi quoque à re tanta non alieno, ſi qua eſt de te ipſo cura, ſalutémque affectas, atque Deo confidis, facultas adeſt, vt & CHRISTVM Dei cognoſcas, & ad perfectionem deductus, beatitudinem conſequare. Hæc cum dixiſſem, Pompei cariſſime, Tryphonis amici in riſum proruperunt. Ipſe autem ſubridens: Alia quidem tua accipio, & ardorem quem de numine diuino obtines, admiror. Præſtabilius vero fuerat, te adhuc Platonis aut alterius cuiuſpiam affectari philoſophiam, fortitudinem, & continentiam, & caſtitatem colentem; quam verbis falſis in errorem abduci, & hominibus adhærere nullius bonæ rei: nam ſi in illo philoſophiæ perſtitiſſes genere, atque extra reprehenſionem vixiſſes, reliqua tibi eſſet ſpes ſortis melioris. Poſtquam autem Deum reliquiſti, & in homine ſperare cœpiſti, quænam tibi reſtat ſalus? Proinde ſi me quoque vis audire, (pro amico enim iam te habeo) fac primum vt circumcidaris: deinde, ita vt lege cautum eſt, ſabbatum ſerua, & dies feſtos, & neomenias nouiluniaque Dei, atque, vt paucis dicam, quæ in lege ſancita & ſcripta ſunt, exſequere omnia: & tum fortaſſe tibi miſericordia à Deo continget. CHRISTVS autem, ſi quidem natus eſt, & alicubi extat, ignotus eſt. Ac ne ipſe quidem ſeipſum ſcit, neque poteſtate aliqua præditus eſt; donec adueniens Elias illum vnxerit, & manifeſtum omnibus reddiderit. Vos vero auditionem inanē poſtquā accepiſtis, CHRISTVM vobis quemdam fingitis, & illius gratiâ præſentis vitæ commoda inconſideratē perditis. Ignoſcatur, ô homo, inquam, ac venia detur tibi: non equidem quid dicas, noſti: ſed Rabinis & magiſtris obſequens, qui Scripturas non intelligunt, ac perinde atque vates reſponſo edendo nihil penſi habens, quicquid tibi in mentem venit, loqueris. Quod ſi rationem rei huius admittere atque ſuſcipere velis, [intelligas profectò] minimè nos in errorem ſeductos eſſe, neque vnquam illum profiteri deſituros, quamuis nobis ab hominibus ingerantur probra & conuicia, & grauiſſimus renuntiandi atque recantandi intentet neceſſitatem tyrannus. Aſſiſtenti namque tibi & auſcultanti probabo, non vanis nos fidem habuiſſe fabulis, neque demonſtrationis expertibus aſſertionibus, ſed ſpiritu diuino plenis, virtuteque ſcatentibus, & gratiâ florentibus. Riſerunt ergo denuo comites eius, atque inconditum quiddam ſunt vociferati. Ergo reſiliens, meque componens, abire volebam. Ipſe autem Trypho me pallio retinens, non prius dimiſſum iri dixit, quam promiſſum exſoluiſſem. Itaque, inquam, non tumultuentur ſodales tui, neque ita indecore ſe gerant, verum, ſi quid nos volunt, quieti tacitique audiant: Sin aucupationes eis aliquæ grauiores obſtant, abeant: nos autem digredientes quopiam, atque conſidentes, diſputationem exſequamur. Complacitum eſt Tryphoni quoque, vt hoc à nobis fieret. Itaque diuertentes in ſtadium, quod in xyſto medium eſt, venimus. Ex amicis autem eius duo, qui ſannis ſtudium noſtrum ridebant, & cauillis ludebant, abiere. Nos vero, vbi in eo loco fuimus in quo vtrimque ſaxea ſunt ſedilia, in altera parte Tryphonis comites reſidentes, de bello Iudaico, cum quidam ex ipſis mentionem eius intuliſſet, agebant. Poſtquam autem eiuſmodi ſermonis finem fecere, ita rurſum apud eos ſum exorſus: Num aliud quidquam eſt, percari nobis viri, quod in nobis reprehenditis, præterquam quod ex præſcripto legis non viuimus? neque itidem vt maiores veſtri, carne circumcidimur; neque, ſicuti vos, ſabbata & ferias agimus? verum vita quoque, & mores noſtri, apud vos in crimen vocantur? hoc autem eſt quod dico, an vos etiam de nobis creditis, homines nos vorare, & poſt epulum, lucernis extinctis, nefario promiſcuè concubitu inuolui? aut hoc vnum in nobis damnatis, quod diſciplinæ huiuſcemodi dediti ſimus, falſæque, ſicuti putatis, credamus opinioni? Hoc ipſum eſt, inſit Trypho, quod miramur. Quæ vero à multis iactantur, indigna ſunt fide, longe enim à natura humana abſunt. Veſtra ſanè, quæ in Euangelio quod dicitur, ſunt præcepta, tam magna & admiranda eſſe nouimus, vt ſuſpicio noſtra ſit, à nemine illa ſeruari poſſe. Inceſſit enim ea cura mihi, vt legerem. Illud certè quidem ambigendo maximè miramur, vos, qui veſtram iactatis religionem, & aliis hominibus præſtare vultis, cum nihil ab eis varietis, & vita degenda nihil à gentibus differatis: vtpote qui neque feſtos dies neque ſabbata ſeruetis, neque circumciſionem habeatis, atque inſuper in homine crucifixo ſpem collocetis: confidere nihilominus, conſequuturos eſſe boni quidquam à Deo mandata eius non exſequentes. Nonne legiſti, deletum iri animam illam ea genere ſuo, quæ non circumcideretur octauo die? Atque hoc ex æquo & de alienigenis & de empticiis ſancitum eſt. Hoc ergo fœdus & teſtamentum vos ſtatim floccifacientes, nullam etiam ſequentium [mandatorum] habetis rationem & vobis ipſis perſuaſum itis, vos Deum noſſe; nihil eorum facientes, quæ Deum timentes præſtant. Porro ſi quid contra hæc quod per defenſionem affertas, & quanam ratione quidquam, legem non ſeruantes, ſperetis, oſtendas habes: idipſum quam libentiſſime audiuerimus, ac deinceps alia quoque ſimiliter inueſtigauerimus. Neque vnquam alius erit, ô Trypho, neque a condito ſæculo fuit (ego ſic ad illum) Deus, præter eum qui fecit ac diſpoſuit vniuerſitatem iſtam, neque alium noſtrum neque alium veſtrum ducimus Deum; ſed illum ipſum, qui eduxit patres veſtros ex terra Ægypti, in manu forti & brachio excelſo, neque in alium quempiam ſperamus: (non enim exſtat) verum in eum in quem & vos, Deum Abrahæ & Iſaaci, & Iacobi. Speramus autem non per Moſen, neque per legem: ſic namque vobiſcum eadem crederemus. At nunc (legi enim, ô Trypho) futuram & legem poſteriorem, ac teſtamentum multo omnium firmiſſimæ auctoritatis; idipſum teſtamentum [illegible] nunc ſeruare oportet mortales omnes, qui quidem ad hæreditatem Dei capeſſendam aſpirant. Quæ namque in Oreb promulgata lex eſt, vetus iam, & veſtra duntaxat eſt: hæc autem, communis eſt prorſus vniuerſorum: ſi quidem lex aduerſus legem lata, antiquiorem recentior aboler: & poſterius teſtamentum prius ſimiliter derogat. Poſtrema vero & ſempiterna lex nobis data eſt, CHRISTVS: atque item Teſtamentum fidele, poſt quod Teſtamentum, iam non lex, non præceptum [illegible]

A non mandatum erit vllum. An tu ea non legiſti quæ dixit Eſaias: *Audite me, audite me populus meus: & Reges aures adhibete mihi: Quoniam lex à me exibit, & iudicium meum in lucem gentium. Appropinquat celeriter iuſtitia mea, & egredietur Salutare meum, & in brachium meum gentes ſperabunt.* [*me inſulæ exſpectabunt, & brachium meum ſuſtinebunt.*] Ac per Hieremiam Deus de nouo hoc Teſtamento ita inquit: *Ecce dies venient, dicit Dominus: & teſtabor domui Iſraël, & domui Iuda teſtamentum nouum: non quod teſtatus ſum patribus eorum, in die cum apprehenderem manum ipſorum, vt educerem eos ex terra Ægypti.* Itaque ſi Deus Teſtamentum nouum diſpoſitum iri annunciauit, idque in lucem gentium: cernimus autem, perſuaſumque habemus, per nomen ipſius crucifixi IESV CHRISTI, ab idolis atque omnis generis iniquitate homines ad Deum accedere, & ad mortem vſque in profeſſione perſeuerare, pietatemque veram colere: ex operibus videlicet ipſis &
B quæ conſequitur virtute, facile omnes intelligere poſſunt, hanc ipſam eſſe nouam legem, & teſtamentum recens, atque expectationem eorum qui ex nationibus vniuerſis præſtolantes, à Deo bona expetunt. Nos enim verum & ſpirituale Iſraëliticum, ipſius Iacobi & Iſaaci & Abrahæ (qui in præputio, propter fidem, teſtimonium habuit, benedictionemque accepit, ac Pater multarum gentium à Deo vocatus eſt) genus ſumus, per crucifixum CHRISTVM ad Deum perducti: quemadmodum in progreſſu orationis demonſtrabitur. Dixi præterea, & allegaui alio etiam loco Eſaiam proclamare: *Audite verba mea, & viuet anima veſtra & teſtabor vobis teſtamentum ſempiternum, ſancta Dauidis fidelia. Ecce teſtem populis dedi eum. Gentes quæ non nouerunt te, inuocabunt te. Populi qui neſciunt te, confugient ad te, propter Deum tuum Sanctum Iſraëlis, quoniam glorificauit te.* Hanc ipſam vos dehoneſtatis legem, & nouum ſanctumque eius teſtamentum vilipendiſtis, ac ne nunc quidem ſuſcipitis, neque de maleficiis pœnitentiam agi-
C tis, (adhuc enim *aures veſtræ obturatæ ſunt, oculi veſtri cæcutiunt, & incraſſatum eſt cor veſtrum*, vt clamauit Eſaias) ac ne ita quidem auſcultaſtis. Præſto adeſt legiſlator, & non videtis: pauperes lætum ſuſcipiunt Euangelij nuntium, cæci cernunt; & non ſapitis. Altera iam opus eſt circumciſione: & vos in carne multum ſuperbitis. Perpetuum vos ſeruare ſabbatum volt lex noua; & cum vnum in otio tranſegeritis diem, religioſe vos [illegible] arbitramini: non ſatis intelligentes, quamobrem [illegible] imperatum. Ac ſi panem non fermentatum [illegible] impleuiſſe vos voluntatem [illegible] Non in [illegible] beneplacitum conſiſtit Dei noſtri. [illegible] aut fraudator, peccare [illegible] pœnitentiam agat: & ver[illegible] Dei [illegible] quis impuras habet m[illegible] Haudquaquam namque [illegible] vos [illegible] Eſ[illegible] & deheri[illegible] [illegible] ſit vt iuſti[illegible] pro [illegible] hoc illud antiq[illegible]
D [illegible] quod eos [illegible] conſequuntur [illegible] [illegible] agant: neque amplius [illegible] ſanguine [illegible] ſimiliue obl[illegible] [illegible] per ſanguinem CHRI[illegible] tem eius, qui ca [illegible] cauſa mortuus eſt, [illegible] dum Eſaias [illegible], ita prædicans: *Reuelabit D[illegible] [illegible] ſanctum [illegible] bunt omnes gentes, & [illegible]* *Recedite, recedite, [illegible] tetigeritis. Egredimini de medio eius. [illegible] qui fertis vaſa Domini, [illegible] Præcedet enim ante faciem veſtram Dominus [illegible] vos Dominus Deus Iſraël. Ecce intelliget [illegible] exaltabitur, & glorificabitur valde. Sicut [illegible] per te multi, (adeo inglorius erit ab hominibus [illegible]) ſic admiratione ducentur ſuper eo gentes multæ, & continebunt Reges os ſuum. Quoniam quibus non renuntiatum eſt de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent. Domine, quis credidit auditui noſtro? & brachium Domi-* E *ni cui reuelatum eſt? Annunciauimus coram ipſo veluti puerulus, ſicut radix in terra ſitienti (ſine mum. Non eſt ſpecies ei, neque gloria. Et vidimus eum, & non erat ei forma neque pulchritudo: verum ſpecies eius inhonorabilis & deficiens, ſupra filios hominum: homo plagæ ſubditus, & ſciens ferre infirmitatem, quoniam auerſus eſt vultus eius contemptus; deſpectus eſt, & non reputatus. Ipſe iniquitates noſtras portauit, & noſtra cauſa doluit. Et nos reputauimus eum eſſe in labore, & in plaga, & in afflictione. Ipſe vero vulneratus eſt propter peccata noſtra: & infirmus factus eſt propter iniquitates noſtras. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum. Liuore eius nos ſanati ſumus. Omnes velut oues errauimus. Homo via ipſe ſua in errorem ſeductus eſt. Et Dominus tradidit eum peccatis noſtris. Et ipſe, propter afflictionem, non aperuit os ſuum. Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt; & quaſi agnus coram tondente ſe tacitus, adeò non aperit os ſuum. In humiliatione ſua, iudicium eius ſublatum eſt. Generationem autem eius quis enarrabit? Quo-*
F *niam tollitur de terra vita eius. Ab iniquitatibus populi mei venit in mortem. Et dabo malignos pro ſepultura eius, & diuites pro morte eius. quoniam iniquitatem non fecit, & non inuentus eſt dolus in ore eius: Et Dominus purificare eum vult a plaga. Si dederitis pro peccato, anima veſtra videbit ſemen longæuum. Et Dominus vult auferre de labore animæ eius, oſtendere illi lumen, & fingere intellectu, & iuſtificare iuſtum probe ſeruientem multis. Et, Peccata noſtra ipſe portabit. Propterea ipſe hæreditate conſequetur multos, & fortium diuidet ſpolia: propterea quod traditum eſt in mortem anima eius, & inter iniquos reputatus eſt, & ipſe peccata multorum pertulit, & propter iniquitates eorum traditus eſt: Lætare ſterilis quæ non paris: erumpe & clama quæ non parturis: Quoniam multi liberi deſertæ, magis quam eius quæ habet virum. Dixit enim Dominus: Dilata locum tabernaculi tui, & pelles temporiorum tuorum fige, ne parcas. Longos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida, ad dextram & ad [illegible] diſtende & ſemen tuum gentes hæreditate conſequetur, & ciuitates deſertas [illegible].* [illegible]
G *[illegible] Quoniam [illegible] Quia Dominus [illegible] Deus Iſraëlis [illegible] Dominus [illegible]* Itaque per lauacrum [illegible] Dei, quod propter iniquitates po[illegible] Dei inſtitutum eſt, quemadmodum Eſaias [illegible] atque prædicamus [illegible] *Baptiſmi*, [illegible] poteſt [illegible] eſſe [illegible] caſſe [illegible] nulli [illegible] Quemadmodum [illegible] corpus ſolum [illegible] & [illegible] & ecce corpus mundum [illegible] in eſt [illegible] [illegible] in omni [illegible] [illegible] in animis [illegible] omni. Q[illegible] [illegible] non [illegible] in conſcientia [illegible] [illegible] ad hunc modum. *[illegible] teſtabor vobis teſtamentum [illegible] Dauidis fidelia. Ecce teſtimonium [illegible] principem, & præceptorem populis [illegible] inuocabunt te. Et populi qui neſciunt te, ad te confugient, propter Deum tuum Sanctum Iſraëlis: quoniam [illegible] te. Quærite Deum: & cum inueneritis eum, inuocate,*

quando appropinquauerit vobis. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus conſilia ſua, & conuertatur ad Dominum; & miſericordiam conſequetur: quoniam prolixè dimittit peccata veſtra. Non enim ſunt conſilia mea ſicut conſilia veſtra; neque via mea ſicut via veſtra: ſed quantum abeſt cœlum à terrâ, tantum abeſt via mea à via veſtra, & cogitationes veſtræ à mente mea. Quomodo namque deſcendit nix aut pluuia de cœlo, & non reuertetur donec inebriet terram, producereque & germinare eam faciat, & ſemen det ſeminanti, & panem in cibum: ita erit Verbum meum, quod exit de ore meo: non reuertetur donec cōſummauerit omnia quæcunque volui, & ſortanauero præcepta mea. Nam in lætitia egrediemini, & in gaudio docebimini. Montes enim & colles exilient excipientes vos, & omnia ligna agrorum applaudent ramis. Et pro ſtibade conſurget cupreſſus, pro pulicari herba, myrtus. Et erit Dominus in nomen & ſignum ſempiternum, & non deficiet. Hæc ipſa, atque alia eiuſmodi verba à Prophetis prolata, ô Trypho, dixi, partim priorem deſignant CHRISTI aduentum, cum inhonoratus & informis & mortalis apparituras eſſe promulgatus eſt, partim poſteriorem, cum in gloria in nubibus aderit, & videbit populus veſter & recognoſcet in quem pupugerunt; ſicut Zacharias, vnus duodecim prophetarum, & Daniel prædixerunt. Cæterum verum quoque ieiunium Dei diſcite ieiunare, quemadmodum ait Eſaias; vt Deo complaceatis. Exclamauit autem Eſaias: *Proclama in fortitudine, & ne ceſſes: Quaſi tubam exalta vocem tuam, & annuntia generi meo ſcelera eorum. Me de die in diem quærunt, & cognoſcere vias meas cupiunt, quaſi populus qui iuſtitiam fecerit, & iudicium Dei non dereliquerit. Petunt me iudicium iuſtum, & appropinquare Deo cupiunt, dicentes: Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti? humiliauimus animas noſtras, & neſciuiſti? In diebus enim ieiuniorum veſtrorum inuenitis voluntates veſtras; & eos qui obnoxij vobis ſunt, cæditis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugnis humilem. Quid mihi ieiunatis, vt hodie audiatur in clamore vox veſtra? Ieiunium hoc ego non elegi, vt in die humiliet vir animam ſuam. Atque ſi ſtectas tanquam circulum collum tuum, & ſaccum cineremque ſubſternas, ne ſic quidem vocabitis ieiunium & diem acceptum Domino. Non iſtiuſmodi ieiunium ego elegi, dicit Dominus: Sed ſolue omnem colligationem iniquitatis: Solue obligationes violentorum contractuum. Dimitte confractos in remiſſione: Et omnem ſyngrapham iniquam diſcerpe. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagos indue in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum. Et à vernaculis ſeminis tui ne quemquam deſpexeris. Tunc erumpet matutinum lumen tuum; & ſanitates [peccatorum] tuæ citius orientur: & præibit ante te iuſtitia tua, & gloria Dei complectetur te. Tunc clamabis, & Deus exaudiet te: adhuc te loquente, dicet. Ecce adſum. Si abſtuleris à te colligationem, & manuum complicationem, & verbum murmuris, & dederis eſurienti panem tuum, ex animo, & animam humiliatam impleueris: tunc exorietur in tenebris lumen tuum, & tenebræ tuæ vt meridies. Et erit Deus tuus tecum continue, & adimpleberis prout deſiderat anima tua: & oſſa tua pingueſcent, & erunt vt hortus inebriatus, & fons vndæ, aut terra cuius aqua non deficiant.* Circumcidamini igitur præputium cordis veſtri: quemadmodum verba Dei in dictis hiſce omnibus flagitant. Per Moſen quoque clamauit Deus ipſe, ita dicens: *Et circumcidamini duritiam cordis veſtri, & ceruicem ne induretis amplius. Quia dominus Deus veſter, ipſe eſt Dominus dominorum, Deus magnus, & fortis, & terribilis; qui perſonam non admiratur, neque capit munera.* Et in Leuitico: *Quia præuaricati ſunt & deſpexerunt me; & quia ambulauerunt ex aduerſo mihi ad ſiniſtram; ambulaui & ipſe cum eis ſiniſtrè. Et perdam ipſos in terra inimicorum ſuorum: tum demum erubeſcet incircumciſum cor eorum.* Nam circumciſio, quam ab Abrahamo accepiſtis ſecundum carnem, in ſignum notamque data eſt, vt ſitis ab aliis gentibus & à nobis diſcreti; & vt ſoli ipſi patiamini quæ nunc merito perpetimini; vtque regiones veſtræ ad ſolitudinem redigantur, & ciuitates veſtræ igne vaſtentur, & fruges veſtras in conſpectu veſtro alieni conſumant; neque quiſquam veſtrum Hieroſolymam ingrediatur. Non enim alia nota eſt per quam præ cæteris mortalibus agnoſcimini, quam iſta in carne veſtra circumciſio. Neque ſanè quiſquam veſtrum, vt puto, dicere audebit, Deum futurorum præſcium non fuiſſe, nec eſſe: eundemque pro meritis vnicuique præmia digna non præparare. Quapropter & vobis hæc rectè iuſtèque acciderunt. Neci enim dediſtis iuſtum, & ante illum prophetas eius: & nunc eos qui ſpem in illum collocant, & eum qui ipſum miſit omnipotentem conditorem vniuerſorum Deum aſpernamini & quantum in vobis eſt ſitum, dehoneſtatis, diris exſecrationibus deuouentes in ſynagogis veſtris eos qui in CHRISTVM credunt. Non enim vobis ea eſt poteſtas vt manus ipſi nobis ad cædem inferatis, propter eos qui in præſens rerum potiuntur. Quotieſcumque autem facere potuiſtis, id quoque præſtitiſtis. Proinde & Deus ad vos vociferatur per Eſaiam, dicens: *Videte quomodo perijt iuſtus ille, & nemo conſiderat! A facie enim iniquitatis ſublatus eſt iuſtus. Erit in pace ſepultura eius; ſublatus eſt è medio. Vos huc produxiſtis filij iniqui, ſemen adulterorum, filij fornicariæ. In quo laſiſtis? & ſuper quem os aperuiſtis? & ſuper quem laxaſtis linguam?* Non enim aliæ nationes iniquitati in nos & ipſum CHRISTVM patratæ, tantum ſunt obnoxij quantum vos, qui illis etiam peruerſæ in iuſtum hunc, & nos qui nomine eius cenſemur, præſumptionis atque præiudicij eſtis auctores. Poſteaquam enim illum vnicum irreprehenſibilem & iuſtum hominem in crucem egiſtis, cuius vibicibus ſanitas eis prouenit qui per ipſum ad Patrem adeunt: cum eum cognouiſſetis reſurrexiſſe à mortuis, atque in cœlum conſcendiſſe, pro eo atque futurum vaticinia præmonſtrauerant: tantum abeſt vt reſipiſcentes pœnitentiâ de malis commiſſis duceremini, vt etiam viros eximios Hieroſolymis delectos, in terram omnem tum legaueritis, dicentes, hæreſim ſectamque Chriſtianorum nullius numinis cultricem extitiſſe; atque ea contra nos ſermonibus ſpargentes, quæ cuncti qui nos non norunt, iactant. Itaque non ipſi modo vobis iniquitatis eſtis cauſa, ſed aliis quoque prorſus mortalibus vniuerſis. Et merito vociferatur Eſaias: *Propter vos nomen meum male audit in gentibus,* & : *væ animæ ipſorum; propterea quod prauum conſilium cœperunt aduerſus ſeipſos; dicentes: Vinciamus iuſtum; quoniam inutilis nobis eſt. Itaque fructus operum ſuorum comedunt. Væ iniquo: praua namque manuum ſuarum facta contingent ei.* Et rurſus alio loco: *Væ qui trahitis peccata veſtra veluti funiculo longo, & quaſi loro iugi vitulæ iniquitates, qui dicitis: Celeritas eius appropinquet, & veniat conſilium Sancti Iſraëlis, vt ſciamus. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum; ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem; ponentes amarum dulce, & dulce amarum.* Itaque vt aduerſus ſolam irreprehenſibilem & iuſtam lucem, mortalibus à Deo miſſam, in toto terrarum orbe amara, tenebroſa & iniuſta iactarentur, ſedulo operam dediſtis, inutilis enim & incommoda vobis eſt viſa. Vociferari cum apud vos ſcriptum eſt: *Domus mea, domus precationis eſt: vos autem effeciſtis eam ſpeluncam latronum.* Et menſas in templo nummulariorum euertit, & exclamauit: *Væ vobis ſcribæ & phariſæi; quia decimatis mentam & rutam: dilectionem autem Dei & iudicium non conſideratis. Sepulcra dealbata; qui extrinſecus apparetis ſpecioſi, interius autem pleni eſtis oſſibus mortuis.* Et ad ſcribas: *Væ vobis ſcribæ; quia claues habetis, & ipſimet non ingredimini: tum autem & ingredi volentes impeditis. Duces cæci.* Quia enim legiſti, ô Trypho, quemadmodum confeſſus es, ea quæ docuit Saluator noſter: non abſurdum eſſe arbitror, me, ſecundum prophetica reſponſa, pauca etiam eius oracula allegare. Lauamini igitur nunc quoque, & mundi eſtote, & auferte prauitates ab animis veſtris: quod ſcilicet lauacro hoc lauari vos, & circumcidi circumciſione vera iubeat Deus. Nam & nos ipſi circumciſionem iſtam carnalem, & ſabbatum, & ferias cunctas celebrantes ſeruaremus; niſi cauſa nobis cognita eſſet quamobrem vobis hæc ſint

imperata; nimirum propter iniquitatem veſtram, & duritiam cordis. Si namque vniuerſa quæ vel ab hominibus vel à dæmonibus malis in nos exerceri curantur, vſque ad infanda quoque mortis & ſuppliciorum, patienter toleramus, votis precibuſque eis optantes qui ad hunc modum erga nos ſunt animati, vt miſericordiam conſequantur; ac ne pauxillum quidem gratiam per vltionem referre cuiquam in animum inducentes, ſicuti nouus nobis Legiſlator præcepit: quidni etiam ea quæ nobis nihil obeſſent, circumciſionem (inquam) carnis & ſabbata, & ſolennes dies ſeruaremus? O Trypho, hoc ipſum eſt conſternatione animi dignum, quod talia perferentes, non etiam alia omnia de quibus præſens eſt percunctatio, ſeruemus. Non omnibus enim neceſſaria eſt iſta circumciſio, ſed ſolis duntaxat vobis; vt quemadmodum dixi, ea perpetiamini quæ nunc non iniuriâ patimini. Non recipimus inutile illud ciſternarum baptiſma: nihil enim eſt, ad lauacrum hoc vitæ collatum. Proinde & Deus exclamauit, quod dereliqueritis eum fontem viuum, & foderitis vobis ciſternas diſſipatas quæ non poſſunt continere aquam. Ac vos quidem carnem circumciſi, circumciſione noſtra indigetis: nos vero, hanc habentes, nihil veſtra illa opus habemus. Si namque neceſſaria eſſet, ſicut exiſtimatis, non præputiatum Deus finxiſſet Adam, neque reſpexiſſet ſuper munera præputium carnis habentis ac victimas offerentis Abelis: neque complacitum illi fuiſſet præputium Enochi, qui non inuentus eſt, propterea quod eum tranſtulit Deus. Loth incircumciſus ad Sodomam ſaluatus eſt, Angelorum illorum & Domini deductione. Noë principium generis, vna cum liberis irreſectus arcam eſt ingreſſus. Incircumciſus fuit ſacerdos altiſſimi Melchiſedech, cui etiam decimas, oblationum nomine, dedit Abraham: Abraham, inquam, (qui primus circumciſionem carnis accepit) benedictione ab eo auctus: ſecundum cuius ordinem ſacerdotem ſempiternum per Dauidem ſe Deus conſtituturum oſtendit. Vobis ergo ſolis neceſſaria fuit circumciſio iſta; vt populus fieret non populus, & gens non gens; ſicut & Oſeas, vnus duodecim prophetarum, ait. Nam ſine obſeruatione ſabbati, qui nominati modo ſunt, iuſti omnes Deo complacuerunt: & poſt illos Abraham, atque eius liberi cuncti, ad Moſen vſque: ſub quo iniuſtus & erga Deum ingratus populus veſter apparuit, vitulo in ſolitudine fabrefacto. Vnde Deus ad populum illum ſe accommudans, hoſtias quoque offerre tanquam nomini ſuo præcepit, vt ne ſimulacra coleretis. Quod quidem non ſeruaſtis; ſed & liberos veſtros dæmoniis mactaſtis. Quin & ſabbata peragere vos iuſſit, vt Dei recordaremini: nam & verbum eius hoc ſignificat, dicens: *Vt cognoſcatis me eſſe Deum redemptorem veſtrum.* Iam & à cibis quibuſdam vt vos abſtineretis, vobis mandauit; vt etiam inter edendum & bibendum ob oculos vobis verſaretur Deus, promptis admodum & proclinibus ad deficiendum à notione eius; prout Moſes quoque inquit: *Edit populus, & bibit; & ſurrexit ad ludendum.* Et iterum: *Edit Iacob, & ſaturatus eſt, & impinguatus, & recalcitrauit dilectus: impinguatus eſt, incraſſatus, dilatatus; & dereliquit Deum factorem ſuum.* Quod enim Noæ iuſſo à Deo permiſſum ſit omne animatum edere, extra carnem in ſanguine, quod eſt ſuffocatum: per Moſen ſcriptum vobis eſt, in Geneſis libro. Ac cum Trypho vellet adiicere verba, *vt olera herbæ*: occupaui ego id ipſum dicere, *vt olera herbæ*, verum non id perinde accipiendum eſſe dixi, quaſi à Deo dictum ſit, quemadmodum olera Deus homini alimenti gratiâ creauer, ita quoque eundem animantia ad carnis epulas dediſſe. Qui vero quædam ex oleribus non edimus, propterea tum quoque Noæ ipſi diſcrimen delectumque carnis præceptum eſſe, ſicuti vos dicitis. Sed hoc minimè credendum. Primum ſanè, vt omne olus herbam eſſe, eamque edulem aſſeram atque euincam, nihil in eo impendam operæ. Sed enim, tametſi olera herbæ diſcernimus, non omnibus eis veſcentes: non propterea tamen non vtimur, quod communia ſint & immunda; verum quod vel acerba, vel mortifera, vel ſpinoſa. Omnia autem quæ dulcia ſunt, & ad alendum maximè faciunt, & pulchritudine excellunt, marina iuxta & terreſtria, expetimus & ſumimus. E Ita videlicet ab impuris quoque & iniuſtis, & iniquis [operibus] vos abſtinere per Moſen iuſſit Deus. Quandoquidem & qui manna in ſolitudine ediſtis, ac miracula omnia à Deo vobis exhibita vidiſtis: vitulum tamen quem feciſtis aureum, adoraſtis. Quocirca iure ſemper clamabat: *Filij inſipientes, non eſt fides in ipſis.* Et quod propter iniuſtitias veſtras & patrum veſtrorum, in ſignum, prout antea dixi, & ſabbatum ipſum Deus vos ſeruare iuſſerit, aliaque inſuper mandata mandauerit; quodque idem ſignificauerit, propter gentes, ideo, vt ne profanaretur nomen eius apud illas, factum eſſe prorſus vt quidam ex vobis viui relicti ſint: hæ ipſæ voces ſatis vobis demonſtrare poſſunt, per Ezechielem vatem ad hunc prolatæ modum: *Ego dominus Deus veſter: in præceptis meis ambulate, & iudicia mea cuſtodite: & ſtudiis Ægypti ne commiſceamini, & ſabbata mea* F *ſanctificate. Et erit ſignum inter me & vos, vt ſciatis quia ego Dominus Deus veſter. Et exacerbauiſtis me, & filij veſtri in præceptis meis non ambularunt, & iudicia mea non cuſtodierunt, vt facerent ea: quæ qui fecerit homo, viuet in eis, verum ſabbata mea violarunt. Et dixi me effuſurum furorem meum ſuper eos in ſolitudine, vt conſummarem iram meam in eos: & non feci, vt nomen meum omnino non violaretur coram gentibus. Eduxi eos in oculis earum. Et ego extuli manum contra illos in ſolitudine locis, vt diſpergerem in nationibus, & diſſeminarem eos in regionibus: eo quod iuſtificationes meas non fecerunt, & præcepta mea repudiarunt, & ſabbata mea profanarunt, & à tergo cogitationum patrum ſuorum oculi eorum fuerant. Et ego dedi illis mandata non bona, & iudicia in quibus ipſi non viuent. Et polluam eos in muneribus eorum, cum pertranſibo vt omne quod aperit vterum abolеam.* Et quod propter peccata populi veſtri, & ſimulacrorum cultus, minime gentium autem quod itiuſmodi oblationibus veſtris ei ſit opus, hæc itidem fieri ſanxerit, accipite quomodo de his loquatur per Amos, G vnum ex duodecim clamans: *Væ deſiderantibus diem Domini. Ad quid vobis ea dies Domini? Ipſa eſt tenebra, & non lux: Quomodo cum fugiat homo à conſpectu leonis, & obuiam ei ſit vrſus, & inſiliat in domum ſuam, & innitatur manu ad parietem, & mordeat eum ſerpens. Nónne tenebræ dies Domini, & non lux, & caligo non habens ſplendorem ſuum? Odi, reieci dies feſtos veſtros, & non olfaciam [tanquam odorem bonæ fragrantiæ] in conuentibus veſtris. Quapropter cum obtuleritis mihi holocauſta veſtra, non ſuſcipiam ea; & ſalutares apparitiones veſtras non reſpiciam. Aufer à me multitudinem carminum tuorum & pſalmorum. Organa tua non audiam: & voluetur ſicut aqua iudicium, & iuſtitia vt torrens non vadoſus. Num hoſtias & victimas obtuliſtis mihi in ſolitudine domus Iſrael? dicit Dominus: Et recepiſtis tabernaculum Moloch, & ſidus Dei veſtri Remphan, figuras quas feciſtis vobis. Et tranſmigrare vos faciam vltra Damaſcum, dicit Dominus; Deus omnipotens nomen eius. Væ eis qui* H *in deliciis verſantur in Sione;* [nunc in Eccleſia] *& qui confidunt in monte Samariæ;* [in municionibus ſuis:] *Qui nominati ſunt in ducibus, vindemiarunt principatus gentium;* [fidelium ex gentibus congregatorum.] *Ingreſſi ſunt ſibipſis domus Iſrael. Tranſite omnes in Chalanen* (Cteſiphontem) *& videte: ite inde in Amath magnam,* (Antiochiam) *& deſcendite inde in Geth alienigenarum,* (Palæſtinam,) *& ad optima ex regnis hiſce omnibus, ſi plures ſunt fines eorum finibus veſtris; qui veniunt ad diem malam, qui appropinquant, & attingunt ſabbata falſa; qui dormiunt in lectis eburneis, & laſciuiunt in ſtratis ſuis: qui educunt agnos de gregibus, & vitulos de medio armento lactentes: qui applaudunt ad voces organorum, tanquam ſtabilia cogitarunt, & non fugacia. Qui bibunt phialis vinum, & primario vnguento vnguntur, & non ſunt affecti ſuper contritione*

Ioſeph

A *Ioſeph*, (popoli Iudaici.) *Qua propter nunc captiui erunt in primo ordine optimatum alio tranſeuntium, & tranſmutabitur domicilium maleficorum. Et tolletur hinnitus equorum ex Ephraim.* Ac rurſus per Hieremiam: *Congregate carnes veſtras victimas; & comedite. Quia non de victimis & libationibus præcepi patribus veſtris, quo die apprehendi manum eorum vt educerem eos de terra Ægypti.* Et rurſum per Dauidem, in quadragesimonono pſalmo ſic infit: *Deus deorum Dominus loquutus eſt, & vocauit terram ab ortu Solis vſque ad occaſum. Ex Sion decentia pulchritudinis eius. Deus manifeſtè veniet, Deus noſter, & non ſilebit. Ignis in conſpectu eius ardebit, & circum eum procella ignis ingens. Euocabit cælum ſurſum, & terram, vt iudicet populum ſuum. Congregate ei ſanctos ipſius, diſponentes teſtamentum eius ſuper ſacrificiis. Et annunciabunt cæli iuſtitiam eius: Quoniam Deus iudex eſt. Audi popule meus, & loquar tibi Iſraël, & teſtificabor tibi: Deus, Deus tuus, ſum ego. Non de ſacrificiis tuis arguam*
B *te. Holocauſta tua in conſpectu meo ſunt ſemper. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos: Quoniam mea ſunt omnes feræ agri, iumenta in montibus, & boues. Noui omnes volucres cæli, & pulchritudo agri mecum eſt. Si eſuriero, non dicam tibi: Meus enim eſt orbis terræ, & plenitudo eius. Num carnes taurorum comedo; aut ſanguinem hircorum bibo? Sacrifica Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua: & inuoca me in die tribulationis; & eripiam te, & glorificabis me. Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iuſtificationes meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu vero odiſti diſciplinam, & abiecisti ſermones meos retrorſum. Si videbas furem, currebas cum eo: & cum adultero portionem tuam ponebas. Os tuum abundauit malitiâ, & lingua tua concinnauit dolos. Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas offendiculum. Hoc feciſti, & tacui. Suſpicabaris me iniquitate tui fore ſimilem. arguam te, & exhibebo in faciem tuam*
C *peccata tua. Intelligite tandem hæc qui obliti eſtis Dei; ne quando rapiat, & non ſit qui eripiat. Sacrificium laudis glorificabit me: atque illic iter, vbi oſtendam ipſi Salutare meum.* Itaque ſacrificia à vobis non recipit, neque primitus tanquam penuriâ laborans, hæc præcepit vobis; ſed propter delicta veſtra. Nam & templum quod vocatur Hieroſolymitanum: non veluti indigus, vel domum vel aulam ſuam faſſus eſt: verum vt ibi quoque in illum intenti, ſimulacra ne coleretis. Et quod hoc ſic habeat, Eſaias inquit: *Qualem domum ædificabitis mihi? dicit Dominus. Cælum mihi ſedes eſt, & terra ſubſellium pedum meorum.* Quod ſi iſta ad hunc modum non fuerimus profeſſi, eueniet nobis vt in abſurdas incidamus cogitationes, quod non idem Deus temporibus Enochi & aliorum omnium fuerit; qui neque circumciſionem, quam in carne non habebant neque ſabbatum ſeruauerunt, neque alia inſuper quæ Moſes fieri mandauit: aut quod non eadem eorumdem iuſta, ſemper genus omne hominum exſequi voluerit. Quæ ſane ridicula & ſtulta ad profitendum eſſe apparent. Per cauſam vero & culpam hominum
D peccatorum, Deum, qui idem ſemper eſt, iſta & his ſimilia ſanxiſſe, ſi profiteamur, eum ipſum perhumanum & futurorum præſcium, & locupletem, & iuſtum & bonum eſſe (vt eſt) decreuerimus. Quod ſi hæc non ita habent, reſpondete mihi, ô viri, de hiſce quæ in quæſtionem venerunt, quid vos ſentiatis. Et cum nemo quidquam diceret: Itaque, inquam, ô Trypho, tibi, & eis qui proſelyti CHRISTI eſſe volunt, doctrinam ego diuinam promulgabo, quam de viro illo audiui. Videtiſne, elementa & primordia rerum non ceſſare, neque ſabbata agere? Manete ſicut generati eſtis. Si namque ante Abraam non fuit vſus circumciſionis, neque ante Moſen celebrationis ſabbati & feriarum & oblationum: neque nunc quidem, poſt filium Dei IESVM CHRISTVM, de conſilio & voluntate Dei, abſque peccato, ex virgine generis Abraæ natum, conſimiliter eis eſt opus. Nam & ipſe Abraam, in præputio adhuc cum eſſet, propter fidem, qua Deo credidit, iuſtificatus eſt, & benedictione auctus; prout Scriptura indicat. Circumciſionẽ autem in ſignum, non ad iuſtitiam accepit: quemadmodum & Scripturæ, & res ipſæ nos fateri cogunt. Quocirca iure dictum eſt de populo illo, exterminatum iri animam eam ex genere ſuo, quæ non circuncidetur octauo die. Et quod genus muliebre circumciſionis carnalis capax non eſt, ſatis id oſtendit, in ſignum datam circumciſionem iſtam, & non vt iuſtitiæ opus. Iuſta namque & placita ſibi, pulchraque omnia ex æquo & fœminas ſeruare poſſe, effecit Deus: verum faciem quidem carnis aliam cernimus creatam eſſe maris atque fœminæ: eâ vero ipſâ de causâ, neutrum eorum neque iuſtum neque iniuſtum eſſe ſcimus: ſed aut propter veram religionem & iuſtitiam [iuſtum? aut per idololatriam & iniuſtitiam iniuſtum.] Atque illud etiam, ô viri, dixi ego, oſtendere poſſem, diem octauum circumciſionis, arcanum quoddam præſeptimo ſacramentum habuiſſe, quod per hunc à Deo promulgatum ſit: verum ne in præſentia in alium diuertere ſermonem videar, intelligite quod clamo; ſanguinem circumciſionis illius abrogatum eſſe, & ſanguini nos ſalutari credidiſſe: aliud nunc eſſe fœdus & teſtamentum, & aliam exiuiſſe ex Sione legem, IESVM CHRISTVM: qui volentes omnes circumcidit, ſicuti priſcis temporibus renunciatum eſt, ſaxeis cultris, [& Spiritu ſancto:] vt ſit ei gens iuſta, populus ſeruans fidem, aſpirans ad veritatem, & cuſtodiens pacem. Adeſte vna mecum omnes qui timetis Dominum, qui videre vultis bona Hieroſolymæ. Venite accedamus ad lucem Domini. Liberauit enim populum ſuum, domum Iacobi. Venite omnes gentes. Conueniamus in Hieruſalem, quæ non amplius expugnatur propter peccata populorum. *Manifeſtatus enim ſum his qui me non quærunt: inuentus eis qui me non interrogant:* clamat Dominus per Eſaiam: *Dixi, Ecce adſum gentibus, quæ non inuocauerunt nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum & contradicentem, in via bona nõ incedentem, peccata ſua ſequentem. Populus eſt qui incitat me ante faciem meam.* Qui nobiſcum hæreditate cernere optant vel pauxillum loci, (iuſtificantes ſeipſos, & dicentes ſe eſſe filios Abraæ) prout per Eſaiam iam vociferatur Spiritus ſanctus, ex perſona eorum hæc dicens: *Aduerte de cælo, & proſpice de tabernaculo ſanctuarij tui & gloriæ. Vbi eſt æmulatio & fortitudo tua, vbi multitudo miſericordiæ tuæ? Quoniam ſuſtinuiſti nos Domine. Tu enim es pater noſter: quia Abraam non nouit nos, & Iſraël ignorauit nos. At tu Domine pater noſter libera nos: ab initio nomen tuum ſuper nos eſt. Quare errare feciſti nos; indurasti cor noſtrum, vt ne timeamus te? Conuertere propter ſeruos tuos [Abraam, Iſaac, Iacob,] propter tribus hæreditatis tuæ, vt paululum hæreditate acquiramus de monte ſancto tuo. Facti ſumus vt ab initio, cum non imperares nobis, neque inuocaretur nomen tuum ſuper nos. Cum aperueris cælum, tremor corripiet à te montes, & diffluent ſicut ab igne cera diffluit: & exuret ignis aduerſarios, & manifeſtum erit nomen tuum inter inimicos. A facie tua gentes conturbabuntur. Cum feceris glorioſa, tremor à te corripiet montes. A ſeculo condito non audiuimus, neque oculi noſtri viderunt Deum præter te: & opera tua quæ facies pœnitentiam agentibus miſericordia: & obuiam veniet operantibus iuſtitiam: & viarum tuarum recordabuntur. Ecce tu ira exarſiſti, & nos peccauimus: propterea in errorem ſeducti ſumus, & impuri facti ſumus omnes, & veluti pannus menſtruata cuncta iuſtitia noſtra. Et defluximus tanquam folia propter iniquitates noſtras, ita ventus differt nos: & non eſt qui inuocet nomen tuum, non qui meminerit vt prehendat te: quoniam auertiſti vultum tuum à nobis, & tradidiſti nos: propter peccata noſtra. Etiam nunc conuertere Domine; quia populus tuus omnes nos. Ciuitas ſanctuarij tui facta eſt deſerta, Hieruſalem in exſecrationem: Domus, ſanctuarium tuum, & gloria, cui benedicentes patres noſtri eam laudauerunt, igne vaſtata eſt: Et omnia glorioſa noſtra conciderunt. Atque in his ſuſtinuiſti Domine, & tacuiſti, & humiliaſti nos vehementer.* Ac Trypho: Quid eſt quod ais? neminem noſtrum hæreditatem conſequuturum eſſe in monte ſancto Dei? Et ego: Non hoc dico: verum, qui CHRISTVM perſequuti ſunt & perſequuntur, atque pœnitentiam

non agunt, nullam capient in monte ſancto hæreditatem. Gentes autem quæ in illum credunt, & pœnitentiâ delictorum reſipiſcendo ducuntur, ipſæ hæreditate creſcent cum patriarchis & prophetis, & iuſtis quicunque à Iacobo prognati ſunt. Hæ, etiamſi ſabbata non ſeruent neque circumcidantur, neque dies feſtos celebrent, omninò ſanctam Dei hæreditatem adibunt. Deus enim per Eſaiam ita loquitur: *Ego Dominus Deus vocaui te in iuſtitia. Et apprehendam manum tuam; & fortem reddam te. Et dedi te in teſtamentum generis, in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum; educeres è vinculis compeditos, & è domo carceris ſedentes in tenebris.* Et iterum: *Eleuate ſignum ad gentes. Ecce enim Dominus auditum fecit, vſque ad extremum terræ. Dicite filiabus Sionis: Ecce tibi Saluator aduenit, acceptam ferens mercedem ſuam. Et opus à facie eius. Et vocabis ipſum Populum ſanctum, redemptum à Domino,* [Chriſtianos.] *Tu autem vocaberis Quæſita ciuitas, & non derelicta,* [Eccleſia.] *Quis eſt iſte adueniens ex Edom, tinctura veſtium eius ex Boſor? Iſte formoſus in ſtola, aſcendens violenter cum fortitudine? Ego diſſero iuſtitiam & iudicium Salutaris. Quare rubra ſunt veſtimenta tua, & indumenta tua veluti à lacu calcato vinæ calcatæ pleno? Lacum vinus ipſe & ſolus calcaui, nec eſt vir gentium mecum. Et calcaui eos in furore, & contudi eos vt terram, & deduxi ſanguinem eorum in terram. Dies enim retributionis venit eis, & annus redemptionis adeſt. Et reſpexi, & non aderat adiutor: & animaduerti, & nemo ſuſcipiens erigebat, & liberauit brachium, & furor meus inſtitit. & calcaui eos in ira mea, & deduxi ſanguinem eorum in terram.* Et Trypho: Quare quæ vis ex propheticis ſermonibus ſeligens recitas: eorum autem quæ diſerte ſabbatum agere iubent, mentionem non facis? nam per Eſaiam ita eſt dictum: *Si auerteris pedem tuum in ſabbatis, vt non facias voluntatem tuam in die ſancto & vocaueris ſabbata delicata ſancta Dei tui: non mouebis pedem tuum ad opus tuum, nec loqueris verbum ex ore tuo: & Domino confides, & producet te ad bona terræ, & cibabit te hæreditate Iacobi patris tui. Os enim Domini loquutum eſt.* At ego: Non perinde, inquam, eiuſmodi prophetias omiſi, ô amici, quaſi aduerſentur mihi: ſed quod vos intellexeritis & intelligatis, cum per prophetas omnes eadem vos facere iubeat Deus, quæ & per Moſen iuſſit, quod propter duritiam cordis veſtri, & ingratæ ergà illum mentis vitium, ſemper eadem vociferatur: vt vel hoc demum pacto aliquando reſipiſcentes illi complaceatis, ac neque filios veſtros dæmonibus ſacrificetis, neque participes ſitis furum, diligentes munera, & retributionem perſequentes, pupillis non iudicantes, & iudicio viduæ animum non aduertentes: denique, vt neque manus ſanguine plenas habeatis. Etenim & *filiæ Sionis excelſo ingreſſæ ſunt collo, & nutibus oculorum colludentes, & tunicas trahentes*, nam *Omnes*, ille clamabat, *declinauerunt, omnes certe inutiles facti ſunt, non eſt intelligens, non eſt, vſque ad vnum, linguis ſuis doloſe egerunt. Sepulchrum patens guttur eorum, venenum aſpidum ſub linguis eorum contritio & calamitas in viis eorum & viam pacis neſcierunt.* Proinde ſicuti principio hæc, propter iniquitates veſtras & malitias ſunt imperata: ita propter perſeuerantiam in illis, ſeu potius exaggerationem eorum veſtram, per eadem vos ſubinde oracula, ad recordationem & notionem ſui Vos autem duro corde, & inſipiens populus, & cæcus, & claudus, & filij eſtis quibus non eſt fides in ipſis: quemadmodum ipſe ait, labiis tantum illum honorantes, corde longè ab eo remoti, ac propriam veſtram, non illius docentes doctrinam. Dicite mihi, voluitne pontifices veſtros in ſabbatis, oblationibus offerendis, peccare Deus, aut circumciſos & circumcidentes ſabbatorum die, iubens omnino die octauo recens genitos pariter circumcidi, quamuis in ſabbatorum dies is incideret? An non potuit vno ante, vel vno poſt ſabbatum die, circumciſionis ſacrum in natis pueris peragi iubere, ſi malum eſſe hoc ſabbatis facere ſciuiſſet? aut eos qui Moſen & Abraham præceſſerunt, magni nominis iuſtos, ſibique complacitos viros, neque præputia circumciſos, neque ſabbatorum obſeruantes, quamobrem iſta exequi non docuit? Hic

Trypho: Et antea te hoc proponere audiuimus, & inſi- B
ſtentes animaduertimus, inquit. Dignum enim eſt, vt vere dicam, animaduerſione [ſeu inſtantiâ] Dicendum autem videtur, vt mea & multorum fert opinio, hoc ita illi placitum fuiſſe. Hic enim cauſarius prætextus eſt eorum qui ad percontationem reſpondere nequeunt. Et ego ex Scripturis, inquam, & ex rebus ipſis vobiſcum agens, argumenta & demonſtrationes affero. Non moramini igitur longius, neque dubitate mihi fidem habere, homini intecto, Breue vobis hoc, vt ad nos accedatis, reſtat tempus At ſi aduentu ſuo Chriſtus præuerterit, fruſtra pœnitentiam agetis, fruſtra vos ipſos complorabitis, non enim exaudiet vos *Nouellate vobis noualia*, Hieremias ad populum vociferatus eſt: *& nolite ſerere ſuper ſpinas*. Circumcidimini Domino, & recidite præputia cordium veſtrorum. Atque ne ſuper ſpinas ſeueritis & locum arato non excultum, vnde vobis fructus non ſit. Agnoſcite Chriſtum: & en vobis nouale
pulchrum, pulchrum & pingue fuerit in cordibus ve- F
ſtris. *Ecce dies veniunt; dicit Dominus, & viſitabo ſuper omnes qui circumciſi ſunt præputia ſua, ſuper Ægyptum, & ſuper Iudam, & ſuper Edom, & ſuper filios Moabi. Quia omnes gentes incircumciſæ, & cuncta domus Iſraël incircumciſa cordibus ſuis.* Videtis vt Deus circumciſionem iſtam in ſignum datam noluit? neque enim Ægyptiis commoda eſt, neque filiis Moabi, neque filiis Edomi. Quinetiam ſi quis Scytha ſit & Perſa, teneat autem Dei & Chriſti eius notionem, & ſempiterna iuſta ſeruet, circumciſus tamen ſit pulchra & vtili circumciſione; & gratus amicuſque Deo fuerit, & donis eius atque oblationibus ille gaudeat. Proferam vobis, ô viri amici, quæ ipſe ſuo protulit ore, verba Dei, cum ad populum loquutus eſt per Malachiam, vnum duodecim prophetarum. Sunt autem hæc: *Non eſt mihi voluntas in vobis; dicit Dominus, & ſacrificia veſtra non ſuſcipio ex manibus veſtris: propterea quod ab ortu ſolis vſque ad occaſum nomen meum glorificatum eſt in gentibus, & in omni loco ſacrificium offertur nomini meo, & G*
ſacrificium purum: Quia honorificatur nomen meum in gentibus, dicit Dominus: vos autem profanatis illud. Et per Dauidem inquit: *Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi; in auditu auris obediuit mihi.* Glorificemus Deum vna congregatæ gentes, quod & nos viſitauit. Glorificemus eum, per regem gloriæ, per Dominum virtutum. Propenſa eſt bona voluntas eius in ipſas quoque gentes: & libentius à nobis victimas accipit, quam à vobis. Quiſnam igitur mihi eſt circumciſionis reſpectus, teſtimonium a Deo habenti? Quis baptiſmi illius vſus. Spiritu ſancto baptizato? Hæc ſic commemorans, me etiam eos perſuaſione in ſententiam noſtram adducturum opinor, qui exigua ſunt præditi mente. non enim à me compoſita ſunt verba iſta, neque arte humana exornata; verum ea Dauid ad pſalterium ſuum cecinit, Eſaias læto annunciauit nuntio, Malachias præcone ſuo promulgauit, Moſes deſcripſit. Agnoſciſne illa
Trypho? in veſtris repoſita ſunt literis; immo in noſtris H
potius quam veſtris litteris, nos enim illis credimus & obſequimur, vos autem, dum legitis, mentem & ſenſum earum non aſſequimini. Ne ergo graues vos exhibueritis, neque per conuitium nobis corporis exprobraueritis præputium, quod ipſe Deus formauit: neque quod calidis vtimur alimentis ſabbatorum diebus, dirum exiſtimaueritis: quandoquidem & Deus eandem hocce die pariter atque aliis omnibus, mundi inſtituit adminiſtrationem, & Pontifices, ſicuti reliquis diebus, ita & iſto, oblationibus offerendis, operari iuſſi ſunt: & tanto numero iuſti, cum nihil eorum harum lege ſanctitatum præſtiterint, teſtimonium à Deo retulerunt: Sed & veſtræ ipſorum malitiæ adſcribite, quod ſycophantiis & calumniis quoque Deus exprobrari ab eis poſſit, quibus mens non eſt, quaſi ille non eadem vniuerſos iura docuerit. Permultis namque mortalibus irrationabilia, & Deo indigna viſa ſunt eiuſcemodi dogmata, qui non acceperunt gratiam vt cognoſcerent quod populum veſtrum malitioſe agentem, & animi morbo laborantem, ad conuerſio-

iem & pœnitentiam [& cognitionem] Patris vocauerint, & quod æterna ſit quæ à Moſæ morte progreſſa eſt prophetia, per Pſalmum hoc ô viri, dictum eſt. Et quod dulciora ſuper mel & fauum dogmata ea eſſe fateamur, qui ab illis ſapientiores facti ſumus, ex eo quod ad mortem vſque nomen ipſius non abnegemus, ſatis apparet. Quod autem ipſum etiam, qui in eum credimus, oramus vt nos ab alienis, hoc eſt a malignis & impoſtoribus ſpiritibus conſeruet, vt ex perſona vnius in illum credentium prophetiæ verbum figurate conformatum dicit, omnibus eſt manifeſtum. Nam à dæmoniis, quæ ſunt à cultu Dei aliena, & quæ antiquitus adorauimus, Deum omnquam noo, vt nos per Ieſum Chriſtum cuſtodiamur, imploramus: quo, poſtquam per illum ad Deum ſimus conuerſi, inculpabiles ſimus. Opitulatorem namque ipſum & Redemptorem nominamus, cuius etiam nominis potentiam dæmones tremunt & reformidant, & hodie quoque illi per nomen Ieſu Chriſti crucifixi ſub Pōtio Pilato, qui Iudææ procuratorem egit, adiurati, nobis parent: vt inde etiam omnibus pateat, Patrem ei tantam dediſſe poteſtatem & virtutem, vt & dæmonia nomini ipſius, & paſſionis eius obitæ functioni ſubiecta ſint. Siu paſſionis eius obitæ prouinciam tantam conſequutam eſſe, atque etiam nunc eam obtinere vim & potentiam oſtenditur: quanta tandem ea futura eſt in glorioſo ipſius aduentu? Nam tanquam filius hominis ſuper nubibus veniet, quemadmodum Daniel indicauit, vna cum eo angelis aduenientibus. Sunt autem hæc verba Danielis: *Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt: & Antiquus dierum conſedit, habens operimentum veluti candidam niuem, & cæſaries capitis eius tanquam lana pura. Thronus eius quaſi flamma ignis ardens. Flumen ignis voluebatur, profluens è facie eius, Millies mille miniſtrabant ei; & decies millies decem millia apparebant ei. Libri* [*conſcientiarum*] *aperti ſunt; & iudicium conſedit. Aſpiciebam ſuper vocem ſermonum grandium, quos cornu loquebatur, & diſtenta eſt beſtia, & interiit corpus eius: & data eſt in combuſtionem ignis. Et a reliquis etiam beſtiis tranſlatus eſt principatus earum, & tempus vitæ beſtiis conceſſum, vſque ad certum diem & tempus. Aſpiciebam in viſione noctis: & ecce cum nubibus cæli quaſi filius hominis veniens; & vſque ad Antiquum dierum peruenit. Et aderat in conſpectu eius, & apparitores adduxerunt eum. Et data ei eſt poteſtas & dignitas regia, & gentes terræ per genera ſua omnes & omnis gloria ſeruiens. Et poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ non auferetur: & regnum eius non interibit: Et inhorruit ſpiritus meus in habitudine mea, & viſiones capitis mei turbarunt me. Et acceſſi ad vnum ex aſſiſtentibus, & rem certam inquiſiui ab eo de hiſce omnibus. Reſpondens autem ille dixit, & iudicium ſermonū declarauit mihi: Hæ beſtiæ magnæ, quatuor ſunt regna, quæ diſperaeunt à terra, & non ſuſcipient regnum vſque in ſæculum, & vſque in ſæculorum. Tunc accurate exquirere volui de quarta beſtia, corrumpente omnia, & terribili admodū, cuius dentes ferrei, & vngues æreι, vorante & comminuente, & reliquias ſuas pedibus conculcante. & de decem cornibus eius in capite, & de vno quod ſuccreuit, per quod ex prioribus tria protruſa ſunt. Et cornu illud habebat oculos & os loquens grandia, & aſpectus eius excellebat alia. Et animaduertebam cornu id bellum mouere in ſanctos, & fundere eos; quoad venit Antiquus dierum, & iudicium dedit ſanctis Altiſſimi & tempus aduenit, & regiam occuparunt ſancti Altiſſimi. Et dictum mihi eſt de quarta beſtia: Regnum quartum erit in terra, quod longe omnia hæc regna ſuperabit, & deuorabit terram omnem; & deuaſtabit atque delebit eam. Et decem cornua, decem reges conſurgent, & alius poſt eos, atque is, malis præſtantior erit prioribus, & tres reges humiliabit, & verba in Altiſſimum proloquetur, & cæteros ſanctos Altiſſimi euertet, & ſumet ſibi vt alteret dies & tempora. Et tradentur in manus eius vſque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Et iudicium conſedit, & principatum tranſferent, vt aboleant & diſperdant vſque in finem. Et regnum, & poteſtas, & amplitudo locorum regnorum quæ ſub cælo ſunt, data eſt Populo ſancto Altiſſimi, vt regnent regno ſempiterno: & poteſtates omnes ſubiicientur & obedient ei: Huc vſque finis verbi. Ego Daniel attonitus ecſtaſi correptus ſum vehementer; ac ſermo ad me pertinebat, & verbum in corde meo ſeruaui.* Hic Trypho me quieſcēte, dixit: O homo, hæ atque conſimiles Scripturæ, nos illuſtrem & magnum eum exſpectare cogunt, qui ab Antiquo dierum tanquam Filius hominis accepturus eſt regnum ſempiternum. Iſte autem veſter qui dicitur CHRISTVS, adeo inhonoratus & inglorius fuit, vt in extremam legis Dei inciderit exſecrationem, nam in crucem eſt actus [in priore humili habitu & ſtatus exinanitionis, & forma ſerui.] Et ego ad illum: Si quidem, ô viri, ex Scripturis quas recitaui, à me non dictum eſſet, formam eius obſcuram, & genus inenarrabile fore, & pro morte eius diuites morte affectum, & liuore eius nos ſanatum, atque ipſum veluti ouem ductum iri: & niſi duplicem eius aduentum expoſuiſſem; alterum, in quo punctus eſt à vobis; alterum, quando agnoſcetis in quem pupugeritis, & plangent tribus veſtræ, tribus ad tribum, mulieres ſeorſum, & viri ſeorſum: obſcura & dubia me dicere putarem. Cum vero in omni hac diſſertatione, ex ſanctis veſtris & propheticis litteris, omnes probationes meas adducam, aliquem ex vobis inueniri poſſe ſpero, per eam quæ à Domino Zebaoth prouenit gratiam, reliquum factum in ſalutem ſempiternam. Itaque vt liquidius id quod quæritur vobis pateat, allegabo verba alia, per Dauidem illum beatum promulgata: vnde ſimul & Dominum CHRISTVM ipſum a ſancto prophetico Spiritu dictum eſſe, & Dominum rerum vniuerſarum parentem adducere illum de terra, & collocare ad dexteram ſuam, donec ponat inimicos ſcabellum pedum ſuorum, intelligetis. Quod quidem fit iam inde ex eo tempore, cum in cælum, poſt reſurrectionem à mortuis ſuſceptus eſt Dominus noſter IESVS CHRISTVS, temporibus ad finem ſuum currentibus. Et is qui impie & temerarie maledicta in Altiſſimum, proloquuturus eſt, iam pro foribus aſſiſtit: quem tempus & tempora, & dimidium temporis, detenturum eſſe Daniel præmonſtrauit. Ac vos neſcientes quam diu detenturus ſit, aliud exiſtimatis. Nam *Tempus*, centum annos dici exponitis. Quod ſi ita eſt, Iniquitatis hominem minimum trecentos quinquaginta annos regnare oportet: vt quod à ſancto Daniele de temporibus eſt promulgatum, dicente. *Et tempora*, de duobus tantum temporibus [numero duali ſcilicet] dici intelligamus. Verum iſta omnia quæ protuli, per digreſſiones apud vos refero: vt aliquando tandem, verbis illis à Deo contra vos prolatis fidem habentes, vos filios inſipientes eſſe; & illi, *Propterea apponam vt transferam populum hunc, & transferam eos: & auferam ſapientiam ſapientum, & intelligentiam intelligentum ipſorum occultabo*, deſinatis & vos ipſos, & eos qui vos audiunt, ſeducere, & à nobis diſcere incipiatis, quos gratia Chriſti ſapientes reddidit. Verba per Dauidem pronuntiata ſic habent: *Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Virgā virtutis emittet tibi Dominus ex Sion, & dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principatus in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum tuorum. Ex vtero ante Luciferum genui te. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedec. Dominus à dextris tuis confregit in die iræ ſuæ reges: Iudicabit in nationibus, ſupplebit ruinas. E torrente in via bibet; propterea exaltabit caput.* Atque hunc quidem Pſalmum (dicere perrexi) audere vos in Ezechiam regem dictum eſſe, interpretari, non ignoro. Quod autem errore ſeducti ſitis, ex verbis ipſis ſtatim vobis demonſtrabo. *Iurauit Dominus; & non pœnitebit eum*, dictum eſt, &; *Tu ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech*: quæque ſequuntur & præcedunt. Enimuero quod Ezechias ſacerdos non fuerit, neque æternus Dei ſit ſacerdos, ne vos quidem ipſi aduerſando aſſerere audebitis. Quod autem de noſtro Ieſu dictæ ſunt etiā voces ipſæ declarant. Sed aures veſtræ obturatæ ſunt; & corda obcæcata. Nā dicendo *Iurauit Dominus, & no ducetur pœnitentia: Tu ſacerdos in æternū iuxta ordinē Melchiſedech*: iuramēto interpoſito, propter incredulitatē veſtrā,

Antiſtitē ſacrorū cum Deus, ſecundū ritum Melchiſedech, eſſe renuntiauit: hoc eſt, quomodo Melchiſedech ſacerdos Altiſſimi factus eſſe à Moſe ſcriptus eſt, atq; is eorum qui cum præputio erāt ſacerdos fuit, & ei qui [poſtea] in circū ciſione [fuit & ante circumciſionem] ſibi decimas obtulit, Abraæ benedixit: eodem modo ſempiternum ſacerdotem [à ſe ordinatum] & Dominum à Spiritu ſancto vocatum, illum Deus eorum qui in præputio ſunt, fore eoſque ſimul qui in circumciſione ad ipſum acceſſuri, id eſt ei credituri atque benedictionem ab eo petituri eſſent, ſuſcepturum, illiſque benedicturum eſſe, ſignificauit. Tum autem humilem ipſum primum hominem fore, ac deinceps exaltatum iri, in fine Pſalmi oſtenditur. *E torrente* namque *in via bibet*: & ſimul, *Propterea exaltabit caput*. Præterea verò, perſuadendi vobis gratia, nihil vos in Scripturis intelligere, Pſalmum quoque alium à Spiritu ſancto per Dauidem decantatum referam; quem de Salomone rege etiam veſtro dictum eſſe aſſeueratis, cum in Chriſtum noſtrum is quoque ſit editus; vos autem cognomine ſiue æquiuoco verbo [ſæpe] in errorem voſmetipſos inducitis. Nam vbi *lex Domini irreprehenſibilis* dicitur, non eam quæ poſt illam futura erat, ſed per Moſen latam legem ipſam exponitis; Deo vociferante, *nouam ſe legem & nouum teſtamentum* conditurum eſſe. Et vbi dictum eſt; *Deus iudicium tuum Regi da*: quia Salomon rex fuit, in ipſum, pſalmum dictum eſſe affirmatis: verbis pſalmi diſertè præconium facientibus, in regem æternum, hoc eſt in CHRISTVM promulgatum eſſe, CHRISTVS enim *rex*, & *ſacerdos*, & *Deus*, & *Dominus*, & *angelus* ſeu *nuntius*, & *homo*, & *archidux militiæque princeps*, & *lapis*, & *puer natus*: & *perpeſſioni primum obnoxius*, deinde *in cœlum reuertens*, & *rediturus inde cum gloria*, & *perpetuum obtenturus regnum*, deprædicatus eſt: ſicut ex Scripturis omnibus demonſtro. Vt autem id etiam quod dixi, intelligatis, Pſalmi verba recitabo: *Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis: vt iudicet populum in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio. Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam. Iudicabit pauperes populi, & ſaluabit filios pauperum: & humiliabit calumniatorem. Et permanebit cum ſole, & ante lunam in generationes generationum. Deſcendet ſicut pluuia in vellus, & quaſi ſtilla deſtillans in terram. Exorietur in diebus eius iuſtitia, & multitudo pacis, donec auferatur luna. Et dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis. Coram illo procident Æthiopes, & inimici eius humum lingent. Reges Tharſis, & inſulæ [ſeu maris & inſularum] munera offerent: Reges Arabum & Saba, dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges terræ, & omnes gentes ſeruient ei: Quoniam liberabit pauperem à potente, & inopem cui non erat adiutor. Parcet pauperi & inopi, & animas egenorum ſaluabit. Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eius in conſpectu eorum. Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ: & precabuntur de ipſo ſemper. Tota die benedicent ei; & erit firmamentum in terra. Super ſummos montes extolletur, ſuper Libanum fructus eius, & florebunt e ciuitate, ſicut fœnum terræ. Erit nomen eius benedictum in ſæcula. Ante ſolem permanet nomen eius. Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ, [iuxta promiſſiones Patribus factas.] Omnes gentes* [illegible] *eum. Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui facit mirabilia ſolus. Et benedictum nomen gloriæ ſuæ, in* [illegible] *& replebitur gloria eius omnis terra.* [illegible]. Et in fine huius quem retuli Pſalmi, *ſcriptum eſt*. *Defecerunt hymni Dauidis, filij Ieſſæ*. Ac Salomonem quidem, regem inclutum & magnum fuiſſe, ſub quo templum quod vocatur Hieroſolymitanum, eſt conſtructum, ſcio: Quod vero nihil eorum quæ in Pſalmo recitantur in eum ceciderit, in propatulo eſt. Neq; enim reges cuncti adorarunt eum, neq; ipſe vſque ad fines orbis imperauit, neque inimici ad pedes eius prouoluti puluerem linxerunt. Ego vero & ea quæ in libris Regnorum [ſiue Regum] ab eo facta eſſe, ſcripta ſunt, referre auſim: quod ſcilicet mulieris Sidoniæ cauſa, ad ſimulacrorum cultum ſit delapſus, quod profecto in ſe admittere non ſuſtinuerint qui ex gentibus per

Ieſum Chriſtum crucifixum, conditorem rerum vniuerſarum Deum cognouerunt: ſed cruciatum & ſupplicium omne potius ad extremam vſque mortem tolerauerint, quam vel ſimulacra colant, vel ſimulacris immolata edāt. Et Trypho, Atqui plures, ait, qui ſe Ieſum profiteri dicunt, & Chriſtiani nominantur audio ſimulacris mactata manducare, & nihil ſe ex eo capere detrimenti dicere. Cui reſpōdens; Ego quoque inquam, quod eiuſmodi exſtent viri qui ſe profitentur Chriſtianos, atque Ieſum crucifixum, & Dominum & Chriſtum laudant; ſed non illius, verum ſeductionis ſpirituum doctrinas docent: nos, qui puræ & veræ Ieſu Chriſti diſciplinæ ſectatores ſumus, in ſpe ab ipſo annuntiata, fide conſtantiores reddimur. Nam quæ ille præuertens in nomine ſuo factum iri dixit, ea oculis cernimus ad rem, operibus exſequendis, conferri. Dixit enim: *Multi venient in nomine meo, extrinſecus ouium pellibus induti; intrinſecus autem ſunt lupi rapaces*, &; *Erunt diſſidia & ſectæ*, &; *Cauete vobis à pſeudoprophetis; qui quidem venient ad vos extrinſecus induti pellibus ouium, intrinſecus vero ſunt lupi rapaces*, &; *Exſurgent multi pſeudochriſti & pſeudoapoſtoli, & multos fidelium ſeducent*. Sunt igitur, & fuerunt viri amici, permulti, qui athea (hoc eſt impia) & blaſphema, & dicere & facere docuerunt, in nomine Ieſu progreſſi: & ſunt à nobis, ſub nomine eorum virorum, vnde doctrina & ſententia quælibet exſtitit, denominati. Alij namque alio modo blaſphemare & maledictis inceſſere parentem vniuerſitatis, & qui ab eo venturus vaticiniis promulgatus eſt, Chriſtum & Deum Abrahæ & Iſaaci & Iacobi, docent: cum quibus nihil nobis eſt communionis, atheos, atque à Deo alienos, & impios, & iniuſtos & iniquos ipſos eſſe ſcientibus: quippe qui pro eo vt Ieſum colant, nomine dumtaxat illum profiteantur: & Chriſtianos ſe eo modo dicant, quo plerique omnes in gentibus nomen Dei inſcribunt manufactis operibus, & iniquis ſe impiiſque dæmoniorum polluunt ſacris. Et ſunt eorum quidam qui vocātur *Marcionitæ*; quidam vero *Valentiniani*, *Baſilidiani*, *Saturniniani*, & alij alio præditi nomine, à principe ſententiæ quiſque nomen obtinens: non aliter quam eorum quilibet, qui ſapientiæ operam dare putantur, ſicut ab initio dixi, à parente doctrinæ, nomen eius cui nauat philoſophiæ, cenſetur ferre. Ita vt, cum ex his ipſis, quemadmodum memoraui, Ieſum eorum etiam quæ poſt ipſum futura erant, præſcium norimus; tum ex aliis multis, quæ euentura vaticinatus eſt credentibus & profitentibus ipſum eſſe Chriſtum. Nam quæ patimur, dum à vernaculis noſtris necamur, omnia nobis euentura eſſe prædixit: adeo vt ſatis pateat, nullo modo reprehenſibile eſſe dictum eius aut factum vllum. Quapropter etiam pro vobis, & pro aliis omnibus hominibus qui nobis hoſtiliter aduerſantur, oramus: vt reſipiſcentes nobiſcum, non blaſphemetis, maledictiſque proſcindatis eum qui propter opera, & quæ etiam nunc à nomine eius fiunt virtutes, & doctrinæ ſuæ ſermones, & vaticiniis in eum prædictas prophetias, modis omnibus irreprehenſibilis atque inculpabilis eſt, Chriſtum Ieſum; ſed in ipſum credentes, in futuro eius glorioſo aduentu ſaluemini, nec ad ignem ab eo condemnemini. Atque ille reſpondit: Sint iſta ſane ita vt dicis, Chriſtum vaticiniis prænuntiatum paſſionibus ſubiectum fore, Lapidemque [& aliis] vocatum eſſe, & glorioſum (poſt priorem eius aduentum in quo paſſibilis apparitnrus eſſe prædictus eſt) iudicem poſthac omnium venturum, atque æternum regem & pontificem futurum: an autem iſte ipſe ſit de quo talia ſunt promulgata, proba. Et ego, Vt placet, ô Trypho, perueniam ad haſce quas vis demonſtrationes, inquam, loco ſuo. In præſens autem permittes mihi, quarum volo inferre mentionem propheticarum, ad demonſtrandum, & *Deum & Dominum virtutum*, Chriſtum, & *Iacobum* vocari per ſimilitudinem, à Spiritu ſancto: & interpretes veſtros, ſicut Deus vociferatur, inſipientes eſſe, qui non in Chriſtum dictas eſſe, ſed in Salomonem alferunt, cum tabernaculum teſtimonij in templum à ſe ædificatum inferret. Eſt autem Pſalmus Dauidis iſte: *Domini eſt terra, & plenitudo eius; orbis habitabilis, & omnes*

E
F
G
H

habitantes in eo. Ipſe ſuper maria fundauit eum, & ſuper fluminu preparauit eum. Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus, & mundus corde; qui non accepit in vanum animam ſuam, & non iurauit in dolo proximo ſuo. Hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiam à Deo ſaluatore ſuo. Hac generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Iacobi. Tollite portas principes veſtras: & eleuamini portæ æternales: & ingredietur rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus fortis & potens in prælio. Tollite portas principes veſtras; & eleuamini portæ æternæ: & introibit rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus virtutum; ipſe eſt rex gloriæ. Sane quidem Dominum virtutum Salomonem non eſſe, ſed CHRISTVM noſtrum [ſatis per Pſalmum hunc [oſtenſum eſt. Is cum ex mortuis reſurrexit, & in cœlum aſcendit, iuſſi ſunt qui in cœlis diſpoſiti ſunt principes, aperire portas cælorum, vt ingrederetur qui eſt Rex gloriæ, & conſcendens conſideret ad dextram Patris, donec poneret inimicos ſuos ſubſellium pedum ſuorum: quemadmodum per alium Pſalmum declaratum eſt. Quoniam namque cœleſtes principes eum (in terris) ſpeciem informem & inhonoratam & obſcuram habere viderant, non noſcentes ipſum, percontabantur: *Quis eſt iſte rex gloriæ?* Et reſpondet eis Spiritus ſanctus, aut ex Patris, aut ſua ipſius perſona; *Dominus virtutum; ipſe eſt rex gloriæ.* Quod enim neque de Salomone, neque de tabernaculo teſtimonij, quiſquam eorum qui ad portas templi Hieroſolymitani adſtiterunt, dicere auſus fuerit; *Quis eſt iſte rex gloriæ;* quilibet fatebitur. Atque in diapſalmate quadrageſimiſexti pſalmi, dixi, in CHRISTVM iſta verba ſunt concepta: *Aſcendit Deus in iubilo; Dominus in voce tubæ. Pſallite Deo noſtro; pſallite: Pſallite regi noſtro; pſallite: Quoniam rex omnis terræ Deus: Pſallite ſapienter. Regnauit Deus ſuper gentes; Deus ſedet in throno ſancto ſuo. Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abrae: quoniam ipſius Dei Fortes terræ admodum ſublimati ſunt.* Et in nonageſimo octauo pſalmo improperat vobis Spiritus ſanctus, & hunc quem non vultis regem [veſtrum] eſſe, *Regem & Dominum Samuelis & Aaronis & Moſè, & aliorum prorſus omnium* renuntiat. Sunt vero Pſalmi verba hæc; *Dominus regnauit, iraſcantur populi: ſedens ſuper Cherubim, moueatur terra. Dominus in Sione, magnus & ſublimus eſt ſuper omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & ſanctum eſt: & honor regis iudicium diligit. Tu paraſti rectitudines (directiones,) iudicium & iuſtitiam in Iacobo tu feciſti, Exaltate Dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum eius; quia ſanctus eſt. Moſes & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Inuocabant* (ait Scriptura) *Dominum: & ipſe exaudiuit eos. In columna nubis loquebatur ad eos quia cuſtodierunt teſtimonia eius, & præceptum quod dedit eis. Domine Deus noſter, tu exaudiſti eos: Deus tu propitius fuiſti eis, & vindicans in omnia ſtudia eorum. Exaltate Dominum Deum noſtrum: & adorate in monte ſancto eius: quoniam ſanctus Dominus Deus noſter.* Tum Trypho, O homo, inquit, præſtiterat nos, Rabinis morem gerentes, qui legẽ nobis tulere, Ne cum quopiam veſtrum verba conferamus, neq; tecum hoſce communicare ſermones permulta namque blaſphema, impiaque loqueris, crucifixum hunc nobis perſuaderi petens, cum Moſe & Aarone fuiſſe, & cum eis in columna ignis colloquutum: ac deinceps hominem factum & in cruce ſuſpenſum eſſe, & in cœlum aſcendiſſe: atque inde rurſus in terram venturum, adeoque adorandum eſſe. Atque ego reſpondens, Scio, inquam, quemadmodum, verbum Dei eſt, occultam eſſe à vobis magnam creatoris omnium & omnipotentis Dei ſapientiam. Quapropter vicem veſtram condolens, apud vos elaborare annitor, vt iſta quæ præter opinionem veſtram dicuntur, intelligatis: ſin minus, vt ipſe ſaltem innocens ſim in die iudicij, adhuc enim qui inopinabiliores eſſe videantur, audietis ſermones alios. Verum ne turbemini: quin alacriores potius auditores & inueſtigatores eſſe perſeuerate, magiſtrorum veſtrorum traditionem patefacientes, non enim perinde quæ per Deum à Spiritu Prophetico ſunt dicta intelligere, atq; ſua ipſorum dogmata docere malle, comperiuntur. In quadrageſimo quarto Pſalmo conſimiliter hæc in CHRISTVM ſunt dicta: *Eructauit cor meum verbum bonum; dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Speciſus forma ſupra filios hominum: diffuſa eſt gratia in labijs eius. Propterea benedixit te Deus in æternum. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, ô potens pulchritudine tua & decore tuo: & intende, & proſperare, & regna: deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acuminata ô potens populi ſub te [adorantes] cadent, in corde [ſive in corda [inimicorum regis. Thronus tuus Deus, in ſeculum ſæculi. Virga rectitudinis, virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo exſultationis ſupra participes tuos. Myrrha, & gutta, & caſia a veſtimentis tuis, à repoſitorijs eburneis, ex quibus exhilararunt te. Filiæ regum in honore tuo, [in gynæceo.] Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata, variegata. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiſcere populi tui, & domus patris tui. Et concupiſcet rex pulchritudinem tuam: Quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus; & adorabunt eum. Et filia Tyri in muneribus, Vultum tuum deprecabuntur diuites populi. Omnis gloria filiæ regis intrinſecus, in fimbriis aureis circumamicta, variegata. Adducentur regi virgines poſt eam, proximæ eius adducentur tibi. Adducentur in lætitia & exultatione, ducentur in templum regis. Pro patribus tuis nati tibi ſunt filij. Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram. Recordabor nominis tui in omni generatione & generatione: propterea populi confitebuntur tibi in ſæculum, & in ſæculum, ſæculi.* Neque quidquam mirandum, adiiciens dixi, ſi nos quoque odiſtis, hæc intelligentes, & duricordem ſemper mentem veſtram coarguentes. Etenim & Elias de vobis cum Deo agens, ita inquit: *Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua ſubruerunt: & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animam meam.* Et reſpondet ei: *Adhuc mihi ſuperſunt ſepties mille viri, qui non inflexerunt genua imagini Baal.* Quemadmodum ergo propter ſepties mille illos, tum Deus iram ſuam non intulit: ad eundem modum nunc quoque iudicium ſuum nondum protulit aut profert, ſciens indies adhuc nonnullos diſciplinam ſuſcipere in nomen Chriſti ſui, & viam ſeductionis relinquere: qui etiam pro ſe quiſque, vt digni ſunt, dona accipiunt, per nomen Chriſti huius illuminati, atque hic quidem accipit intelligentiæ ſpiritum, ille autem conſilij; alius fortitudinis, alius ſanationis; quidam præcognitionis, aliquis doctrinæ; timoris Dei quiſpiam. Tum Trypho ad hæc dixit: Deliras inſaniens, qui iſta loqueris: id te ſcire volo. Ego vero ad illum; Audi ſodes; inquam. Non enim inſanio, neque deſipio: verum poſt Chriſti in cœlum reditum, vaticinio prænuntiatum eſt, captiuos ipſum nos ducturum ab errore, & daturum nobis dona. Sunt autem hæc ipſa verba: *Aſcendit in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.* Itaque nos donis ab eo qui in altum aſcendit, Chriſto acceptis, vos qui in vobis ipſis ſapitis, & coram vobis ipſis ſcientes eſtis ex ſermonibus Propheticis oſtendimus inſipientes eſſe & labiis tantummodo honorare Deum & Chriſtum eius: nos autem, veritatis vniuerſæ diſciplinam conſectantes, operibus ipſis & cognitione, ex animo ad mortem vſque illum colimus. Vos porro, ob id quoque fortaſſe addubitaris profiteri hunc ipſum eſſe Chriſtum, ſicuti Scripturæ, atque ea quæ manifeſto apparent & fiunt in nomine ipſius, declarant, vt ne perſequutionem toleretis à Principibus: qui non ceſſabunt per maligni & ſeductoris ſpiritus ipſius Serpentis, efficacem inſtinctum, neci dedere & perſequi, nomen Chriſti profitentes; donec ille denuo præſto ſit, & excidat omnes, atque cuique pro meritis dignam perſoluat mercedem. Ibi Trypho: Iam nunc, inquit, rationem nobis redde, iſtum ipſum quem dicis crucifixum eſſe, & in cœlum reuerſum, Chriſtum Dei eſſe. Nam quod & paſſioni obnoxius Chriſtus per Scripturas prædicetur, & cum gloria rediturus, & quod ſempiternum gentium omnium regnum, regnis

vniuerſis

A vniuerſis illi ſubditis, accepturus ſit, abunde per eas quas commemoraſti Scripturas demonſtratum eſt. Tum ego: Demonſtratum quidem eſt, ô viri, aures habentibus, confeſſione quoque veſtra. Ne vero exiſtimetis argumẽtis deſtitutum eſſe, & ea quæ poſtulaſtis me probare non poſſe, ſicuti recepi, loco id ſuo præſtabo: in præſentia autem, ad inſtitutæ diſputationis continuationem iter pergo. *Myſterium arcanumque agni, quem Paſcha immolare Deus mandauit*, typus & figura erat CHRISTI: cuius ſanguinem, iuxta rationem noſtræ in illum fidei, in ædes ſuas, hoc eſt ſeipſos, aſpergunt in eum credentes. Nam quod plaſma quod Deus finxit, Adam, domus fuerit inſpirationis Dei, omnes quoque noſſe poteſtis. Tum autem temporaneam & hanc ipſam iuſſionem fuiſſe, ſic demonſtro. Nullibi ſacrificari agnum Paſchæ Deus permittit, niſi in loco vbi inuocatum eſt nomen eius. Sciuit ille aduenturos fuiſſe dies, B poſt CHRISTI paſſionem, cum futurum eſſet vt & locus Hieroſolymorum hoſtibus veſtris traderetur, & omnes prorſus oblationes fieri deſinerent. Et agnus ille, de quo, vt aſſus totus fieret, præceptum eſt, ſupplicij crucis, quod ſubiturus erat CHRISTVS, ſymbolum & nota fuit. Agnus namque aſſus, in figuram cruci ſimilem conformatus ad ignem torretur, nam veru vnum ab infimis partibus ad caput vſque ad actum perfigitur: & aliud rurſum, ſecundum ſcapulas, ad quod ſuſpenduntur manus agni. Et qui in ieiunio *duo hirci* pares accipi iubebantur, quorum alter emiſſarius malorumque depulſor fiebat, alter autem in oblationem ſumebatur: duorum CHRISTI aduentuum deſignatio erant, prioris quidem, cum eum, veluti emiſſarium atque ærumnas auertentem, emittunt ſeniores veſtri & ſacerdotes, manus illi inferentes, & morte eum mulctantes: poſterioris autem, cum in eodem Hieroſolymorum loco, ipſum agnoſcetis ignominia à vobis affectum. Oblatio is factus eſt pro cunctis per pœnitentiam reſipiſcere volentibus peccatoribus, & ieiunium quod Eſaias recenſuit ieiunantibus; C colligationes violentorum contractuum ſoluendo, & alia ab eodem enumerata & à me recitata, pariter cuſtodiendo: quæ faciunt qui IESV fide ſunt addicti. Et quod itidem duorum hircorum, qui in ieiunio offerri ſunt iuſſi, oblatio non alibi quam in Hieruſalem fieri permiſſa eſt, ſcitis. Sane quidem *ſimilæ* quoque *oblatio*, ô viri, dicebam, pro eis qui à lepra purgabantur, vt offerretur tradita, figura fuit *panis Eucharistiæ*. quem in recordationem paſſionis, quam pro his ſuſtinuit hominibus quorum animi ab omni purificantur prauitate, IESVS CHRISTVS Dominus noſter facere præcepit: vt gratias ageremus Deo, cum pro eo quod mundum cum vniuerſis quas complectitur rebus, hominis gratia creauit, tum ob id etiam, quod ab omni in qua fuimus malitia nos liberauit, ac principatus poteſtateſque perfecta occiderit occidione, per eum qui de conſilio ex voluntate eius factus eſt patibilis. Proinde [illegible] ſicuti [illegible] à vobis tum oblatis Deus, ſicuti [illegible] per Malachiam, [illegible] duodecim, ut: *Non eſt* [illegible] D *ait Dominus* [illegible] [illegible] *nomen meum* [illegible] [illegible] *Dominus* [illegible] *autem* [illegible] [illegible] Do vero ſuo, gentium, [illegible] in omni [illegible], hoc eſt panis Eucharistiæ, & [illegible] tum [illegible] tus prædixit, [illegible] glorificare nomen eius, vos autem profanare. [illegible] die omnino circumcidere [illegible] natos, nota erat veræ circumciſionis, qua circumciſi ſumus ab errore & prauitate, per eum qui à mortuis [illegible] vna ſabbathorum die, IESVM CHRISTVM Dominum noſtrum. *Vna* enim *ſabbatorum*, prima [illegible] dierum omnium, iuxta numerum, ſpatijs [illegible] dierum omnium in circulum decurſis, *octaua* vocatur, & prima, ſicut eſt, manet. Quin illud etiam quod traditum eſt, *duodecim* [illegible]

duodecim Apoſtolorum, à virtute æterni ſacerdotis CHRISTI dependentium, (quorum voce vniuerſa terra, gloria & gratia Dei & CHRISTI eius repleta eſt) ſymbolum ſignumque fuit. Quocirca & Dauid ait: *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis verba eorum.* Et Eſaias, quaſi ex perſona Apoſtolorum ad CHRISTVM loquentium, non auditioni eorum credere homines, ſed ipſius qui miſerit illos virtuti, ita inquit: *Domine, quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui reuelatum eſt? Annuntiauimus coram eo tanquam puellus, ſicut radix in terra ſitienti*: & quæ ſequuntur prophetiæ prius allegata verba. Quod autem in verbis hiſce veluti ex perſona multorum dicitur, *Annuntiauimus coram eo*: & infertur, *Tanquam puellus*: denotatur per id, prauos illi ſubditos miniſtraturos, obtemperaturoſque iuſſioni eius, & omnes quaſi puerulum vnum factos eſſe: ſicut & in corpore videre eſt, cum multis numeratis membris, cuncta ſimul vnum F vocantur & ſunt Corpus. Etenim & *Populus*, & *Eccleſia* ſeu *Concio*, permulti numero mortales, perinde atque vna res forent, vna voce vocantur atque appellantur. Iam & alia omnia prorſus, ô viri, inquam à Moſe ordinata enumerans, oſtendere poſſem, figuras & notas & denuntiationes eſſe eorum quæ CHRISTO euentura erant, eorumque qui in ipſum vt crederent, præcogniti fuerant, atque item eorum quæ CHRISTVS ipſe erat facturus. Cum autem ea quæ recenſuimus, ad præſens ſufficere mihi videantur, ad ſermonis ordinem reuertor. Sicut ergo ab Abrahamo circumciſio, & à Moſe ſabbatum & ſacrificia & oblationes & feriæ ortum cepere: quæ propter duritiam cordis populi veſtri diſpoſita eſſe, probatum eſt: ita finem ea habere oportuit, iuxta Patris conſilium, in eo qui e virgine generis Abrahæ, & tribus Iudæ, & ſtirpis Dauidis, natus eſt, filio Dei CHRISTO IESV. Qui *Lex ſempiterna*, & *nouum Teſtamentum* vniuerſo mundo proditurus eſſe, præconiis eſt renuntiatus: ſicuti vaticinia quæ G allegauimus, ſignificant. Et nos, qui per hunc aditum facti ſumus ad Deum, non illam *ſecundum carnem* ſuſcepimus *circumciſionem*, ſed *ſpiritualem*, quam Enoch & ſimiles cuſtodierunt. Eam vero nos per *Baptiſmum*, quandoquidem peccatores fueramus, propter miſericordiam ipſius Dei accepimus omnibuſque adeo illam ex æquo accipere integrum eſt. Cæterum de *arcano natiuitatis eius*, pro eo atque id iam nos de ſe verba facere cogit, dico. Eſaias de genere ipſius CHRISTI, inenarrabile id hominibus eſſe, ita inſit, ſicut dudum antea ſcriptum eſt: *Generationem eius quis enarrabit? quia tollitur à terra vita eius: ab iniquitatibus populi mei ductus eſt in mortem.* Atque equidem de genere huius morituri, vt liuore eius homines peccatores ſanarentur, tanquam ineffabili, Spiritus propheticus hæc dixit: Inſuper vero, vt quomodo *in mundum progenitus venerit*, credentes ei mortales cognoſcere poſſent, per Eſaiam idem Spiritus propheticus, quomodo naſciturus eſſet, ita præmonſtrauit: *Et adiecit Dominus loqui* H *ad Achaz, dicens: Pete tibi ſignum a Domino Deo tuo, in profundum, vel in altum. Et dixit Achaz: Non petam, neque tentabo Dominum. Et dixit Eſaias: Audite iam domus Dauidis: Num paruum vobis eſt, moleſtiam exhibere hominibus? & quomodo Domino exhibetis moleſtiam? Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel (quod eſt Nobiſcum Deus.) Butyrum & mel comedet. Priuſquam ipſe norit aut præferat praua, & eligat bonum, (propterea quod priuſquam norit puellus bonum aut malum, repellet mala, vt eligat bonum, priuſquam ſciat appellare patrem aut matrem, capiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ, coram rege Aſſyriorum, & capietur terra, quam tu dure feres à facie duorum regum. Sed adducet Deus ſuper te, & ſuper populum tuum, & ſuper domum patris tui dies, qui nondum venerunt ſuper te, a die quo abduxit Ephraim a Iuda regem Aſſyriorũ.* Quod quidẽ certe in genere, iuxta carnẽ ipſius Abrahæ nemo vnquã e *virgine natus ſit*, neq; natus eſſe dictus ſit, præterquã

noſter ipſe CHRISTVS, omnibus eſt manifeſtum. Sedenim quia vos & magiſtri veſtri aſſerere audetis, non dictum eſſe in prophetia Eſaiæ: *Ecce virgo ventrem feret, & pariet filium*: & quia prophetiam exponentes, in Ezechiam, qui fuit rex veſter, refertis: conabor & de hoc aduerſus vos pauca explicare atque demonſtrare, in hunc quem nos profitemur CHRISTVM, relatum eſſe. Ita namque demum per omnia innocens veſtra cauſa inueniar, ſi demonſtrationibus adhibitis perſuadere vobis quod cupio, contendero. Sin vos duricordes, aut animis veſtris infirmi eſſe, propter deſtinatam Chriſtianis mortem, perrexeritis: vobis ipſis auctores eſſe mali videbimini, & vos ipſos decipientes errore implicabimini: autumantes eo prorſus vos, quæ à Deo ſunt, per CHRISTVM vt dentur, promiſſa bona, hæreditate accepturos eſſe, quod Abraæ ſecundum carnem eſtis ſemen. Nemo enim etiam [patrum] illorum vlla ex parte accipere ea poteſt, exceptis illis qui in animi ſui fide Abraæ exæquati fuerint, & myſteria omnia cognouerint. Dico autem[io ſacris litteris [quoddam *præcepti genus in verum Dei cultum*, & vitam recte iuſteque degendam conſtitutum eſſe: quaſdam itidem iuſſiones & actiones dictas, vel in myſterium & ſacramentum CHRISTI, vel propter induratum cor populi veſtri. Et quod hoc ſic habeat in Ezechiele de eo pronuncians Deus dixit: *Si Noe, & Iob, & Daniel depopoſcerint vel filios vel filias, non dabitur hoc eis*. Et in Eſaia in eandem ſententiam ita ait: *Dixit Dominus Deus: Et egredientur, & videbunt membra præuaricatorum hominum. Vermis namque eorum non morietur, & ignis eorum non exſtinguetur, & erunt in viſionem ſiue ſpectaculum omni carni.* Qua propter vos, ex animis veſtris ſpe huiuſmodi reciſa, nauare operam oportet vt cognoſcatis *qua via vobis remiſſio peccatorum contingere queat, & ſpes bonorum annuntiatorum hæreditate conſequendorum*. Eſt autem non alia quam hæc, vt CHRISTO hoc agnito, quod ab Eſaia promulgatum eſt, propter remiſſionem peccatorum, lauacro abluti, ſine peccato de cætero viuatis. Et Trypho, Etiamſi, ait interpellaturus eſſe videar diſſertationem iſtam, quam inquiſitu neceſſariam eſſe perhibes: quæſtione tamen adurgente, mihi hoc primum da, vt quod volo percontari queam. Ego autem, Quæcumque vis, dixi, quære, vt ea tibi in mentem veniunt. Nam poſt quæſtiones & reſponſiones, cœptam diſputationem repetere & perficere annitar. Atque ille; Dic ergo mihi, ait, qui ex præſcripto rogatæ per Moſen legis vixerunt, viuentne pariter cum Enocho. Noe, & Iobo, in reſurrectione mortuorum, an non? Tum ego ad illum: Cum proferrem, ô homo Ezechielis verba: *Quamuis Noe & Iob & Daniel petituri ſint filios & filias, non eis datum iri*, ſed pro ſe quemque iuſtitiâ ſuâ ſaluum fore: eos quoque qui iuxta Moſæ legem vitam egere, pariter ſeruatum iri dixi. Nam in ea lege, quæ natura pulchra, quæ pia, quæ iuſta ſunt, vt ea illi morigeri faciant, ſancita ſunt: nec minus quæ propter induratum cor populi fieri præcepta ſunt, præſcripta inueniuntur: quæ & præſtitere qui ſub lege fuere. Nam qui ea fecerunt quæ in vniuerſum & natura & perpetuò pulchra ſunt, Deo complacent: & per CHRISTVM hunc, in reſurrectione, perinde atque maiores eorum homines iuſti. Enoch, & Noe, & Iob & ſi qui alii exſtitere, vna cum eis qui CHRISTVM Dei filium cognouerunt, ſaluabuntur, qui & ante luciferum & ante lunam fuit: & ex virgine iſta generis Dauidici caro factus, naſci ſuſtinuit: vt per œconomiam functionémque eiuſcemodi, is qui à principio maligne egit Serpens, & exæquati ei angeli, debellarentur, & mors contemneretur: atque in ſecundo ipſius CHRISTI aduentu ab eis ſe illa qui CHRISTO credunt, & ex ſententia eius viuunt, abſtineret omnino nec deinceps exſtaret amplius: cum alij quidem in iudicium & condemnationem ignis inceſſanter cruciandi mittentur, alij autem in perpeſſionis vacuitate, & incorruptibilitate, & indolentia, & immortalitate, ſimul viuent. Quodſi qui nunc quoque viuere velint obſeruantes ea quæ à Moſe rogata ſunt; & credant in hunc IESVM crucifixum, agnoſcentes ipſum eſſe CHRISTVM Dei, eique datum eſſe vniuerſorum prorſus iudicium, & regnum eius eſſe ſempiternam: poſſuntne & ipſi ſeruari: ex me percunctando, Trypho dixit. At ego rurſum; Conſideremus & illud, reſpondi, num liceat nunc quoque ſeruare quæ Moſes mandauit omnia? Atque ille; Minime, inquit, nouimus enim adhuc, quemadmodum dixiſti, neque agnum paſchæ alibi immolari poſſe, neque eos qui in ieiunio iuſſi ſunt offerri hircos, neque adeo alias oblationes omnino omnes [quam in terra ſancta.] Tum ego: Quæ igitur ſeruari queant, ipſe (rogo) dicito. Perſuadebere enim, aliquem qui non cuſtodierit aut fecerit æternas iuſtificationes, ſaluari omnino poſſe. Et ille; Sabbata peragere, inquit, & circuncidi, & menſes ſeruare, & baptizari abluique vbi quid attigeris quod à Moſe vetitum eſt, aut in conſuetudine Veneris fueris. Et ego porro dixi: Abraam, & Iſaac, & Iacob, & Noe, & Iob, & ſi qui præterea ante vel poſt hos ſimiliter iuſti fuere: dico autem & Saram vxorem Abraæ? & Rebeccam Iſaaci, & Rachelem atque Liam Iacobi, & reliquas eiuſcemodi, vſque ad Moſæ fidelis miniſtri matrem; qui quæve nihil horum obſeruarunt, an videntur vobis ſalui ſaluæve fore? Et Trypho reſpondit: Non circumciſus eſt Abraam, & poſteri eius? Ego vero; Scio, inquam, circumciſum eſſe Abraam, & ſucceſſores eius. Quâ autem gratiâ eis circumciſio ſit data, in multis antea locis dixi: ac niſi vobis quæ dicta ſunt, ad perſuaſionem ſatisfaciunt, denuo rem exquiramus. Quod certe ad ipſum vſque Moſen nullus omnino iuſtorum, eorum quidquam quæ in quæſtionem veniunt, ſeruauerit, ac ne præceptum quidem vllum ſeruandi acceperit, extra hoc quod ab Abraamo exordium ſumpſit circũciſio, ſcitis. Et ille, Scimus, inquit: & quod ſaluentur, confitemur. Ego rurſum; Propter duritiam cordis populi veſtri, inquam, cunctas huiuſmodi ſanctiones Deum per Moſen vobis tuliſſe, intelligitis: vt per complura iſta inſtituta, in actione omni ob oculos vobis eſſet Deus; ac neque iniuſte facere, neque impie agere occiperetis. Etenim vt coccineum panniculum ſibi ipſis Iudæi circumponerent, præceptum vobis eſt, quo per eum vos Dei non caperet obliuio: & phylacterium litteris quibuſdam, quas ſanctas omnino eſſe intelligimus, in tenuiſſimis membranis deſcriptis, circumdare vos iuſſit. Et cum per iſta religionem vobis quandam incuſſerit, vt continue memoriam Dei, & ſimul reprehenſionem in cordibus veſtris obtineretis: ne exiguam quidem tamen Dei colendi recordationem retinuiſtis: atque nec hoc etiam pacto perſuaſum habuiſtis vt ſimulacra non coleretis verum ſub Elia eos recenſens qui non inflexerunt genu ſtatuæ Baal, numerum ſeptem millium tantum expreſſit: & in Eſaia, quod liberos ſimulacris veſtros, ſacris operandis immolaſtis, vos carpit. Nos autem, vt ne eis ſacra offeramus quibus olim ſacrificauimus, extrema quoque toleramus ſupplicia. Et dum ita cædimur, lætamur; perſuaſum habentes, quod excitaturus nos ſit Deus per CHRISTVM ſuum, incorruptibileſque & impaſſibiles & immortales redditurus; ſcientes & illud, quod ad iuſtas rectáſque actiones, & veri cultus Dei religionem, ea nihil afferant momenti quæ propter induratum cor populi veſtri ſunt conſtituta. Hic iterum Trypho interrogauit: Quid ſi quiſquam, hæc ita ſe habere ſciens, præter id quod hunc CHRISTVM eſſe norit ſcilicet & credat, eique pareat, iſta in ſuper ſeruare velit? vtrum ſaluabitur? Et ego. Vt mihi quidem videtur, ô Trypho ſaluatum talem iri aio, ſi alios mortales (eos autem dico, qui ex gentibus per CHRISTVM ab errore & ſeductione circumciſi ſunt) omni ſtudio in ſententiam ſuam adducere annixus non fuerit, non ſeruatum eos iri ille affirmans, niſi eadem ſecum obſeruauerint; itidem vt tu ab initio diſputationis feciſti, confirmans me ſaluum non fore, niſi iſta ſeruarem. Ille porro: Quid ita dixiſti. Vt mihi quidem videtur, talis ſaluabitur? an ſunt qui dicant, huiuſmodi ſaluatum non iri? Sunt; ego reſpondi: & quidem cum talibus illi neque conſuetudinis neque hoſpitij communionem habere audent: quos ego non

A collaudo. Sed ſi ipſi propter animi imbecillitatem, etiam quæcumque nunc poſſunt ex Moſæ conſtitutionibus, quæ ob duriciam cordis populi ſancita eſſe intelligimus, vna cum concepta in hunc CHRISTVM ſpe, atque perpetuis naturáque comparatis iuſtitiæ & religionis veræ actionibus ſeruare, & cum Chriſtianis fidelibuſque viuere voluerint; vt modo illis non ſuadeant pariter cum eis circumcidi, ac ſabbata agere, aliaque quæcumque tandem ſunt eiuſcemodi, exſequi: eos recipiendos, & ad communionem rerum omnium vt fratres, eorumdemque viſcerum homines, admittendos eſſe cenſuerim. Sin, qui generis veſtri ſunt, in hunc CHRISTVM ſe credere aſſeuerantes, ô Trypho, dixi, omnibus modis ſecundum legem per Moſen latam eos viuere cogant, qui ex gentibus in hunc CHRISTVM credunt; aut à conſuetudinis iſtiuſmodi commercio eos excludere ſtatuant: conſimiliter & hos non ſuſceperim. Eos vero [ex gentibus fideles] qui vna cum obſeruatione in CHRISTVM Dei profeſſionis, in legitimam cum illis conſentiant conuerſationem, itidem non ſaluari putem. Qui autem profeſſi ſunt & agnouerunt hunc eſſe CHRISTVM, & qualicumque demum de cauſa ad legitimam tranſeunt viuendi conſuetudinem, abnegantes hunc eſſe CHRISTVM, & ante mortem non reſipiſcunt: haud quaquam ſaluatum iri arbitror. Eos item qui ex ſemine Abrahæ ex præſcripto legis viuunt, atque in CHRISTVM hunc non credunt ante vitæ finem, ſaluos non fore iudicio: eoſque potiſſimum, qui in ſynagogis anathemate [illegible] & iugulant in hunc ipſum CHRISTVM credentes, [niſi reſipiſcentes faciant] omnia quo ſalutem conſequantur, & ſupplicium ignis euadant. Bonitas namque & humanitas Dei, & immenſitas diuitiarum eius, pœnitentiam agentem, reſipiſcentemque à peccatis, prout per Ezechielem indicat, perinde atque iuſtum qui peccatum non admiſerit, habet: atque eum qui à [illegible] Dei, & à recte iuſteque agendi ratione ad iniquitatem & impietatem ab omni diuinitate alienam tranſfugit, pro peccatore, & iniuſto, & impio agnoſcit. Quocirca & noſter Dominus CHRISTVS IESVS dixit: *In quibus vos deprehendero, in eis & iudicabo.* Hic tum Trypho; Quæ de his etiam tua ſit ſententia audiuimus, inquit. Repetito ergo, vnde digreſſus es, ſermone, dicere perge. Admirabilis namque & qui demonſtrari probarique in vulgus nequeat, mihi videtur eſſe. Nam quod ais, ante ſecula Deum fuiſſe hunc CHRISTVM [illegible] natum etiam hominem factum ſuſtinuiſſe, & [illegible] non hominem ex homine: non modo admirabi[illegible] mihi eſſe videtur, verum etiam ſtul[illegible] ad hæc dixi. Scio incredibilem videri ſermonem [illegible] hominibus, generis veſtri maxime, qui ea [illegible], neque intelligere neque facere [illegible], ſed quæ magiſtrorum veſtrorum ſunt, pro[illegible] atque ipſe Deus vociteratur. Verumenimuero Trypho, dixi, non [illegible] illud, CHRISTVM hunc [illegible] Dei [illegible] monſtrare nequeam, & fuiſſe prius [illegible] tis huius Dei, eſſeque Deum, [illegible] hominem ex virgine præterquam ex co[illegible], quo [illegible] eſſe CHRISTVM [illegible] D[illegible] oſtenſum [illegible]. At ſi non de[illegible] prius extitiſſe, & nati [illegible] nobiſcum perpeſſionibus [illegible], ſecundum Patris conſi[illegible] tantum [illegible], non autem [illegible], hunc eſſe CHRISTVM [illegible] tamquam homo ex hominibus genitus videatur, & electione CHRISTVS factus [illegible]. Sunt, enim nonnulli, ô [illegible], ex genere noſtro [illegible], ipſum CHRISTVM eſſe, ſed hominem ex hominibus genitum eſſe [illegible], quibus non aſſentior: neque [illegible] mecum ſententia ſunt, dixerint. Siquidem [illegible] traditionibus & doctrinis iuſſi ſumus a CHRISTO ipſo credere, ſed iis quas beati prophetæ promulgarunt, & ipſe CHRISTVS tradidit. Et Trypho, mihi [illegible], qui illum hominem [illegible], & per ele-

E ctionem inauguratum, & vnctione CHRISTVM factum eſſe aſſeuerant, credibiliora quam vos, eadem quæ tu affirmantes, dicere videntur. Omnes enim nos CHRISTVM hominem ex hominibus naſciturum, & qui illum inungat, *Eliam venturum* præſtolamur. Quod ſi hic appareat CHRISTVS eſſe hominem ex hominibus genitum eſſe omnino ſcire oportet. Ex eo autem quod Elias non venerit, neque hunc CHRISTVM eſſe cenſeo. Hic ego illum rurſus percontatus ſum: Annon Eliam Verbum per Malachiam aduenturum eſſe dicit, ante magnam & terribilem iſtam Domini diem? Atque ille reſpondit: Maxime. Si ergo ratio cogat fateri, duos futuros CHRISTI aduentus, prophetarum reſponſis prædictum eſſe; alterum cum paſſioni ſubditus, & inhonoratus, & informis apparebit; alterum cum glorioſus & Iudex omnium aderit; ſicuti pluribus in eis quæ diximus, eſt oſtenſum: annon terribilis & magni illius diei, hoc eſt ſecundi aduentus eius, Eliam præcurſorem fore, F Verbum Dei prænuntiaſſe intelligemus? Maxime reſpondit ille. Dominus ſane noſter, inquam, hoc ipſum in doctrinis quoque ſuis futurum tradidit, cum dixit etiam Eliam venturum. Atque nos id fore ſcimus, cum cælitus in gloria adueniet Dominus IESVS CHRISTVS, cuius etiam prioris apparitionis præco præceſſit qui in Elia fuerat ſpiritus, in Ioanne generis veſtri propheta. Hic ad Iordanem amnem conſidens, clamabat: *Ego quidem baptizo vos aquâ ad pœnitentiam: veniet autem fortior me, cuius non ſum dignus vt calceamenta portem. Ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto & igni. Cuius ventilabrum in manu eius; & repurgabit aream ſuam: & congregabit triticum ſuum in horreum, paleam autem exuret igni.* Atque hunc ipſum prophetam rex veſter Herodes concluſerat in carcere: & cum natalium eius dies celebraretur, & ſaltans fratris ipſius filia eum oblectaret: & cum mater puellæ ſubieciſſet ei vt Ioannis, qui in vinculis erat, caput peteret, atque id illa petiiſſet: miſit Herodes, & caput Ioannis in lance afferri iuſſit. G Quamobrem & noſter CHRISTVS tum in terris, eis qui aſſeuerabant ante CHRISTVM venire Eliam oportere, dixit: *Elias quidem veniet, & reſtituet omnia. Dico autem vobis, Eliam iam veniſſe, & non agnouerunt eum, ſed fecerunt illi quæcumque voluerunt.* Et ſcriptum eſt, quod tum diſcipuli intellexerint, de Ioanne Baptiſta illum dixiſſe. Et Trypho: Et hoc præter fidem mihi dicere videris, quod qui in Elia fuit propheticus Spiritus, in Ioanne etiam fuerit. Ad quæ ego: Non tibi videtur idem factum fuiſſe in Ioſue, Naui filio, qui populo ducendo Moſæ ſucceſſit: cum præceptum eſt Moſi, vt imponeret manus Ioſuæ, Deo ipſo dicente: *Et ego transferam de Spiritu qui in te eſt, in ipſum.* At que ille: Maxime. Itaque ſicut agente adhuc in hominibus (inquam) Moſe, tranſtulit Deus in Ioſuem de Spiritu Moſæ: ita fieri potuit Deus vt Eliæ Spiritus veniret in Ioannem: vt, quemadmodum CHRISTVS in priore aduentu ingloriuſ ſe exhibuit, ita quoque Spiritus qui in Elia fuerat, ſemper purificantis CHRISTI, inglorius prior aduentus H intelligeretur. Occulta namque manu Dominus expugnatum Amalechum dictus eſt Et quod Amalech ceciderit, non ibitis inficias. At ſi in glorioſo CHRISTI aduentu tantum expugnatum iri Amalechum dicant, quis fructus verbi eius erit quod ait: *Occulta manu Deus debellat Amalecum?* Intelligere ergo poteſtis, quod tecta Dei virtus in CHRISTO crucifixo fuerit; quem & dæmonia horrent, & omnes principatus & poteſtates terræ. Tum Trypho: Videre mihi frequenter in conflictatione cum multis, de omnibus quæ in quæſtionem veniunt, fuiſſe. Inde adeo paratus es & inſtructus ad reſpondendum ad omnia de quibus interrogaris. Reſponde ergo mihi prius, quomodo probare poſſis, *alium etiam eſſe Deum, præter Vniuerſitatis huius conditorem:* ac tum quoque oſtendens, *naſci eum ex virgine ſuſtinuiſſe.* Et ego dixi: Permitte mihi primum verba quædam referre ex Eſaiæ vaticinio, de præcurſu quem peregit ante ipſum Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM nunc, Ioannes Baptiſta & Propheta factus, promulgata. At ille: Per-

mitto. Et ego? Eſaias igitur, inquam, de Ioannis præceſſione ita prædixit: *Et dixit Ezechias ad Eſaiam: Bonum verbum Domini quod loquutus eſt: Fiat pax & iuſtitia in diebus meis. Et conſolamini populum. Sacerdotes, loquimini ad cor Hieruſalem* [*mærentis*,] *& conſolamini eam: quoniam completa eſt humiliatio eius. Solutum eſt peccatum eius, quia accepit de manu Domini duplicia peccata ſua. Vox clamantis in deſerto: Parate vias Domini, rectas facite ſemitas Dei noſtri. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt omnia tortuoſa in directam, & aſpera in vias planas: & videbitur gloria Domini, & cernet omnis caro Salutare Dei: Quoniam Dominus loquutus eſt. Vox dicentis: Clama, & dixi: Quid clamabo? Omnis caro herba, & omnis gloria hominis quaſi flos herbæ: Exaruit herba, & flos eius excidit: Verbum autem Domini, manet in æternum. In montem excelſum aſcende, qui euangelizas Sion. Exalta fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Hieruſalem: Exaltate* [*apoſtoli & doctores*,] *nolite timere. Dixit ciuitatibus Iuda: Ecce Deus veſter. Dominus ecce cum fortitudine venit: Et brachium cum ſolennitate venit. Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram eo. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet, & brachio congregabit agnos, & fœtam aduocabit. Quis menſus eſt manu aquam, & cælum palmo, & terram omnem pugillo; Quis ſtatuit montes in libra, & ſaltus in ſtatera; Quis cognouit mẽtem Domini; & quis ei fuit à conſiliis: & erudiet eum: aut cum quo conſultauit, & docuit eum; aut quis oſtendit ei iudicium, aut viam ſcientiæ quis monſtrauit ei? Omnes gentes tanquam gutta ab vrna, & quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt, & veluti ſputum reputabuntur. Libanus autẽ non ſufficiet ad ſuccendendum ignem; & quadrupedia non ſatis erunt ad holocauſtum, & omnes gentes nihil, & in nihilum reputatæ ſunt.* Et me ceſſante, Trypho ait: Dubia ſunt omnia verba vaticinij quod protuliſti, neque quidquam aut ad probationem eius quod demonſtrare ſtatuiſti faciunt, aut aliquid decidunt: Cui ego reſpondi: Si quidem eſſe non deſiiſſent, ampliúſque non exſtarent prophetæ in genere veſtro, Trypho, poſt Ioannem illum: videlicet quæ in IESVM CHRISTVM dicta eſſe affirmo, ambigua fortaſſe eſſe arbitraremini. Sin Ioannes præceſſit, vociferans apud homines vt reſipiſcerent; & CHRISTVS adhuc illo aſſidente ad flumen Iordanis ſuperueniens, eum & vaticinio & baptiſmo ſuperſedere fecit Euangeliúmque annuntiauit, & ipſe concionando, propinquum eſſe regnum cœlorum, ac ſe multa oportere a Scribis & Phariſæis perferre, & crucifigi, & tertio die reſurgere, denuoque Hieroſolyma, venire, atque ibi cum diſcipulis ſimul cibum potumque capere, & medio ante aduentum eius temporis interuallo (prout dixi) fore vt ſacerdotes & pſeudoprophetæ in nomine eius exiſterent, præmonſtrauit; eaque ita euentu comprobata apparent: quonam modo amplius ambigere poteſtis, cum rem ipſam cui credere debetis, teneatis? Dixit porro de eo quod non futurus eſſet in genere veſtro propheta, ac ſimul de eo quod agnituri eſſent homines nouum Teſtamentum, quod antiquitus deprædicatum fuerat, à Deo diſpoſitum iri, & iam tum aderat, hoc eſt ſeipſum, qui Chriſtus eſſet, ad hunc modum: *Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem Baptiſtam: ex quo tempore regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias, qui venturus erat. Qui habet aures ad audiendum, audiat.* Sedenim per ipſum etiam Iacobum patriarcham prædictum eſt, *duos* CHRISTI *futuros aduentus*: eumque in priore perpeſſionibus ſubditum fore: atque vbi is veniſſet, in genere veſtro neque prophetam, neque regem futurum. Intuli quoque, Gentes in CHRISTVM paſſionibus obnoxium credentes, reditum illius exſpectaturas eſſe. Et propterea per ſimilitudinem atque perobſcure hæc Spiritum ſanctum loquutum eſſe dixi. Hoc autem modo loquutum eſſe retuli: *Iuda, laudauerunt te fratres tui, manus tuæ in dorſo inimicorum tuorum: adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda; ex germine, fili mi, aſcendiſti. Recumbens obdormiuit ſicut leo & catulus: quis excitabit eum? Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de lumbis eius, donec veniant quæ repoſita ſunt ei: & ipſe erit exſpectatio gentium, ligans ad vitem pullum ſuum, & ad clauiculos pullum aſinæ. Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum, fului oculi eius à vino, & candidi dentes eius vt lac.* Porro numquam prius in genere veſtra eſſe deſiiſſe neque prophetam neque principem, ex quo imperium accepit: ne impudenter quidem vel dicere audetis, vel probare poteſtis. Nam Herodem Aſcaloniten, ſub quo paſſus eſt CHRISTVS, allegantes, nihilominus dicitis in genere veſtro fuiſſe ſacrorum antiſtitem; adeo vt etiam tum vobis licuerit, iuxta legem Moſæ, offerre oblationes, & legitima alia cuſtodire: tum autem prophetas ſucceſſione ſua vſque ad Ioannem exſtitiſſe: quemadmodum tum quoque cum Babylonem abductus eſt populus veſter, terra vaſtata, & ſacris vaſis ſublatis, non deſiit eſſe ex vobis propheta, qui dominus, & dux, & princeps populi veſtri fuerit: At poſt IESV CHRISTI noſtri in genere veſtro manifeſtationem & mortem, haud quaquam propheta exſtitit, nec exſtat. Sed & ſub rege proprio eſſe deſiiſtis. Ad hæc & terra veſtra deſolata eſt, & tanquam cuſtodia pomorum derelicta. Quod autem Verbum per Iacobum dixit; *Et ipſe erit exſpectatio gentium*: figuratè duos eius denotauit aduentus, & futurum eſſe vt gentes ei crederent, ſignificauit: quod ſero tandem vobis cernere licet. Quì namque ex gentibus omnibus per fidem in CHRISTVM veri Dei cultores & iuſti effecti ſumus, aduenturum eum denuo exſpectamus. Et illud; *Ligans ad vitem pullum ſuum, & ad capreolos pullum aſinæ ſuæ*: cum operum quæ in priore eius aduentu ab eo ſunt facta, tum gentium quæ in eum credituræ erant, prænuntiatio fuit. Hæ ſiquidem veluti pullus fuere qui neque clitellas geſtauerit, neque iugum ſuper ceruicibus ſuis habuerit? donec CHRISTVS iſte cum veniſſet diſcipulos ſuos ablegauit, & per ipſos eas in diſciplinam ſuam recepit: atque illæ iugum verbi eius ferentes, tergum ad ſuſtinenda omnia obiecerunt. eorum bonorum quæ ab ipſis exſpectarunt, & ab eo ſunt promiſſa, conſequendorum gratia. Atque ipſe Dominus noſter IESVS CHRISTVS, reuera aſinam quãdam cum pullo ſuo in introitu quopiã vici qui Bethphage dictus erat, alligatam Hieroſolyma ingreſſurus diſcipulos ſuos ſibi adducere iuſſit: cui inſidẽs Hieroſolyma peruenit, quod quidem certe vt CHRISTVS faceret, vaticinio aperte eſt prænuntiatum. Atque id ita ab eo factum, & à fidelibus agnitum, CHRISTVM ipſum eſſe, manifeſto oſtendit. Et cum omnia hæc ſint facta, & ex ſacris litteris demonſtrata: vos tamen duricordes eſſe perſeueratis. Prædictum eſt autem hoc futurum à Zacharia, ex duodecim vno, ad hunc modum: *Lætare vehementer filia Sion: iubila, annuntia filia Hieruſalem. Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus, & ſaluans ipſe, & mitis, & pauper, ſubiugali & pullo aſinæ vehens.* Porro quod aſinam ſubiugalem cum pullo ſuo Spiritus propheticus, vna cum patriarcha Iacobo nominauit, atque ea ipſe & diſcipuli eius ſunt vſi, ſicuti dixi: vtrumque enim iumentum adducere iuſſit: prædictio id fuit eorum qui etiam ex veſtra ſynagoga, ſimul cum iis qui ex gentibus venere, in eum credituri erant. Quemadmodum namque Gentium nota fuit pullus, oneribus ferendis non aſſuetus: ita & popularium veſtrorum, aſina clitellaria. Habetis enim quæ per Prophetam vobis impoſita eſt, legem. Iam & per Zachariam prophetam *vapulaturum eſſe hunc* CHRISTVM, *& diſcipulos eius ſparſim diffugituros*, præmonſtratum eſt: id quod & factum. Poſtquam enim eſt cruci affixus, qui cum eo erant, ſectatores eius diſſipati ſunt, quoadusque reſurrexit à mortuis: eiſque perſuaſit, vaticiniis ſic vt pateretur ipſe, denuntiatum eſſe. Proinde hoc illi perſuaſi, in habitabilem orbem omnem ſunt profecti, & iſta docuerunt. Itaque nos in fide & diſciplina eius ſtabiliores ſumus, quod & à prophetis, & ab eis qui per orbem in nomen crucifixi illius credentes, ſpectati ac religioſi, vereque pij facti ſunt, perſuaſionem acceptam habeamus. Quæ autem à Zacharia dicta ſunt, ſic habent: *Framea, excitare ſuper paſtorem meum & ſuper virum populi mei dicit Dominus virtutum. Percute paſtorem, & aſpergen*

A *tur oues eius.* Et illud quod à Moſe eſt in hiſtoriam relatum, & à patriarcha Iacobo prænunciatum *Lauauit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſiue amictum ſuum* ſanguine eius ablutum-iri credentes in eum, ſignificauit. Stolam namque eius vocauit Spiritus ſanctus eos qui per illum remiſſionem peccatorum acceperunt: in quibus continenter virtute adeſt, manifeſto autem adeſt in ſecundo aduentu ſuo. Quod vero Verbum *ſanguinem vuæ* dicit, pereleganter declarauit, ſanguinem quidem habere Chriſtum, verum non ex hominis ſemine, ſed ex Dei virtute. Quemadmodum enim viris ſanguinem non homo creauit, ſed Deus: ſic & ipſius Chriſti ſanguinem non ex humano genere, verum ex Dei virtute, fore prædixit. Prophetia certe iſta quam recenſui, ô viri, Chriſtum non eſſe hominem ex hominibus communi mortalium more genitum, oſtendit. Hîc Trypho reſpondit: Meminerimus & huius declarationis tuæ, cum aliis inſuper argumentis quæſtionem quoque iſtam firmaueris. B In præſentiarum autem, ſermone repetito nobis demonſtra, *alterum Deum præter opificem vniuerſi,* à Spiritu prophetico promulgatum eſſe; ſolem & lunam dicere cauens: quæ ſcriptum eſt, Deo gentibus permiſſa eſſe, vt tanquam deos adorarent: eadem ratione, qua prophetæ ſæpe vtentes dicunt: *Deus tuus, Deus deorum eſt, & Dominus dominorum*; illud nonnumquam adiicientes, *Magnus & fortis & terribilis.* Non enim perinde hæc dicuntur atque ſi dij eſſent? ſed quod, ſicut Verbum & Ratio nos docet eorum qui Dij & Domini habentur, is qui reuera Deus eſt, rerum omnium parens, Dominus ſolus ſit. Nam vt hoc carpendo indicaret Spiritus ſanctus, per ſanctum Dauidem dixit: *Dij gentium*) qui pro diis habentur) *ſimulacra dæmoniorum ſunt, non dij*, & exſecrationem ditam inducit facientibus & adorantibus ea. Tum ego dixi: Huiuſmodi probationes non ſum allaturus, ô Trypho, per quas condemnari hæc & ſimilia ſcio; ſed eius generis, contra quas dicere quidquam nemo poterit nouæ autem alienæque C videbuntur eſſe, quamuis quotidie à vobis legantur: vt inde quoque intelligere queatis, propter vitioſitatem & malitiam veſtram abſcondiſſe a vobis Deum, quo minus ſapientiam in verbis eius perſpiciatis, extra eos quibus iuxta gratiam prolixæ commiſerationis viſcerum ſuorum, vt Eſaias loquit, ſemen reliquit in ſalutem, vt non ad inſtar Sodomitarum & Gomorræorum, internecione prorſus interiret genus veſtrum. Aduertite igitur animum ad ea quæ ex ſanctis Scripturis commemorabo: & non explicatione aliqua, ſed audientia duntaxat opus habent. Moſes, beatus & fidelis miniſter Dei, indicat viſum eſſe ab Abraamo ad ſaltum Mambræ Deum, cum eis qui ſecum fuere duobus Angelis, ad iudicium Sodomitarum miſſis, ab alio qui in ſupercœleſtibus ſemper manet, & à nemine viſus, neque cum quopiam per ſeipſum colloquutus eſt: quem fabricatorem & parentem rerum cunctarum nouimus. Ita enim ait: *Apparuit autem ei Deus ad ſaltum Mambræ, ſedenti ad oſtium* D *tabernaculi, meridiano tempore. Suſpiciens vero oculis vidit, & ecce, tres viri conſtiterant ſupra eum, quos cum conſpexiſſet, occurrit eis obuiam ab oſtio tabernaculi ſui, & adorauit, in terram procumbens, & dixit,* & cætera vſque ad, *Conſurgens autem Abraam mane, venit ad locum vbi conſtiterat coram Domino; & reſpexit in faciem Sodomæ & Gomorræ, & in faciem terræ circumiacentis, & vidit, & ecce, aſcendit flamma e terra tanquam vapor camini.* Et cum ſuperedictum reliqua dicere, percontatus eos ſum, an quæ dixi intellexiſſent. Illi autem reſponderunt, intellexiſſe ſe quidem: nihil autem facere verba allegata ad demonſtrandum alium quempiam Deum aut Dominum eſſe, præterquam qui à Spiritu ſancto eſt dictus, rerum vniuerſarum conditorem. Atque ego rurſum: Quæ dico, perſuadere quoque vobis annitar, Scripturas ſcientibus; *eſſe videlicet, & dici Deum & Dominum alium, præter factorem omnium*: qui & *Angelus* ſiue *Nuntius* vocatur, eo quod annuntiet mortalibus quæcumque annuntiari eis vult vniuerſitatis fabricator: ſupra quem alius Deus non eſt.

E Et denuo repetens quæ commemorauerам Tryphonem interrogaui: Videturne tibi conſpectus eſſe ſub quercu Mambræ ab Abraa Deus, quemadmodum verbum habet? Et ille: Scilicet. An vnus, inquam, erat trium illorum, quos viros Abraæ viſos eſſe Spiritus propheticus ait? Atque ille: Non, ſed conſpectus illi eſt Deus ante trium apparitionem: deinde tres illi, quos *viros* Verbum nominat, angelis extitere: duo quidem eorum miſſi ad Sodomorum excidium; vnus vero vt læto Saræ nuntio, habituram eam eſſe ſobolem, inſinuaret eius quippe rei gratia legatus fuerat, & digrediens rurſum diſceſſit. Quomodo igitur, dixi, qui vnus trium in tabernaculo fuerat, quique dixerat; *In horas reuertar ad te, & Saræ naſcetur filius:* rediens apparet? & Deum ipſum eſſe Propheticus ibi ſermo declarat; Verum, vt quod dico, manifeſtum vobis ſit, audite quæ à Moſe clare ſunt dicta. Sunt vero iſta: *Cum autem vidiſſet Sara filium Agaris, ancillæ Ægyptiæ, qui genitus fuerat Abraæ, ludentem* F *cum Iſaaco filio ſuo, dixit Abraæ: Eijce ancillam iſtam, & filium eius, non enim erit filius ancillæ huius cohæres filij mei Iſaaci. Durum vero admodum viſum eſt verbum iſtud coram Abraamo, de filio eius. Dixit autem Deus Abraæ: Ne durum ſit coram te de puello & ancilla, Omnia quæcumque tibi Sara dixerit, audi vocem eius Quoniam in Iſaaco vocabitur tibi ſemen.* Percunctatus ergo ab eis ſum: Intellexiſtiſne, eum; qui dixerat tum ſub quercu, ſe rediturum eſſe, prout neceſſarium eſſe præſciebat, vt conſilium daret Abraæ, de eo quod ipſum Sara facere volebat, reuertiſſe, ſicut ſcriptum eſt & Deum eſſe, pro eo atque verba denotant, ſic prolata: *Dixit autem Deus Abraæ: Ne durum ſit coram te ſuper puello, & ſuper ancilla?* Et Trypho: Maxime, ait. Verum per hoc non demonſtraſti, alium eſſe Deum quam eum qui viſus eſt Abraæ; quique & aliis patriarchis & prophetis eſt conſpectus: ſed illud probaſti, nos non recte exiſtimaſſe, tres illos, qui in tabernaculo apud Abraam fuere, angelos omnino fuiſſe. Ibi ego rurſum: Etiamſi ex ſacris litteris non poſſim oſtendere vobis, vnum trium il- G lorum & Deum eſſe, & Angelum vocari, ex eo (quemadmodum dixi (quod quibus vult, res ſuas Vniuerſitatis huius opifex annuntiat Deus: rationi tamen conſonum erat vt, qui in terris in viri ſpecie pariter cum duobus angelis ſecum aduenientibus Abraæ apparuit, quique idem ante mundum conditum Deus fuit, eum ipſum mente contemplaremini & conciperetis, vti gens veſtra omnis complectitur & intelligit. Admodum? inquit ille. Sic enim etiam vſque ad hoc tempus fecimus. Et ego rurſum: Ad Scripturas redeamus: perſuadere vobis conabor, *iſtum qui Abraæ & Iacobo & Moſi apparuit, Deuſque eſſe dictus & ſcriptus eſt, alium ab eo eſſe, qui cuncta creauit Deo*, numero dico, non animi conceptione. Nihil enim vmquam eum feciſſe aio, quam quod ipſe qui fecit mundum, ſupra quem alius non eſt Deus, & facere & dicere voluit. Et Trypho: Quod igitur ſit, iam demonſtra; vt & in hoc aſſentiamur tibi, non enim præter ſententiam creatoris rerum vniuerſarum, quidquam ipſum vel facere vel dicere, te ſuſpi- H camur aſſeuerare. Ego autem. Scriptura, inquam, quam dixi, manifeſtum hoc vobis reddet. Verba ſic ſe habent: *Sol exiuit ſuper terram? & Loth ingreſſus eſt Segor: & Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem, à Domino de cœlo & euertit ciuitates iſtas, & omnem circumcirca regionem.* Hic quartus eorum qui cum Tryphone manſerant, inquit; Eum ergo, quem Verbum per Moſen, duobus angelis Sodomam deſcendentibus, *Dominum* etiam vocauit, præter hunc [vniuerſi tamen licet conditorem] Deum & ipſum, qui Abraæ apparuit, dicere neceſſe eſt; Non ea gratia tantum, inquam, quod erat, modis omnibus dictum oportuit: ſed etiam quod præter eum, qui intelligentia comprehenditur, vniuerſorum parentem, alius quidam propriè à Spiritu ſancto dicitur *Dominus*; ac non per Moſen modo, verumetiam per Dauidem, nam & per illum eſt dictum: *Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum:* prout antea recitaui. Atq; iterum

A verbis aliis: *Thronus Deas tuus in ſeculũ ſeculi. Virga dire-
ctionis, virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiã, & odiſti iniquitatẽ
propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo exſaltationis, ſu-
pra participes tuos.* Vtrum ergo aliquem alium vos aſ-
ſeritis Spiritum ſanctum *Dominum* & *Deum* dicere, extra
Patrem vniuerſorũ & Chriſtum eius? dicite mihi: cum ego
receperim vobis, ex ſacris litteris me probaturum, non
vnum ex duobus Angelis Sodomam deſcendentibus eum
eſſe, quem Scriptura Dominum dicit; ſed illum qui
cum eis ab Abrahamo eſt viſus, & Deus dicitur. Et Try-
pho; Proba, ioquit, nam (vt vides) & dies procedit,
& nos ad tam periculoſas reſponſiones non ſumus para-
ti. Neminem enim vnquam iſta inueſtigantem, aut quæ-
rentem, aut demonſtrantem audiuimus: neque te quo-
que diſſerentem ſuſtinuiſſemus, niſi cuncta ad Scripturas
referres: vnde argumenta & demonſtrationes adducere
ſtudio tibi eſt: & nullum ſupra conditorem huius Vni-
uerſitatis Deum eſſe pronuntias. Tum ego; Scitis igi-
B tur, inquam, Scripturam dicere: *Et dixit Dominus ad
Abraham; Quare riſit Sara, dicens: Num verè paritu-
ra ſum? ego vero conſenui: An impoſſibile eſt apud Deum
verbum? ad conſtitutum tempus reuertar ad te in horas,
& erit Saræ filius.* Et paulo poſt: *Conſurgentes autem
viri, inde proſpexerunt in faciem Sodomæ & Gomorræ.
Abraham porro vna cum eis ibat, deducens eos. Domi-
nus vero dixit: Non abſcondam ab Abrahamo ſeruo meo
quæ facio*: Et ruſum poſt pauca ſic ait: *Dixit Dominus:
Clamor Sodomæ & Gomorræ multiplicatus eſt, & peccata
eorum magna admodum. Deſcendens ergo conſpiciam, an
iuxta clamorem, qui venit ad me, conſummentur: ſin mi-
nus, vt ſciam. Et conuerſi inde viri, venerunt Sodomam.
Abraham autem ſtabat coram Domino. Et appropinquans
Abraham, ait: Num ſimul perdes iuſtum cum impio?* &
quæ ſequuntur, non enim viſum eſt denuo eadem ſcri-
bere, cum omnia prius ſcripta ſint: ſed illa referre ne-
ceſſe eſt, quibus Tryphoni & amicis eius demonſtratio
C nem exhibui. Tum ergo ad ea quæ ſequuntur, veni:
*Abijt autem Dominus, poſtquam cum Abrahamo loqui
deſijt. Et ipſe* [*Abraham*] *reuerſus eſt in locum ſuum. Per-
uenerunt vero duo Angeli Sodomam veſperi. Loth autem
ſedebat ad portam Sodomorum*, & quæ ſequuntur, vſque
ad; *Extenſis autem manibus viri rapuerant Loth ad ſe in
domum, & oſtium domus occluſerunt.* Et ſequentia vſque
ad; *Et apprehenderant Angeli manum eius, & manum
vxoris ſuæ, & manus filiarum eius, eo quod parceret ei
Dominus. Et factum eſt, poſtquam eduxerunt eos foras,
vt dicerent: Salua ſaluus animam tuam: nec circumaſpice
retrorſum poſt tergum, nec conſiſte in omni circumcirca
regione. In monte ſaluare, ne quomodo ſimul corripiare.
Dixit porro Loth ad ipſos: Obſecro Domine; quandoqui-
dem inuenit ſeruus tuus miſericordiam coram te, & ma-
gnificaſti iuſtitiam tuam in eo quod in me facis, vt viuat
anima mea. Ego vero non poſſum ſaluari in monte, ne
comprehendant me mala, & non emoriar. En ciuitas hæc
prope eſt, quo confugiam, iſthic exigua. Iſthic ſaluus ero,
D quam modica eſt; & viuet anima mea. Et dixit ei: Ecce
admiratus ſum faciem tuam, atque in verbo iſto non euer-
tam ciuitatem iſtam de qua loquutus es. Feſtina vt ſaluere
iſthic, non enim potero peragere negotium, donec ingredia-
ris eo: propterea vocauit nomen ciuitatis* SEGOR. *Sol exiit
ſuper terram, & Loth ingreſſus eſt Segor. Et Dominus pluit
ſuper Sodomam & Gomorram, ſulphur & ignem, à Domi-
no de cælo: & euertit ciuitates illas, & omnem vicinam
in circuitu regionem.* Atque hic iterum [aliquantulum]
ceſſans, intuli: Etiam nunc non intellexiſtis, amici,
vnum ex tribus & *Deum* & *Dominum*, ei qui in cœlo
eſt adminiſtrare, Dominum duorum Angelorum. Pro-
gredientibus enim illis ad Sodomam, ipſe relictus cum
Abrahamo, eo colloquutus eſt quæ deſcripta ſunt à Mo-
ſe. Quo & ipſo poſt colloquium recedente, Abraham in
locum ſuum eſt reuerſus. Eoque ad Sodomam adue-
niente, iam non duo Angeli verba cum Lotho confe-
runt, ſed ipſe: pro eo atque Verbum indicat, atque is
Dominus eſt qui *à Domino in cælo*, hoc eſt vniuerſorum
parente, accepit vt hæc inferret Sodomitis & Gomor-
ræis quæ Verbum recenſet, ſic inquiens: *Dominus pluit
ſuper Sodomam & Gomorram, ſulphur & ignem, à Domi-
no de cælo.* Et Trypho, me tacente, infit: Quod qui-
dem Scriptura hoc nos fateri cogat, ſatis apparet: id
vero de quo ambigatur dignum eſſe, cum ſcilicet vt di-
citur ediſſe quæ ab Abrahamo inſtructa & propoſita
ſunt, tu quoque ipſe confiteare. Atque ego reſpondi:
Quod quidem ederint, ſcriptum eſt. Si autem quod tres
ederint, dictum eſſe accipiamus, & non duo tantum-
modo, qui Angeli reuera fuere: atque in cœlis, vt no-
bis ſatis patet, illi, quamuis non eodem alimento quo
nos homines vtimur, aluntur: nam de alimonia mannæ
qua patres veſtri in ſolis locis victitarunt, Scriptura ait,
panem Angelorum manducaſſe eos: dixerim, Verbum
quod manducaſſe eos teſtatur, perinde loqui atque ſi
nos de igne aſſeueremus, omnia eum deuorare: minimè
vero dictum ita exaudiendum eſſe, quaſi dentibus, &
maxillis mandentes ederint. Proinde ne hîc quidem in
ambiguitatem quidquam vocauerimus ſi vel minimum
tropologiæ figuratæque loquutionis periti ſimus. Et
Trypho: Poſſunt ſanè iſta, interpretatione huiuſmodi,
quaſi medicina adhibita curari de *edendi modo* per quem
conſumpto cibo ab Abrahamò paratò, eos comeſſe ſcri-
ptum eſt. Quocirca fac rationem nobis explices, quo-
modo iſte ab Abrahamo conſpectus Deus, qui & admi-
niſter eſt creatoris vniuerſorum Dei, ex virgine natus,
homo perpeſſionibus ferendis ſimilis omnibus, ſicuti di-
xiſti, factus ſit. Atque ego; Permitte mihi prius Try-
pho, inquam, probationes quaſdam alias pluribus ad ca-
put hoc adducere, vt de eo vos quoque ſatis ſitis per-
ſuaſi: & poſthac quam petis rationem reddam. Tum ille:
Vt tibi videtur, ait, facito: mihi quidem rem valdè de-
ſideratam facies. Et ego dixi: *Scripturas vobis comme-
morabo*, minimè omnium apparatum verborum, arte
ſola conquiſitorum, oſtendere ſatagens, non enim mihi
vis eſt aliqua iſtiuſmodi: ſed gratia dumtaxat à Deo, vt
Scripturas eius intelligam, data eſt: cuius gratiæ cunctos
gratis & prolixè participes fieri, & precor & hortor: vt-
ne hac quoque de cauſa iudicio ſim obnoxius, quod per
Dominum meum Ieſum Chriſtum, parens rerum om-
nium Deus eſt peracturus. Hîc Trypho: Et hoc ipſum
profecto religione veroque Dei cultu dignum facis. Vi-
dere autem mihi diſſimulatione vti cum dicis, vim te
orationis artificioſæ non tenere. Atque ego ruſum re-
ſpondi: Quandoquidem hæc tibi ita habere videntur,
habeant ſanè: mihi autem verum eſſe quod dixi, per-
ſuaſum eſt. Sed vt potius iam reliquas demonſtrationes
exſequar, animum aduerte. Et ille: Dicito. Ibi ego:
Moſes, inquam, ô fratres, iterum ſcriptum reliquit, *hunc
Patriarchis conſpectum Deum*, qui dicitur, *etiam Ange-
lum & Dominum nominari*: vt inde quoque cognoſcatis,
eum rerum vniuerſarum Patri adminiſtrum eſſe, prout
iam aſſenſi eſtis: & pluribus perſuaſi, ſp. to conſtantes
in ſententia permanebitis. Per Moſen Verbum Dei, res
Iacobi (nepotis ex filio Abrahæ) commemorans, ſic
infit: *Et factum eſt, poſtquam fœtificabant a conceptu
oues, vidi eas oculis in ſomnis: & ecce hirci & arietes,
conſcendentes ſuper capras & oues, candidi, & varij &
cinerei aſperſi. Et dixit Angelus Dei in ſomnis: Iacob,
Iacob: Ego autem dixi: Quid eſt Domine? & ait: Sa-
ſ[?]ec oculis tuis, & vide hircos & arietes conſcendentes
ſuper capras & oues, candidos, & varios, & cinereos
aſperſos. Vidi namque quæcunque tibi fecit Laban. Ego
ſum Deus, conſpectus à te in loco Dei (Bethel) vbi vnxiſti
mihi ſtatuam, & votum vouiſti. Nunc igitur exi, & con-
ſurge de terra hac, & abi in terram natiuitatis tuæ: & ero
tecum.* Atque iterum alio loco de Iacobo loquens, ita
dicit: *Conſurgens autem nocte illa, ſumpſit duas vxores,
& duas ancillas, & vndecim liberos ſuos, & tranſiit va-
dum Iacob: & ſumpſit eos, & tranſiit torrentem, & tran-
ſtulit omnia ſua, relictus eſt autem Iacob ſolus, & luctatus
eſt Angelus cum eo vſque ad diluculum. Vidit autem quod
non ſatis aduerſus eum viribus valeret, & tetigit latitudi-
nem femoris eius: & emarcuit latitudo femoris Iacobi, cum
luctaretur ille carn eo. Et dixit ei: Dimitte me: aſcendit*

A *enim aurora: Ipſe autem ait: Non te dimittam, niſi benedixeris mihi. Dixit vero ei: Non vocabitur nomen tuum* IACOB*, ſed* ISRAEL *erit nomen tuum. Quoniam fortis fuiſti cum Deo, fortis quoque eris cum hominibus: Interrogauit vero Iacob, & ait: Annuntia mihi nomen tuum: & dixit: Quid quæris nomen meum? & benedixit illic ei. Et vocauit Iacob nomen loci illius,* VISIO DEI, *[Phanuel.] Vidi namque Deum facie ad faciem: & gauiſa eſt anima mea.* Et item alibi de eodem Iacobo verba faciens, hæc dicit: *Venit autem Iacob Luzam in terra Chanaan, quæ eſt Bethel, ipſe, & omnis populus qui erat cum eo: & ædificauit ibi altare, & appellauit nomen illius loci* BETHEL. *Illic enim apparuit ei Deus, cum fugeret à facie fratris ſui Eſau. Mortua autem eſt Debora nutrix Rebeccæ, & ſepulta eſt infra Bethel ſub quercu: & vocauit nomen eius, Quercum luctus. Viſus vero eſt Deus Iacobo adhuc ad Luzam, quando adueniens ex Meſopotamia Syriæ, & benedixit ei. Et dixit ei Deus: Nomen tuum*
B IACOB *non vocabitur vlterius, ſed* ISRAEL *erit nomen tuum.* Deus vocatur, & Deus eſt, & erit. Hic cum ſimul omnes capitibus annuerent, ego dixi: Neceſſarium arbitror eſſe, vobis etiam referre verba, quibus commemoratur quomodo ipſi fugienti fratrem Eſaum, apparuerit iſte & *Angelus*, & *Deus*, & *Dominus*, qui & Abrahæ in forma viri conſpectus, & in ſpecie hominis cum Iacobo luctatus eſt, ſunt autem iſtiuſmodi, *Et exiit Iacob à puteo iuramenti, [de Berſabee,] profectuſque eſt in Charran, & venit ad quendam locum, & ſomno ſopitus eſt ibi, occiderat enim ſol, & accepit de lapidibus loci, & poſuit ad caput ſuum: & obdormiuit in loco, & ſomniauit. Et ecce ſcala firmata in terra, cuius caput pertinebat ad cælum: & Angeli Dei aſcendebant & deſcendebant in ea, Dominus vero innixus ei ſtabat. Hic dicebat: Ego ſum Dominus Deus Abrahæ patris tui, & [Deus] Iſaaci, noli timere. Terra ſuper quam dormis, tibi dabo eam, & ſemini tuo: & erit ſemen tuum tanquam arena terræ, & dilatabitur vſque ad mare, & notum, & boream, & orientem, & benedicentur in te omnes tribus terræ, & in ſemine tuo. Et ecce ego tecum, cuſtodiens te in via omni qua proficiſcere: & reducam te in terram iſtam. Quia non derelinquam te, donec perfecero omnia quæcunque dixi tibi: Et excitatus eſt Iacob e ſomno ſuo, & ait: Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam: Et extimuit, & dixit: Quam terribilis locus iſte: non eſt hoc aliud quam domus Dei, & ipſa porta cæli: Et ſurrexit Iacob diluculo, & accepit lapidem quem ibi poſuerat ad caput ſuum, & conſtituit eum in ſtatuam, & infudit oleum in faſtigium eius: & appellauit Iacob nomen loci, Domus Dei: Vlammaus erat nomen ciuitatis antea.* Hæc cum dixiſſem, Sultinete, inquam, me, ex libro quoque Exodi vobis demonſtrantem, quemadmodum idem ipſe & *Angelus*, & *Deus*, & *Dominus*, & *Vir*, & *Homo* Abrahæ & Iacobo viſus, in igne flammæ è rubo apparuerit & colloquutus ſit Moſæ. Atque illis ſe citra moleſtiam libenter & alacriter audituros dicentibus, intuli: Hæc porro ſunt in libro qui inſcribitur Exodus: *Sed enim poſt dies multos illos mortuus eſt rex Ægypti, & ingemuerunt filii Iſraël ab operibus* [illegible] *, vſque ad, Vadens congrega ſenatum Iſraëlis, & dices ad eos: Dominus Deus patrum veſtrorum apparuit mihi, Deus Abrahæ, & Deus Iſaaci, & Deus Iacobi, dicens: Viſitatione viſito vos, & quæcunque acciderunt vobis in Ægypto.* Ad hæc adieci: Intelligitis, ô viri inquiens, quod quem Moſes affirmat Angelum in igne flammæ ſecum colloquutum eſſe, idem ipſe, cum Deus ſit, Moſæ declaret, ſe eſſe Deum Abrahæ, & Iſaaci, & Iacobi. Et Trypho: Non hoc, inquit, ex verbis recitatis intelligimus: verum, Angelum quidem in ignis flamma apparuiſſe, Deum autem cum Moſe colloquutum eſſe: ita vt & Angelus & Deus, duo ſimul tum in viſione extiterint. Et ego contra reſpondi. Eſto, tametſi hoc tum factum ſit, ô amici, vt & Angelus & Deus ſimul in viſione Moſe oblata fuerint: pro eo atque demonſtratum vobis eſt per verba ſupra ſcripta: tamen non conditor. Vniuerſitatis huius Deus is fuerit qui Moſæ dixit, ſe Deum eſſe Abrahæ, & Deum Iſaaci, & Deum Iacobi, quique factoris rerum omnium voluntati miniſtret, & in iudicio Sodomorum, conſilio & voluntati eius itidem miniſtrauerit: adeo vt quamuis ſic, vti affirmatis, res habeat, duos ſcilicet fuiſſe, Angelum & Deum: nemo tamen, cui vel minimum mentis ſit, auctorem & parentem Vniuerſi ſuper cœleſtia omnia reliquiſſe, & in puſilla terræ parte ſeſe exhibuiſſe, dicere ſit auſurus. At Trypho: Quando iam demonſtratum eſt, eum qui Abrahæ apparuit, & *Deus* atque *Dominus* appellatus eſt, à *Domino in cælis*, quæ terræ Sodomitarum illata ſunt, accepta intuliſſe, & nunc *Angelum* ſeu *Nuntium* quoque fuiſſe, cum eo qui Moſæ exhibitus eſt, *Deum* & ipſum: Deum qui è rubo Moſen compellauit, non creatorem Vniuerſitatis huius Deum intelligemus fuiſſe; ſed eum qui & Abrahæ, & Iſaaco, & Iacobo, prout probaſtis manifeſtatus eſt: & *Angelus* ſiue *Nuntius* rerum cunctarum conditoris Dei eo vocatur & intelligitur, quod res Patris & Factoris omnium mortalibus annuntiet. Et ego rurſum: Iam, ô Trypho, demonſtrabo, in viſione Moſæ hunc ipſum ſolum,
F qui & *Angelus* ſeu *Nuntius* vocatur, & *Deus* eſt, apparuiſſe & verba commutaſſe cum Moſe. Sic enim Verbum infit: *Apparuit autem ei Angelus Domini, in igne flammæ e rubo: & vidit rubum ardere igni, rubus vero non comburebatur. Moſes ergo dixit: Vadens inſpiciam viſionem hanc magnam, quod non comburitur rubus. Poſtquam autem vidit Dominus quod accederet videndi gratia, vocauit eum Dominus e rubo.* Itaque quemadmodum Verbum eum, qui in ſomnis apparuit Iacobo, *Angelum* appellat: deinde eum ipſum qui ſomnis apparuit. *Angelum* ipſi dixiſſe ait, *Ego ſum Deus à te conſpectus, cum à facie fratris tui Eſau fugeres*: & ſub Abrahamo in iudicio Sodomorum, *Dominum à Domino in cælis* iudicium intuliſſe dixit: ad eundem modum & hic Verbum *Angelum Domini* Moſæ apparuiſſe dicens, ac deinceps *Dominum* eum eſſe & *Deum* declarans, eundem (& illum ipſum) denotat, quem & pluribus per ea quæ dicta ſunt, adminiſtrum eſſe Deo ſupermundano, ſupra quem alius
G non eſt, ſignificat. Aliud vero etiam vobis, ô amici, inquam, ex ſacris litteris producam teſtimonium, principium ante creaturas omnes Deum genuiſſe ex ſe *Virtutem* quandam *rationalem*: quæ quidem & *Gloria Domini* à Spiritu ſancto vocatur, nonnunquam autem *Filius*, aliquando *Sapientia*, quandoque *Angelus*, interdum *Deus*, aliquando *Dominus*, & *Verbum*: fuit quando *Archiſtrategum* ſeipſum dixit, in hominis forma, Ioſuæ Nauæ filio apparens. His enim nominibus omnibus appellari habet, cum ex paterni conſilii & voluntatis adminiſtratione, tum ex voluntate Patris generatione. Qualem generationem in nobis quoque quodammodo videmus fieri modo. Verbum enim aliquod proferentes, verbum gignimus: non per reſectionem, ita vt, quod in nobis proferentibus eſt, imminuatur verbum. Et quomodo in igne videmus alium fieri, non decreſcente illo vnde factus eſt alterius accenſio, ſed in eodem ſtatu permanente: quippe qui ex ipſo incenditur, & ipſe apparet, non imminuens illum vnde eſt ſuccenſus. Teſtimonium autem mihi dicet verbum Sapientiæ, quod ipſum Deus iſte eſt, a Patre
H huius Vniuerſitatis genitus: qui *Verbum* videlicet, & *Sapientia*, & *Virtus*, & *Gloria generantis* conſtat, & per Salomonem ita inquit: *Cum annuntiauero vobis ea quæ quotidie fiunt, quæ à ſæculo facta ſunt, memorans recenſebo. Dominus creauit me ab initio viarum ſuarum, ad opera ſua, ante ſæculum fundauit me in principio, priuſquam terram faceret, & priuſquam abyſſos crearet, priuſquam fontes prorumperent aquarum, priuſquam montes conſiderent: ante omnes colles generat me. Deus fecit regionem, & ſolitudinem, & ſumma loca, quæ incoluntur ſub cælo. Cum pararet cœlum, eram cum eo & cum deſignaret thronum ſuum ſuper ventis, cum firmiores faceret ſummas nubes, & cum ſtabiles efficeret fontes abyſſi; cum robuſta conderet fundamenta terræ, eram apud eum, apte componens. Ego eram cum qua gaudebat: quotidie autem lætabar in conſpectu eius, quouis tempore: Quoniam delectabatur orbe ab ipſo conſummato, & delectabar in filiis hominum. Nunc igitur fili, audi me: Beatus*

vir qui exaudiet me. & homo qui vias meas cuſtodiet, excubans in foribus meis quotidie, ſeruans poſtes introitus mei. Exitus enim mei, exitus vitæ. Et paratur eſt voluntas à Domino. Qui vero in me delinquunt, impij ſunt in ipſorum animas: Et qui oderunt me, diligunt mortem. Hoc ipſum, ô amici, quoque dixit verbum Dei per Moſen, indicans nobis quem eodem intellectu *Deum* nominandum eſſe declararit, in creatione hominis hæc dicens: *Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram, & ſecundum ſimilitudinem: & imperet piſcibus maris, & volucribus cœli, & pecoribus, & cunctæ terræ, & omnibus reptilibus ſuper terram. Et fecit Deus hominem; ſecundum imaginem Dei fecit eum: maſculum & fœminam fecit eos, & benedixit eis Deus, dicens: Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini ei.* Et ne deprauantes quæ diximus verba, illa afferatis quæ Rabini veſtri allegant, vel quod ad ſeipſum loquutus ſit Deus, *Faciamus*: ſicut & nos, facturi quidpiam, perſæpe ad nos ipſos dicimus, *Faciamus*: vel quod ad elementa, hoc eſt terram, & alia ſimiliter, vnde intelligimus hominem conſtitutum eſſe, Deus dixerit, *Faciamus*: verba rurſus alia à Moſe prolata referam, ex quibus citra ambiguitatem certo ad aliquem, qui & numero alius, & rationalis ſit, ipſum loquutum eſſe, cognoſcere poſſumus. Sunt autem hæc verba; *Et dixit Deus; Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis, vt ſciat bonum & malum.* Itaque, *Quaſi vnus ex nobis*, dicens, tum numerum eorum qui vna eſſent, tum minimum duos indicauit. Haud quaquam namque aut in vero eſſe ipſe affirmauerim, quod quæ apud vos dicitur hæreſis eſſe, opinatur? aut magiſtri eius demonſtrare quiuerint, angelis hoc dictum eſſe, vel angelorum creaturam eſſe corpus humanum. Verum hæc ipſa à Patre reuera edita progenies, ante creaturas omnes vna cum Patre fuit, & cum ea Pater colloquitur? prout Verbum per Salomonem declarauit, *primitus* (ſiue principium) ante creaturas omnes hanc ipſam *Progeniem* à Deo genitam eſſe, quæ *Sapientia* à Salomone vocatur. Quin & per reuelationem Ioſuæ Nauæ filio factam, hanc ipſam exhibitam eſſe dixi. Porro vt manifeſtum inde vobis fiat, inquam, quod aſſero? audite quoque verba ex libro Ioſue deprompta, quæ ſic habent: *Et factum eſt, cum eſſet Ioſue in Hiericho, ſuſpiciens oculis, videt hominem ex aduerſo ſibi ſtantem. Et accedens Ioſue, dixit ei; Noſter ne es, an aduerſariorum? Et ille dixit ei: Ego Archidux virtutis Domini, & nunc adueni: Et Ioſue concidit ſupinus in terram, & dixit illi: Domine quid imperas famulo tuo; Et ait Archidux Domini ad Ioſuen: Solue calceos pedum tuorum. Locus enim vbi ſtas, terra ſancta eſt: Hiericho autem clauſa erat, & munitionibus firmata: & nemo inde progrediebatur, & dixit Dominus ad Ioſuen: Ecce trado in manum tuam Hiericho, & regem qui ibi eſt fortitudine potens.* Et Trypho: Præualide & pluribus, inquit, ô amice, hoc à te eſt demonſtratum: reliquum iam eſt vt oſtendas hunc ſuſtinuiſſe, de Patris ſui voluntate, *ex virgine hominem naſci*, & in crucem agi, & mori, ac poſtea videlicet & reſurrexiſſe, & in cælum reuertiſſe. Atque ego reſpondi: iam & hoc à me probatum eſt, ô viri, in eis quæ antea commemoraui Prophetarum dictis: quæ veſtra cauſa repetens & explicans, dabo operam vt etiam hac de re in ſententiam vos meam adducam. Igitur verbum quod dictum eſt per Eſaiam, *Generationem eius quis enarrabit; quia tollitur à terra vita eius*: an non tibi videtur dicere, non eum ex hominibus habere genus, qui propter iniquitates populi traditus eſſe in mortem à Deo dicitur? De cuius ſanguine, ſicut memoraui, Moſes quoque loquutus eſt, *ſanguine enim vuæ*, in ſimilitudine, *ſtolam ſuam lauaturum* affirmans: ſanguine nimirum eius non ex humano ſemine, ſed voluntate Dei edito. Ex quæ à Dauide ſunt promulgata: *In ſplendoribus ſanctorum tuorum. Ex vtero ante luciferum genui te. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech*: annon ſignificant nobis, quod cœlitus, & ex vtero humano, Deus & parens rerum cunctarum, editurus eum fuerit? Et aliis item verbis, quæ & ipſa prius ſunt recitata: *Thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi. Virga directionis, virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus, oleo exultationis ſupra participes tuos. Myrra, & gutta, & caſia, à veſtimentis tuis, à receptaculis eburneis, vnde exhilararunt te. Filiæ regum in honore tuo. Adſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circumdata, variegata. Audi filia, & vide, & præbe aurem tuam, & obliuiſcere populi tui, & domus patris tui: & concupiſcet Rex pulchritudinem tuam: Quoniam ipſe eſt Dominus tuus, & adorabis eum.* Hiſce ipſis, inquam verbis ſatis diſerte eſt indicatum, ampliſſimum eum habere à rerum creatore, teſtimonium: *adorandum eum* nimirum eſſe, & *Deum* & Chriſtum. Et quod in ipſum credentibus, quaſi vni animæ, & vni ſynagogæ, & vni cœtui, verbum Dei, ſicut filiæ, Eccleſiæ ex nomine eius coactæ, & nominis eius participi (*Chriſtiani* enim omnes nominamur) prædicet, itidem aperte verba hæc annuntiant: quæ nos, vt veterum patriorum morum obliuiſcamur, docent, & ſic habent: *Audi Filia, & vide & præbe aurem tuam: & obliuiſcere populi tui, & domus Patris tui: & expetet Rex pulchritudinē tuam.* Et Trypho: Sit ſane veſter qui ex gentibus eſtis, *Dominus* & Chriſtus & Deus *Deſignatus*, quemadmodum Sacræ ſignificant literæ: qui quidem & ex nomine eius *Chriſtiani* omnes vocari debuiſtis. Nos autem, eius Dei qui & hunc ipſum fecit, cultores cum ſimus, non indigemus eius nec profeſſione, nec adoratione. At ego ad hæc dixi: O Trypho, ſi ita vti vos, contentionis ſtudioſus & vanus eſſem, non perſeueraſſem vobiſcum commutare verba qui operam datis, non vt ea quæ dicuntur intelligatis, ſed vt vos ipſos exacuatis, vt modo quidquam à vobis in medium afferatur. Sed in præſentia, quandoquidem iudicium Dei metuo, non pronuntiabo de genere veſtri quopiam? præter quam ſi qui ex eis ſint, qui ſecundum gratiam Domini Zebaoth ſaluari poſſint. Quapropter, quamuis vos maligne agatis, pergam tamen ad id quidquid eſt, quod in medium G adductum contradicendo proferetis, reſpondere: atque id ipſum omnino aduerſus omnes ex omni genere hominum, de hiſce inquirere & percunctari ex me volentibus, præſto. Itaque quod etiam ex genere veſtro qui ſaluantur, per hunc ipſum ſalutem conſequantur, & in parte eius ſint, ſi animum ad ea quæ antea à me ex Scripturis ſunt producta, aduertiſſetis, profecto iam intellexiſſetis, & me de eo ſcilicet non fuiſſetis percontati. Sed repetam quæ ex Dauide prius à me ſunt dicta: & vos oro, ad conſiderandum etiam & intelligendum, non autem ad callide agendum tantum, vt vos ipſos excitetis. Verba quæ Dauid protulit, ſunt huiuſmodi: *Dominus regnauit; iraſcantur populi: Sedet ſuper Cherubim; commoueatur terra; &, Excelſus eſt ſuper omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno: quoniam terribile & ſanctum eſt: Et honor regis iudicium diligit. Tu paraſti directiones. Iudicium & iuſtitiam in Iacobo tu feciſti. Exaltate Dominum Deum noſtrum, & adorate ſubſellium pedum eius: quoniam ſanctum eſt: Moſes & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Inuocauerunt Dominum, & ipſe exaudiuit eos. In columna nubis loquutus eſt ad eos: Quoniam cuſtodierunt teſtimonia eius, & mandata eius quæ dedit eis.* Sunt & alia ſupra allegata, & à Dauide prolata verba, quæ in Salomonem concepta & ſcripta eſſe, inſipienter aſſeueratis: ex quibus, cum quod in Salomonem non competant, tum quod hic ipſe ante ſolem fuerit, quodque illi qui è populo veſtro ſeruantur, per ipſum ſalui fiant, oſtenditur. Ea ſic habent: *Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis: vt iudicet populum in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio. Excipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam. Iudicabit pauperes populi, & ſaluabit filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Et permanebit cum Sole, & ante Lunam, in generationes generationum*: & reliqua, vſque ad, *Ante Solem permanet nomen eius. Et benedicentur in eo omnes tribus terræ. Omnes gentes beatificabunt eum. Benedictus Dominus Deus Iſraël, faciens admiranda ſolus: Et benedictum nomen gloriæ*

eius,

A *eius, in ſæculum ſæculi. Et complebitur gloria eius omnis terra. Fiat, fiat.* Ex aliis item verbis, per Dauidem itidem editis, quæ quadam ex parte ſupra commemoraui, quod oſtenſum ſit, *cum è ſummis cœlis progreſſurum & in eadem loca rediturum*, in memoriam reuocate: vt & Deum cœlitus profectum, hominemque inter homines factum, & rurſus illum rediturum eſſe cognoſcatis: quem videbunt & plangent qui illum pupugerunt. Verba hæc ſunt *Cœli enarrant gloriam Dei, & opus manuum eius annuntiat firmamentum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam. Non ſunt loquelæ neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exiuit ſonus eorum; & in fines orbis, verba eorum. In Sole poſuit tabernaculum ſuum; & ipſe tanquam ſponſus procedens thalamo ſuo. Exſultabit vt gigas ad currendum viam: à ſummo cœlo exitus eius, & occurſus eius vſque ad ſummum cœlum, & non eſt qui abſcondatur à calore eius.* Hic
3 Trypho dixit: Religione tot Scripturarum territus atque perſuaſus, haud ſcio quid dicam de ea Scriptura, quam edidit Eſaias, per eam ſe Deus nulli alteri de gloria ſua ceſſurum affirmat, ita dicens: *Ego Dominus Deus; hoc nomen meum: & gloriam meam alteri non dabo, neque virtutes meas*, Et ego: Si quidem ſimpliciter, citra malitiam, his verbis prolatis conticuiſſes, neque quæ præcedunt præmittens, neque quæ ſequuntur connectẽs veniam meruerís: ſin ea gratia id feciſti, quod exiſtimaris in dubiũ orationem vocari poſſe, vt dicerẽ Aduerſari inuicem ſibi Scripturas, erras, neque enim vnquam hoc audebo vel in animum inducere, vel eloqui, verum ſi quæ Scriptura, quæ eiuſmodi eſſe videatur, in medium proponatur, & obtentum eum quaſi aduerſaria alteri ſit, habeat: omnibus modis perſuaſum habens, nullam Scripturam ab alia diuerſam eſſe, ipſe me potius, quæ dicta ſint, non intelligere fatebor: atque vt illi qui Scripturis inter ſe non conuenire ſuſpicantur, idem mecum ſentiant, perſuadere contendant. Vt tu autem quæſtionem propoſueris, Deus nouit: ego certe quidem, quomodo hoc Verbum ſit conceptum, vobis in memoriam redigam: vt indequoque intelligatis, Deum Chriſto ſuo ſoli gloriam dare. Sed altius quædam non ita multa, ô viri, quæ dicto à Tryphone prolato cohærent, quæque item per conſequentiam annexa ſunt, repetam verba, non aliunde ſeciſa producens, ſed ita vt ſunt vno contextu coniuncta: & vos ad ea mihi animum aduertite Sunt autem iſta: *Sic dicit Dominus Deus, qui fecit cœlum, & fixit illud; qui firmauit terram, & quæ in ea ſunt, & dat animam populo qui in ea eſt, & Spiritum calcantibus eam. Ego* DOMINVS DEVS *vocaui te in iuſtitia, & tenendam tuam, & fortem faciam te. Et dedi te in teſtamentum generis in lucem gentium: vt aperias oculos cæcorum, educas è vinculis compeditos; & e domo cuſtodiæ, ſedentes in tenebris. Ego* DOMINVS D[illegible] *hoc nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo, neque virtutes meas ſculptilibus. Quæ ab initio fuere, ecce venerunt: noua ſunt quæ ego annuntio. Et priuſquam annuntiata, declarata ſunt vobis. Cantate Domino canticum nouum. Principatus eius à ſummo terræ. Deſcendentes in mare, & nauigantes ipſum, inſulæ, & [illegible] eas. Lætare deſertum, & vici eorum, & villæ. Et habitantes Cedar lætabuntur, & [illegible] petram. A [illegible] montibus clamabunt. Dabunt Deo gloriam, & virtutes eius in inſulis annuntiabunt. Dominus [illegible] egredietur, [illegible] bellum, excitabit æmulationem, & vociferabitur [illegible] inimicos cum fortitudine.* Hæc cum recenſuiſſem, [illegible] ad eos intelligitiſtine, ô viri, Deum annuntiare, daturum ſe huic [illegible] quem in lucem gentium conſtituit, & non alii cuiquam: non ita certe quidem, vt Trypho dixit, perinde atque [illegible] gloriam Deus. Tum Trypho reſpondit: [illegible] hoc quoque: tu vero cætera [illegible] huius loci [illegible] ego rurſum repetita, vnde pri[illegible] oſtenderis [illegible] [illegible] & è virgine genitum [illegible] per E[illegible] vaticinio [illegible] prænuntiat[illegible], vaticinium ipſum denuo recitaui, eſt autem eiuſmodi. *Et adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: [illegible] tibi ipſi ſignum à Domino Deo tuo, in profundum [illegible] Et dixit Achaz: Non petam, neque tentabo Dominum. Et dixit E[illegible] Audite ergo domus* Dauidis: *Parumne vobis eſt, moleſtiam exhibere hominibus: & quomodo Domino moleſtiam exhibetis? Quapropter dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen eius* EMANVEL. *Butyrum & mel comedet. Priuſquam ipſe aut norit aut præferat praua, eliget bonum, [propterea quod priuſquam norit malum aut bonum, repudiat mala, vt eligat bonum.] Priuſquam puellus norit vocare patrem aut matrem, accipiet poteſtatem Damaſci, & ſpolia Samariæ in conſpectu regis Aſſyriorum, & capietur terra. Duriter feres, à facie duorum regum: ſed adducet Deus ſuper te & populum tuum, & ſuper domum patris tui dies, qui nondum venerunt ab eo die, cum abduxit Ephraim à Iuda regem* E
Aſſyriorum. Atque intuli quod in genere Abrahæ, ſecundum carnem, numquam quiſquam è virgine genitus ſit: neque genitum eſſe quemquam dictum fuerit, præter hunc noſtrum Chriſtum, manifeſtum eſſe omnibus. Et Trypho reſpondit: Scriptura non habet, *Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium*; ſed, *Ecce iuuencula in* F
vtero concipiet, & pariet filium: & quæ ſequuntur reliqua, ſicut dixiſti. Prophetia autem tota in Ezechiam eſt dicta: id quod euenta etiam eius, iuxta vaticinium iſtud, indicat. Et in Græcorum qui dicuntur, fabulis dictum eſt, Perſeum è Danae virgine, in auri forma in illam, eo qui apud ipſos Iupiter vocatur, fluente, prognatum eſſe, ac vos eadem cum illis dicentes erubeſcere, & potius hominem ex hominibus editum eſſe Ieſum: & cum ex Scripturis oſtenditis ipſum eſſe Chriſtum, propterea quod legitime & perfecte vixerit, dignum eſſe habitum qui Chriſtus eligeretur, dicere, & non ita prodigioſa loqui audere debetis, vt ne pariter cum Græcis deſipere coarguamini. Atque ego ad iſta reſpondi: O Trypho, illud tibi perſuaſum eſſe volo, & omnibus omnino hominibus, etiamſi ridentes & ſannis ludentes deteriora dicatis, non me tamen à propoſito dimotum iri. Quin potius ego, ex quibus vos refutationem proferre putatis dictis & rebus, ex iiſdem verborum meorum, cum ſacrarum literarum atteſtationibus, perficiam demonſtrationes. Non recte profecto, neque vt veri amantem G
decet, facis: qui illa etiam, de quibus nobis ſemper per aſſentionem inter nos conuenit, (quod propter corda populi veſtri indurata, per Moſen mandata quædam propoſita ſint) ſoluere & euertere molitis. Dixiſti namque, eo Chriſtum lectum eſſe, (ſiquidem eum eſſe demonſtratum fuerit) quod legitime vitam egit. Et Trypho: Tu quippe, inquit, nobis confeſſus es, eum circumciſum eum eſſe, tum legitima alia per Moſen ſancita ſeruaſſe. Cui reſpondi: Confeſſus ſum, & fateor: verum non quod his iuſtificatus ſit, propterea iuſti cauſſe omnia tum confeſſus: ſed vt œconomiam & promiſſam ſibi à Patre ſuo, & rerum omnium conditore, & Domino & Deo mandatam, iuxta illius voluntatem obiret & abſolueret: Si quidem & ea cauſa in cruce ſuſpenſum, & mortuum, & hominem factum eſſe; & ea patiendo quibuſcumque eum qui generis veſtri ſunt, affecerunt, ſuſtinuiſſe fateor. Cæterum, ô Trypho, quando rurſus ab iis diſſenſis quibus antea es aſſenſus, reſponde H
mihi: Qui ante Moſen fuere iuſti & patriarchæ, cum nihil eorum ſeruarint quæ Verbum oſtendit initium conſtitutionis [ſeu mandati] per Moſen accepiſſe: ſeruantur ne in beatorum hæreditate, an minus? Et Trypho: Scripturæ mihi, inquit, confitendi imponunt neceſſitatem. Denuo te interrogo, inquam: Oblationes & victimas ob penuriamne ſuam Deus offerre patres veſtros, an propter duritiam cordis eorum, procliuesque ad ſimulacrorum cultum animos? Hoc ipſum, inquit ille, nos ſimiliter confiteri cogunt Sacræ literæ. Et quod Deus inquam, recepturum nouum Teſtamentum ſe d[illegible] tum eſſe, præter id quod in monte Oreb factum eſt, an iidem Scripturæ prædixere? Atque ille confeſſus eſt. Cur ergo, dixi ego, aliud teſtamentum fore Deus pollicitus eſt, [non ſicut illud eſt diſpoſitum:] atque id eis ſine timore & tremore & fulgetris ordinatum iri dixit? An hoc indicat, vt [illegible] quidem Deum tanquam perpetuum, &

omni generi congruens, & mandatum & opus ordinaſſe: aliquod autem, ad duritiam cordis populi veſtri id commodantem pro eo atque per prophetas etiam vociferatur, ſanxiſſe? Huic quoque ſententiæ aſſentiri, inquit, eos omnino, veritatis amatores qui ſunt, & non contentionis ſtudioſi, oportet. Ego autem: Neſcio quomodo, inquam, tu contentionis ſtudioſos quoſdam nominans, ipſe perſæpe in eo opere eſſe appares, contra ea plerumque veniens, quæ antea comprobaſti. Et Trypho: Rem enim incredibilem, & prope impoſſibilem, demonſtrare molitis, *Deum naſci, & hominem fieri ſuſtinuiſſe.* Si quidem hoc, inquam, humanis doctrinis & argumentis aggreſſionibuſque probare auſpicatus eſſem, minime me vos ferre oportuit. Sin tot ſcripturas in hoc promolgatas iterum iterumque repetens, vos vt eas cognoſcatis, rogo, duricordes ad mentem voluntatémque Dei intelligendam eſtis. Quod ſi ita ſemper manere vultis, ego quidem nihil capiam detrimenti, & eandem quam prius obtinui quam vobiſcum verba conferrem, ſententiam retinens, à vobis diſcedam. Et Trypho: Vides, ô amice, inquit, multo te cum labore & fatigatione ea quæ ſentis aſſequutum eſſe: quapropter & nos probe omnia examine diligenti explorantes, quæ incurrunt comprobare neceſſe habemus, à Scripturis approbata. Et ego ad hæc: Non vos, dixi, oro, vt non quouis modo ea quæ in quæſtionem veniunt? examinare & perpendere contendatis: ſed vt denuo contra ea non veniatis, quibus vos aſſenſiſſe dixiſtis, nihil quod contra dicatis habentes. Et Trypho: Facere hoc, inquit, conabimur. Ad percontationes priores, dixi ego, denuo nunc quoque vos percontari conſtitui, nam per interrogationes eiuſcemodi, diſputationem vtquam primum perficiam, dabo operam. Et Trypho; interroga, inquit. Atque ego dixi: Num alium quempiam in Sacris litteris intelligitis eſſe qui dicatur *adorandus & Dominus & Deus, extra hunc qui Vniuerſitatem hanc condidit*, & Chriſtum: quem per tot Scripturas demonſtratum eſt vobis, hominem eſſe genitum? Et Trypho: Quomodo hoc eſſe, fateri poſſumus; quando tantam quæſtionem, an alius etiam quiſquam ſit, præter ſolum Patrem [Deus,] mouerimus; Et ego rurſum dixi: Perneceſſe eſt vt & hoc vos interrogem; vt ſciam, numquid aliud apud Deum ſentiatis & confiteamini eſſe. Atque ille: Minime, inquit, ô homo. Tum ego rurſum: Hoc igitur vere cum aſſenſu veſtro comprobaueritis, & cum Verbum dicat: *Generationem eius quis enarrabit?* an non iam intelligere debetis, non eum eſſe generis hominis ſemen? Et Trypho: Quomodo igitur Verbum ad Dauidem dicit, quod de lumbis eius accepturus ſit ſibi ipſis filium Deus, & ordinaturus ei regnum, & repoſiturus ipſum ſuper thronum gloriæ ſuæ? Et ego; ô Trypho, inquam, ſi quidem prophetiam quam dicit Eſaias, non ad domum Dauidis diceret: *Ecce virgo in vtero concipiet*; ſed ad domum aliam duodecim tribuum: in dubium fortaſſe res vocari poſſet. Sin & iſta prophetia ad domum Dauidis eſt dicta: ſcilicet id quod ad Dauidem à Deo in myſterio arcane eſt dictum, per Eſaiam, quemadmodum euenturum eſſet, explicatum eſt. Niſi hoc, inquam, ô amici, ignoratis, permulta verba recte, per ſimilitudines, aut ſacramenta, aut ſymbola notáſque operum prolata, eos qui poſt illos, qui talia dixerunt vel fecerunt exſtitere, prophetas expoſuiſſe. Maxime, Trypho inquit. Itaque ſi demonſtrauero, prophetiam hanc Eſaiæ, in noſtrum iſtum Chriſtum conceptam, & non in Ezechiam, ſicut vos perhibetis: an & hac in re, vobis perſuadebo, quo minus magiſtris veſtris credatis, qui aſſeuerare audent, *Interpretationem quam interpretati ſunt Septuaginta duo veſtri ſeniores, cum apud Ptolemæum Ægypti regem eſſent, in quibuſdam locis minus eſſe veram*; Quæ namque aperte in ſacris litteris videntur inſipientem ſuique amantem ſententiam eorum carpere, ea non ita ſcripta eſſe, dicere audent: quæ vero ſe congruenter ad res humanas trahere poſſe exiſtimant, ea non in hunc noſtrum IESVM CHRISTVM dicta eſſe affirmant? ſed in quem ipſi expoſitione ſua detorquere aggrediuntur: qualiter & Scripturam iſtam, qua de nobis præſens eſt diſputatio, torquere vos docuerunt, *in Ezechiam* illam relatam eſſe, aſſerentes, quod quidem, prout pollicitus ſum, falſo eos dicere probabo. Quas autem eis proferimus Scripturas diſertis verbis CHRISTVM *& perpeſſionibus obnoxium & adorandum & Deum eſſe* oſtendentes; & ſupra vobis recitatas: eas in CHRISTVM quidem conceptas eſſe, neceſſitate adducti conſentiunt? hunc ipſum vero CHRISTVM non eſſe, dicere audent: venturum autem, & paſſurum, & regnaturum, & adorabilem Deum futurum confitentur, quod ſane ridiculum iuxta & ſtultum eſt, vt itidem demonſtrabo. Verum cum me res vrgeat prius ad ea quæ à te per deridiculum ſunt prolata, reſpondere, reſponſum ad illa dabo, ac deinceps ad reliqua demonſtranda progrediar. Scito igitur, ô Trypho dicere pergens intuli, eum qui *Diabolus* dicitur, *quæ ad imitationem veritatis falſo apud Græcos aſſimilauit, inſcripta referri, & ſermonibus vulgari curaſſe*: quemadmodum & per Magos in Ægypto opera ſua, & per eos qui ſub Elia fuere pſeudoprophetas, effecit. Atqui ea ſtabilem meam in ſacris litteris cognitionem & fidem reddidere. Quando enim *Bacchum* Iouis filium ex concubitu, quo cum Semel eis mixtus eſt, natum eſſe dicunt; & hunc vitis repertorem fuiſſe, atque dilaniatum mortuumque reſurrexiſſe, & in cælum aſcendiſſe ſcribunt, ac vinum in myſteriis initiiſque eius ſubinferunt: annon, quam ſupra recitauimus à Moſe deſcriptam patriarchæ Iacobi prædictionem, imitatum eum eſſe cogitem? Cum autem *Herculem* fortem, qui omnem peragrarit terram, & ipſum Ioui ex Alcmena genitum, ac mortuum, in cælum perueniſſe ferunt: non ego Scripturam, *fortem tamquam gigantem viam ſuam decurrere*, de Chriſto promulgatam, ſimiliter æmulatos eſſe putem? Porro cum vera adulterando quis falſo renuntiet *Æſculapium* mortuos excitantem, & ægritudines alias curantem: non & hunc in rebus hiſce de Chriſto edita vaticinia itidem imitatum dixerim? Quandoquidem vero non retuli apud vos oraculum Scripturæ huiuſmodi, quod deſignet Chriſtum hæc facturum eſſe: vnius ſaltem neceſſario mentionem faciam: vnde cognoſcere quoque poteritis, quomodo à cognitione Dei vacuis (dico autem gentibus, quæ & oculos habentes non viderunt, & cor obtinentes non ſapuerunt, ex materia fabrefacta ſimulachra adorantes) Verbum prænuntiauerit, ea illas abnegaturas eſſe, atque in hunc Chriſtum ſpes ſuas collocaturas. Sic autem hoc eſt dictum. *Lætare deſerta, ſiticuloſa. Exſultet ſolitaria, & floreat ſicut lilium: & efflorescent & exſultabunt loca ſola Iordanis. Et gloria Libani data eſt ei, & dignitas Carmeli. Et populus meus videbit altitudinem Domini, & gloriam Dei. Fortes eſtote manus remiſſæ, & genua ſoluta. Conſolationem accipite puſillanimes corde: fortes eſtote, nolite timere. Ecce Deus veſter iudicium retribuit, & retribuet. Ipſe veniet & ſaluabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum audient: tunc ſaltabit vt ceruus claudus, & diſerta erit lingua difficulter loquentium. Quoniam erupit in ſolitudine aqua, & vallis in ſiticuloſa: & arida euadet in ſtagna, & in ſiticuloſa terra fons aquæ erit.* Fontem aquæ viuæ à Deo, in ſolitudine cognitionis Dei experte, in terra videlicet gentium, ſcaturire fecit hic Chriſtus: qui etiam in genere veſtro apparuit, atque eos qui à natiuitate ſua, & iuxta carnem morboſi, & ſurdi, & claudi fuere, ſanauit: hunc quidem, vt exiliret, nunc autem vt audiret hunc porro vt cerneret, verbo ſuo efficiens, ac mortuos quoque reſuſcitans, & vitam eis reſtituens, operum ſuorum perſuaſione ætatis eius homines ad cognitionem ſui excitauit. Illi vero, ea etiam fieri videntes, ſpectrum magicum exhiberi, atque præſtigias fieri dicebant & magum eum atque plebis ſeductorem nominare audebant. At ipſe hæc eo quoque faciebat, vt in ſe crediturIs perſuaderet, quamuis in detrimento & vitio quopiam corporis quis conſtiturus eſſet, diſciplinam autem à ſe traditam ſeruaret, quod incolumem eum, integrumque

A ex parte omni, in ſecundo aduentu ſuo, præterea vero & immortalem, & incorruptibilem, & indolentem ſit reſtiturus. Porro quando illi quæ *Mirrhæ initia* tradunt, è petra eum natum eſſe memorant & ſpelæum ſiue ſpecum nominant eum locum, vbi initiari ei credentes perhibent, non ego hic, quod à Daniele eſt dictum, lapidem abſque manibus abſciſſum de monte ingenti, [& quod ab Eſaia eſt promulgatum] eos ſequutos eſſe, atque hæc conſimiliter inſtituiſſe ſciam? cuius propheticæ promulgationis etiam verba omnia imitari ſunt conati. Nam & iuſte recteque agendi præcepta vt apud illos dicantur, arte quadam effecerunt. Vt autem verba Eſaiæ vobis, quorum mentio eſt illata, proferam, neceſſe eſt: vnde hæc ita ſe habere cognoſcatis. Sunt vero talia: *Audite qui longe eſtis, quæ fecerim: & cognoſcent propinquantes fortitudinem meam. Deſciuerunt in Sione iniqui: Corripiet tremor impios. Quis annuntiabit vobis locum ſempiternum? Ambulans in iuſtitia, loquens viam rectam, odio habens iniquitatem & iniuſtitiam, & manus obtinens puras à muneribus; obturans aures, vt ne audiat iudicium ſanguinis iniuſtum, conniuens oculis, vt ne videat iniuſtitiam: hic habitabit in excelſo ſpecu petræ fortis. Panis dabitur ei, & aqua eius fidelis. Regem cum gloria videbitis, & oculi veſtri longe proſpicient. Anima*
B *veſtra meditabitur timorem Domini. Vbi eſt litteratus? Vbi ſunt conſiliarij? vbi eſt eos dinumerans qui aluntur? paruum & magnum populum? Quorum conſilia non agitarunt, neque profunditatem vocum ſcierunt, ita vt non audiret. Populus vitioſus, & non eſt audienti ſcientia.* Quod quidem in hoc quoque vaticinio de *pane* agatur, quem Chriſtus nobis noſter tradidit, in commemorationem corporationis propter credentes in eum, quorum cauſa patibilis eſt factus, facere; & de *poculo*, quod in recordationem ſanguinis ſui tradidit gratias agentibus facere, ſatis apparet. Et quod regem hunc ipſum cum gloria conſpecturi ſimus, prædictio ipſa declarat. Quod item populus qui in illum crediturus eſſe præcognitus eſt, meditaturus ſit timorem Domini, prænuntiatum id eſſe, verba prophetiæ clamitant. Præterea quod, qui exiſtimati ſunt litteras Scripturarum ſacras ſcire, & qui prophetias audiunt, intelligentiam non habeant, Scripturæ itidem ipſæ præſentes vociferantur. Cum vero, ô Trypho, inquam, *Perſeum* è virgine prognatum audio: & id ipſum æmulatum eſſe ſeductorem Serpentem intelligo. Verum enimvero Magiſtris veſtris fidem non habeo, qui non aſſentiuntur, bene interpretationem à Septuaginta, qui apud Ægyptiorum regem Ptolemæum fuere, ſenioribus, eſſe inſtitutam: ſed ipſi interpretari & exponere Scripturas contendunt. Ac quod illi *multos & integros prorſus locos illarum, ex tranſlatione eorum qui cum Ptolemæo fuere Seniorum ſuſtulerint, in quibus clare hunc ipſum crucifixum, Deum & hominem eſſe, cùmque in cruce pendere, & mori prænuntiatum eſſe* oſtenditur, ſcire vos volo. Quos locos, quia omnes negare qui generis veſtræ ſunt, compertum habeo, diſputationibus huiuſmodi mentem non adhibeo: verum ex eis ſcripturis quæ pro confeſſis adhuc apud vos habentur, teſtimonia quæſtionibus vel mouendis vel ſoluendis, peto, & quaſcumque apud vos protuli, eas agnoſcitis: excepto quod de dictione oraculi iſtius, *Ecce virgo in vtero concipiet*, contradixiſtis; dictum eſſe aſſerentes, *Ecce iuuencula in vtero concipiet.* Et quia recepi me demonſtraturum eſſe, prophetiam eam non in Ezechiam, prout docti eſtis, prolatam eſſe, ſed in hunc meum Chriſtum: demonſtrationem eam proſequar. Hic Trypho dixit: Vt nobis primum dicas, Quænam ſunt, quas omnino inductas abrogataſque eſſe Scripturas aſſeueras, rogamus. Et ego reſpondi; Faciam vt vobis placet. Ex verbis quæ Eſdras de lege & conſtitutione Paſchæ commemorauit, hunc locum abſtulerunt: *Et dixit Eſdras populo: Hoc paſcha Saluator noſter & Perfugium noſtrum. Ac ſi in animum induxeritis, & in cor veſtrum aſcenderit, quod humiliaturi eum ſimus in ſigno, & poſtea ſperaturi in eum: non deſolabitur locus iſte in omne tempus; dicit Deus virtutum. Sin in eum non credideritis, neque au-*
E *dieritis annuntiationem eius, deridiculum eritis gentibus.* Et ex Hieremiæ reſpõſis hæc reciderunt: *Ego vt agnus, qui ad ſacrificandum abducitur. Super me cogitarũt cogitationem, dicentes; Venite, mittamus lignum in panem eius, & exteramus eum è terra viuentiũ, & nomen eius ne memoretur amplius.* Et quia reſectio iſta ex Hieremia adhuc in quibuſdam exemplaribus, quæ in Iudæorum aſſeruantur ſynagogis, ſcripta reperitur: non enim ita diu eſt cum hæc verba reciderunt: quandoquidem ex dictis quoque huiuſmodi probari poteſt, Iudæos conſilium iniiſſe de ipſo Chriſto, decreto, vt eum in cruce ſuſpenſum occiderent, facto: atque idem ipſe, quemadmodum eſt ab Eſaia etiam vaticinio præmonſtratum, indicatur tanquam ouis ad occiſionem abduci, atque hic quoque velut agnus innocens deſignatur: pendentes animi ad maledicendum deſcendunt. Ex Hieremiæ ſimiliter dictis iſta reſecuerunt: *Recordatus eſt Dominus Deus mortuorum ſuorum ex Iſraële, qui obdormierunt in terra aggeris;* [*in tumulis ſcilicet & ſepulcris:*]
F *& deſcendit ad eos, vt euangelizaret, & lato eis ſignificaret nuntio Salutare ſuum.* Ex Pſalmo nonageſimoquinto, quem Dauid cecinit, perpauca hæc abſtulerunt; *A ligno.* Cum enim ad verbum ita fuiſſet dictum: *Dicite in gentibus; Dominus regnauit à ligno:* reliquerunt; *Dicite in gentibus; Dominus regnauit.* In gentibus autem, de nullo vmquam, tanquam de Deo & homine dictum eſt, ex generis veſtri hominibus, quod regnauerit, præterquam de ſolo hoc Crucifixo: quem etiam à mortuis reſurgentem ſaluatum eſſe in eodem Pſalmo Spiritus ſanctus dicit non eſſe eum ſimilem gentium diis oſtendens, illa enim eſſe ſimulacra dæmoniorum. Verum vt quod dictum eſt intelligatis, totum vobis recitabo Pſalmum, qui ſic habet: *Cantate Domino canticum nouum; cantate Domino omnis terra. Cantate Domino; & benedicite nomini eius. Late annuntiate de die in diem Salutare eius: renuntiate in gentibus gloriam eius: Quoniam magnus Dominus, & terribilis valde. Terribilis eſt ſuper omnes deos: quia omnes dij gentium, dæmonia: Dominus autem, cœlos fecit. Confeſſio &*
G *pulchritudo coram eo: Sanctificatio & magnificentia in ſanctuario ſuo. Inferte Domino patriæ gentium; inferte Domino gloriam in nomine eius. Capite victimas, & ingredimini in atria eius. Adorate Dominum in atrio ſancto ſuo. Moueatur à facie eius omnis terra. Dicite, In gentibus Dominus regnauit* [*à ligno: Quoniam rectificauit orbem terrarum, qui non commouebitur: Iudicabit populos in æquitate. Lætentur cœli, & exſultet terra. Mouebitur mare, & plenitudo eius. Gaudebunt campi, & omnia quæ in eis ſunt. Exſultabunt omnia ligna ſiluæ à facie Domini: quia venit, quia venit iudicare terram. Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia, & populos in veritate ſua.* Et Trypho inquit: An pro eo atque ais, in Scripturis aliquid detraxerint aut depravarint principes populi, Deus ſcire poteſt: videtur autem hoc incredibile. Incredibile profecto, ego dixi, videtur. Magis enim eſt horrendum, quam vituli conſecratio illa quam in terris fecerunt, qui manna ad ſaturitatem impleti fuerant; & quam liberorum dæmoniis mactatorum ſacrificium, aut prophetarum ipſorum occiſio. Sedenim, inquam, mihi exiſtimate, eas vos H non audiſſe quas illos ſurripuiſſe dixi, abunde enim & abunde ſufficiunt tot à nobis allegatæ Scripturæ, ad probationem eorum quæ ſunt in quæſtionem deducta, vna cum eis quæ adhuc proferentur, & apud vos ſeruantur. Et Trypho: Quod rogatu noſtro, inquit, eas commemoraueris, ſcimus. Pſalmus autem iſte, quem poſtremum ex Dauidis oraculis recitaſti, non in alium mihi videtur eſſe promulgatus, quam in eum Patrem qui & cœlos & terram fecit. Tu vero illum cantatum eſſe affirmas in paſſionibus ſubditum iſtum; quem Chriſtum eſſe magno contendis opere. Et reſpondi: Dictione ea quam in Pſalmo hoc Spiritus ſanctus protulit, me dicere exiſtimate, rogo, & ita neque male me dicere, neque vos reuera demulſos eſſe cognoſcetis. Hoc namque pacto & multa alia intelligere poteritis, à Spiritu ſancto prolata, cum intra vos ipſos ſoli vobiſcum fueritis: *Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra. Cantate Domino; & benedicite nomini eius. Late annũtiate de die in*

diem Salutare eius; in omnibus populis mirabilia eius. Vt Deo, & Patri vniuerſarum rerum canere & pſallere perſeuerent, eis præcipit qui ex omni terra cognouerunt ſalutare hoc Sacramentum & arcanum, hoc eſt Paſſionem Chriſti, per quam ipſos ſaluauit: quandoquidem cognouerint laudabilem eſſe, & terribilem, & conditorem cœli & terræ eum, qui Salutare iſtud ſeu Salutis pretium generis humani ergo inſtituit; eo etiam illum dignatus honore, vt, poſtquam in crucem actus mortem obiit, à mortuis reſuſcitatum, regem fecerit omnis terræ. *Et populus iſte conſurgens, fornicabitur poſt deos alienos, in terra in quam ingreditur vt habitet in ea. Et derelinquent me, & diſſipabunt teſtamentum meum, quod teſtatus ſum eis in die illo. Et derelinquam eos, & auerſam faciem meam ab eis: Et erit deuoratio: & inuenient eam mala multa & anguſtia. Et dices die illo: Propterea quod non eſt Dominus Deus meus in nobis, inuenerunt me mala iſta. Ego autem auerſione auertam faciem meam ab eis die illo, propter omnes prauitates quas fecerunt: quia conuerſi ſunt ad deos alienos.* In libro autem Exodi, quod ipſius Dei nomen etiam Ieſus fuerit (quod dicit neque Abrahæ neque Iacobo declaratum eſſe) & per Moſen in myſterio ſimiliter ſit enuntiatum, nos quoque intelleximus. Sic autem dictum eſt: *Et dixit Dominus Moſi: Dic populo iſti: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, vt cuſtodiat te in via, vt introducat te in terram quam paraui tibi. Obſerua eum, & audi eum: non rebella ei, non enim dimittet te. Nomen namque meum eſt in eo.* Quis igitur introduxerit in terram patres veſtros, iam tandem intelligite: ille videlicet nomine huius cognominatus *Ieſus*, qui prius *Auſes* (ſiue *Oſee*) vocatus fuerat. Hoc enim ſi cum animis veſtris conſideraueritis, etiam illud, quod nomen eius qui ad Moſen dixit, *Nomen namque meum eſt in eo*, Ieſus fuerit, cognoſcetis. Nam & *Iſraël* ipſe vocatus fuit, & Iacobum nomine eo tranſnominauit. Quod ſane illi qui ad mandata eius annuntianda ab eo legantur prophetæ, tum *Angeli*, tum *Apoſtoli Dei* etiam appellentur, in Eſaiæ libro oſtenditur, dicit namque ibi Eſaias; *Mitte me.* Et quod *propheta fortis & magnus fuerit is qui Ieſu nomine eſt cognominatus*, omnibus ſatis conſtat. Quodſi plurifariam ſpecie exhibitum oſtenſúmque eſſe nouimus Deum Abrahæ illi, & Iacobo, & Moſi: quid ita dubitamus & non credimus, de parentis rerum cunctarum conſilio & voluntate, hominem etiam ipſum ex virgine naſci potuiſſe: præſertim cum tot ſacrarum litterarum habeamus oracula, vnde aperte cognoſcere eſt, iuxta conſilium & voluntatem Patris id quoque factum eſſe? Cum namque *tanquam filium hominis* Daniel eum dicit, qui regnum ſuſcipit ſempiternum: an non hoc ſubobſcure ſignificat? Nam cum tanquam filium hominis dicit, qui homo eſſe appareat & ſit, indicat, non autem ex humano exiſtere ſemine declarat: & dum *lapidem hunc ſine manibus abſciſſum* dicit, in myſterio idipſum clamitat. Nam cum dicitur, ipſum abſque manibus abſciſſum eſſe, non humani id operis, ſed diuini eius qui illum produxit, Vniuerſitatis huius parentis Dei, conſilij eſſe [oſtenditur.] Et dum ab Eſaia refertur, *Generationem eius quis enarrabit?* ineloquibile ei eſſe genus declaratur, nemo enim mortalium, ex mortalibus prognatus, inenarrabile genus obtinet. Et quod Moſes dixit, *lauaturum eum eſſe ſtolam ſuam in ſanguine vuæ*: (id quod ſæpenumero vaticinio recte præmonſtratum eſſe, apud vos commemoraui) nonne illud eſt, quod habiturum ipſum ſanguinem eſſe oſtenderit, ſed non ex hominibus? haud aliter quam vuæ ſanguinem non homo generauit, ſed Deus. Atque Eſaias eum *magni conſilij Angelum* appellans, vtrum non eorum præceptorum quæ cum adueniſſet tradidit, doctorem factum eſſe, præconio ſuo renuntiauit? Res enim magnas, quas in conſilio ſuo conſtituerat Pater, erga homines omnes ſibi placitos & placituros, & aduerſus eos qui à voluntate eius deſciuiſſent, homines iuxta & Angelos, vnicus ipſe clare & aperte docuit, dicens: *Venient ab Oriente & Occidente, & accumbent cum Abrahamo & Iſaaco & Iacobo in regno cælorum: filij vero regni, eijcientur in tenebras extremas.* Et, *Multi dicent mihi die illo: Domine, Domine, an non in nomine tuo edimus & bibimus & prophetauimus, & dæmonia eiecimus? & dicam eis: Diſcedite à me.* Et alibi aliis verbis condemnaturum ſe indignos, qui non ſaluabuntur, atque eis dicturum affirmauit: *Abite in tenebras exteriores, quas parauit Pater, ſatanæ & Angelis eius*, & rurſus aliis verbis ait; *Do vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones* [*& ſcolopendras,*] *& ſuper omnem virtutem inimici.* Et nunc nos, qui in crucifixum ſub Pontio Pilato Ieſum Dominum noſtrum credimus, dæmonia cuncta ſpiritúſque malignos adiurantes, ſub poteſtate eos noſtra ſubditos habemus. Quandoquidem namque recte à ſacris vatibus prædictum eſt, Chriſtum patibilem fore, ac poſtea omnibus imperaturum: à nemine hoc intelligi potuit, quoad ipſe diſcipulis perſuaſit, in Scripturis diſertis verbis expreſſum id eſſe. Priuſquam enim in crucem ageretur, vociferatus eſt: *Oportet filium hominis multa pati, & reprobari à Scribis & Phariſæis, & crucifigi, & tertio die reſurgere.* Et Dauid *cum ante Solem & Lunam ex vtero natum iri*, iuxta conſilium & voluntatem Patris, cecinit: & *Deum fortem & adorandum eſſe* Chriſtum declarauit. Et Trypho ait: Quod quidem hæc tot & tanta ſatis ſint ad perſuadendum religione ſua idonea, tibi ſuffragor. Quorum autem te rationem poſco, & tu te ſæpe demonſtrationem allaturum propoſuiſti, ea ſcire volo. Ad finem ergo & locum hunc Eſaiæ perducito, vt norimus, quonam modo probes, in veſtrum iſtum Chriſtum eſſe pronuntiatum, nos enim illum in Ezechiam aſſerimus prædictum eſſe. Ego porro; Vt vultis, inquam, hoc etiam faciam. Vos autem prius mihi demonſtrate, in Ezechiam prolatum eſſe, quod antequam is nouerit vocare patrem aut matrem, Damaſci virtutem ceperit, & ſpolia Samariæ, in conſpectu regis Aſſyriorum, nam vobis non permittetur, ita vt vultis, exponere, quod Ezechias bellum geſſerit aduerſus Damaſcum, aut in Syria, coram rege Aſſyriorum *Priuſquam namque puellus norit vocare patrem aut matrem*, propheticus ſermo inquit *accepturum eum eſſe virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ, in conſpectu regis Aſſyriorum.* Niſi enim cum appendice hæc dixiſſet Spiritus propheticus, *Antequam norit puellus appellare patrem aut matrem, capiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ*: ſed tantum retuliſſet. Et pariet filium, & accipiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ: dicere poſſetis, quandoquidem Deus præſciuiſſet fore vt hæc ipſe caperet, eum prædixiſſe, ſed cum acceſſione iſta, prophetia enuntiata eſt: *Antequam norit puer appellare patrem aut matrem, capiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ.* Ac vos alicui vnquam Iudæorum hoc accidiſſe, probare non poteſtis: nos autem demonſtrare quimus, factum eſſe in Chriſto noſtro. Nam ſimul is natus eſt, Magi ab Arabia aduenientes adorarunt eum, cum prius ad Herodem in terra veſtra tunc regnantem adiiſſent: quem Vergum *regem Aſſyriorum* vocat, propter iniquum & impium eius animum. Scitis enim, inquam, perſæpe *per comparationes & ſimilitudines Spiritum ſanctum talia proferre*: quemadmodum & ad omnem populum Hieroſolymitanum fecit, identidem ad eos inquiens: *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa.* Herodes namque iſte rex, cum ad ſe ab Aſſyria veniſſent Magi, & dixiſſent, è ſtella in cœlo apparente, ſe cognouiſſe, *regem in regione veſtra genitum eſſe, & Venimus ad adorãdum eum*: ex ſenioribus veſtris, in Bethleem natum intellexit, dicentibus, in Propheta ita ſcriptum eſſe: *Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es inter principes Iuda, ex te enim prodibit dux, qui gubernabit populum meum;* [*& egreſſus eius ab initio a diebus æternitatis.*] Porro Magi Arabes cum perueniſſent Bethleem, & adoraſſent puellum, & protuliſſent ei munera, aurum, thus, & myrrham: deinde per reuelationem occultam, adorato in Bethleem puero, iuſſi ſunt ad Herodem non reuerti. Ac Ioſeph etiam Mariæ ſponſus, conſilium primum cepit, Mariam ſponſam repudiandi, exiſtimans eam grauidam eſſe ex conſuetudine viri, hoc eſt è ſtupro: ſed per viſionem iuſſus eſt, non reiicere vxorem ſuam, Angelo qui

ei apparuit confirmante, ex Spiritu ſancto eam ventrem ferre. Timore igitur perculſus, non repudiauit eam, ſed cum ſenſus tum primus ſub Cyrenio in Iudæa ageretur, profectus eſt à Nazareth, vbi domicilium habebat, in Bethleem, vnde oriundus erat; vt cenſeretur, nam genus ab ea, quæ terram illam habebat, tribu iuda docebat. Atque idem iubetur cum Maria in Ægyptum tranſire, & ibi cum puello manere; donec ei rurſum, vt in Iudæam redirent, reuelaretur. Nato autem cum puero in Bethleem, quia Ioſeph in vico eo non habuit quo diuerteret, in ſpecum quendam vico proximum conceſſit. Atque ibi cum eſſent, enixa eſt Maria Chriſtum, & in præſepi poſuit, vbi eum ex Arabia venientes, inuenere Magi. Quod vero & Eſaias de ſymbolo arcanóque ſpecus vaticinio ſuo præloquutus ſit, vobis, inquam, recenſui: & eorum gratia qui hodie vobiſcum venêre, locum eum repetam, dixi, & verba Eſaiæ, quæ antea ſcripſi, denuo commemoraui: illud inſuper addens, propter verba eiuſcemodi, eos qui Mithræ myſteria inſtituerunt, in loco qui apud illos *Spelæum* ſiue *Specus* vocetur, ſuos initiare, ſacráque ſua arcana, peragere, diaboli inſtinctu incitatos Sedenim Herodes, non reuertentibus ad ſe, pro eo atque illos vt facerent rogauerat, Magis Arabicis, ſed iuxta mandata accepta alio itinere in regionem ſuam redeuntibus: cum & Ioſeph vna cum Maria & puello, ſicut & ipſi reuelatum fuerat, in Ægyptum iam ſeceſſiſſet: puerum, ad quem adorandum Magi venerant, non noſcens, omnes prorſus pueros in Bethleem iugulari præcepit. Atque hoc ita fore, Spiritus ſanctus per Hieremiam vatem præloquutus eſt hoc modo: *Vox in rama audita eſt ploratus & fletus multus, Rachel complorans filios ſuos; & noluit conſolationem admittere, propterea quod non ſint.* Itaque propter vocem quæ audienda erat à Rama hoc eſt ab Arabia, (eſt enim vſque ad hunc diem locus in Arabia, nomine *Rama*) ploratus correpturus fuerat locum vbi Rachel coniunx Iacobi, Iſraël cognominati, patriarchæ ſancti, ſepulta eſt, hoc eſt Bethleem: mulieribus complorantibus filios ſuos interfectos, neque conſolationem in eo quod ipſis euenit, habentibus. Nam quod Eſaias dixit: *Accipiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ*: maligni dæmonis Damaſcum incolentis poteſtatem ſignificauit debellatum iri per Chriſtum, quamprimum genitus eſſet, quod in eo oſtenditur factum eſſe. Magi enim, quos prædatum fuerat dæmonium illud, ad omnes malas actiones excitatos, cum aduenientes Chriſtum adorauerint, apparet ipſos ab ea poteſtate defeciſſe quæ illos prædata fuerat, & a Verbo oſtenſa eſt habitare Damaſci. Peccatricem autem & iniquam eſſe virtute eam quia conſtat, per comparationem pulchre *Samariam* vocat. Cæterum quod Damaſcus Arabiæ terræ fuerit & ſit, quamuis nunc ei quæ Syrophœnice vocatur, accenſeatur, nec veſtrum aliqui inficiari poſſunt. Quocirca bonum eſſet vos, ô viri, quæ non intellexiſtis, ea à nobis qui gratiam a Deo accepimus, Chriſtianis addiſcere: ac non ita modis omnibus contendere, vt doctrinæ veſtræ obtineant, Deum dehoneſtantes, & doctrinam eius. Quapropter etiam in nos gratia hæc tranſlata eſt, vt Eſaias ait, ita dicens: *Appropinquat mihi populus hic. Labiis ſuis honorãt me, cæterũ cor eorũ procul abeſt à me. Sed fruſtra me colũt, præcepta hominũ & doctrinas docẽtes. Propterea ecce ego adiiciã vt transferã populũ iſtũ, & tranſferã eos: Et auferã ſapientiã ſapientum ipſorum, & prudentiam prudentium abſcõdã.* Hic Trypho ſub indigne quidem ferens & iraſcens, Scripturas tamen veritus, id quod ex vultu eius patebat, ad me dixit: Verba quidem Dei, ſancta ſunt, interpretationes autem veſtræ, arte quadam compoſitæ, ſicut ex explicationibus tuis apparet, ſeu potius blaſphemæ ſunt, nam angelos malignè egiſſe, & deſciuiſſe a Deo, dicis. Tum ego, placabiliorem attentioremque eum voce reddere volens ad me audiendum, reſpondi: Admiror homo, religionem hanc tuam: & eiuſmodi te etiam affectionem de eis obtinere opto *angelis* qui miniſterio fungi ſcripti ſunt, prout Daniel dixit; quod *ab eis tanquam filius hominis adducatur ad antiquum dierum, eique detur regnum omne in ſæcu-* E *lum ſæculi.* Atque vt ſcias, ô homo, inquam, non auſu noſtro inſtituiſſe nos quam carpis expoſitionem, teſtimonium tibi ab ipſo profetam Eſaia, qui *malignos angelos* incoluiſſe atque incolere dicit regionem Ægypti Tanim. Sunt autem hæc verba: *Væ filij deſertores. Hæc dicit Dominus: Cepiſtis conſilium non per me, & fœdera iniſtis non per Spiritum meum, vt adderetis peccata peccatis; maligno agentes, vt deſcenderetis in Aegyptum: me vero non interrogauerunt vt auxilium haberent à Pharaone, & tegerentur vmbraculo Aegyptiorum. Erit enim vobis vmbraculum Pharaonis in confuſionem, & confidentibus in Aegyptiis ignominia: Quoniam ſunt in Tani principes angeli maligni. Fruſtra fatigabuntur ad populum, qui non proderit eis ad auxilium, ſed in probrum & ignominiam.* Sed & Zacharias dixit, quemadmodum ipſe commemoraſti, *diabolum ſtetiſſe à dextris Ieſu ſacerdotis, vt aduerſaretur ei; & [Dominum] dixiſſe: Increpet te Dominus, qui ſuſcepit Hieruſalem.* Ac rurſum in libro Iob ſcriptum eſt, vt & ipſe allegaſti, *angelos veniſſe vt aſſiſterent coram Domino; & diabolum vna cum illis affuiſſe.* F Et à Moſe in principio Geneſis, *ſerpentem qui Euam ſeduxit*, depictum habemus, & diris exſecrationibus deuotum. Et in Ægypto *magos* fuiſſe, qui prope æquari ſunt, prodigiis edendis, virtuti ei quam Deus per fidelem famulum ſuum Moſen perfecit, nouimus, tum autem Dauidem, quod *dij gentium dæmonia* ſint, dixiſſe tenetis. Et Trypho ad hæc ait: Dixi tibi, homo, ſedulo te operam dare, tutus vt ſis in omnibus, ad Scripturas confugiens. Dic autem mihi verum; Fateminine vos, denuo inſtauratum locum hunc Hieruſalem, & populum veſtrum congregatum atque lætitia euectum iri, cum Chriſto ſimul, & patriarchis, & prophetis, & his qui generis noſtri ſunt, aut etiam qui ad nos acceſſerunt proſelytis, priuſquam Chriſtum aduenturum exſpectatis: an, vt videare nos ſuperare in quæſtionibus, eo decurris, vt non inficiere? Et ego: Non eo ſum miſeriæ redactus, inquam, ô Trypho, vt alia quam ſentio loquar. Confeſſus ſum tibi & antea, me quidem & alios plures eadem mecum ſentientes arbitrari id, ſicuti plane ſcitis futurum: multos vero G etiam, qui puræ piæque ſunt Chriſtianorum ſententiæ, hoc non agnoſcere, tibi ſignificaui, Dixi præterea, appellari quidem nonnullos *Chriſtianos*, eſſe autem nullius numinis cultores, & impios hæreticos: quoniam blaſphema omnino, & impia, & ſtulta docent. Porro, vt non tantummodo apud vos me hoc dicere ſciatis, diſputationum harum noſtrarum omnium, quoad potero, opus componam: vbi hoc ipſum me profiteri, quod coram vobis fateor, conſcribam. Non enim homines, aut humanas doctrinas, ſed Deum & diſciplinam ab eo traditam, conſectandam mihi eſſe ſtatuo. Nam tametſi cum quibuſdam verba communicaſtis, qui Chriſtiani dicuntur, atque, hoc ipſum non confitentur, ſed maledicere audent Deo Abrahæ, & Deo Iſaaci, & Deo Iacobi; quique dicunt, non eſſe mortuorum reſurrectionem, verum ſimulátque moriantur, animas ipſorum in cœlum recipi: ne tamen exiſtimetis eſſe Chriſtianos, perinde vt neque Iudæos, ſi quis recte ſcrutetur, dicat eſſe H Saducæos, aut perſimiles hæreſes & ſectas Geniſtarum, & Meriſtarum, & Galilæorum & Hellenianorum ſiue Græcientium, & Phariſæorum, Baptiſtarum, & alios: (ne cum moleſtia me omnia quæ ſentio dicentem audiatis) ſed Iudæos quidem appellari & filios Abrahæ, & confitentes labiis Deum, cor autem illorum longe abeſſe ab eo. Ego autem, & ſi qui rectæ per omnia ſententiæ Chriſtiani ſunt, & carnis reſurrectionem futuram nouimus, & mille annos in Hieruſalem inſtaurata, & exornata, & dilatata: ſicut prophetæ, Ezechiel & Eſaias, & allij promulgant. Sic namque Eſaias de mille iſtorum annorum tempore loquutus eſt: *Erit enim cælum nouum, & terra noua. & non recordabuntur priorum, neque eorum illa venient in cor eorum: ſed lætitiam & exſultationem inuenient in ipſa, quæ ego creo. Quia ecce ego facio Hieruſalem exultationem, & populum meum lætitiam: & exſultabo in Hieruſalem, & lætabor in populo meo: & vlterius in ea non audietur vox ploratus: neque vox clamoris. Et non*

erit amplius ibi immaturâ aliquis ætate, [infans dierum, & ſenex qui non implebit tempus ſuum. Erit namque adoleſcens filius centum annorum: moriens vero peccator filius, centum annorum, & maledictus erit. Et ædificabunt domos, & ipſi incolent: & conſerent vineas, & ipſi comedent germina earum, & vinum bibent: non ædificabunt, & alij inhabitabunt: & non plantabunt, & alij edent. Nam ſecundum dies ligni vitæ, dies populi mei erunt: Opera laborum eorum multiplicabuntur. Electi mei non laborabunt in vanum, neque liberis operam dabunt in exſecrationem: Quoniam ſemen iuſtum & benedictum à Domino erunt, & nepotes eorum cum eis. Et erit priuſquam ipſi clamauerint, ego exaudiam eos: adhuc loquentibus ipſis, dicam; Quid eſt? Tunc lupi & agni ſimul paſcentur, & leo ſicut bos comedet paleas: ſerpens autem terram, velut panem, non inique agent, neque detrimentum capient in monte ſancto; dicit Dominus. In his verbis, inquam, eo quod dictum eſt: *Nam ſecundum dies ligni vitæ, dies populi mei erunt: opera laborum eorum multiplicabuntur:* mille annos in myſterio arcane deſignari intelligimus. Vt enim Adæ dictum eſt, *quo die de ligno edisſet, eo die moriturum etiam eſſe*, ſcimus illum mille annos non impleuiſſe. Nouimus quoque dictum illud, *quod dies Domini ſit ſicut mille anni*, huc pertinere. Et vir apud nos quidam, cui nomen erat Ioannes, è duodecim Apoſtolis Chriſti vnus, in ea quæ illi exhibita eſt Reuelatione, *Chriſti fideles noſtros annos mille Hieroſolymis peracturos eſſe*. præloquutus eſt: ac poſtea vniuerſalem & (vt ſemel dicam) ſempiternam omnium vnanimiter ſimul reſurrectionem & iudicium futurum, id quod & Dominus noſter dixit, quod *nuptum neque daturi neque accepturi, ſed angelis æquales futuri* ſint, vtpote filij Dei reſurrectionis. Apud nos enim hucvſque etiam prophetica exſtant dona, vnde & vos intelligere debetis, quæ olim in genere veſtro fuere, ea eſſe in nos tranſlata. Ac quemadmodum apud vos ſanctorum prophetarum tempore, etiam pſeudoprophetæ erant: ita & apud nos permulti ſunt falſi doctores; quos cauendos eſſe nos Dominus noſter præmonuit: ita vt nihil requiramus, præmonuit: ita vt nihil requiramus, præſcium eum fuiſſe ſcientes rerum earum omnium, quæ nobis poſt reſurrectionem eius à mortuis, & aſcenſionem in cœlum, euentura erant. Nam futurum eſſe dixit vt occideremur, & inuiſi eſſemus propter nomen eius; & vt pſeudoprophetæ & pſeudochriſti multi in nomine eius aduenirent, & ſeducerent in fraudem multos, quod etiam fit. Plures enim impia, blaſphema & iniuſta, ſub nomine eius, adulterinis ſubintroductis doctrinis, docuerunt: & quæ mentibus eorum ab impuro ſpiritu diabolo ſunt iniecta, tradiderunt, atque etiam nunc tradunt. Quos itidem vt vos perſuaſionibus eo traducere contendimus, vt ne errare pergant; compertum habentes, qui cum verum dicere queat, & non dicat, cum à Deo iudicatum iri: proVt per Ezechielem teſtatus eſt Deus, dicens: *Speculatorem poſui te domui Iudæ. Si peccauerit peccator, & non teſtificatus ei fueris; ipſe quidem peccato ſuo peribit, à te autem ſanguinem eius requiram. Si u teſtificatus ei fueris, innocens eris.* Per timorem ergo & nos colloquia inſtituere, & conuerſari cum hominibus ſtudemus, ex Sacrarum litterarum præſcripto; & non per pecuniæ & gloriæ & voluptatum amorem & affectationem, de nulla enim rerum iſtiuſmodi nos quiſquam arguere poteſt. Non ita vt principes populi veſtri viuimus; quos probro inceſſit Deus, verbis huiuſmodi: *Principes veſtri ſocij furum, diligentes munera, perſequentes retributionem.* Quod ſi quos etiam inter nos tales eſſe ſcitis, non continuo ea de cauſa Scripturas & Chriſtum maledictis proſcindite, aut interpretatione ſiniſtra deprauare ſtudete. Nam illud, *Dicit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*: in Ezechiam dictum eſſe, magiſtri veſtri & Rabini exponere ſunt auſi: proinde atque is iuſſus fuiſſet in dextra templi parte ſedere, quãdo per nuntios ſuos minis ipſum rex Aſſyriorum terruit: & per Eſaiam, vt illum non timeret, ei eſt ſignificatum. Et quod quæ Eſaias dixerat, ad rem collata ſint, vt auerſus fuerit rex Aſſyriorum, quo minus oppugnaret Hieruſalem in diebus Ezechiæ: & E
Angelus Domini in caſtris Syrorum ad centum & octuaginta quinque millia virorum ceciderit: & nouimus, & confitemur. Quod autem non in ipſum decãtatus ſit Pſalmus, apertum eſt. Sic enim is habet: *Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Virgam virtutis emittet ſuper Hieruſalem, & dominabitur in medio inimicorum ſuorum. In ſplendore ſanctorum, ante luciferum genui te. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech.* Ezechiam non eſſe perpetuum ſacerdotem [immo ne ſacerdotem quidem] ſecundum ordinem Melchiſedech, quis non fatetur? eundemque non eſſe liberatorem Hieroſolymorum, quis neſcit? Ac virgam virtutis ipſum non emiſiſſe in Hieruſalem, neque dominatum eſſe in medio inimicorum ſuorum; ſed Deum ab eo plorante & lugente hoſtes auertiſſe, cui cognitum non eſt? Noſter porro Ieſus, cum nondum glorioſe aduenerit, virgam virtutis Hieroſolymis emiſit; verbum vocationis F
& pœnitentiæ ad gentes omnes, vbi imperium in eas dæmonia habuerint, vt inquit Dauid: *Dij gentium, dæmonia.* Et Verbum eius validum, permultis perſuaſit vt dæmonia quibus inſeruierant, deſererent, & in omnipotentẽ Deum, per ipſum crederent: quoniã dæmonia ſunt dij gentiũ. Et illud: *In ſplendoribus ſanctorũ, ex vtero ante luciferũ genui te*: Chriſto dictũ eſt, vt ſupra memorauimus. Ac illud etiã: *Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filiũ*: in hunc Chriſtum eſt prædictũ. Nam ſi non è virgine iſte, de quo Eſaias dicebat, naſciturus erat, in quẽ Spiritus ſanctus exclamabat: *Ecce Dominus dabit ſignum: Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet Filium?* ſi perinde atq; alij omnes primogeniti, iſte quoque ex concubitu gignendus erat, quod nam ſignũ non cunctis primogenitis cõmune ſe facere dixit? Enimvero quod vere ſignum eſt, & humano generi credibile futurum erat: hoc eſt, vt *ex virginali vtero Primogenitus creaturarum omnium caro factus, vere puellus fieret*: occupans id per propheticũ Spiritũ, alio atq; alio modo, ſicut vobis recenſui, pronuntiaui: vt cum factũ eſſet, virtute & cõſilio rerum vniuerſarũ cõditoris factũ eſſe agnoſceretur: haud aliter quam ex coſta lateris Adæ vna, Eua G
exſtitit, atque alia animantia omnia verbo Dei ortũ principiúmque ſuum cepere. Vos autem in his quoque adulterare tranſlationes ſeniorum veſtrorum, qui apud regem Ægypti Ptolemæum fuere, auderis: allegantes, non habere Scripturam, ſicut illi verterunt; ſed, *Ecce iuuencula in vtero concipiet*, Quaſi vero magnæ quidquam rei deſignaretur, ſi mulier ex concubitu paritura eſſet, quod quidem iuuenculæ mulieres pleræque faciunt omnes, exceptis ſterilibus: quas tamen & ipſas, cum vult, efficere poteſt, vt prolem gignant, Deus. Nam Samuelis mater infœcunda, per conſilium & voluntatem Dei peperit: & vxor ſancti patriarchæ Abraæ, & Eliſabet, quæ Ioannem Baptiſtam genuit, & aliæ quædam ſimiliter. Quocirca non pro impoſſibili vos habere illud oportet facere Deum poſſe quæ vult omnia: præcipue vero cum quid futurum eſſe, vaticiniis eſt prænuntiatum. Non decet vos vaticinia ipſa auſu temerario vel adulterare, vel H
perperam exponere, nam vobis ipſis tantum iniuriã facietis, Deo autem nihil nocebitis. Prophetiam quoque dicentem: *Tollite portas Principes veſtras; & eleuamini portæ æternæ, vt ingrediatur rex gloriæ*: itidem veſtrum nonnulli in Ezechiam dictam eſſe, exponere non dubitant; aliqui autem in Salomonem: cum fieri nequeat, vt vel in hunc, vel in illum, vel etiam in alium quempiam eorum qui reges veſtri dicti ſunt, conceptam eſſe demonſtretur; præterquam in hunc ſolum Chriſtum noſtrum, qui informis & inhonoratus apparuit: quemadmodum Eſaias & Dauid ait, & Scripturæ omnes: qui eſt Dominus virtutum, per voluntatem concedentis hoc ei Patris: qui & reſurrexit à mortuis, & aſcendit in cœlum: ſicut & Pſalmus, & aliæ Scripturæ declararunt, & *Dominum* ipſum *virtutum* renuntiarunt: quemadmodum & facile eſt nunc vos per ea quæ fieri cernitis, perſuaderi, ſi velitis. Per nomen ſi quidem iſtius ipſius *Filij Dei & Primogeniti creaturæ omnis, & ex virgine geniti*, perpeſſionibúſq;

obnoxij hominis facti, & ſub Pontio Pilato à populo veſtro crucifixi, & mortui, qui & à mortuis reſurrexit, & in cælum aſcendit, *dæmonium omne adiuratum vincitur*, & in ditionem redigitur. Sin vos per nomen quodvis, qui vobis fuere, regum aut iuſtorum aut prophetarum aut patriarcharum adiuretis, non ſubiicietur vobis dæmonium aliquod: cæterum ſiquis veſtrum adiuret per Deum Abraæ, & Deum Iſaaci, & Deum Iacobi, [nam is Chriſtus eſt] fortaſſe ſubiiciatur: Exorciſtæ certe quidem ſeu adiuratores veſtri, iam arte quadam (dixi) velut gentes in adiurationibus vtuntur, & thymiamata & vincula adhibent. Sedenim & *Angelos* & *Virtutes* eſſe, quibus verbum vaticinij Dauidis portas tollere præcipit, vt ingrediatur iſte qui à mortuis reſurrexit, *Dominus virtutum*: iuxta voluntatem Patris Chriſtus Ieſus: aliud eiuſdem Dauidis verbum conſimiliter oſtendit: quod propter eos repetam, qui heri nobiſcum non fuere: quorum nimirum gratia etiam multa heſterno die dicta, denuo capitulatim refero: Atque id ſi nunc quoque apud vos commemoratero, quamuis idem ſæpe recenſeam, non abſurde tamen me facturum eſſe noui. Ridiculum namque fuerit, ſolem videre & lunam & ſidera eandem continue inire viam, & conuerſiones horarum eaſdem efficere; & rationum ſupputatorem virum, ſi ab eo requiratur, Bis duo quantum efficiant, propterea quod ſæpius dixerit, Quatuor non tamen deſiuere Quatuor dicere, atque item alia quæcumque frequenter certoque dicuntur, identidem eodem modo repeti: eum vero, qui ex Propheticis litteris cum aliis colloquendo verba faciat, eas litteras poſthabere, & non eaſdem Scripturas ſemper allegare, ſed ſeipſum melius quidquam, quam Sanctas litteras inuenire & eloqui poſſe, exiſtimare. Itaque verbum, quo ſignificatum eſt, Deum oſtendere *Angelos* in cælo eſſe & *Virtutes*, ſic habet: *Laudate Dominum de cælis; laudate eum in excelſis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius.* Et Mnaſeas quidam nomine, qui cum eis altero die venerat: Gaudemus, inquit, nos, quod eadem repetere noſtra cauſa ſis aggreſſus. Atque ego: Audite, inquam, ô amici, qua Scriptura adductus hoc faciam. Ieſus præcepit & inimicos diligere: Quod & per Eſaiam pluribus verbis eſt promulgatum, in quibus etiam eſt arcanum regenerationis noſtræ, & omnium adeo Chriſtum in Hieruſalem [cœleſti] appariturum expectantium, & operibus ei complacere laborantium. Verba Eſaiæ, huiuſmodi ſunt: *Audite verbum Domini, trementes ad verbum eius. Dicite, Fratres noſtri, ad eos qui odio habent & abominantur vos, vt nomen Domini glorificetur. Viſus eſt in lætitia eorum, atque illi pudore afficientur. Vox clamoris e ciuitate, vox templo. Vox Domini retributionem ſuperbis retribuentis. Priuſquam parturiens gigneret, & priuſquam veniret labor dolorum, peperit maſculum. Quis audiuit tale quidquam, & quis ita vidit: ſi parturiit terra in die vno: ſi vero & peperit gentem nixu vno. quoniam parturiit & progenuit Sion filios ſuos. Ego autem dedi expectationem hanc, & non parienti, dixit Dominus. Ecce ego parientem & ſterilem feci, dicit Dominus. Lætare Hieruſalem, & conuentus agite omnes qui diligitis eam. Gaudete omnes quicumque lugetis ſuper eam, vt ſugatis, & impleamini ab vbere conſolationis eius. vt poſtquam ſuxeritis, delectemini afflatus ab ingreſſu gloriæ eius.* His dictis adieci: Quod autem *ligni crucis*, poſtquam in eo affixus eſt ille, quem glorioſum denuo aduenturum eſſe, ſanctæ oſtendunt litteræ, ſymbolum atque notam lignum vitæ obtinuerit, quod in paradiſo ſatum fuiſſe dictum eſt, eorumque item quæ obuentura erant iuſtis omnibus audite. Moſes cum *virga* ad liberationem populi miſſus eſt: eámque in manibus geſtans, in prima populi fronte mare diſſecuit. Per hanc e petra aquam profluentem vidit. Et *ligno* in Mara in vndam amaram coniecto, dulcem eam reddidit. *Virgis* in lacus aquarum miſſis, Iacob, vt fœtæ fierent oues auunculi ſui quo ex fœtu earum lucraretur, voti compos eſt factus. Virga ſua ſe fluuium tranſiiſſe, idem Iacob gloriatur. Idem *ſcalam* a ſe viſam dixit: cui innixum fuiſſe Deum Scriptura declarauit: & quod is Pater non fuerit, ex Sacris demonſtrauimus litteris. Et E quod *lapidi* oleum infuderit, eodémque loco Iacob ſtatuam à ſe viſo Deo vnxerit: ab ipſo qui illi viſus eſt teſtimonium retulit Deo. Quod item Chriſtus figuratè lapis per multas Scripturas ſit deprædicatus, ſimiliter probauimus. Non minus quoque *chriſma* & *vnguentum* omne, ſiue olei, ſiue aloæ, ſiue aliarum ex vnguentorum compoſitione vnctionum, huius fuiſſe, itidem oſtendimus, verbo dicente: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis ſupra conſortes tuos.* Nam reges omnes & vncti, huic accepto tulerunt, quod & Reges & Vncti vocitati ſint: quemadmodum & ipſe à Patre accepit, quod *Rex* Chriſtus, & *Sacerdos*, & *Angelus* ſit, & quæcumque eiuſmodi alia habet aut habuit. *Virga* Aaronis germen ferens, pontificem eum declarauit. Virgam è radice Ieſſæ naſciturum eſſe Chriſtum, Eſaias proloquutus eſt. Et Dauid, vt *lignum* plantatum ad exitus aquarum: quod fructum ſuum producturum ſit tempore ſuo, & cuius folium non ſit defluxurum, Iuſtum eſſe ait. A ligno conſpe- F ctus eſt Abraæ Deus, ſicut ſcriptum eſt, ad ilicem Mambræ Septuaginta ſalices [ſiue palmas] & duodecim fontes inuenit populus, tranſmiſſu Iordane. Virgâ & baculo conſolationem ſe accepiſſe à Deo, dicit Dauid. Lignum vbi Eliſæus in amnem Iordanem proiecit, ferrum ſecuris extulit; qua filij prophetarum exiuerant vt ligna cæderent, ad ſtructuram domus, vbi legem & præcepta Dei commemorare atque meditari conſtituerant: quemadmodum & nos grauiſſimis peccatis, quæ in nos admiſimus, baptizatos atque ſubmerſos, per ſupplicium capitale crucis in ligno, & per purificationem aquæ, Chriſtus noſter redemit, & domum orationis & adorationis effecit. Et virga fuit quæ Iudam patrem eſſe demonſtrauit eorum qui per ingens ſacramentum e Thamare progeniti ſunt.

Ac Trypho, talia cum dixiſſem: Ne me poſthac, inquit, ſuſpicare, euertendi animo quæ à te proferuntur, percontaturum eſſe quæcumque percontabor: ſed diſcendi ea quæ inquiro voluntate. Dic igitur mihi, cum Verbum per Eſaiam dicat, *Egredietur virga de radice Ieſſæ; & con-* G *quieſcet ſuper eum Spiritus Dei. Spiritus ſapientiæ & intellectus, Spiritus conſilij & fortitudinis, Spiritus cognitionis & pietatis: & replebit eum Spiritus timoris Domini.* Et hæc apud me profeſſus de Chriſto promulgata eſſe, dicere pergis: Cum Deum ipſum prius fuiſſe affirmes, ac de conſilio & voluntate Dei incarnatum, ex virgine hominem natum eſſe aſſeras: quomodo probari poteſt eum prius fuiſſe, qui per virtutes Spiritus ſancti, quas Verbum per Eſaiam dinumerat, completur, perinde atque eis indiguiſſet? Et ego reſpondi: Acutiſſime & prudentiſſime interrogaſti, nam vere hoc dubitationem in ſe habere videtur. Verum vt de his quoque rationem teneas, quæ dicam accipe. Virtutes Spiritus quæ recenſitæ ſunt, Verbum non ita ſuper eum veniſſe ait quaſi indigus earum fuerit: ſed quod acquieturæ in illo eſſent; hoc eſt, in eo finem facturæ: ita vt in genere veſtro non amplius more veteri prophetæ futuri eſſent. quod & oculis ipſi veſtris cernere poteſtis, poſt illum namque nullus omnino apud vos natus eſt propheta. Ac quod prophetæ ve- H ſtri, pro ſe quiſque vnam aut etiam alteram Deo acceptam virtutem reſipientes, ea & fecerint & dixerint quæ nos quoque ex ſanctis percepimus litteris, id vna cum his quæ à me dicuntur, in animis veſtris conſiderate. Nam Sapientiæ ſpiritum Salomon habuit, Intellectus & conſilij, Daniel: Fortitudinis & pietatis, Moſes: Timoris, Elias, & Cognitionis, Eſaias: atque alij etiam ſimiliter aut vnam aut varie aliam quampiam atque aliam obtinuere virtutem; quemadmodum & Hieremias, & duodecim illi & Dauid, & alij omnes, quicumque apud vos fuere ſacri vates. Conquieuit ergo, id eſt quieuit [Spiritus,] cum ille veniſſet: poſt quem œconomiæ & prouinciæ iſtius ſuæ obeundæ temporibus, cum inter homines eſſet, exactis, virtutes eas quieſcere ſiue ceſſare a vobis oportebat & in illo acquieſcentes, denuo, provt vaticiniis eſt præmonſtratum, dona fieri; quæ de gratia Virtutis Spiritus illius; in ſe credentibus ipſe donat, pro eo atque dignum & idoneum quemque

eſſe nouit. Et quod id ita fore à prophetis ſit prædictum, ſecundum eius in cœlum aſcenſionem, cum antea dixi, tum iterum repetens dico. Dictum ergo eſt: *Aſcendit in altum; captiuam duxit captiuitatem; dedit dona filiis hominum.* Ac rurſum in alio vaticinio dictum eſt: *Et futurum eſt poſtea; Effundam Spiritum meum ſuper omnem carnem, & ſuper ſeruos meos, & ſuper ſeruas meas; & prophetabunt.* Eſt apud nos videre & fœminas & maſculos, dona à Spiritu Dei habentes. Quapropter non eo vaticiniis eſt prænuntiatum, in ipſum quæ commemoratæ ſunt ab Eſaia Virtutes venturas, quod per penuriam eis eguerit, ſed quod vlterius non eſſent futuræ. Huius rei vobis teſtimonium ſit, quod apud vos à Magis Arabicis factum eſſe retuli: qui ſimul atque puellus progenitus eſſet, aduenientes, adorarunt eum. Nam in lucem editus, virtutem ſuam obtinuit: & incrementum capiens: iuxta communem aliorum omnium mortalium morem, rebus congruentibus vſurpandis, ſuum cuique auctui & ætati tribuit; alimentis omnibus vtens, & ad annos plus minus triginta durans; quoadvſque Ioannes, aduentus eius præco, & baptiſmi viam præiens, ſicut antea oſtendi, proceſſit. Ac tum Ieſu ad Iordanem flumen adueniente, vbi Ioannes baptizabat, cum Ieſus in vndam deſcendiſſet, & ignis in Iordane accenſus eſt: & reuertente ipſo ex aqua, veluti columbam Spiritum ſanctum deuolaſſe ſuper eum, ſcripſerunt Apoſtoli & legati huius ipſius Chriſti noſtri. Ad amnem eum non ideo veniſſe, pro comperto habemus, quod vel Baptiſmi lauatione, vel Spiritus in ſpecie columbæ aduentu opus ei fuerit; ſicuti nec naſci [& circumcidi] & crucifigi, propter functionis huiuſmodi indigentiam ſuſtinuit: ſed humani generis cauſa, quod per Adam in mortem, & fraudem ſeductionémque ſerpentis conciderat, vt interim propriam pro ſe malignè agentis cuiuſque culpam taceam. Volens namque Deus, & Angelos & homines per liberum arbitrij delectum ſuæ quemque eſſe poteſtatis, vt quiſque quæ pro virili ſua parte poſſet, faceret; tales eos creauit: quo, placita ſibi ſi delegiſſent, à corruptione & pœna omni liberi conſeruarentur: ſin malignè agerent, ſicuti viſum illi eſſet, quiſque torqueretur. Nec illud quoque quod aſinæ inſidens (quod ita facturum eſſe, prophetia præmonſtratum eſſe docui) Hieroſolyma eſt ingreſſus, virtutem ei aliquam in hoc vt Chriſtus eſſet, præſtitit; ſed hominibus Chriſtum ipſum eſſe indicium fecit; pro eo atque per Ioannem quoque indicari eum hominibus opus fuit, vt illi certo ſcirent quinam Chriſtus eſſet. Ioanne namque ad Iordanem ſedente, & lauacrum pœnitentiæ præconio ſuo annuntiante, quia zonam pelliceam & veſtem de cameli pilis textam tantum gerebat, & nihil præterquam ſumma arbuſcularum germina & mel ſilueſtre edebat, homines Chriſtum ipſum eſſe ſuſpicati ſunt. Apud quos ille clamitauit: *Non ego ſum Chriſtus, ſed vox clamantis. Veniet enim fortior me; cuius non ſum dignus aut idoneus vt calceamenta portem.* Et cum ad Ioannem veniſſet Ieſus, & Ioſephi fabri lignarij filius haberetur: informis videlicet, quemadmodum Scripturæ annuntiauerant, apparens, fabérque adeo & ipſe putaretur eſſe; (*fabrilia namque cum in hominibus eſſet, faciebat opera, aratra & iuga conficiens*; per hæc & iuſtitiæ docens ſigna, & vitam non otioſam) ſimul Spiritus ſanctus, propter homines (prout antea dixi) in ſpecie columbæ in eum deuolauit: ſimul vox de cœlo venit, quæ etiam per Dauidem eſt dicta, tanquam ex perſona ſua referentem, quod illi à Patre dicendum erat: *Filius meus es tu: ego hodie genui te:* tum natiuitatem etiam eius contingere hominibus affirmans, cum notio eius contingeret: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Et Tryphon: Quod genus quoque noſtrum omne, inquit, Chriſtum expectet & recipiat, ſcito: quodque Scripturæ quas commemoraſti omnes in ipſum conceptæ ſint, confitemur: & quod præterea Ieſu nomen, quo filius Nauæ cognominatus eſt, & huic rectè ſit inditum, id quoque religioſè perſuaſus probo. Quod vero tam ignominioſè Chriſtus in cruce ſit ſuſpenſus, de eo ambigimus. Maledictus enim eſſe, qui in crucem agitur, in Lege perhibetur. Proinde ad id credendum, admodum adhuc ſum difficilis, nam paſſioni ſubditum eſſe Chriſtum, ſanctas denuntiare litteras, manifeſtum eſt, an autem per eam quæ exſecrationi in Lege ſubiecta eſt, paſſionem mulctatus ſit: ſi de hoc quoque quod demonſtres habes, diſcere volumus. Si quidem non fuiſſet paſſurus Chriſtus, (ad illum dixi ego) nec prophetæ eum ab iniquitatibus populi in mortem abductum, & ignominiâ affectum, & flagris cæſum, & inter iniquos reputatum, & veluti ouem ad occiſionem raptum iri; cuius genus neminem enarraturum eſſe affirmat ſacer vates; prælocuti eſſent: rectè admirationi fuiſſet relictus locus. Sin huc illud eſt quod ipſum denotat & indicat omnibus: qui fieri potuit quin & nos in eum cum magna fiducia crederemus? & quicumque prophetarum ſenſum tenent, hunc ipſum, non alium, Chriſtum eſſe dicent; ſi modo audierint: hunc inquam crucifixum. Itaque & nos, Trypho inquit, ex Sacris inſtitue litteris; vt tibi fidem nos quoque habeamus. Pati enim illum, & tanquam ouem duci ſcimus: an autem in crucem etiam actus, & tam fœdè ignominioſéque ſupplicio per Legem maledictionis diris deuoto mortuus ſit, nobis oſtende, nos etenim, ne in cogitationem quidem indignitatis huius venire poſſumus. Sciſne, inquam, quæcumque dixerunt & fecerunt prophetæ, ſicut & confeſſi eſtis, quod ſimilitudinibus & figuris ea contexerint; vt non facilè plurima ab omnibus intelligerentur; veritatem in ipſis recondentes, vt laborem aliquem ferrent, inuenire & aſſequi eam ſtudentes? Illi autem reſponderunt; Confeſſi hoc ſumus. Audi ergo, dixi, quod conſequitur. Nam Moſes princeps hanc eius, ſicuti videtur, manifeſtè exhibuit exſecrationem, per ea quæ edidit ſigna. Quænam, inquit, iſta dicis? Cum populus, inquam, bellum gereret aduerſus Amalech, & Nauæ filius, Ieſu nomine cognominatus, inter primos pugnaret, Moſes ipſe Deum orabat, manibus vtrimque expaſſis: Hur autem & Aaron eas die toto ſuſtinebant, ne ipſo defatigato demitterentur. Nam ſi quidquam remittebatur de ſigno iſto crucem imitante, prout in Moſæ litteris eſt ſcriptum, populus vincebatur: ſin in ſtatu iſto permanebat, Amalech ſuperabatur. Et qui fortis erat, per crucem fortis, rem præclarè gerebat, non enim propterea quod Moſes ita orabat, populus in prælio ſuperior erat; ſed quod nomine Ieſu in prima acie verſante, ipſe crucis ſignum deſignabat. Quis enim veſtrum ignorat, precationem eam maximè flectere Deum, quæ ad commiſerationem mouendam lacrymis eſt comparata, ab eo qui pronus decumbit, aut in genua procumbit? Ad hunc autem modum in ſaxo reſidens, neque ipſe antea orauerat, neque poſtea alius. Habet etiam *lapis* deſignationem ſuam ad Chriſtum, ſicuti oſtendi. Et aliter vim myſterij crucis indicans Deus per Moſen, in benedictione qua Ioſepho benedixit, ait; *A benedictione Domini terra eius, ex horis cœli, & rore [ſuperne;] & ex abyſſo fontium & aquarum purarum inferne: germina ſolis conuerſionis, & ex coitionibus menſium, & à vertice ſummitatis montium, & à vertice collium & fluminum perennium, & fructuum terræ plenitudinis: & placita acceptaque ei qui in rubo apparuit, veniant in caput & verticem Ioſephi. Gloria eius in inter fratres; primogenitus tauri pulchritudo eius, cornua monocerotis cornua eius, ipſis gentes petet ad ſummum inde vſque à ſummo terræ.* Vnicornis enim cornua, non alterius cuiuſpiam rei aut figuræ aliquis dicere & demonſtrare queat, ſimilia eſſe, quam notæ eius quæ crucem deſignat. Directum namque eſt vnum lignum; vnde ſumma pars in cornu ſuſtollitur, cum lignum ei aliud adaptatur: & vtrimque, vt cornua, vnicornu adiunctæ ſummitates apparent: & quod in medio fixum eſt, vt cornu & ipſum eminet; in quo vehuntur & inſident qui crucis ſupplicium ſubeunt: & cornu formam præ ſe fert iſtud ipſum quoque, cum aliis cornibus conformatum & compactum lignum. Et illud: *Eis gentes petet ad ſummum, inde vſque à ſummo terræ:* rem inter omnes gentes nunc geſtam denotat. Cornibus enim periti, hoc eſt transfixi, ex nationibus omnibus, per Sacramentum iſtud ad veram religionem

co nuerſi

A conuerſi ſunt à vanis ſimulacris & dæmonibus homines.
Infidelibus autem hoc idem ſignum in excidium & con-
demnationem oſtentatur, eodem quo in populo ex Ægy-
pto profecto modo : vna per figuram extenſarum Moſæ
manuum, vna per Nauæ filij cominis Ieſu appellatio-
nem, Amalech quidem fundebatur, Iſraël autem victor
euadebat. Hac quoque nota & ſigno, Iſraeli contra ſer-
pentes morſu perimentes ſtatua apparet eſſe facta, pro-
pter credentium ſalutem : quod iam inde ab eo tempore,
per eum qui crucis ſupplicium pertulit, ſerpenti mors
præſagio ſit denuntiata ; ſalus autem his qui ab ipſo mor-
ſu læſi, ad eum confugiunt à quo Filius crucifixus in
mundum eſt miſſus, non enim in ſerpentem nos credere
per Moſen docuit Spiritus propheticus : quando illum à
principio etiam maledictionis exſecratione à Deo mul-
ctatum eſſe indicat : & in Eſaia, per gladium magnum,
qui Chriſtus eſt, iugulandum eſſe vt hoſtem ſignificat.
Itaque niſi quis cum prolixa De gratia intelligere cœ-
B perit dicta & facta prophetarum, nihil ei proderit, quod
videatur voces eorum & opera referre, ſi non poſſit ra-
tionem quoque eorum explicare. Quin permultis illa
etiam contemptibilia exiſtimabuntur eſſe, ſi ab eis qui
non intelligant, commemorentur. Si quis namque ex
vobis percunctari velit ; cum Enoch, & Noë vna cum
liberis, & ſi qui præterea eiuſmodi exſtitere, neque cir-
cumciſionem habentes, neque ſabbata celebrantes, grati
acceptique Deo fuerint : quæ cauſa ſit, quamobrem per
alios præſides & conſtitutiones, poſt tot hominum æta-
tes & generationes, dignatus Deus ſit iuſtificare Abrahæ
quidem poſteros vſque ad Moſen, per circumciſionem,
Moſæ autem ſucceſſores, & per circumciſionem & per
alia inſtituta, hoc eſt ſabbata, & victimas, & cineres,
& oblationes ; [tum autem, cur nam adhuc abolitam
carnis circumciſionem retineatis] niſi, quemadmodum
prius à me eſt dictum, oſtenderitis Deum qui futuro-
rum præſcius eſt, cognouiſſe, populum veſtrum dignum
fore vt Hieroſolymis eiiciatur, neque cuiquam veſtrum
vt eo introeat, concedatur, [qui habebitis quod reſpon-
deatis ?] De nulla enim nota alia cognoſci poteſtis,
quam de circumciſione ; ſicut à me eſt dictum. Si qui-
dem Abraham non propter circumciſionem, iuſtitiæ à
Deo reportauit teſtimonium, ſed propter fidem, priuſ-
quam enim eſt circumciſus, ſic de eo promulgatum eſt:
*Credidit autem Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iu-
ſtitiam.* Quocirca & nos, in præputio carnis noſtræ cre-
dentes Deo per Chriſtum, & circumciſionem obtinen-
tes nobis eam aſſequutis vtilem cordis ſcilicet circumci-
ſionem, iuſti & placiti Deo, vt ſperamus, apparebimus:
quandoquidem iam nunc teſtimonium accepimus ab
eo, per ſermones propheticos. Porro quod iuſſi eſtis ſab-
bata & ferias agere, & oblationes offerre, & quod Do-
minus locum de nomine Dei vocari ſuſtinuit factum eſt,
ſicut dixi, ne ſimulacra colentes, & Dei obliuiſcentes,
impij & ſine Deo eſſetis, ſicuti vos ſemper fuiſſe patet. Et
propter hanc ipſam cauſam, Deum de ſabbatis & obla-
tionibus vobis ſanctiones tuliſſe, in ſuperioribus à me eſt
demonſtratum. Verum propter eos qui hodie venerunt
eadem propè omnia repetere volo, nam ſi hoc ita non
eſt, calumnioſe ſuggillabitur Deus, quaſi futurorum
ſcientiam non teneat : neque eadem iuſta ex æquo om-
nes & ſcire & facere inſtituerit. Plures enim generatio-
nes hominum ante Moſen certum eſt extitiſſe : neque
vllum eſt verbum quod dicat, Deum verum & iuſtum
non eſſe : quippe *omnes viæ eius iudicia, & non eſt iniqui-
tas in eo.* Enimuero cum Verbum verum ſit, ac Deus
vos non ſemper eiuſmodi, inſipientes videlicet & ſui
amantes, eſſe velit : videte vt ſit homini cum Chriſto,
qui complacuit Deo, & teſtimonia ab eodem idonea
obtinuit, prout ſupra commemoraui, demonſtratione
per verba prophetica confirmata. Eadem namque ille
ſemper & modis omnibus iuſta, omnémque iuſtitiam
proponit in omni genere mortalium. Et genus omne no-
uit, adulterium eſſe malum, & fornicationem, & homi-
cidium, & quæcumque alia ſunt eiuſmodi peccata. At-
que etiamſi omnes hæc admittant, non tamen ea facien-

tes iniuſtè ſe agere neſciunt ; eis exceptis qui Spiritu im- E
puro repleti, & per conuerſationem conſuetudinémque
prauam & leges malas corrupti, naturales notiones per-
diderunt, immo potius extinxerunt, aut inhibitas tenent.
Videre enim eſt, tum pati ea nolentes quæ aliis ipſi fa-
ciunt, tum conſcientiis hoſtilibus probroſè aliis obii-
cientes quæ ab ipſis committuntur. Quapropter pul-
chrè mihi videtur eſſe dictum à Domino & Saluatore
noſtro Ieſu Chriſto, duobus præceptis omnem impleri
iuſtitiam & religionem. Sunt autem iſta : *Diliges Domi-
num Deum tuum ex toto corde tuo, & ex omni fortitudine
tua, & proximum ſicut te ipſum.* Nam qui ex toto cor-
de, & ex omni fortitudine Deum diligit, religioſæ piæ-
que ſententiæ plenus ; Deum alium non venerabitur : &
Angelum ſiue nuntium illum, de voluntate Dei colet,
ipſi Domino & Deo dilectum. Et cui proximus perinde
atque ipſe ſibi carus ſit, quæ ſibi ipſi obuenire vult, ea-
dem illi optarit commoda. Nemo certè quidem ſibi ipſi
malè vult, proinde proximo precabitur & præſtabit quæ- F
cumque ſibi ipſi expeteret, proximum diligens. Homini
autem propinquius eſt nihil, quam eiſdem perpeſſioni-
bus obnoxium, & ratione præditum animal, homo. Bi-
fariam ergo iuſtitia omni diſpertita, in Deum & homi-
nes. Quicumque, Verbum inquit, diligit Dominum
Deum ex toto corde, & ex omnibus viribus, & proxi-
mum ſicut ſeipſum : is demum verè iuſtus fuerit. At vos
neque erga Deum, neque aduerſus prophetas, neque
adeo in vos ipſos vmquam viſi eſtis amorem & charita-
tem obtinere : verum, prout res declarat, tum idolatræ
ſemper, tum iuſtorum percuſſores & homicidæ, eſſe
comperti eſtis : vſque adeo, vt & Chriſto ipſi manus in-
tuleritis, & ad hoc vſque tempus in malitia veſtra per-
duretis, diris exſecrationibus eos perſequentes, qui hunc
à vobis crucifixum, Chriſtum eſſe demonſtrant. Et ad
hæc, illum vt hoſtem Dei, & maledictioni ſubditum,
merito in cruce ſuſpenſum eſſe affirmatis : quod quidem
animi veſtri nihil rationis habentis, opus eſt. Anſam
enim & occaſionem ex miraculis per Moſen editis, vt
hunc illum ipſum eſſe intelligatis, tenentes, vti ea non G
vultis : ſed inſuper præter rationem omnem nos agi
poſſe ſuſpicantes, quæſtiones nobis in colloquutionibus,
vtcumque vobis in mentem venere, proponitis, verbis
& rationibus vobis non ſuppeditantibus, cum in ſirmum
Chriſtianum incideritis. Dicite namque mihi, an non
Deus is erat, qui per Moſen ſanxit, ne qua omnino fieret
vel imago vel ſimilitudo, neque eorum quæ in cœlo
ſunt ſurſum, neque in terris deorſum ? Atqui idem ipſe
in ſolitudine per Moſen fieri fecit æneum ſerpentem:
eumque pro ſigno ſtatuit, per quod ſeruabantur qui ſer-
pentum morſu letaliter læſi fuerant : & extra culpam
omnem eſt. Sacramentum namque arcanum per hunc,
prout antea dixi, denuntiauit : quo ſerpentis quidem,
qui etiam præuaricationis ab Adamo commiſſæ auctor
fuerat, poteſtatem euerſum iri ſignificabatur ; ſalus au-
tem credentibus in iſtum, qui per ſignum id adumbra-
batur, & in cruce moriturus eſſe præmonſtrabatur, à
Serpentis morſibus, qui ſunt actiones prauæ, idolorum H
cultus, & aliæ iniquitates, promittebatur. Niſi enim hoc
ſic in animis veſtris conſideratum fuerit, dite mihi ratio-
nem, cuius gratia æneum ſerpentem Moſes pro ſigno
collocauerit, & inſpicere id qui morſu lædebantur præ-
ceperit : vnde etiam illi curabantur : cum quidem au-
ctor iuſſionis huius fuerit is qui nullam prorſus ſimili-
tudinem fieri iuſſit ? Et alter eorum qui altero aduene-
rant die ; Vera dixiſti, inquit, non enim habemus quam
reddamus rationem, nam & ipſe aliquoties de hoc Ma-
giſtros noſtros ſum percontatus : nullus autem rationem
explicuit. Proinde, vt cœpiſti, dicere perge. Damus
enim operam tibi de rebus eis arcanum reuelanti, qua-
rum cauſa prophetarum dogmata in calumniæ obtrecta-
tionem cadunt. Atque ego : Quemadmodum ergo Deus
ſignum fieri per æneum ſerpentem iuſſit, & eo nomine
inculpabilis eſt : ita ſanè & in lege maledictio propoſita
eſt, contra eos qui in crucem aguntur homines, non
itidè vero aduerſus Chriſtum Dei maledictio eſt ſtatuta ;

per

per quem omnes ſaluar qui maledictione digna in ſe admiſerunt. Nam genus humanum omne maledictioni obnoxium eſſe inuenietur iuxta legem Moſæ. *Maledictus enim quiſque* dictus eſt, *qui non permanet in eis quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea*, nemo certè exactè omnia præſtitit, id neque ipſi aduerſandi ſtudio negare audebitis: ſed ſunt qui alij aliis plus & minus mandata ſeruauerint. Quod ſi legi ſubditos, maledictioni obnoxios eſſe conſtat, propterea quod non omnes ſanctiones ſeruent: quanto magis gentes omnes ſub maledictionis exſecratione eſſe patebit, quæ ſimulacra colunt, & pueros imminuunt, & alia perpetrant mala? Itaque ſi Deus rerum vniuerſarum parens, Chriſtum ſuum ex omni mortalium genere omnium maledictiones excipere voluit, quod eum crucifixum & mortuum ſuſcitaturus fuerit, ſciens: quæ [malum] iſta ratio eſt, eum qui hæc pati ſuſtinuerit iuxta Patris voluntatem & conſilium, tanquam maledictum exſecrationi ſubiicere, & non vos ipſos potius complorare? Tametſi Pater ipſius iſta eum à vobis, pro genere humano perferre fecerit: non vos tamen veluti diuinæ voluntati eius & ſententiæ inſeruientes, id feciſtis, nam prophetas quoque occidentes, pietatis opus non edidiſtis. Neque quiſquam veſtrum alleget: Si pater illum hæc pati voluit, vt liuore eius ſanitas generi contingeret humano: nihil nos iniqui fecimus. Sed pœnitentiam ſuper commiſſis agentes, & hunc Chriſtum eſſe agnoſcentes, & iuſſiones eius ſeruantes: ſi iſta diceris, remiſſionem peccatorum vos conſequutuos eſſe prædixi. Sin & illum ipſum, & in eum credentes maledictis proſequimini, & poteſtatem nacti necabitis: quomodo tanquam ab iniquis & peccatoribus, & modis omnibus duricordibus atque inſipientibus, & id quod manus illi iniecistis, non requiretur? Nam eo quod in lege dictum eſt, *maledictum eſſe omnem qui pendet in ligno*: non tam hoc, quod Deus quaſi pro maledicto hunc habeat Chriſtum crucifixum, noſtram confirmat ſpem à crucifixo ipſo Chriſto dependentem; quam illud, quod Deus vos omnes & veſtri ſimiles neſcire prædixerit, hunc eſſe qui & ante omnia ſit, & æternus Dei Sacerdos, & Rex & Chriſtus futurus fuerit. Quod profecto ita fieri, oculis ipſis in vobis cernere licet. Vos namque in ſynagogis & conuentibus veſtris, diris exſecramini omnes qui ab illo ſunt. Chriſtianos: & aliæ item nationes, quæ ad rem quoque factis conferunt exſecrationem, eos qui ſe tantummodo Chriſtianos eſſe fatentur, neci dedentes: quibus nos omnibus dicimus, *Fratres noſtri eſtis; cognoſcite amplius veritatem Dei.* Et cum ſuaſionibus noſtris neque illi neque vos moueamini, ſed vt nomen Chriſti negemus, adurgeatis: morte potius [quam vt id faciamus] mulctari optamus, & toleramus: perſuaſiſſimum habentes, quæcumque pollicitus eſt per Chriſtum bona, abunde omnia præſtiturum eſſe Deum. Ad hæc omnia, pro vobis etiam oramus, vt Chriſtus veſtri miſereatur. Nam is etiam pro inimicis deprecari docuit, dicens: *Diligite inimicos veſtros. Eſtote benigni & miſericordes, ſicut pater veſter cœleſtis.* Videmus quippe, omnipotentem Deum benignum & miſericordem efficere, vt ſol eius exoriatur ſuper ingratos iuxta & iuſtos, vt pluat ſuper ſanctos pariter & malos: quos omnes ſe iudicaturum eſſe tradidit. Enimuero neque illud, quod ad veſperam vſque propheta Moſes perdurauit, cum manus eius ſuſtinuerunt Hur & Aaron, in ſigno iſto, temerè factum eſt. Nam & Dominus ferè ad veſperam vſque in ligno permanſit, & circiter veſperam ſepelierunt eum, deinde autem reſurrexit tertio die. Hoc ipſum Dauidis præconio ſic eſt renuntiatum: *Voce mea ad Dominum clamaui; & exaudiuit me de monte ſancto ſuo. Ego obdormiui, & ſomnum cepi: excitatus ſum; quoniam Dominus ſuſcepit me.* Ac per Eſaiam de ipſo ſimiliter dictum eſt, quo pacto moriturus eſſet; ad hunc modum: *Expandi manus meas ad populum incredulum & contradicentem, ambulantem in via non bona.* Et quod reſurrecturus fuerit, ipſe etiam Eſaias ait: *Sepultura eius ſublata eſt è medio: & dabo diuites pro morte ipſius.* Et alio rurſus loco Scripturæ, Dauid de paſſione, & cruce, per ſimilitudinem arcanam in Pſalmo vigeſimoprimo ita dixit: *Foderunt manus meas & pedes meos. Dinumerarunt omnia oſſa mea. Ipſi autem contemplati ſunt & inſpexerunt me. Diuiſerunt veſtimenta mea ſibi ipſis, & ſuper veſtimentum meum miſerunt ſortem.* Quando enim crucifixerunt eum, clauis infixis manus pedéſque eius foderunt: & qui iam crucifixerant eum, diuiſerunt veſtes eius inter ſe, aleam ludentes, vt iuxta ſortis iactum quiſque quod eligere volebat, ſumeret. Pſalmum iſtum non in Chriſtum conceptum eſſe aitis; cæcutientes prorſus neque intelligentes, neminem in gente veſtra, qui vnquam rex, Chriſtus ſiue *Vnctus* ſit dictus, manus & pedes, cum viueret, perfoſſum, neque per myſterium hoc mortuum, hoc eſt in cruce ſuſpenſum eſſe, extra ſolum hunc Ieſum. Et Pſalmum cum totum commemorabo: vt & pietatem in Patrem eius audiatis, quomodo omnia ad illum deferat, ac per eum à morte iſta ſeruari petat: ſimul etiam in Pſalmo declarans, qualeſnam fuerint qui contra ſe conſurrexerant: nec minus interim oſtendens, verum ſe eſſe hominem, vt qui cruciatus iſtos percipiendo paſſionem obierit. Eſt autem huiuſmodi: *Deus, Deus meus, intende mihi vt quid dereliquiſti me? Longe à ſalute mea, verba delictorum meorum. Deus meus clamabo inter diu ad te, & non exaudies: & noctu, & non ad inſipientiam mihi. Tu autem in ſancto habitas, Laus Iſraëlis. In te ſperauerunt patres noſtri: ſperauerunt, & liberaſti eos: Ad te clamauerunt, & non ſunt probro affecti. Ego autem ſum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. Omnes videntes me, ſannis illuſerunt mihi: & locuti ſunt labiis: mouerunt caput: Sperauit in Dominum, liberet eum: ſaluet eum, quoniam vult eum: Quia tu es qui extraxiſti me de vtero: Spes mea ab vberibus matris meæ: Deus meus es tu: ne deciſcas à me: quoniam anguſtia prope eſt: quoniam non eſt adiutor mihi. Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obſederunt me: aperuerunt ſuper me os ſuum tanquam leo rapiens & rugiens, velut aqua effuſa ſunt & diſperſa omnia oſſa mea. Factum eſt cor meum quaſi cera liqueſcens, in medio ventris mei. Exaruit ſicut teſta robur meum: & lingua mea adhæſit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxiſti me: Quoniam circumdederunt me canes multi, ſynagoga maligne agentium circumdedit me. Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerarunt omnia oſſa mea. Ipſi vero conſiderauerunt & inſpexerunt me: diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Tu vero Domine ne diſtuleris auxilium meum à me: ad defenſionem meam incumbe: libera à gladio animam meam, & è manu canis vnigenitam meam, ſerua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in media Eccleſia laudabo te. Qui timetis Dominum laudate eum vniuerſum ſemen Iacob, glorificate eum. Timeat eum omne ſemen Iſraël.* His commemoratis intuli: Integrum ergo Pſalmum in Chriſtum eſſe dictum, ita demonſtro, enarratione eum repetens. Quod ab initio ait: *Deus, Deus meus, intende mihi: vt quid me dereliquiſti?* hoc verbum ab ipſo ſtatim principio prædixit, de Chriſto pſalmum dictum iri. In cruce namque ſuffixus is dixit: *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* & per ea quæ ſequuntur; *Longe à ſalute mea, verba delictorum meorum: Deus meus, clamabo interdiu ad te, & non exaudies: & noctu, & non ad inſipientiam mihi*: quemadmodum ea ipſa quæ facturus fuerat, ita & recenſita ſunt. Qui enim paſſurus & crucis ſupplicium aditurus erat die, tribus ex diſcipulis ſuis, in montem qui Oliuetum dicitur, templo Hieroſolymitano ex aduerſo vicinum, aſſumptis, orauit dicens, *Pater, ſi fieri poteſt, abſcedat à me poculum iſtud*, ac deinceps orans, ait: *Non vt ego volo, ſed ſicut tu vis*: liquido ſatis per iſta declarans, ſe verè hominem paſſioni obnoxium prognatum eſſe. Ac ne quis diceret: Ignorauit ergo ſe paſſurum eſſe continuo in Pſalmo ſubdit; *Et non ad inſipientiam mihi.* Sicut enim neque Deo ad inſipientiam fuit, quod interrogauit vel Adamum vbi eſſet; vel Cainum; Vbi Abel? vt quemque qualis eſſet oſtenderet & argueret, & ad nos cognitio omnium per ea quæ in Scripturam relata ſunt, perueniret:

ſic etiam non ad ſuam, ſed ad eorum qui ipſum non eſſe Chriſtum opinati ſunt, ac cæde ea moriturum, & vt vulgarem communemque hominem apud inferos manſurum eſſe exiſtimarunt, inſipientiam, id extitit nam hoc ſic ſignificauit. Quod vero ſequitur: *Tu autem in ſancto habitas, Laus Iſraël*: laude & admiratione quippiam dignum ſe facturum deſignauit; tertio videlicet die à ſupplicio crucis ex mortuis reſurrecturus, id quod à Patre acceptum habet. Quod enim & *Iacob* & *Iſraël* Chriſtus ipſe vocitetur, probaui. Ac non tantum in benedictione Ioſephi, ſed Iudæ quoque res eius deprædicatas eſſe, demonſtraui. Porro in Euangelio ipſum dixiſſe ſcriptum eſt: *Omnia mihi tradita ſunt à Patre*: &; *Nemo nouit Patrem, præterquam Filius: neque Filium, niſi Pater, & quibus Filius reuelauerit.* Reuelauit igitur nobis omnia, quæ ex Scripturis etiam per gratiam eius accepimus: ſcientes eum primogenitum Dei, & item creaturarum omnium; & Patriarcharum filium: quandoquidem ex virgine in genere eorum caro fieri, & homo informis, inhonoratus & patibilis in lucem edi ſuſtinuit. Quocirca cum paſſurum ſe eſſe prædiceret, verbis ipſe ſuis ait: *Oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à Phariſæis & Scribis, & crucifigi, & tertio die reſurgere.* Filium ſane hominis ſeipſum vocauit, vel à natiuitate ſua è virgine; quæ, ſicuti dixi è Dauidis, & Iacobi & Iſaaci, & Abrahæ genere fuit: vel ab ipſo Abrahamo, qui pater iſtorum qui recenſiti ſunt, fuit, vnde genus Maria deducit, eorum ſiquidem qui filiabus gignuntur liberorum, patres feminarum genitores nouimus. Atque ex diſcipulis ſuis vnum Chriſtus, Simonem prius nominatum, Petrum appellauit: quod ſe per Patris ſui cœleſtis reuelationem, Filium Dei eſſe cognouerit. Ac Filium Dei ſcriptum ipſum in Apoſtolorum eius Commentariis habentes, Filiumque Dei profitentes, ante creaturas quoque vniuerſas fuiſſe, & à Patre, virtute eius & conſilio prodiiſſe, intelleximus. Qui & *Sapientia*, & *Dies*, & *Oriens*, & *Gladius*, & *Lapis*, & *Virga*, & *Iacob*, & *Iſraël*, alio atque alio modo in prophetarum libris cognominatus eſt, & ex virgine homo genitus: vt qua via à ſerpente inobœdientia initium ſumpſit, eadem via etiam exitium caperet. Eua enim cum virgo eſſet & incorrupta, ſerpentis verbo concepto, inobœdientiam & mortem peperit: Fide autem & lætitia concepta Maria virgo, cum nuntium ei lætum Gabriel angelus attuliſſet, Spiritum videlicet Domini in ipſam ſuperuenturum, & virtutem Altiſſimi ei obumbraturam: [illegible] Filius Dei, reſpondit; [illegible] *tuum.* Ex hac genitus eſt ille, de quo tot Scripturæ oracula edita eſſe demonſtrauimus: per quem Deus & ſerpentem, & aſſimilatos ei angelos ſimul & homines exſcindit: liberationem autem à morte, reſipiſcentibus à malis, & in ſe credentibus, conſtituit. Porro quæ in Pſalmo ſequuntur, hiſce verbis: *In te ſperauerunt patres noſtri. ſperauerunt, & liberaſti eos. ad te clamauerunt, & non ſunt [illegible]. Ego autem ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis*: oſtendunt, ipſum Patres agnoſcere eos qui in Deum ſperauerunt, & ab eo ſaluati ſunt: qui certe virginis patres fuerunt, ex qua genitus eſt, & homo factus: Saluatum quoque ſe [illegible] Dei ope ſignificat: neque conſilio aut viribus ſuis quidquam facere iactat, nam & [illegible] idem fecit & [illegible] quodam, *Magiſter bone*, reſpondit, *Quid me appellas bonum? Vnus bonus eſt, Pater meus* [illegible]. Eo autem quod dixit, *Ego autem* [illegible]: ea quæ [illegible] prælocutus eſt. Opprobrium namque & ignominia nobis in eum credentibus, vbique locorum eſt: Abiectio vero plebis, propterea quod à populo veſtro pro nihilo habitus, abiectus & dehoneſtatus, ea eſt paſſus quæcumque illi intuliſtis. Et quæ ſequuntur, *Omnes videntes me, deriſerunt mihi & locuti ſunt labiis, mouerunt caput: Sperauit in Domino: Liberet eum, quoniam vult eum*: ea itidem quæ illi acciderunt; prænuntiarunt. Nam qui illum in cruce ſuſpenſum ſpectarunt, capita quique mouentes, & labiis diſtortis, naribúſque inflexis inter ſe certantes, ea per irriſionem dixerunt quæ in Apoſtolorum eius libris ſunt deſcripta: *Filium Dei ſeipſum dixit; deſcendat, & obambulet, Saluet eum Deus.* Quæ autem E deinceps ſequuntur: *Quia tu es qui extraxiſti me de vtero, Spes mea ab vberibus matris meæ. In te proiectus ſum ex vtero. A ventre matris meæ Deus meus es tu: quoniam non eſt qui adiuuet. Circumdederunt me vituli multi: Tauri pingues circumdederunt me. Aperuerunt ſuper me os ſuum, vt leo rapiens & rugiens. Velut aqua effuſa ſunt, & diſſipata omnia oſſa mea. Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens, in medio ventre meo. Exaruit ſicut teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis*: eorum quæ acciderunt, prænuntiatio fuerunt. Nam quod dicitur, *Spes mea ab vberibus matris meæ*: illud eſt quod quumprimum in Bethleem natus eſt, (prout dixi) rebúſque eius ex Magis Arabiæ cognitis, Herodes rex inſidias ei ſtruxit, vt è medio tolleret eum; Ioſeph iuſſu F Dei, recepto eo cum Maria, Ægyptum abiit, nam poſtquam mandatum illi à ſe verbum vir factus prædicaſſet, tum demum Gnatum ſuum morte mactandum eſſe conſtituerat Pater. Si quis vero dicat, Annon potuit Deus potius Herodem interficere? quæſtionem occupans, dico; Nonne Deus potuit ab initio ſerpentem, quo minus exſtaret, tollere, ac non dicere; Inimicitias ponam inter eum & mulierem, & inter ſemen illius & ſemen huius? Nonne ſtatim potuit multitudinem hominum creare? Verum pro eo atque nouerat bonum eſſe, libera poteſtate ad bene iuſtéque agendum, & angelos & homines fecit: & tempora ſtatuit, quoad bonum eſſe intellexit, liberam eos huiuſmodi obtinere poteſtatem: & quod bonum itidem eſſe ſciret, tum vniuerſalia, tum ſingularia peregit iudicia, libera ea [illegible] poteſtate conſeruata. Vnde Verbum in turris extructione, & linguarum multifariam diuiſione atque mutatione, hæc ait: *Et dixit Dominus: Ecce genus vnum, & labium vnum omnium: & hoc facere cœperunt, & nunc non deficiet ab* G *eis (ſiue, non deſinent,) quidquam* [illegible] *omnia quæcumque tentarint, facere.* Et hoc: *Exaruit ſicut teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis.* continuiſſe [illegible] eorum qui iuxta voluntatem Patris facturus fuerat, vaticinium fuit. Nam præpotentis Verbi eius vis, qua ſemper Phariſæos & Scribas quæſtionibus ſecum altercantes, omneſque [illegible] veſtro magiſtros refellebat, inhibitionem habuit, (nunc inhibita) eſt ad exhibendum [illegible], & validi torrentis inſtar, cuius vnda aucta ſit, cum conticuit, & ſub Pilato nemini quidquam reſpondere in animum induxit: quemadmodum in [illegible] Apoſtolorum eius eſt expreſſum: vt & id quod per Eſaiam eſt promulgatum, fructum efficacem haberet, vbi dicitur: *Dominus dat mihi linguam, vt noſcam quando me oporteat verbum proloqui.* Deinde illud quod dixit: *Deus meus es tu: ne diſceſſeris à me*: docentis quoque eſt verbum: In Deo, qui omnia condidit, ab omnibus ſpem eſſe collocandam, & apud illum ſolum ſalutem & opem quærendam: neque opinionem eam concipiendam quam alii H obtinent homines propter genus, aut opes, aut potentiam, aut ſapientiam, ſalutem contingere poſſe. Quemadmodum & ipſi quouis tempore feciſtis, qui aliquando quidem vitulum conflatilem erexiſtis, ſemper autem ingratiſſimos vos, & iuſtorum percuſſores, & faſtu tumidos propter genus exhibuiſtis. Nam ſi Filius Dei, neque eo quod Filius Dei eſt, neque quia fortis, neque quia ſapiens, (quippe Virtus & Sapientia Dei) & præterea neque eo quod immunis peccato eſt, prout Eſaias dicit, cum ne voce quidem peccaſſe, iniquitatem enim non fecit, neque dolum ore commiſit, abſque Deo ſe ſaluum poſſe manifeſte dicit: quonam modo vos, aut aliqui alii, ſalutem citra ſpem iſtiuſmodi expectantes, non exiſtimemini vos ipſos ſeducere? Quæ porro in Pſalmo ſequuntur: *Quia anguſtia proxima eſt, quoniam non eſt qui adiuuet me. Circumdederunt me vituli multi; tauri pingues circumdederunt me. Aperuerunt ſuper me os ſuum, vt leo, rapiens & rugiens. Velut aqua effuſa ſunt &*

diſſipata

diſſipata omnia oſſa mea : eodem modo, quæ illi euenere, præmonſtrarunt. Nocte enim ea, quando in monte Olearum ipſum inuaſerunt populares veſtri, à Phariſæis & Scribis iuxta præſcriptum eorum ſummiſſi, circumdederunt nimirum eum illi, quos vitulos cornupetas, & ante tempus pernicioſos Verbum vocat. Et illud, *Tauri pingues circumdederunt me :* eos deſignauit qui eadem quæ vituli fecerunt, cum ad magiſtros veſtros duceretur. Eos Verbum propterea *tauros* nominauit, quod tauros, vt vituli exſtent, auctores eſſe norimus, ſicuti ergo tauri vitulorum patres ſunt : ſic magiſtri veſtri auctores filiis ſuis fuere, vt egreſſi in Olearum montem, ipſum comprehenderent, & ad ſe adducerent. *Et non eſt qui adiuuet :* denotauit & id quod factum eſt. Ne vnus enim quidem mortalium omnium, qui ſuppetias inſonti & peccato immuni ferret, opitulator præſto affuit. Et hoc: *Aperuerunt ſuper me os ſuum, vt leo rugiens :* regem qui tum fuit Iudæorum ſignificauit, Herodem & ipſum cognominatum : Herodis eius ſub quo natus eſt Chriſtus, ſucceſſorem, puerorum omnium tempore illo in Bethleem genitorum percuſſoris : inter eos omnino ipſum eſſe, de quo ſibi ex Arabia aduenientes Magi dixerant, ſuſpicantis, & conſilium eius qui potentior eſt omnibus ignorantis : quomodo videlicet is Ioſepho & Mariæ mandauerit, vt puello accepto, in Ægyptum profugerent, ibique tantis permanerent, dum eis denuo, vt in patriā ſuā redirent, reuelaretur: atque eo profecti, iſthic fuere quoad vita defunctus eſt qui pueros Bethleemiticos necauit Herodes; cui ſucceſſit Archelaus, hîc vero prius diem ſuum obiit, quam Chriſtus, obeunda de voluntate Patris œconomia & prouincia ſibi mandata, ad crucis ſupplicium progrederetur. Herodes autem per ſucceſſionem Archelai, virilem poteſtatis partem hæreditate cepit. Cui Pilatus gratificatus, Ieſum ad eum vinctum miſit, atque hoc ita futurum eſſe, præcognoſcens Deus, verbis hiſce promulgauit : *Abduxerunt ipſum ad Aſſyrium, hoſpitale munus regi.* Aut *leonem* certè *rugientem* ſuper eum, diabolum ipſum dixit : quem Moſes quidem *Serpentem* vocat ; apud Iobum vero & Zachariam *Diabolus* nominatur, & à Ieſu *Satanas* appellatur : nomen eum rebus ipſis quas egit congruens, indéque compoſitum, obtinere indicante. Nam *Sata*, Iudæorum & Syrorum voce, Apoſtata & Deſertor eſt : nomen autem *Nas*, vnde interpretatione etiam Serpens vocatur, idem eſt quod Sata, Ebræorum expoſitum ſermone. Ex quibus vtriſque vnum compoſitum fit nomen, Satanas. Poſtquam namque ipſe Chriſtus ex amne Iordane aſcendit voce de eo edita : *Filius meus es tu : ego hodie genuit te :* in Apoſtolorum Commentariis ſcriptum eſt, acceſſiſſe hunc ipſum diabolum, & tentaſſe illum euſque vt diceret, *Adora me :* & contra ei Chriſtus reſponderet, *Faceſſe à me Satana : Dominum Deum tuum adorabis, & ipſum ſolum coles*, nam perinde ſe huic quoque aliquid facere poſſe duxit, atque Adam in fraudem ſeduxiſſet. Et illa: *Velut aqua effuſa ſunt & diſſipata omnia oſſa mea : Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens, in medio ventris mei :* quod illi ea nocte accidit, quum aduerſus ipſum in montem Olearum, capiendi eius gratia exiuerunt, id prænuntiauerunt. Nam in libris qui ſunt ab eius diſcipulis, ipſorumque ſectatoribus compoſiti, memoriæ mandatum eſt, ſudorem ipſius tanquam guttas ſanguinis defluxiſſe in terram, eo deprecante & dicente : *Tranſeat, ſi fieri poteſt, poculum hoc :* cum videlicet trepidaret cor eius, & oſſa ſimiliter, ſimiléque cor eius eſſet ceræ in ventrem per colliquationem ſtillanti : vt ſciremus, Patrem in tantis perpeſſionibus Filium ſuum verè noſtra cauſa verſari voluiſſe : & non diceremus, illum ipſum filium Dei non excepiſſe & ſenſiſſe eorum quidquam quæ illi illata ſunt & acciderunt. Et illud *Vires mea vt teſta exaruerunt ; lingua mea faucibus meis adhæſit*, vt antea dixi Silentij prænuntiatio fuit, cùm his qui omnes coarguit inſipientes qui apud vos ſunt doctores, nihil in te vlla reſpondendo. Et illud : *In puluerem mortis deduxiſti me : Quoniam circumdederunt me canes & venatores multi. Conuentus malignè agentium circumdederunt me : Foderunt manus meas & pedes meos. Dinumerarunt omnia oſſa mea : Ipſi conſiderauerunt & inſpexerunt me. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea : & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem :* pro eo atque recenſui, prænuntiatio fuit, ad quod mortis ſupplicium ipſum condemnaturi eſſent ſynagoga malignè agentium : quos etiam Canes vocat, & Venatores. Hic quod iidem fuerint, qui venatione ſua illum comprehenderunt, & qui in vnum congregati, vt condemnaretur modis omnibus operam dederunt, oſtendit. Quod ſanè ita factum eſſe, in Commentariis Apoſtolicis eſt ſcriptum. Et quod poſt ipſius in cruce ſuſpenſionem, qui ei ſupplicium hoc irrogarunt, veſtimenta eius inter ſe diuiſerint, prius declaraui. Porro conſequentia Pſalmi verba : *Tu autem, Domine, ne longe diſtuleris auxilium tuum à me : In defenſionem meam incumbe : Libera à gladio animam meam : & de manu canis, vnigenitam meam. Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam :* eodem modo doctrina & prædictio eorum ſunt quæ ei & erant & euentura erant. Nam quod Vnigenitus hic Vniuerſitatis huius parenti fuerit, propriè ex eo Verbum & Virtus genitus, & poſtea homo per virginem editus, ſicut ex Commentariis quos diximus percepimus, antea indicaui: & quod in crucem actus vitam finierit, ſimiliter prædixit. Hoc enim : *Libera à gladio animam meam, & de manu canis vnigenitam meam : Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam :* denuntiantis eſt, quanam paſſione & pœna, crucis ſcilicet, moriturus eſſet, nam quod omnium cornuum vnicornium cornu ſolum crucis forma ſit, antea vobis explicui. Et quod vt à gladio & ore leonis, & de manu canis, anima ſua ſalua conſeruetur, orat, vt ne quis animæ ſuæ dominaretur, petitio fuit : quo & nos, cum iam ad exitum vitæ ſumus, à Deo eadem poſcamus ; qui auertere poteſt omnem impudentem & malignum Angelum, ne animam noſtram capiat. Animas enim ſuperſtites manere, etiam eo demonſtraui iam, quod & Samuelis animam ventriloqua Pythoniſſa, ita vt Saul petierat, euocauit. Apparet autem, ad eum modum omnes animas virorum iuſtorum & prophetarum, ſub poteſtatem eiuſmodi virtutum cadere, qualem & in ventriloqua illa fuiſſe, rebus ipſis declaratur. Quapropter & ſic nos per Filium quoque ſuum Deus, vt viribus omnibus aduerſus eos contendamus, ob quos hoc fiat ; & migraturi ex hac vita, oremus ne animæ noſtræ ſub talem aliquam virtutem cadant, docere videtur : nam Spiritum in cruce reddens Chriſtus, dixit : *Pater, in manus tuas depono ſpiritum meum*, ſicut & hoc ex Commentariis Apoſtolicis didici. Porro cum diſcipulos ſuos excitaret vt Phariſæorum vitæ conſuetudinem & conuerſationem ſupergrederentur, ſui minus, minimè ſe ſaluatum iri vt ſcirent : hæc illum dixiſſe, in eis ipſis ſcriptum eſt libris : *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quam Scribarum & Phariſæorum, non ingrediemini in regnum cœlorum.* Et quod ſciuerit, Patrem ſuum omnia ſibi ita vt peteret præbere, qui eum quoque excitauit à mortuis : ad laudandum Deum, propter miſericordiam, per myſterium & Sacramentum crucifixi huius præſtitam, omnes Deum timentes, & omne genus fidelium hominum, hortus eſt, & quod in medio fratrum, diſcipulorum ſuorum, fuerit ſtatutus, atque eis dicturus (poſtquam reſurrexiſſet à mortuis) & illi ab eo perſuaſionem accepturi fuerint (id quod & antequam paſſus eſt, eis dixerat, & à prophetis quoque prænuntiatum fuerat) ipſum talia perferre oportuiſſe : vnde illi pœnitentiam de eo egere, quod ab ipſo, cum ſupplicium crucis ſubiret, defeciſſent : tum autem, quod cum eis agens, Deum laudibus celebrarit, prout in Scripturis Apoſtolorum etiam hoc factum eſſe oſtenditur : reliqua Pſalmi verba declararunt. Sunt ea huiuſmodi : *Narrabo nomen tuum fratribus meis ; in medio Eccleſiæ laudabo te. Timentes Dominum laudate eum : Omne ſemen Iacobi glorificate eum. Metuant eum omne ſemen Iſraëlis.* Et quod dictum eſt, illum, vnum ex Apoſtolis tranſnominaſſe *Petrum*, atque id ita factum eſſe, in Apoſtolicos commentarios eſt relatum : & quod inſuper alios duos

A fratres, Zebedæi filios nomine *Boanerges*, hoc eſt Tonitrus filios, appellationibus prioribus mutatis, vocauit: indicio id quoque fuit, ipſiſſimum illum eſſe per quem & Iacobo, *Iſraëlis* cognomen inditum: & is qui prius Auſes [ſeu Oſee] vocatus fuerat, *Ieſus* [ſiue *Ioſuë*] tranſnominatus eſt: per quod nomen etiam in terram Patriarchis promiſſam populus, ex multitudine ea quæ ex Ægypto egreſſa fuerat, reliquus eſt introductus. Et quod tanquam aſtrum exoriturus fuerit ipſe idem ex genere Abrahæ, Moſes obiter declarauit, ita dicens: *Orietur Stella ex Iacobo, & dux ex Iſraële*, & alia Scriptura inquit: *Ecce vir; Oriens nomen eius.* Enimuero ſtella, ſimulatque natus eſt, in cœlo exorta, Magi Arabes inde edocti affuerunt, & adorauerunt illum. Tertio quoque die reſurrecturum eum fuiſſe, poſt crucis ſupplicium toleratum, in eiſdem libris eſt perſcriptum. Populares namque veſtri, percontationibus cum eo agentes, dixerunt: *oſtende nobis ſignum*, & ille reſpondit: *Generatio praua & adulterina ſignum requirit, & ſignum non dabitur eis,*
B *præterquam ſignum Ionæ*, atque hæc eo dicente, recondita ita fuere, vt ab audientibus non intelligerentur, tertio eum die, poſtquam crucifixus eſſet, reſurrecturum eſſe. Et generationem veſtram deteriorem, magiſque adulterinam ciuitate Niniuitarum eſſe declarauit: qui Ionæ, cum tertio die ex aluo grandis piſcis eiectus fuiſſet, annuntiante, vrbem eorum poſt dies quadraginta tres cum multitudine vniuerſa interituram eſſe, ieiunium animantium ſimul omnium, hominum videlicet & irrationalium, indixerunt: atque vt omnes in ſaccis eſſent, & cum vehementi eiulatu, veráque animorum pœnitentia, iniquitati omni nuntium remitterent, mandatum propoſuerunt: perſuaſione illa concepta, miſericordem eſſe Deum, humanúmque & benignum in eos qui à prauitate deficiunt. Rex etiam ciuitatis eius, & magnates, pariter ſumptis ſaccis, perſeuerarunt in ieiunio & in ſupplicationibus, & vt vrbs non euerteretur, obtinuerunt. At Ionas moleſte ferebat, quod quadrageſimotertio die, ita vt prædixerat, ciuitas non peſſum iret. Itaque
C œconomia & diſpoſitione quadam exoriri illi hæderam, (erat autem hædera cucurbita repentina) ſub qua is ſedens ab æſtu obumbraretur, cum eam nec ſeuiſſet, nec rigaſſet, ſed quæ ſubito ei exorta vmbram præberet: altero autem illam die, exareſcere Deus fecit. Qua de cauſa mærore afficiebatur Ionas. Illum vero [illegible] ita indignantem, quod Niniuitæ non perderentur, reprehendit Deus, dicens: *Tu parcis [illegible] quam [illegible] neque eam [illegible] prodierit, [illegible] non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua habitant plus quam centum & viginti millia [illegible] qui neſciunt quid ſit inter dexteram ſuam & ſiniſtram ſuam, & iumenta multa?* Atque hæc populares veſtri a Iona facta eſſe ſciebant omnes, & Chriſtus apud vos vociferabatur, daturum ſe vobis Ionæ ſignum: cohortatus, vt vel poſt reſurrectionem eius à mortuis, de perpetratis malis agentes pœnitentiam: & itidem vt Niniuitæ plorantes apud Deum, vt ne gens & vrbs veſtra ita capta [illegible] eſſet, [illegible] eſt euerſa. Verum tantum abeſt vt pœnitentiam egeritis,
D poſtquam eum à mortuis reſurrexiſſe accepiſtis, vt etiam (prout [illegible] memoraui) [illegible] viris, in omnem terram [illegible] commiſeritis, qui [illegible] tam [illegible] eſſe a Ieſu quodam Galilæo, plano & ſeductore, quem a vobis [illegible] diſcipuli eius noctu e monumento, vbi a cruce [illegible] poſitus erat, furto ſubtraxerunt, & homines [illegible] tes a mortuis eum [illegible] in cœlum [illegible] que calumnioſe ſermonibus [illegible] eundem [illegible] illum, quæ impia & iniqua & impura [illegible] nes hominum eſſe iactitis, contra eos qui illum Chriſtum & Doctorem & Filium Dei eſſe profitentur. Ad hæc capta quoque vrbe veſtra, & terra vaſtata, non reſipiſcitis, diris maledictionis eum, & credentes in eum vniuerſos, exſecrari audentes. Ac nos non modo neque vos, neque eos qui ſuggeſtione veſtra talia de nobis ſuſpicantur, odimus, ſed precamur etiam, vt vel nunc pœnitentiam agentes omnes, miſericordiam ab eo qui prolixæ eſt humanitatis & miſerationis, parente vniuerſorum Deo, conſequamini. Cæterum quod vaticinio prædictum ſit, gentes à vitioſitate ſua, in qua errore tranſuerſim abductæ vixerunt, per reſipiſcentiam mentem recepturas, & pœnitentiam acturas eſſe, poſtquam ex Apoſtolis eius prædicantibus ab ipſis vſque Hieroſolymis Verbum paſſum audiſſent: pauca verba ex prophetia Michææ, vnius è duodecim, me referentem ſuſtinete, ea ſunt huiuſmodi: *Et erit in extremis diebus præclarus mons Domini, paratus in ſummo montium ſublimatus ipſe ſuper colles, & fluuium ponent in ipſo populi (ſiue confluent ad ipſum) & ambulabunt gentes multæ, & dicent: Venite, aſcendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacobi: & illuminabunt nos docentes de via eius, & ambulabimus in ſemitis eius: Quoniam ex Sion egredietur lex, & verbum Domini ex Hieruſalem, & iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes, vſque in lo[illegible]. Et concident gladios ſuos in vomeres, & haſtas ſuas in falces: & non ſumet gens in gentem gladium, & non diſcent vltra bella gerere: & ſedebit vir ſub vite ſua, & ſub ficu ſua; & non erit qui exterreat: Quia os Domini [illegible] loquutum eſt, quoniam omnes populi ambulabunt in nomine deorum ſuorum: nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei noſtri, in æternum, & erit in die illo, colligam anguſtiis affectam, eiectam congregabo, & eam quam afflixi. Et ponam anguſtiis affectam in reſiduum, & eiectam, in gentem potentem. Et regnabit Dominus ſuper eos in monte Sion, ex hoc nunc & vſque in ſeculum.* His finitis, dicere perrexi: Magiſtros veſtros, ô viri, verba loci huius omnia confiteri, quod de Chriſto dicta ſint, ſcio: & eoſdem quod nondum venerit, affirmare, id quoque ſcio. Sin veniſſe etiam fateantur, non agnoſci tamen, eum ipſum eſſe: ſed cum præclarus atque glorioſus factus fuerit, tum agnitum iri eum, ac tum demum quæ in hoc loco ſunt commemorata, euentura eſſe dicunt; ita vt nullus dum verborum prophetiæ fructus extiterit: rationis quippe expertes omnes, neque intelligentes, (quod in omni hac diſputatione eſt oſtenſum) duplicem ipſius aduentum eſſe prænuntiatum. vnum, in quo paſſioni ſubiectus, & inglorius, & dehoneſtatus, & crucifixus deprædicatur; ſecundum, in quo cœlitus cum gloria aderit, quando & *Defectionis homo* aduerſus altiſſimum quoque grandia loquens in terris, iniqua in nos Chriſtianos committere audebit: qui ex lege & verbo [illegible] Hieroſolymis progreſſo, per Apoſtolos [illegible], religione & vero cultu Dei percepto, ad Deum Iacobi [illegible] contugimus, quique bell[illegible] mutu[illegible] & malitia omni pleni, ex terra quam [illegible] gladios in vomeres, & haſtas in ruſtica inſtrumenta tranſmutauimus, & tanquam agricolæ exercemus veram pietatem, iuſtitiam, humanitatem, fidem, ſpem de Patre ipſo per crucifixum conceptam: ſub vite quiſque ſua ſedens; hoc eſt, ſola nupta quiſque muliere ſua contentus. Nam quod ſermo Propheticus dicat, *Et vxor eius [illegible] vitis exuberans [illegible]*. Non eſſe autem qui exterreat & in ſeruitutem redigat nos, qui Ieſu nomina per fidem dedimus, per totum orbem, manifeſtum eſt. Quod namque dum gladio percutimur, & in crucem agimur, & beſtiis obiicimur, & vinculis & igne & tormentis aliis omnibus plectimur, & [illegible]ciamur, à profeſſione noſtra non diſcedamus, [illegible] conſtat: & quanto magis eiuſmodi quædam in nos expediuntur tormenta, tanto alij plures fideles, & veræ religioni, per nomen Ieſu fiunt cultores. Quemadmodum enim [illegible] vitis excidat fructiferas partes vt palmites, qui alios floridi & frugiferi [illegible] illa profecat, facit [illegible] in nobis quoque accidit. Plantata namque eſt à Deo [illegible] Chriſto ſeruatore [illegible] vitis [ex vinea] populus eius. Reliqua porro prophetiæ, in altero eius aduentu ad rem conferentur. Colliget enim anguſtiis affectam, hoc eſt ex orbe terrarum eiectam, quantum in vobis & aliis cunctis mortalibus eſt ſitum, quandoquidem non ſolum ex poſſeſſionibus ſuis, Chriſtianorum quiſque exigitur, verum etiam in mundo

Digitized by Google

toto nemini eorum viuere permittitur. Vos autem in populo veſtro, hoc euentu completum eſſe dicitis. Qui ſi bello ſuperati & eiecti [è patria] eſtis, ſicuti Scripturæ omnes atteſtantur, iure hoc perpeſſi eſtis. At nos, qui nihil tale admiſimus, poſteaquam veritatem Dei cognouimus, teſtimonium è Deo habemus, nos vna cum iuſtiſſimo & ſolo immaculato, & à peccato immuni Chriſto, è medio tolli. Clamat enim Eſaias: *Ecce quomodo perit iuſtus, & nemo percipit corde: Et viri iuſti tolluntur, & nemo conſiderat.* Ac duos ad Chriſti huius fore, figuratè ſub Moſe eſſe promulgatum, antea dixi, per ſymbolum eorum qui in ieiunio offerebantur hircorum. Et rurſum in eo quod Moſes & Ieſus fecerunt, idem hoc [Chriſti myſterium] per figuram eſt prænuntiatum. Horum enim alter manus expandens in colle, ad veſperam vſque manſit manibus ſuſtentatis: quod nullius alterius rei quam crucis notam deſignauit: alter vero, Ieſu nomine cognominatus, aliis in pugna prælit; vnde victoria Iſraëli eſt parta. Hoc vero quoque in vtroque ſanctorum illorum virorum & prophetarum Dei factum conſiderare erat; quod vtrúmque Sacramentum vnus eorum portare non potuerit: figuram dico crucis, & nominis Ieſu inuocationis notam. Vnius namque & ſolius virtus hæc eſt, & fuit, & futura eſt: cuius ipſum quoque nomen principatus omnis metuit, magnopere dolens ſe per id exciſum iri. Itaque paſſioni ſubditus, & crucifixus Chriſtus noſter, maledictioni à lege ſubiectus non eſt; ſed ſolum clarè ſignificauit ille ſaluaturum eos eſſe, qui à terra eius non deficerent. Et qui in Ægypto ſeruati ſunt, cum Ægyptiorum primogenita interirent, eos Paſchæ ſanguis liberauit, quo poſtes vtrimque & ſuperliminare imbutum erat. Paſcha enim erat Chriſtus, immolatus poſtea, ſicut & Eſaias inquit: *Ipſe tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt.* Porro quod in die Paſchæ ipſum comprehenderitis, & ſimiliter in Paſcha crucifixeritis, ſcriptum eſt. Vt autem eos qui in Ægypto fuere, ſanguis Paſchæ ſaluos conſeruauit: ita & credentes liberabit à morte ſanguis Chriſti. Hallucinaturus ergo per errorem Deus fuerat, niſi ſignum hoc ſuper foribus extitiſſet? Equidem id non dico: ſed quod ſalutem hominum generi per ſanguinem Chriſti aduenturam eſſe prænuntiarit, id aio. *Funiculi* etiam *coccinei* ſymbolum, quod Hierichunte à Ieſu Nauæ miſſi exploratores Raabi meretrici dederunt, alligari ad feneſtram vnde eos demiſerat vt hoſtium conſpectum effugerent, iubentes: ſanguinis & id Chriſti ſignum præ ſe tulit, per quem vetuſti fornicatores, & iniqui homines ex gentibus omnibus ſaluantur, remiſſionem peccatorum accipientes, & vlterius non peccantes. Vos porro iſta humiliter exponentes, contra Deum, multæ infirmitatis illum damnantes, ſententiam fertis: perquam tenuiter hæc exaudientes, ac vim virtutémque verborum non inquirentes. Nam hoc pacto & Moſes contra legem per ſe latam feciſſe iudicetur; qui conſtitutione propoſita ſanxerit, ne qua effigies & ſimilitudo fieret, neque eorum quæ in cœlo, neque eorum quæ in terra aut mari ſunt; ipſe tamen poſtea ſerpentem æneum fecerit, atque pro ſigno quodam ſtatuerit, eos illum inſpicere iubens, qui morſu à viuis ſerpentibus læſi fuerant: atqui illi, eum intuentes, ſalui permanebant. Serpens videlicet exiſtimabitur populum ſeruaſſe; quem (ſicut antea dixi) primitus Deus maledictioni ſubdiderat, & per ingentem, vt Eſaias clamat, gladium confecit; Et tam inſipienter res iſtiuſmodi, prout Rabini veſtri docent, & non tanquam ſymbola excipiemus? neque vero ad imaginem etiam referemus Ieſu crucifixi hoc ſignum, quando & Moſes per manus expaſſas, cum eo qui Ieſu nomine cohoneſtatus fuit, victoriam populo veſtro conciliauit? Hoc quippe modo dubitare atque inquirere de legiſlatoris actionibus deſinemus. Non ille profecto, Deo relicto, inferam, cuius ductu tranſgreſſio & inobedientia initium ſumpſit, vt ſpem collocaret, populo ſuaſit, cum multo ſenſu occulto & myſterio, hæc & facta & dicta ſunt à beato propheta, neque quidquam eſt quod rectè aliquis carpere eorum queat, quæ ab omnibus omnino ſanctis vatibus dicta ſunt aut facta; ſi modo notionem eorum teneatis. Sin magiſtri veſtri, quamobrem cameli in hoc vel illo loco fœminæ dicantur, aut quid ſint quæ dicuntur cameli fœminæ: aut propter quam cauſam ſimilæ menſuræ tot, & olei menſuræ tot, in oblationibus tantum ſumantur, vobis explicent: atque id quidem oppido quam humiliter, & expoſitione humi repante: res autem magnas & quæſtione dignas nunquam proferre aut interpretari audeant, aut nobis enarrationibus, neque audire nos prorſus, neque ad communionem ſermonis nobiſcum venire vos hortentur: an non merito audiant, quæ ad eos dixit Dominus noſter Ieſus Chriſtus: *Sepulcra dealbata; qui intrinſecus pleni eſtis oſſibus mortuorum, & extrinſecus apparetis ſpecioſi: mentam decimantes, [& culicem excolantes] camelum autem deglutientes?* Itaque niſi doctrinas eorum deſpexeritis, qui ſeipſos efferunt, & Rabi Rabi appellari volunt; & ea animi alacritate & mente ad prophetica acceſſeritis ſcripta, vt eadem perferatis ab hominibus veſtris quæ & ipſi prophetæ ſunt perpeſſi: nullam prorſus poteritis ex propheticis doctrinis percipere vtilitatem. Id quod dico, iſtiuſmodi eſt. Auſen illum, vt ſæpè commemoraui, qui cum Chalebo ſpeculator in terram Chanaan miſſus eſt, *Ieſum* Moſes nominauit. Hoc ipſum tu, quam ob cauſam fecerit, non quæris, non ambigis, neque ſtudioſè percunctaris. Ilicet te fugit Chriſtus, & legens non intelligis: ac ne nunc quidem, cum audis Ieſum noſtrum Chriſtum eſſe, rationem tecum inis ac reputas, non otioſè neque temerè illi hoc impoſitum eſſe nomen. At enim cur primo *Abram* nomini, A vnum additum ſit, theologando, & quaſi diuina tractando diſſeris: & cur pariter R aut I vnum *Sara* appellationi ſit adiectum, oratione ad faſtum comparata enarras: quam vero ob rem à patre eius inditum nomen, in filio Nauæ, totum alio nomine ſit tranſnominatum, non percontaris. Quemadmodum ſimiliter nec illud, quod non modo nomen eius eſt tranſnominatum, verum etiam quod Moſæ ſucceſſoris cooptatus, ſolus ipſe eorum qui ex Ægypto vna profecti ſunt, æqualium ſuorum, populum reliquum in terram ſanctam introduxit; & quomodo ille populi in terram eam, & non Moſes ipſe, ductor fuit? Et vt ille per ſortem, eam hæreditario illis iure, qui ſecum ſunt ingreſſi, dimiſit: ita & Ieſus Chriſtus diſperſionem populi conuertet, & diſpertiet terram bonam, cuique ſuum dans pro parte virili: non eadem autem vel par erit diuiſio. Ille namque temporaneam ipſis tribuit hæreditatem; vtpote qui neque Chriſtus Deus eſſet, neque Dei filius: hic autem, poſt ſanctam reſurrectionem, poſſeſſionem nobis dabit ſempiternam. Conſiſtere fecit ille ſolem, nomine prius Ieſus tranſnominatus, cum de ſpiritu quoque eius accepiſſet fortitudinem. Quod enim Ieſus fuerit, qui Moſæ & Abrahæ, & aliis ſanctis patriarchis omnibus apparuit, & cum eis colloquutus eſt, voluntati Patris adminiſtrans, demonſtraui. Quem etiam, vt homo ex Maria Virgine naſceretur; cœlitus veniſſe, & ſemper eſſe, dico. Hic etenim eſt à quo & cœlum & terram factam ſcimus; & per quem & cœlum & terram Pater innouabit. Hic eſt qui in Hieruſalem, vt lux reſplendeat ſempiterna, faciat. Hic eſt qui ſecundum ordinem Melchiſedech rex Salem, & perpetuus eſt Altiſſimi ſacerdos. Ille dicitur per ſecundam circumciſionem cultris lapideis populum circumcidiſſe: quod præconium & annuntiatio fuit circumciſionis huius, qua reſecuit nos ipſe Ieſus Chriſtus à lapidibus & aliis ſimulacris, & aceruos cumulauit eorum qui à præputio, hoc eſt ab errore & ſeductione mundi, in quouis loco ſaxeis cultris, id eſt nomine & verbis Domini noſtri, ſunt circumciſi. Quod namque per ſimilitudinem Chriſtus *Lapis* & *Petra* à prophetis ſit prædicatus, ſatis eſt à me demonſtratum. Proinde per *cultros lapideos*, Verba eius accipiemus, per quæ à præputio tam multi in ſeductione oberrantes, circumciſione cordis ſunt circumciſi: qua vt circumciderentur etiam qui illam alteram obtinebant, quæ ab Abrahamo initium ſumpſerat, iam inde ab eo

tempore,

A tempore, per Ieſum, eos hortatus eſt Deus. Et qui ingreſſi ſunt in terram illam ſanctam, cultris ſaxeis eos à Ieſu circumciſos eſſe dixi ſecunda circumciſione. Quandoque enim Spiritus ſanctus manifeſto & apertè aliquid fieri, quod futuræ rei figura eſſet, fecit, quandoque autem loquutus eſt de futuris euentis; ſed ita loquutus, quaſi iam tum fierent, aut antea facta fuerint, quam artem niſi lectores tenuerint, haudquaquam ita vt par eſt, poterunt aſſectari & aſſequi reſponſa diuina. Exempli gratia; verba quædam prophetica proferam vt, quod dixi, intelligentia aſſequamini. Cum per Eſaiam dicit: *Ipſe tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt: & velut agnus coram tondente obmutuit* perinde atque paſſio iam peracta eſſet, loquitur. Et cum itidem dicit: *Expandi manus meas ſuper populum incredulum & reſponſatorem*: & cum ait; *Domine quis credidit auditui noſtro*? ita verba prolata ſunt, quaſi rerum iam factarum annuntiationem ſignificarent. Nam per parabolam & ſimilitudinem, perſæpè

B eum, *Lapidem* Chriſtum vocare oſtendi: & per tropologiam, figuratamque nominis mutationem, *Iacobum* & *Iſraëlem*. Rurſus cum dicit: *Videbo cælos, opera digitorum tuorum*: ſi non verborum [ſeu Verbi potius] eius accepero facturam, non ſapienter ea accepero; ſicuti magiſtri veſtri volunt, autumantes manus & pedes & digitos & animam, velut creato & compoſito animanti, eſſe parenti rerum cunctarum & ingenito Deo: qui propterea etiam Patrem ipſum apparuiſſe Abrahæ & Iacobo docent. O nos ergo beatos, qui per cultros lapideos ſecunda ſumus circumciſi circumciſione. Veſtra namque prima, per ferrum & facta eſt, & etiamnum fit duricordes enim eſſe perſeueratis. At noſtra circumciſio, quæ numero ſecunda, poſt veſtram in medium eſt producta, per *lapides acutos*, hoc eſt per verba ipſorum Apoſtolorum ſummi angularis lapidis, & abſque manibus abſciſſi, nos circumcidit ab idolorum cultu, & (vt vno verbo dicam) à vitioſitate omni. Quorum corda ita ſunt circumciſa

C à prauitate, vt & læti mortem oppetamus propter nomen *pulchræ petræ*: vnde aqua viuente, in cordibus eorum qui per ipſum, Vniuerſitatis huius parentem diligunt, ſcatente, potum illa præbeat, aquam vitæ bibere volentibus. Verum hæc aliquo dicente, non intelligitis. Quæ enim oracula vatum ſanctorum Chriſtum facturum eſſe prædixerunt, non percipitis: neque nobis ad ſcripta ſacra vos producentibus, fidem habetis. Nam Hieremias ita clamitat: *Væ vobis, qui dereliquiſtis me fontem viuentem, & fodiſtis vobis ciſternas diſſipatas, quæ non poterunt continere aquam. Num ſolitudo erit vbi eſt mons Sion: quoniam Hieruſalem libellum repudij dedi in conſpectu veſtro*? Sed enim Zachariæ, per ſimilitudinem myſterium Chriſti indicanti, & recondite præconio annuntianti, credere debebetis. Verba eius hæc ſunt: *Gaude & lætare filia Sionis quoniam ecce ego venio, & habitabo in medio tui, dicit Dominus, & applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illo: & erunt mihi in populum. & habitabo in medio tui, & cognoſcent quod Dominus virtutum miſerit me ad te: & hæreditate accipiet Dominus*

D *Iudam, & partem eius in terra ſancta. Et eliget adhuc Hieruſalem. Caueat omnis caro a facie Domini: quoniam excitatus eſt ex nubibus ſanctis ſuis, & oſtendit mihi Ieſum ſacerdotem magnum, ſtantem ante faciem Angeli. & diabolus ſtabat a dextris eius, vt aduerſaretur ei, & dixit Dominus ad diabolum. Increpet Dominus in te; qui elegit Hieruſalem, nónne ecce iſtud torris extractus ex igne*? Cum vero Trypho reſpondere & contradicere vellet, dixi: Præſtolare primum, & audi quæ dico: non enim quam ſuſpicaris allaturus ſum expoſitionem, quod nullus fuerit Ieſu nomine ſacerdos in terra Babylonia, vbi populus veſter captiuus fuit. Quod quidem etiamſi facerem, demonſtrares tu tamen Ieſum ſacerdotem fuiſſe in genere veſtro. Hunc autem ipſum in reuelatione [ſeu viſione] ſua propheta non vidit: ſicuti neque Diabolum, neque Domini Angelum oculis ipſis ſuis intra ſeipſum conſtitutus; ſed à ſeipſo emota mente alienatus, reuelatione ei exhibita, vidit. Iam nunc autem dico, quemadmodum per nomen *Ieſu*, Nauæ filium, virtutes & facta quædam, quæ res à Domino noſtro agendas prænuntiarent, edidiſſe prælocutus eſt Spiritus ſanctus: ita & ſub *Ieſu*, qui Babylone in populo veſtro ſacerdos fuit, apparitionem factam, in præſentia probabo, rerum à noſtro ſacerdote, & Deo & Chriſto, Patris rerum omnium filio, gerendarum, eſſe præconium. Admiratus equidem iam ſum, dixi, quid ita paulo ante ſilentium tenueritis, me verba faciente: aut non reprehenderitis dicentem, ex eis qui ex Ægypto profecti ſunt, æqualibus ſuis, ſolum Nauæ filium in terram ſanctam perueniſſe, & qui infra ætatem generationémque eam cenſi eſſent, minorennes. Nam ad inſtar muſcarum, ad vlcera accurritis & aduolatis; ac, ſiquis vel decem millia verborum rectè eloquatur, vnum autem vel minimum ita proferat ut vobis diſpliceat & ingratum ſit, vel non intellectum, vel non accurate ſatis perceptum: plurima illa pulchrè dicta nihil curatis, pauxillam autem dictionem arripitis, & ex ea tanquam impiè & improbe dictum facere annitimini: vt perſimili iudicio à Deo iudicati, multo magis de ingentibus auſis ſiue malarum actionum, ſeu prauarum interpretationum, quas adulterine inſtituentes ſubintroducitis, rationem reddatis: quo enim iudicio iudicatis, eo vos iudicari æquum eſt. Enimuero vt vobis rationem explicem de reuelatione Ieſu Chriſti, ſancti iſtius: rem ipſam repeto & aſſero: eam quoque reuelationem in nos competere, in Chriſtum pontificem hunc crucifixum credentes; qui, cum in fornicatione & omni prorſus impura actione eſſemus, per eam quæ nobis à Ieſu noſtro obtigit, de voluntate & conſilio Patris eius, gratiam, omni ſordida qua circumdati eramus prauitate exuti ſumus. Nobis quippe diabolus inſtabat, ſemper aduerſans, & ad ſe trahere volens: & *Angelus Dei*, id eſt virtus Dei, per Chriſtum nobis miſſi, increpat illum, & à nobis repellit: & ſumus perinde atque ex igne extracti, à peccatis videlicet priſtinis purificati, atque ab afflictionibus & explotatione ignis probati; qua nos exercet diabolus & adminiſtri eius omnes, vnde nos etiam rurſus extrahit Ieſus, filius Dei; qui ſe veſtibus præparatis nos induturum eſt pollicitus, ſi præcepta eius factis compleuerimus; & regnum ſempiternum nobis prouidentia ſua paratum eſſe recepit. Quemadmodum namque Ieſus ille qui à propheta ſacerdos dicitur, ſordida veſtimenta ferre eſt viſus, eo quod mulierem fornicariam duxiſſe dictus eſſet: & torris ex igne erutus vocatus eſt, propterea quod remiſſionem peccatorum accepiſſet, increpato etiam eius aduerſario diabolo: ita nos, qui per Ieſu nomen, velut vnus homo vniuerſi, in opificem rerum cunctarum Deum credimus, olim impura induti veſtimenta, id eſt peccata; per nomen primogeniti filij ipſius eis exuti, verbo nunc vocationis eius tanquam igne inflammati, verè *ſacerdotale genus Dei* ſumus: prout & Deus ipſe teſtatur, perhibens nos quouis loco in nationibus, victimas ſibi placitas & mundas offerre. A nemine ſanè Deus hoſtias accipit, niſi à ſacerdotibus ſuis. Vniuerſos igitur qui per nomen iſtius ſacrificia [offerunt.] quæ Ieſus Chriſtus fieri tradidit, hoc eſt in Euchariſtia panis & calicis, quæ in loco omni à Chriſtianis fiunt, præuertens Deus, gratos ſibi eſſe teſtificatur. Quæ autem à vobis & veſtris illis ſacerdotibus offeruntur, renuendo abiicit, inquiens; *Et ſacrificia veſtra non ſuſcipiam ex manibus veſtris: Quoniam ab ortu ſolis vſque ad occaſum, nomen meum glorificatur in gentibus: vos autem profanatis illud.* Ac vos ad hunc vſque diem ſtudio contendendi allegatis, Deum eas quidem non recepiſſe victimas quas Hieroſolymis, qui tum ibi agebant Iſraelitæ nominati, obtulerunt: eorum autem qui tempore illo ex genere veſtro in diſperſione erant, acceptas habuiſſe preces, eum dicere; & orationes illorum, *ſacrificia* nominare. Porro ſupplicationes ſimul & gratiarum actiones, quæ à dignis peraguntur, ſolas perfectas eſſe, & Deo caras victimas, ipſe quoque affirmauerim.

Has vero ſola facere Chriſtiani didicerunt, in ipſius etiam alimoniæ ſuæ recordatione, aridæ iuxta & liquidæ: in qua & paſſionis quam pertulit propter ipſos Deus Dei, meminit, cuius nomen per terram omnem profanari & blaſphemiis impie violari curarunt Pontifices populi veſtrI, & Rabini. Quæ ſordida & ipſa indumenta a vobis, cunctis qui de nomine *Ieſu* facti ſunt, Chriſtianis iniecta, Deus à nobis adimi oſtendet, quando vniuerſos reſuſcitabit: atque hos quidem in perpetuo atque indiſſolubili collocabit regno, incorruptibiles, & immortales, & indolentes: illos: autem, in æternum mittet incendium & ſupplicium ignis. Quod autem vos ipſos & ipſimet ſeducitis, & magiſtri veſtri, exponentes verbum de eis qui genris veſtræ in diſperſione ſunt, prædicate; quod orationes & ſacrificia eorum, pura & accepta quouis loco ſint: in eo vos ſcitote per mendacium falli; qui modis omnibus vos ipſos ſeducere, atque errore implicare conamini: præcipue cum ne nunc quidem, ab oriente ſole ad occaſum vſque gens veſtra ſit; ſed ſunt gentes quædam vbi nondum veſtri generis quiſquam habitauit. Atqui ne vnum quidem eſt genus mortalium, ſiue barbarorum ſiue Græcorum, ſeu etiam aliorum omnium, quocumque appellentur nomine; vel Hamaxobiorum, vel Nomadum domo carentium, vel in tentoriis viuentium [Scenitarum] & pecoribus vitam tolerantium; inter quos per nomen crucifixi *Ieſu*, ſupplicationes & gratiarum actiones patri & fabricatori rerum omnium non fiant. Scimus certe quidem tum temporis, cum propheta Malachias hoc proloquutus eſt, nondum diſperſionem veſtram per totum terrarum orbem fuiſſe: quemadmodum & ſacris litteris oſtenditur. Itaque potius rixandi amore ſuperſedeotes, reſipiſcite, & pœnitentiam agite, priuſquam adueniat dies ille magnus; quando è numero malorum veſtrorum omni omnes plangent, qui Chriſtum hunc pupugerunt: provt prædictum id eſſe, Scripturis confirmaui. Ac Dominum deieraſſe, ſecundum ordinem Melchiſedech [ſe ſacerdotem eum inauguraturum eſſe] & quid ſibi prænuntiatio talis velit, explicui: tum autem & prædictionem Eſaiæ, dicentis; *Sepultura eius è medio ſublata eſt:* Chriſto ipſi humando & à mortuis excitando congruere, antea probaui: & Chriſtum hunc, viuorum ſimul & mortuorum omnium iudicem fore pluribus expoſui. Ac Nathan de hoc itidem verba ad Dauidem faciens, ſic intulit: *Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium & miſericordiam meam non auferam ab eo; quemadmodum feci ab eis qui ante eum erant: & ſtatuam eum in domo mea, & in regno eius vſque in ſæculum.* Et ducem in domo non alium, quam hunc ipſum dicit Ezechiel. Iſte enim eſt eximius præcipuuſque ſacerdos, & æternus rex Chriſtus ipſe, vt filius Dei, in cuius ſecundo aduentu ne exiſtimetis Eſaiam aut alios prophetas admonere vt ſacrificia ſanguinis aut libationum ſuper altari offerantur, ſed veræ atque ſpirituales laudes & gratiarum actiones. Nos ſane non fruſtra aut temere in hunc credimus, neque in fraudem ſeducti ſumus ab his qui ita docuerunt. Quin hoc admirabili Dei prouidentia eſt factum, vt nos quam vos, qui reputamini quidem, ſed non eſtis neque Dei amantes neque prudentes, prudentiores & religioſiores reperiamur, per noui & æterni Teſtamenti, hoc eſt Chriſti, vocationem. Hoc ipſum admiratus Eſaias, ait: *Et continebunt reges os ſuum: Quia quibus non eſt annuntiatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent. Domine, quis credidit auditui noſtro; & brachium Domini cui reuelatum eſt?* Hæc dicens ô Trypho, inquam, propter eos qui hodie tecum venere, quoad res fert, breuiter iſta & conciſe commemorare connitor. Atque ille: Recte, inquit. Immo etiamſi ea pluribus repetas, me tamen & eos qui mecum ſunt, delectatum iri auditione ſcito. Tum ego rurſum dixi: Num putatis, ô viri, nos vmquam hæc in Scripturis intelligere potuiſſe, niſi voluntate Dei, vt iſta intelligeremus volentis, gratiam accepiſſemus? quâ vos gratia deſtituti, nihil horum intellexiſtis, vt ad rem conferretur quod eſt apud Moſen promulgatum: *Prouocauerunt me in diis alienis, in abominationibus exacerbauerunt me. Sacrificarunt dæmoniis, quæ neſciebant, noui & recentes venerunt, quos ignorabant patres ipſorum. Deum qui te genuit, dereliquiſti: & oblitus es Dei qui aluit te. Et vidit Dominus, & æmulatus eſt: & concitatus eſt ad iracundiam à filiis ſuis & filiabus: & dixit: Auertam faciem meam ab eis, & oſtendam quid futurum ſit eis in extremis: quoniam generatio peruerſa eſt, filij quibus non eſt fides in eis. Ipſi ad æmulationem prouocauerunt me, in eo qui non eſt Deus: & ad iram incitauerunt me, in ſimulacris ſuis: & ego prouocabo eos in ea quæ non eſt gens; in gente ſtulta ad iram irritabo eos: quia ignis accenſus eſt à furore meo, & ardebit vſque ad inferos. Deuorabit terram & germina eius, comburet fundamenta montium, congregabo ſuper eos mala.* Et poſtquam occiſus eſt iuſtus ille, nos populus alter effloruimus, & germinauimus ſpicæ nouæ ac virentes, ſicuti prophetæ dixerunt: *Et confugient gentes multæ ad Dominum die illo in populum; & habitabunt in medio terræ vniuerſæ.* Ac nos non modo populus, verumetiam populus ſanctus ſumus, provt iam indicauimus: *Et vocabunt eum populum ſanctum redemptum à Domino.* Quapropter haudquaquam deſpiciendus popolus ſumus neque barbara natio, neque cuiuſmodi ſunt Carum & Phrygum gentes, nam & nos elegit Deus, & manifeſtatus eſt non percunctantibus eum. *Ecu Deus ſum,* inquit, *genti quæ non inuocauerunt nomen meum* Hæc enim illa eſt gens quam antiquitus Deus promiſit Abraæ, & patrem ipſum fore multarum gentium pollicitus eſt, non Arabum, neque Ægyptiorum, neque Idumæorum dicens; quandoquidem & Iſmael magnæ gentis pater exſtitit, atque itidem Eſau; & etiam nunc ingens eſt Ammonitarum multitudo. Noë ſane quidem, & ipſius Abraæ pater fuit, totiúſque adeo generis humani; & alij aliorum fuere progenitores. Quid ergo amplius præ cæteris, per gratiam hic Abraæ tribuit Deus? Quod perſimili vocationis verbo ipſum vocauit, exire iubens è terra quam incolebat. Ille vero & nos omnes voce illa vocauit, & exiuimus iam ex ea vitæ conuerſatione, in qua viximus communibus aliorum terræ habitatorum moribus, male vitam agentes: & vna cum Abraamo iure hæreditario accipiemus terram ſanctam, hæreditatem cernentes in æuum infinitum: quippe qui liberi Abraæ, propter parem fidem, ſumus. Quo namque modo ille voci Dei credidit, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam: eodem & nos modo voci Dei, quâ per Apoſtolos Chriſti denuo promulgatæ, quâ per prophetas olim nobis annuntiatæ, credentes, ad mortem vſque rebus mundanis omnibus renuntiauimus. Itaque illi promiſſum eſt, eiuſdem fidei erga Deum, religionis & iuſtitiæ gentem lætitiâ affectuiam eſſe patrem; & non vos, in quibus non eſt fides in ipſis. Videte ſane quo modo & Iſaaco & Iacobo eadem ſint promiſſa, ita etiam dicit ad Iſaacum: *Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ,* ad Iacobum autem; *Et benedicentur in te omnes tribus terræ, & in ſemine tuo,* non hoc vel Eſauo vel Rubeni, vel alij cuipiam dicit; ſed illis tantum ex quibus iuxta œconomiam & diſpoſitionem (quæ diuinitus eſt ordinata, in virginem Mariam) naſciturus erat Chriſtus. Quod ſi etiam benedictionem Iudæ perdidiceris, quæ dico perſpicies. Diuiditur enim ſemen ex Iacobo, & per Iudam, per Phares, per Ieſſe & Dauidem deducitur. Fuerunt autem hæc ſymbola & notæ, quoſdam generis veſtri Abraæ filios inuentum, atque in parte Chriſti cenſum iri, alios autem fore quidem Abraæ filios, ſed vt arenam ad os maris ſitam, infœcundam & infrugiferam: plurimam ſane illam & innumerabilem, minime vero quidquam fructificantem, ſed vndam dumtaxat bibentem, quod certe & in gente veſtra multitudo ingens facere coarguitur, amaritudinis quidem & impietatis doctrinas combibentes, Dei autem verbum exſpuentes. Ergo in Iuda quoque dicit; *Non deficiet Princeps ex Iuda & dux de femore eius, donec veniant quæ repoſita ſunt ei: & ipſe erit exſpectatio gentium.* Atque hoc quod non in Iudam dictum ſit, ſed in Chriſtum, ſatis apparet. Nam Iudam, omnes qui ex gentibus omnibus ſumus, non exſpectamus, ſed Ieſum,

qui

A qui & patres veſtros ex Ægypto eduxit, ſiquidem ad
aduentum vſque Chriſti prophetia vaticinans pertinuit:
Donec veniat cui repoſitum eſt: & ipſe erit exſpectatio gen-
tium. Aduenit igitur, ſicuti multis oſtendimus; & rur-
ſum aduenturus eſſe ſuper nubibus, in exſpectatione eſt
Ieſus, cuius nomen vos profanatis, & profanari in toto
orbe curatis. Poteram autem, ô viri inquam, aduerſus
vos decertare de loquutione, quam vos interpretando
profertis, dictum eſſe aſſeuerantes, *Donec veniant quæ*
repoſita ſunt ei, nam Septuaginta illi non ita verterunt;
ſed, *Donec veniat cui repoſitum eſt.* Quoniam vero con-
ſequentia, de Chriſto dicta eſſe verba ea, indicant: ſic
namque habent; *Et ipſe erit exſpectatio gentium:* non
diſputabo vobiſcum de dictiuncula, ita nimirum vt ne-
que ex eis Scripturæ, quam allegans recitaui, locis quos
ipſi non agnoſcitis, ex ſcriptis videlicet Hieremiæ pro-
phetæ, Eſdræ, & Dauidis reciſis, argumenta & probationes
de Chriſto adducere ſtudui; ſed ex dictis quæ hucvſque
5 recepta fatemini eſſe, quæ ſi intellexiſſent magiſtri veſtri,
credite illos ea expuncturos fuiſſe, ſicuti quoque in eis
quæ de cæde Eſaiæ ſcripta erant, fecerunt: quem ſerra
lignea diſſecuiſtis: quod ipſum & Sacramentum eſt,
Chriſtum bifariam genus veſtrum conciſurum eſſe, atque
alios quidem, dignos videlicet, pro eo atque dixit, vna
cum ſanctis Patriarchis & vatibus regno æterno dignatu-
rum, alios autem, vna cum infidelibus ſtidem & pœni-
tentiæ neſciis ex gentibus omnibus, ad condemnatio
nem ignis inexſtinguibilis miſſurum. *Venient enim* (ait)
ab Oriente & occidente, & recumbent cum Abraamo &
Iſaaco & Iacobo in regno cælorum. Filij autem regni, ej-
icientur in tenebras exteriores. Atque iſta, inquam, quod
nihil omnino, præterquam vt vera loquar, curem, dico:
neminem prorſus veritus, quamuis è veſtigio in partes
a vobis diſcerpar, neque enim curam aut rationem ali-
quam populatium etiam meorum (Samaritanorum dico)
habui ſcripto Cæſarem compellans; cum impoſtoris ſe-
duci eos in errorem affirmarem, qui Simoni gentis ſuæ
mago parerent; quem Deum eſſe ſupra principatum &
poteſtatem & virtutem omnem dicunt. Atque illis quie
tis, intuli: Dauid, ô amici, de Chriſto hoc agens, non
in ſemine ipſius dixit benedictum iri gentes, verum *in*
ipſo. Sic enim ibi eſt: *Nomen eius in ſæculum. Super ſo-*
lem exorietur. Et benedicentur in eo omnes gentes. Puto ſi
in Chriſto benedicentur omnes gentes, & ex gentibus
omnibus in hunc credimus, ſimul ipſe Chriſtus eſt, ſi-
mul nos per eum benedicti. Solem quidem Deus permi-
ſit prius adorari, quemadmodum ſcriptum eſt: verum
nunquam quemquam videre fuit, qui propter fidem in
ſolem, mortem ſubiiſſet. Propter nomen autem Ieſu, ex
omni hominum genere & ſuſtinuiſſe & ſuſtinere ſuppli-
cia potius omnia, quam vt eum negent, cernere licet.
Ardentius namque eius eſt, Veritatis videlicet & Sa-
pientiæ verbum, & lucidius multo quam Solis virtutes;
& in receſſus cordis atque mentis penetrat: vnde & di-
ctum eſt. *Super ſolem exorietur nomen eius*, & item,
Oriens nomen eius, Zacharias effert; & de eodem lo-
quens, ait quod *plangent tribus ſecundum tribum.* Verum-
enimuero ſi in ignominioſo, & deformi, & abiecto priore
aduentu ſuo tantopere reſplenduit, & virtute valuit, vt in
nulla gente ignoretur, ſed ex omni genere homines à ve-
teris vitæ conſuetudine reſipiſcentes, pœnitentiam agant,
& dæmonia nomini eius ſubiecta ſint, ac principatus
omnes & regni nomen ſigillum, ſupra defunctos omnes
metuant: modis eos omnibus, in glorioſo aduentu ſuo ex-
ſcindet omnes, qui odio perſequuti ſunt eum, quique
inique deſciuerunt ab eo; ſuos autem in requie colloca-
bit, reddens illis quæ exſpectauerunt omnia. Nobis equi-
dem datum eſt vt eum audiamus & intelligamus, & ſalue-
mur per Chriſtum hunc, & res Patris noſcamus omnes,
propterea ad eum dixit: *Magnum eſt tibi, vt voceris ſeruus*
[ſeu Puer] meus, vt conſtituas tribus Iacobi, & diſperſiones
Iſraelis conuertas. Poſui te in lucem gentium; vt ſis ſalus
earum vſque ad extremũ terræ. Hæc vos quidem in Geio-
ram, & proſelytos aduentitioſque veſtros dicta eſſe arbi
tramini: re autem vera de nobis ſunt promulgata, per

Ieſum illuſtratis. Sane quidem & illis ipſis teſtimonium E
perhibuit Chriſtus, nunc autem duplicato gehennæ filij
eſtis, quemadmodum ipſe dixit. Proinde non ad illos
etiam, quæ à prophetis ſunt commemorata, ſed ad nos
dicta ſunt, de quibus verbum ait; *Ducam in via cæcos,*
quam neſciunt: & ſemitas quas ignorauerunt, inambula-
bunt. Et ego teſtis; dicit Dominus Deus; & Seruus meus
quem elegi. Quibus ergo teſtimonium perhibet Chriſtus?
fidelibus videlicet, [ſatis id conſtat.] Proſelyti porro veſtri
non modo fideles non ſunt, ſed duplo magis quam vos
blaſphemiis & maledictis proſcindunt nomen eius: ac
nos in eum credentes & occidere, & tormentis excru-
ciare volunt, in omnibus enim rebus vobis exæquari con-
tendunt. Ac rurſus aliis verbis vociferatur: *Ego Dominus*
vocaui te in iuſtitia: & apprehendam manum tuam, &
fortem reddam te, & diſponam te in teſtamentum generis,
in lucem gentium: vt aperias oculos cæcorum, educas ex
vinculis compeditos. Sane quidem & hæc, ô viri, ad
Chriſtum & de gentibus illuminatis dicta ſunt, an vero vos F
rurſus dicetis: De lege hæc & de proſelytis loquitur? Et
tanquam in theatro, eorum nonnulli qui altero aduene-
rant die, exclamarunt; Quid? non ad Legem & ab ea
illuſtratos verba facit? hi autem ſunt proſelyti. Minime;
inquam, ad Tryphonem reſpiciens. Nam ſi Lex potuiſ-
ſet gentes, & eos qui illam habent, illuminare, quid
opus fuiſſet Nouo Teſtamento? Siquidem Nouum Te-
ſtamentum, Legémque & iuſſionem æternam Deus ſe
miſſurum eſſe prænuntiauit: proinde non veterem legem
& proſelytos eius accipiemus, ſed Chriſtum & proſely-
tos eius, non ex gentibus quos illuſtrauit: prout alicubi
ait; *Sic dicit Dominus: Tempore accepto exaudiui te; &*
in die ſalutis opem tuli tibi. Et dedi te in teſtamentum gen-
tium, vt conſtitueres terram, & hæreditatis iure poſſideres
loca deſerta. Quænam eſt hæreditas Chriſti? nonne gen-
tes? Quod teſtamentum Dei? nonne Chriſtus? Sicut &
alibi dixi: *Filius meus es tu; ego hodie genui te. Poſtula a*
me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem
tuam terminos terræ. Sicut igitur omnia hæc ad Chri- G
ſtum & gentes dicta ſunt, ſic & illa dicta eſſe putate.
Nam proſelyti veſtri nihil indigent teſtamento, ſi vna
eademque omnibus circumciſis lege propoſita, de illis
ita Scriptura loquitur, *Et apponetur etiam Geioras ad*
ipſos, & apponetur ad domum Iacobi. Proſelytus certe
circumciſus, ſi ad populum acceſſerit, perinde eſt atque
indigena & originarius. Nos autem, qui digni idoneique
habiti ſumus vt Populus vocaremur, Gens nihilominus
ſumus, propterea quod circumciſi non ſimus. Ad hæc
ridiculum quoque eſt, in ea vos eſſe opinione, proſely-
torum quidem ipſorum apertos eſſe oculos, veſtros au-
tem minime, ac vos audire, Cæci & ſurdi; at illos,
illuminati; tum autem ridiculoſius etiam multo vobis
accidet, ſi legem [Euangelicam] gentibus datam eſſe
dixeritis, & vos neque illam [Moſaicam] legem noue-
ritis. Vitaſſetis enim vtique iram Dei, ac filij iniqui &
vagabundi (ſeu extrauagantes) non eſſetis: puderétque
que vos illum identidem audire, dicentem; *Filij, qui-*
bus non eſt fides in ipſis. Quis cæcus, niſi ſerui mei? & H
ſurdus, niſi qui dominatur eis? Et excæcati ſunt ſerui
mei. Quod ſi perſæpe etiam non obſeruaſtis apertas aures
veſtras, & non audiuiſtis an bono ſit laus veſtra qua
Deus vos celebrat, & Dei teſtimonia quæ ſeruos decent:
nimirum nec erubeſcitis ſæpenumero iſta audientes, ne-
que Deo comminante exhorreſcitis: populus certe qui-
dem ſtultus & duricors eſtis. *Propterea ecce, addam vt*
transferam populum hunc; Dicit Dominus: & transferam
eos. & perdam ſapientiam ſapientium, & intelligentiam
intelligentium abſcondam. Recte & merito, non enim ſa-
pientes eſtis neque intelligentes, ſed acres & verſuti, ſa-
pientes quidem, ad malefaciendum dumtaxat: ad intelli-
gendum autem conſilium Dei reconditum, aut teſtamen-
tum Domini fidele, & ad inueniendas ſemitas ſempiter-
nas, inepti. Itaque *Excitabo*, inquit, *Iſraeli & Iudæ ſemen*
hominum, & ſemen pecudũ. Et per Eſaiam de alio Iſraele ita
loquitur: *Die illo erit tertius Iſraël in Aſſyriis & Ægyptiis,*
benedictus in terra quã benedixit Dominus Zebaoth, dicẽs;

Benedictus ſit populus meus,qui eſt in Ægypto,& qui eſt in Aſſyrus ; & hereditas mea Iſraël. Cum ergo Deus benedicat, & Iſraëlem vocet populum iſtum, & hæreditatem ſuam eſſe clamitet : cur pœnitentiam non agitis, quod cum vos ipſos ſeduciris, veluti ſoli Iſraël ſitis ; tum benedictum hunc populum diris exſecramini ? Etenim poſtquam ad Hieruſalem, & quæ circumcirca ſunt regiones, loquutus fuerat, ita rurſus dixit : *Et creabo ſuper vos homines, populum meum Iſraelem : & hereditario iure habebunt vos, & eritis eis in poſſeſſionem. Et non adjicietur vobis vt amplius orbis ſitis liberis ab eis, [ſiue, vt abſque liberis vos faciant.*] Quid ita ? Trypho ait. Voſne Iſrael eſtis, ac de vobis iſta loquitur ? Si quidem reſpondi, de his multa non diſſeruimus, addubitaſſem vtrique num te non ſatis percepta hoc interrogares. Quando vero quæſtionem iſtam & demonſtratione & aſſenſiooe concluſimus, non arbitror te quæ dicta ſunt ignorare, neque denuo rixari incipere ; ſed me incitare, vt & hiſce eadem probem : Ac illo oculorum nutu conſentiente, rurſus ſermonem continuaui. In Eſaia, ſi quidem auribus audientes audiuis, de Chriſto verba faciens Deus, per ſimilitudinem *Iacobum* eum nominat & *Iſraelem*, ita dicens : *Iacob ſeruum meum ; ſuſcipiam eum : Iſrael electus meus, ponam Spiritum meum ſuper eum ; & iudicium gentibus proferent, non contendet neque clamabit, neque audiet quiſquam in plateis vocem, cum arundinem comminutam non confringet, & linum fumigans non extinguet : ſed veritatem profert, iudicium recipiet : & non frangetur donec poſuerit in terra iudicium. Et in nomine eius gentes ſperabunt.* Quemadmodum ergo ab vno illo Iacobo, qui & Iſraël cognominatus eſt, genus veſtrum omne *Iacob* & *Iſraël* eſt vocatum : ita & nos ab eo qui in Deum nos genuit, Chriſto, ceu Iacob & Iſraël, & Iudas & Ioſeph, & Dauid, [ſic] filij etiam Dei veri & dicimur & ſumus, mandata Chriſti ſeruantes. Et cum eos turbulentiores inter ſe eſſe viderem, eo quod dixiſſem, Dei etiam nos filios eſſe, percontationem eorum anteuertens : Audite, ô viri, inquam, quomodo Spiritus ſanctus de populo iſto loquatur, *filios Altiſſimi* omnes eſſe, atque in conuentu eorum iſtum ipſum Chriſtum præſentem de mortalium genere omni iudicaturum eſſe. Verba ipſa per Dauidem dicta ſunt ſicuti vos quidem interpretamini, ad hunc modum : *Deus ſtetit in ſynagoga deorum : in medio autem deos diiudicat. Quouſque tandem iudicatis iniquitatem, & perſonam peccatorum accipitis ? Iudicate pupillo & egeno, & humilem atque pauperem iuſtificate. Eripite pauperem, & inopem e manu peccatoris liberate. Non cognouerunt neque intellexerunt : in tenebris ambulant. Mouebuntur omnia fundamenta terræ. Ego dixi : Dij eſtis, & Filij Altiſſimi omnes. Vos autem ſicut homines morimini, & tanquam vnus principum cadetis. Exſurge Deus, iudica terram : quoniam tu hæreditatem accipies in omnibus gentibus.* In tranſlatione autem Septuaginta, dictum eſt ; *Ecce ſane ſicut homines morimini, & ſicut vnus principum cadetis*, vt declaret quoque inobedientiam hominum, Adæ dico & Euæ ; & caſum vnius ex principibus, hoc eſt Serpentis illius qui vocatus eſt [Satanas,] & lapſu graui cecidit, propterea quod in fraudem ſeduxerit Euam. Sedenim cum non ob eam cauſam verba hæc allegata ſint, verum vt vobis demonſtrarem, Spiritum ſanctum hominibus exprobrare, cum itidem vt Deus eſt, impatibiles & immortales, ſi quidem præcepta eius ſeruarent, ab eo facti, & eo honore digni iudicati fuerint vt filios ſuos vocaret : quod illi ex æquo Adæ & Euæ conformati, mortem ſibiipſis procreent : habeat ſane expoſitio Pſalmi ita vt vultis : nihilominus tamen ſic quoque probatum fuerit, dignos habitos homines qui dij eſſent, & filij Dei omnes fieri poſſent ; futurùmque eſſe, vt à ſeipſis iudicentur atque condemnentur, ſicut Adam & Eua. Cæterum quod Chriſtum quoque ipſum [in Scripturis Spiritus ſanctus] *Deum* vocet, multis eſt oſtenſum. Per equidem ſcire velim, deinceps dixi, ô viri, ex vobis, quæ vis ſit *Iſraëlis*. Atque illis ſilentibus, intuli : Ego quod ſcio, dicam, neque enim, ſi ſciam, iuſtum eſſe, vt non dicam, puto : neque ſi opiner vos ſcire, & propter inuidiam aut explicandi imperitiam, dicere nolle, id ipſe ſemper curare, ſed omnia ſimpliciter & candide proferre noui : ſicuti Dominus meus dixit. *Exiit ſator ad ſeminandum ſemen, atque aliud cecidit in viam, aliud in ſpinas, aliud in loca ſaxoſa, aliud in terram bonam.* Propter ſpem ergo, eſſe alicubi terram bonam, dicere oportet. Nam Dominus ille meus, veluti fortis & potens, adueniens, ſua ab omnibus repoſcet. Et diſpenſatorem ſuum non condemnabit, ſi norit illum propterea quod ſciat herum ſuum potentem, vbi reuerſus fuerit, ſua repetiturum, ad menſam omnem illa fœneraro dare, neque per cauſam aliquam, quæcumque tandem ea ſit, defodere. Itaque nomen hoc *Iſraël* ſignificat, Homo vincens virtutem. *Iſra* namque Homo eſt ; *El* autem, Virtus, quod ſane etiam per arcanum luctæ, qua conflictatus eſt Iacob cum eo qui illi apparuit, viro quidem, vt Patris voluntati inſeruiret, Deus autem erat, eo quod filius primogenitus eſſet vniuerſarum creaturarum : eſt præmonſtratum : Chriſtum nimirum, hominem genitum, itidem facturum eſſe. Cum enim vt dixi, homo eſſet, acceſſit ad eum diabolus, hoc eſt virtus illa quæ *Serpens* vocata eſt & *Satanas* : tentans ipſum inſidioſe, & peſſumdare eo contendens, quod adorari ſe ab illo petit. Ille vero hunc deuicit & proſtrauit, malignum eſſe coarguens ; qui præter ſacrarum litterarum præſcriptum, vt Deum adorari ſe flagitauerit, ac dudum à voluntate Dei deſciuerit. Reſpondit namque illi, ſcriptum eſſe : *Dominum Deum ſuum adorabis, & eum ſolum coles*, ac diabolus ita ſuperatus atque reprehenſus, diſceſſit. Sedenim quia in ſtupore & pauore etiam futurus erat, id eſt in labore, ſenſu & ærumna paſſionis ſuppetiis indigente, ſupplicio crucis ferendo, Chriſtus noſter : exhibita quoque eſt huius rei prænuntiatio, per id quod femur Iacobi tactum ſit, & emarcuerit, ab eo cuius iam antea Iſraël nomen fuerat. Eo quippe beatum Iacobum cognominauit, benedicens ei ſuo ipſius nomine : ac per hoc ſimul prædicens, omnes qui per eum ad Patrem confugerent, *benedictum* eſſe *Iſraëlem*. Vos autem horum nihil intelligentes, neque adeo intelligere connitentes, quia ſecundum carnale ſemen Iacobi filij eſtis, ſaluos vos omnino fore ſperatis. Verum quod voſmetipſos hoc modo ſeducatis, pluribus eſt à me probatum. Quis vero tandem hic ſit, qui & *Magni conſilij Angelus*, & *Vir*, per Ezechielem ; & *Tanquam filius hominis*, à Daniele ; & *Puellus*, ab Eſaia, & Chriſtus, & *Deus adorandus*, à Dauide ; & *Dauid* ; & Chriſtus, & *Lapis*, à multis ; & *Sapientia*, per Salomonem ; & *Ioſeph*, & *Iudas*, & *Stella*, per Moſen ; & *Oriens*, per Zachariam ; & *Paſſioni ſubditus*, & *Iacob*, & *Iſraël*, rurſus per Eſaiam ; & item *Virga*, & *Flos*, & *Lapis ſummus angularis*, & *Filius Dei* vocatus eſt : ſi eo gnouiſſetis, ô Trypho, dixi, non coniecíſſetis in eum maledicta & conuitia, qui iam venit, & natus atque paſſus eſt, & aſcendit in cœlum ; & rurſum veniet, ac tum plangent duodecim tribus veſtræ. Nam ſi dicta prophetarum intellexiſſetis, non infitiati eſſetis ipſum eſſe *Deum*, ſingularis & ingeniti ineffabiliſque Dei filium. Dictum etenim eſt alicubi & per Mòſen in Exodo, ad hunc modum : *Loquutus autem eſt Dominus ad Moſen, & dixit ad eum ; Ego ſum Dominus ; & viſus ſum ab Abraamo, & Iſaaco, & Iacobo, Deus eorum : & nomen meum [Adonai] non indicans eis ; & pepigi fœdus meum cum illis.* Idem rurſus ait ; luctatum fuiſſe cum Iacobo hominem, quem Deum eſſe dicit, nam ; *Vidi Deum*, inquit, *facie ad faciem : & ſalua facta eſt anima mea.* Ita enim Iacobum loquentem introducit, & quod is locum quoque vbi cum eo luctatus eſt, & vbi illi apparuit & benedixit, vocauerit *Apparitio Dei*, [*Phanuel, Facies Dei*] in hiſtoria Moſes deſcripſit. Abraæ conſimiliter idem ait *Deum apparuiſſe* ad ilicem Mambræ, ſedenti ad oſtium tabernaculi ſui meridie, atque his dictis infert : *Suſpiciens autẽ oculis vidit : Et ecce tres viri ſtabant ſupra eum : & viſis illis, occurrit eis obuiam.* Paulo poſt ex ipſis vnus promittit Abraæ filiũ : *Quid ita riſit Sara ? dicẽs. Nũ igitur pariã ? ego vero conſenui : An impoſſibile eſt apud Deũ verbũ ? tẽpore iſto reuertar in horas, & erit Sara filius. Et diſceſſerũt ab Abraamo.* De quibus ſic iterum loquitur ; *Exſurgentes*

vero inde viri, reſpexerunt in faciem Sodomorum. Deinceps rurſum Qui erat & eſt, Abraam ita alloquitur: *Non celabo Abraam ſeruum meum, quæ facturus ſum*, & quæ ſequuntur, ea à me ſupra recitata atque expoſita repetij. Quibus oſtenſum eſt, à Patre & Domino ordinatum eſſe, & miniſtrare voluntati eius, iſtum qui apparuit Abraæ, & Iſaaco & Iacobo & aliis patriarchis: & Deum eum eſſe, in Scripturam relatum dixi. Atque his commemoratis illud addidi, quamuis id antea non dixerim. Ad eundem vero modum quoque, cum carnis edendæ cupiditas populo inceſſiſſet, & Moſes Angelo qui ibi deſignatus eſt, pollicenti, Deum illis ad ſatietatem vſque daturum, (qui & ipſe Deus eſſet, & Angelus ſiue Nuncius à Patre miſſus) fidem non haberet hæc illum ipſum dixiſſe atque feciſſe ſignificatur. Sic namque Scriptura infert, dicens: *Et dixit Dominus ad Moſen An manus Domini non ſufficiet? iam cognoſces an operturum te ſit verbum meum, nec ne.* Et rurſum alio loco ita inquit: *Dominus autem dixit ad me: Non tranſibis Iordanem iſtum. Dominus Deus tuus, qui præcedit ante faciem tuam, ipſe exterminabit gentes.* Sunt porro & alia huiuſmodi Legiſlatoris & Prophetarum dicta, & ſatis à me explicatum eſſe exiſtimo, quando Deus meus dicit: *Aſcendit Deus ab Abraamo*: aut; *Loquutus eſt Dominus ad Moſen*: & *Deſcendit Dominus ad videndam turrim, quam extruxerant filij hominum*: aut quando; *Clauſit Deus arcam Noe forinſecus*: non debere vos putare, ipſum ingenitum Deum vel aſcendiſſe vel deſcendiſſe quopiam, nam ineffabilis ille Pater & Dominus vniuerſitatis huius, non venit in locum aliquem, neque deambulat, neque dormit, neque ſurgit; ſed in regione ſua, quæcumque ea tandem eſt, manet, acutum cernens, & acutum audiens: non oculis certe quidem, nec auribus, verum virtute infinita ille inſpectat, & omnia noſcit, neque noſtrum quiſquam illum latet: neque mobilis eſt, neque loco vllo, atque adeo neque mundo vniuerſo comprehenſibilis, vt qui ante extitit quam mundus eſt conditus. Quonam igitur modo ille vel alloquatur aliquem, vel conſpiciatur vlli, vel in minima terræ parte appareat; quando ne eius quidem qui ab eo eſt miſſus, gloriam & maieſtatem populus in Sina intueri; neque Moſes ipſe in tabernaculum quod fecit, niſi à Deo proueniente claritate repletus, ingredi valuit; Sed neque ſacerdos pro templo ſtare ſuſtinuit, quando Salomon arcam intulit in domum Hieroſolymitanam, ab ipſo conſtructam. Itaque neque Abraam, neque Iſaac, neque Iacob, neque hominum alius quiſquam, Patrem & ineffabilem Dominum rerum omnino vniuerſarum, & ipſius CHRISTI, vidit: ſed illum ipſum qui iuxta conſilium eius & voluntatem & Deus eſt Filius ipſius, & Angelus, ex eo quod ſententiæ illius eſt adminiſter; & qui de voluntate eiuſdem, homo ex virgine natus eſt, qui etiam aliquando Ignis fuit, in ſuo cum Moſe è rubo colloquio. Quod niſi ad hunc modum ſacras intellexerimus literas, eo res euadet, vt Pater & Dominus vniuerſorum tum in cælis non fuerit, cum per Moſen dictum eſt, *Et Dominus pluit ſuper Sodomam ignem & ſulphur, a Domino de cælo*, ac rurſum, cum per Dauidem eſt dictum; *Tollite portas Principes veſtras, & eleuamini portæ æternæ: & introibit Rex gloriæ.* & iterum cum Dauid ait, *Dicit Dominus Domino meo. Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* [ſcilicet Pater ad dextram ſuam collocauerit.] Et quod CHRISTVS, qui Dominus & Deus, Dei filius eſt, qui virtute prius apparuerat vt Vir & Angelus, etiam in ignis gloria conſpectus ſit, vt in rubo & in iudicio de Sodomis facto affuerit: abunde his quæ dicta ſunt, probatum eſt: recenſui præterea ex Exodo, ea quæ antea ſcripſi omnia, de apparitione in rubo facta, & appellatione Ieſu nominis, neque ſuperaddidi. Heus vos, Ne arbitremini me hæc ex ſuperflua, repetita narratione, commemorare ſæpius. Scio eſſe qui occupare iſta volunt, & dicere, *Virtutem à Patre rerum omnium prouenientem*, quæ Moſæ apparuit, aut Iacobo, aut Abraæ, *Angelum* vocari, cum ad homines quibus mandata Patris per eam denunciantur, progreditur; *Gloriam* vero, cum in viſione incomprehenſibili aliquando exhibetur; *Virum* autem & *Hominem* nominari, quandoquidem ea ſpecie qua Pater velit, conſpiciatur: & propterea *Verbum* appellari, quod Patris ſermones ad mortales perferat. Virtutem autem eam à Patre nullo pacto diſiungi & ſecerni poſſe; eo videlicet modo, ſicuti Solis lux in terris ab eo cum in cælo eſt, recidi ac ſegregari nequit, atque eo occidente illa vna aufertur: tali nimirum modo Patrem dicunt; cum vult, efficere vt Virtus eius proſiliat: & cum vult vt eandem ad ſeipſum retrahat. Hoc etiam modo Angelos illum facere docent. Cæterum Angelos eſſe, & ſemper manere, & in id per diſſolutionem non redire vnde ſunt progeniti, demonſtratum eſt. Et Virtutem iſtam, quam *Deum* Sermo propheticus vocat, prout pluribus ſimiliter eſt probatum, & *Angelum*, non ita vt Solis lumen nomine tantum numerari, verum numero quoque aliud quiddam eſſe, ratione exquiſita ſupra paucis explicui: Virtutem hanc dicens de Patre genitam, virtute & conſilio voluntatéque ipſius: non per reciſionem veluti ab eſſentia Patris diſpertitam, prout alia omnia diuiſa & ſecta, non eadem ſunt quæ ante fuerunt quam ſcinderentur. Atque verbi gratia, ea ſumpſi quæ ab igne accenſa, ignem alium cernimus, illo nihil diminuto, ſed in eodem ſtatu manente, vnde multi accendi poſſunt ignes. Et nunc quoque ad hoc oſtendendum, quæ antea retuli verba repetam. Quando dicit: *Pluit Dominus ignem à Domino de cælo*: duos propheticum verbum numero eſſe indicat: alterum, in terris quem deſcendiſſe ſignificat ad clamorem Sodomorum inſpiciendum: alterum, in cælis, qui etiam Dominus in terra apparentis Domini, tanquam Pater & Deus atque idem auctor eidem eſt vt ſit, atque equidem præpotens, & Dominus, & Deus vt ſit. Rurſum cum Scripturæ ſermo dicit, Deum in principio loquutum eſſe: *Ecce Adam factus eſt vt vnus ex nobis*: hoc verbum, *Vt vnus ex nobis*, & ipſum, numerum denotat. Neque ea verba tropologiam ſiue figuratam loqutionem admittunt, quemadmodum exponere moliuntur ſophiſtæ & cauillatores, qui neque dicere, neque mente concipere veritatem poſſunt. Atque in Sapientia dictum eſt: *Si annunciauero vobis ea quæ quotidie fiunt, memoranda & recenſenda erunt quæ à ſæculo facta ſunt. Dominus creauit me principium viarum ſuarum, ad opera eius. Ante ſæculum fundauit me, in principio: antequam terram faceret, & antequam abyſſos crearet, & priuſquam prodirent fontes aquarum, priuſquam montes conſiderent, ante colles omnes generat me.* Iſta cum dixiſſem, induxi Intelligitis, ô auditores, ſi quidem animum aduertitis, Verbum declarare, tum à Patre editum eſſe germen hoc ante creaturas omnino vniuerſas, tum germen ipſum numero aliud eſſe à generante: Id vnuſquiſque confitebitur. Atque aſſentientibus cunctis, verba quædam alia protuli, à me prius, non allegata, ea nunc dicam. Sunt autem recondite promulgata à fideli ſeruo [Dauide &] Moſe, ad hunc modum: *Lætamini cæli cum ipſo. & adorent eum omnes angeli eius*: & quæ ſequuntur verba. Deinde hæc intuli: *Lætamini gentes vna cum populo ipſius, & fortificentur ei omnes Angeli Dei: Quoniam ſanguinem filiorum vindicat & vindicabit, & vltionem retribuet inimicis, & odio perſequentibus ſe referet gratiam, & purificabit Dominus terram populi ſui.* Et his dictis: Nos gentes inquam, perhibet lætari debere cum populo ſuo: Abraamo dico, & Iſaaco, & Iacobo, & prophetis omnino omnibus, eiſque qui ab illo populo prouenientes, ſecundum ea quæ ſupra profeſſi ſumus, omnes Deo grati placitique ſunt: minime vero, qui per genus veſtrum deſcendunt, omnes intelligemus. Nam ex Eſaia quoque didicimus, futurum eſſe vt membra præuaricatorum à verme & igne inextinguibili peruorentur, immortalia permanentia, ita vt ſpectaculum ſint omni carni. Producam vero inſuper ô viri, inquam, & alia quædam verba ex Moſæ ipſius ſcriptis: vnde cognoſcere poteſtis, antiquitus Deum omnes mortales per genera & linguas diſperſiſſe; ex cunctis autem generibus ſibiipſi ſumpſiſſe genus veſtrum, genus inutile, & inobœdiens, &

A infidele. Qua re indicauit, ex omni genere delectos, conſilio & voluntati eius obſequi per Chriſtum; quem & *Iacobum* vocat, & *Iſraëlem* nominat. Eos vero ipſos & Iacobum & Iſraëlem, pro eo atque ante dixi, in pluribus eſſe oportet: [delectos videlicet, & Iacobum itidem atque Iſraëlem vocatos] nam, *Lætamini gentes cum populo ipſius*, dicens, parem eis tribuit hæreditatem, & parem appellationem confert. *Gentes* autem illos ipſos, & *cum populo ſuo lætantes* vocans, ad ignominiam veſtram, ita *gentes* dicit. Quo namque modo vos ſimulacra colentes, illum ad iracundiam prouocaſtis: eodem ipſos modo, idolorum cultui deditos, honore eo dignatus eſt, vt conſilium voluntatémque eius cognoſcerent, & hæreditatem à ſe delatam cernerent. Recenſebo verba quibus oſtenditur Deum diſpertiiſſe gentes omnes, ſunt autem huiuſmodi: *Interroga patrem tuum; & annuntiabit tibi: ſeniores tuos; & dicent tibi, quando diuidebat Altiſſimus gentes, quomodo diſſeminauerit filios Adam,*
B *conſtituit terminos gentium, iuxta numerum filiorum Iſraëlis, & factus eſt pars Domini populus eius Iacob, funiculus hæreditatis eius Iſraël.* Hæc vbi dixiſſem, intuli, Septuaginta tranſtuliſſe, quod *conſtituerit terminos gentium iuxta numerum angelorum Dei:* me autem, quia mihi iterum nihil de verbi ſenſu decederet verſionem ipſorum allegare maluiſſe. Ac vos, inquam, ſi verum fateri vultis, longe nos Deo fideliores eſſe; quibus per abiectum & opprobrij plenum crucis ſacramentum à Deo vocatis, propter profeſſionem & pietatem, per dæmonia & diaboli militiam, vobis opera veſtra illis ſubſeruientibus, ſupplicia capitalia irrogantur, quæ eouſque perferimus, vt ne voce quidem Chriſtum abnegemus, per quem ad ſalutem vocati ſumus à Patre noſtro præparatam) perhibebitis quam illi fuerunt qui brachio excelſo & viſitatione gloriæ ingentis, ab Ægypto liberati ſunt, mari vobis diuiſo iter ſiccum præbente? in quo perſequutores veſtri cum virtute magna admodum, & curribus glorioſis, inundatione aquarum reducta, qua vos tranſieratis,
C ſunt interempti: quibus & columna lucis reſplenduit, vt ſupra alium populum in mundo omnem proprio perfectoque & nunquam occidenti lumine vti poſſidetis, quibus alimoniæ cauſa per angelos cœleſtes pane, manna ſcilicet, pluit, vt ne ob penuriam commeatum annonæ quæreretis: & quibus vnda amara in Mara, in dulcem eſt conuerſa: & ſignum eius qui crucifigendus erat, in ſerpentibus morſu vos lædentibus (ſicut ſupra dixi) exhibitum eſt: Deo vobis, ante tempora ſua, omnia myſteria ſingulari gratia oſtendere occupante: erga quem ingrati ſemper fuiſſe coarguimini, quod ille etiam fecit per figuram manum Moſæ extenſionis, & per eum qui cognominatus eſt Ieſus, & Amalechum debellauit: de quo Deus dixit, vt facimus id in litterarum deſcriberetur monumento, quo in auribus quoque veſtris Ieſu nomen deponeretur: hunc ipſum præloquutus, qui deleturus eſſet ſub cælo memoriam Amalechi. Sane quidem memoriam Amalechi, etiam poſt Nauæ filium manſiſſe conſtat; futurum autem fuiſſe vt per Ieſum in cruce ſuſ-
D penſum (cuius quoque rerum gerendarum ſymbola illa, præoccupata fuere præconia) exſcinderentur dæmones, & nomen eius principatus omnes metuerent, & regna pariter illum ſuſpicerent, peccatique eſſe ex omni hominum genere in ipſum credentes oſtenderentur, res ea declarat: & ea quæ antea à me ſunt commemorata, ô Trypho, ſignificant. Ac vobis edendæ carnis cupidine laborantibus, tanta Ortygometra, coturnicúmque matrix & multitudo eſt repræſentata, quanta ſub numerum non cadit, quibus aqua etiam è petra profluxit, quos nubes, vt vmbra eſſet ab æſtu, & cuſtodia à frigore, eſt conſequuta: alterius noui cœli inſtar & prænuntiationem promulgans, quorum etiam lora calceamentorum rupta non ſunt, neque calceamenta ipſa inueterarunt, quorum item veſtimenta non modo attrita non ſunt, ſed iuniorum quoque vna cum ipſis creuerunt. Atque in his tantis beneficiis, vitulum tamen conflatilem feciſtis: & cum alienigenarum filiabus fornicari, & ſimulacra colere ſtuduiſtis: poſtea quoque itidem, cum terra vobis tradita eſt, cum virtute tanta, vt Sol etiam ſpectandis vobis intentus eſſet, in cœlo conſiſtens, & ante horas trigintaſex non occideret, viri eius iuſſu qui cohoneſtatus eſt Ieſu cognomine: & non minus poſt alias virtutes omnes, quæ tempore quæque ſuo exhibitæ ſunt vobis. Ex quibus aliam vnam memorare, præſenti videtur conuenire loco, ad hoc enim conducit, vt ex ea vos quoque Ieſum cognoſcatis, quem & nos cognouimus Chriſtum filium Dei crucifixum, qui reſurrexit & aſcendit in cœlos, & ruſus aderit iudex hominum prorſus omnium, ad ipſum vſque Adamum. Scitis certe, inquam; cum Tabernaculum teſtimonij ab hoſtibus Azotijs raptum, atque illi plaga horrenda & inſanabili affecti eſſent, conſilium eos cepiſſe, vt id ſuper currum, cui vaccæ recens effœtæ iunctæ erant, imponerent periculi faciendi gratia, an virtute Dei propter tabernaculum, plaga percuſſi forent, & Deus id eo reductum vellet vnde captum fuerat. Quod vbi fecerunt vaccæ, nullo eas mortali ducente, non ad eum venere locum vnde arca abrepta fuerat; ſed in agrum hominis cuiuſdam Ieſu (ſeu Ioſue) dicti, illi cognominis qui Ieſu nomine tranſnominatus fuerat, (prout antea eſt dictum) quique & populum in terram introduxit, & hæreditario iure ipſis eam diuiſit: in quem agrum cum veniſſent, conſtiterunt Quo facto vobis indicatur, virtute nominis ductas eſſe: haud aliter quam prius populus ex eo numero qui ex Ægypto eſt egreſſus reliquus, per eum qui nomen Ieſu recepit, cum antea Auſes (ſeu Oſee) vocatus fuiſſet, in terram eſt deductus. Atque equidem cum hæc, & omnia eiuſcemodi inopinabilia & admiranda in oculis veſtris, ſuo quæque tempore ſint facta: reprebendimini tamen à prophetis in tantum, vt etiam veſtros ipſi liberos dæmonibus immolaſſe arguamini: & inſuper tanta quoque committere auſi eſtis in Chriſtum, atque etiamnum audetis. De quibus omnibus vobis gratiam & miſericordiam à Deo & Chriſto eius conſequutis, ſalutem contingere optamus. Nam per ſactum vatem Eſaiam, Deus hæc vos facturos eſſe præuidens, eiuſmodi eſt diris exſecratus: *Væ animæ ipſorum Conſilium malum inierunt aduerſus ſeipſos, dicentes: Vinciamus iuſtum, quia incommodus eſt nobis. Itaque fructum manuum ſuarum comedent. Væ iniquo: mala, iuxta opera manuum ſuarum, euenient ei Popule meus, exactores veſtri tanquam ſpicas colligunt vos, & poſtulatores dominantur vobis. Popule meus, qui beatos dicunt vos, ſeducunt vos, & ſemitam viarum veſtrarum perturbant. Sed nunc ſiſtet in iudicio populum ſuum: & ipſe Dominus in iudicium veniet, cum ſenioribus populi, & principibus ipſius: Vos autem cur incendiſtis vineam meam, & rapina pauperis in domibus veſtris? Cur vos iniuria affligitis populum meum, & faciem humilium rubore afficitis?* Et alio item loco idem propheta in eandem ſententiam dixit: *Væ qui trahunt peccata ſua tanquam funiculo longo, & velutì iugi vituli loro iniquitates; dicentes; Celeritas eius appropinquet, & veniat conſilium Sancti Iſraëlis, vt ſciamus. Væ qui dicunt bonum malum, & malum bonum: qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem: qui ponunt amarum dulce, & dulce amarum. Væ qui intelligentes ſunt in ſeipſis, & coram ipſis ſcientes. Væ qui potentes ſunt inter vos vini potores, violenti, & miſcentes ſiceram: iuſtificantes impium propter ſordes munerum, & ius iuſti tollentes. Quapropter ſicuti ſtipula comburitur à carbone ignis, ſimul quoque comburentur à flamma ardente. Radix vti fauilla erit, & flos eorum tanquam puluis aſcendet. Legem enim Domini Zebaoth noluerunt, ſed eloquium Domini Sancti Iſraëlis prouocauerunt. Et feruore iratus eſt Dominus Zebaoth; & iniecit manus in ipſos, & percuſſit eos, & concitatus eſt in montes: & facta ſunt morticina eorum in medio, quaſi ſtercus viæ. Atque in omnibus his non ſunt auerſi verum adhuc manus eorum excelſa.* Etiamnum enim manus veſtra ad mare agendum ſublimis eſt: quod cum Chriſtum quoque necaueritis ne ſic quidem pœnitentiâ ducamini. Quin & nos per illum Deo & Patri rerum vniuerſarum credentes, odio proſequimini, & occiditis, quotieſcúmque poteſtis: ſine intermiſſione autem

A diris exſecramini & ipſum, & eos qui nomine eius cenſentur: nobis contra omnibus, pro vobis & cunctis plane hominibus, benepreeantibus atque orantibus, prout à Chriſto & Domino noſtro ſumus erudiri: qui nobis præcepit, vt cum pro inimicis ſupplicemus, tum oſores noſtros amemus, atque maledicentibus benedicamus. Proinde ſi vos quoque & prophetarum, & illius ipſius doctrina, religione quapiam mouet, melius fuerit, Deum vos quam inſipientes & cæcos Rabinos veſtros ſequi: qui ſane ad hunc vſque diem, & quatuor & quinque veſtrum quemque vxores habere permittunt: & ſi quis venuſtam inſpiciens, eam expetiuerit, cum Iacobi Iſraëlis & aliorum patriarcharum facta commemorant, tum nihil iniqui agere ſimilia facientes aſſeuerant: quo quidem etiam miſeri & ſtulti ſunt nomine. Nam (ſicuti prius dixi) magnorum ſacramentorum œconomiæ & diſpoſitiones, in quolibet eius generis facto, ſunt celebratæ. Atque in coniugiis Iacobi, quæ diſpoſitio & prænunciatio ſit facta, dicam: vt inde etiam intelligatis, quam nihil ad ſublimius & diuinius quidquam, cuius gratia actio quælibet instituta eſt, ſed ad humi tantum repentes & concupiſcentiæ corruptelæque obnoxias affectiones, Doctores ſemper veſtri reſpexerint. Itaque ad ea quæ dicam, animum aduertite. Connubia Iacobi, rei per Chriſtum perficiendæ figuræ erant. Duas ſane ſorores, vxores eodem tempore ducere Iacobo fas non fuit. Et ille apud Labanum ſeruitutem ſeruit pro filiabus ipſius: ac fraude deceptus in iuniore, alterum quoque ſeptennium ſeruit. Sedenim Lia populus veſter eſt, & ſynagoga? Rachel, Eccleſia noſtra. Ac Chriſtus hucuſque etiam harum, & quæ vtriúſque ſunt ſeruarum gratia, ſeruit. Quandoquidem enim duobus filiis, tertij ſemen in ſeruitutem dederat Noe: rurſum nunc vtroſúmque, & liberorum, & qui inter eos ſunt ſeruorum filiorum, reſtituendorum cauſa aduenit Chriſtus: eodem loco habens omnes præcepta ſua ſeruantes, quemadmodum & qui Iacobo tum ex liberis, tum ex ſeruis progeniti ſunt filij, omnes eodem iure & honore fuere. Iuxta ordinem autem, & iuxta prænotionem qualis quiſque futurus fuerat, prædictum eſt. Seruit Iacob Labano pro maculoſis & variis pecoribus: ſeruiit quoque ſeruitutem ad crucem vſque Chriſtus, pro variis & multiformibus omnis generis hominibus, ſanguine & ſacramento crucis eos [illegible]. Liæ infirmi erant oculi, nam & animorum veſtrorum hebetes admodum ſunt oculi. Surripuit Rachel [illegible] Labano, eoſque abſcondit in hodiernum vſque diem. nobis quoque periere patrii ac fictitii dii. Per tempus omne fratris odium pertulit Iacob: & nos nunc & ipſe Dominus noſter, veſtro & aliorum omnium hominum, cum quidem omnes inter nos natura fratres ſimus, obnoxij ſumus odio. *Iſraël* cognominatus eſt Iacob. *Iſraëlem* quoque probatum eſt Chriſtum eſſe, qui ſimul & eſt, & vocatur Ieſus. Et quando Scriptura ait: *Ego Dominus Deus Sanctus Iſraël, qui oſtendi* [illegible] annon vere Chriſtum ſempiternum regem [illegible]? Nam Iacobum, filium Iſaaci, nunquam regem fuiſſe [illegible], quod edita Scriptura [illegible] nobis, quemnam regem Iacobum & Iſraëlem [illegible], ita inquit: *Iacob ſeruus meus, ſuſcipiam* [illegible] *complacuit ſibi anima mea. Dedi* [illegible] *Non contendet, neque clamabit, neque audiet* [illegible] *communitam non* [illegible] *& linum fumigans non extinguet, donec* [illegible] *non commouebitur* [illegible] *nomine eius* [illegible]. Num igitur in Iacobum patriarcham, [illegible] ſunt, ſperant, & non in Chriſtum, [illegible] Iacobum & Iſraëlem [illegible] Chriſtum, [illegible] Iudæorum genus ſumus [illegible] potius animos intendamus: *Et educam ex Iacob*, inquit, *illud de Iacobo ſemen, & de Iuda* [illegible] *ſanctum meum. Et hæreditate* [illegible] *& ſerui mei, & habitabunt* [illegible] *ſilua* [illegible] *in regione* [illegible] *electorum populo qui quæſierunt me. Vos autem qui dereliquiſtis me, & obliuiſcemini montis ſancti mei, & paratis dæmonio menſam, & impletis dæmoni temperationem. Ego tradam vos in gladium: Omnes occiſione cadetis: quoniam vocaui vos, & non obaudiſtis, & malum feciſtis coram me, & quæ nolebam elegiſtis.* Verba Scripturæ ſic habent. Intelligitis vero & ipſi, aliud quoddam eſſe ſemen Iacobi, quod nunc dicitur, ne quiſpiam de populo hic [veſtro] dici exiſtimet. Non enim eis, qui ex Iacobo progeniti ſunt, poſſunt hæreditatem aduentitiam illi qui ex Iacobo ſati non ſunt, relinquere: neque qui populo exprobrat, hæreditate indignum eſſe, tamquam rurſum ſuſceptis eiſdem illam pollicetur. Sed quomodo propheta illic ait: *Et nunc tu domus Iacobi, venite & ambulemus in luce Domini, dimiſit enim populum ſuum, domum Iacobi: quia repleta eſt, vt ab initio, terra eorum diuinationibus & vaticiniis*: eodem modo & hic nos oportet duo ſemina Iudæ, & duo genera intelligere, ſicuti duas domos Iacobi: alteram, ex ſanguine & carne; alteram, ex fide & ſpiritu prognatam. Videtis enim quomodo nunc alloquatur populum, cum paulo ante dixiſſet: *Sicut inuenitur acinus vuæ in botro, & dicent: Ne læſeris illum, quia benedictio in ipſo eſt: ſic faciam propter eum qui ſeruit mihi, eius gratia non perdam omnes*, ac deinde infert hoc: *Et educam illud de Iacobo ſemen, & de Iuda.* Satis ergo patet, ſi illis ita iraſcitur, & quampaucisſimos ſe relicturum comminatur: quod alios quoſdam educturus ſit: eum annuntiare; qui habitaturi ſint in monte eius. Sunt autem illi, quos ſe ſaturum & generaturum dixit. Vos enim neque vocantem eum ſuſtinetis, neque loquentem auditis. Sed & malum feciſtis coram Domino. Exuberantia vero veſtræ prauitatis eſt, quod & odiſtis & interemiſtis iuſtum illum, & eos qui illi acceptum ferunt quod ſunt pij, iuſti, & humani. Itaque *Væ animæ ipſorum, dicit Dominus; eo quod conſilium malum ceperunt aduerſus ſe ipſos, dicentes: Tollamus iuſtum; quoniam incommodus eſt nobis.* Non vos quidem ſacrificaſtis ſtatuæ Baalis, vt patres veſtri; neque in lucis & excelſis locis bellaria & cupedias propoſuiſtis militiæ cœli, ſed Chriſtum Dei non ſuſcepiſtis. Hunc námque qui ignorant, conſilium & voluntatem Dei ignorant: & qui hunc contumelia afficit & odit, nimirum & illum contumelia afficit & odit, qui eum miſit: & ſi quis in hunc non credit, non credit Prophetarum præconiis, qui ipſum læte annunciarunt & deprædicarunt vniuerſis. Quod vos, ô fratres, moneo, ne quid mali dixeritis in crucifixum illum, neque [illegible] eius: quibus ſanari poſſunt omnes, ſicut & nos ſanati ſumus. Bonum fuerit, ſi oratione noſtra perſuaſi, duritiam cordis circumcidamini, quam circumciſionem [illegible], vt opinamini, non obtinetis: quoniam illa [illegible] in ſignum data eſt, & non ad iuſtitiæ [illegible], pro eo atque verba ipſa hoc ſic accipere cogunt. Itaque conuenientes, & colloquentes, ne conuiciis inceſſeritis Filium Dei, neque Phariſæis Rabinis morem gerentes, regem Iſraëlis vnquam ſcommatibus proſcideritis quemadmodum archiſynagogi principeſque conuentuum veſtrorum poſt peractas preces docent. Nam ſi quis eorum aliquem attingat qui Deo placiti ſunt, perinde habet atque ſi pupillam oculi Dei attigiſſet: quanto magis qui dilectum illum tangit? Hunc autem illum ipſum eſſe, abunde ſatis demonſtratum eſt. Ac illis tacentibus: Ego, inquam, Scripturas nunc allego, ita vti ſunt a Septuaginta verſæ. Quod cum prius, ſicut ipſi eas haberis, protuli, explorandi veſtri gratia id feci, quænam animorum veſtrorum eſſet ſententia. Recitans enim locum, in quo eſt: *Væ ipſis, quia conſilium malum ceperunt aduerſus ſe ipſos, dicentes*, ſicuti Septuaginta expoſuerunt, intuli. *Tollamus iuſtum, quia incommodus eſt nobis*: cum ab initio colloqui id quod vos dictum voluiſtis retuleram, *dicentes: Vinciamus iuſtum, quia inutilis eſt nobis.* Et alia vero quædam feciſti. Ac non negligenter me diſſerentem audiſſe videmini. Sed cum nunc quoque dies iam finem habiturus ſit, (ad occaſum namque ſol eſt;) vno ad ea quæ commemorata ſunt, adiecto,

conquieſcam.

conquieſcam. Eius vero ipſius inter ea quæ dicta ſunt, mentio quoque eſt à me facta. Verum id denuo vt magis expoliam & explicem, æquum mihi eſſe videtur. Noſtis igitur, ô viri, dixi, in Eſaia à Deo ad Hieruſalem dictum eſſe *Quoniam in diluuio Noe ſeruaui te.* Illud autem eſt quod Deus dixit, ſaluandorum hominum ſacramentum in diluuio fuiſſe. Iuſtus enim Noe, cum aliis hominibus in diluuio, id eſt cum vxore ſua, & tribus filiis, tribuſque filiorum coniugibus; qui numero octo omnes fuere, ſymbolum obtinuere diei, octaui quidem numero, in quo apparuit Chriſtus noſter, vbi à mortuis reſurrexit; virtute autem ſue potentiâ ſemper primi. Nam Chriſtus com Primogenitus eſſet omnis creaturæ [& primogenitus ex mortuis, primitiæque dormientium,] principium rurſus alterios generis fuit, regenerati ab ipſo per aquam, & fidem, & lignum, quod myſterium crucis obtinet, quemadmodum & Noe in ligno ſeruatus eſt, vna cum ſuis ſuper aquis inuectus. Com ergo Propheta dicit, *In Noe ſeruaui te:* ad populum Deo itidem fidelem, & ſigna hæc habentem, loquitur, nam virgam in manibus quoque tenens Moſes, per mare populum veſtrum duxit. Vos autem, opinamini, ad genus tantummodo veſtrum aut terram loquutum eſſe. Omnem enim terram Sanctæ litteræ teſtantur diluuio contectam fuiſſe & aquam ſupra montes omnes quindecim cubitos extitiſſe. Proinde apparet, Deum non cum terra, ſed cum populo ſibi obedienti loquutum eſſe: cui etiam requiem præparauit in Hieruſalem, prout per omnia diluuij ſymbola præmonſtratum eſt. Disi autem deinceps, per aquam, & fidem, & lignum, eos qui ſe præparant & pœnitentiam de peccatis agunt, effugituros eſſe futurum Dei iudicium. Aliud etiam, inquam, ſacramentum in Noe celebratum eſſe, prænuntiatum eſt; quod vos neſcitis. Eſt autem id in benedictionibus quibus bene precatus eſt Noe duobus filiis ſuis, & filium filij ſui diris exſecrationibus eſt perſequutus, filium namqoe vna cum reliquis duobus benedictione à Deo auctum, Spiritus propheticus exſecraturus non erat. Quia vero per omne filij eius qui nuditatem ipſius riſerat, genus peccati multa itura fuerat, à filio [eius Chanaano] initium maledictioois fecit. In verbis autem quæ loquutus eſt, prædixit, quod qui à Semo prouenturi erant, occupaturi fuerint poſſeſſiones & domicilia Chanaani: ac rurſum qui à Iaphetho naſcituri erant, ea quæ detinebant à Chananitis accepta poſteri Semi, poſſeſſuri fuerint: itidem is ipſis poſteris Semi adempta, ſicut hi à Chanaani progenie ablata detinuiſſent. Atque hoc ita factum eſſe audite. Vos namque genus à Semo deducentes, peruenitis, ſecundum conſilium & voluntatem Dei, in terram filiorum Chanaani, & poſſediſtis eam. Et quod proſapia Iaphethi, iuxta Dei iudicium, aduenerint & terram ipſi quoque veſtram occupauerint, eamque detinuerint, manifeſto apparet. Dicta ſunt autem iſta hoc modo: *Euigilauit vero Noe à vino, & cognouit quæcumque ſibi feciſſet filius ſuus iunior; & dixit: Maledictus Chanaan ſeruus: famulus erit fratrum ſuorum. Et ait. Benedictus Dominus Deus Semi; & erit Chanaan ſeruus eius. Dilatet Dominus Iaphethum, & incolat domos Semi; & fiat Chanaan ſeruus eius.* Itaque duobus populis benedictione auctis, qui à Semo & à Iapheta prouenerunt, cum decretum eſſet vt progenies Semi domos Chanaani primum obtineret? ac prædictum vt deinceps eaſdem poſſeſſiones ab illa poſteritas Iaphethi exciperet & duobus ita populis, vno populo à Chanaano deſcendente, in ſeruiturem tradito: Chriſtus, iuxta omnipotentis Patris datam ſibi poteſtatem, aduenit, ad amicitiam & benedictionem, ad pœnitentiam & vnius habitationis conſuetudinem omnes vocans: ad poſſeſſionem videlicet in eadem terra ſanctorum omnium, vt promiſſum atque præmonſtratum eſt, communem futuram. Hinc adeo vndequaque homines, ſiue ſerui ſiue liberi, credentes in Chriſtum, & veritatem quæ in ipſius & prophetarum eius oraculis eſt, cognitam habentes, ſciunt cum illo ſe in terra ea futuros & hæreditatem ſempiternorum incorruptibiliúmque bonorum adituros. eſſe. Inde etiam Iacob, vt antea dixi, quod & ipſe figura ſit Chriſti, duas ſeruas liberarum coniugum ſuarum in matrimonium duxit, ex eiſque filios ſuſcepit: vt prænunciaret, Chriſtum recepturum eſſe & ſobolem Chanaani, quæ in genere Iaphethi eſt, omnem, & ex æquo iure cum liberis atque ingenuis pro filiis habiturum, & ad hæreditatem vocaturum. Qui cum nos ſimus, intelligere hoc propterea non poteſtis, quod ex fonte Dei viuo bibere nequitis, ſed ex diſſipatis ciſternis, & aquam continere non valentibus aquamini, vt ſacræ dicunt litteræ. Sunt autem ciſternæ diſſipatæ, aquam non continentes, illæ quas vobis foderunt ipſi Rabini & magiſtri veſtri, prout apertis verbis Scriptura ait: *Docentes doctrinas, mandata hominum*, qui inſuper & ſeipſos & vos decipiunt exiſtimantes eis omnino qui ex ſatu, ſecundum carnem, Abrahæ ſunt, quamuis peccatoribus & infidelibus, & erga Deum immorigeris, regnum æternum datum iri, quæ non conſiſtere, ſanctæ demonſtrarunt litteræ, alioqui hoc Eſaias non dixiſſet; *Et niſi Dominus Zebaoth reliquiſſet nobis ſemen, vt Sodoma & Gomorra facti eſſemus.* Et Ezechiel; *Etiamſi Noe, & Iob, & Daniel depopoſcerint filios aut filias, non dabuntur tamen eis.* Sed neque pater pro filio, neque filius pro patre [pœnas dabit:] verum vnuſquiſque peccato ſuo interibit, & vnuſquiſque ſua ipſius iuſtitiæ operatione ſaluus erit. Ac rurſus Eſaias: *Videbunt membra præuaricatorum, vermis eorum non quieſcet, & ignis eorum non extinguetur: & erunt ſpectaculo omni carni.* Et ipſe quoque Dominus noſter, de eius qui illum miſit, Patris & Dominatoris rerum cunctarum voluntate, non dixiſſet: *Venient ab occidente & oriente, & recumbent cum Abraamo, & Iſaaco, & Iacobo in regno cælorum. filij vero regni, eiicientur in tenebras exteriores.* Porro quod non Dei culpa, qui prænoſcuntur & futuri ſunt iniqui, ſiue angeli ſiue mortales, mali ſint; ſed ſuapte pro ſe quiſque culpa talis ſit qualis eſſe appareat, ſuperius etiam probaui. Verum vt ne vobis occaſio & obtentus relinquatur dicendi. Oportuiſſe Chriſtum crucifigi; aut etiam in genere veſtro eſſe præuaricatores, nec id aliter fieri potuiſſe: anteuertens paucis dico, Deum, cum vellet angelos & homines conſilium voluntatémque eius ſequi, ipſos ita facere inſtituiſſe, vt per liberum arbitrium ſui eſſent iuris & poteſtatis ad recte iuſtéque agendum, ratione conceſſa; vt ſcirent à quo creati eſſent, & per quem conſtarent, cum antea nihil fuiſſent: ea lege, vt ab ipſo iudicarentur, ſi præter rectam rationem quidquam facerent. Et per nos ipſos, angeli iuxta & homines, coarguemur maligne egiſſe, niſi mature pœnitentiam egerimus. Quod ſi verbum Dei præmonſtrat, fore omnino vt angeli quidam & homines excrucientur, eo quod præſcierit illos immutabiliter malos futuros, idipſum prædixit; non autem quod Deus eos tales fecerit. Quapropter ſi pœnitentiam egerint, omnes miſericordiam à Deo conſequi volentes, præſtare id & aſſequi poſſunt? & beatus ipſos verbum prædicat, dicens: *Beatus cui non imputauerit Dominus peccatum.* Id autem eſt huiuſmodi, quod quem pœnituerit commiſſorum delictorum, remiſſionem is illorum ſit conſequuturus: non ita tamen ſicuti vos ſeducitis voſmetipſos, & alij itidem veſtri hac in re perſimiles, qui dicunt, etiam ſi peccatores ſint, non imputaturum tamen eis eſſe Dominum peccatum, vt modo Deum agnoſcant. Huius rei teſtimonium habemus, vnum Dauidis, qui ei propter gloriationem ſuam accidit, lapſum, cuius peccatum tum demum eſt remiſſum, cum ita plorauit & lamentatus eſt, ſicuti de eo eſt ſcriptum. Verum enimuero ſi vero tanto non ante eſt noxa remiſſa, quam pœnitentiâ egit; ac tum demum, cum tantopere fleuit & res tantas fecit magnus iſte rex, & vnctus, & propheta: quam tandem impuri iſti & nullius mentis, comploratique adeo homines, niſi lamentati fuerint, planxerint, & pœnitentiam egerint, ſpem habere poſſunt, non imputatum illis iri à Domino peccatum. Et rurſus vnum & ipſum Dauidis in Vriæ coniuge delicti factum, ô viri, inquam, oſtendit [pœnitentia vera opus eſſe, &] non tanquam fornicantes patriarchas plures habuiſſe vxores: ſed œconomiam quandam id atque diſpoſitionem fuiſſe,

A & myſteria ac ſacramenta omnia per eos peracta eſſe, nos exiſtimare debere. Nam ſi permiſſum eſſet, quam quis vellet, atque vt vellet, & quot vellet, habere coniuges: quemadmodum faciunt populares veſtri, per terram omnem, vbicumque peregre ſunt aut quocumque proficiſcuntur, ſub matrimonij nomine mulieres ſibi copulantes: longe magis id in Dauide hoc permiſſum fuiſſet. His dictis, cariſſime M. Pompei, conticui. Trypho autem, parua interpoſita mora: Vides, inquit, non dedita nos opera de his rebus præparato tecum verba contuliſſe. Me vero apprime etiam delectatum eſſe colloquio iſto fateor: eandemque eſſe & horum ſententiam opinor. Plus enim inuenimus, quam exſpectatio noſtra erat, aut exſpectari vmquam poſſit. Sin frequentius id nobis facere liceret, plus profecto vtilitatis perciperemus, Scripturæ locos ipſi perſcrutantes. Sed in procinctu, ſicuti dixiſti, cum ſis, & in dies fama quidquam annunciatum iri opperiaris: ne graue tibi ſit noſtri, vt amicorum, cum diſceſſeris, meminiſſe. Mea vero gratia, inquam, ſi manerem, quouis id die fieri vellem. Verum cum in exſpectatione ſim ſoluendi, permittente & adiuuante Deo, vos adhortor, vt maximo iſti de veſtra ipſorum ſalute incumbentes certamini, magiſtris veſtris longe præferatis omnipotentis Dei Chriſtum. Et ſub hæc, optata mihi & a nauigatione, & ab omni malo ſalute, abierunt, atque ego pro illis orans: Nihil vobis, ô viri, inquam, precari maius poſſum, quam vt cognito, hæc via cuiuis humanam concedi mentem, ipſi quoque omnino nobiſcum conſentientes perſuaſum habeatis, noſtrum hunc eſſe Chriſtum Dei.

EIVSDEM IVSTINI Expoſitio Fidei de recta Confeſſione, ſiue de ſancta conſubſtantiali Trinitate.

CVm abunde ſatis Iudæos iuxta & Græcos orationibus noſtris confutauerimus: conſequens eſt vt ſanam etiam fidei explicemus rationem. Veritate namque commonſtrata, peropus eſt, quomodo de ea ſentire quemque deceat, vlterius progredientem noſſe. Non enim ſimplex Patris & Filij [& Spiritus ſancti] gloriæ deprædicatio ſalutem nobis affert; ſed ſana Trinitatis confeſſio, omnium quæ vere religioſis piiſque repoſita ſunt, bonorum fructum donat. Nam & eos qui aliter ſentiunt aliquis audiat Patrem & Filium [& Spiritum ſanctum] hymnis concelebrare, verum tamen non ſecundum rectam notionem cultum præſtare. Quapropter neceſſaria nobis ſcripti huius editio fuit, quæ lectores ad dilucidam ſincerámque produceret cognitionem. Vnum equidem Deum colere nos & diuinæ litteræ docent, & Patrum eruditæ inſtitutiones. Vnum namque eſſe neceſſe eſt rerum vniuerſarum auctorem ſummum; vt ne quid extrinſecus circumſiſtens rebus conditis afferat detrimentum. Nam ſi quid primitus extra Deum fuiſſet, id ipſum plane aut Deum profiteri, aut virtutem alteram, quamcumque tandem, neceſſarium eſſet, at ſi quis Deum diceret, voces diuinas irrideret propalam clamitantes: *Ego Deus primus, & ego poſtea, & præter me non eſt Deus.* Si vero non Deum Angelos videlicet aut Virtutes appellaret, ſed hoc quoque modo diuinas aboleret Scripturas, à Deo etiam eas ipſas procreatas eſſe aſſeuerantes: *Laudate Deum de cælis. Laudate eum in excelſis, Laudate eum omnes angeli eius: Laudate eum omnes virtutes eius*, & paulo poſt: *Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt.* Itaque, quoniam illo ſolus ſit, nihil prorſus primitus vna cum Deo rerum omnium parente ſimul fuiſſe: quandoquidem ea omnia ab illo producta eſſe, demonſtratum eſt. Vnus ergo rerum vniuerſitatis huius Deus, qui in Patre & Filio & ſancto Spiritu cognoſcitur. Cum namque ex ſubſtantia ſua Pater Filium progenuerit, atque ex eadem Spiritum produxerit: iure optimo, quæ vnam eandemque participant eſſentiam, vna eadémque dignantur diuinitate. Quomodo igitur, dicet aliquis, non differt id quod gignit ab eo quod gignitur; & quod procedit, ab eo vnde procedit? Pater quippe ingenitus eſt, à quo & Filius genitus eſt, & Spiritus ſanctus proceſſit. Idcirco non idem cum Patre Filius & Spiritus ſanctus. *Ingenitum & Genitum & Procedens*, non eſſentiæ nomina ſunt, ſed exſiſtentiæ modi; modúſque exſiſtentiæ nominibus hiſce denotatur. Eſſentiæ autem ſignificatio, nomine Dei deſignatur; ita vt ſit differentia Patri ad Filium & Spiritum, iuxta exſiſtentiæ modum: vnitas autem ſiue identitas, iuxta eſſentiæ rationem. Nam ſi ea quæ differentiæ ſunt, contemplatione perſpicienda veniant: hic quidem, eſſe ſuum obtinere dicitur, vt ingenitus, hic autem, vt genitus; hic vero, vt procedens. Sin etiam hypoſtaſis ſeu exſiſtentiæ eius natura & eſſentia ſit ſignificanda, communi Deitatis appellatione ea declaratur. Id vero quod dico, hoc modo dilucidius fuerit. Qui Adæ exſiſtentiam conſiderauerit, quo videlicet pactoris ad eſſentiam ſit productus, comperiet ipſum non genitum eſſe: quippe non ex alio quopiam homine genitum, ſed manu diuina formatum. Atqui formatio ipſa modum exſiſtentiæ declarat, nam quomodo factus ſit, ſignificat. Itidem viciſſim exſiſtentiæ modus, formationem ipſam denotat, declarat enim ſimiliter illum per formationem exſtitiſſe. Sin eſſentiam ipſam quæras, qua eis qui ex ſe nati ſunt, ad communionem connectitur, hominem inuenies eſſe ſubiectum ipſum. Itaque ſicuti formatio exſiſtentiæ modum declarat, exſiſtentiæ vero modus formationem denotat, eſſentiæ autem ratio hominem eſſe ſubiectum ipſum indicat: ita in Deo & Patre [id etiam] reperiemus. Nam ſi modum exſiſtentiæ eius quæras, è nullo alio genitum cernens, Ingenitum vocabis. Sin vocabulum Ingeniti intuebere, modum id exſiſtentiæ exponere inuenies. Quod ſi eſſentiam quoque ipſam cognoſcere velis, iuxta quam Filio & Spiritui communione coniungitur, Dei appellatione id commonſtraueris. Proinde ingenitum ipſum, & exſiſtentiæ modus, alterum alterius inuicem eſt nota. Eſſentiam autem, Dei appellatio deſignat. Quemadmodum enim Adam, etiamſi genitus non ſit, eis tamen qui ex ſe progeniti ſunt, iuxta eſſentiæ vnitatem ſiue identitatem, communione coniungitur: ſic nulla ratio communitatem ſubſtantiæ Patris ad Filium & Spiritum, propterea quod ingenitus ſit, diſtrahere poterit. Quapropter ipſum Ingenitum & Genitum & Procedens, non eſſentiam declarant, ſed ſubſiſtentias ſignificant. Satis enim ſunt nobis ad diſcernendas perſonas, & ad Patris & Filij & Spiritus ſancti, peculiariter cuiuſque indicandam ſubſiſtentiam. Nam veluti ſigillum nobis quoddam Ingeniti verbum prolatum, Patris ſtatim ſubſiſtentiam deſignat: & rurſum tanquam quoddam ſignum Geniti appellationem audientes, Filij concipimus notionem: & itidem per Procedentis ſignificationem, de peculiari Spiritus admonemur perſona. Atque hæc quidem ſufficiunt ad probandum, non eſſentiam ſignificari per Ingenitum & Genitum & Procedens, ſed exſiſtentia ſecerni, præterquam quod exſiſtentiæ etiam denotant modum. Reliquum vero eſt, de eſſentia quoque oſtendere, quemodo ea vna ſit, Patris & Filij & Spiritus ſancti. Videmus in communi conſuetudine eiuſdem eſſentiæ eſſe cum gignentibus ea quæ gignuntur. Sed potius ſermonem paullo altius exordiamur: vt ne nobis orationem perpetuam interpellet, quæ in medium incidat, quæſtio aliqua. Ac primum res ipſas quæ exſtant, diuidamus, reperiemus namque omnia ita eſſe diſpertita, vt vel Creata ſint, vel Increata. Quidquid enim in rebus exſtat, aut creata eſt natura aut increata, ac Increata quidem, dominatrix eſt, libereque extra neceſſitatem omnem poſita: Creata autem, ſeruituti obnoxia, & legibus herilibus obſequens. Et illa quidem, pro poteſtate ſua, quæ vult, & facit & poteſt: hæc vero a Deo ipſo dumtaxat acceptum miniſterium & obit, & obire poteſt. Partitione ita inſtituta, diuinis reſponſis in medium proferendis, etiam atque etiam mihi diſpice, in quo illa ordine ponendum doceant Filium & Spiritum ſanctum. Siquidem *apud Eccleſiæ alumnos, non ad humanas rationes & cogi-*

E F G H

tationes

A *tationes dirigenda ſunt res diuinæ; ſed ad ſenſum & voluntatem doctrinæ Spiritus, oratio interpretatióque accommodanda.* Ac princeps nos erudiat Dauid. Is namque ex creatura cuncta, vniuerſitatis huius Deo hymnum compoſuit: atque vbi omnia quæ in cœlo ſunt complexus, virtutes eius omnes recenſuit; itidémque de terra & quæ in ea ſunt vniuerſa commemorauit: in magnifica huiuſmodi laudum celebratione, ſiue gloriæ relatione non ſimul comprehendit Filium & Spiritum ſanctum; tanquam naturæ diuinæ coniunctos ſcilicet. Nam ſi ex creatis ſubſtantiis eſſe ſciuiſſet, non eos ſolos innominatos prætermiſiſſet: quin potius primo loco, præ aliis omnibus maxime virtutibus, merito eorum mentionem intuliſſet. Non abſimiliter & beatus Paulus igne diuino eſt correptus flagrantémque erga Deum caritatem oſtendit, nam de cœleſtis philtri ſiue amoris ſui ſtabilitate teſtificans, ſic inquit: *Nam perſuaſum habeo, quod neque vita, neque mundus, neque mors, neque Angeli, neque virtutes,* B *neque principatus, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque profunditas, neque creatura alia poterit nos ſeparare a dilectione Dei, quæ eſt in* Chriſto Ieſu *Domino noſtro.* Itidem namque & ipſe, poſtquam per commemorationem recenſuit & enumerauit, & mundum, & vitam & mortem & Angelos & archangelos, & principatus & poteſtates, & præterea inſtantia & futura, altitudinem & profunditatem: quia nihil creatæ naturæ reliquum inueniebat, atque adhuc exclamandi atque teſtificandi impotenti ardore tenebatur: excellens quiddam adiiciens, & *creaturam aliam* inferens, ſermonem compleuit. An vero ille tam ſingularibus & præſtantibus verbis, immobile ſuum in Deum deſiderium declarans, ſi conditæ eſſentiæ eſſe nouiſſet Filium & Spiritum: non ipſos etiam vna cum aliis commemoraſſet? Sedenim Filium & Spiritum ſanctum non eſſe creatæ naturæ coniunctos, ex his atque aliis eiuſcemodi oraculis diuinis noſſe licet. Ac potuiſſem quidem & alia quædam huius generis plurima addere teſtimonia: verum, cum ad Ec- C cleſiæ filius verba faciamus, & propoſitum nobis ſit, rem in pauca conferre, ſatis eſſe, quæ dicta ſunt, puto. Reſtat porro vt oſtendamus, cum diuina natura ordine eodem poſitum eſſe Filium & Spiritum ſanctum. Et primum eius quod maxime ad rem pertinet, diuini reſponſi inferam mentionem. Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſecundum ſuam à mortuis reſurrectionem, in cœlos rediturus, Apoſtolos de gentium diſciplina, & baptiſmi doctrina inſtituit, dicens: *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.* Et ad Corinthios ſcribens beatus Paulus, ad finem epiſtolæ, veluti ſigillum doctrinam hanc apponens, infert: *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti & caritas Dei, & communicatio Spiritus ſancti, ſit cum omnibus vobis.* Atque rurſus ad Epheſios ſic ait: *Exſiſtente ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto; in quo quæcunque ſtructura coagmentatur, ea creſcit in templum ſanctum in Domino: in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei, per Spiritum.* Videte quomodo ædificationem quæ eſt in Chriſto, docens, D vnde templum Chriſti ſumus, iuxta quod ſcriptum eſt; *Inhabitabo in eis, & deambulabo, & ero eorum Deus:* treis nobis coniunctim ſimul inducit perſonas. *Summo* enim *exſiſtente angulari lapide*, de ipſo Ieſu Chriſto dicit, & mox deinde; *In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei per Spiritum*, infert. Nam Chriſtum, Deum, & Spiritum, vnam videlicet diuinitatem, ſecundum operationem in nobis habitare, qui gratia digni habemur, per huiuſmodi tradit doctrinam. Et hoc inde eſt dilucidius, quod alio etiam loco dicit: *Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis, vt communi patre, cognatio (omnis paternitas) in cœlis & in terra nominatur: vt det vobis, iuxta diuitias gloriæ ſuæ, vt virtute corroboremini per Spiritum eius in internum hominem; vt inhabitet Chriſtus, per fidem, in cordibus veſtris.* Ecce enim rurſus diuinæ inhabitationis Paulus faciens mentionem, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum ſimul complectens, oſtendit: & vbique in doctrina ſua eum apparet vno ordine tres collocare perſonas. Siquidem Corinthiis in epiſtola ſecunda ſcribens, ita inſit: *Porro qui confirmat nos vna vobiſcum in Chriſtum, & qui vnxit nos, Deus eſt: qui etiam obſignauit nos, dedítque arram Spiritus in cordibus noſtris*, clare profecto & hic Patrem Deum, & Chriſtum Filium, & Spiritum ſanctum, in doctrina ſua coniunxit. Et rurſus ad Galatas: *Quoniam autem eſtis filij, emiſit Deus Spiritum filij ſui in corda veſtra, clamantem Abba Pater:* eodem modo nobis coniunctim Patris & Filij & Spiritus ſancti tradit notionem. Et obſerua quo pacto ſummæ connexionis proponat indicia, non enim ſimpliciter dicit, *Emiſit Deus Spiritum*, verum aliquando eodem ordine cum Filio collocat: vt hic aliquando Patri eum attribuit, alicubi dicens; *Vos vero non Spiritum mundi accepiſtis, ſed Spiritum qui eſt ex Deo & Patre*, ac rurſum Filius ipſe *Spiritum veritatis* vocat, cum ipſe ſit Veritas: & Patris item Spiritum eſſe docet, à Patre nimirum procedentem. Et vbique prorſus mentes noſtras diuinæ confirmant litteræ, vt indiſcretam de Patre & Filio & Spiritu ſancto obtineamus notionem. Enimvero ne in opificio quidem Vniuerſitatis huius, ſeparatam à Patre Filij & Spiritu ſancti operationem fuiſſe, diuinum nos docet oraculum. Huius rei tibi Dauid doctor ſit, ita dicens: *Initio tu Domine terram fundaſti; & opera manuum tuarum ſunt cœli.* Complexus enim eſt per *Domini* appellationem, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum: & nihilominus propter rudiores vſus eſt etiam perſonarum diſtinctione, cum ait; *Verbo Domini cœli firmati ſunt, & Spiritu oris ſui omnis virtus ipſorum.* Quin & à Patris poteſtate non poſteriores eſſe Filij & Spiritus ſancti partes, è diuina didicimus Scriptura, quoniam vero id modo, eam ipſam audi: *Deus autem noſter* inquit, *in cœlo & in terra: omnia quæcumque voluit, fecit.* Hoc de Patre protulit Dauid. Filius vero poteſtatem iſtam in leproſo oſtendens, *Volo*, ait; *mundus eſto.* Hanc beatus Paulus atteſtatione ſua Spiritui etiam ſancto tribuens, talia ſcribit: *Sed omnia hæc efficit vnus ille & idem Spiritus, diuidens peculiariter vnicuique ſicut vult.* Itaque ſi in mundi diſciplina, & in baptiſmi doctrina, & inſuper in creationis ratione, poteſtatiſque virtute coniunctim nobis vnum Patris & Filij & Spiritus ſancti [numen &] nomen traditum eſt: quænam ratio & oratio infitiando aſſerere poterit, Filium & Spiritum diuinæ beatæque naturæ & eſſentiæ non eſſe? Nec nobis quiſpiam inſultans obiiciat, quaſi alia ſimus polliciti, & alia dicendo aſſeramus, eo quod cum nos demonſtraturos eſſe receperimus, vnitatem ſiue identitatem eſſentiæ ſanctæ Trinitatis; eodem cum Patre ordine & loco Filium & Spiritum ſanctum eſſe, ad fidem aſtruendam pro argumento adduxerimus. Non aliud quidquam communitatis, ordinis & loci huiuſmodi oſtendit ratio, quam eandem eſſe Patris & Filij & Spiritus ſancti eſſentiam. Atque is qui contradicit, partitionem repetitam mihi accuratius intueatur. Inueniet enim ibi eſſe rationem in ordine connexionis impletam. Nam ſupra, res omnes bifariam ſunt à nobis diſtributæ, in increatas & creatas naturas. Atque increati indicia eſſe profeſſi ſumus, quod dominium obtineat, & à neceſſitate omni liberum ſit; & quod præterea pro poteſtate ſua, quæ velit, & faciat & poſſit. Creati autem, quod è diuerſo ſeruituti ſit obſtrictum, ac legibus herilibus obſequatur; & quod inſuper, quam à Deo accepit miniſtrandi functionem, tantummodo obire valeat impleátque. Porro cum diuiſio ita habeat, atque Diuinitas, quæ vtique increata eſt, & creatura, nihil prætcrea medium eſſe [ſiue tertium] confirmet: quidquid à creatura variat, a diuina videlicet natura non variat. Itaque cum pluribus à nobis ſit oſtenſum, Filium quidem & Spiritum Sanctum a creatura longe differre, eo quod cum nulla re condita connumerentur; Patri autem vbique coniunctos eſſe: quomodo extremæ dementiæ non fuerit, non increatæ eos ſubſtantiæ eſſe opinari? Duorum ſane alterum non conſiſtere neceſſe eſt. Oportet enim eos, vel creatos eſſe demonſtrantem, ab increato ſeparare; vel increatos eſſe oſtendentem, à creatura ſecernere neceſſario. Sedenim ſatis apparet & à creato

diſiunctos

A disiunctos & increato coniunctos eſſe : medium autem inter hæc, pro confeſſo poſitum eſt, eſſe nihil. Quocirca reliquum fuerit, cum vbique ſunt coniuncti, communem illos cum eodem habere naturam & eſſentiam. Nam ſi, quod dictum eſt (pulchrum enim fuerit, perfectioris demonſtrationis gratia, idem repetere) in mundi per Chriſtum diſciplina, in Spiritus ſancti inſtitutione, in diuina inſuper doctrina, atque in ipſa rerum vniuerſarum creatione, denique in ſummæ poteſtatis auctoritate, perſimilia, atque adeo eadem, de Patre & Filio & Spiritu ſancto prodita ſunt: quis ita ſiniſtro fuerit animo, vt de æquabili inter ipſos eſſentiæ communione ambigat? Quapropter vnum nos conuenit profiteri Deum, cuius eſt in Patre & Filio & ſancto Spiritu notio: qua quidem Pater & Filius & Spiritus ſanctus, vnius Diuinitatis exſiſtentias agnoſcentes: qua vero Deus, exſiſtentiarum, ſecundum naturam & eſſentiam, communionem intelligentia complectentes. Vnitas namque in Tri-

B nitate intelligitur, & Trinitas in vnitate agnoſcitur. Quonam vero id modo, neque ex aliis percunctari ipſe velim, neque mihi ipſi perſuadere poſſum, rerum arcanarum & ineffabilium rationem, vt lingua lutea & carne ſqualida proferre audeant. Tametſi enim mens pura in nobis ſedem ſuam habeat, per quam non raro ea quæ ſupra nos ſunt, ratione comprehendimus: attamen, quæ ei coniuncta eſt, carne grauata, illi infirmior redditur, quam vt rerum maiorum manifeſtam aſſequatur cognitionem: nam mentem multa ſecum agitantem, terrenum deprimit tabernaculum. Idcirco nemini omnium, quatenus homo fuerit, conceſſum eſt, vt pertingere ad primam illam ac beatam naturam & eſſentiam queat. Diuinam naturam autem? immo ne ad ea quidem quæ de illa myſticè & arcanè in rebus ſacris peraguntur. Nihil enim hominibus de rebus diuinis liquido conſtat, ſicuti ex Græcorum ſapientibus quidam dixit. Quod ſane quidem dictum, vt veritatem ipſam, accipio. Cum namque audiam Paulum,

C organum illud electum, qui in tertium euolat cœlum, qui verba arcana audiuit, quæ nefas eſt humanis eloqui linguis, qui in ſeipſo loquentem habuit verborum ſubminiſtratorem, ipſum cognitionis ſibi particulam teſtimonio ſuo atteſtantem & dicentem; *Nunc cognoſco ex parte, tunc vero cognoſcam quemadmodum & cognitus ſum*: item, *Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus*. quomodo eis qui homines ſunt, perfectam diuinorum contingere poſſe cognitionem, credam? Quod ſi enim Paulo, qui ad tantam peruenit menſuram, tenuis quædam ex parte contingit cognitio: (nam Per ſpeculum & In ænigmate cernere, tenuitatem obſcuritatemque deſignat) quiſnam ad vecordiam tam erit præceps & audax, vt ſibiipſi teſtimonio ſuo abſolutam rerum diuinarum arroget intelligentiam? Illico autem & nos, arcana plane eſſe ineloquibilia ſcientes, Dauidis ad rerum vniuerſarum Deum verba protulerimus: *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: confortata eſt, non potero ad eam*. Atque hæc quidem & decere ſanctum eſt,

D & ſentire ſanctius. Rebus enim diuinis quaſi via decedere, pij fuerit & prudentis viri. Quamobrem diuina, quantum & ad inquiſitionem ſatis eſt, & ad veræ religionis cultum pie decet, conſiderabimus. Non enim quod Deitas intelligentia noſtra plane ſit incomprehenſibilis, propterea par eſt, nihil nos de ea omnino ſcrutari, ſed in deſidia vitæ huius conſumere tempus. Proinde iuxta menſuram à Domino cuilibet tributam ſtudioſe quiſque cognitionem inueſtigare debet: quod quidem exactam ſcientiam conſequi non ſit, perſuaſum habentes, quantum autem pro captu noſtro poſſimus, nos paruulli per contemplationem adtingentes. Sic igitur Filium ex Patre genitum eſſe intelligimus, veluti lumen de lumine relucens. Sufficit enim imago huiuſmodi, ad coæternitatem, & ſubſtantiæ vnitatem ſiue identitatem, & natiuitatis perpeſſionis omnis expertis rationem aſtruendam. Nam quatenus reluxit, ſimul cum eo vnde reluxit, ſine tempore exſtitit: quonam enim intermedio tempore luminis relucentia eſt interrupta? Quatenus autem lumen de lumine, luminis ratio-

nem declarat; à quo etiam genitum eſt. quatenus item lumen, eius quoque quod gignitur generatio paſſioni minimè ſubiecta eſt, haudquaquam namque per ſectionem, aut fluxum, aut interſtitium luminis, relucentia fit, ſed e ſubſtantia ipſa, præter perpeſſionem omnem, progreditur. Eandem quoque notionem de Spiritu ſancto tenemus, nam ſicuti Filius ex Patre, ita & Spiritus: excepto quod exſiſtentiæ modo, differentia quædam intercedit. Ille ſi quidem lumen de lumine, geniti modo reluxit: hic vero, de lumine lumen & ipſe, non geniti, ſed procedentis modo progreſſus eſt. Ita nos cum Patre coæternum, ita ſubſtantia vnum & eundem, ita inde extra perpeſſionem omnem procedentem: ita in Trinitate vnitatem, & in vnitate Trinitatem cognoſcimus. Hæc pro captu noſtro conſequuti, & menſuram hanc cognitionis à Domino nacti, Eccleſiæ filius, id quod comprehendere potuimus, exponimus: ita tantiſper ſentiendum eſſe cohortantes,

F dum perfectiorem ſcientiæ recipiant lucem. Mentem certè quidem cum cura expoſitioni huic noſtræ adhibere, prudentiæ ſobrietatiſque fuerit, nihil cum quod adſcitum ponderoſumque ſit, aut quod iactantiæ oſtentationem habeat, in animo noſtro ſumus imaginati: ſed potius id quod veræ pietatis eſt, & cognitioni diuinæ congruit, cum pro virili noſtra collegiſſemus, vnius diuinitatis in tribus perfectis ſubſiſtentiis notionem, explicatione ſumus complexi. Eiuſcemodi de beata & diuina Trinitate obtinentes ſententiam, ad eam quæ ex oeconomia, diſpoſitione, adminiſtrationéque Verbi, nobis obuenit, gratiam, oratione accedamus. Ineffabilis namque etiam eſt œconomiæ ipſius ratio. Ratione vero primaria pro virili noſtra, & hæc nobis itidem eſt examinanda. Cum opus eſſe ſibi conſcium eſſet Verbum, vt figmenta ipſum ſua refingeret, & ſupplicij Adæ, cui præuaricatione ille factus eſt obnoxius, diſſoluendam eſſet debitore: tum illud, cœlo non decedens, ad nos deſcendit, non enim corporis erat ille deſcenſus, ſed diuinæ operationis voluntas. Et virgine

G quæ genus à Dauide, propter promiſſiones ei factas, duceret, intermedia, ad œconomiam expediendam vtens, & vterum eius vt diuinum quoddam ſemen ingrediens, ſibiipſi templum formauit: hominem integrum, particula aliqua ex illius natura accepta, & fingendo templo in ſubſtantiam eius redacta. Hoc ipſo indutus iuxta ſummam vnionem, Filius Dei veraque natura proceſſit. Ex illo enim Filius, & Deus & homo. Ad hunc modum œconomiam inter nos, prouinciamque ſuam, obiuit impleuitque. Quandoquidem enim peccato ſuo Adam morti genus humanum ſubiecit, & naturam cunctam debito obnoxiam reddidit: quod Filius & Deus eſſet & homo, tum tranſgreſſionem lapſumque Adæ reuocauit atque aboleuit: ac quatenus homo, cum ſine crimine innocenter vitam egit, tum voluntariam ſubiit mortem, per conuerſationem quidem ſummam & exactam, lapſum euacuans; per mortem autem indebitam, debitum exſtinguens: quatenus vero Deus, &

H quod ſolutum erat reſtituit, & mortem ipſam prorſus ſoluit. Vnus ergo eſt Filius, qui & ſolutus eſt, & id quod ſolutum fuerat reſtituit, qua namque homo, ſolutus eſt: qua vero Deus, reſtituit. Itaque cum de vno Filio voces inter ſe diuerſas audieris, conuenienter ea quæ dicuntur inter ſe variant, naturis diſtribue: ſiquid magnum atque diuinum naturæ diuinæ adſcribens, ſin paruum & humanum humanæ imputans. Hoc namque pacto tum vocum diſſonantium euitabis, qualibet, quod tibi inſitum eſt, natura recipiente: tum vnum Filium, & ante omnia ſæcula, & recens editum, de ſacrarum litterarum ſententia profiteris. Ne me vero quiſquam deſertionis modo perconetur: non enim me pudebit fateri ignorantiam. Quin contra potius gloriabor quoque me arcanis minime vulgandis, fidem habere: & myſten doctoremque eſſe eorum ſacrorum, ad quorum perceptionem ratio & mens propter debilitatem ſuam languet. Quocirca neque ex me, neque ex alio clarè quidquam & dilucidè de hisce diſcere velis. Sin pro

mentis noſtræ captu, de re tanta aliquid noſſe cupis: nulla obſtat inuidia [quo minus id explicemus] apud Eccleſiæ liberos. Porro ad ea quæ diximus, illo in ſuper adiecto, peropus eſſe eis qui expoſitionem eiuſmodi aggrediuntur, momento & auxilio cœleſti: ad id quod pro viribus noſtris aſſequuti ſumus, dicendum venio. Nonnulli vnionem eam veluti animæ cum corpore, mente complexi, ita prodiderunt. Et congruens eſt exemplum; tametſi non ex omni parte, aliquatenus tamen. Quemadmodum namque vnus eſt homo, & naturas inter ſe differentes duas in ſe obtinet: ac per alteram quidem ratiocinatur, per alteram vero quod ita ratione concepit, efficit (animo ſi quidem, ſi fors ita ferat, nauigi compagem complexus, manibus ſtructuram in animo conceptam ad finem perducit) ita Filius, cum vnus ſit, & duæ naturæ; altera, diuina edit miracula; altera, humilia excipit. Qua enim ex Patre & Deus eſt, res admirandas operatur: qua vero ex virgine & homo, crucem, paſſionem & conſimilia, ſuapte voluntate, naturaliter perfert. Hucvſque, ſi quis exemplum hoc recipiat, recte ſe habeat comparatio. At ſi ruſum rem totam ſimilitudini conferas differentia apparebit. Nam homo, etiamſi duplicem in ſe oſtendat naturam, non duæ tamen naturæ eſt, ſed ex duabus naturis conſtat. Vt enim corpus componitur quidem ex igne, & aëre, & aqua, & terra; minime vero iam corpus eſſe dixeris ignem, aut aërem, aut quidquam aliorum: (non enim idem eſt cum his vnde conſtat: diuerſa quippe eſt ratio compoſitæ rei, & eorum vnde eſt compoſita) ſic homo, quamuis è corpore & anima conſtet, alius eſt tamen quam ſunt ea vnde conſtat. Porro id quod dico, hoc modo intelligas clarius. Ex diuerſa materia domum conſtruimus; cæterum domum nemo eſſe idem dixerit quod omnifariam materiam, vnde ea eſt constructa, non enim ſimpliciter cementa, & tigna, & alia, domus ſunt, hoc namque ſi eſſet, ante ædificium, materiam ipſam diſſeparatam domum quiſpiam vocauerit. Sed enim huiuſmodi variæ materiæ apta inter ſe coagmentatio, ædes nobis perficit. Cæterum ædibus diſſolutis, manet quidem ſimiliter pro ſe materia quæque rationem ſuam retinens: diſperiiſſe autem ædes dicimus, quam eiuſcemodi materiæ compago abſoluit. Ita & in homine, tametſi is ex animo & corpore ſubſiſtat, non idem tamen cum eis eſt vnde ſubſiſtit, ſed aliud: adeo, vt homo è coagmentatione animi cum corpore, perfectum quiddam aliud tertiumque ſit. Id inde liquet, quod compage eorum ſoluta, manet quidem ita corpus rationem conſeruans ſuam: trifariam enim dimenſionem retinet, licet mortuum ſit: & anima pariter, quæ ratione prædicta eſt, quamuis ſeiuncta: homo autem interit, quem vtriuſque coniunctio perfecit. Enimvero Chriſtus non è diuinitate & humanitate Chriſtus effectus eſt, neque aliud eſt quam duo iſta, vtráque videlicet, hoc eſt & Deus & homo: qui Deus eſſe intelligitur, ex prodigiorum operatione: homo autem oſtenditur, ex æqualibus [& irreprehenſibilibus] naturæ noſtræ perpeſſionibus Præterea vero in multis anima perpeſſionibus corporis præoccupata, prius etiam quam corpus perſæpe dolore afficitur. Compati autem eam continue apparet, multoties ſectionem corporis anxie reformidantem, & poſt ſectionem nihilominus dolorem patientis modo capientem, quod quidem in Chriſti diuinitate nemo recte ſentientium, niſi omnino præter mentem feratur, & excors ſit, aut dicere aut admittere audeat. Quapropter hominis exemplum aliquatenus recipiendum eſt, quadamtenus autem fugiendum. Nos ſane etiam ante hac, veritatis huius dilucidum profeſſi ſumus intellectum, nos intelligentia non aſſequi: ac in præſentia nihilominus bona fide ſimpliciter agimus, in medium producentes, pro modulo nobis conceſſo, cognitionem noſtram: &, quoad eius facere poſſumus, ad manifeſtiorem veræ pietatis rationem exemplum propoſitum referre ſtudemus; atque vnionem iſtam inſuper conferre, non cum exigua quapiam & tenui, ſed ingenti, & ea quæ ex Patre natiuitatem deceat, ſimilitudine, in animo habemus. Quia enim Verbum, ipſum lumen, in mundum venit, quod è lumine, cuius cauſa alia non exſtat, reluxit: lumen quoque exemplum vnionis iſtius eſſe volo. Conſideret ergo mente ſua ratio originariam eſſe lucem, quam prima voce Deus per Verbum ipſum creauit; corpus autem ſolis, corpus humanum, cui inenarrabili ratione Verbum ſit vnitum. Nec mihi ſolem lucem aliam quam principem illam, factam eſſe exiſtimes, non enim tanquam primaria illa ad vniuerſitatis illuminationem non ſufficiente, ſol conditus eſt, vt defunctum ſuppleret. Non talis namque eſt artifex, vt neque perfectionem præuiderit, neque lucis ſplendorem abunde, ad præbitum à ſe vſum crearit. Vnum eſt igitur originarium lumen: Sol autem corpus ipſi effectum eſt, in quo lumen contractum vbique prorſus locorum, iam inde ab initio diffuſum feratur. Hoc etiam nobis per corpus id, horarum diei curſum abſolute perficit, niſi enim corpore deuinctum eſſet, ſed totum per aërem totum diffunderetur: minime nobis certa dimenſaque diei tempora deſignaret, neque motionem ordinatam, & conditorem adeo ipſum non repræſentaret. Quod ſi mihi dicas, etiam ante ſolis generationem, diem & noctem fuiſſe: primum equidem ſimiliter fatebere, ſatis fuiſſe lucis naturam idoneam ad omnia illuſtranda: deinde vero, quod conſequens ac reliquum eſt, cauſam ſolis creati inquires: nec aliam tamen comperies quam quæ modo à nobis eſt dicta. Primitus namque lumen omnino totum in aëre diffuſum neque æquabilem tenuit curſum, neque diei certum deſignauit ſpatium: contractum vero, nocti aditum dedit: ita vt verum plane ſit, aliud eſſe lumen, & aliud quod lumen ipſum complectitur, ſolare corpus. Atque ad hunc modum cum ſe lumen ad corpus ſolis habeat, accuratius iam deinceps voſmet hanc ipſam rationem inſpicite, nam, ſicut poſt vnionem primigeniæ lucis cum corpore ſolari, haudquaquam ea quis à ſe inuicem ſecernat; neque hoc ſeorſum ſolem, neque illud ſeparatim lucem vocet, ſed vnum ſolem lucem ipſam vocet: ita in vera luce & ſanctiſſimo corpore, nemo poſt vnionem ſingillatim hunc quidem Filium, diuinum videlicet Verbum; hunc autem itidem Filium, hominem nimirum, dicet: ſed vtrúmque vnum atque eundem intelliget, ſicut lumen vnum & ſolem vnum, tum lumen contractum, tum quod lumen ipſum complexum eſt corpus. Item quemadmodum vnum quidem lumen, & vnus ſol: naturæ vero duæ; altera, luminis; & altera, corporis ſolaris: haud ſecus hic quoque vnus quidem Filius, & Dominus, & Chriſtus, & vnigenitus: naturæ autem duæ; altera, quæ ſupra nos eſt; altera, noſtra. Et rurſum, vt in lumine lumen eſt, ipſo actu ſiue agendi efficacia, quod lumen diſiungere ab eo quod illud ſit complexum, corpore nequeas; ratione autem ſi ſepares, naturam, cuius peculiariter efficacia ea ſiue actus ſit, cognoſcas: ſic in vno Dei Filio, omnem quidem operandi vim ab eo ipſo vno & eodem Filio, ſiue vna eadémque filialitate, ſeiungere non eſt: rationis tamen intelligentia, naturam cuius id propriæ eſt quod fit, conſequi licet. Huiuſcemodi nos exemplo diuinæ iſtius vnionis propoſito, tanquam ad aliquam veræ pietatis notionem confugerimus: ac ſi ad veritatem ipſam prorſus non pertigimus, ſimilitudinem tamen piæ quæſtioni ſatisfacientem collegimus. Quod ſi tibi quidquam in his ad veritatem propius accedere videbitur, Deum laudibus celebrato, qui hanc cognitionis menſuram conceſſit. Sin ab alio, quod pietati magis congruat, didiciſti, ipſum itidem beneficij auctorem laudato; qui, idem ipſe cum ſit, per alium id apud te effecerit. Cæterum cum abunde ſatis pro virili noſtra profeſſionem fidei rectam expoſuerimus: vale Eccleſiæ filiis dicto, & gratiis ei qui rationem & orationem ſuppeditauit, actis, finem commentationi imponentes, de cætero vitam tacito inſtituto agemus. Atenim quoſdam video orationem reuocare, & alterius ſtadium quæſtionis oſtendere, atque ad curſum denuo in eundum

cogere; & fortaſſe experiendi gratia tentare, an nondum illa duplici decurſo curriculo ſit defatigata. Atqui illa, fontem imitata, qui quanto hauritur magis, tanto limpidiores profundit aquas; tota ad curſum propendet, & iam foribus proſpectat, ac deſignatoris exſpectat ſignum. Tu vero quæſtionem indicare velis, parata namque illa eſt, rem aggredi, infidelitatem ſternere, circumcludereque Deo bellum inferentes linguas; ac certo conſtituere quidnam conueniat de rebus diuinis percunctari & ſtatuere, quid credere oporteat: atque ita curriculi lege, à præcone victrix renunciari. *Quomodo*, inquit, *Verbum vbilibet eſt ſubſtantia ſua, & quomodo in templo proprio?* Si enim, ſicut in rebus cunctis, ita & ibi eſt; nihil præcipuum, præ rebus omnibus, templum habebit, & quo loco illud ponemus *In quo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter?* Sin aliquis in templo præcipui quidquam eſſe concedat, in rebus omnibus ſubſtantia non aderit; quod peculiare Dei eſt? Manifeſtum eſt argumentum incredulitatis, verbo Quomodo? de Deo vti. Quomodo enim cœli conditor, quomodo terræ, quomodo maris, aëris, plantarum, & animantium omnium, tuique adeo ipſius, qui cuncta exquiſite de Deo percunctaris? Omnino certe quidem dixeris, omnia eum opulentiæ ſuæ virtute introduxiſſe atque procreaſſe. Verum igitur Dei virtus rebus condendis accidentiâ an ſubſtantia affuit? Si accidentiâ? videlicet tanquam ea quæ ante fuerit quam extiterit. [Qui vero id fieri poteſt:] quandoquidem accidentia non per ſe ipſam conſtat, ſed res aliquas iam antea exſtantes conſequitur. Sin hoc perridiculum eſt, reſtat vt virtus ea creaturis omnibus ſubſtantiâ adſit. Num ergo, cum virtus ea creaturis vniuerſis ſubſtantia affuerit, nihil præcipui templum, quod eam eſt complexum habuit? Anceps hæc eſt, & inexplicabilis ratio: anceps non minus & illa: & vtramque ſoluit atque expedit fides. Vides quomodo impetu ſuo infidelitatem Ratio & Oratio fuderit? Spectato vt linguæ aduerſus Deum bellum mouentes circumcluſæ teneantur. Dicite nobis, vos qui Chriſtianiſmum profiteri aſſimulatis; qui duplicis naturæ tollendæ gratia, talia inueſtigatis & obtenditis; qui miſtionis & confuſionis, & corporis in Deitatem, ita vt commiſceatur, mutationis, eiuſcemodi dubias ambiguitates concinnatis: qui nunc Verbum in Carnem conuerſum, nunc Carnem in Verbum ſubſtantia tranſiiſſe (ſiue ſubſtantiatum eſſe) aſſeritis; & per id genus mentis emotiones & deliriationes vosmetipſos ne tantillum quidem ſapere, manifeſto declaratis. Dicite ergo nobis, quomodo Verbum Caro factum, cœlos non reliquit? Dicetis omnino, quod Deus permanens ita factum ſit. Ac rurſum nobis dicite, quomodo permanens factum ſit? Si, quod erat, manſit, quonam modo quod non erat, factum eſt? Sin quod non erat factum eſt, quomodo quod erat, manſit? Animo incerto & ancipiti, de ſolutione quæſtionis addubitas? addubita quoque de vnionis modo. Sedenim quod permanens factum ſit, credis: crede etiam vbique ſubſtantia verbum adeſſe, ac præcipue in templo ſuo eſſe. Interrogabimus rurſum quo pacto poſt vnionem corpus ſit Deificatum. An ne, cum in Deitatis ſubſtantiam tranſierit, hominis etiam corpus manſit, incorruptibile & immortale per Verbi vnionem perdurans? Verum hoc ſi ita habet, corpus manet corpus, (quandoquidem Deus corpus non eſt) & diuinam illud dignationem non naturam participat, pro bona ipſius Verbi voluntate. Sin Verbum per vnionem in naturam ſuam corpus tranſmutauit, denuo nobis quærendum quomodo in Verbi ſubſtantiam corpus ſit tranſmutatum; verum id in ſubſtantiam Verbi verſum, acceſſionem ſubſtantiæ attulerit? Atqui illa quæ ſic acceſſionem receperit, defecta antea fuerit. At nihil ab hoc aſſumpſit. Ergo id quod verſum eſt, nihil fuerit. Et quomodo quod nihil eſt, in diuinam tranſiit eſſentiam? Sed enim non in propriam, dicent, Verbum corpus reſoluit ſubſtantiam, verum id in diuinam conuertit. Rurſum nobis reſpondeant, diuinam ne tanquam aliam à ſua, an eandem cum ſua: ac ſi quidem eandem cum ſua, duas diuinas Verbi ſubſtantias prædicabimus vnam videlicet, quam à Patre genitum habuit: alteram iuxta quam & corpus ſibi ſumi ſe reddidit. Sin aliam à ſua, non diuinam ſcilicet, ſed creatam plane dicent. Inter Deitatem namque & creaturam nihil eſt medium. Quæ vero neceſſitas mutationis corpori fuit, ſi quidem in ſubſtantiam creatam rurſus eſt conuerſum? At enim in perplexibilibus hiſce quæſtionibus fortaſſe æſtuas, ac metuis ne eorum quidquam quæ dicta ſunt, rationem fidei noſtræ ſoluat & labefactet. Ego quidem certe, cum quæſtionibus inuolutus dubius animi fuero, tum de myſterij Chriſtianorum miraculo exclamabo, *res noſtras longe ſupra mentem, ſupra rationem, ſupra condita naturæ captum eſſe.* Tibi autem, talia etiam inquirenti cum inexplicabilis ambiguitas itidem inceſſerit, *fac fidem expedias promptam,* qua ea quæ in quæſtionem veniunt, ſoluas: illud in animo conſiderans, vbi Deus ſit, quamuis ignoretur quidquam eorum quæ dicuntur, vel propter naturæ præſtantiam, vel propter œconomiæ & diſpenſationis rationem, nihil inde detrimenti capere ignorantes. Quonam vero modo, propter audaciam res diuinas dirigere aggredimini? An diuina non audiuiſtis reſponſa, quæ popularibus veſtris eiuſcemodi cœptis interdicentia, luti nobis & figuli imaginem propoſuere: vt eo modo admonerent, haudquaquam nos curioſos eſſe, aut in res diuinas inquirere, ſed diuinæ potius cedere debere voluntati, quemadmodum figulo lutum? Itaque religioſum aliquando tandem concipite metum, ac ſenſu, perquam moderato & æquo deliberationes noſtras conſopite: vt quæ nobis intercedunt, dubias quæſtiones vna decidat fides: & ſermones diuinos, iuxta id quod ſcriptum eſt extimeſcite; vt diuina digni habiti requiete, beatas illas a Deo rerum vniuerſarum patente exaudiatis voces, quæ ſic habent: *Ad quem reſpiciam, niſi ad humilem & quietum, & trementem ſermones meos?* Hiſce verbis Deo rebellantibus linguis cohibitis, ad explicationem feſtinans currit oratio. Vos ſane, qui Eccleſiæ eſtis filij, & quæſtionem pie mouetis, earúmque inſuper rerum quæ in dubium veniunt, *percunctationes non tentandi animo, ſed quoad eius fieri poſſit, diſcendi amore profertis:* ita mihi velim mentes inſtruatis veſtras, *multifariam eſſe diuinæ doctrinæ formam;* colligi autem eam capitulatim; ſimul in mandatorum diſciplinam & obſeruationem, ſimul in diuinam cognitionem & adorationem. Quocirca veræ pietatis amatores, præceptorum obſeruationem & diſciplinam nulla ex parte ignorare, præcipue vero diuinam adorationem noſſe contendent. Rerum autem diuinarum notionem, pro viribus inueſtigare quidem volent, ac ſtudio eo propter imbecillitatem fatigari, pro eo atque poterunt, eos adorabunt, ne fides noſtra inanis reddatur. Atque hoc cum ita norimus, quæ videlicet quærere, quæ credere oporteat, orationem rurſum in curriculi certamen producemus, victricemque eam pronunciare ſtudebimus.

Deſcende in ipſam porro arenam oratio.

Dilucidam veritatis cognitionem me aſſequutum non eſſe fateor; quod certe bona victoriæ pars eſt: pro captu tamen naturæ hominis, inquiſitione diligenti adhibita, quæſtionem vobis pie diluluam. Quomodo namque inquit, *Verbum ſubſtantia ſua in templo proprio eſt, atque in rebus vniuerſis conſimiliter?* Et quid præcipui templum habebit pro rebus communiter omnibus? Orationem ipſam dicentem audiamus. *Quæ eſt in ſinu patris,* ſubſtantia rebus cunctis indiuiduè adeſt. Nec ita ipſum in Patre, ſicut in reliquis eſſe dicimus: non eo quidem, quod ſubſtantia in aliis exiſtens contrahatur, ſed propter eorum quæ illam capiunt, modulum, per imbecillitatem ſuam, diuinam præſentiam non admittentium. Pari modo in proprio templo inſeparabiliter Verbum eſſe affirmantes, ac veluti plenitudinem Deitatis inhabitare ibi fatentes, omnibus quoque idipſum adeſſe dicimus, ſed non conſimiliter. Non enim capit corpus ſordidum radios diuinitatis. Atque id quod dictum eſt, exemplo addiſce, non enim quæſtionis magnitudinem,

E

F

G

H

Eccleſiæ filiis piè diſſerendo explicare ſubterfugerim. Sol, communis nobis omnibus quotidie propoſitus eſt, neque huic minus, illi magis illucet; ſed vim efficaciamque ſuam ex æquo communiter cunctis emittit. Quod ſi quis acres habeat oculos, plus de illius recipit radiis; non quidem quod ſol aliquo modo ad eum ſe magis quam ad alios applicet, verum propter propriam viſus eius virtutem. At ſi cui obtuſa ſint lumina, ne lucis quidem ſplendori ipſi illa intendere poterit, propter cernendi vim debiliorem. Simili modo mihi in animo tuo conſidera Iuſtitiæ ſolem, vniuerſis quidem ex æquo ſubſtantiâ, vt qui Deus ſit præſto eſſe: nos vero omnes, vtpote infirmos, & peccatorum ſordibus lippientes, oculis noſtris propter languorem, lucis præſentiam non ſuſtinere. Templum autem incolit oculum videlicet puriſſimum, & ſplendoris vniuerſæ lucis capacem: vtpote à Spiritu ſancto formatum, & omni ex parte à peccato ſecretum. Vt namque ſol pariter omnibus iuxta operationem ſuam illucet, non pariter tamen ab omnibus excipitur: ſic & Verbum omnibus ſe ſecundum ſubſtantiam exhibens, non pariter rebus aliis & templo proprio adeſt. Vide quomodo oratio certamine curſus confecto, victoriam retuliſſe renunciata ſit. Coronam deinceps ferat, cum pompa & comitatu magnifico progrediatur: victoriæ inſignibus conſpicuè ſe ſpectandam inferat, ac de aduerſariis profligatis triumphum agat. At nos qui Chriſti cenſemur nomine, præcedentes, victoriæ carmen canamus ac vociferemur: *Bonum certamen decertaſti oratio; curſum conſummaſti, fidem ſeruaſti. Quod ſupereſt, repoſita tibi eſt iuſtitia corona*, ac potius hymnis concelebremus, quod victoriam ſubminiſtrauit diuiniſſimum Verbum, lucem veram, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: per quod viuimus, & mouemur, & ſumus: per quod omnia conſiſtunt; per quod huiuſmodi ludificatrices verborum fallacias & perplexa inuolucra ſoluimus quod curam noſtri gerit, quod nos gubernat, quod benignè nobis facit, cui citra intermiſſionem mactamus hoſtiam laudis, & vt Deo preces ſinceras libamus, & fragrantem operum bonorum odorem ſacrificamus: ipſum in noſtra ipſorum conuerſatione medium habentes, ipſum ſpirantes, ipſum cogitantes, in ipſum animos intendentes, ipſum in omnibus laudantes: beatam quippe ſpem, & regni largitorem ſupremi.

EIVSDEM IVSTINI *Ad Orthodoxos Reſponſionum ad quaſdam Chriſtianas Quæſtiones, Liber.*

QVÆSTIO PRIMA.

SI Deus veterem cultum, vt minus ſibi placitum ſuſtulit, & contra Chriſtianam, vt acceptam ſibi religionem introduxit: Orthodoxi vero & rectè ſentientes ſoli Deo grati, Græcis, Iudæis, & hæreticis omnibus non modo numero non pares, ſed etiam pauciores ſunt: quænam eſt ratio & demonſtratio, non eius qui illi hunc prætulit cultum, potentiæ penuria, non radicitus erutam manere erroris ſeductionem? Quomodo vero vſui nulli non eſt illius cultus abolitio, ſeductione adhuc multa mundum in poteſtate ſua retinente?

RESPONSVM, SEV Quæſtionis ſolutio.

Deus vbi priſcum cultum abrogauit, & nouum ſe pro veteri introducturum eſſe teſtamentum ſtatuit, hanc loco illius introductos induxit religionem. Ac primum quidem verbis, quæ diuinarum eſſent teſtimonio confirmata virtutum, deprædicata, Iudaiſmum illa & Græcorum paganiſmum aboleuit: poſtea autem operibus, quæ itidem virtutibus diuinis edita ſunt, impoſturam in hominibus & dæmonibus omnem radicitus euellit atque vna cum ipſa, cunctarum in mundo vniuerſo malarum hæreſium & ſectarum [per Orthodoxorum] fidem & opera tollit cultum. Quod ſi non omnes, qui religionem hanc Chriſtianam ſuſceperunt, eandem de eiſdem rebus ſeruant & obtinent opinionem atque alij quidem rectè, alij autem ſecus ſentiunt: non id Dei, (quaſi per potentiæ eius penuriam illi, & non propter negligentiam propriam aut imbecillitatem aliam, ab ipſis credita intelligentia recta non conſequantur,) verum ipſorummet incuriæ crimen eſt. Porro ipſa hac religione introducenda, dictum eſt de orthodoxorum paucitate, aliquando; *Multi ſunt vocati, pauci vero electi*: aliquando; *quod anguſta eſt & arcta via, qua ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt illam*. Conſimiliter & de hæreſibus, quas Dominus in parabolis ſuis *Zizania* vocat, & *piſces putres*. Quocirca cum nihil inueniatur falſi in religione Chriſtiana, pro eo atque rerum teſtatur veritas, præcedentium euentu futurorum aſtruens fidem: haudquaquam profecto relicta eſt occaſio aut cauſa calumniam texendi, vel quod egena Dei ſit potentia, vel quod nulli dicatur eſſe vſui, alium eſſe pro alio introductum cultum; qui nunc quidem Iudaiſmum & Paganiſmum ſoluit, poſtea vero & hæreſes eſt ſoluturus.

QVÆSTIO II.

Si res futuras, veluti bellorum victorias & trophæa, hoſtium incurſiones, & vrbium per eos qui illas oppugnarunt euerſiones, prædixerunt Prophetæ & Apoſtoli; prædixerunt quoque Græcorum oraculorum reſponſa: vnde cognoſci poteſt, hos noſtros alienis illis eſſe præſtabiliores, cum ab vtraque parte futurorum editæ ſint diuinationes?

RESPONSIO.

Eiuſdem Dei hæc ſunt omnia, tam prædictio verborum, quam euentus rerum: qui & per ſacros vates atque Apoſtolos quæ futura erant, præloquutus eſt: & per eos itidem qui à vero cultu ſunt alieni, quæ facturus fuerat, præmonſtrauit. Quemadmodum namque per vatem Balaam Iſraëli benedixit, hoſtibus autem eius maledixit: vtrúmque vero per rerum futurarum diuinationem fecit: ita etiam per vaticinium regi Babylonis Nabuchodonoſori, capiendam eſſe Hieruſalem præſignificauit, ſicuti dicit Ezechiel Propheta: *Et inſiſtet rex Babylonis in viam antiquam, in initio duarum viarum, vaticinij vaticinandi, & virga concutiendæ, & ſculptilium percontandorum, & ad dextram eius extorum inſpiciendorum gratia. Et factum eſt ſuper Hieruſalem*: & quæ ſequuntur. Conſimiliter & per vates Græcos quæcumque euentu ad rem collata ſunt, ipſe præmonſtrauit. Permultum vero prophetæ vatibus interſunt. Primum equidem, quod in cuius nomine prophetæ & Apoſtoli futura prædixere, Dei, eius habuerunt cognitionem, fidem & cultum: & quæcunque de Græcorum Deorum & oraculorum abolitione, & Chriſtianarum rerum conſtitutione, prophetæ ſunt præloquuti, exitum ſuum conſequuta ſunt omnia. Deinde, quod nihil eorum quæ vates vel aduerſus verum Deum & cultores eius, vel pro Græcarum Ethnicarumque rerum ſtatu prædixerunt, ad euentum perductum eſt. Teſtatur hoc Aſſyriorum occidio, qui diuinationibus ipſi ſuis incitati dixerunt, non ſine Domino ſe aſcendiſſe in terram hanc vt vaſtarent eam: *Dominus mihi dixit: Aſcende in terram iſtam, & demolire eam*. Et cum aſcendiſſet, contra vatum ſuorum diuinationem conciſus eſt.

QVÆSTIO III.

Si in reſurrectione omnes qui peccauerunt, puniuntur: multo vero magis illi qui cognouerunt quidem, non autem fecerunt voluntatem Dei: quid lucri habet Chriſtianus præ pagano, baptizatus præ non baptizato, orthodoxus præ non orthodoxo?

A

RESPONSIO.

Quemadmodum fidelis qui ſuis (ſicut apud Apoſtolum Paulum eſt) non prouideat, Deum abnegat, & infideli eſt deterior, vt qui cum cognitione & fide baptiſmo, mores, diſciplinæ Chriſtianæ teſſeram, non coniungat, ſed formam quidem habens veræ pietatis, vim autem eius abnegans, infidelibus peior ſit: ita tanto eſt ſcienter quam inſcienter peccare grauius, quanto peccatum quod excuſationem non admittit, eo peccato magis eſt enorme, quod habet delicti defenſionem.

QVÆSTIO IV.

Si viribus omnibus in hoc incubuerunt hæretici, vt doctrinarum cognoſcerent & retinerent veritatem,
B aſſequi id autem non valuerunt: quomodo iniquum non eſt, eos, vt qui vero allucinantes exciderint, pœnis ſubdere?

RESPONSIO.

Tantum abeſt vt hæretici viribus omnibus veritatem inquiſiuerint, vt etiam per illos qui eam inuenerunt, ipſis demonſtratam ſuſcipere neque potuerint, neque ſuſtinuerint. Ac ſi quidem vera hæc eſſet defenſio, oporteret & ipſos alios aliis inuicem ignoſcere lapſis, tanquam qui vitium imbecillitate, non maligna mentis deſtinatione, hæreſes & ſectas inſtituerent, ſibiipſis & veritati repugnantes. Nunc autem pro eo quod alij alios de aliena ſententia condemnant, manifeſto conſtat, gloriæ captandæ, aut hæreſiarcharum ſectarúmque principum aduerſus alios propugnandorum ſtudium hæreſes omnes, vt inſtituantur, cauſam habere. Quam ob rem hæreſium duces ab Apoſtolo *lupi graues* nominati ſunt. Quod autem fieri nequeat quin veritatem inueniat qui eam toto corde (Dei gratiâ imploratâ) pro virili ſua quærat, teſtatur Dominus, dicens; *Quiſquis petit, accipit: & qui quærit, inueniet: & pulſanti aperietur.*

QVÆSTIO V.

Si in Eccleſiis hæretici virtutes & mira edunt, veluti morborum ſanationes, impurorum dæmoniorum expulſiones, fructuum terræ prouentus, & olei ſcaturigines: quomodo non neceſſe eſt, per hæc illos in errore confirmari?

RESPONSIO.

Sicut id quod ſol oritur ſuper malos & bonos, & id quod pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, non eo ſit vt mali & iniuſti in malitia & iniuſtitia ſua conſtabiliantur, ſed vt via ad iuſtum ſupplicium præparetur: ita hoc ad hæreticos in errore confirmandos non fit, quod nonnulli inter eos virtutes præſtant. Nam virtutum repræſentatio, ſi probatio & indicium eſſet veræ religionis, minime gentium Dominus eos reprobaſſet, & indignos familiaritate ſua pronuntiaſſet, qui dixerunt; *Domine, nonne per nomen tuum prophetauimus, & per nomen tuum dæmonia eiecimus, & per nomen tuum multas virtutes præſtitimus?* dicens ad illos: *Nunquam noui vos. Diſcedite à me, qui operamini iniquitatem. An non dixi, docens vos, vt paſceretis, & potum ei daretis, qui eſurit & ſitit?* multo ipſe etiam magis ſimilia eis quæ nos docuit, facit, ignem in caput eorum coaceruans, qui non digne Donatorem fidei cognouerunt.

QVÆSTIO VI.

Si in dolore & delectatione ſeſe perpeſſiones ſiue affectiones exhibent, atque alter peccatores, altera iuſtos in iudicio manet: quomodo is verus eſt qui dicit, mortalibus poſt reſurrectionem perpeſſionis vacuitatem ſeu indolentiam conferri?

RESPONSIO. E

Perpeſſionis vacuos reſurrecturos nos eſſe dicimus, eo quod eorum quæ natura ſumus, mutationem non admittemus: neque in ea quæ oppoſita ſunt, iuxta id quod ſit, & id quod non ſit; (ſiue iuxta Eſſe & Non eſſe) neque in ea quæ inter ſe contraria ſunt, iuxta id quod magis ſit, & id quod minus ſit, (ſeu iuxta maius & minus.) Neque enim ex gaudio vertemur in mœrorem, neque gaudebimus in eodem bono quandoque magis, quandoque minus. Et quamuis in maiore bono magis gaudebimus, in minore minus: attamen ſic quoque iuxta bonorum comparationem, gaudij menſura manebit immutabilis. Atque hoc quidem in eis eſt qui in vitam reſurgent: in eis vero qui in condemnationem reſurgent, eadem eſt ratio: quando vt [illi vitæ ſententia, ſic ipſi] mortis condemnatione defungentur. Qui enim reſurgent, in alterutrum; alij videlicet in vitam, alij in con- F
demnationem reſurgent.

QVÆSTIO VII.

Si mutationis nota eſt, bona & mala in animum inducere: quomodo immutabiles ſunt qui cruciantur, & iuſtorum conſiderant laxamentum: aut rurſum qui in laxamento ſunt, & peccatorum ſecum perpendunt cruciatum? Tunc enim vtrúmque prolixiorem alterius percipit ſenſum, cum ea quæ contraria ſunt, inter ſe conferuntur.

RESPONSIO.

In futuro ſæculo, quantus ſit ſenſus præmij & ſupplicij, in menſura præmij & ſupplicij eſt ſitum: nec fieri poteſt vt ex eorum quæ inter ſe oppoſita ſunt, compoſitione, ſenſus incrementum aut diminutionem percipiat. Immutabilia namque ibi ſunt omnia ſicuti iuxta quantitatem, ita & iuxta qualitatem. G

QVÆSTIO VIII.

Si notionem boni & mali à Deo, & ab eo quod ſimus (ſiue ab eſſentia) accepimus: quomodo auctor non eſt vtriúſque, qui vtriſque naturæ indidit & cognitionem, & vim ad illorum completionem?

RESPONSIO.

Non modo vt ſimus, & noſcamus, atque faciamus bonum & malum, vim nobis Deus indidit: ſed arbitrium quoque liberum dooauit, & delectus noſtri vt earum quas cognouiſſemus rerum, quod nobis placitum eſſet, & aliis prætuliſſemus, complecteremur, dominos conſtituit. Atque vt boni vel mali ſimus non in notione cognitarum, ſed in electione delectarum poſuit rerum. Quocirca non Deus, vt boni vel mali ſimus, ſed arbitrium noſtrum cauſa eſt. Quemadmodum enim qui conſpicit mulierem meretricem, & cognoſcit eam meretricem eſſe, per co- H
gnitionem fornicator non eſt; ac neque, ſi cognitio libidinis vitioſum excitet motum, fornicator eo modo eſt: at ſi motui illi aſſentiatur arbitrium, tunc fornicator eſt, vel facto vel affectione: ſic bonorum quoque & malorum, hominibus non cognitio, vt boni vel mali ſint, cauſa eſt; ſed arbitrium, quod per delectum ſuum id quod viſum eſt, prætulit.

QVÆSTIO IX.

Si ea quæ dicta ſunt, Deus contulit: coronat autem & punit pro factis hominem quemque, quomodo vtrúmque iuſte facit, cum vtrúmque à Deo habeat homo?

RESPONSIO.

Differunt inter ſe, id quod nobis eſt, & id quod in nobis eſt. Ac nobis quidem eſt, vt mares & fœminæ

Eccleſiæ filiis piè diſſerendo explicare ſubterfugerim. Sol, communis nobis omnibus quotidie propoſitus eſt, neque huic minus, illi magis illucet; ſed vim efficaciamque ſuam ex æquo communiter cunctis emittit. Quod ſi quis acres habeat oculos, plus de illius recipit radiis; non quidem quod ſol aliquo modo ad eum ſe magis quam ad alios applicet, verum propter propriam viſus eius virtutem. At ſi cui obtuſa ſint lumina, ne lucis quidem ſplendori ipſi illa intendere poterit, propter cernendi vim debiliorem. Simili modo mihi in animo tuo conſidera Iuſtitiæ ſolem, vniuerſis quidem ex æquo ſubſtantiâ, vt qui Deus ſit præſto eſſe: nos vero omnes, vtpote infirmos, & peccatorum ſordibus lippientes, oculis noſtris propter languorem, lucis præſentiam non ſuſtinere. Templum autem incolit oculum videlicet puriſſimum, & ſplendoris vniuerſæ lucis capacem: vtpote à Spiritu ſancto formatum, & omni ex parte à peccato ſecretum. Vt namque ſol pariter omnibus iuxta operationem ſuam illucet, non pariter tamen ab omnibus excipitur: ſic & Verbum omnibus ſe ſecundum ſubſtantiam exhibens, non pariter rebus aliis & templo proprio adeſt. Vide quomodo oratio certamine curſus confecto, victoriam retuliſſe renuntiata ſit. Coronam deinceps ferat, cum pompa & comitatu magnifico progrediatur: victoriæ inſignibus conſpicuè ſe ſpectandam inferat, ac de aduerſariis profligatis triumphum agat. At nos qui Chriſti cenſemur nomine, præcedentes, victoriæ carmen canamus ac vociferemur: *Bonum certamen decertaſti oratio; curſum conſummaſti, fidem ſeruaſti. Quod ſupereſt, repoſita tibi eſt iuſtitiæ corona*, ac potius hymnis concelebremus, quod victoriam ſubminiſtrauit diuiniſſimum Verbum, lucem veram, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: per quod viuimus, & mouemur, & ſumus: per quod omnia conſiſtunt; per quod huiuſmodi ludificatrices verborum fallacias & perplexa inuolucra ſoluimus quod curam noſtri gerit, quod nos gubernat, quod benignè nobis facit, cui citra intermiſſionem mactamus hoſtiam laudis, & vt Deo preces ſinceras libamus, & fragrantem operum bonorum odorem ſacrificamus: ipſum in noſtra ipſorum conuerſatione medium habentes, ipſum ſpirantes, ipſum cogitantes, in ipſum animos intendentes, ipſum in omnibus laudantes: beatam quippe ſpem, & regni largitorem ſuperni.

EIVSDEM IVSTINI

Ad Orthodoxos Reſponſionum ad quaſdam Chriſtianas Quæſtiones, Liber.

QVÆSTIO PRIMA.

SI Deus veterem cultum, vt minus ſibi placitum ſuſtulit, & contra Chriſtianam, vt acceptam ſibi religionem introduxit: Orthodoxi vero & rectè ſentientes ſoli Deo grati, Græcis, Iudæis, & hæreticis omnibus non modo numero non pares, ſed etiam pauciores ſunt: quænam eſt ratio & demonſtratio, non eius qui illi hunc prætulit cultum, potentiæ penuria, non radicitus erutam manere erroris ſeductionem? Quomodo vero vſui nulli non eſt illius cultus abolitio, ſeductione adhuc multa mundum in poteſtate ſua retinente?

RESPONSVM, SEV Quæſtionis ſolutio.

Deus vbi priſcum cultum abrogauit, & nouum ſe pro veteri introducturum eſſe teſtamentum ſtatuit, hanc loco illius introducens induxit religionem. Ac primum quidem verbis, quæ diuinarum eſſent teſtimonio confirmata virtutum, deprædicata, Iudaiſmum illa & Græcorum paganiſmum aboleuit: poſtea autem operibus, quæ itidem virtutibus diuinis edita ſunt, impoſturam in hominibus & dæmonibus omnem radicitus euellit atque vna cum ipſa, cunctarum in mundo vniuerſo malarum hæreſium & ſectarum [per Orthodoxorum] fidem & opera tollit cultum. Quod ſi non omnes, qui religionem hanc Chriſtianam ſuſceperunt, eandem de eiſdem rebus ſeruant & obtinent opinionem atque alij quidem rectè, alij autem ſecus ſentiunt: non id Dei, (quaſi per potentiæ eius penuriam illi, & non propter negligentiam propriam aut imbecillitatem aliam, ab ipſis credita intelligentia recta non conſequantur,) verum ipſorummet incuriæ crimen eſt. Porro ipſa hac religione introducenda, dictum eſt de orthodoxorum paucitate, aliquando; *Multi ſunt vocati, pauci vero electi:* aliquando; *quod anguſta eſt & arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt illam.* Conſimiliter & de hæreſibus, quas Dominus in parabolis ſuis *Zizania* vocat, & *piſces putres.* Quocirca cum nihil inueniatur falſi in religione Chriſtiana, pro eo atque rerum teſtatur veritas, præcedentium euentu futurorum aſtruens fidem: haudquaquam profecto relicta eſt occaſio aut cauſa calumniam texendi, vel quod egena Dei ſit potentia, vel quod nulli dicatur eſſe vſui, alium eſſe pro alio introductum cultum; qui nunc quidem Iudaiſmum & Paganiſmum ſoluit, poſtea vero & hæreſes eſt ſoluturus.

QVÆSTIO II.

Si res futuras, veluti bellorum victorias & trophæa, hoſtium incurſiones, & vrbium per eos qui illas oppugnarunt euerſiones, prædixerunt Prophetæ & Apoſtoli; prædixerunt quoque Græcorum oraculorum reſponſa: vnde cognoſci poteſt, hos noſtros alienis illis eſſe præſtabiliores, cum ab vtraque parte futurorum editæ ſint diuinationes?

RESPONSIO.

Eiuſdem Dei hæc ſunt omnia, tam prædictio verborum, quam euentus rerum: qui & per ſacros vates atque Apoſtolos quæ futura erant, praeloquutus eſt: & per eos itidem qui à vero cultu ſunt alieni, quæ facturus fuerat, præmonſtrauit. Quemadmodum namque per vatem Balaam Iſraeli benedixit, hoſtibus autem eius maledixit: vtrúmque vero per rerum futurarum diuinationem fecit: ita etiam per vaticinium regi Babylonis Nabuchodonoſori, capiendam eſſe Hieruſalem præſignificauit, ſicuti dicit Ezechiel Propheta: *Et inſiſtet rex Babylonis in viam antiquam, in initio duarum viarum, vaticinij vaticinandi, & virga concutienda, & ſculptilium percontandorum, & ad dextram eius extorum inſpiciendorum gratia. Et factum eſt ſuper Hieruſalem:* & quæ ſequuntur. Conſimiliter & per vates Græcos quæcumque euentu ad rem collata ſunt, ipſe præmonſtrauit. Permultum vero prophetæ vatibus interſunt. Primum equidem, quod in cuius nomine prophetæ & Apoſtoli futura prædixere, Dei, eius habuerunt cognitionem, fidem & cultum: & quæcumque de Græcorum Deorum & oraculorum abolitione, & Chriſtianarum rerum conſtitutione, prophetæ ſunt præloquuti, exitum ſuum conſequuta ſunt omnia. Deinde, quod nihil eorum quæ vates vel aduerſus verum Deum & cultores eius, vel pro Græcarum Ethnicarumque rerum ſtatu prædixerunt, ad euentum perductum eſt. Teſtatur hoc Aſſyriorum occidio, qui diuinationibus ipſi ſuis incitati dixerunt, non ſine Domino ſe aſcendiſſe in terram hanc vt vaſtarent eam: *Dominus mihi dixit: Aſcende in terram iſtam, & demolire eam.* Et cum aſcendiſſet, contra vatum ſuorum diuinationem conciſus eſt.

QVÆSTIO III.

Si in reſurrectione omnes qui peccauerunt, puniuntur: multo vero magis illi qui cognouerunt quidem, non autem fecerunt voluntatem Dei: quid lucri habet Chriſtianus præ pagano, baptizatus præ non baptizato, orthodoxus præ non orthodoxo?

A

RESPONSIO.

Quemadmodum fidelis qui ſuis (ſicut apud Apoſtolum Paulum eſt) non prouideat, Deum abnegat, & infideli eſt deterior, vt qui cum cognitione & fide baptiſmo, mores, diſciplinæ Chriſtianæ teſſeram, non coniungat, ſed formam quidem habens veræ pietatis, vim autem eius abnegans, infidelibus peior ſit: ita tanto eſt ſcienter quam inſcienter peccare grauius, quanto peccatum quod excuſationem non admittit, eo peccato magis eſt enorme, quod habet delicti defenſionem.

QVÆSTIO IV.

Si viribus omnibus in hoc incubuerunt hæretici, vt doctrinarum cognoſcerent & retinerent veritatem,
B aſſequi id autem non valuerunt: quomodo iniquum non eſt, eos, vt qui vero allucinantes exciderint, pœnis ſubdere?

RESPONSIO.

Tantum abeſt vt hæretici viribus omnibus veritatem inquiſiuerint, vt etiam per illos qui eam inuenerunt, ipſis demonſtratam ſuſcipere neque potuerint, neque ſuſtinuerint. Ac ſi quidem vera hæc eſſet defenſio, oporteret & ipſos alios aliis inuicem ignoſcere lapſis, tanquam qui virium imbecillitate, non maligna mentis deſtinatione, hæreſes & ſectas inſtituerent, ſibiipſis & veritati repugnantes. Nunc autem pro eo quod alij alios de aliena ſententia condemnant, manifeſto conſtat, gloriæ captandæ, aut hæreſiarcharum ſectarúmque principum aduerſus alios propugnandorum ſtudium hæreſes omnes, vt inſtituantur, cauſam habere. Quam ob rem hæreſium duces ab Apoſtolo *lupi graues* nominati ſunt. Quod autem fieri nequeat quin veritatem inueniat qui eam toto corde (Dei gratiâ imploratâ) pro virili ſua quærat, teſtatur Dominus, dicens; *Quiſquis petit, accipit: & qui quærit, inueniet: & pulſanti aperietur.*

QVÆSTIO V.

Si in Eccleſiis hæretici virtutes & mira edunt, veluti morborum ſanationes, impurorum dæmoniorum expulſiones, fructuum terræ prouentus, & olei ſcaturigines: quomodo non neceſſe eſt, per hæc illos in errore confirmari?

RESPONSIO.

Sicut id quod ſol oritur ſuper malos & bonos, & id quod pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, non eo fit vt mali & iniuſti in malitia & iniuſtitia ſua conſtabiliantur, ſed vt via ad iuſtum ſupplicium præparetur: ita hoc ad hæreticos in errore confirmandos non fit, quod nonnulli inter eos virtutes præſtant. Nam virtutum repræſentatio, ſi probatio & indicium eſſet veræ religionis, minime gentium Dominus eos reprobaſſet, & indignos familiaritate ſua pronuntiaſſet, qui dixerunt; *Domine, nonne per nomen tuum prophetauimus, & per nomen tuum dæmonia eiecimus, & per nomen tuum multas virtutes præſtitimus?* dicens ad illos: *Numquam noui vos. Diſcedite à me, qui operamini iniquitatem. An non dixi, docens vos, vt paſceretis, & potum ei daretis, qui eſurit & ſitit?* multo ipſe etiam magis ſimilia eis quæ nos docuit, facit, ignem in caput eorum coacervans, qui non digne Donatorem fidei cognouerunt.

QVÆSTIO VI.

Si in dolore & delectatione ſeſe perpeſſiones ſiue affectiones exhibent, atque alter peccatores, altera iuſtos in iudicio manet: quomodo is verus eſt qui dicit, mortalibus poſt reſurrectionem perpeſſionis vacuitatem ſeu indolentiam conferri?

RESPONSIO. E

Perpeſſionis vacuos reſurrecturos nos eſſe dicimus, eo quod eorum quæ natura ſumus, mutationem non admittemus: neque in ea quæ oppoſita ſunt, iuxta id quod ſit, & id quod non ſit; (ſiue iuxta Eſſe & Non eſſe) neque in ea quæ inter ſe contraria ſunt, iuxta id quod magis ſit, & id quod minus ſit, (ſeu iuxta maius & minus.) Neque enim ex gaudio vertemur in mœrorem, neque gaudebimus in eodem bono quandoque magis, quandoque minus. Et quamuis in maiore bono magis gaudebimus, in minore minus: attamen ſic quoque iuxta bonorum comparationem, gaudij menſura manebit immutabilis. Atque hoc quidem in eis eſt qui in vitam reſurgent: in eis vero qui in condemnationem reſurgent, eadem eſt ratio: quando vt [illi vitæ ſententia, ſic ipſi] mortis condemnatione defungentur. Qui enim reſur-
gent, in alterutrum; alij videlicet in vitam, alij in condemnationem reſurgent. F

QVÆSTIO VII.

Si mutationis nota eſt, bona & mala in animum inducere: quomodo immutabiles ſunt qui cruciantur, & iuſtorum conſiderant laxamentum: aut rurſum qui in laxamento ſunt, & peccatorum ſecum perpendunt cruciatum? Tunc enim vtrúmque prolixiorem alterius percipit ſenſum, cum ea quæ contraria ſunt, inter ſe conferuntur.

RESPONSIO.

In futuro ſæculo, quantus ſit ſenſus præmij & ſupplicij, in menſura præmij & ſupplicij eſt ſitum: nec fieri poteſt vt ex eorum quæ inter ſe oppoſita ſunt, compoſitione, ſenſus incrementum aut diminutionem percipiat. Immutabilia namque ibi ſunt omnia ſicuti iuxta quanti-
tatem, ita & iuxta qualitatem. G

QVÆSTIO VIII.

Si notionem boni & mali à Deo, & ab eo quod ſimus (ſiue ab eſſentia) accepimus: quomodo auctor non eſt vtriúſque, qui vtriſque naturæ indidit & cognitionem, & vim ad illorum completionem?

RESPONSIO.

Non modo vt ſimus, & noſcamus, atque faciamus bonum & malum, vim nobis Deus indidit: ſed arbitrium quoque liberum donauit, & delectus noſtri vt earum quas cognouiſſemus rerum, quod nobis placitum eſſet, & aliis prætuliſſemus, complecteremur, dominos conſtituit. Atque vt boni vel mali ſimus non in notione cognitarum, ſed in electione delectarum poſuit rerum. Quocirca non Deus, vt boni vel mali ſimus, ſed arbitrium noſtrum cauſa eſt. Quemadmodum enim qui conſpicit mulierem
meretricem, & cognoſcit eam meretricem eſſe, per cognitionem fornicator non eſt; ac neque, ſi cognitio libidinis vitioſum exciet motum, fornicator eo modo eſt: at ſi motui illi aſſentiatur arbitrium, tunc fornicator eſt, vel facto vel affectione: ſic bonorum quoque & malorum, hominibus non cognitio, vt boni vel mali ſint, cauſa eſt; ſed arbitrium, quod per delectum ſuum id quod viſum eſt, prætulit. H

QVÆSTIO IX.

Si ea quæ dicta ſunt, Deus contulit: coronat autem & punit pro factis hominem quemque, quomodo vtrúmque iuſte facit, cum vtrúmque à Deo habeat homo?

RESPONSIO.

Differunt inter ſe, id quod nobis eſt, & id quod in nobis eſt. Ac nobis quidem eſt, vt mares & fœminæ

ſimus : in nobis autem eſt, vt caſti ſimus, aut fornicatores. Itaque coronamur aut punimur de eo quod in nobis eſt, nam ad quæ nos arbitrium produeit, propter ea vel coronamur, vel punimur. Et Deus nobis vires dedit ad faciendum; verum eas poteſtati ſubieeit arbitrij : atque idem, ad arbitrium, ius & vindictam haber arbitrarium in nobis vitium gubernatricem (ſiue iudiciariam) non ad naturam. Accepimus vero à Deo, faciendi & non faciendi facultatem : faciendi quidem, quæ iuſta ſunt; non faciendi autem, quæ iniuſta. Quando igitur ita facimus & non facimus, iure ornamur : transferentes autem vim faciendi & non faciendi id quod eſt oppoſitum, merito cruciamur.

QVÆSTIO X.

Si res corporales, quæ & à poetis de Græcorum diis, & à prophetis de Deo dictæ ſunt per allegoriam alium obtinent ſenſum : quomodo non vtráque demonſtrantur eſſe fabuloſa ?

RESPONSIO.

Quæ à prophetis per allegotiam de Deo ſunt dicta, per tranſlationem dicta, ſunt, ab iis quæ natura ſint, ad id quod natura non ſit velut iſtud, *Odaratus eſt Dominus odorem ſuauitatis*. Nam de hominibus. *Odoratus eſt*, iuxta naturam : de Deo autem, per abuſionem, & non iuxta naturam dicitur. Cæterum quæ apud poëtas fabuloſe de diis memorantur, non per tranſlationem ab eis quæ natura ſint ad id quod natura non ſit, dicuntur. Non enim ſecundum naturam, hominem homo abſorbet; vt per tranſlationem intelligamus, Saturnum abſorpſiſſe Iouem. Eſt autem de eo quod Iupiter abſorptus ſit, fabula, præter mendacium nihil aliud habens.

QVÆSTIO XI.

Si id quod continet, maius eſt eo quod continetur, ſubſtantia, minus autem dignitate : veluti cœlum & terra, angelorum & hominum incolentium habitaculum & corpus animæ : continet vero vniuerſim Deus : quomodo is vniuerſo dignitate minor non eſt ?

RESPONSIO.

Ratio hæc vniuerſalis non eſt : quapropter neque recte in quæſtionem eſt deducta; (quarum enim rerum repugnantia per eas ipſas inueniri poteſt, hæ perinde ſunt, atque conſequentem neceſſitatem non habentes) neque probabilis eſt. Sunt enim quædam quæ continentur, minora eis quæ ipſa contineot, eſſentia & dignitate, ſicuti grana pomis. Prætetea autem ea quæ dicta ſunt quod continendi vim obtineant, ſubſtantia continent ea quæ continentur : ſolus vero Deus voluntate vniuerſitatem hanc continet. Atque aliæ quæ continent res, ipſæ quoque alicuius qui illas contineat, indigent : Deus autem, eo qui ipſum contineat, non indiget. Et res aliæ quæ continentur, vt ſint, & vt durent, non ab eis id habent quæ eas continent : vniuerſitas autem hæc, à Deo habet vtrumque. Et ea quæ dicta ſunt continendi vim babentia, per ea quæ continentur, ſubſiſtunt; Deus autem per vniuerſum hoc non ſubſiſtit. Idcirco Deus vniuerſo maior eſt, ſicuti ſubſtantiâ, ita & dignitate.

QVÆSTIO XII.

Si is qui continet, cuſtodia eſt & conſeruatio eius quod continetur : quomodo Deus qui vniuerſitatem hanc continet, non illam vt malum cuſtodiatur & duret, continet ? nam in vniuerſi parte malum perſpicitur.

RESPONSIO.

Vniuerſitas iſta opus eſt Dei : & Deus qui cuſtos eſt vniuerſitatis, ſuum ipſius opus cuſtodit. Et quemadmodum Deus non fecit quidquam naturâ malum, ita neque ſeruat quidquam naturâ malum.

QVÆSTIO XIII.

Si reſurrectio, propter eorum quæ quiſque in vita egit, remunerationem fit : quomodo infantes aut (etiam qui in vtero extinguuntur fœtus) reſurgunt, qui neque factorum compenſationem referunt, neque vel laxamenti vel anguſtiæ, propter ætatis immaturitatem, ſenſum percipetere poſſunt ?

RESPONSIO.

Qui credit verum eſſe illud, *Seminatur in infirmitate, reſurgit in potentia :* eum quoque poſſibile eſt & decet infantium credere reſurrectionem. Nam qui eis incorruptibilitatem tribuit, potentiam quoque, qua præſentia ſentiant bona, conferre poteſt. Atque horum ſi reſurrectio non fit, reperietur Deus fruſtra eos finxiſſe. At ſi Deus nihil facit fruſtra, neceſſe profecto eſt, per reſurrectionem infantes quoque ad id vt ſint (ſiue ad Eſſe) produci. Quomodo vero importunum non fuerit, vleiſcendæ infantium occidionis gratiâ Herodem condemnare, ſi infantes, qui vindicandi ſunt, non exſtent ? Teſtimonium his perhibent & Baptiſtæ Ioannis in vtero materno exſultationis ſubſultatio, & infantium atque lactentium hymnus & laudatio.

QVÆSTIO XIV.

Si falſus eſt & fruſtraneus qui ab hæreticis confertur baptiſmus : quare orthodoxi ad orthodoxiam rectámque ſententiam confugientem hæreticum non baptizant, ſed in adulterino illum perinde atque vero juſtóque permanere ſinunt baptiſmo ? Sin & inaugurationis ſacræ ordinationem, per aliquem ab illis acceptam, ipſi veluti ſtabilem recipiunt : quomodo & qui illam accepit, & qui hunc admiſerunt, abſque reprebenſione eſſe poſſunt?

RESPONSIO.

Hæretici ad orthodoxiam tranſeuntis lapſus corrigitur, prauæ quidem opinionis, mutatione ſententiæ : baptiſmi autem, vnguenti ſancti vnctione : ordinationis vero, ſacræ manus impoſitione. Et nihil eorum quæ antea fuerunt, remanet inabolitum.

QVÆSTIO XV.

Si non peccauit Iob exſecratione diei, nimirum tanquam iuſtus exauditus eſt. Ac ſi quidem eſt exauditus, finem & conſtitutionem ipſe ſuam Deus euertit; neceſſariúmque eſt in ſacris litteris inquirere illius diei perditionem. Sin exauditus non eſt; quomodo neceſſe non eſt dicere, eum, quod peccator fuerit, exauditum non eſſe? *Voluntatem enim timentium ipſum, faciet Deus* De peccatoribus autem eſt dictum; *quod cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam vos.*

RESPONSIO.

Conſilium & voluntas Iobi, in ea quæ proponitur exſecratione, illa fuit, perinde atque diceret : Vtinam dies illa, in qua natus ſum, exſecratione diris deuota fuiſſet. Quid ita ? Quo minus, inquit, ego natus fuiſſem, fieri enim nequit, vt aliquis naſcatur in die euiuſmodi, qui ita eſt diris deuota. Non eſt igitur exſecratio iſta ſic concepta vt exitum exſpectaret. Nam ſi ſic facta fuiſſet exſecratio vt euentum præſtolaretur, reuocaſſet certe vocem ſuam, cum iam ab afflictiooibus liber, rebus proſperioribus frueretur. Itaque propter excellentem ærumnæ ſuæ acerbitatem, ex animo dolenti hæc proloquutus eſt verba; qua ab ipſo tranſlata, videlicet non eandem de ea die retinuit ſententiam.

A

QVÆSTIO XVI.

Si iuxta naturam noſtram id quod generatur, progeneranti conſubſtantiale eſt: quomodo iuxta eam id quod generatum eſt, non cum progenerante exſiſtit? Sin ſecundum non obtinet, nec primum quoque, eadem nobis de diuina generatione erit ſententia.

RESPONSIO.

Nobis exſiſtentia eſt, quæ generationem præcedit, generatione exſiſtentiam ſubſequente. Deus autem, vna cum eo quod ſit genuit. Quocirca apud Deum non eſt poſt exſiſtentia geniti, quia neque præexſiſtentia gignentis.

QVÆSTIO XVII.

B

Si diuinarum ſubſiſtentiarum vnitas, diſtinctionem non capit: quomodo tres ſubſiſtentiæ, & tres poſſunt dici perſonæ; ac non potius vna ſubſiſtentia trium nominum, aut trium perſonarum?

RESPONSIO.

Diuinarum ſubſiſtentiarum eſſentiæ quidem vnitas, diſtinctionem non admittit: Trinitas autem earum, diſtinctionem capit. Quocirca tres ſubſiſtentiæ peculiaribus nominibus ſunt tres: & quam ſubſiſtentiam nominamus Patrem, eam ſubſiſtentiam non etiam vocamus Filium, ſed aliam. Trinitatem enim nominum, trinitatis dicimus eſſe ſubſiſtentiarum, non vnitatis earum. Itaque vnus eſt Deus, vnitate diſtinctionem non admittente eſſentiæ: tres autem perſonæ diſtinctione perſonarum.

QVÆSTIO XVIII.

C

Si Deus quidem ſubſtantiam, Pater autem perſonam deſignat: quomodo idem eſt dicere Filium Dei, & Filium Patris?

RESPONSIO.

Cum diſiunctim dicimus Filium, quandóque Filium Patris, quandóque Filium Dei: diſiunctim tamen ipſum non conſideramus. Filius ergo eſt Patris ſubſtantia Dei Filius. Idem autem, dicere Filium Patris, & dicere Filium Dei: quoniam ſi quid eſt perſonæ; id etiam eſt perſonæ ſubſtantiæ.

QVÆSTIO XIX.

D

Si in his quæ à piis hominibus interdicta ſunt, palpitationum obſeruatio eſt: quam ob cauſam pii viribus omnibus exigere hanc volentes, non poſſunt aut lætum aut triſte quidquam indicantem? Atque ea ſi mala eſt, quomodo præter inſtitutum noſtrum fit? Sin bona, (quod equidem non puto) curnam interdicta eſt?

RESPONSIO.

Futurorum præcognitio, animæ eſt, diuino ſpiritu ad eorum quæ occulta ſunt ſcientiam illuminatæ, & non præter voluntatem in corpore factæ motionis Porro palpitatio ſiue ſubſultatio, eſt corporis perpeſſio, quæ in en, ex diſcurſu ſpiritus naturalis, in animantibus omnibus exſiſtit, quocirca indignum duxerunt ſancti homines, vt futurorum index aut arbiter eſſet huiuſmodi in corpore motus. Et quemadmodum ſternutamenta narium, & tinnitus aurium, præter inſtitutum noſtrum fiunt, ſic & ipſa ſubſultatio, Tum autem eis qui futuris ſtatus ſpem conceperunt, atque vnicum hunc propoſitum habent ſcopum & finem, vt præparato ſemper ad eum reſpiciant: ſuperuacaneum eſt, per palpitationem hic læta aut triſtia prænoſcere. Et ſi eadem palpitatio diuitias præmonſtrans, & homini in communi vita degenti, & qui ſe in

E

ſeceſſum abdidit aſcetæ, accidit: quomodo prædictio diuitiarum per palpitationem, in aſcetæ vitæ inſtituto vt mendax non fallit? quod neque præſentium poſſeſſionem complectitur, nedum abſentium acceſſionem expetit bonorum.

QVÆSTIO XX.

Si ad mortem & exitium piſcatores ex aquis piſces extrahunt, quomodo Dominus Chriſtus per Apoſtolos in vitam ſempiternam homines producturus, hominum ſe eos piſcatores facturum promiſit?

RESPONSIO.

Quando quidem ab Apoſtolis captos homines regni ſagena emori, & à priſtina in peccatis acta vita excedere oportuit: non abs re piſcium capturæ Dominus capturam hominum comparauit. Addidit autem, *in vitam*; vt quod in ſimilitudine deficeret, in re cuius demonſtrandæ gratia ea eſt adducta, compleret.

F

QVÆSTIO XXI.

Si conſilio vitæ caſtè degendæ adducti monachi & cælibes, voluptates coniugales auerſantur: quid ita in ſomnis per imaginationem, ea quæ præter ipſorum voluntatem ſunt, patiuntur; ac non ſolum cum vulgaribus & fortuito oblatis, ſed etiam quandoque cum matribus & ſororibus in imaginatione ſe conſueuiſſe exiſtimant? Quibusnam igitur rebus, ad liberationem ſiue abſolutionem pugnæ huius vtendum? Num eum qui oppugnatus ſit, à myſteriis ſe abſtinere oporteat? Sin accedere ad ea neceſſarium ſit vtrum lotione, an alio quopiam modo ſit vtendum, ne Iudaico more luſtrario fiat, doceto: quia de hoc apud ipſos quoque frequens eſt quæſtio.

RESPONSIO.

G

Quoniam qui Deo ſe dicarunt peruigilem habent aduerſarium, omnibus modis, pro virili ſua, piis reprehenſionem & probrum impingere machinantem: propterea quæ contra voluntatem ſuam ſunt, per ſomnum patiuntur. Atque aduerſario cum cognitum ſit, nos in rebus quæ in nobis ſitæ non ſunt, neque laudem, ſi honeſtæ ſint? neque vituperationem, ſi turpes, reportare; (laus namque & vituperatio eorum ſunt quæ à nobis per tationis aſſenſum fiunt) & ſomnia in poteſtate noſtra non eſſe: nihilo tamen ille minus etiam per ſomnia in nobis vtrarúmque, & honeſtarum & turpium rerum, excitat actiones: illa ſibi ſpe concepta, ſi quo modo, vel honeſto quod non ediderimus facinore, ad inanem nos commoueat gloriam; vel turpi opere nos inuenire queat facto iniquo delectari. Verum vt huiuſmodi cernamus ſomnia, in nobis ſitum non eſt: vt autem huius generis actione non voluntaria, vel oblectemur vel doleamus, in nobis ſitum eſt. Itaque ſi nos reperiat facto non voluntario delectari, tanquam victor gloriatur aduerſarius: ſin autem triſtari, conſilium illum victum fruſtratur. Quocirca ſatis fuerit ad amolitionem ſiniſtræ machinationis, de eo quod præter voluntatem euenerit dolere, atque lacrymis earum quæ in nobis præter ſententiam noſtram exſtiterint imaginationum abluere piaculum. Eos vero qui ita in gratiis talia ſint paſſi, à communione diuinorum myſteriorum abſtinere, nequaquam æquum eſt. Sin aliter id fiat, ſuſtulerimus per hoc voluntariorum & non voluntariorum malorum differentiam.

H

QVÆSTIO XXII.

Si vna cum tritico Dominus Chriſtus auctum iri zizania reſpondit; quomodo zizania quidem multiplicata ſunt, triticum autem fere defecit? & quænam eſt demonſtratio, id quod defecit triticum eſſe? quomodo vero vtriuſque horum incrementi prædictio falſa non eſt?

RESPONSIO.

Id quod defecit, triticum eſſe demonſtratur, per eam quæ ab ipſo prolata eſt prædictionem; *Quoniam*, inquit, *abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum.* Et rurſum: *In poſterioribus temporibus deſciſcent quidam à fide, attendentes ſpiritibus impoſtoribus, & doctrinis hominum.* Et iterum; *A veritate quidem auertentur, ad fabulas vero conuertentur.* Item; *Ingreſſuri ſunt ad vos lupi graues, non parcentes gregi, vt abducant diſcipulos poſt ſe.* Quod vero vſque ad conſummationem ſæculi non defecturum ſit triticum, ſignificat Dominus, inquiens; *Propter electos autem quos elegit Pater, decurtabuntur dies illi.* Sed enim ſiquid accidiſſet tritico, quod dictum non eſſet de auctu eius & defectu; perſpicuum eſſet, falſum eſſe de eo proditum verbum. Sin iam inde ab initio prædicationis, vſque ad conſummationem ſæculi, quæ illi euentura ſint, omnia per prædictiones tradita ſunt: manifeſtum eſt, nullo modo proditum de eo verbum falſum eſſe. Porro zizania ſi ſunt, & triticum eſſe neceſſe eſt. Ex alterius namque cum altero compoſitione, triticum id quod eſt eſſe cognoſcitur: Conſimiliter & zizania. Et alterum ſi non ſit, nec alterum quid ſit cognoſcitur:

QVÆSTIO XXIII.

Si ante paſſionem quidem Dominus precatus eſt vt ſanctificarentur à Patre diſcipuli; poſtea autem Iudas periit: quomodo quæ pro eis oblata eſt precatio, accepta videtur? Quomodo etiam verum eſſe oſtenditur illud: *Scio quod ſemper audis me?*

RESPONSIO.

Iudæ perditio eſt facta, poſtquam Chriſtus ſumptam atque intinctam offulam illi dedit, & poſtquam Iudas offulam accepit, atque in eum ingreſſus eſt ſatanas, ipſéque Iudas egreſſus ſe à reliquis abrupit diſcipulis. Oratio autem pro diſcipulis, poſt diſceſſum Iudæ habita eſt, id ex ipſa oſtenditur oratione, cum orans Dominus dixit? *Quos dediſti mihi, cuſtodiui: & nemo ex eis perijt, niſi filius ille perditus; vt Scriptura compleretur.* Itaque primum perditio facta eſt, deinde pro diſcipulis oratio, poſtea paſſio Saluatoris.

QVÆSTIO XXIV.

Si Deus conditor eſt & dominus creaturæ, quomodo Apollonii effectus in partibus creaturæ potentes ſunt? nam impetum maris, & ventorum vim, & murium beſtiarúmque incurſiones, vt videmus, prohibent. Et ſi, quæ à Domino edita ſunt miracula, ea ſola commemoratione feruntur; illius autem plurima ipſis quoque rebus oſtenduntur: quomodo ea in errorem non ſeducunt ſpectatores? Atque ſi hoc diuina eſt factum permiſſione: quomodo non dux fuit ad paganiſmum eiuſcemodi permiſſio? Sin minus, quomodo non dæmonum potentiâ illa facta ſunt? Ediuerſo vero, ſi illo quod factum eſt, tanquam bono delectatus Deus, opem & operam ſuam contulit: quare talia per prophetas aut apoſtolos præſtita non ſunt; Sin ei veluti malum diſplicuit, quanam gratiâ malum aut illico non impedit, aut paulo poſt non aboleuit, ſed vſque ad ſæculum dierum creaturæ obtinere permiſit?

RESPONSIO.

Si quidem Apollonius, vt vir naturalium virium peritus, & rerum quæ iis ſunt tum repugnantiæ, tum cognationis ſciens, eiuſmodi ſcientia effectus edidit, non diuina id poteſtate fecit. Quam ob cauſam in effectibus omnibus opus illi fuit congruentis materiæ aſſumptione, ad id quod efficiebat complendum, ipſum operâ ſuâ adiuuantis. Saluator autem noſter Chriſtus, miracula diuina potentia ſua exhibens, haud quaquam materiæ indigens fuit: ſed iuſſiones atque proloquutiones eius conſequebantur & conſequuntur res ipſæ. Et Apollonij effectus præſtitos, quia naturalium virium ſcientia ad corporalem hominum vſum facti ſunt, Dominus non euertit: dæmonis autem ipſius, in illius ſtatua inſidentis, & homines oraculis edendis in errorem, vt Apollonium ſicuti Deum honorarent & colerent, inducentis, os obturauit, reſponſis eius abolitis. Simul vero & reliquorum dæmonum, ſub deorum nomine à Græcis cultorum, abrogauit potentiam; quemadmodum ex rebus ipſis apparet. Cum autem in hiſce diuinæ Chriſti poteſtatis teneamus ſignificationes, dicere non oportet Chriſti miracula in nuda ſita eſſe narratione. E

QVÆSTIO XXV.

Si Moſes eruditus eſt omni ſapientia Ægyptiorum, & potens erat in factis & dictis, ſicuti diuina ait Scriptura: quomodo ad aſtronomiam, & geometriam, & aſtrologiam, & quæ iſta conſequuntur, idem beatus propheta diſcenda non tranſiit? Ægyptiorum enim eo tempore ſapientia, impoſturæ tradidit diſciplinas. Quam igitur ob rem, in ſacris litteris de eiuſmodi dictis & factis eſt in admiratione? F

RESPONSIO.

Admiratur diuina Scriptura prophetam de dictorum factorúmque potentia, non dictorum operúmque gratia, per ſeipſa: indigna enim fuere illa per ſe ad prophetæ laudem: ſed quoniam vtróque nomine conſpicuus fuerat apud Ægyptios, & propter eloquentiæ inſtitutionem, & propter vitæ mundanæ ſplendorem; vtrúmque autem poſt veram in Deum pietatem habuit: propterea eum admirata eſt Scriptura ſacra. Porro aſtronomia, & aſtrologia, & geometria, apud Ægyptios diſciplinæ habitæ ſunt vulgares & humiles: in honore autem & pretio fuere quæ vocantur litteræ Hieroglyphicæ, atque in adytis abditíſque locis, non cuiuis ex vulgo, ſed eximiis & delectis tantum tradebantur. G Quarum etiamſi propheta ſcientiam habuit, vſus tamen eis non eſt: quippe quæ directe ciuili Ebræorum vitæ, ex præſcripto Dei inſtitutæ, conſuetudini repugnarent, cuius conſuetudinis gratia, omnem in Ægypto regiam aſpernatus poteſtatem, præ ea ſimul malis affici cum populo Dei elegit.

QVÆSTIO XXVI.

Si aquæ omnes à Moſe in ſanguinem verſæ ſunt, quomodo Scriptura inducit illud; *Fecerunt autem & Ægyptiorum incantatores conſimiliter*; falſum enim eſt, aut aquas omnes conuerſas eſſe à Moſe in ſanguinem, aut contra, maleficos conſimiliter feciſſe. Et eadem eſt de reliquis eorum miraculis ratio.

RESPONSIO. H

Aquis omnibus ſuper terram in ſanguinem verſis, neceſſe habebant Ægyptii circa flumen puteos fodere, & inde aquari, & potum ſibiipſis & animantibus pecudibúſque ſuis præbere, ex ea ipſa aqua de puteis hauſta, malefici ſanguinem fecerunt, minimèque Scripturæ verbum falſum eſt. Ac miracula quidem à Moſe præſtita, vt quæ diuina vi & efficacia eſſent edita, per tranſmutationem naturæ eius quod ſubiectum erat, in naturam eius quod perficiebatur, ſunt facta: Quæ autem incantatores edidere, dæmonum operatione ſunt exhibita, oculos ſpectantium præſtigiis decipientium; vt ſerpens qui non eſſet, tanquam ſerpentem; & qui ſanguis non eſſet, quaſi ſanguinem; & quæ ranæ non eſſent, veluti ranas cernerent.

QVÆSTIO XXVII.

Quomodo Moſes ſibi repugnantia non docuit, oſſa quidem Ioſephi ſecum ferens; cum autem qui cadauer

A attigiſſet vt impurum, pro piaculari habens? Et ſi quæ apud eum fuit rationabilis cauſa, eam nunc diſcamus. Quamobrem autem Scriptura non dixit, quanam gratia, cum illa faceret, hæc docuit?

RESPONSIO.

Quoniam moriens Ioſeph, iureiurando adegerat filios Iſraël, ad oſſa ſua transferenda; & vtrúmque vt ſeruaret, Moſæ propoſitum fuit; videlicet ne iuſiurandum frangeret, & ne cadauer attingeret: violatione legis quæ mortuum tangere vetat, iuriſiurandi religionem integram conſeruauit, heri enim non potuit vt vtrúmque; inuiolatum teneret, & legem, & iuſiurandum. Itaque præſtabiliore iuramenti obſeruatione, inferiorem ſoluit legis obſeruationem. Nam in rebus omnibus, id quod minus eſt, maiori præferendum eſt malo. Et permulta ſunt huius generis in ſacris litteris; quæ non imputat eis Deus tanquam peccatum, qui illa tranſgrediuntur, propter eam quæ interuenit, neceſſitatem; veluti octiduana circumciſio, & ſeptiduanus Hierichuntis circuitus, & victimarum in ſabbato oblatio, quæ ſabbati complectuntur violationem. Præterea ſi propheta eos ordinauit qui per ſucceſſionem oſſa Ioſephi portarent [& iuſſu Dei rogationem tulit, vt ſeptenario, aut alio certo dictum numero luſtrationes leproſorum aut aliorum impurarorum fierent; idémque de puerperarum purificatione, iuxta tempora, in Moſaica lege conſtituta ſtatuit:] nihil ille aduerſus ea quæ dixit, commiſit. Quærere autem, cur propheta dictorum factorúmque ſuorum nun adiecerit cauſam, perinde eſt atque ſi dicas: Quid ita ſacrarum litterarum auctores, non eas interpretatione addita ediderunt; cum in ipſa rei commemoratione, ſignificanter mens & ſententia rei contineatur. Quocirca non faciendum eſſe Scripturæ viſum eſt, vt per explicationis ea modum declararetur.

QVÆSTIO XXVIII.

Si Phariſæorum fucatam Dominus reprehendens religionem dixit, ſepulcra eos eſſe dealbata, oſſibus mortuis & omni ſpurcia plena, & in lege, qui cadauer attigiſſet, impurus habitus eſt, proinde atque enorme quid quam feciſſet, & cadauera, eorúmque ſepulcra deteſtamur, eo quod à veteri ſimul & a nouo inſtrumento cadauera immunda eſſe dicantur: quomodo Chriſtus non contra vtrúmque fecit, quod & viduæ filii, cum eum excitaret, tetigerit loculum; & Iairi filiæ apprehenderit manum? etiamſi enim poſtea excitati ſint vtrique, tactum tamen ex anima exceperunt corpora.

RESPONSIO.

Mortuorum corporum cadauera, & eorum ſepulcra abominationi ſunt, propter conſequentem graueolentiam, nam ſi omnino propter mortalitatem abominationi eſſent defunctorum corpora, non oporteret, animantium morticinorum partes accommodare ad viuentium vſum, vt pelles, cornua, pilos, bilem, adipem, carnes: quæ nulla ratione ex ea quæ illis adeſt, eximi poſſunt mortalitate. Quod ſi hæc quoque ſunt e mortua, minus tamen deteſtationi ſubiecta, propter eorum vſum: quomodo multo abſurdiſſimum non eſt, puta quidem illa, vſus eorum gratia exiſtimari, abominationi vero Græcorum, ſubdita eſſe ſanctorum corpora, & ſepulcra martyrum: quæ & dæmonum amoliuntur inſidias, & morborum ab arte medica complurarorum conferunt curationes. Comparauit autem Dominus perſonatam Phariſæorum pieratem ſepulcris dealbatis: quoniam ſicuti viuorum ſenſu abominabilis eſt extinguium corporum fœtor & ſpurcicia, ſic & illorum iniquitas deteſtabilis eſt piorum ſententia: quæ quodammodo ipſorum animi eſt mortalitas, graueolentia, & impuritas. Quemadmodum enim per diuortium animæ a corpore, mortuum, fœtidum & immundum corpus eſt: ita ſi ab anima ſecedat Dei timor exanguis eſt; & maleolens, & impura anima. E Per repugnantiam vero Dominus neque contra vetus neque contra nouum Teſtamentum fecit quidquam. Non enim ſub lege fuit, cum eos quorum in quæſtione facta eſt mentio, ſuſcitauit defunctos. Nam à Baptiſmo Euangelicam exorſus eſt Dominus vitæ conſuetudinem, legis obſeruatione immunem. Idcirco pollutus non eſt defuncti contrectatione. Porro ſecundum nouum Teſtamentum, ea tantum hominem inquinant, quæ è corde prodeunt mala: mortuum autem tangere hominem non polluit.

QVÆSTIO XXIX.

Si plena domus fuit vbi Dominus erat, paralyticum curaturus? & ob eam cauſam eis qui illum baiulabant, neceſſitas impoſita eſt, tectum frangendi, atque inde ægrum demittendi: quomodo multitudo quæ in domo F congregata erat, tecti fractione læſa non eſt?

RESPONSIO.

Cum, qui in domo erant, animaduerterent nudatum iri tectum, ceſſerunt loco vniuerſi, non enim ita erant ſtolidi qui tectum denudabant, vt homines non prius inclamatione ad cedendum hortarentur, nequis eorum læderetur: nec opus fuit tectum omne auferre, ſed quantum ad paralyticum demittendum ſatis eſſet.

QVÆSTIO XXX.

Si quemlibet hominem angelus ſequitur cuſtos, vt ſacræ docent litteræ, homines autem quandoque incrementum, quandoque diminutionem, ſicut in diluuio & reliquis calamitatibus propter facta ſua, ſuſtinuerunt: angeli, qui incrementi & diminutionis capaces non ſunt, quæ tum munia obiere: quandoquidem angelorum pro G ſe quiſque ab initio, apud Deum miniſterij ſui functionem cepit?

RESPONSIO

Angeli omnes, tum qui regunt, tum qui reguntur, functionem ſuam implent cælis & hominibus vtilem: quibus vero miniſterium mandatum eſt vt homines ſequuntur cuſtodes, ſemper augentur, minuuntur numquam. Aut enim vtrumque ſimul, animam inquam & corpus, aut animam poſt diuortium eius à corpore, ſequuntur, vſque ad reſtituendi ſiue renouandi mundi tempus. Prius autem quam vt hominum ſint aſſeclæ & cuſtodes conſtituantur, aliis muneribus, pro hominibus obeundis, principibus ſuis miniſtrant.

QVÆSTIO XXXI.

Si Dei nutu, nubes pluuiam terræ demittunt: quomodo incantamentis quibuſdam, qui Græci à nubibus H impellendis νεφοδιῶκται appellantur, nubes conficiunt, vbi grandinem & imbres immenſos deiicere volunt?

RESPONSIO.

Hoc, quia non ſub ſanctæ Scripturæ teſtimonio, per incantamenta ſcilicet imbres prouenire, adducis, incredibile eſt. Ipſe namque qui hanc inſtituiſti quæſtionem, non ex eo quod factum videris, ſed quod aliunde audieris, illam in medium protuliſti.

QVÆSTIO XXXII.

Si mortalem Deus condidit naturam noſtram, quomodo dicis, Deum mortem non feciſſe?

RESPONSIO.

Nun ſi quid natura mortale eſt, id omnino mortem obire neceſſe eſt. Cum mortales naturâ ſint Enoch &

Elias,

Elias, in immortalitate tamen adhuc perdurant, eo quod dictum eſt, *Terra es, & in terram reuertere*, ſuperiores. Itaque verum eſt, & mortalem effeciſſe Deum naturam noſtram; & mortem in mundum ingreſſam eſſe, inobedientia hominis. Si enim Deus, quemadmodum mortalem condidit naturam, ita quoque mortem condidiſſet: non per inobedientiam eſſet mors. Et, ſi Deus inobedientiam noo creauit, neq; mortem profecto creauit.

QVÆSTIO XXXIII.

Si hominum natura, vt mortalem quidem cognoſcit terminum ſuum; cuiuſque autem hominis vitæ tempus non certum habet finem, (quod à fide noſtra profani Fatum vocant) quomodo Ezechiæ certi additi ſunt anoi? Quod namque additur, ad numerum antea deſignatum aſſumitur. Vnde igitur in eis qui diem ſuum obeunt, temporis incertitudo demonſtratur?

RESPONSIO.

Non eſſe definitum cuiuſque vitæ tempus, ex oraculatibus Scripturæ verbis ita oſtenditur: *Si*, inquit, *in agro homo repererit puellam quæ deſponſata ſit, & vi illata concubuerit cum ea: virum quidem occidite, puellam vero ne occideritis. Quomodo namque percuſſit homo proximum ſuum, & cum eum percuteret, non affuit percuſſo opitulator: ſic & facinus hoc patratum eſt. Inclamauit puella, & adiutor ei praſto non fuit.* Non contuliſſet diuina Scriptura ſtuprum vi illatum, cædi violenter commiſſæ, ſi mors definita eſſet. Nam quod apud Deum definitum eſt, id vi mouere & tranſgredi non eſt. Atque hoc ſi ita habet, nempe non determinatæ Ezechiæ vitæ, adiecti ſunt vitæ anni, ſed nullo certo fine præteritis eius annis: quorum exitus aderat à morbo letali, non à Deo, qui morbum eum ſanauit, & in vitam illum reſtituit.

QVÆSTIO XXXIV.

Si, quemadmodum nonnulli dicunt, diluuium non in omni terræ loco fuit, ſed vbi eius ætatis homines habitarunt: quomodo iu vero eſt, aquas altiſſimos quoſque montes, quindecim exſuperaſſe cubitis?

RESPONSIO.

Non videtur iu vero eſſe, non in vniuerſo mundo diluuium fuiſſe: niſi decliuiora ea loca fuerint, vbi diluuium exſtitit, reliquis terræ locis.

QVÆSTIO XXXV.

Si animantium omnium effector Deus eſt: quid ita quod bifidam haberet vngulam, & ruminaret, mundum eſſe pronuntiauit: & rurſum, quam ob cauſam quod ruminaret, vngulam autem non diuideret, in malis poſuit: ſicuti camelum? & quod vngulam quidem diuideret, non autem ruminaret, in immundis computauit: vt ſuem? Et in piſcibus: cur ſquamoſi & pinnati à reliquis diſcernuntur? & in volatilibus, cur inducta diſtinctio eſt? cum quidem pura quædam, ſi quidem permittantur, eadem quæ impura & edant & faciant.

RESPONSIO.

Natura certe quidem animalia omnia munda ſunt, & bona à Deo primitus creata, iuxta id quod dictum eſt. *Et vidit Deus omnia quæcumque fecit; & ecce erant valde bona*, & diuinam conſequuta ſunt benedictionem, hiſce verbis: *Creſcite & multiplicamini.* Sedenim quia Deus, ſicuti rebus aliis omnibus, ita etiam cibis ſumendis, Iudæos ſub iugo ſeruitutis Legis eſſe voluit: propterea animantium, volatilium & piſcium, aliqua pura dixit; quorum etiam mactationem & eſum illis permiſit: aliqua impura nominauit, quorum eis vſu quoque interdixit. Quocirca hæc munda vocantur, & immunda: munda quidem, iuxta naturam, immunda vero, ſecundum legem. Quin & illam inſuper ob cauſam pura & impura ſunt dicta, quod in Ægypto omnia tum animantia (ſiue excepta) diuinitate eſſent donata, quapropter animantium alias mundas, alias appellauit immundas, & mundas eis, vt in ſacrificiis mactarent, permiſit; immundis autem, vt ne in cibis vterentur, edixit, vtroque modo illa indigna eſſe oſtendens appellatione & honore Dei, & per mactationem in ſacris, & per vnum in cibis, atque item per id quod impura vocentur.

QVÆSTIO XXXVI.

Si in diuinitatem non cadit mutatio, quapropter Deus de Saulis vnctione dicit, ſe pœnitemia duci; & de euerſione Niniuæ aliud ſtatuit?

RESPONSIO.

Dominus Deus, tum eo quod exſiſtit, tum eo quod actiones ſe decentes agit, immutabilis eſt. Proſpiciens autem mutationi obnoxiis, vtilitati eorum quibus proſpicit, conſulit, & res ipſas mutat. Proinde & cum ignoſcit, & cum non ignoſcit, immutabilitatem retinet: ſiquidem his qui delicta ſua corrigunt, ita vt non mutetur, ignoſcit: his autem qui in vitiis ſuis abſque emendatione perſeuerant, ita vt non mutetur, non ignoſcit. Itaque illud, *Pœnitentia ducor*, immutabilitatem eius, eo quod non ignoſcit, deſignat: & illud, *Aliud ſtatuit Dominus*, immutabilitatem eius eo quod ignoſcit, ſignificat, immutabilis namque eſt Deus, & ſemper in eis quæ ſe decent faciendis perdurat, mutabilitatémque ad id quod ſe non decet, faciendum, numquam admittit.

QVÆSTIO XXXVII.

Si Baptiſmus Ioannis non ſecundum legem fuit, ſicuti non fuit: quomodo ergo præter legem non fuit? & quomodo ab his qui ſub lege viuebant, receptus eſt? Quomodo autem non violatores legis fuere, qui legi ſubditi cum eſſent, præter legem baptiſmum ſuſceperunt? Sin ſub lege baptiſmus gratiæ non fuit, neque ſecundum legem, neque ſupra legem, neque præter legem dictus quomodo tandem exſtitiſſe reperietur?

RESPONSIO.

Baptiſmus Ioannis, prooemium fuit Euangelij gratiæ: quocirca & ſupra legem fuit, alioqui non admiſiſſet eos qui ſecundum legem peccauerant, vt iu hoc per pœnitentiam & fidem Chriſti, reciperent commiſſorum peccatorum remiſſionem.

QVÆSTIO XXXVIII.

Si Ioannes diſcipulorum fidem Chriſto, quod ille ipſe eſſet, confirmare voluit, quando eos ad illum miſit; (hoc enim nonnulli dixere) quare non enuntiationem eis mandauit, ſed interrogationem per eos apud Chriſtum prodoxit? Sin eo quod in carcerem coniectus fuerat, variantibus cogitationibus ad ambigentem de eo dubitationem peruenit; (nam & hoc dixerunt alij) quare perinde atque illum nondum aduenisse cognouiſſet, percontatur? Illud enim verbum, *Tu ne es ille qui venturus eſt, an alterum exſpectamus*: perinde atque Chriſtum nondum aduenisse diceret; vt autem pro exſpectatione de ſe concepta adueniret, precaretur, ſuſpicionem affert. Hoc namque ſi perſuaſum habuiſſet, non interrogaſſet, *Tu ne es Chriſtus, aut alius quiſquam ab illo?*

RESPONSIO.

Quoniam varia fama de miraculis quæ faciebat Ieſus, ferebatur, quibuſdam dicentibus, *Elias eſt qui hæc*

preſtat ; quibuſdam , *Hieremias* ; quibuſdam , *Alius quiſpiam prophetarum* : ſermones eiuſmodi audiens in carcere Ioannes , miſit diſcipulos ſuos ſciſſitatum , num qui ſigna ea faceret , ille ipſe eſſet qui teſtimonium à ſe retuliſſet, aut quiſquam alius qui vulgo iactaretur. Porro Ieſus conſilio Ioannis cognito, in præſentia diſcipulorum ipſius, multa edidit miracula ; & ipſis & Ioanni per eos perſuadens , ſe illum ipſum eſſe qui & ea exhibuerit quæ aliorum nomine celebrarentur mira, & ab ipſo teſtimonium reportauerit Ioanne.

QVÆSTIO XXXIX.

Si Dominus Chriſtus ſe Omnes poſt exaltationem ſuam, ad ſeipſum pertractnrum eſſe renuntiauit : quomodo non omnes ad fidem eius accurrerunt ? quomodo vero ipſe , qui ad ſe pertractum iri omnes renuntiauit, non dicto ſuo aduerſatur. ? *Nemo venit ad me , niſi pater meus traxerit illum ?*

RESPONSIO.

Ex fine & exitu ſuo verbum quodlibet iudicatur. Dicti autem eius, quo ſignificatur pertractum iri ad ſe omnes, tum finis erit , cum aboleuerit principatum , dominationem & poteſtatem omnem. Minime autem conuenit, ante finem ea quæ finis ſunt , requirere. Pertrahit vero Pater ad Filium , eo quod & Filio poteſtatem dat & facultatem , vt ad ſeipſum trahere poſſit. Non alias ergo Pater ad Filium, & alias ad ſeipſum trahit Filius. Proinde nulla eſt in his dictis repugnantia.

QVÆSTIO XL.

Si in dæmoniacis continue dæmones morantur , quomodo noxam & detrimentum ſtruunt aliis ? Sin hoc faciunt ab eis qui ab ipſis affliguntur ad breue tempus ſecedentes , quomodo, cum ex illis poteſtate inuiſibili exiguntur , deinceps in ipſis veſtigia manſionis ſuæ non oſtendunt ?

RESPONSIO.

Fieri non poteſt vt dæmoniacus ſuapte vi,dæmone abſente,alij noceat:ſi quid vero mali facit,præſentia dæmonis præſentis id facit : quo eiectu,neque veſtigia eius manent;nam quæ illum exigit vis inuiſibilis, metum ei incutit, vt amplius ad eum qui curatus eſt,non appropinquet.

QVÆSTIO XLI.

Si ſolius Dei eſt , vitam & robur corporibus conferre: quomodo hoc faciunt dæmones , dæmoniacorum corroborantes corpora , adeo vt vincula & catenas confringant ? Vinciebatur namque catenis & compedibus , & ruptis vinculis in deſerta loca à dæmone agebatur [Gadarenus ille.]

RESPONSIO.

Non dæmon corpori vires tribuit , vt vincula & catenas frangere & diſrumpere poſſet ; verum dæmon confregit vincula & catenas: quamuis etiam dæmoniaco, opera dæmonis ſacræ attribuere litteræ.

QVÆSTIO XLII.

Si dæmones non habent poteſtatem in creaturæ partem , cur illi , cum oraculorum reſponſis paritum non eſſet , ſupplicia Græcis intulere : cum autem ſimulacra colerentur , ſupplicia illa continuere,& pro eis bona cultoribus tribuere ? Vnde igitur ipſis eſt tanta in vtramque partem poteſtas ?

RESPONSIO.

Mos fuit dæmonibus, ad homines errore implicandos, ſibi ſicuti nomen , ita & robur Dei vſurpare. Non eſſe autem dæmonibus vires vel vlciſcendi inobedientes , vel ſibi parentibus benigne faciendi , ex demolitione declaratur quam paganiſmus ſuſtinuit à Chriſtianiſmo. Sane quidem manifeſto viſum eſt , non aliá vſum eſſe paganiſmum aduerſus Chriſtianiſmum , quam quæ per ferrum & manus hominum exercetur , poteſtate. Si qua enim paganiſmo ſuppeditauiſſet potentia diuina , cum cum vaſtaretur , propugnans, non ad humanas confugiſſet vires, fruſtra deorum ſuorum, qui ſe vaſtitate ea liberarent,ope exſpectata , quod maximum certe eſt infirmitatis dæmonum argumentum , nullo eos modo diuina poſſe perficere opera, quibus vel immorigeros ſibi vindicent, vel morigeros beneficiis afficiant. Præterea ſi cultus omnis eorum eſt qui viuunt & qui ſentiendi facultatem obtinent, quomodo aperte falſum non eſt illud dictum ; Cum autem ſimulacra colerentur ,ſupplicia continuerunt : quæ nec viuunt nec ſentiunt ; ſed , ſicut ad cultum ipſum , ita etiam ad inobedientiam oraculorum ſenſu omni carent. E

QVÆSTIO XLIII.

Si tempore diluuij quis dicit duo duo , & ſeptem ſeptem, in arcam eſſe introducta , minus rationabiliter, non quatuor & quatuordecim , ex puris & impuris animantibus ; nam illud nonnulli dixerunt ; aliqui autem duo impura dumtaxat : verum ergo verius ? F

RESPONSIO.

Verius [ſiue ſignificantius] loquutus eſt qui dixit quatuor & quatuordecim , eo qui dixit duo duo , & ſeptem ſeptem , nam ille *duo duo* dixit , pro duobus maribus & duabus fœminis : & *ſeptem ſeptem* , pro ſeptem maribus & ſeptem fœminis. Impura autem duo duo fuere.

QVÆSTIO XLIV.

Quandoquidem Eſaias & Ezechiel, animantium multos habentium oculos viſionem viderunt : num vtrique vnum quippiam eſt reuelatum , an alteri alterum oſtenſum ? Quid vero etiam viſio indicauit ? G

RESPONSIO.

Viſione Eſaiæ prophetæ , Chriſti myſterium eſt declaratum : qui in throno maieſtatis reſidet , & ſanctæ carnis ſuæ cibatu purificationem fecit peccati impiorum hominum [gentium pœnitentium] in vniuerſa terra , glorificantium ſanctam patriéque honorandam Trinitatem , de diuinorum donorum amplitudine , cuius nomine baptiſmo ſuſcepto iuſtificati ſunt , ſpe participationis cœleſtium & ſempiternorum bonorum accepta. Quem enim vidit propheta pollutus labiis ſuis , admotum carbonem iniquitatum atque peccatorum purgandorum gratia : ſignificationem is habuit carnis Dominicæ, conſcientiam ea veſcentium ab omni impietate purgantis. Per viſionem autem Ezechielis , indicata ea ſunt quæ regi Babylonis Nabuchodonoſori fuerant euentura ; ad Iſraëlitarum , qui Babylone captiui erant , animorum conſolationem. Vidit quippe ſacer vates quadriformia animantia , ſimilitudinem obtinentia hominis & leonis, vituli & aquilæ. Memorat autem de Nabuchodonoſore Daniel quoque propheta , creuiſſe vngues eius , ſicut vngues aquilæ ; & capillos eius , vt iubas leonis , eumque ad inſtar vituli , herbam eſſe depaſtum , & cor hominis datum eſſe ei. Porro ex huiuſmodi viſione , conſolatio quædam allata eſt Iſraëlitis , ad firmam admodum & potentem Babyloniorum dominationem reſpicientibus , & de liberatione iam duræ captiuitatis , quaſi illa eis contingere iam non poſſet , animos per deſperationem deſpondentibus. Itaque vt Deus Iſraëlitas ab eiuſcemodi dimoueret deſperatione , & ad potentiam ſuam reſpiciendam excitaret , prophetæ oſtendit cicuris & feri animantis coniunctionem , atque ponderoſi corporis & volucris coagmentationem. Mite namque & manſuetum H

animal,

animal, eſt homo; ſerus autem & immanis, leo: & vitulus grauius habet corpus, aquila vero leuis eſt & volatilis animans. In illis ergo demonſtrat regnum impotens & atrox, in lene & humanum verſum in his, grauem ſeruitutem in dulcem libertatem mutatum iri, ſubiugalis namque vitulus eſt; a iugo ferendo, libera prorſus aquila. Oſtendit vero prophetæ etiam rotam in rota; commonſtrans per eas Iudæorum tum in captiuitatem abductionem, tum in patriam reſtitutionem.

QVÆSTIO XLV.

Quapropter in Ezechiele, diuinum oraculum Filij hominis appellatione abuſum eſt: quod quidem in aliis prophetis non fecit? Et vtrum vniuerſalem reſurrectionem prophetam in aridis oſſibus vidit? Et an reuera oſſa illa, homines perfecti facta ſunt? quemadmodum prophetæ eius docet liber.

RESPONSIO:

Quia à propheta Ezechiele, per viſionem depingenda erat mortuorum reſurrectin, quæ futura eſt in fine rerum per Filium hominis, pro eo atque dictum eſt; *Venit hora, & nunc eſt, quando ij qui in monumentis ſunt audient vocem Filij hominis: & qui audierint, viuent:* propterea nomine Filij hominis eſt appellatus. Et quemadmodum Ieſus Nauæ, pro poteſtate ſua ſoli & lunæ imperaturus, Ieſu nomen accepit, à creatura obedienti, eius quod imperatum eſſet, exſequutione cohoneſtatum: ita & Ezechiel appellationem Filij hominis accepit, & per viſionem alloquutionis virtute mortuos excitauit. Cæterum apud Ezechielem omnia viſio fuere, & oſſa, & horum reſurrectio. Exhibita autem ſancto vati à Deo iſta viſio eſt, præcipue quidem vt per eam indicaretur futura per Chriſtum vniuerſalis omnium in toto mundo mortuorum reſſuſcitatio: deinde vero propter Iſraëlitarum conſolationem, qui ob eam inqua detinebantur ſeruitutem, de liberatione ex Babyloniorum dominatu, ſpem ſibiipſis deſperatione præciderant. Nam ſicuti defuncta corpora in monumentis ſita, ſpem reſſuſcitationis non habent: ſic illi ſe Babylone eſſe rebantur abſque ſpe reditus & reſtitutionis. Declarat hoc Propheta ipſe, cum dicit: *Et factus eſt ſermo Domini ad me dicens: Fili hominis, Oſſa hæc vniuerſa, domus Iſraël eſt, ipſi dicunt; Exaruerunt oſſa noſtra, periit ſpes noſtra:* & quæ ſequuntur.

QVÆSTIO XLVI.

Si omnia quæ in hac vita ſunt, bona ſunt: quamobrem qui ſe eis abſtinent, in Scripturis laudantur: & qui ea complectuntur, vituperantur? Sin mala ſunt, quam ob cauſam quæ mala ſunt, vitæ noſtræ ſunt coniuncta? idque eo mirandum magis, cum conditor ipſe ſit bonus?

RESPONSIO.

Non omnino laudabile eſt, ſe ab huius vitæ abſtinere bonis: neque omnino vituperandum, ſi ea complectare. Verum vtrumque condecenti ratione ſi fiat, & abſtinere & complecti, laudem meretur. At diuerſo modo ſi fiant, ex æquo vtraque reprehenduntur: Nihil porro mali, iuxta ſubſtantiam, vitæ noſtræ coniunctum eſſe, diuina oſtendit Scriptura, creaturarum generationem collaudando, dicens: *Et vidit Deus quæcunque fecerat, omnia: & ecce erant valde bona.* Nobis autem ſponte noſtra, bona peruertentibus, mala exſtitere, non eſt enim mali quidquam in ſatitate, ſi quæ ei in ſunt bona, immutata permaneant. Proinde mali nihil eſt, niſi per boni perverſionem. Nihil ergo mali coniunctum eſt vitæ noſtræ, nam mala, præter rationem ſuſcepto vſu, non natura mala ſunt. Liberi autem arbitrij & delectus eſt, vt vel bene vel male rebus bonis vtamur.

QVÆSTIO XLVII.

Si elementis ſenſus non eſt, quid ita Moſes apud populum cælum & terram teſtatur; Eſaias vero eundem incuſans populum, illis audientiam imperat?

RESPONSIO.

Quæ cælo & terræ dicuntur, ad eos qui in illis ſunt ratione præditi, diriguntur: ſicuti quæ ciuitati dicuntur, ad ciues eius referuntur: velut illud; *Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui miſſi ſunt ad eam*, non enim ciuitas occidit: ſed ciues.

QVÆSTIO XLVIII.

Quare Dominus poſt reſurrectionem Mariæ dixit? *Noli me tangere: nondum enim aſcendi ad Patrem meum.* Si ergo nemini eum licuit tangere ante aſcenſionem, quomodo paulo poſt diſcipulis & Thomæ id facere permiſit? Sin licuit, quomodo quod non longe poſt permiſſurus erat pluribus, id paulo ante denegauit Mariæ?

RESPONSIO.

Noli me tangere, à Saluatore ad Mariam dictum eſt, eo ſenſu quo dicitur; Noli me comitari, vt continue mecum ſis, iuxta eam quæ mihi fuit ante crucem, viuendi conſuetudinem. Voluit namque ſenſim diſcipulos deſuefacere à corporis ſui conſpectu & præſentia. Quapropter etiam non ſemper viſus eſt ab eis, diebus his quibus eſt poſt reſurrectionem in terra verſatus: neque etiam omnino inuiſum ſe illis præbuit: ſed interpoſitis interuallis, vtrumque fecit, vt & conſpiceretur ab eis, & non conſpiceretur:

QVÆSTIO XLIX.

Quomodo demonſtrari poteſt, binas tantum feras & pecudes, maſculum & fœminam, in mundi creatione eſſe productas? quandoquidem hoc piorum nonnulli dixerunt, ad aſtruendum, non è pellibus irrationalium, pelliceas tunicas primis hominibus à Deo eſſe datas.

SOLVTIO.

Si in vnoquoque genere, quidam ſunt generis principes, & generis principes Dei opera ſunt: quæ vero ſub principibus eis ſunt, naturæ opera ſunt, ſatu & generatione ſubſiſtentia, videlicet generis cuiuſque, præter par vnum maris & ſœminæ, Deus non condidit. Tunicas autem pelliceas Deus fecit, non humana arte, ſed creantis modo. Non enim animantibus cæſis, eorumque pellibus conſutis, tunicas elaborauit; ſed tunicas ipſas pelliceas creauit. Dicat autem fortaſſe quiſpiam: Si Deus pelliceas haſce tunicas creauit, poſt ſeptem creationis dies quomodo ſacræ dicunt litteræ, conquieuiſſe Deum die ſeptimo, ab omni quod patrare cœperat opere? Conquieuit à creatione, hoc eſt ab eis quæ non ſint, creandis: pelles vero quas nunc creat, non nunc creare incipit; ſed in animantium creatione, pelles quoque earum dudum creatæ fuerant. Conſimiliter & illud ſe habet: *Formauit præterea Dominus Deus de humo pecudes omnes, & feras terræ: & adduxit eas ad Adam*: & quæ ſequuntur, nam verbum *præterea*, [non] ſecundam horum deſignat creationem.

QVÆSTIO L.

Quandoquidem olim quidem pueri, nunc vero & nos hymnos laudéſque decantantes, voce *Oſanna* & *Alleluia* vtimur: quæ harum eſt interpretatio.

RESPONSIO.

Interpretatio verbi *Alleluia*, eſt, Laudibus celebrate, canentes, id quod exſiſtit, [ſeu Laudate Deum:] verbi

autem *Oſanna*, Magnificentia excellens, [ſeu ſalua, proſpera, ſerua obſecro.]

QVÆSTIO LI.

Si numen diuinum immutabile eſt, quomodo maledictis experitum, & fauſtis exclamationibus celebratum, vtrorumque facto perſæpe condignas retribuit compenſationes?

RESPONSIO.

Deus in ſenſu ſuo & iuſtitia immutabiliter manens, vnicuique merita, pro eo atque dignus eſt, retribuit. Atque equidem non mutabilitate id facit, perinde atque inuenerit aut excogitarit: ſed cum ſemper habuerit, immutabilitatem in hiſce rebus retinet. Et cum ita habeat, eodem ordine habet blaſphemos, eóſque quos in poteſtate ſua ſenſus vacuitas aut iniuſtitia, quæ aliena ſunt, tenent.

QVÆSTIO LII.

Si pio zelo commotus Saul, mulieres Pythonem habentes ſiue ventriloquas ſuſtulit: quanam re impulſus eſt vt ventriloquæ quæreret prædictionem? & num reuera illa Samuelem in lucem reduxit? quandoquidem id Scriptura dixit. Ac Scripturam certe quidem veram; factum autem impium eſſe, patet.

RESPONSIO.

Qui diuino zelo aliquid facit, Deo non repugnat. Suſpicione autem concepta Saul de Dauide, quod in eum tranſtuliſſet regnum Deus, modis omnibus machinatus eſt Dauidi cædem; ne ad rem conferretur quam de illo Deus ſtatuiſſet diuino calculo ſuo, ſententia. Diuinatrices autem ſuſtulit, facto eo ſe Deum conciliaturum ſperans, vt ſuam ille ſententiam, qua eum vt regno indignum repudiauerat, mutaret; non hariolorum odio habens impietatem, ſed regni adamans adminiſtrationem. Et quia conſilium eius Deus non probauit, propterea eum ita reliquit; vt illos is requireret, quorum non bono inſtituto patrauerat cædem. Porro alia ab ipſa Pythoniſſa facta ſunt omnia dæmonis operâ, præſtigiis oculos eorum deludentis, qui Samuelem, cum Samuel non eſſet, cernebant. Veritas autem dictorum à Deo fuit, qui poteſtatem dæmoni permiſit vt in forma Samuelis, Pythoniſſæ appareret, & futurum euentum ſignificaret. Et quoniam Samuelem Saul non audierat, qui illi regni abrogationem annunciauerat, atque etiam poſt diuinam regnum ei adimentem ſententiam, per hariolos ſibi imperium vindicabat: indignum eum duxit Deus vt illi futura per homines ſibi addictos præmonſtraret: ſicut & Achabo regi Iſraëlis fecit, fidem Veritatis prophetis non habenti, ſed pſeudoprophetis credenti. Qua de cauſa ei Deus ſpiritum falſum & mendacem miſit, vt in libro Regum eſt: cui credens, atque ita in errorem ſeductus Achab, in prœlium deſcendit, & viuens inde reuerſus non eſt.

QVÆSTIO LIII.

Si maſculus & fœmina prolificandi cauſa creati ſunt, vtrum in reſurrectione, homines genitalium membrorum obtinentes differentiam, reſurgent? atque hoc ſi ita ſit, quomodo ex abundanti non ſit, membra otioſa inferre?

RESPONSIO.

Tametſi membra genitalia poſt reſurrectionem, ad prolificationem vtilia non erunt: ad reminiſcentiam tamen eius facient, quod per ea membra mortales acceperint generationem, auctum, & diuturnitatem. Inducimur namque per ea ad cogitationem tam prolixæ ſapientiæ Chriſti, quæ illa [hominibus per mortem intercidentibus attribuit, ad eorum per generationem] augendorum conſeruationem, vt ſobolis creatæ ſucceſſione, genus noſtrum in immortalitate [perduraret.]

QVÆSTIO LIV. B

Si præceptorum Dei violationem & tranſgreſſionem, propter eas quæ per illam populo euenturæ erant, coërciones, Moſes prædixit quam ob cauſam has in carmen redegit, laxamentum potius quam emolumentum, cantilenis hominum mentibus immittere ſolitis?

RESPONSIO.

Concinne numeri cantionum, iuxta rerum in carmen relatarum commemorationem, ſunt facti, animos, prout conuenit, ad ea quæ canuntur complectenda inducentes, nam vel dolentes [grauia populi delicta, & quæ ea conſequutæ ſunt, horrendas pœnas recenſent: vel hilariter ſuaues Dei conſolationes, & re ipſa exhibitam populo pœnitenti liberationem celebrant.]

QVÆSTIO LV. F

[Si ingens eſt medicinæ corporum bonum, cur ergo bonum tantum] ab aduerſariis [noſtris] eſt inuentum?

RESPONSIO.

Permulta quoque à piis, ad morbos corporum curandos, inuenta ſunt remedia, & ab ipſo in primis rege Salomone: ex profanis vero nullus rectæ pietatis medicandi & ſanandi ſcientiam tenuit.

QVÆSTIO LVI.

Si infantes mortem oppetentes, ex operibus nec laudem nec reprehenſionem habent: quod diſcrimen erit in reſurrectione, inter eos qui ab aliis ſint baptizati, & nihil egerint; & eos qui baptizati non ſint, & ſimiliter nihil egerint? G

RESPONSIO.

Hoc diſcrimen eſt inter baptizatos & non baptizatos, quod illi bona per baptiſmum obuenientia conſequuntur, hi vero non conſequuntur. Digni autem fiunt baptiſmi commodis, fide eorum qui illos ad baptiſmũ offerunt.

QVÆSTIO LVII.

Si duplicis nobis cœli creationem expoſuit Moſes: quomodo plures eos eſſe Scriptura docet? aliquando tradens; *Cæli cælorum*: aliquando, *Aperti ei ſunt cæli.* &, *Video cælos apertos*; &, *Raptus eſt in tertium vſque cælum*: & non dixit, In tertiam vſque cœli partem; ſed abſolute, In tertium vſque cœlum. Multa vero hiſce ſimilia in Scripturis reperias. Quomodo igitur non ſibiipſis repugnantia dicunt, & tamen vtroque modo vera dicunt?

RESPONSIO. H

Moſes quidem *cælos* dixit: numero autem neque vnum, neque duos, neque plures tradidit. Conſueuit porro diuina Scriptura, interſtitia partium ſuperiora, *cælos* nominare: veluti, *Volatilia cæli*: &, *Aquila de cælo*: &; *Stella cæli.* Ex dictis ergo hiſce quæ poſita ſunt, conſequens eſt vt intelligamus cœlos ſubſtantiâ quidem duos, interſtitiis autem plures. Atque ſi cœlos ita accipiamus, nulla in verbis relinquetur repugnantia.

QVÆSTIO LVIII.

Si Chriſto ignorantiam adſcribere, impietatis eſt: certum fuerit, omnium eum obtinere præſcientiam perfectam, Quomodo ergo non eſt proditionis Iudæ, & iuriſiurandi Sacramento confirmatæ negationis Petri cauſa, qui hæc præſciuerit, & non impediuerit? Et in diaboli atque primi hominis à Deo defectionem, eadem competierit ratio.

A

RESPONSIO.

Si fieri oportuit vt Chriſtus ab vno diſcipulorum ſuorum hoſtibus proderetur, vt Scriptura impleretur : videlicet Chriſtus Scripturæ implerionis cauſa fuerit, non Iudæ proditionis, nam huius ipſemet Iudas cauſa fuit : quam Deus fore cum prænoſceret, per S. ſcripturam prædixit. Et non eſt præſcientia, cauſa eius quod futurum eſt : ſed id quod futurum eſt cauſa præſcientiæ, ſiquidem non præſcientiam conſequitur futurum, ſed futurum conſequitur præſcientia, & haud quaquam præſcius, cauſa eſt futuri. Quocirca non Chriſtus cauſa eſt proditionis Iudæ, verum proditio eſt cauſa Domini præſcientiæ. Atque de diabolo & primo homine, eadem eſt ratio.

QVÆSTIO LIX.

B Si noctu ſol occultatur : quomodo cœlum non probatur globus eſſe ? nam inter philoſophos, vir admirandus dixit [ſolem in cœlo aſpectu nobis occultari,] non corpore. Hoc igitur eſt quod terræ imminet ; atque illud quidem, ob leuitatem in ſublime tendit, hæc autem, propter pondus deorſum vergit. Proinde pari in diuerſa niſu alterum ab altero continetur. Sin hoc in vero eſt, cum totus cœli circulus [cui affixæ ſunt ſtellæ, in ſeſe continue voluatur,] & ſtellas exſtare ſempérque apparere oporteat : quomodo illæ latitant ?

RESPONSIO.

Si citra controuerſiam multa alia ſunt quæ in eadem & æquali planicie propter interualli longitudinem, oculorum effugiunt obtutum ; veluti nauigia in mari, quorum alterum ab altero non cernitur, latitudine per ſummas aquas quaſi circulo quodam viſum circumſcribente quo minus vltra circumſcribentem intendatur: quid mirum fuerit, ſi occultatio ſtellarum per eandem cauſam fiat? Quatenus vero pari cœli & terræ in diuerſa niſu, cœlum & terra conſiſtit, de primo cœlo & terra hoc coniectare licet, eo quod vnâ condita ſint. De firmamento autem & terra idem intelligi non poteſt. Conſtitit namque terra ante firmamentum humidam ſubſtantiam omnem, ſine aduerſo firmamenti niſu, ſoſtinens, poſt terram enim creatum eſt firmamentum.

QVÆSTIO LX.

Si formæ diſcretio vtilis hic nobis eſt, propter vſum & indigentiam corporis, & ſtudia, & commercia: cum in reſurrectione, corpus abſque indigentia omni reſurrecturum ſit; ſi quidem eadem formarum diſcretione, reſurrecturi ſumus ; quomodo ea commoda non erit ? Sin facie eadem, quæ huius rei probatio eſt ? Quomodo vero Lazari & locupletis parabola, formarum non oſtendit differentiam ? prorſus enim hoc ex illa conſtat. Sin aliqui dicant, notionem quandam diuiti datam eſſe, ad Lazarum & Abraam cognoſcendum : vnde id aſtruent etiam in Domino, quando corpora ſanctorum qui dormierant, excitauit, & apparuerunt multis : forma omnino ſua pro ſe quiſque notis ſuis agnitus ?

RESPONSIO.

Plures ſunt cauſæ quamobrem oporteat reſurgentes ſuâ quemque reſurgere formâ, primum equidem ad ingentem & diuinam Dei cognitionem commonſtrandam; qui in tanta multitudine numerum omnem excellente, ſuam cuique poſſit reſeruare faciem. Deinde vero, ne exiſtimetur nouos creare homines, & non reſuſcitare defunctos, reſurgentium quiſque ſuam obtinebit faciem, indiſcreta namque, & eius qui iniuriam intulerit; & eius qui illam tulerit, forma, iudicij æquitatem ſubuertit. Præterea autem, ſi vſu & indigentiâ ſublatâ, cuius gratia formarum diſcrimen neceſſarium fuit, diſcrimen ipſum ſuperuacaneum & inutile reperitur: ſuperuacanea quoque & inutilis fuerit nominum diſcretio. Quomodo ergo Abraamum locuples & Lazarum de nomine compellat, cum ex nominum diſcrimine vultus non dignoſcatur? Porro quæ de Lazaro & diuite inſtituta eſt narratio, neque parabola eſt, neque hiſtoria, nam *Parabola*, oratio eſt rei factæ, ad eam quæ futura eſt, ſimilitudinem complectens: *Hiſtoria* vero, commemoratio, rei factæ expoſitionem continens. Neque enim ante reſurrectionem vitæ cuique peractæ retributio contingit ; neque poſt reſurrectionem verum illud eſt; *Habent Moſen & Prophetas ; ipſos audiant.* Eſt autem de Lazaro & diuite narratio, euidens & illuſtris repræſentatio, doctrinam illam habens, poſt diuortium animæ à corpore, prouidentia & ſtudio nullo homines opem aliquam conſequi poſſe.

QVÆSTIO LXI.

Si ſolus Deus immortalis eſt, ſecundum Apoſtolum: quomodo verum eſt, ſecundum eum illud, *Non omnes quidem dormiemus ?* F

RESPONSIO.

Solus Deus immortalitatem dicitur habere, eo quod non ex alius voluntate eam habet, ſicuti cæteri omnes immortales ; verum ex ſuapte eſſentia.

QVÆSTIO LXII.

Si quarto die luminarium facta eſt creatio, ex ipſis autem dierum conſtituitur numerus ; quomodo tres ante luminarium productionem dies, non in dubium dierum poſt illorum productionem, numerum vocant.

RESPONSIO.

Ex productione lucis, diſtinctio facta eſt lucis & tenebrarum: & ex diſtinctione lucis & tenebrarum, dies extitit & nox. Ante luminaria vero condita, ex præſcripto Dei, lux inualeſcens diem, & tenebræ inualeſcentes noctem conſtituere. A luminaribus porro conditis, diſpoſitum eſt vt poteſtatem illa obtinerent ; alterum, lucis & diei; alterum, tenebrarum & noctis. Nam opifex rerum lucem vna cum determinata eius ditione, luminari maiori attribuit. Et quales nunc dies lux cum luminari efficit, tales quoque ante luminarium creationem efficiebat, iuxta finem & præſcriptum Dei, qui ditionem eius duodecim horis definiuit. Finis ille, ſolem ad duodecim horarum ab initio demenſum temperatúmque motum impellit. G

QVÆSTIO LXIII.

Quia nonnulli varie & non ſatis dilucide interpretati ſunt illud, *In ſole poſuit tabernaculum ſuum :* declarationem eius nos doceto.

RESPONSIO. H

Diximus ſuperius, Scripturam *cœlos* vocare ſolere, vel eos qui iuxta ſubſtantiam ſunt, vt primum cœlum & firmamentum: vel ipſa in aëre interualla. Itaque illud, *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*, [ita dictum eſt, vt ſignificaretur, cœlos poſitos eſſe tabernaculum ſolis, nam dicti huius ex Ebræorum lingua in Syrorum ſermonem verſio, ita habet ; *In ipſis poſuit Solis tabernaculum.* Declarat hoc per alium Pſalmum propheta Dauid, & dicit ; *Extendens cœlum ſicut pellem*, nam pellium extenſio tabernaculum conficit. Itaque ſubſtantiarum varietate, & vſus diuerſitate, cœlos genitos eſſe indicat. Siquidem natura ingenita, à natura ingenita natura non differt. Quod vero & propter vſum huiuſmodi eſt vel huiuſmodi, ab ingenita natura eſt alienum.

QVÆSTIO LXIV.

Si, quemadmodum Ionas in ventre ceti, ſic & Chriſtus in ſinu terræ triduo fuit : quomodo mors Chriſti

non exiſtimatione tantum facta eſt? Ionas namque cum mortuus non eſſet, pro mortuo habitus eſt. Sin reuera Dominus mortem guſtauit, quomodo Ionæ exemplum falſum non eſt?

RESPONSIO.

Non morti mortem, ſed triduanam Saluatoris in ſepulcro manſionem, triduanæ Ionæ in ceto manſioni comparauit. Alioqui ſi res Ionæ, rebus Chriſti æquales fuiſſent, nun potuiſſent illæ iſtarum eſſe figura aut imago. Oportet ergo veritatem amplius quidquam quam figuram obtinere, iuxta id quod dictum eſt: *Plus quam Ionas eſt hoc loco.* Minus vero falſum eſſe Ionæ exemplum, cum Chriſto Seruatore collatum, hoc modo intelligitur. Quemadmodum Ionas ſignum fidei ſibi habendæ, quod à Deo miſſus eſſet Niniuitarum euerſionis præco, triduanam ex ceto habuit reſtitutionem: ad eundem modum & Saluator ſignum fidei ſibi habendæ, quod à Deo miſſus eſſet præco regni cœlorum, triduanam ex ſepulcro obtinuit reſurrectionem.

QVÆSTIO LXV.

Quandoquidem nonnulli Dominum quarto die proditum eſſe dicunt, ex rerum tum actarum ſtatu coniecturam hanc colligentes: quænam eſt dici demonſtratio, in qua proditio ſit facta?

RESPONSIO.

Non quarto, ſed quinto die proditum eſſe Chriſtum, ſic demonſtratur: Qua nocte proditus, ea etiam a pontificibus & ſenioribus iudicatus, atque adeo condemnatus eſt. Diluculo autem noctem eam ſubſequuto, illi eum Pilato tradiderunt. Qua vero die ipſum Pilatus accepit, ea quoque in crucem egit, acceptum porro diluculo Paraſceuæ, hora ſexta eius diei, cruci affixit. Proinde temporibus à Scriptura deſignatis, minime per coniecturam id adiicere conuenit, quod conſiſtere nequit. Nam Matthæus euangeliſta ſic ait: *Mane autem facto, conſilium inierant omnes principes ſacerdotum, & ſeniores populi, aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent, & vinctum eum abduxerunt, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi.* Similiter autem & Ioannes euangeliſta dixit: *Ducunt Ieſum a Caipha in prætorium, erat autem mane,* & ruſum *Pilatus cum audiſſet hunc ſermonem, produxit foras Ieſum ſeditque pro tribunali, in loco qui dicitur Lithoſtrotos, Ebraice autem Gabbatha. Erat autem Paraſceue paſchæ, hora ferme ſexta.* Quocirca ſi noctu proditus, & iudicatus, & ad mortem damnatus eſt a Pontificibus, mane autem traditus Pilato, & hora ſexta Paraſceuæ crucifixus: certum eſt, quinto die hebdomadis proditum eum eſſe.

QVÆSTIO LXVI.

Quia Dominus continue ſeipſum Filium hominis maſculino genere, & non Filium hominis fœminino genere nominat: atque inde infideles oſtendere conantur, ex coniugali copulatione Domini proceſſiſſe natiuitatem: Hominis enim, inquiunt, maſculino genere prolati, non fœminæ, ſed maris eſt vocabulum: Quibus igitur rationibus vtemur, vt per vanitatem in contrarium dictum coarguamus?

RESPONSIO.

Si ex connubiali concubitu Domini proceſſiſſet natiuitas, non dixiſſet Scriptura illud, *Vt putabatur, filius Ioſephi,* nam *Vt putabatur,* de eis dici, qui connubiali commixtione maritali procreantur, non poteſt. Porro per vnam non ſatis dilucidam, eamque inopinatam vocem, dicta illa omnia diſerte Chriſtum de Spiritu ſancto & Maria virgine genitum eſſe deprædicantia, euertere velle, longe abſurdiſſimum eſt. Cæterum ad tollendam illorum vanam argumentandi aggreſſionem, ratione iſta vtimur. Si eo quod Chriſtus ſeipſum non dixit filium hominis genere fœminino, filius hominis fœminæ non eſt: an etiam quia ſeipſum non dixit filium alicuius hominis, filius hominis alicuius non eſt? Sin filius alicuius hominis Chriſtus non eſt: neceſſario neque filius hominis fuerit. Ad hæc, ſi quemadmodum Ioſeph oraculo diuino, iuxta legem, ſine maritali concubitu filius Eli dictus eſt, Deo hoc pacto Ioſephum ipſi Eli filium dare volente: quid abſurdi eſt, eodem pacto, abſque coniugali cócubitu, & Ioſepho dare filium: Huius quippe rei cauſa, diuina gratia, diſpoſitione ſua, Chriſti ex virgine natiuitatem præuenit; vt virgo duos habenti patres viro deſponderetur, alterum, ſecundum naturam, ex coitione coniugali; alterum, ſecundum legem, ſine coniunctione maritali: in illius natiuitate prius depingens Chriſti natiuitatem, qui genitus quidem eſt ex Spiritu ſancto filius Dei, genitus autem ex muliere Ioſephi, filius Ioſephi, *Spiritus,* inquit, *ſanctus ſuperueniet in te; & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: quapropter & quod naſcitur ex te, ſanctum Domino vocabitur Filius Dei.* Atqui ſi id quod ex muliere Eli genitum eſt, filius Eli eſt, ſecundum legem Dei: multo magis id quod ex muliere Ioſephi editū eſt, filius Ioſephi eſt, ſine connubiali cócubitu, ſecundum beneplacitū Dei.

QVÆSTIO LXVII.

Quandoquidem Eſaias de Domino Chriſto diuinans, ait, *Generationem eius quis enarrabit?* vtrum vix enarrabilis, aut potius inenarrabilis generatio propheticæ diuinationis huius, de diuinitate, an de carne eius ſit accipienda?

RESPONSIO.

Natiuitas Chriſti, iuxta carnem, per genealogiam & generis ſeriem deſcribitur, & modus eius in ſcriptum relata narratione exponitur: ex Spiritu quippe ſancto, & Maria virgine. Eius vero, iuxta Deitatem natiuitas, genealogia ſeu generis ſerie referri non poteſt: & propterea etiā ineffabilis eſt. Itaq; prædictio prophetica demonſtrat ineloquibilem hanc, aut certe vix eloquibilem natiuitatem.

QVÆSTIO LXVIII.

Si non ſanguis hominis anima eſt, propterea quod illo effuſo, animans interit: quibus argumentis & ſimilitudinibus demonſtratur, animam eſſe incorpore, aut aliud quod creatum ſit inuiſibile?

RESPONSIO.

Cum dicta habeamus opificis creaturæ, quæ dicta animam diſcernunt à corpore, probabiliora credibilioraque eis argumenta, ad quæſtionis veritatem aſtruendam, requiri non debent. Nam quod diabolo in omnem corporis Iobi conſtitutionem, affligédæ eius vt vellet, poteſtas datur; animam autem eius vt ne ille tangeret, inhibetur: declarat, animam incorpoream aliud quippiam eſſe à carne eius afflicta. Conſimiliter vero & illud, *Ne metuatis vobis ab his qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere* indicat eſſe aliquid, homine occiſo, quod in immortalitate permaneat, poſt corporis quoque necem. Quocirca abſurdum eſt dicere, ſanguinem qui effunditur & diſperit, animam eſſe. Manifeſtum igitur fuerit, animam hominibus naturâ ſua inuiſam eſſe.

QVÆSTIO LXIX.

Quamobrem numerus ſeptenarius mutationem excipit: Sabbato namq; plurimum aer mutatur: & ætate ſtaturaque hominis augenda, in hoc numero incrementum accedere incipit. Dentes quidem gignuntur menſe ſeptimo; eodem autem anno decidunt, aliique ruſum ſuffecuntur: atque his duplicatis, ſeminaria accreſcit virtus, atque, vt breuiter dicam, numerus ſeptenarius in hominibus incrementum atque decrementum efficit: & de ægritudinibus iudicium facit: & in lege, præ cæteris numeris primorem obſeruantiam obtinet.

RESPONSIO.

Operum naturæ complementum fit per naturæ potentiam, non per temporariam acceſſionem, ſeptenario numero menſium & annorum determinatam. Proinde ea quæ in quæſtione commemorata ſunt naturæ opera, perſæpe vel citius vel ſerius ſeptenario numero, ad ſuam natura producit perfectionem. Quæ certe non fierent, ſi natura ſeptenarium numerum, & non ſeptenarius numerus naturam aſſectaretur. Idcirco non ſeptenarius cauſa eſt operum naturæ complementi; ſed naturæ vis, cauſa eſt ſeptenarij, per quem illa non ſumit naturalia opera ſua perficienda. Conſimiliter vero & in aliis menſium & annorum numeris, per quos naturæ opus in animantibus & plantis reliquis completur, naturæ vis cauſa eſt temporis æqualis, & longioris, & breuioris. Sane quidem in ſacris litteris, ſeptenarius ſupra reliquos numeros eo eſt obſeruatione dignus maiore, quod in ipſo eſt tempus omne, & mundi creationis, & creatoris ceſſationis. Senio videlicet, creationis eſt: vnio, ceſſationis requietis. Itaque vt in hominibus memoria mundi creationis conſeruaretur, ideo in diuinis ſcriptis diſpoſitum eſt vt ſeptenarius præ cæteris præſtabilior numeris reperiatur.

QVÆSTIO LXX.

Si interdictum eſt ne de gratiæ donis gaudeamus & gloriemur, quod ea res ſuperbiam efficiat; ſummiſſio autem & æquabilitas animi eis qui illa receperunt, à ſacris litteris commendata eſt, quomodo dona ipſis non ſunt inutilia, quæ eis commodi ſui ſenſum præbere non poſſunt?

RESPONSIO.

Superbe de donis gratiæ lætari, prohibitum eſt; propterea quod legitimam tollat lætitiam. De donis autem gaudere cum animi moderatione, non ſolum non inhibet, verum è diuerſo ad gaudium huiuſmodi etiam hortatur quandoque ipſe Seruator, dicens, *Sed gaudete, quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis:* quandoque Apoſtolus, cum inquit; *Fratres, gaudete in Domino ſemper: & iterum dico, Gaudete: Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus*, duplicatione verbi *Gaudete*, gaudij ſingularem deſignat intentionem & vehementiam. Itaque gaudium non tollit modeſtiam, neque modeſtia ſenſum tollit gaudij: ſed per vtrumque conſeruatur vtrumque.

QVÆSTIO LXXI.

Quandoquidem nonnulli de mundi ſtatu coniecturis ducti dixerunt, ſexies mille annis tantum illum duraturum eſſe: num verum hoc eſſe per argumenta euidentia, an ex diuinis litteris demonſtretur, atque etiam incertumne id ſit, diſcamus.

RESPONSIO.

Ex multis Scripturæ locis coniicere licet, veros eſſe qui dicunt, ſexies mille annorum eſſe præſentis mundi ſtatus tempora: cum nonnumquam dicit, *Extremis hiſce diebus loquutus eſt nobis per Filium:* quandoque: *In quos termini ætatum inciderunt:* aliquando; *Vbi venit plenitudo temporis.* Omnia enim dicta iſta, in ſexto prolata ſunt millenario annorum ordine.

QVÆSTIO LXXII.

Si tum quiſque inuidiæ expers dicitur, cum, quod & nouit & poteſt præſtare bonum, proximis præſtat: quomodo Deus inuidus non eſt, qui, cum deos facere omnes poſſet, non fecerit, quandoquidem bonus eſt Deus? Sin inuidus non eſt, ſed eo quod potentia deſtituatur id non præſtitit: duorum certe alterum neceſſario fuerit; aut inuidus ſcilicet, aut parum potens.

E

SOLVTIO.

Non ita dicitur Deum præbere proximo bonum, ſicut homines proximis ſuis, quæ poſſunt & norunt, præſtant commoda: nam id quod proximum Deo eſt, Deo qui illi aliquid præſtet, præbitore non indiget, obtinet enim in rebus omnibus cum Deo parem æqualitatem Iam ſi deos tantum creaſſet Deus, videlicet mundum non creaſſet, neceſſario namque mundus partibus indiget, quæ ſublimitate & ſummiſſione ſitus, aliæ aliis interſint. Præterea ſi rerum impoſſibilium prorſus nihil fit: impoſſibile autem eſt, Deum fieri: (increatus enim & infectus eſt Deus) quomodo præter rationem non eſt dicere, Deum inuidum eſſe, quod quæ fieri nequeunt, non creet? Denique bonum Deus eſt, eo quod increatus eſt & creator. Nihil autem rerum creatarum ſubſtantia fieri poteſt increatum; hoc eſt Deus. Per ſimilis vero hæc quæſtio videtur dicto iſti: Bonus eſt oculus, & pedibus præſtantior. Porro ſi Deus inuidiæ expers eſt, quare pedes non fecit oculus? Complectitur namque hæc quoque ratio eandē, quæ præter omnem ſuſcepta eſt rationem, abſurditatem ſcilicet aut per inuidentiam, aut per impotentiam pedes Deum non feciſſe oculos. F

QVÆSTIO LXXIII.

Si bonum tum demum apparet eſſe bonum, quando cum malo confertur: bonum autem eſt mundus: nempe malum fuerit, quod mundus non ſit, hoc eſt, quod ante conditum mundum fuerit. Atque equidem ſi vtrumque ex Deo eſt, hoc eſt, quod ante mundum fuerit, & mundus: quomodo non vtrumque ex eo fuerit, id eſt bonum & malum? Sin alterum ex eo eſt, alterum vero non ex eo: quomodo non αὐτόματον (id eſt quod ſponte ſua vel fortuito extiterit) & non ſub eo fuerit id quod ex eo non ſit? aut quomodo verus eſt, qui dicit; *Quoniam ex ipſo omnia?* Nam in *Omnibus*, tam quæ prius non fuerint, quam quæ nunc ſint, continentur. G

SOLVTIO.

Malum nihil aliud eſt quam peruerſio boni: proinde poſterius bono eſt malum, eſt enim deprauatio boni. Enimvero illud certo conſtat, bonum non ex collatione mali apparere bonum, ſed ſuapte natura. Porro quod ante mundum conditum non fuit, id quod omnino non eſſet fuit: proindéque nec bonum, nec malum fuit. Quocirca cum eo quod ita non fuerit, nihil confertur. Præterea quod omnino non ſit, neque ex Deo, neque ex alio, neque adeo ſponte ſua vel fortuito eſt. Itaque ante mundū nihil aliud quidquam præterquam Deus fuit. Quare cum comparatio ſit eorum quæ ſint, comparatur mundus cum eo quod mundus non ſit, neq; in mundo continetur id quod mundus non ſit, nam id quod mundus non ſit, nihil eſt: id vero quod continetur, aliquid eſt. Et cum dicimus Deum ex eo quod non ſit effeciſſe omnia, non locum eius quod ſit concedimus ei quod non ſit; ſed id quod non ſit, tollimus & abolemus. H

QVÆSTIO LXXIV.

Si paganiſmus à Chriſtianiſmo debellatus, ſpem recuperationis ſui ipſius non habet reliquam: quomodo quæ antiquitus à paganiſmo deuicta fuit vera diuini cultus religio, nunc in integrum eſt reſtituta? Quod namque ante errorem veritas obtinuerit, diuinæ teſtificantur litteræ: quæ Adamum & permultos deinceps poſt illum oſtendunt nō ſimulacris, ſed Deo, re diuina facienda ſeruiiſſe: quamuis inter eos, nonnullorum fœda comperta fuerint facinora.

RESPONSIO.

Si præſentis rerum ſtatus, finis eſt impiorum per ignem iudiciū, prout teſtantur Prophetarū & Apoſtolorum ſcripta, atque inſuper Sibyllæ vaticinia, quemadmodum ai-

beatus

A beatus Clemens in ſua ad Corinthios epiſtola: iudicium autem id peragendum venit per Ieſum Christum, à Iudæis crucifixum perpetuoque poteſtate regia Chriſtianorum regnum ſempiternum, iuxta prophetam Danielem, ſibi datum adminiſtrantem: idcirco reſtitutionis ſpem nullam habet paganiſmus; præſertim cum eam qua ille populo Dei dominatus eſt, potentiam perditam numquam recuperarit. Quoniam igitur modo non fruſtra exſpectet veteris dominatus reſtitutionem? Quam vero ob cauſam ipſius dominatus reſtitutionem paganiſmus exſpectat? Omnino certe, vt cruciatibus Chriſtianis imponat neceſſitatem à religione & fide filij Dei deſciſcendi, dæmonúmque cultum aſſectandi & complectendi. Atqui tormenta ipſa quibus paganiſmus ea ſpe, vt integrum ſeipſum conſeruaret, viſus eſt, paganiſmum ipſum aboleuerunt, Chriſtianiſmum vero ſtabiliorem reddiderunt.

QVÆSTIO LXXV.

B Si ante corporum reſurrectionem anima, peractæ vitæ meritorum retributionem non percipit: num illa alicui, poſtquam à corpore receſſit atque diuertit, ſubdita eſt quæſtioni, ad ipſam vſque reſurrectionem?

RESPONSIO.

Quem in hac vita animæ cum corpore coniunctæ obtinent, eum poſtquam è corpore migrarunt, non retinent ſtatum. In hac etenim vita, quæ in vnione animæ & corporis obtingunt, communia ſunt iuſtorum & iniuſtorum omnia; & nulla eis eſt, quantum ad hoc pertinet, differentia: ſicuti ſunt gigni & mori, valere & ægrotare; ditescere & egere, & alia hiſce ſimilia. Poſt exitum vero animarum è corpore, illico iuſti ab iniuſtis ſegregantur; abducuntur enim ab Angelis, ad condigna ſibi loca. Ac iuſtorum quidem animæ in paradiſum, vbi conſuetudine & aſpectu fruuntur Angelorum & archangelorum; per viſionem autem & ipſius Seruatoris Chriſti,
C pro eo atque dictum eſt; *Peregre abſumus à corpore, & præſentes adſumus apud Dominum*: Iniuſtorum autem animæ, in ipſius Orci loca; pro eo atque dictum eſt de Nabuchodonoſore rege Babylonis; *Infernus ſubter exacerbatus eſt in occurſum aduentus tui*: & cætera. Et aſſeruantur quæque in locis ſe dignis, vſque ad reſurrectionis & compenſationis diem.

QVÆSTIO LXXVI.

Si ante reſurrectionem, operum merces non obtingit: quæ fuit vtilitas latroni, quod anima ipſius in paradiſum eſt illata: & maxime, cum paradiſus ſub ſenſum cadat; animæ autem ſubſtantia ſub ſenſum non cadat?

RESPONSIO.

Vtilitas latroni, quod paradiſum ſit ingreſſus, hæc
D fuit, quod fidei commodum re ipſa percepit, per quod dignus reputatus eſt qui ſanctorum cœtui adiungeretur; in quo vſque ad diem reſurrectionis & remunerationis reſeruatur. Paradiſi autem percipit ſenſum, per eum qui notionis dicitur ſenſum, quo animæ ſeipſas, & ea quæ ſub ipſis ſunt, cernunt, præterea vero & angelos & dæmones. Non enim cogitat neque cernit anima animam, neque angelus angelum, neque dæmon dæmonem, at ſecundum eum qui dictus eſt notionis ſenſum, & ſeipſos illi, & alij alios inter ſe, tum autem & corporea omnia cernunt.

QVÆSTIO LXXVII.

Si ſenſuum corporis adminiculo & cooperatione, anima eorum quæ ſub ſenſum cadunt, percipit ſenſum: ſub ſenſum vero cadunt & bona, & mala: quomodo non ſenſu caret anima à corpore ſegregata? Sin ſenſu caret, videlicet & emortua eſt, mortuos namque & viuos diſcernit ſenſus, & ſenſus vacuitas.

RESPONSIO.

E Vniuerſæ & rationales & creatæ eſſentiæ, duplicem obtinent vim percipiendi: alteram, quæ fit per ſenſum; alteram, quæ per mentem: & hanc quidem partim notionis dictam, quia & ſeipſas illæ, & alia aliam inter ſe percipiunt; partim autem intelligentiæ, qua eius quod ſupra eas eſt, cognitionem conſequuntur. Proinde non cooperatione corporis, animi eorum quæ ſub ſenſum cadunt, ſenſum percipiunt: ſed animus ipſe, præſentia ſua ſenſum ſufficiens, vt animans ſenſum percipiat, efficit. Et quantum quidem ad animans pertinet; ſenſus præbitor eſt: quantum autem ad ſeipſum, ſentiendi facultatem obtinens. Et animus numquam emoritur. Mortalitas enim animantis eſt, non animæ. Quocirca corporis ope, ad rerum quæ ſub ſenſum cadunt, perceptionem animatum & animatio indiget, non anima.
F Aliud namque eſt animatum, & aliud anima: Aliud item id quod communicatione eſſentiæ alterius conſtat, aliud quod ſua ipſum eſſentia ſubſiſtit.

QVÆSTIO LXXVIII.

Si Deus Dauidem, virum iuxta cor ſuum eſſe aſſeuerauit, quomodo poſtea idem propheta & adulterium & cædem commiſit? Et ſi hæc Deus odio habet; quamobrem ex adultera is prophetæ genus texuit, & Dominum Chriſtum ex eadem per genealogiam & gentis ſeriem deduci fecit? Hoc porro cum ſic habeat; quomodo Scriptura vera eſt, cum dicit; *Filij adulterorum à ſacris profani atque imperfecti?*

RESPONSIO.

Atenim per pœnitentiam Dauid delicta ſua correxit: ac proinde vti cor Dei inuentus eſt, qui non vult mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat. Et quem
G ille ex ea quæ Vriæ fuerat, per adulterium ſuſceperat filium, eum neci dedidit Deus; vt filij adulterorum non eſſent vitales. Poſt iſtum vero progenitos non ſuſtulit, eo quod hanc, poſt Vriæ cædem, vxorem domum duxiſſet. Ex æquo autem & bono, honorem benigne habens pœnitentiæ, in eis qui ex Vriæ antea coniuge procreati fuere, Dauidi genus conſtituit Deus; & Chriſtum ex ea, ob eandem hanc cauſam, deduci fecit.

QVÆSTIO LXXIX.

Si regum Iſraëlis & Iudæ omnium flagrantiſſimum circa veram religionem Ioſias exhibuit zelum, qui ſimulacrorum ſtatuas contriuit, & cum idolorum aris Græcorum oſſa combuſta in cinerem redegit, & lucos erroris ac ſeductionis prorſus excidit, & eos qui in locis excelſis thymiamata & victimas offerebant, ſacris eiuſcemodi ſuperſedere coegit, & diuinum exaltauit cultum, & vt populus ſtatas legis ferias, re diuina facienda, ſplendide peageret, prout Scriptura teſtatur, curauit: & ferro quidem
H ipſe hoſtili infidelium, per mortem violentam, vitam amiſit; filij vero eius captiui, Babylonem ſunt abducti, & in ſeruitutem diuturnam à vera religione alienarum hominum traditi: quomodo non illi ipſi irreligioſi homines, veros ſe eſſe dicant, eo res eius in tam acerbum euaſiſſe exitum, quod in ſacra illorum deliquerit? Vbi vero ipſum reperiemus, tot recte factorum mercedem dignam retuliſſe? & ad cuiuſmodi poſteritatis vtilitatem, vna cum tot & tantis pie geſtis rebus, calamitates quæ Ioſiæ & liberis eius acciderunt, in litteras ſunt relatæ?

RESPONSIO.

Compenſationi eorum qui in vera pietate per virtutem recte egerũt, non præſens ſed futurũ ſtaturũ eſt tẽpus: quo tempore præmia eis qui illa receperint, certa perpetuaque manebunt. Cæterũ luctuoſum vitæ finem propterea Ioſias retulit, quod iuſſioni Hieremiæ non paruerit; qui ei ex mandato Dei dixerat, vt ne progrederetur ad obuiandum regi Ægypti in bellum, ſicut ait Hieremias. Quapropter vt eum purum à peccatis ex hac vita reciperet Dominus

Deus, ideo permiſit illum inobedientiæ eius, ferro Ægyptio pœnas exſoluere; ad poſterorum hominum documentum, vt Prophetis immorigeri non eſſent, tum autem vt illud diſcerent, *Si iuſtus vix ſaluatur, impius & peccator vbi comparebit?* Liberi porro Ioſiæ, ſi perſeuerantes ipſi in religione vera patris ſui, captiui abducti fuiſſent, haberent Græcorum verba locum aliquem, propterea quod Ioſias in ſimulacrorum cultum commiſiſſet; filios eius in ſeruitutem captiuos peruenisſe. Sin illi à religione paterna defecerunt, & ſacra idolorum coluerunt, atque in ipſo idolorum cultu capti ab hoſtibus ſunt: manifeſte infidelium Græcorum verba falſa ſunt.

QVÆSTIO LXXX.

Si nos Scriptura docet, vt in omnes lenes ſimus & manſueti: quomodo non lapſus eſt Eliſæus, qui per maledictionem neci pueros in ſe contumelioſos obiecerit; quique iniuriam in ea ætate vltus ſit, quæ propter ruditatem, officij rationem non teneat, qui denique per feras, propter tenuem verborum iniuriam & contumeliam, mortem eis intulerit?

RESPONSIO.

Quando per longanimitatem illorum qui contumelia ſunt experiti, reſipiſcentia eorum qui illa ſunt vſi, errato corrigendo, non ſubſequitur: tunc manſuetudine ſeueritas hominibus longe eſt commodior. Itaque ſeueritatis nomine, propheta carpendus non eſt, nam quod compertum haberet, lenitatem peccantibus ſenſum peccati allaturam non eſſe: & quod voces ipſas pueri, quas ad ſancti vatis dehoneſtamentum protulerant, à parentibus ſuis edocti eſſent, hoſtilem ſemper in prophetas animum obtinentibus: (illud enim, *Aſcende calue*: proſcindendæ per detractionem Eliæ aſſumptionis gratia proferebant, perinde atque dicerent: Abripiat te quoque ſpiritus, & in iuga montium inuia & inacceſſa abiiciat; quemadmodum illum abiecit, vt itidem à te liberemur, ſicut ab illo liberati ſumus) non abs re puerorum clade parentes flagellauit: vt diſcerent prophetas, ac per hos Deum, probro & contumelia non afficere.

QVÆSTIO LXXXI.

Si error & ſeductio omnis, Chriſti aduentu eſt abrogata: quomodo per eos qui Ventriloqui & Diuini dicuntur dæmones loquuntur? Quomodo autem non, vilem atque deſpicatum Chriſtianiſmum efficiunt, quando in Chriſtianorum corporibus impoſturæ exhibent opera, & vaticiniorum proferunt reſponſa?

SOLVTIO.

Si iuxta id quod dictum eſt, nundum illi ſubiecta ſunt omnia, donec abroget principatum & poteſtatem omnem: perſpicuum fuerit, nondum omnem abrogatam eſſe dæmonum impoſturam. Sedenim in eis qui in Chriſtum credunt, omnis eſt abolita dæmonum ſeductio. Qui vero adhuc in Chriſtum non credunt, in eis ipſis dæmones operantur errorem. Spectra porro quibus diuinantes vtuntur, ad proferenda & præſtanda diuinationum verba & opera non ſunt vera corpora, ſed præſtigiis imaginum, dæmones oculis ſpectantium fucum faciunt, vt corpora cernant quæ corpora non ſint.

QVÆSTIO LXXXII.

Si nullibi Iocorum Scriptura hominibus dæmonum indicauit nomina: quomodo Iudæi de Domino nomen Beelzebub, tanquam notum protulerunt, in eo ipſum dæmones eiigere dicentes? tum autem, quomodo ipſe Dominus diſcipulis quaſi intelligentibus, dæmonis appellationem edidit? *Si ipſum patrem familias vocauerunt Beelzebub*, [& cætera.] & quæ eſt nominis eius expoſitio?

RESPONSIO.

Quemadmodum dæmones eſſe, ab ipſis dæmonibus didicerunt homines: ita & nomina eorum ab illis ſunt edocti. Primum namque homines ſacrificarunt dæmonibus, & poſtea Scriptura retulit illud; *Immolarunt dæmoniis, & non Deo.* Et ſicut Scripturam nihil de dæmonibus dixiſſe apparet, & nihilominus tamen, *Immolauerunt*, inquit, *dæmoniis, & non Deo*: ſic & de nominibus eorum cum nihil dixerit, appellationes tamen dæmonum exprimit, Beelzebub & Belial: *Quæ*, inquit, *concordia eſt Chriſto cum Belial?* Quibus enim vocabulis incantatores vſi ſunt in propoſitis ſibi operibus, ea ab illis homines ipſos neceſſe eſt didiciſſe. Nam ſecundum culturæ modum, nominum eorum vocabula quoque edere inſtituerunt. Ab Origene vero appellationum iſtarum ſignificatio, in Ebraicorum nominum interpretatione expoſita eſt.

QVÆSTIO LXXXIII.

Si diuinitas victimis irrationalium non delectata eſt, quemadmodum quidam dixerunt, & præſentium rerum docet ſtatus: quæ cauſa eſt, cur ante latam legem ipſi Noæ, vt victimas ſacrificaret, mandauit; præſertim cum necdum ſimulacrorum eſſent ſacrificia? Sin delectata eſt, cur poſt legem illa in vſu eſſe deſierunt?

RESPONSIO.

Nemo eorum qui irrationalia victimam Deo ſacrificarunt ante legem, diuina id iuſſione fecit: quamuis pateat, Deum hanc recepiſſe; acceptione eius, ſacrificantem ſibi placitum eſſe indicantem. Quod autem Abraæ præcepit vt animantia trima, item arietem acciperet quem pro Iſaaco offerret: non eo eſt factum, quod oblatione eius delectaretur; ſed hoc tum vſus tulit, futura præmonſtrans. Porro quod Noæ præceptum ſit de irrationalibus Deo offerendis, nullibi apparet.

QVÆSTIO LXXXIV.

Si eius quæ in Elia fuerat, gratiæ duplicatum donum Eliſæus vt acciperet, exauditus eſt: quomodo is neque ſimplicia neque duplicia præſtitit miracula? videlicet vt pluuiam inhiberet, & terram fame premeret, & ignem cœlitus demitteret victimas vorantem, & ſacerdotes iniquos occideret, & quinquagenarios præfectos ignis holocauſtum faceret; & reliqua. Quomodo igitur probabitur, Eliſæum & petitionem ſuam, & Eliæ promiſſionem retuliſſe?

RESPONSIO.

Non petiit Eliſæus ſpiritum duplicem, duplicatorum operum edendorum gratia; ſed vt eo proliaior ſibi ſuppeditaret virtus, ad ea ſimpliciter perficienda quæ vſus ferret. Petitione autem illum minime excidiſſe, teſtantur ab eo editæ res admirandæ: quas partim ſimplices, partim duplices præſtitit. Nam quod duos excitauit defunctos, alterum adhuc viuus, alterum iam mortuus: duplicatam id vim in reliquis miraculis, ſi ea vti voluiſſet, exuberantis in eo diuinæ per ſpiritum gratiæ, declarauit. Atque equidem apud Eliam, ad neceſſarium vſque vſum; apud Eliſæum vero, ſupra eum vſum, olei fuit incrementum. Et Elias ignem de cœlo ad hoſtes vlciſcendos deduxit: Eliſæus autem equos & equites igneos, ad opem Iſraëli ferendam de cœlo impetrauit.

QVÆSTIO LXXXV.

Si tum demum eſt conſummata reſurrectio; cum integer reſurgit homo: quomodo Scriptura, poſt Dominicam paſſionem dicit multa eorum qui dormierant ſanctorum corpora excitata eſſe? quod de aliis non dixit, quos Dominus excitauit: videlicet de Lazaro, &

de

de viduæ filio, & filia Iairi: ſed abſolutè hunc aut illum reſtitutum eſſe. Qui fit igitur vt in hiſce ſolis Corporum reſurrectionis facta ſit mentio: & additur, appariuiſſe multis: quod maxima ex parte ſpectri præbet ſuſpicionem, atque ea corpora an rurſus in animâ reſurrexerint, & an ſuperuixerint, aut confeſtim viuere deſierint; vtrumne in immortalitate maneant, & vbi locorum: & quamnam ea poſteris afferant vtilitatem, quæ in illis facta ſunt, doceto.

RESPONSIO.

Si eam vocamus conſummatam hominum reſurgentium reſurrectionem, quum animæ rurſum in domicilium reſurgentium corporum recipiuntur: certum eſt, qui vel reſurrexerunt, vel Domino excitante reſurrecturi ſunt, eos perfectos & reſurrexiſſe [& reſurrecturos eſſe.] Fieri etenim nequit vt reſurrectio defunctorum fiat, anima corpus ſuum non habente. Itaque cum Scriptura dicat, vel hominem certum, vel corpora ex mortuis reſurrexiſſe: vtroque modo nos conſummatam oportet intelligere reſurrectionem, quæ, anima corpori reddita, fiat. Et ſicuti quum Scriptura inquit; *Qui excitauit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex mortuis, viuificabit animas & corpora noſtra*: neque imperfectam illa deſignat reſurrectionem neque ſpectri præbet ſuſpicionem, ſed abſolutam reſurrectionis fidem & perſuaſionem: ita & quum dicit; *Excitata ſunt multa eorum qui obdormierant ſanctorum corpora*: perfectam denotat reſurrectionem. Præſtita autem eſt ſanctorum iſtorum reſurrectio, vt demonſtratio eſſet, mortificationem eſſe mortis omnium noſtrum Chriſti mortem, quam pro ſalute & vita mortalium omnium pertulit. Is certè quidem viuificam potentiam ſuam, mortuis excitandis mirificè exhibuit in præſenti rerum ſtatu, & animis piis defunctorum apud inferos omnibus liberandis. Quam ob cauſam reſuſcitati illi denuo mortem non oppetiere, ſed in immortalitate manent, ſicut Enoch & Elias: cum quibus in paradiſo ſunt, reſuſcitationem Ieſu Chriſti, & reſtitutionem ſempiternam primo quoque tempore, per mutabilitatem futuram, qua (ſicut ait Apoſtolus) omnes immutabimur, exſpectantes. Nullius dum enim ad immortalem & incorruptibilem vitam facta eſt reſurrectio, præterquam Ieſus Chriſti. Quocirca & *primogenitus mortuorum*, & *primitiæ dormientium*, eſt renuntiatus.

QVÆSTIO LXXXVI.

Quæ eſt interpretatio vocabulorum iſtorum: *Mina, Epin, Nebel, Gomor, Siclus, Baſilicum, Satum, Stater, Drachma, Quadrans, ὀρεῖχ@, Didrachma, Talentum, Aſſis, Seraphim, Bezel, Sabaoth, Adonai, Ephod?* Vtrorumque enim nobis pernecceſſaria eſt cognitio: vtraque namque in Scripturis continentur.

RESPONSIO.

Expoſita eſt ab Origene, viro Ebraicæ linguæ perito, omnium quæ in Sacris ſcriptis feruntur Ebraicorum nominum & menſurarum interpretatio. Eam ſi conſulueris, omnium eorum de quibus quæſiuiſti, inuenies explanationem.

QVÆSTIO LXXXVII.

Si ante cædem Baptiſtæ, miraculis edendis Dominus vacauit, vt ait Matthæus, ex horum fama ad omnes qui in Iudæa erant, peruenit: quomodo poſt præcurſoris necem, ea quæ a Chriſto exhibebantur miracula, audiens Herodes cum Iudæis, dixit Ioannem eſſe qui ad vitam reuocatus ea præſtaret ſigna? nam hoc nobis commemorat B. Marcus.

RESPONSIO.

Omnia à Chriſto exhibita mira, non omnes qui audierunt, eodem tempore audiuiſſe; ſed hos quidem prius, illos autem poſterius: teſtantur ſermones eorum, qui Ioannem auctorem eſſe perhibuerunt, à Chriſto poſt Ioannis cædem factorum ſignorum, non enim hoc dixiſſent, ſi ante cædem Ioannis per Seruatorem edita miracula audiſſent: Non ergo mirandum fuit, ſi & Herodes, poſt Ioannem ſublatum, facta diſcipulorum Ieſu, quæ in Ieſu nomine edebant, inaudiit. Tum namque Herodes de nomine Ieſu accepit, cum is diſcipulos ſuos ablegauit in vicos & oppida, ad pœnitentiam prædicandam, & morbos curandos; ſicut ait Marcus Euangeliſta. Quin & ipſe Ioannes, ante reſuſcitationem filij viduæ, non omnia acceperat quæcumque Ieſus in Galilæa & Hieroſolymis fecerat: cum quidem iam permulta geſta eſſent à Saluatore admiranda, & ante & poſt coniectum in cuſtodiam Ioannem. Eo enim tempore diſcipulos ſuos Ioannes ad Ieſum miſit percontatum; *Tu ne ille es cuius aduentus eſt in exſpectatione?* prout dicit Euangeliſta Lucas. Quapropter hoc vnus, illud alius refert Euangeliſtarum.

QVÆSTIO LXXXVIII.

Si, veluti diuina tradit Scriptura, & fides noſtra habet, Chriſtus genitus peccatum non fecit: quomodo è diuerſo veritatem obtinent litteræ ſacræ, iureiurando adiecto vociferantes, *non eſſe genitum quemquam qui non peccauerit, neque natum qui iniquitatem in ſe non admiſerit?* Quin & infans, qui in ipſo partu extinctus ſit, aut pauxillum vitæ tempus reportarit, peccatum & iniquitatem committere; aut quæ hiſce contraria ſunt, facere potuit?

RESPONSIO.

Dictum hoc, *Non eſt genitus quiſquam qui non peccauerit, neque natus qui iniquitatem non fecerit*: non oſtendit falſum id eſſe quod de Chriſto eſt memoratum; *Peccatum non fecit*: nam illud, prolatum eſt de eo qui ex mare & fœmina prognatus eſt: Chriſtus vero, ex Spiritu ſancto & virgine ſancta editus eſt. Accipitur autem verbum iſtud ad hunc modum: Nemo qui natura eſt ad peccandum aut iniquè agendum natus, non peccauit, aut iniquè fecit. Porro natura ad peccandum natus eſt, qui per liberi arbitrij delectum, ſibiipſi dux eſt ad ea quæ vult facienda, ſiue bona, ſiue mala. Infans verò, vt qui nondum ea vi ſit præditus, ſatis patet quod natura ad peccandum natus non ſit: & baptiſmi lauacrum à natiuis illum ſordibus repurgat. Cæterùm illud quod dicitur, *neminem, quamuis illi vel vnius diei vita fuerit, immunem peccato eſſe*: nullo modo ad infantes peccati nomine damnandos accommodari poteſt: nam *Vita* in loquutione eiuſmodi pro vitæ conſuetudine ſiue conuerſatione iudicio obnoxia, eſt poſita. Atqui infanti, vt vitæ conſuetudo ſeu conuerſatio non eſt, ita neque vita.

QVÆSTIO LXXXIX.

Si vas quod Petrus per viſionem vidit, munda & immunda quadrupedia terræ beſtias & reptilia, & volatilia cœli continebat omnia, ſicut nobis Scriptura prodit: verbo *Omnia*, pro eo atque poſitum eſt, ea quæ dicta ſunt, vtraque complectente: deinde idem Apoſtolus, ex eis quæ oſtenſa fuerant, citra diſcretionem mactare & veſci iuſſus, facere id detrectauit: *Nequaquam*, inquiens, *Domine, quia nunquam edi quidquam commune vel immundum*. quomodo per huiuſmodi verba non oſtenditur, Petrum ſibi quidem ipſi irrationalibus tanquam immundis interdicere, eum autem reprehendere, qui illi cibum ex eis permittit, & eleam veluti immundum guſtare præcipit?

RESPONSIO.

Ex reſponſione Petri intelligimus, quænam in ſindone fuerint animantia, hoc eſt immunda ſola: ac neceſſario non ſequitur, vt verbum *Omnia*, etiam contineat munda,

E F G H

Poſſunt enim omnia volatilia & quadrupedia terræ, dici etiam ea quæ immunda ſunt. Illud autem; *Nequaquam Domine; nunquam edi quidquam commune & immundum*: per reſponſum, ad conſpectum eorum omnium quæ in ſindone erant exhibita,& non de quibuſdam tantum,eſt dictum. Proinde vas in quo erant omnia volatilia & quadrupedia, per aſſumptionem, eius quod impurum eſt, pro illo eſt dictum, in quo erant impura omnia volatilia & quadrupedia terræ. Et quemadmodum cum Sacra Scriptura dicit; *Omnis viri caput, Chriſtus eſt*: verbum *Omnis*, non complectitur fidelem & infidelem virum, ſed fidelem tantum: fidelis namque vir, corpus eſt Chriſti; & Chriſtus, fidelis viri dicitur caput: Ita neque hoc loco, verbum *Omnia*, complectitur munda & immunda, ſed immunda dumtaxat; per quæ Petro immundarum gentium præmonſtrata eſt aſſumptio; quarum per fidem Chriſti Deus corda purificauit.

QVÆSTIO XC.

Si pia ratione permori patriarchæ, & ſibiipſis & liberis ſuis ex cognatione ſua coniuges legerunt: quomodo Moſes, & Ioſeph, contra pium maiorum conſilium non venerunt: quorum hic Ægyptiam, ille Madianitidem duxit vxorem?

RESPONSIO.

Si patriarchæ eo metu, ne filij eorum à vera degenerarent religione, illis non permiſerunt ex profanis gentibus ducere vxores: Moſes autem & Ioſeph longè extra metum talem conſtituti fuere: nihil illi per patrum ſuorum inſtituti tranſgreſſionem feciſſe videntur, profanis ſibi coniunctis vxoribus, non enim tantum ipſi ab vxoribus ſuis à vera pietate abducti non ſunt, ſed illæ etiam ab eis ad religionem ſuam traductæ.

QVÆSTIO XCI.

Si ante tranſgreſſionem, Adam ipſe neque rationalis neque irrationalis [animantis] vidit mortem: quomodo quam non viderat, minis ſibi intentatam, perinde atque vidiſſet, mortem extimuit? Quomodo vero hanc ipſi ignotam, tanquam notam, Deus minis intentauit?

RESPONSIO.

Si rationales illos vocamus, qui eorum quæ mentis contemplatione exprimuntur notiones tenent: liquido conſtiterit, & ipſum Adamum ratione præditum, in ſe habuiſſe mortis notionem. Et veluti Adam cum non conſpexiſſet rationalem quemquam de nuditate ſua erubeſcentem, ipſe tamen nudus erubuit, & nomen & notionem verecundiæ ſibi inſitam obtinens: ita in ſeipſo mortis quoque habuit notionem, licet rem ipſam in alio nondum conſpexiſſet. Quocirca non abſque ratione mortem extimuit, quod illam ſciret, ex notione eius, vitæ eſſe aduerſam.

QVÆSTIO XCII.

Quandoquidem Scriptura habet Iudicia & Iuſtificationes, Teſtimonia & Legem, Præcepta & Mandata: ſintne vtraque inuicem eadem, an pro ſe alterum quodque peculiarem habeat rationem, doceto.

RESPONSIO.

Sacræ litteræ *Iudicia* vocant ſermones, facienda à non faciendis diſcernentes, honoremque & præmium obedientiæ, ignominiam vero & pœnam inobedientiæ conſtituentes: *Iuſtificationes*, autem, iudiciorum rectam diſpenſationem vnicuique pro dignitate & meritis, quod ſuum ſit, tribuentem: *Legem*, ius ſcriptum, & totius Iudaicæ religionis vitæque conſuetudinis conſtitutionem: *Teſtimonium* vero, eorum qui [legem, à Deo per Moſen rogatam] ſuſceperunt, benedictione aut maledictione, pro factis compenſationem: quam Moſes [iuſſu Dei] teſtatus eſt euenturam Iudæis morigeris aut immorigeris. Porro *Præcepta* & *Mandata*, eas dicit iuſſiones, in quibus verba præcipientis vel mandantis in modum ſunt concepta; iuxta expreſſam deſignationem potentiæ & auctoritatis diuinæ eius qui illas præcepit vel mandauit.

QVÆSTIO XCIII.

Si terga cœli aquis ſunt grauata, ſicut ait Scriptura: quod quidem factum eſſe nonnulli dixerunt, propter igneam luminarium ſubſtantiam, vt cœlum iniectis ſibi irrigatum aquis, à ſubiecta luminarium flamma permaneret inuictum & integrum: quomodo qui iſta allegant, veri ſunt, cum ſtellæ non in cœlo, ſed ſub cœlo curſum ſuum teneant? Sin illas in cœlo eſſe dicamus: quomodo vim & actum motionis obtinent, cùm cœli corpus immobile ſit? Quod ſi vna cum cœlum meatum ſuum & motum perficiunt, quomodo vera non eſt, quæ cœlum globum nominat, fabula? Sin hoc inconueniens ſit, illud autem quod antea de ſtellis dictum eſt, vt accipiamus, conſequens fuerit: quomodo non inutilis erit ſuprema illa vis aquarum? Quid vero illa etiam futura eſt in conſummatione, cum iuſti, in ſuperis; peccatores autem, in inferis, factorum percipient compenſationem?

RESPONSIO.

Tametſi luminaria ſub cœlo ſunt, impetus tamen, quæ igneorum ſubſtantiam ciet, agitationis, natura ſurſum tendit. Rationabili ergo cauſa adducti ſunt illi, qui prodiderunt firmamenti ſtabilitatis gratia, tanquam pondus, ſuper terga cœli, aquas eſſe impoſitas. Non hæc autem ſolummodo cauſa eſt impoſitarum cœli dorſo vndarum, vt inuictum id & integrum perduret à ſubiecta luminarium flamma: verum etiam vt deorſum, vi aquarum tergo eius incumbentium deprimatur, & violento ventorum impetu non iactetur: nec non vt ſummum ab eis deorſum feratur frigus, à quo ſummo ſolis calore temperato, aëris perficitur temperies ad perſeuerantem animantium & plantarum terræ diuturnitatem. Enimuero in conſummatione, non in cœlo quod nunc eſt, & in terra quæ nunc eſt homines factorum referent retributiones, ſed in cœlo nouo & in terra noua, ſecundum id quod dictum eſt: *Cœlum nouum; & terra noua quam ego facio, manet coram me, in ſæcula*. Et iterum, *Principio tu Domine terram fundaſti; & opera manuum tuarum ſunt cœli: & ipſi quidem peribunt, tu autem permanens: & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, & ſicut opertorium conuolues eos, & mutabuntur*. Et rurſum; *Adhuc ſemel ego concutio non ſolum terram, verumetiam cœlum*. Porro id quod concutitur, tranſlationem ſeu mutationem ſui indicat: vt ea quæ non concutiuntur, permaneant immota.

QVÆSTIO XCIV.

Si vt librum, conuolutum iri cœlum, & vt folia, delapſura eſſe aſtra in terram prædicit Dominus, & hiſce conſentanea prænuntiauit propheta: quomodo non vniuerſalis firmamenti interitus, per verba illa indicatur? Quæ igitur eſt verborum huiuſmodi ſententia? & quomodo elementorum poteſt aſtrui incorruptibilitas?

RESPONSIO.

Quemadmodum firmamenti facturam, ſanctæ litteræ per collationem aſſimularunt, quandoque pellis extenſioni, dicentes: *Extendens cœlum ſicut pellem*: aliquando fumo firmato; *Cœlum*, inquit, *veluti fumus firmatus*: nonnumquam rotunditati teſtitudinis cameratæ; *Extendens*, inquit, *cœlum tanquam cameram*: ſic & eius ſolutionem, per comparationem aſſimularunt, aliquando libro qui conuoluitur, quandoque elemento quod igne

ſoluitur,

A ſoluitur, ſicut ait Apoſtolus Petrus in ſecunda Catholica vniuerſalique epiſtola : nonnunquam veſtimento veteraſcenti. Nam inductione melioris cœli tecens facti, firmamentum tolli neceſſe eſt, tanquam id quod ad conſtitutionem illam nulli rei ſit & vſui : vt eius interitu vel tum demum coarguatur, vanum eſſe quod de cœlo, expers ipſum & generationis & corruptibilitatis eſſe, circumfertut eorum hominum dogma, qui id ingenitum æternumque eſſe, & fine carete dixerunt.

QVÆSTIO XCV.

Si propter vſum & vtilitatem noſtram, creaturæ introductio facta eſt : & propter vſum itidem noſtrum quædam interibunt, & quædam in conſummatione incorruptibilitatem induent : veluti pecudes quidem & volucres & feræ, occident, cœlum vero & terra, corruptibilitate liberabuntur : atque illa quidem diſperibunt, propterea quod corpora noſtra citra indigentiam omnem teſurgent : in incorruptibilitate autem quæ dicta ſunt elementa, permanebunt, eo quod in eis remunerationem factorum reportaturi ſumus : Quomodo vero aër & mare inutilia non erunt, ſi tum manebunt incorruptibilia : cum neque ad reſpirationes, neque ad mercimonia expedienda, neque ad capturam & eſum piſcium, aut ad aliquam rem aliam eorum ope indigebimus; propterea quod corpora noſtra nullius rei erunt egena?

RESPONSIO.

Si, iuxta Apoſtolum Paulum, præterit habitus huius mundi : certum eſt, ſimul neceſſario alia omnia, quæ propter habitum mundi ſunt effecta, cum mundi habitu eſſe præterituta. Inducetur autem nouum cœlum & terra, vbi iuſtis & iniuſtis meritorum præmia tribuentur. Aëre porro etſi tunc ad reſpirationem non indigebimus, ad motum tamen & loci mutationem, neceſſario vtemur. *Rapiemur namque*, inquit, *in nubibus in occurſum Domini in aëra.*

QVÆSTIO XCVI.

Si eis tantum quæ ex animi ſententia fiunt, benefactis laus & præmium debetur à Deo : quid de pueris ſtatuendum, qui præter animi ſui ſententiam ab Herode ſunt cæſi : & item de eis, à quibus, iumento inſideos, in introitu triumphali in vrbem Hierosolymorum, Dominus hymnum concinentibus laudem accepit ? Habentne apud Deum, iure ſibi debitam laudem & mercedem: illi, ob necem non voluntate ſua eis illatam, hi, propter hymnum non ſuopte conſilio, ſed gratią diuina, ab ipſis in Hieruſalem decantatum ?

SOLVTIO.

Si donationis Dei eſt, pro Chriſto pati: (*Nobis*, inquit, *donatum eſt, non ſolum vt in illum credamus, verumetiam vt pro illo patiamur*) paſſi autem etiam ſunt infantes pro Chriſto : digni certè iudicati ſunt gratia Dei. Quis vero non hoſce quoque merito laudauerit, gratiæ diuinæ dono à Deo auctos & collaudatos ? qui laudis præmium, præter animi etiam inſtitutum benefactis præſtitis, largiter remuneratur. Tum autem, ſi ad eorum laudem & vindictam, qui propter veram religionem affliguntur, afflictionem Deus affligentibus eos reddit : neceſſarium vtique eſt, infantes etiam ab Herode occiſos, hac laudis & iudicij cohoneſtari parte, quæ fit per afflictionum vltionem. Siquidem *Iuſtum eſt*, ait Apoſtolus Paulus, *apud Deum, reddere iis qui affligunt vos, afflictionem, & vobis qui affligimini, relaxationem nobiſcum in regno ſuo.*

QVÆSTIO XCVII.

Si gratia propterea dicitur Gratia, quod ad ignoſcendum bis qui peccant hominibus, quam Lex fuit, procliuis eſt magis : quomodo ea quæ Gratiam decent, in Lege prolixius repetiuntur ? Hæc enim, luſtrationibus quibuſdam, & victimis ratione carentium, & diuerſis baptiſmorum purificationibus, quotidie lapſos criminibus abſoluit. Gratia autem, vnum confert baptiſmum. Atqui ſi ſemel tantum lapſu concideremus, ſemel tantum noxæ etiam remiſſione indigeremus : Frequenter autem cum peccemus, apertum eſt, frequenti quoque nos egere remiſſione. Quod quidem non Gratia, ſed Lex per eas quas diximus luſtrationes, & reliqua, præſtare tinuit. Quo ergo pacto probabitur, cum res ita vt dictum eſt habeat, Lege Gratiam eſſe benigniorem & humaniorem ? E

RESPONSIO.

Eius generis lapſus, per baptiſmum & ſacrificia, Lex remiſſionem concedit, qui nihil momenti affert ad vitæ & quotidianæ conuerſationis hominum detrimentum : vt eſt mortuum tangere, aut leproſum, aut aliquid eiuſmodi. Cæterum in delictis aliis, quæ vitæ aut conſuetudini ciuili hominum damnum afferunt, veniam non dat, neque per baptiſmos, neque per irrationalium victimarum oblationes: ſed iuſtam atque dignam, per ius æquum talionis delinquentibus refert compenſationem : *Animam*, inquit, *pro anima; oculum pro oculo, dětem pro dente.* Vbi vero æquum retributionis ius minus conuenienter adminiſtratur, ibi peccantibus igne, vel ſaxo, vel ferro, mortis infertur ſupplicium. Nam filiam ſacerdotis fornicantem, igne comburit; popularis autem viri, lapidibus enecat : coniugem vero, gladio percutit. Neque aliquam habet lex poteſtatem, vt eiuſmodi criminis reum quenquam, per benignitatem, baptiſmorum luſtrationibus, & rebus diuinis faciendis ſaluet. Gratiæ autem permagna eſt aduerſus delinquentes vis & potentia. Hæc namque Lege adhuc dominante, niſi regem Dauidem duplici capitali peccato implicatum excepiſſet, eique pœnitentiæ fores aperuiſſet : non inueniſſet ille apud Legem, quæ peccatores ſeruare poſſet, humanitatem. Hæc in mundo medicum peccantium probarum conſtituit, pœnitentiam ipſam: quæ etiam ſeptuageſies ſepties lapſos ſanandi poteſtatem obtinet : ſi modo in animum illi inducant, pœnitentiæ vti voluntate [& præſcripto.]

F G

QVÆSTIO XCVIII.

Si timorem Dominus non neceſſarium eſſe aſſerit, per id quod dicitur ; *Qui timet, non eſt perfectus in charitate:* quomodo rurſus diſcipulos docet: *Metuite illum qui poteſt & animam & corpus perdere in gehenna.*

RESPONSIO.

Non à Domino illud dictum eſt ; *Qui timet, non eſt perfectus in charitate :* quamuis qui id dixit, de ſententia Domini dixit. Hoc autem; *Metuite potius illum qui poteſt & animam & corpus perdere in gehenna :* non ad tollendam charitatem perfectam, eſt dictum. Nam qui maiore Dei timore, minorem hominum timorem abolet, charitate Dei id facit : ita vt maior Dei timor, cauſa ſit ne rebus cariſſimis excidamus. Quo namque eſt id quod fidem auctoritatémque apud nos obtinet præſtabilius, eo diligitur magis : & quod diligitur magis, eo qui diligit, ne illo excidat, vehementius timet: tantiſper dum eſt in certamine, pro eo quod diligit, ſuſcepto. Porro certamine ſoluto, vna cum illo timor quoque, eo quod cariſſimum habemus, decidendi ſoluitur. Quocirca ad id vſque tempus, timor Dei neceſſarius eſt, non enim ſicut odium abolet caritatem, (impoſſibile namque eſt, eundem & amare & odiſſe) ſic etiam timor. Licet enim eundem & amare, & metuere. H

QVÆSTIO XCIX.

Si Deus in Lege victimas rationis expertium ſacrificari iuſſit, vt illis homines ſuam in Deum obſeruantiam

oſtenderent: quomodo propter humanas quas immolarunt hoſtias, Græci illis impij magis probantur eſſe? quod quidem à veteribus factum eſſe dicunt, maioris venerationis gratia; qua proſequuti ſint, per rationalium hoſtiarum cultum, eum quem præſtantiorem iudicio ſuo habuerunt, Deum. Quanto enim irrationali rationale eſt præſtabilius, tanto etiam huius quam illius victima venerabilior. Hoc ex rebus Iephthæ oſtenditur clarius: qui, cum filiam ſuam Deo mactarit hoſtiam, in Epiſtola ad Ebræos ab Apoſtolo in piorum recenſetur catalogo.

RESPONSIO.

[In ſacris Iudæorum, non] oportet, iuxta Legis præſcriptum Deo oblatam victimam, quod irrationalium ſit ſanguis, ſed vt illam Deus ſibi conſecratam acceperit, ſpectare. Si namque ſanguinem irrationalium animantium oblatum ita accepit [Deus quaſi] animam ipſe ſuam obtuliſſet qui ſacrificium [id exhibuit,] certum fuerit, primum atque præcipuum honorem & dignationem [oblationis huiuſmodi fuiſſe] ex benigna voluntate ita eam accipientis [& obſeruantiam comprobantis Dei.] Quod vero perinde atque animam ipſe ſuam hoc modo Deo offerebat qui ratione carentium ſanguinem offerebat, teſtantur diuinæ litteræ, vbi dicunt: *Pro anima*, inquit, *eorum qui offerunt, ſanguis victimarum ſuarum offertur in ſancta ſanctorum.* Non ergo ex natura hoſtiæ oblatæ, ſed ex animo accipientis, ſacrificij dignatio ac Dei veneratio eſt iudicanda. Qui quod generi humano parceret, & conſumi homines in dies ſingulos in ſacrificiis oblatos, genuſque extingui nollet, hominibus ipſis vt creſcerent atque perdurarent conceſſit: victimis autem eorum ſummam attribuit dignationem. At qui apud Græcos & Paganos coluntur dij, dæmones videlicet maligni & inhumani, ſacrificiis gauiſi ſunt quibus humanum genus imminueretur exſtinguereturque, quod profecto eſt, tum beluinæ Græcorum deorum immanitatis, tum Græcorum atque paganorum ipſorum impietatis documentum: qui generis humani abolitione prolixè quidem, vti dicunt re autem vera longè fœdiſſimè deos ſuos venerari contendunt. Enimuero cauſa, cur in catalogum piorum relatus ſit Iephthe, hæc eſt. Precatus is fuerat, aduerſus hoſtes victoriam: pro victoria autem tali gratiarum actionis votum generatim nuncupauerat; oblaturum ſe eſſe è domo ſua, quod ſibi primum obuiam procederet, è bello cum trophæo reuertenti. Diabolus vero vbi votum ita indefinitè conceptum eſſe accepit, machinatus eſt Iephthæ per inſidias, tranſgreſſionis nectere laqueum: & filiam eius vnicam commouit, vt cum cithara e domo ad occurrendum patri prodiret: quo filiæ Iephthe parcendo, voti religionem violare cogeretur. Sed enim ne inſidiis quidem ita ſtructis, laqueoque poſito, diabolo venatio conatúſque ſuus ſucceſſit: quod antiquius filiæ ſalute & vita, voti reddendi Iephthe habuerit Sacramentum. Permiſit autem Deus, illam in ſacrificio victimam offerri: non quod humano delectaretur ſanguine, verum vt homines poſteri documentum haberent, ne vnquam vota ſua Deo infinitè nuncuparent. Multa enim abſurda ſunt per huiuſcemodi generale votum cauenda: quæ ne acciderent, prouidens Deus permiſit vt Iephthæ filia, victima ſacrificij fieret. Quod ſanè quidem minimè delectus aut inſtituti principaliter fuit, neque Dei, neque Iephthæ ipſius; ſed fortuiti quodammodo euentus, qui votum indefinitum eſt conſequutus. Quapropter cum Iephthe pietatis erga Deum ſuæ obſeruationem, filia ſua pro hoſtia mactanda declarauerit: non immerito memoria eius, in iuſtorum nomenclaturam eſt inſerta.

QVÆSTIO C.

Si Deus ad aſtruendum, verum eſſe Orthodoxorum cultum, miraculorum edendorum gratiam Eccleſiis eorum ab initio donauit: quid ita, cum hæretici, qui ibi Deum colere, ab Orthodoxis deficerent, non etiam vna diuina defecerunt dona; ſed erroneus quidem cultus in Eccleſias irrupit: quæ autem ad incrementum Orthodoxiæ à Deo conceſſa ſunt munera, ſub hæreticis eandem in Eccleſiis vim habuere, & efficaciam?

RESPONSIO.

Si quidem per hæreticos viuos vel mortuos, diuina benignitas gratiæ donationes exhibuiſſet, haberet eas res rationabilem dubitandi & quærendi cauſam. Sin qui in Eccleſiis miracula edunt, ſancti ſunt Apoſtoli, Prophetæ & Martyres: ipſorum ſcilicet diuinis operibus teſtimonium mundo perhibet Deus, eorum eſſe Eccleſias, per quos mira efficiuntur; hoc eſt Orthodoxorum. [Præter rationem igitur hæc eſt concepta quæſtio.]

QVÆSTIO CI.

Si meditando ratione præditus quiſque cognitionem aſſequitur: & cognitionis lex eſt, vt poſt minora tradantur maiora: quod ſanè apud Iudæos obtinens magis liquet, qui Legis prius, deinceps autem Euangelij percipiunt diſciplinas: quomodo igitur non eandem rationem nos quoque in diſcendo ſequimur, qui maiora prius quam minora docemur? Dico autem ea quæ Legis ſunt, minora: quæ Euangelij, maiora. Cum enim vna ſit eorum & noſtra natura, vnam quoque conueniebat eſſe doctrinæ rationem: præſertim cum in diſciplinis, niſi quæ inferiora ſunt, præceſſerint, præſtantiora præpediantur.

RESPONSIO.

Si neceſſitas quæ in illis eſt diſciplinis, vt niſi præcedat minorum doctrina, meliora inhibeantur, in noſtris etiam obtineret ſtudiis: non conſequenti ratione noſtra conſtaret inſtitutio. Sed cum fieri poſſit vt citra rationem talem, noſtræ percipiantur doctrinæ: liquidum fuerit, liberas eſſe ab huiuſmodi neceſſitate diſciplinas noſtras. Porro id quod à neceſſitate liberatum ſit, de inconuenienti ratione reprehendi nequit. Atque hæc dicta ſint, ſoluendi quod in quæſtione poſitum eſt, ſophiſmatis ſiue fallacis concluſionis gratia. Ad quæſtionem vero ipſam, hoc ſic reſpondemus: Nos quoque non inconſequenti ratione erudiri; ſed ſicut Apoſtoli ipſi addidicerant primũ ea quæ Legis ſunt, poſt illa autem, Euangelia; ita & nos illi docuerunt. Teſtantur hoc illorum dicta, quibus Euangelium denuntiauerunt. Nam vbique ex Lege Chriſtum prædicarunt: ex primis poſteriora, ex minoribus maiora. illud enim; *Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter, ex fratribus veſtris, mei ſimilem:* & illud; *Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum:* &, *Quoniam non dereliquiſti animam meam in inferno, neque vidit caro mea corruptionem:* voces ſunt Legis, Chriſtum præconio ſuo annuntiantes. Quibus etiam vſus Apoſtolus, Iudæis Euangelium prædicauit. Et quantum quidem ad diſciplinam pertinet, Euangelium nihil à Lege differt: quantum vero ad promiſſionem & præſtationem ſpectat, multum hoc illi intereſt. Quid enim eſt Lex? Euangelium prænuntiatum. Quid Euangelium? Lex completa.

QVÆSTIO CII.

Si rerum opifex, in corporis noſtri opificio nihil fecit quod vel ſupereſſet vel deeſſet, cur perinde atque ſupereſſet, præputij partem Iudæi reſecuerunt? Quæ verò inde eſt vtilitas, quod non in alia corporis parte, ſed in genitali membro, circumciſionem, qui ante aduentum Domini Chriſti fuere, receperint. Quam ob cauſam etiam, cum illi eam tanquam vtilem vſurparint, nos itidem eiuſmodi chirurgia & ſectione non vtimur?

RESPONSIO.

Quandoquidem propter ſuum ipſius & liberæ coniugis ſenium, de prole ex libera ſuſcipienda [Abraham] de-

ſperauerat,& promiſſionem ex ea prolificandi à Deo[receperat:] & quia Deo fidem habuerat, ſe aliena à generando ætate,ex decrepita & ſterili muliere filij ſibi geniti patrem fore: [eam ob cauſam illi] eiuſmodi ſignaculum fidei dedit,circumciſionem præputij membri eius: quod iam propter ſenium ad liberos procreandos nulli eſſet vſui, propter fidem autem ad gignendum vtile redditum eſſet. Circumciſionem vero iſtam, tranſmiſit ad genus vniuerſum quod ex eo productum eſt, qui præter ſpem pater eſſet factus: eaque ad indelebilem conſtat memoriam, cùm fidei Abrahæ, tum potentiæ Dei, viuificantis mortuos,& vocantis ea quæ non ſunt,tanquam ſint. Circumcidimur autem & nos circumciſione Chriſti per baptiſmum, exuentes Adamum, per quem peccatores facti mortui eramus,& induentes Chriſtum, per quem iuſtificati reſurreximus à mortuis. *In quo*, ait Apoſtolus, *circumciſi eſtis circumciſione quæ fit ſine manibus dum exuiſtis corpus veſtrum.*

QVÆSTIO CIII.

Si is cui mandatum aliquid eſt pro viribus facere laudem vel vituperationem faciendo vel non faciendo reportat: perſpicuum fuerit, qui ea quæ ſupra vires eius ſunt,non fecerit,quia impoſſibilia ſint,ratione illum reddenda non teneri. Quomodo ergo Deus, quæ ſupra vires ſint imperans,hoc eſt,vt ne peccemus, peccantem ſubiicit tormentis: cum homo Legem implere non poſſit? Teſtatur hoc & Apoſtolus: *Non iuſtificabitur*, inquiens, *ex operibus Legis, omnis caro.*

RESPONSIO.

Quod cuique homini impoſſibile eſt,id etiam cuidam homini eſt impoſſibile, veluri volatus in aëre adinſtar aquilæ, cuidam homini eo eſt impoſſibilis, quod & cuique homini ſit impoſſibilis:& contra,Quod certo homini poſſibile eſt,vt nauigare,omni etiam homini eſt poſſibile.Enimuero ſi,quemadmodum dicit Scriptura,quidam eorum qui ſub Lege vixerunt, per iuſtitiam fuere inculpati: videlicet omnibus quoque ſub Lege poſſibile fuit, vt pari modo per iuſtitiam Legis eſſent inculpati.Loquitur namque beatus Paulus Apoſtolus de ſeipſo: *Iuxta iuſtitiam quæ eſt in Lege, factus irreprehenſibilis.* Diuus autem Lucas Euangeliſta,de Zacharia & coniuge eius Elizabeta; *Erant iuſti ambo coram Deo, verſantes in omnibus præceptis & iuſtificationibus Domini ſine querela.* Quæ vero eſt vniuerſa ſecundum Legem Iuſtitia? Diligere Deum ſupra ſeipſum,& proximum vt ſeipſum.Quod impoſſibile non eſt hominibus,voluntatem ad id adiungentibus. Quocirca illud, *Ex operibus Legis non iuſtificatum iri omnem carnem:* nonpropterea Apoſtolus dicit, quod præſtare impoſſibilia non poſſimus, ſed quod facere poſſibilia non velimus. Voluntate namque ad poſſibilia vtimur, non ad impoſſibilia. Nam operibus quæ poſſibilia ſunt,& in poteſtate noſtra ſita,ſi vel fiant vel non fiant,aut laus debetur,aut vituperatio.Eo autem quod nō velimus, non eo quod non poſſimus, omnes peccamus homines. Huius rei indicium eſt,quod non omnes homines omnibus peccati generibus implicantur; ſed quidam in hæc, quidam in illa incidunt delicta.Et nonnulli pluribus, alij paucioribus, quidam nullis inuoluuntur, prout illi quos diximus iuſti.Quod certè hominibus non contingeret,vt ſcilicet quadam peccati ſpecie peccarent, quadam vero nunquam peccarent;ſi natmæ impotentia, & non auerſa arbitrij voluntate, mortales peccarent.

QVÆSTIO CIV.

Si in criminibus, Lex delinquentibus pœnitentiæ locum non concedit, ſed periculum eis, quod vitari nequeat, inducit:quomodo adulterio & homicidio patrato, propheta Dauid non contra Legem veniam eſt conſequutus?Ac ſi quidem bonum eſt venia:quare Legi,vt veniam non concedat, coniunctum eſt? Sin malum, quod equidem non puto,quomodo bonorum præbitor malum prophetæ eſt largitus?

RESPONSIO.

Si in criminibus Lex delinquenti, pœnitentiæ locum non concedit:quomodo in nonageſimaſeptima quæſtione, Lex eſt prælata gratiæ,tanquam ea quæ promptior ſit & humanior ad noxam peccantibus remittendam;quos quotidie baptiſmi luſtrationibus, & victimis irrationalium in ſacrificiis crimine abſoluit? nunc autem in propoſita quæſtione,ne gutta quidem Legi relicta eſt humanitatis,ſed non ignoſcendi ei ſeueritas coniuncta,quæ periculum delinquenti creet, quod vitari nequeat? Et hoc quidem ad hoc quod hac in re notabile eſt, & ad quæſtionum inter ſe repugnantiam,ſit dictum. Quæſtioni vero ſic reſpondebimus.Quanquam Lex ſeueritatem noxæ non remittendæ obtinet, Gratia tamen peccatori pœnitentiam concedit.Illud enim; *Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt: Sed lauamini,& mundi eſtote: &, ſi fuerint peccata veſtra vt coccinum,tanquam niuem dealbabo:* & illud; *Nolo mortem peccatoris, ſed potius vt conuertatur & viuat:* reſponſa ſunt diuinæ gratiæ, peccatores vocantis ad indulgentiam & beneficium Legis; qui per pœnitentiam commiſſorum antea delictorum veniam conſequuntur. Itaque bona eſt venia,& diuinæ gratiæ donum.Et eſt illa neque ſecundum legem, neque aduerſus legem:ſed ſupra legem,& pro lege.Supra legem quidem,quoniam gratia: pro lege autem, quia per pœnitentiam peccatores adducit ad indulgentiam & beneficium Legis, ſicut & Dauidem.

QVÆSTIO CV.

Si hominibus cunctis, propter naturæ infirmitatem, precationis auxilium eſt neceſſarium: ea vero non adeſt Domino Chriſto,vtpote Domino,amplam ad omnia obtinenti poteſtatem: cur Chriſtum Apoſtolis frequentius orantem, ex diuinis diſcimus litteris?

RESPONSIO.

Quemadmodum Dominus eſuriuit & ſitiuit, & laborauit, & lacrymauit, & ſudauit: quamuis enim nihil horum, propter exuberantem eius potentiam, tolerare potuerit; ſuaptè tamen ſponte iſta quæ infirmitatis naturæ ſunt, pertulit, vt ſpecimen de ſe imbecillitatis humanæ præberet: ita & orauit eandem ob cauſam. Nam ſi,cum voluntate ſua imbecillitates naturæ ſuæ ſuſtinuerit, quidam dicere audent, non eſſe illum naturæ noſtræ: quomodo id non allegarent multo magis cum demonſtratione vberiore, ſi nequaquam preces ſuas expoſuiſſet apud Deum & Patrem? Et quoniam de Apoſtolis nulla fuit,an homines eſſent, ambiguitas; de Seruatore autem futurum erat vt hoc in dubium vocaretur:propterea crebrius eum quam Apoſtolos & reliquos homines oraſſe, diuinæ renuntiant Scripturæ.Si etenim cum ſuperior infirmitatibus carnis pèr reſurrectionem ſit factus,vt pontifex profeſſionis noſtrę,intercedit pro nobis apud Patrem: quomodo non multo magis, cum adhuc fragilitati carnis ſubiectus eſſet, valido opus habuit & vehementi clamore & lacrymis, cum quibus preces obtulit ei, qui ipſum à morte potuit ſeruare?

QVÆSTIO CVI.

Si hominum cunctorum vnam caro, & vnam anima habet eſſentiam: quomodo hic quidem tardi, ille autem acuti eſt ingenij? Quod ſi animus eiuſmodi differentiæ cauſa ſit, neceſſe fuerit exiſtimare,variam eſſe animorum eſſentiam, pro ingeniorum varietate: ſin caro,eadem in eam quadrauerit ratio.At enim ſi ex chymo (ſeu decocto ſucco) quopiam, veluti arido aut liquido, vel calido aut frigido exuberante vel deficiente, alterum altero eſt potentius,ſicut inſipientia aut prudentia: vndénam,& quomodo, eiuſmodi quoddam inualuit diſcrimen; quod in

nobis efficit vt ingenij exuberet vel acumen vel hebetudo?

RESPONSIO.

Ingenij acuminis vel tarditatis cauſam quidam conferunt in elementorum, ex quibus corpora noſtra conſtant, temperiem & intemperiem, & aptam inſtrumentalium partium compoſitionem: rectéque illi horum cauſam retuliſſe videntur. Et ſunt nonnulli, qui in iuuentute quidem ad inueniendum atque intelligendum acres, diſciplinarumque capaces; in ſenecta vero, in contrarium mutati, hebeti ſunt ingenio. Quod indicio eſt, participationis & inæqualitatis eiuſcemodi temperiem & intemperiem, cauſam eſſe. Conſimiliter vero, qui nimium graui ſunt capite, & grandicipites vocantur, propterea quod aptam conuenientémque aliis corporis partibus, propter paruitatem aut magnitudinem præcellentem, proportionem non ſeruant: minus quoque ipſi appoſiti ſunt ad acute cogitandum, & mentis ſenſa percipiendum. Porro alij etiam, ad rerum quæ natura conſiſtunt cognitionem, prompti & acuti per diuinam fiunt gratiam: iuxta illud; *Conceſſit Dominus Salomoni latitudinem cordis, quaſi arenam quæ eſt ad labrum (ſeu litus) maris:* & illud; *Quibuſdam datur per Spiritum, ſermo ſapientiæ, aliis autem ſermo ſcientiæ.*

QVÆSTIO CVII.

Si ab infidelibus, fallaciæ & ſeductionis gratia, reperta ſunt carmina: eis vero qui in Lege fuere, inducta ſunt, propter mentis inſipientiam: nos, qui gratiæ perfectas, ab eis autem qui dicti ſunt modis alienas accepimus diſciplinas, quare in Eccleſiis, cantilenis, eorum qui in Lege fuere inſipientium more, vtimur?

RESPONSIO.

Simpliciter canere inſipientibus non conuenit; ſed inſtrumentis inanimatis, & crotalis cum ſaltatione canere. Quocirca in Eccleſiis, non vſus carminum per eius generis inſtrumenta, & alia inſipientibus congruentia, receptus eſt; ſed ſimplex cantio in eis manet. Excitat hæc enim cum voluptate quadam animum, ad flagrans eius quod carmine celebratur deſiderium: affectiones & concupiſcentias carnis ſedat: cogitationes malas inimicorum, quos cernere non eſt, ſuggeſtione orientes amolitur: mentem ad fructificationem diuinorum bonorum rigat: pietatis decertatores generoſos & fortes per conſtantiam in rebus aduerſis efficit: omnium rerum, quæ in vita triſtes & luctuoſæ accidunt, piis affert medicinam. *Gladium Spiritus* hoc Paulus appellat in armamentario; vbi contra inuiſibiles aduerſarios, milites veræ pietatis ſuis inſtruit armis. Verbum namque Dei eſt, & id quod animi cogitatione, quod carminis præludio, quod carmine ipſo celebratur: ac dæmones fugat depellitque. [Et in rebus denique omnibus] quæ piis eueniunt, animus veræ pietatis virtutibus, per carmina Eccleſiaſtica perficitur.

QVÆSTIO CVIII.

Si ignorantia quæ præter voluntatem prouenit, veniam ſecum affert, ſicuti nos Scriptura docet: quomodo qui olim extitere Iudæi, & Chriſtum per ignorantiam ſupplicio crucis affecere, plurimis & intolerandis experiri atque affecti ſunt calamitatibus? quemadmodum in libris de captiuitate eorum docet Ioſephus. Qui vero nunc in rebus humanis ſunt Chriſto ſuo immorigeri, patria quidem illi ſua eiecti, & in terram omnem diſſipati, gentibus autem in ſeruitutem fœdam traditi ſunt quemadmodum res ipſa, quauis columna, cui res acta ſit inſculpta, dilucidius declarat. Vtrorumq; vero ignorantiam aſtruit, quandoque ipſe Dominus, *Pater* dicens; *remitte illis, quia neſciunt quid faciant:* quandoque autem Apoſtolus, cum inquit; *Nam ſi cognouiſſent, haudquaquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* Atque hæc quidem de vetuſtioribus, de præſentibus vero Iudæis: *Teſtimonium,* inquit, *illis perhibeo, quod ſtudium Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam.*

RESPONSIO.

Quando præter voluntatem proueniens ignoratio, ab ignorantibus reputatur pro notione: tunc euentus interpoſitus rei per ignorantiam geſtæ, aut veram fuiſſe, aut erroneam imprudentémque notionem declarat. Cum autem quæ notio habita eſt, per euentum ignoratio fuiſſe demonſtrata ſit: ſi ignorans in ignoratione perſeueret, nullam ſecum affert veniam, ſed pœnam, quam effugere nequeas. Sed enim Iudæos Chriſtum crucifixiſſe, perinde atque ipſum cognouiſſent Dei eſſe aduerſarium, & eius rei [ſuffragatorem] habuerint in cæde ſua Deum, cuius liquet. Non enim illum crucifixiſſent, ſi nouiſſent, Deum ipſum poſt mortem ſuam ex mortuis reſuſcitaturum fuiſſe. Reſuſcitatus vero ex mortuis à Deo Chriſtus, illam quæ contra eum habita erat notio, reuera ignorantiam fuiſſe oſtendit. Quandoquidem igitur poſt reſurrectionem Domini à mortuis, & poſt probationem ſiue oſtenſionem, neque Deum ſuffragatorem Iudæis fuiſſe in morte Chriſti, neque Chriſtum, citra reſuſcitationem in morte manſiſſe, ſecundum eorum ſpem qui illum crucifixerant Iudæi ipſi adhuc in incredulitate & inobedientia perſeuerarunt: ob hanc ipſam cauſam venia fuere indigni. Quod enim argentum dederunt vt reſurrectio eius premeretur, & pro furto in vulgus ſpargeretur; atque Apoſtolos prohibuerunt, in nomine ipſius diuina perficere, quæ vi & efficacia Spiritus ſancti edebantur opera: non eſt præter voluntatem obuenientis, & veniam ſecum ferentis ignorationis; ſed deſtinatæ & voluntariæ, ſuppliciumque ſecum trahentis aduerſus Deum rebellionis. Nam ſi ea ſpe Iudæi Chriſtum cruci affixerunt, vt ne doctrina eius inualeſceret, & Iudaiſmus ne abrogaretur: quomodo quum vtriuſque ſpei euentu deciderint, quæ præter voluntatem obuenit aduerſus Chriſtum ignorantiam ipſorum, ea res non coarguit & refellit? Porro illud: *Tu pater, remitte illis; neſciunt enim quid faciant:* in hanc eſt dictum ſententiam. Quum agnouerint quod me per ignorantiam crucifixerunt, & peccati commiſſi gratiam & abſolutionem petierint, præſta hanc eis. Non enim datur noxæ remiſſio ei qui peccatum ſuum non pro peccato, ſed pro iuſtitia habet. Et illud quod à Paulo dictum eſt; *Teſtimonium illis perhibeo, ſtudium eos habere Dei, ſed non ſecundum ſcientiam* parcentis modo eſt prolatum, dicto illi conſentaneo: *Infirmis factus infirmus; vt* (iuxta ea verba) *curarem infirmos.*

QVÆSTIO CIX.

Si reſurrectionis donum ſe omnibus defunctis Deus daturum eſſe recepit: & omnes è ſepulcris reſurgentes, apud Iudicem ſuum comparituri ſunt: quomodo illud ad rem conferetur, quod Dominus dicitur Iudex viuorum & mortuorum? Quomodo autem mortui iudicari poterunt, quorum corpora in monumentis ſunt proiecta, animæ vero per diuortium à corporibus ſegregatæ?

RESPONSIO.

Non omnes, inquit, *dormient.* Iudicabit ergo viuos quidem ille, qui tunc viuent: mortuos autem, qui reſurgent è mortuis. *Veniet, ait, hora, & nunc eſt, quando omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei, & prodibunt qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt, in reſurrectionem condemnationis.* Oportebat itaque fide & approbatione in hoc verbo rem quæ fieri poteſt, intueri, & per dubitationem non proferre ratione carentem quæſtionem.

QVÆSTIO CX.

Si Dominus patrem aut matrem, aut liberos & quæ ſequuntur, relinquentibus centuplum retribuere pollicitus

eſt:

eſt : nom & vxores centum illi recepturi ſunt ? Quomodo vero, cum permulti eis quæ dicta ſunt, propter præceptum relictis, in mendicitate, & orbitate, & ſolitudine vitam finierint : non fruſtra fuit & falſa eiuſmodi promiſſio ?

RESPONSIO.

Quemadmodum *patres & matres*, & *fratres & ſorores* eos dicit qui affectione familiaris conſuetudinis Chriſtum receperunt, & patrem atque matrem, fratres & ſorores reliquerunt : ſic & *vxorem* eam vocat, quæ tempore derelictionis propter Chriſtum, curam gerit derelinquentis naturâ vxorem. Enimuero vnde Eccleſia Domini Chriſti quæ ab initio Chriſtianæ prædicationis, longo tempore ab aduerſariis, Græcis ſimul & Iudæis eſt oppugnata & direpta, & in ſpiritualibus, & in humanis rebus, hominibuſque adeo ipſis tantum cepit, quantum videmus incrementi, ſi diuinum & viuidum Saluatoris, quod multiplicatam promiſit remunerationem, verbum, vim & efficaciam ſuam in ea non exhibuit ? Vnde autem locupletes viri & fœminæ, facultates ſuas conferentes, in deſertis locis anachoretas & monachos quæſiuerunt, atque penuriam eorum ſuppleuerunt ; ſicut id ex priſcorum ſanctorum virorum hiſtoriis intelleximus : ſi non Dominus ipſe Chriſtus, promiſſionem ſuam ad exitum ſuum perduxit ?

QVÆSTIO CXI.

Si ad aſſerendam corporum reſurrectionem, velut appoſita opportunaque ſeminis comparatione, in epiſtola ad Corinthios vſus eſt Apoſtolus : quomodo illi, qui fruſtratim diſſecantur, aut qui comburuntur, reſurgent : quum ſemina poſt ſectionem aut vſtionem non germinent, ſed omni ex parte intereant ?

SOLVTIO.

Natura ea efficit quæ ex ſeminibus producuntur ; vt quæ certam demenſamque ad id ab opifice rerum acceperit facultatem : vt autem ſemina apta ſint & idonea, ad ea quæ ex ipſis fiunt, producenda, neceſſe eſt : quapropter ſi illa vrantur aut concidantur, inutilia ad procreandum quæ ex eis fiunt, redduntur. At enim Deus demenſam non habet facultatem. Quocirca nihil ei eſt non appoſitum ad facienda quæ velit omnia : neque vel diſſectione vel adustione prohibetur, quo minus corporum efficiat reſurrectionem. Nam Deus non lege & demenſo naturæ operatur, ſed ſuapte voluntatis conſiliique poteſtate : quæ re nulla deſtituitur ad ea quæ velit efficienda. Apoſtolus porro vſus eſt ſeminum ſimilitudine, probandæ reſurrectionis mortuorum gratia; vt per comparationem, probabilem atque credibilem redderet reſurrectionis rationem : quoniam ſicuti incredulitate non diffidimus de ſeminis germinatione, naturam eius in terra emortuam & profligatam cernentes : ita etiam de mortuorum reſurrectione minimè ambigere, atque incredulitate addubitare debemus. Deus namque qui naturæ contulit per ſemen vim germinandi, multo ipſe magis ex morte excitare poteſt defunctos.

QVÆSTIO CXII.

Si *Regnum Iſraëlis*, Apoſtoli putauerunt eſſe gloriam & delicias & laxamentum terrenum, ſicuti nonnulli dixere : quare Dominus de hoc ab illis interrogatus, non ſolum errorem illorum non correxit ; verumetiam ignorantiam eorum aſtrinxit, dicens illis ; *Non eſt veſtrum, noſſe tempora & articulos temporum, quos Pater in ſua ipſius conſtituit poteſtate.* Porro reſponſum hoc illorum conſtabilit quæſtionem.

RESPONSIO.

E

Et hoc ipſum ex eis vnum eſt, quæ ab Apoſtolis ante aduentum Spiritus ſancti cognoſci non potuerunt, pro eo atque dictum eſt ; *Multa habeo quæ vobis dicam ; ſed non poteſtis portare nunc : cum autem venerit ille qui eſt Spiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem.* Vbi vero à Spiritu ſancto edocti ſunt illud ; *Et ventrem & eſcas Deus abolebit* : ex opinione Iudaïca ad ſenſum tranſlati ſunt, ſtatui eorum qui ex mortuis reſurgunt, conuenientem : in quo neque eſca neque potio, neque matrimonium eſt ; ſed Angelis Dei ſimiles erunt reſurrectionis filij. Hoc ergo ; *Non veſtrum eſt, noſſe tempora & articulos temporum, quos Pater in ſua ipſius conſtituit poteſtate* : ſpeciem non habet, per imprudentiam conceptam interrogantium opinionem confirmantis ; ſed in ambiguo interrogantes de vtroque, & tempore ſcilicet, & modo opinionis conceptæ, relinquentis. F Declarat vero & Paulus ſtatus illius modum, cum dicit ; *Non eſt regnum Dei, cibus & potus, ſed iuſtitia & pax, & gaudium in Spiritu ſancto.*

QVÆSTIO CXIII.

Si perfectum eſſe tum demum intelligimus id quod perfectum eſt, cum vniuerſa habeat quæ ad perfectionem faciunt : perfectum autem id ſummè eſt, quod re nulla prorſus acceſſionem vel auctum recipit : quomodo Deus, qui ante creationem fuerit, & poſtea creationem perfecerit, ita *Opificis* & nomen & rem ipſam recepit ? atque ex eo quod Deus fuit, in id vt Opifex eſſet, auctum & generationem in ſe admiſit ?

RESPONSIO.

Aliud eſt, Idem ipſum eſſe ; & aliud, Alterius eſſe. Et Idem eſſe, habitum non admittit : Alterius autem eſſe, habitum admittit. G Porro cum perfectio Dei in eo ſit, quod Idem ipſum eſt : propterea non auget eum id quod alterius eſt. Et quemadmodum vnitati id nihil confert ad perfectionem eius, quod principium ſit numeri : (nam etiam ſi numeri principium non eſſet, perfecta tamen eſſet : & cum principium eius facta ſit, non aucta tamen eſt) ſic Deus quoque ante creationem perfectus erat, & poſt creationem auctus non eſt. Non igitur quidquam eorum quæ per creationem ſunt, Deum adauget : (*Tu enim*, inquit, *idem es*) ſed habitum ipſum quem ad creaturam obtinet, multifariam. *Nimis*, inquit, *exaltatus es ſuper omnes deos* : tanquam Pater ſcilicet, & Dominus, & Iudex, & Paſtor, & quæ ſunt his ſimilia. Et quemadmodum eo quod non plures condidit mundos Deus, [cum id ipſum etiam præſtare poſſet,] imperfecta eſſe probata non eſt perfectio eius, qua ſuper [omnes deos exaltatus eſt : ita neque eo, quod vnum condidit mundum, incrementum aliquod cepit.] Quod ſi propterea, quod plures mundos non fecerit Deus, imminutus non eſt : eo certè quod vnum mundum fecerit, au- H ctus quoque non eſt.

QVÆSTIO CXIV.

Si id quod potentia eſt [ſiue quod eſſe poteſt,] minus eo quod actu conſtat, [ſiue quod eſt:] quomodo mundi creator, cum ante mundum conditum, potentia conditor fuerit, & non actu, minutionis nomini non ſubiicitur?

RESPONSIO.

Quarum rerum potentia, actionis naturali quaplam neceſſitate ſubſiſtit, earum rerum potentia minor actione ipſa exiſtit. Cuius autem rei potentia, actionis naturali neceſſitate non ſubſiſtit, ſed ſuapte voluntate & conſilio : ea minutionis nomini non ſubiicitur. *Conſideraſti*, inquit, *& omnia tibi adſunt.*

QVÆSTIO CXV.

Si genuum inclinatio in precationibus, magis precatores Deo commendat quam ſi ſtantes orent; magiſque ea res diuinam permouet commiſerationem: quapropter diebus Dominicis, & à Paſchæ feriis ad Pẽtecoſten vſque, precantes genua non flectunt? Vnde autem talis etiam in Eccleſias peruenit conſuetudo?

RESPONSIO.

Quia vtriuſque nos oportuit iugem obtinere memoriam, & ipſius per peccata lapſus noſtri, & gratiæ Chriſti noſtri, per quam à lapſu reſurreximus: ea propter genuum per ſex dies inclinatio, ſymbolum & nota eſt lapſus per peccata noſtri. Quod verò die Dominico genua non inflectimus, ſignum eſt & deſignatio reſurrectionis: per quam gratia Chriſti, & à peccatis, & à mortificata in eis morte liberati ſumus. A temporibus autem Apoſtolorum, conſuetudo talis accepit initium: prout ait beatus Irenæus, martyr & epiſcopus Lugdunenſis, in libro de Paſchate. vbi quoque mentionem fecit Pentecoſtes; in qua genua non inflectimus: quoniam pari eſt cum die Dominico poteſtate, iuxta eam quæ de illa eſt dicta cauſam.

QVÆSTIO CXVI.

Si reſurgens monumento Dominus, ſepulcrales veſtes in ſepulcro reliquit: quid ita poſt reſurrectionẽ, Scriptura illum vel nudum exhibitum eſſe, vel aliunde veſtem ſumpſiſſe, non memorauit? Sin neque aliunde amiculum accepit, neque nudus eis qui eum ipſum conſpexere, apparuit, quomodo verum illud eſt, quod veſtes in ſepulcro reliquerit?

RESPONSIO.

Veſtimenta ſeruatoris, poſtquam crucifixus eſt, milites inter ſe diuiſerunt: quæ vero cum eo mortuo in ſpulcrum illata ſunt, ad vſum viuentis minus fuere idonea Porro veſtes quas Dominus poſt reſurrectionem geſtauit, vel ipſe creauit, vel aliunde ſumpſit: quemadmodum & pullum cui inſederat, ſumpſerat; vtrumque enim præſtare potuit, & creare videlicet, & aliunde accipere. Porro cum multa ſint à Domino & dicta & facta, quorum memoriam Scriptura non complectitur diuina: neceſſario quoque de veſtimentis poſt reſurrectionem [id quod diximus conſtituere conuenit, ſicuti de rebus conſimilibus;] vt omnium quæ in ſacram hiſtoriam relata non ſunt, rationabilem inquiramus cauſam [Et ſicuti de rebus aliis, ita & de indumentis hiſce Domini,] in hiſtoria non expreſſis, minimè decet ambigere, verum ex potentia eius de veſtitu ſuo probationem & fidem petere.

QVÆSTIO CXVII.

Si fores clauſæ, corpus craſſarum partium ab aditu prohibent: quomodo poſt reſurrectionem, ad diſcipulos foribus clauſis Dominus eſt ingreſſus? Atenim ſi verum eſt quod foribus clauſis intus conſpectum ſit, fuiſſe corpus, quomodo qui monumento impoſitus fuerat lapis, ab angelo eſt reuolutus, propter ipſius corporis excitationem? Sin in vero eſt quod Scriptura de ianuæ occluſione aſſerit, nempe non corpus, ſed ſpiritus ingreſſus fuerit: Iam ſi corpus quandoque erat corpus, quandoque ſpiritus: quomodo ea quæ in corporis ſubſtantia extitere, mutabilitatem non admiſere?

RESPONSIO.

Quemadmodũ non mutatione corporis in ſpiritum, Dominus ſuper mari deambulauit; verum diuina potentia ſua, mare quod pedibus calcari nequiret, ad inambulandum commodum, & peruium reddidit, non ſuo ipſius tantum corpori, ſed & Petri itta & ſuapte potentia è monumento, cui lapis impoſitus fuit, egreſſus eſt, & ad diſcipulos ianua clauſa ingreſſus, non enim excitationis eius gratia, ſaxi ipſius de monumento facta eſt deuolutio; ſed eorum cauſa qui id conſpecturi erant, vt ipſis reſurrectio oſtenderetur. Nam quod ſepulcralia eius in monumento veſtimenta viderunt; ipſum autem non viderunt: euidentiſſimum reſurrectionis eius fuit indicium. Conſiderare vero nos oportet, quæ pari ſunt potentia, ea eandem & conceſſa & negata obtinere fidem. Parem autem habet potentiam, deambulatio ſuper mare corpore non mutato, cum ingreſſu ad diſcipulos, foribus clauſis, corpore non mutato. Et fieri non poteſt vt eorum quæ in natura ſupra naturam diuinâ ſiunt potentia, ratione naturali aſtruatur aſſertio. Idcirco eiuſcemodi introitu diſcipulis exterritis permiſit vt loca corporis quæ paſſionem pertulerant, contrectarent, & perſentiſcerent, ſe non mutatione corporis in Spiritum, ſed corpore craſſarum partium, per diuinam ſuam potentiam, rerum quæ ſupra naturam ſunt effectricem, introitum ad eos talem inſtituiſſe.

QVÆSTIO CXVIII.

Si Deus, quod omnia in orbe naturæ effecit, vniuerſitatis factus eſt Dominus: vnde & Dauid in omni loco dominationis Domini, benedicere Domino iubet, perſimiliter autem & Paulus apoſtolus in omni loco ſuſtollere ad Deum puras manus præcipit: quamob cauſam tanquam opus veneratione dignum, & quaſi habitaculum diuinum eſſe exiſtimantes ſolis clima, intentis in id oculis, Deo hymnos & orationes offerimus. Qui vero ſunt qui hanc conſuetudinem Chriſtianis tradiderunt?

RESPONSIO.

Quandoquidem apud nos præſtantiſſima quæque ad honorem & venerationem Dei deſtinamus: opinione autem hominum præſtabilior eſt Oriens, aliis creaturæ partibus: eam ob rem precationis tempore, voltu ad Orientem omnes conuertimur: perinde atque dextra manu in nomine Chriſti eos conſignamus, qui ſigillo tali indigent? eo quod præſtare ſiniſtræ putetur, quamuis poſitura, non natura ab illa differat. Haud aliter & Oriens vt præſtantior creaturæ pars; ad Deum adorandum eſt deſignata. Et quod ad Orientem ſpectantes, precationes peragimus, non id Propheticis & Apoſtolicis aduerſatur vocibus: in omni enim loco Oriens exſiſtit precantibus. Et quia in quam partem videndi ſenſum conuertimus, in eadem parte adoramus: impoſſibile autem eſt, precum tempore in quatuor creaturæ partes reſpicere: propterea in vnam partem eius intuentes, adorationem peragimus: non proinde atque ea ſola eſſet opus Dei, neque tanquam ea in habitationem Dei ſit deſtinata: ſed quaſi in locum ei quæ à nobis Deo exhibetur, venerabundæ obſeruationi ordinatum. porro à quibus orationem Eccleſia accepit, ab eiſdem quoque vbi orare ſoleat, conſuetudinem accepit; à ſanctis nimirum Apoſtolis.

QVÆSTIO CXIX.

Si neque arborum frugibus, neque carnibus, in eſcis qui ante diluuium exſtiterunt homines ſunt vſi: id quod quidam ex Patribus docuerunt: quomodo Abel ex adipe quas paſcebat ouium; Cain autem, ex fructibus quam colebat terræ, pariter obtulere? Et paruerit vtrumque ipſorum, quod eſcis ſuis diuinum numen haberet antiquius, ſacrificio huiuſmodi vſum eſſe. Sin quæ nullo ipſis eſſent vſui, Deo conſecrarunt: quomodo tali oblatione erga id quod ſemper exſiſtit, non fuerint contumelioſi indemnem namque & ludificatricem eorum quiſque Deo dedicauerit gratiam quonam igitur pacto Caini oblatio abiecta, Abelis vero munera venerabilia acceptaque fuere?

RESPON

RESPONSIO.

Beatus Apoſtolus patrum pater, & veræ pietatis doctor, ait: *Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non edit?* pro eo quod eſt Nullus. Quod ſi nullus, perſpicuum certe fuerit, neque Abelem ita pauiſſe gregem, vt non ederet lac gregis eius: neque Cainum ita coluiſſe terram, vt non ederet fruges eius. Iam ſi inutiles fuerunt Caino fructus terræ, quamobrem deterioribus Deum veneratus eſt, melioribus autem ſeipſum Deo prætulit: quapropter abiecta fuit oblatio eius, frugum terræ vſu non vtentis. Sin Abel quidem præſtantiorem duxit vtilitate ſua Deum, Cain vero commoditatem ſuam Deo prætulit: ſatis pateat vtrumque à laboribus ſuis fructum mutuatum eſſe ad vſum & cultum ſactum.

QVÆSTIO CXX.

Si quidam *Regnum Dei*, reſurrectionem eſſe opinati ſunt: ea vero & iuſtos & peccatores dignatum iri creditur: quomodo eos qui prohibita facinora patrarunt, exhæredes regno Dei eſſe Paulus declarauit, inquiens; Neque ſcortatores, neque adulteri, neque qui deinceps enumerantur, regni Dei hæreditatem conſequentur?

RESPONSIO.

Regnum Dei Scriptura ſacra appellare nouit, non ſimpliciter reſurrectionem, ſed eam quæ reſurrectionem conſequetur, inſtaurationem: in qua futura eſt eorum qui punientur, & eorum qui glorificabuntur, ſegregatio: cum omnes citra dubitationem omnem, Deum confitebuntur, & gloriæ in glorificandis, & pœnæ in puniendis auctorem. *Audient*, inquit, *vocem Filij Dei, qui in monumentis ſunt: & prodibunt, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in reſurrectionem condemnationis.* Itaque reſurrectio diuiſa eſt in vitam & condemnationem, iuxta iuſtorum & iniuſtorum diſcrimen. Latius namque patet reſurrectio, regno Dei: eo quod reſurrectio iuſtos & iniuſtos complectitur? regnum autem Dei, ſolos iuſtos.

QVÆSTIO CXXI.

Si anathematiſmum in rebus abſurdis tantum, & vetus & nouum Teſtamentum nouit: quomodo beatus Petrus in paſſione Dominum abnegans, anathematizare & execrari cœpit? Quæ vero eſt vtriuſque differentia, hoc eſt anathematiſmi & catathematiſmi: & quæ alterius ſignificatio?

RESPONSIO.

Anathema id dicitur, quod Deo eſt dedicatũ atque deſtinatum, & in communem vſum amplius nõ conuertitur? aut id quod a Deo per malitiam eſt abalienatum. *Catathema* vero, eſt eorum qui ſe pacto anathematizantibus & execrantibus coniungunt.

QVÆSTIO CXXII.

Si horis atque diebus res noſtræ non continentur: quomodo in nuptiis ipſe Dominus illud dixit; *Nondum venit hora mea*. & de eo Euangeliſta, *Nemo miſit in illum manum, quia nondum venerat hora eius?*

RESPONSIO.

Etiamſi horis atque diebus res noſtræ non continentur: earum tamen quæ a nobis vel circa nos fiunt rerum, partim opportuno & debito fiunt tempore, partim importuno & indebito. Itaque Scriptura ſancta opportunum ad id quod geritur negocium tempus, horæ præſentiam: importunum autem, horæ abſentiam vocat. Et quia poſt miraculum vini facti, Dominus commodum ex nuptiis ſecedendi tempus exiſtimauit: propterea idem ante vini E facti miraculum dixit; *Nondum venit hora mea*. Et iterum, quia tempore Paſchatis Iudæorum Chriſtum capi, & malis quæ paſſus eſt affligi oportuit, propterea de ipſo dictum eſt illud; *Sed nemo miſit in illum manum; quia nondum venerat hora eius.* Cum vero non neceſſitas horæ, prehenſionem eius prohibuerit, nimirum Dei prouidentia [illam diſtulit: qua ſane quidem prouidentia, ſi tum prohibita non eſſet, ſed] horæ ipſius neceſſitate, non eam vtique ſanctæ litteræ regioni loci annexuiſſent: *Reuerſus eſt*, Inquit, Ieſus *in Galilæam: non enim voluit in Iudæa verſari, quia quærebant eum Iudæi interficere.* Quin etiam ante hac in Ægyptum non ſeceſſiſſet, ſi ſatis commoda fuiſſet horæ neceſſitas, ad ipſum, quo minus caperetur, ſeruandum.

QVÆSTIO CXXIII.

Si Bonum omnium eſt pulcherrimum; & id quod cum malis conflictatur, quæ extant rerum peſſimum: & Bonum F quidem eſt Deus; homo autem, omnium deterrimum: Non enim quæ extant rerum eſt aliud (cœli, inquam, terræ, aeris, luminarium, & ſimilium) quod perinde malis atque homo exerceri poſſit: [Quomodo ergo homo, rerum omnium peſſimum non eſt?]

RESPONSIO.

Si hominis gratia; alia quæ nominata ſunt, extant: & quæ alterius gratia ſunt, inferiora illo ipſo ſunt: pulcherrimus fuerit homo, qui ſupra ea eſt quæ eius cauſa ſunt. Sin & hoc ipſum quod malis exerceatur, aliquid momenti ad id confert vt homo melioreſcat, optimus homo fuerit; atque hoc modo per diuinam prouidentiam, rebus aduerſis & afflictionibus tanquam medicina quadam, à deſtinata malicia ſua liberatus, ſanior reddatur. Qui autem bonum hominem noſſe velit, eum ad finem & præmium reſpicere oportet, poſt exactam vitam homini repoſitum. Ille namque eſt præſentis huius vitæ fructus, G ſempiterna videlicet, pro breui hac & ærumnoſa vita, beatitudo.

QVÆSTIO CXXIV.

Si cuiuſque vitæ conuerſationis Dominus præcognitor eſt: quapropter piorum animas, in validorum corporum domicilio non collocauit? Sin, vt mercedem futurorum eis veluti theſaurum colligat, in præſenti rerum ſtatu affligi ipſos permittit: quid ita non omnes pij pariter experiuntur ærumnis? vt pateret pulchrum inde & durum clarè exhiberi? Atenim ſi vtraque reperiuntur apud vtroſque, pios videlicet & impios, proſpera & aduerſa: quomodo incertum non eſt, veri quod melius ſit delegerint? Quomodo autem, cum omnia pro eo atque ſors tulit, feruntur, res mundanæ ſine prouidentia conſtare non demonſtrantur, nulla inter pios & impios interueniente diſcretione?

RESPONSIO. H

Noluit Deus rebus præſentibus deditorum ſibi hominum virtutem cohoneſtare. Nam quæ in morte piis accidunt, virtutis merces non ſunt. Et ſicuti pij dicuntur non eſſe de mundo, ſic & gloria eorum & opes non ſunt terrenæ. Itaque cum viderimus piis ea adeſſe quæ impiis etiam adſunt: reputabimus nobiſcum ex eo, non eſſe præſentia bona, digna laborum virtutis præmia. Atque etiamſi quandoque videtur Deus nonnullos ſibi addictorum honoribus extuliſſe, quemadmodum Ioſephum & Dauidem: non tamen illis virtutes eorum compenſauit; verum per Ioſephum Iſraelitici generis incremento proſpexit Deus: per Dauidem autem, regnum Spiritus conſtituit. Nequaquam verò pij impiis, fluxis hiſce & corporalibus rebus interſunt. Vtriſque enim adſunt omnia, & læta & triſtia. Alteri autem ab alteris differunt, in primis ſpe futurorum, & quæ in pietate vera tolerantur paſſionibus: deinde vero etiam auxilio diuino, quo ſæpenumero ſuos Deus

QVÆSTIO CXV.

Si genuum inclinatio io precationibus, magis precatores Deo commendat quam ſi ſtantes orent; magiſque ea res diuinam permouet commiſerationem: quapropter diebus Domioicis, & à Paſchæ feriis ad Pẽtecoſten vſque, precantes genua non flectunt? Vnde autem talis etiam in Eccleſias peruenit coosuetudo?

RESPONSIO.

Quia vtriuſque nos oportuit iugem obtiuere memoriam, & ipſius per pecata lapſus noſtri, & gratiæ Chriſti noſtri, per quam à lapſu reſurreximus: ea propter genuum per ſex dies inclinatio, ſymbolum & nota eſt lapſus per peccata noſtri. Quod verò die Dominico genua non inflectimus, ſignum eſt & deſignatio reſurrectionis: per quam gratia Chriſti, & à peccatis, & à mortificata in eis morte liberati ſumus. A temporibus autem Apoſtolorum, conſuetudo talis accepit initium: prout ait beatus Irenæus, martyr & epiſcopus Lugdunenſis, in libro de Paſchate. vbi quoque mentionem fecit Pentecoſtes; in qua genua non inflectimus: quoniam pari eſt cum die Dominico poteſtate, iuxta eam quæ de illa eſt dicta cauſam.

QVÆSTIO CXVI.

Si reſurgens monumento Dominus, ſepulcrales veſtes in ſepulcro reliquit: quid ita poſt reſurrectionẽ, Scriptura illum vel nudum exhibitum eſſe, vel aliunde veſtem ſumpſiſſe, non memorauit? Sin neque aliunde amiculum acccepit, neque nudus eis qui tum ipſum conſpexere, apparuit, quomodo verum illud eſt, quod veſtes in ſepulcro reliquerit?

RESPONSIO.

Veſtimenta ſeruatoris, poſtquam crucifixus eſt, milites inter ſe diuiſerunt· quæ vero cum eo mortuo in ſpulcrum illata ſunt, ad vſum viuentis minus fuere idonea Porro veſtes quas Dominus poſt reſurrectionem geſtauit, vel ipſe creauit, vel aliunde ſumpſit: quemadmodum & pullum cui inſederat, ſumpſerat; vtrumque enim præſtare potuit, & creare videlicet, & aliunde accipere. Porro cum multa ſint à Domino & dicta & facta, quorum memoriam Scriptura non complectitur diuina: neceſſario quoque de veſtimentis poſt reſurectionem [id quod diximus conſtituere conuenit, ſicuti de rebus conſimilibus;] vt omnium quæ in ſacram hiſtoriam relata non ſunt, rationabilem inquiramus cauſam [Et ſicuti de rebus aliis, ita & de indumentis hiſce Domini,] in hiſtoria non expreſſis, minimè decet ambigere, verum ex potentia eius de veſtitu ſuo probationem & fidem petere.

QVÆSTIO CXVII.

Si fores clauſæ, corpus craſſarum partium ab aditu prohibent: quomodo poſt reſurrectionem, ad diſcipulos foribus clauſis Dominus eſt ingreſſus; Atenim ſi verum eſt quod foribus clauſis intus conſpectum ſit, fuiſſe corpus, quomodo qui monumento impoſitus fuerat lapis, ab angelo eſt reuolutus, propter ipſius corporis excitationem? Sin in vero eſt quod Scriptura de ianuæ occluſione aſſerit, nempe non corpus, ſed ſpiritus ingreſſus fuerit: Iam ſi corpus quandoque erat corpus, quandoque ſpiritus: quomodo ea quæ in corporis ſubſtantia extitere, mutabilitatem non admiſere?

RESPONSIO.

Quemadmodũ non mutatione corporis in ſpiritum, Dominus ſuper mari deambulauit; verum diuina potentia ſua, mare quod pedibus calcari nequiret, ad inambulandum commodum, & peruium reddidit, non ſuo ipſius tantum corpori, ſed & Petri: ita & ſuapte potentia è monumento, cui lapis impoſitus fuit, egreſſus eſt, & ad diſcipulos ianua clauſa ingreſſus, non enim excitationis eius gratia, ſaxi ipſius de monumento facta eſt deuolutio; ſed eorum cauſa qui id conſpecturi erant, vt ipſis reſurrectio oſtenderetur. Nam quod ſepulcralia eius in monumento veſtimenta viderunt; ipſum autem non viderunt: euidentiſſimum reſurrectionis eius fuit indicium. Conſiderare vero nos oportet, quæ pari ſunt potentia, ea eandem & conceſſa & negata obtiuere fidem. Parem autem habet potentiam, deambulatio ſuper mare corpore non mutato, cum ingreſſu ad diſcipulos, foribus clauſis, corpore non mutato. Et fieri non poteſt vt eorum quæ in natura ſupra naturam diuinâ fiunt potentiâ, ratione naturali aſtruatur aſſertio. Idcirco eiuſcemodi introitu diſcipulis exterritis permiſit vt loca corporis quæ paſſionem pertulerant, contrectarent, & perſentiſcerent, ſe non mutatione corporis in Spiritum, ſed corpore craſſarum partium, per diuinam ſuam potentiam, rerum quæ ſupra naturam ſunt effectricem, introitum ad eos talem inſtituiſſe.

QVÆSTIO CXVIII.

Si Deus, quod omnia in orbe naturæ efficit, vniuerſitatis factus eſt Dominus: vnde & Dauid in omni loco dominationis Domini, benedicere Domino iubet, perſimiliter autem & Paulus apoſtolus in omni loco ſuſtollere ad Deum puras manus præcipit: quam ob cauſam tanquam opus veneratione dignum, & quaſi habitaculum diuinum eſſe exiſtimantes ſolis clima, intentis in id oculis, Deo hymnos & orationes offerimus. Qui vero ſunt qui hanc conſuetudinem Chriſtianis tradiderunt?

RESPONSIO.

Quandoquidem apud nos præſtantiſſima quæque ad honorem & venerationem Dei deſtinamus: opinione autem hominum præſtabilior eſt Oriens, aliis creaturæ partibus: eam ob rem precationis tempore, vultu ad Orientem omnes conuertimur: perinde atque dextra manu in nomine Chriſti eos conſignamus, qui ſigillo tali indigent? eo quod præſtare ſiniſtræ putetur, quamuis poſitura, non natura ab illa differat. Haud aliter & Oriens vt præſtantior creaturæ pars; ad Deum adorandum eſt deſignata. Et quod ad Orientem ſpectantes, precationes peragimus, non id Propheticis & Apoſtolicis aduerſatur vocibus: in omni enim loco Oriens exſiſtit precantibus. Et quia in quam partem videndi ſenſum conuertimus, in eadem parte adoramus: impoſſibile autem eſt, precum tempore in quatuor creaturæ partes reſpicere: propterea in vnam partem eius intuentes, adorationem peragimus: non proinde atque ea ſola eſſet opus Dei, neque tanquam ea in habitationem Dei ſit deſtinata: ſed quaſi in locum ei quæ à nobis Deo exhibetur, venerabundæ obſeruationi ordinatum. porro à quibus orationem Eccleſia accepit, ab eiſdem quoque vbi orare ſoleat, conſuetudinem accepit; à ſanctis nimirum Apoſtolis.

QVÆSTIO CXIX.

Si neque arborum frugibus, neque carnibus, in eſcis qui ante diluuium exſtiterunt homines ſunt vſi: id quod quidam ex Patribus docuerunt: quomodo Abel ex adipe quas paſcebat ouium; Cain autem, ex fructibus quam colebat terræ, pariter obtulere? Et paruerit vtrumque ipſorum, quod eſcis ſuis diuinum numen haberet antiquius, ſacrificio huiuſmodi vſum eſſe. Sin quæ nullo ipſis eſſent vſui, Deo conſecrarunt: quomodo tali oblatione erga id quod ſemper exſiſtit, non fuerint contumelioſi indemnem namque & ludificatricem eorum quiſque Deo dedicauerit gratiam quonam igitur pacto Caini oblatio abiecta, Abelis vero munera venerabilia acceptaque fuere?

RESPONSIO.

Beatus Apoſtolus patrum pater, & veræ pietatis doctor, ait: *Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non edit?* pro eo quod eſt Nullus. Quod ſi nullus, perſpicuum certe fuerit, neque Abelem ita pauiſſe gregem, vt non ederet lac gregis eius: neque Cainum ita coluiſſe terram, vt non ederet fruges eius. Iam ſi inutiles fuerunt Caino fructus terræ, quamobrem deterioribus Deum veneratus eſt, melioribus autem ſeipſum Deo prætulit? quapropter abiecta fuit oblatio eius, frugum terræ vſu noo vtentis. Sin Abel quidem præſtantiorem duxit vtilitate ſua Deum, Cain vero commoditatem ſuam Deo prætulit: ſatis pateat vtrumque à laboribus ſuis fructum mutuatum eſſe ad vſum & cultum ſacrum.

QVÆSTIO CXX.

Si quidam *Regnum Dei*, reſurrectionem eſſe opinati ſunt: ea vero & iuſtos & peccatores dignatum iri creditur: quomodo eos qui prohibita facinora patrarunt, exhæredes regno Dei eſſe Paulus declarauit, inquiens; Neque ſcortatores, neque adulteri, neque qui deinceps enumerantur, regni Dei hæreditatem conſequentur?

RESPONSIO.

Regnum Dei Scriptura ſacra appellare nouit, non ſimpliciter reſurrectionem, ſed eam quæ reſurrectionem conſequetur, inſtaurationem: in qua futura eſt eorum qui punientur, & eorum qui glorificabuntur, ſegregatio: cum omnes citra dubitationem omnem, Deum confitebuntur, & gloriæ in glorificandis, & pœnæ in puniendis auctorem. *Audient*, inquit, *vocem Filij Dei, qui in monumentis ſunt: & prodibunt, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in reſurrectionem condemnationis.* Itaque reſurrectio diuiſa eſt in vitam & condemnationem, iuxta iuſtorum & iniuſtorum diſcrimen. Latius namque patet reſurrectio, regno Dei: eo quod reſurrectio iuſtos & iniuſtos complectitur? regnum autem Dei, ſolos iuſtos.

QVÆSTIO CXXI.

Si anathematiſmum in rebus abſurdis tantum, & vetus & nouum Teſtamentum nouit: quomodo beatus Petrus in paſſione Dominum abnegans, anathematizare & exſecrari cœpit? Quæ vero eſt vtriuſque differentia, hoc eſt anathematiſmi & catathematiſmi: & quæ alterius ſignificatio?

RESPONSIO.

Anathema id dicitur, quod Deo eſt dedicatũ atque deſtinatum, & in communem vſum amplius nõ conuertitur: aut id quod a Deo per maliciam eſt abalienatum. *Catathema* vero, eſt eorum qui ſe pacto anathematizantibus & exſecrantibus coniungunt.

QVÆSTIO CXXII.

Si horis atque diebus res noſtræ non continentur: quomodo in nuptiis ipſe Dominus illud dixit; *Nondum venit hora mea*, & de eo Euangeliſta; *Nemo miſit in illum manus, quia nondum venerat hora eius?*

RESPONSIO.

Etiamſi horis atque diebus res noſtræ non continentur: earum tamen quæ à nobis vel circa nos fiunt rerum, partim opportuno & debito fiunt tempore, partim importuno & indebito. Itaque Scriptura ſancta opportunum ad id quod geritur negocium tempus, horæ præſentiam: importunum autem, horæ abſentiam vocat. Et quia poſt miraculum vini facti, Dominus commodum ex nuptiis ſecedendi tempus exiſtimauit: propterea idem ante vini facti miraculum dixit; *Nondum venit hora mea.* Et iterum, E
quia tempore Paſchatis Iudæorum Chriſtum capi, & malis quæ paſſus eſt affligi oportuit, propterea de ipſo dictum eſt illud; *Sed nemo miſit in illum manum; quia nondum venerat hora eius.* Cum vero non neceſſitas horæ, prehenſionem eius prohibuerit, nimirum Dei prouidentia [illam diſtulit: qua ſane quidem prouidentia, ſi tum prohibita non eſſet, ſed] horæ ipſius neceſſitate, non eam vtique ſanctæ litteræ regioni loci annexuiſſent: *Reuerſus eſt*, Inquit, Ieſus *in Galilaam: non enim voluit in Iudaa verſari, quia quarebant eum Iudai interficere.* Quin etiam ante hac in Ægyptum non ſeceſſiſſet, ſi ſatis commoda fuiſſet horæ neceſſitas, ad ipſum, quo minus caperetur, ſeruandum.

QVÆSTIO CXXIII.

Si Bonum omnium eſt pulcherrimum; & id quod cum malis conflictatur, quæ exſtant rerum peſſimum: & Bonum quidem eſt Deus; homo autem, omnium deterrimum: Non enim quæ exſtant rerum eſt aliud (cœli, inquam, terræ, aëris, luminarium, & ſimilium) quod perinde malis atque homo exerceri poſſit: [Quomodo ergo homo, rerum omnium peſſimum non eſt?] F

RESPONSIO.

Si hominis gratia; alia quæ nominata ſunt, exſtant: & quæ alterius gratia ſunt, inferiora illo ipſo ſunt: pulcherrimus fuerit homo, qui ſupra ea eſt quæ eius cauſa ſunt. Sin & hoc ipſum quod malis exerceatur, aliquid momenti ad id confert vt homo meliorecat, optimus homo fuerit; atque hoc modo per diuinam prouidentiam, rebus aduerſis & afflictionibus tanquam medicina quadam, à deſtinata malicia ſua liberatus, ſanior reddatur. Qui autem bonum hominem noſſe velit, eum ad finem & præmium reſpicere oportet, poſt exactam vitam homini repoſitum. Ille namque eſt præſentis huius vitæ fructus, G
ſempiterna videlicet, pro breui hac & ærumnoſa vita, beatitudo.

QVÆSTIO CXXIV.

Si cuiuſque vitæ conuerſationis Dominus præcognitor eſt: quapropter piorum animas, in validorum corporum domicilio non collocauit? Sin, vt mercedem futurorum eis veluti theſaurum colligat, in preſenti rerum ſtatu affligi ipſos permittit: quid ita non omnes pij pariter experiuntur ærumnis? vt pateret pulchrum inde & durum clarè exhiberi? Atenim ſi vtraque reperiuntur apud vtroſque, pios videlicet & impios, proſpera & aduerſa: quomodo incertum non eſt, vtri quod melius ſit delegerint? Quomodo autem, cum omnia pro eo atque ſors tulit, feruntur, res mundanæ ſine prouidentia conſtare non demonſtrantur, nulla inter pios & impios interueniente diſcretione?

RESPONSIO: H

Noluit Deus rebus præſentibus deditorum ſibi hominum virtutem cohoneſtare. Nam quæ in morte piis accidunt, virtutis merces non ſunt. Et ſicuti pij dicuntur non eſſe de mundo, ſic & gloria eorum & opes non ſunt terrenæ. Itaque cum viderimus piis ea adeſſe quæ impiis etiam adſunt: reputabimus nobiſcum ex eo, non eſſe præſentia bona, digna laborum virtutis præmia. Atque etiamſi quandoque videtur Deus nonnullos ſibi addictorum honoribus extuliſſe, quemadmodum Ioſephum & Dauidem: non tamen illis virtutes eorum compenſauit; verum per Ioſephum Iſraelitici generis incremento proſpexit Deus; per Dauidem autem, regnum Spiritus conſtituit. Nequaquam verò pij impiis, fluxis hiſce & corporalibus rebus intereſſunt. Vtriſque enim adſunt omnia, & læta & triſtia. Alteri autem ab alteris different, in primis ſpe futurorum, & quæ in pietate vera tolerantur paſſionibus: deinde vero etiam auxilio diuino, quo ſæpenumero ſuos Deus

Digitized by Google

QVÆSTIO CXV.

Si genuum inclinatio in precationibus, magis precatores Deo commendat quam ſi ſtantes orent; magiſque ea res diuinam permouet commiſerationem: quapropter diebus Dominicis, & à Paſchæ feriis ad Pẽtecoſten vſque, precantes genua non flectunt? Vnde autem talis etiam in Eccleſias peruenit conſuetudo?

RESPONSIO.

Quia vtriuſque nos oportuit iugem obtinere memoriam, & ipſius per peccata lapſus noſtri, & gratiæ Chriſti noſtri, per quam à lapſu reſurreximus: ea propter genuum per ſex dies inclinatio, ſymbolum & nota eſt lapſus per peccata noſtri. Quod verò die Dominico genua non inflectimus, ſignum eſt & deſignatio reſurrectionis: per quam gratia Chriſti, & à peccatis, & à mortificata in eis morte liberati ſumus. A temporibus autem Apoſtolorum, conſuetudo talis accepit initium: prout ait beatus Irenæus, martyr & epiſcopus Lugdunenſis, in libro de Paſchate. vbi quoque mentionem fecit Pentecoſtes; in qua genua non inflectimus: quoniam pari eſt cum die Dominico poteſtate, iuxta eam quæ de illa eſt dicta cauſam.

QVÆSTIO CXVI.

Si reſurgens monumento Dominus, ſepulcrales veſtes in ſepulcro reliquit: quid ita poſt reſurrectionẽ, Scriptura illum vel nudum exhibitum eſſe, vel aliunde veſtem ſumpſiſſe, non memorauit? Sin neque aliunde amiculum acecepit, neque nudus eis qui tum ipſum conſpexere, apparuit, quomodo verum illud eſt, quod veſtes in ſepulcro reliquerit?

RESPONSIO.

Veſtimenta ſeruatoris, poſtquam crucifixus eſt, milites inter ſe diuiſerunt: quæ vero cum eo mortuo in ſpulcrum illata ſunt, ad vſum viuentis minus fuere idonea Porro veſtes quas Dominus poſt reſurrectionem geſtauit, vel ipſe creauit, vel aliunde ſumpſit: quemadmodum & pullum cui inſederat, ſumpſerat; vtrumque enim præſtare potuit, & creare videlicet, & aliunde accipere. Porro cum multa ſint à Domino & dicta & facta, quorum memoriam Scriptura non complectitur diuina: neceſſario quoque de veſtimentis poſt reſurectionem [id quod diximus conſtituere conuenit, ſicuti de rebus conſimilibus;] vt omnium quæ in ſacram hiſtoriam relata non ſunt, rationabilem inquiramus cauſam [Et ſicuti de rebus aliis, ita & de indumentis hiſce Domini,] in hiſtoria non expreſſis, minimè decet ambigere. verum ex potentia eius de veſtitu ſuo probationem & fidem petere.

QVÆSTIO CXVII.

Si fores clauſæ, corpus craſſarum partium ab aditu prohibent: quomodo poſt reſurrectionem, ad diſcipulos foribus clauſis Dominus eſt ingreſſus; Atenim ſi verum eſt quod foribus clauſis intus conſpectum ſit, fuiſſe corpus, quomodo qui monumento impoſitus fuerat lapis, ab angelo eſt reuolutus, propter ipſius corporis excitationem? Sin in vero eſt quod Scriptura de ianuæ occluſione aſſerit, nempe non corpus, ſed ſpiritus ingreſſus fuerit: Iam ſi corpus quandoque erat corpus, quandoque ſpiritus: quomodo ea quæ in corporis ſubſtantia exſtitere, mutabilitatem non admiſere?

RESPONSIO.

Quemadmodũ non mutatione corporis in ſpiritum, Dominus ſuper mari deambulauit; verum diuina potentia ſua, mare quod pedibus calcari nequiret, ad inambulandum commodum & peruium reddidit, non ſuo ipſius tantum corpori, ſed & Petri: ita & ſuapte potentia è monumento, cui lapis impoſitus fuit, egreſſus eſt, & ad diſcipulos ianua clauſa ingreſſus, non enim excitationis eius gratia, ſaxi ipſius de monumento facta eſt deuolutio; ſed eorum cauſa qui id conſpecturi erant, vt ipſis reſurrectio oſtenderetur. Nam quod ſepulcralia eius in monumento veſtimenta viderunt; ipſum autem non viderunt: euidentiſſimum reſurrectionis eius fuit indicium. Conſiderare vero nos oportet, quæ pari ſunt potentia, ea eandem & conceſſa & negata obtinere fidem. Parem autem habet potentiam, deambulatio ſuper mare corpore non mutato, cum ingreſſu ad diſcipulos, foribus clauſis, corpore non mutato. Et fieri non poteſt vt eorum quæ in natura ſupra naturam diuinâ ſiunt pòtentiâ, ratione naturali aſtruatur aſſertio. Idcirco eiuſcemodi introitu diſcipulis exterritis permiſit vt loca corporis quæ paſſionem pertulerant, contrectarent, & perſentiſcerent, ſe non mutatione corporis in Spiritum, ſed corpore craſſarum partium, per diuinam ſuam potentiam, rerum quæ ſupra naturam ſunt effectricem, introitum ad eos talem inſtituiſſe.

QVÆSTIO CXVIII.

Si Deus, quod omnia in orbe naturæ effecit, vniuerſitatis factus eſt Dominus: vnde & Dauid in omni loco dominationis Domini, benedicere Domino iubet, perſimiliter autem & Paulus apoſtolus in omni loco ſuſtollere ad Deum puras manus præcipit: quamob cauſam tanquam opus veneratione dignum, & quaſi habitaculum diuinum eſſe exiſtimantes ſolis clima, intentis in id oculis, Deo hymnos & orationes offerimus. Qui vero ſunt qui hanc conſuetudinem Chriſtianis tradiderunt?

RESPONSIO.

Quandoquidem apud nos præſtantiſſima quæque ad honorem & venerationem Dei deſtinamus: opinione autem hominum præſtabilior eſt Oriens, aliis creaturæ partibus: eam ob rem precationis tempore, vultu ad Orientem omnes conuertimur: perinde atque dextra manu in nomine Chriſti eos conſignamus, qui ſigillo tali indigent? eo quod præſtare ſiniſtræ putetur, quamuis poſitura, non natura ab illa differat. Haud aliter & Oriens vt præſtantior creaturæ pars; ad Deum adorandum eſt deſignata. Et quod ad Orientem ſpectantes, precationes peragimus, non id Propheticis & Apoſtolicis aduerſatur vocibus: in omni enim loco Oriens exſiſtit precantibus. Et quia in quam partem videndi ſenſum conuertimus, in eadem parte adoramus: impoſſibile autem eſt, precum tempore in quatuor creaturæ partes reſpicere: propterea in vnam partem eius intuentes, adorationem peragimus: non proinde atque ea ſola eſſet opus Dei, neque tanquam ea in habitationem Dei ſit deſtinata: ſed quaſi in locum ei quæ à nobis Deo exhibetur, venerabundæ obſeruationi ordinatum. porro à quibus orationem Eccleſia accepit, ab eiſdem quoque vbi orare ſoleat, conſuetudinem accepit; à ſanctis nimirum Apoſtolis.

QVÆSTIO CXIX.

Si neque arborum frugibus, neque carnibus, in eſcis qui ante diluuium exſtiterant homines ſunt vſi: id quod quidam ex Patribus docuerunt: quomodo Abel ex adipe quas paſcebat ouium; Cain autem, ex fructibus quam colebat terræ, pariter obtulere? Et patuerit vtrumque ipſorum, quod eſcis ſuis diuinum numen haberet antiquius, ſacrificio huiuſmodi vſum eſſe. Sin quæ nullo ipſis eſſent vſui, Deo conſecrarunt: quomodo tali oblatione erga id quod ſemper exſiſtit, non fuerint contumelioſi indecorem namque & ludificatricem eorum quiſque Deo dedicauerit gratiam quonam igitur pacto Caini oblatio abiecta, Abelis vero munera venerabilia acceptaque fuere?

RESPONSIO.

Beatus Apoſtolus patrum pater, & veræ pietatis doctor, ait: *Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non edit?* pro eo quod eſt Nullus. Quod ſi nullus, perſpicuum certe fuerit, neque Abelem ita pauiſſe gregem, vt non ederet lac gregis eius: neque Cainum ita coluiſſe terram, vt non ederet fruges eius. Iam ſi inutiles fuerunt Caino fructus terræ, quamobrem deterioribus Deum veneratus eſt, melioribus autem ſeipſum Deo prætulit? quapropter abiecta fuit oblatio eius, frugum terræ vſu non vtentis. Sin Abel quidem præſtantiorem duxit vtilitate ſua Deum, Cain vero commoditatem ſuam Deo prætulit: ſatis pateat vtrumque à laboribus ſuis fructum mutuatum eſſe ad vſum & cultum ſacrum.

QVÆSTIO CXX.

Si quidam *Regnum Dei*, reſurrectionem eſſe opinati ſunt: ea vero & iuſtos & peccatores dignatum iri creditur: quomodo eos qui prohibita facinora patrarunt, exhæredes regno Dei eſſe Paulus declarauit, inquiens, Neque ſcortatores, neque adulteri, neque qui deinceps enumerantur, regni Dei hæreditatem conſequentur?

RESPONSIO.

Regnum Dei Scriptura ſacra appellare nouit, non ſimpliciter reſurrectionem, ſed eam quæ reſurrectionem conſequetur, inſtaurationem: in qua futura eſt eorum qui punientur, & eorum qui glorificabuntur, ſegregatio: cum omnes citra dubitationem omnem, Deum confitebuntur, & gloriæ in glorificandis, & pœnæ in puniendis auctorem. *Audient*, inquit, *vocem Filij Dei, qui in monumentis ſunt: & prodibunt, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in reſurrectionem condemnationis.* Itaque reſurrectio diuiſa eſt in vitam & condemnationem, iuxta iuſtorum & iniuſtorum diſcrimen. Latius namque patet reſurrectio, regno Dei: eo quod reſurrectio iuſtos & iniuſtos complectitur? regnum autem Dei, ſolos iuſtos.

QVÆSTIO CXXI.

Si anathematiſmum in rebus abſurdis tantum, & vetus & nouum Teſtamentum nouit: quomodo beatus Petrus in paſſione Dominum abnegans, anathematizare & exſecrari cœpit? Quæ vero eſt vtriuſque differentia, hoc eſt anathematiſmi & catathematiſmi: & quæ alterius ſignificatio?

RESPONSIO.

Anathema id dicitur, quod Deo eſt dedicatũ atque deſtinatum, & in communem vſum amplius nõ conuertitur: aut id quod a Deo per maliciam eſt abalienatum. *Catathema* vero, eſt eorum qui ſe pacto anathematizantibus & exſecrantibus coniungunt.

QVÆSTIO CXXII.

Si horis atque diebus res noſtræ non continentur: quomodo in nuptiis ipſe Dominus illud dixit; *Nondum venit hora mea*, & de eo Euangeliſta, *Nemo miſit in illum manus, quia nondum venerat hora eius?*

RESPONSIO.

Etiamſi horis atque diebus res noſtræ non continentur: earum tamen quæ a nobis vel circa nos fiunt rerum, partim opportuno & debito fiunt tempore, partim importuno & indebito. Itaque Scriptura ſancta opportunum ad id quod geritur negocium tempus, horæ præſentiam: importunum autem, horæ abſentiam vocat: quia poſt miraculum vini facti, Dominus commodum ex nuptiis ſecedendi tempus exiſtimauit: propterea idem ante vini E
facti miraculum dixit; *Nondum venit hora mea.* Et iterum, quia tempore Paſchatis Iudæorum Chriſtum capi, & malis quæ paſſus eſt affligi oportuit, propterea de ipſo dictum eſt illud; *Sed nemo miſit in illum manum; quia nondum venerat hora eius.* Cum vero non neceſſitas horæ, prehenſionem eius prohibuerit, nimirum Dei prouidentia [illum diſtulit: qua ſane quidem prouidentia, ſi tum prohibita non eſſet, ſed] horæ ipſius neceſſitate, non eam vtique ſanctæ litteræ regioni loci annexuiſſent: *Reuerſus eſt*, inquit, Ieſus *in Galilæam: non enim voluit in Iudæa verſari, quia quærebant eum Iudæi interficere.* Quin etiam ante hac in Ægyptum non ſeceſſiſſet, ſi ſatis commoda fuiſſet horæ neceſſitas, ad ipſum, quo minus caperetur, ſeruandum.

QVÆSTIO CXXIII.

Si Bonum omnium eſt pulcherrimum, & id quod cum
malis conflictatur, quæ exſtant rerum peſſimum: & Bo- F
num quidem eſt Deus; homo autem, omnium deterrimum: Non enim quæ exſtant rerum eſt aliud (cœli, inquam, terræ, aëris, luminarium, & ſimilium) quod perinde malis atque homo exerceri poſſit: [Quomodo ergo homo, rerum omnium peſſimum non eſt?]

RESPONSIO.

Si hominis gratia; alia quæ nominata ſunt, exſtant: & quæ alterius gratia ſunt, inferiora illo ipſo ſunt: pulcherrimus fuerit homo, qui ſupra ea eſt quæ eius cauſa ſunt. Sin & hoc ipſum quod malis exerceatur, aliquid momenti ad id confert vt homo melioreſcat, optimus homo fuerit; atque hoc modo per diuinam prouidentiam, rebus aduerſis & afflictionibus tanquam medicina quadam, à deſtinata malicia ſua liberatus, ſanior reddatur. Qui autem bonum hominem noſſe velit, eum ad finem & præmium reſpicere oportet, poſt exactam vitam homini re-
poſitum. Ille namque eſt præſentis huius vitæ fructus, G
ſempiterna videlicet, pro breui hac & ærumnoſa vita, beatitudo.

QVÆSTIO CXXIV.

Si cuiuſque vitæ conuerſationis Dominus præcognitor eſt: quapropter piorum animas, in validorum corporum domicilio non collocauit? Sin, vt mercedem futurorum eis velut theſaurum colligat, in præſenti rerum ſtatu affligi ipſos permittit: quid ita non omnes pij pariter expetuntur ærumnis? vt pateret pulchrum inde & diuum clarè exhiberi? Atenim ſi vtraque reperiuntur apud vtroſque, pios videlicet & impios, proſpera & aduerſa: quomodo incertum non eſt, vtri quod melius ſit delegerint? Quomodo autem, cum omnia pro eo atque ſors tulit, feruntur, res mundanæ ſine prouidentia conſtare non demonſtrantur, nulla inter pios & impios interueniente diſcretione?

RESPONSIO: H

Noluit Deus rebus præſentibus deditorum ſibi hominum virtutem cohoneſtare. Nam quæ in morte piis accidunt, virtutis merces non ſunt. Et ſicuti pij dicuntur non eſſe de mundo, ſic & gloria eorum & opes non ſunt terrenæ. Itaque cum viderimus piis ea adeſſe quæ impiis etiam adſunt: reputabimus nobiſcum ex eo, non eſſe præſentia bona, digna laborum virtutis præmia. Atque etiamſi quandoque videtur Deus nonnullos ſibi addictorum honoribus extuliſſe, quemadmodum Ioſephum & Dauidem: non tamen illis virtutes eorum compenſauit, verum per Ioſephum Iſraelitici generis incremento proſpexit Deus: per Dauidem autem, regnum Spiritus conſtituit. Nequaquam verò pij impiis, fluxis hiſce & corporalibus rebus intereſſunt. Vtriſque enim adſunt omnia, & læta & triſtia. Alteri autem ab alteris differunt, in primis ſpe futurorum, & quæ in pietate vera tolerantur paſſionibus: deinde vero etiam auxilio diuino, quo ſæpenumero ſuos Deus

reddidit conſpicuos; aliquando Ægyptiorum abolens dominatum, nonnunquam Chananæos Iſraëlitis ſubiiciens, quandóque ferocitatem ſopies Aſſyriorum, aliquando Babyloniorum abrogans imperium, nonnunquam curſum & ſtationem præter naturam Soli imperans. Atque in his quidem Dei prouidentia oſtenditur; in illis autem præparat inſtruitque Deus pios, vt ad aliam reſpiciant vitam, in qua per gloriam & ignominiam iuſti atque iniuſti diſcernentur.

QVÆSTIO CXXV.

Si Apoſtolus Paulus malum malo, aut conuicium conuicio penſare vetuit: quomodo ipſe diuerſum ab eo quod iuſſit, fecit, nunc ſacerdotum Principi, nunc Alexandro fabro ærario diræ precatus?

RESPONSIO.

Si quidem Paulus percutientem repercuſſiſſet Pontificem: aut Alexandrum qui malis eum effecerat, malis contra affeciſſet: dicere liceret, diuerſa cum à doctrina ſua egiſſe. Cum vero ea dicere, quæ cuique à Deo prouentura ſunt; Pontifici quidem? *Percuſſurus eſt te Deus, paries dealba te:* Alexandro autem; *Reddat illi Dominus in illa die:* neque exſecratio ſit, neque conuicium: prædictiones certe fuerint, Apoſtolicum decentes virum; qui ſeipſum non vlciſcatur, ſed locum det iræ.

QVÆSTIO CXXVI.

Si Deus vitæ huius ſplendore pios remuneratur, ſicut Abraamum, & Iſaacum, & Iacobum, & poſteros eorum, diuitiis, liberorum frequentia, & largo frugum prouentu: vnde ea quoque prouènerunt Græcis & gentilibus, cum vbique locorum ſimulacra colerent? Quomodo autem Græciſmus & paganiſmus non probatur eſſe ſanctior? quandoquidem, quamdiu in vrbibus ille obtinuit, omnis ibi & in agris eorum proſperitas, & rerum abundantia viguit: idque cum illæ crebro bellis premerentur: ex quo autem in eis Chriſtiana inualuit profeſſio, domibus, & ciuibus, & reliqua copiarum vbertate ſunt deſtitutæ: & quia vix reliquias, quæ à Græcis olim extructa ſunt ædificiorum retinentes, quod aliquando vrbes fuerint, oſtendunt; vtriuſque, & veteris felicitatis, & recentis ſolitudinis cauſas eſſe, vtroſque cultus præ ſe ferunt.

SOLVTIO.

A Domino Deo, qui ſolem ſuum exoriri ſinit ſuper bonos ac malos, & pluiam mittit ſuper iuſtos & iniuſtos, vtriſque in hac vita corporalis ſuppeditatur ſplendor. Cuius enim potentia mundus conditus eſt, eius quoque prouidentia adminiſtratur. Itaque cum iuſti ſuperiores ſe eſſe viderint, ſuſceptis pro vera religione laboribus; rebus autem vitæ huius impiis ſeu pares, [ſeu impares, excitari debent] ad futuræ vitæ ſpem & expectationem: in qua eſt præmii & pœnæ differentia, iuſtorum & iniuſtorum diſcrimen, ſicuti dictum eſt. Porro quod paganiſmo vigente, vrbium & regionum factæ ſint vaſtitátes, teſtatur vaſtities & ſolitudo Babyloniorum, & Aſſyriorum, & Niniuitarum, & cæterorum plurium populorum. Aliquam vero vrbem vtrorumque, piorum ſcilicet & impiorum, deſolatam eſſe, Chriſtianiſmo obtinente, monſtrare non eſt. Ex vbertate autem & prolixo prouentu frugum domorúmque, vt vrbium & agrorum ſolitudine, de ſanctitate eorum qui aliis præſtent, coniecturam capere non licet: Domino Deo, ex vtilitate omnium mortalium, res huiuſmodi præbente atque auferente: ſed ſanctitas eorum qui aliis ſont præſtantiores; ex bonis quæ animi deſtinatione ab eis perficiuntur, operibus diiudicatur. Enimuero vt homines dæmonibus in ſacris hoſtiæ offerentur, (*Immolauerunt*, inquit, *filios & filias ſuas dæmonibus*) & vt qui Deo conuenit, inanimis exhiberetur honor, Græcis rerum potientibus, eſt factum: Chriſtianis autem inualeſcentibus, nefaria huiuſmodi Græcorum ſiue paganorum ſacra ſunt prohibita. Ex talibus ergo rebus tanquam quibuſdam notis, Chriſtianorum ſanctitatem dignoſcere oportet; & non ex frugum affluentia & ædificiis, non ex vrbibus & agris. Tanto vero & his Chriſtianiſmi temporibus abundat mundus magis, quanto nunc ille minus bellis etiam conflictatur, quam ante conflictabatur, paganiſmo dominante.

QVÆSTIO CXXVII.

Si id quod occiditur, ab occidente perditur? atque id quod occidit, perditionem prauitate perficit: plurima autem iſtius generis, in animatis eorum quæ ratione carent, reperiuntur; in quibus cernere eſt quædam non modo ſibi ipſa inter ſeſe, verum etiam hominibus inſidias tendere: quomodo verus eſt qui dicit, Deum cuncta bona, & quidem valde bona feciſſe? Sin verus eſt, bona autem & mala in creatura ſunt: quomodo bona quidem boni, mala autem mali creatoris eſſe, non dignoſcuntur, & duo ſibi inter ſe repugnantia principia, ſecundum Manichæos, non demonſtrantur? Sed enim ſi cædes eorum quæ enecantur, boni alicuius gratia ſit, quemadmodum nonnulli opinati ſunt: quomodo præſtabilius non fuit, ab initio ea præpediri, quo minus ex eo quod non ſit, in id quod ſit, progrederentur?

RESPONSIO.

Qui ex creatione animatorum, rationalium iuxta & irrationalium, de Creatore conſeotaneam, ſecundum naturam eorum, mouet quæſtionem: is ſecundum creatoris finem, inſpicere debet naturam ipſam, mortalia omnia ſicut ad generationem, ita etiam ad corruptionem & interitum producentem. Quod ſi hoc modo, iuxta animantis rationem, differentia inter ea non eſt: vnus atque idem eorum, quæ inter ſe non differunt, fuerit conditor. Quam autem alia per aliorum inter ſe ſtructas inſidias ſuſtinent perditionem, ea illis per diuinæ prouidentiæ permiſſionem acciderit. Nam ſi quidam illa, cum ei quæ tum per inſidias ſit, ſubiecta ſint corruptibilitati & perditioni, diuinitate donare non detractarunt: quanto magis diuinis honoribus fuiſſent proſequuti, ſi omnino damni & interitus permanſiſſent expertia? Vt ergo ex eis quæ perferunt, quæ ſint dignoſcantur, indigna ſcilicet Dei & honore & nomine: eam ipſam ob cauſam, & natura & inſidiis [corruptionem & perditionem ſuſtinent.] Porro animantes irrationales procreatæ ſunt, ad hominum partim miniſterium, partim alimentum, partim coërcionem, iuxta illud: *Dentes beſtiarum immittam in eos, cum furore trahentium ſuper terram.* Enimuero ſi bonum eſt, vt homo animalibus ratione carentibus alatur, eorumque miniſterio iuuetur, & ab eiſdem coërceatur: bona profecto fuerit eorum, ad id vt ſint productio, & à calumnia prauitatis naturæ, propter eam quæ ex ipſis percipitur vtilitatem, libera. Sin hoc ſic habet, certum fuerit, vnius boni opificis irrationalia animalia omnia eſſe opificium.

QVÆSTIO CXXVIII.

Si eam quæ dicta eſt prauitatem, inuidentia ſalutis hominum inimicus in ipſis efficit, id dolo agens, vt eos futuris ſubdat ſuppliciis: rationis autem expertia, neque ſalutem neque pœnam inter eos qui puniuntur, curant, & propterea inexpugnabilem obtinent [feritatem,] quomodo non ſola naturæ malicia, mala conſectantur?

RESPONSIO.

Irrationalium naturas, propter factorum prauitatem ſuggillare, rationis non eſt. Nam bene aut male egiſſe, ratione præditorum eſt; non ratione carentium. Et quoniam propter eum quem diximus vſum, natura irrationalium eſt creata: manifeſtum fuerit, cum vſus bonus ſit, bonam quoque eſſe naturam.

QVÆSTIO

QVÆSTIO CXXIX.

Si *Simplex* quidem eſt id quod per ſeipſum ſit, ſicut in litterarum elementis 1. *Compoſitum* autem id quod cum altero ſit, vt puta * & eo quod eiuſdem vtraque ſint eſſentiæ, 1. ſcilicet, & quod è tribus 1. componitur * non aboletur id quod ex vtroque connexo componitur: quomodo Deus incompoſitus dicitur è duabus perſonis, quæ intelligentia conſubſtantiales eſſe percipiuntur, Patris dico, & Filij, & vnius perſonæ, quæ facilem peculiaris ſubſiſtentiæ notionem præbet, ſancti inquam Spiritus, obtinens compoſitionem, Vnuſque & Incircumſcriptus vocatur; cum tanta eius & talis ſit ſubſiſtentiarum ſiue perſonarum diſtinctio & diſcrimen?

RESPONSIO.

1. Et * ſubſtantia nihil inter ſe diſtant vtrumque enim linea eſt. Linea autem, quatenus linea eſt, à linea nihil differt. Differt vero 1. à * poſitura ea qua hoc quidem 1. illud autem * eſt. Atque ipſum * quatenus linea eſt, vnum eſt: quatenus vero * trinum eſt, compoſitúmque & genitum; per partes namque & temporalem intenſionem, id, vt * ſit, ab eo quod ipſum conſequutum eſt & fecit, exſtitit. Oportet igitur eum qui naturali quapiam comparatione ſiue proportione illum contemplatur qui ſupra naturam eſt, ea dumtaxat ex comparatione deſumere, quæ rei per comparationem contemplatione mentis conceptæ congruant: velut Vnum & Trinum, in * & Deum quadrant: verum in * geniti & compoſiti modo, in Deum autem, ingeniti & incompoſiti modo. Nam qui generantem & componentem non habet, neque genitus neque compoſitus eſt. Quocirca in Deo quidem eſſe dicimus æternam συὑπαρξιν, id eſt coexſiſtentiam; non autem compoſitionem: in * vero compoſitionem, quod per partes conſtituatur. Itaque vnus eſt Deus, Trinitas, ipſa eſſentiæ vnitate citra omnem, quantum ad hoc pertinet, diſcretionem & diſtinctionem: ſicut vnum eſt *, vnitate lineæ, citra omnem, quantum ad hoc pertinet, diſcretionem & diſtinctionem. Differentia autem eſt, in ſancta quidem Trinitate, iuxta ſubſiſtentiarum exſiſtentiæ modos: in * vero, iuxta lineæ poſituræ qualitatem.

QVÆSTIO CXXX.

Si eo quod cœlum, ſecundum Græcos, globus eſt, in loco quoque mouetur: quomodo eo quod cœlum, ſecundum Scripturam; tanquam camera compactum, aut ſicut pellis extenſum eſt, non in loco eſt? Nam neceſſe eſt vt, quod quemadmodum id quod mouetur, ita & id quod compingitur, in loco eſſe exiſtimetur. Quod ſi hoc ſic eſt, quomodo alteri ab alteris, ob circumſcriptionem cœli non iuſtam damnationis reportabimus ſententiam? Sin cœlum vtrorumque opinione, in loco eſt, & vtriſque loci qualitas & quantitas ignota eſt: quanam re alteri alteros, eorum quæ dicta ſunt nomine, magis damnare poſſumus, cum apud vtroſque par ſit condemnatio & ignorantia?

RESPONSIO.

Si Chriſtiani dicerent, cœlum in loco non eſſe, ſicuti Græci dicunt; fieri poſſet vt alteri alteros ex æquo damnarent: dicentes quidem non eſſe in loco cœlum, verbis autem quæ cœlum in loco eſſe ſignificant, alteri ad alteros vtentes. Sin cœlum globum eſſe, & in globi modum moueri, impoſſibile eſt: inſtar cameræ vero id habere, poſſibile eſſe demonſtratum eſt: nulla vtique Chriſtianorum de ignorantia fuerit condemnatio. Loci autem ex rebus noſtris de eo facimus coniecturam; quoniam quemadmodum apud nos, ſi aliquod ſit rotundum corpus, leue & concauum, & æqualis vndequaque dimenſionis, atque id in aquas immittatur, ab aquis ipſis portatur: ad eundem modum cœlum portatur ab aquis: *Extendens*, inquit, *cœlum vt cameram*, vbi *Cameræ* nomine, rotunditatem corporis cœleſtis ſignificauit. Portant igitur cœlum aquæ, aquas autem terra, terram porro præceptum diuinum: *Suſpendens*, inquit, *terram in nihilo*. E

QVÆSTIO CXXXI.

Si Euangeliſtæ, Matthæus & Lucas, generis Domini ſecundum carnem, ſeriem recenſentes, alter naturæ, alter legis genealogiam contexuit, quod hoc ita rerum Iudaïcarum conſtitutio ferret: quomodo Lucas Matthæo repugnans non probatur plures legitimos quam naturales Chriſti progenitores in Euangelio ſuo exponere; cum diuerſum ab eo ſcribi debuerit? quandoquidem pauciores legitimos ſiue adoptiuos quam naturales patres in genealogia numerari neceſſe eſt. Fieri namque poteſt, vt conſtitutione Legis [alicuius legitimi ſint liberi] quos pater alius naturalis progenuit. Quomodo igitur, ſicuti dixi apud Euangeliſtas [genealogiæ catalogus] eſt inuerſus? & Lucas, cum pari, immo pauciore numero legitimos quam naturales debuerit enumerare Chriſti maiores, plures nominare comperitur? F Sin in generis nomenclatura ſibiipſis, & alter alteri repugnantia memorant: quomodo in reliqua de Seruatore doctrina, fidem debitam obtinere poterunt, ab ipſis ſtatim procemiis ad controuerſandum eum commonentes, qui cum ratione certa religioni noſtræ adiungere velit?

SOLVTIO.

In genealogia Lucæ, ſolus Eli legitimus eſt Ioſephi pater: ab Eli autem ad Nathan vſque, qui ordine recenſentur omnes, naturales eorum qui illis ſubiunguntur, ſunt filij. Qui quidem ea quam Eli obtinet ad Ioſephum neceſſitudine, Ioſephi ſolius [legitimi.] cæterorum vero omnium naturales habentur aui. Porro ſi hoc ita intelligatur, omnis Euangeliſtarum, de dictorum repugnantia, tollitur calumnia; quam ineſſe illorum ſcriptis, intellectu prauo arbitrantur, qui rem non ſatis intelligunt.

QVÆSTIO CXXXII. G

Si iuxta legem Moſaicam, frater defuncti fratris qui ſine liberis deceſſit, coniugem relictam matrimonio ſibi iungens, ſobolem ex ea ſuſpiciebat; natura quidem ſibiipſi, lege vero fratri: num, ſi accidit vt ſuperſtes frater vxorem ſuam haberet, vna cum illa defuncti etiam fratris mulierem, vxorem duxit? Et quomodo hoc abſurdum non eſt? Quod ſi etiam huiuſmodi infœcunda fuit: quomodo præterquam quod abſurdæ eſſent, non etiam infructuoſæ inducebantur tales nuptiæ; & legis conſtitutio non abſurda & fruſtranea prorſus eſſe declarabatur, mortuo prolificatione non conſequente memoriam? Quæ denique ad defunctum redit ex eo vtilitas, quod per prolificationem alterius, ipſe poſt obitum pater prolis alienæ vocetur?

RESPONSIO.

Cum lex non prohibuerit vt Iſraëlitæ ſi vellent, vxorem ducerent, non tantum cognatam, ſed etiam captiuam, H & concubinam: nihil certe abſurdi fuerit, neque quidquam nocuerit fratri, ſupra vxorem ſuam, etiam defuncti fratris vxorem ducenti, cum lex non violetur. Abſurditas namque omnis in legis tranſgreſſione conſiſtit. Atque etiam ſi contingat [coniugem mortui ſterilem eſſe] poteſt tamen id mulierem ipſam latere. Id autem quod latet & ignotum eſt, non poteſt [conſulto] legem deſpicere. Lex autem iſta rogata eſt, vt, quod mors defuncto ademit, hoc eſt patris ius & hæredem, id legis illi præbeat prouidentia. Nam ſi memoriæ & hæreditariæ ſucceſſionis gratia, homines in matrimonio conueniunt: certum fuerit [quocunque modo] Deus excitetur ad iſta hominibus præſtanda, non inutilem eam rem eſſe. Ineſt præterea conſtitutioni huic alia quædam commoditas; vt iſtiuſmodi coniugali ſuperductione, hæres in eadem permaneat gente, atque in alius non tranſeat gentis tribum. Et cum ſemel mulier coniuncta marito primo, vnum cum eo corpus ſit facta: propterea non ſit pater

alienæ ſobolis defunctus, ſed eius quæ ex ſuo ipſius corpore progeneretur. Sicut enim qui ex huiuſmodi gignitur coniunctione, defuncti eſſe dicitur; ſic & mater illius dicitur eſſe coniux.

QVÆSTIO CXXXIII.

Si ea quæ dicta eſt conſtiturio, ante Dauidis tempora Iſraëlitis eſt promulgata: quomodo Euangeliſta Matthæus, naturalium partum ante & poſt Dauidem meminit; Lucas vero, ante Dauidem naturales poſt Dauidem legitimos nominat partes? Et ſi nomina nuturalium & legitimorum patrum poſt exſilium Babylonis nmnino in ſacris non reperiuntur relicta litteris, ſed per enunciationem ab Euangeliſtis ſcripta ſunt: quomodo ea quæ ſic per enuntiatiooem recenſita ſunt, ab hominibus accuratius rem inquirentibus [approbari] poterunt?

RESPONSIO.

Et Lucas ipſe naturalium patrum Eli mentionem fecit, & qui ante ac poſt Dauidem fuere Eli aotem vnus legitimus Ioſephi pater fuit: qui Ioſephus, legitimi filij iure, vſque ad Nathanem, iuxta eiuſdem coniunctionis neceſſitudinem, pertinet. Appellatur vero Dominus Chriſtus, Filius Ioſephi, duos habentis patres: alterum, quem ſecundum legem diuina gratia, diſpoſitione ſua ordinauit; vt, cum audiamus Chriſtum eſſe quidem filium Ioſephi, noo genitum autem ex eo naturaliter, admiratione tanquam in re noua non ducamur: alterum, quem natura dedit. Quemadmodum namque Ioſeph vocatus eſt Eli filius, non autem ex eo genitus, quia diuinæ legi ita placitum fuit, ex vxore Eli dare eidem Eli filium: ad eundem modum Deo viſum eſt, ex coniuge Ioſephi, filium dare eidem Ioſepho naturaliter ex eo non genitum. *Ioſeph,* ait *fili Dauid, ne metuas adiungere tibi Mariam mulierem tuam*; nam id quod ex muliere quapiam, abſque ſtupro & fornicatione progignitur, neceſſario viri & vxoris filius eſt: cuiuſmodi ratione Deus dare vult filium viro, per copulationem videlicet, vel citra copulationem. Non enunriatione vero vſi Euangeliſtæ, ſed hiſtoriarum ſcriptarum auctoritate nixi, nominibus progenitorum Chriſti commemorandis, nomenclaturam genealogiæ inſtituerunt Ebræi namque fuere, ex Ebræis orti genealogiarum ſcriptores ſancti Euangeliſtæ: quibus ſingulare fuit ſtudium, ex ſcriptis conquiſitum regiæ & Iſraëliticæ tribus genealogiæ habere catalogum. Poſt reditum certe quidem è Babylone, Eſdras quos in catalogo genealogiæ ſacerdotum recenſeri non inuenit, eos à ſacerdotalibus muneribus amouit; atque hoc ex libro Paralypomenon patet.

QVÆSTIO CXXXIV.

Si legem populo Iſraëlitico Deus per Moſen è cœlo demiſit: quomodo in multis locis diuinæ Scripturæ Lex non Lex, ſed legiſlator Moſes dicitur?

RESPONSIO.

Mos eſt non tantum hominibus, ſed etiam diuinis litteris, nomine auctoris qui aliquid dixit aut ſcripſit, orationem aut ſcripturam appellare, cuius ea ſit iodicandi gratia: vt eſt illud, *Sedebat Eunuchus ſuper curru, legebatque prophetam Eſaiam*, & illud; *Abominatio deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta.* Quin & nos dicere conſueuimus; Eſt mihi propheta Hieremias, aut Apoſtolus.

QVÆSTIO CXXXV.

Si Chriſtus verus eſt Chriſtus, rem ipſam iuxta & appellationem ſecundum ſacram Scripturam, repræſentans: Chriſtum vero Emanuelem vocatum iri, Scriptura diuinitus inſpirata prænuntiauit: quomodo verus Dominus eſſe exiſtimabitur, qui poſt natiuitatem Emanuelis nomen non accepit? Nullus enim poſt aduentum ſuum, Chriſtum Emanuelis nomioe verbum appellauit. E

RESPONSIO

Si in Euangelicis ſcriptis continetur diuinorum de Chriſto prædictorum vaticiniorum exitus: huoc ipſum autem eſſe, quem diuina prædictio Emanuelis nomine appellandum eſſe deſignauerit, beatus nobis Matthæus prodidit: quomodo ille nomine Emanuelis non vocatur? Non deſiiit autem ſancta Dei Eccleſia, prout ex ſancti Euangelij doctrina [id edocta eſt,] Dominum nominare Emanuelem. Porro Chriſti vocabulum cunctas in ſe reliquas ipſius complectitur appellationes, quamuis non omnibus ſemper vtamur. Non enim quòd vocatur, Emanuel eſt; ſed eo quòd eſt, Emanuel vocatur.

QVÆSTIO CXXXVI.

Si parentes aſpernari, Sacris eſt litteris interdictum: F
& quæ interdicta conſectatur, Pecator dicitur: quomodo Dominus Chriſtus, multis in locis parentes ſuos aſpernatus, immunis peccato probatur? In nuptiis enim per illud? *Quid mihi tecum eſt mulier*; matrem obiurgauit. Cum autem ipſum Mater videre vellet, *Matrem* & *Fratres* voluntatem Patris facientes dixit. Et ruſum, cum illum qui geſtauit venter, & quæ ſuxerat vbera, beatificarentur: ipſe Dei voluotatem facientes *Beatos* pronuntiauit. Quæ ſane omoia, cum matris contumelia ab eo putantur eſſe dicta: propterea quod cum mater eius nominaretur, & beata deprædicaretur, perinde atque ſe illi opponeret, ipſe alios beatificarit. Aduerſam ſanè oppoſitionem, de rebus contrariis recipi manifeſtò conſtat. Denique cum ſancta virgo ad tantæ adminiſtrationis ſiue diſpenſationis miniſterium diuinitus delecta eſſet: quomodo iuxta ea quæ dicta ſuot, indigna beatificatione reputata eſt? Sin dicta talia Inter ſe repugnant; quomodo inter ſe pugnantia, aliud ab alio oon euertitur? G

RESPONSIO.

Iſtud, *Quid mihi tecum eſt mulier*? non ad matris obiurgationem dictum eſt à Saluatore; ſed ad illud oſtendendum: Non nos, inquit, delecti ſumus quibus conſumptum in nuptiis vinum curæ eſſet, ex ſingulari tamen caritate, ſi vis, ne eos vinum deficiat, miniſtris dicito vt quæ dicero faciant: & videbis non defore illis vinum: id quod & factum eſt. Non igitur verbis matrem increpuit, quam operibus cohoneſtauit. Aliis autem vocibus, non matrem honore debito priuat; ſed cuiuſmodi materni iuris genere beatiſſima eſſet virgo, declarat. Si enim qui audit verbum Dei, & cuſtodit, is frater eſt Dei, & ſoror & mater; & vtraque hæc matri eius inerant: nempe eiuſcemodi materoi iuris, laude beatificatam oportuit matrem eius. Nam audire & ſeruare verbum Dei, virtutis eſt, & animi puri, qui totus in Deum reſpiciendo ſit intentus. Et quia non quamlibet vulgo fœminam Deus delegit quæ genitrix Chriſti fieret, H
ſed quæ mulieres omnes virtute anteiret: non abs re, ciuſmodi virtutis nomine matrem ſuam beatam deprædicari voluit, per quam virtutem honore eo digna habita eſt vt virgo mater fieret. Quod vero nullo modo Chriſtus contumelioſè aut inobedienter quidquam aduerſus parentes egerit, ex eo apparet quod Lucas Euangeliſta de eo teſtatur, Hieroſolymis eum cum ipſis deſcendiſſe, & ſubditum illis fuiſſe.

QVÆSTIO CXXXVII.

Si ante ſepulturam Maria vnguento Dominum vnxit, nos autem in baptiſmo, ſymbola ſignáque paſſionis & reſurrectionis eius referentes, celebramus: quomodo primum oleo vngimur, ac deinde in ſacro lauacro, quæ dicta ſunt ſymbolis peractis, poſt illa vnguento conſignamur; atque hæc ipſa quomodo non contra quam circa Dominum geſta ſint facere exiſtimamur? ſiquidem Do-

minus primum vnguento delibutus eſt, ac deinde paſſus. Quomodo vero non ſuperuacua eſt etiam ea quæ in baptizandis peragitur olei vnctio, ſi vnguento tantum ante paſſionem delibutus eſt Chriſtus?

RESPONSIO.

Quandoquidem quæ [Maria] facit, ad ſepulturam poſt mortem ipſius ſepulti facit: beata autem Maria ante mortem Dominum vnxit pro eo atque ſcriptum eſt: *Quod fecit hæc*, inquit, *ad ſepulturam meam fecit, præuenit enim vt vngeret corpus meum*, vbi verbum hoc, *Præuenit*, dictum eſt pro eo quod eſt, Ante iuſtum tempus vnxit corpus meum. Quocirca hoc non fit per repugnantiam: verum id quod in Domino geſtum eſt, ante iuſtum tempus, in eis qui baptizantur, congruenti fit tempore. Cæterùm veteri oleo inungimur vt chriſti vnctique fiamus: vnguento autem, ad recordationem eius qui vnguenti vnctionem, ſepulturam ſuam eſſe reputauit: ac typo quidem & figura in præſenti, veritate autem & reipſa in futuro tempore, ad communicationem paſſionum ſimul & gloriæ eius qui nos vocauit, Saluatoris Chriſti.

QVÆSTIO CXXXVIII.

Si iuſtus eſt qui peccantem pro eo quod peccauit, punit: quomodo Deus eſt iuſtus, qui multitudinem tantam neci dedidit, propter lapſus aliorum? lapſos autem dico Ionatham & Dauidem: illum, qui per imprudentiam ieiunium deguſtatione mellis ſoluerit: hunc, qui præcipiti temeritate adductus, luſtrum condiderit, & numerum populi inierit. Siquis vero dicat, ſubditos principum luiſſe ſupplicium: quomodo iniuſtus non eſt, qui innoxios pœnis ſubiicit? & Scripturæ non aduerſatur; *Anima quæ peccauerit, ipſa morietur?*

SOLVTIO.

Acerbiſſimum eſſe delinquentium Regum ſupplicium populi cladem, ipſe indicat beatus Dauid, Deum orans vt in ſe & domum ſuam à populo plagam conuertat. Regni enim eſt fluctuatio, eorum qui reguntur diminutio. Conſimiliter porro Saul occiſurus erat Ionatham filium ſuum; vt eius cæde, populum plaga, tanquam remedio adhibito, liberaret: niſi illum occupans populus præueniſſet, iureiurando interpoſito, non permiſſurum ſe eſſe vt Ionathas intereat. Et ſicut homo ex anima & corpore conſtituitur: ita regnum, ex rege, & eis qui reguntur, coagmentatur. Et quemadmodum ſi homo manibus peccatum committens, tergo pœnas pendat, non iniquè qui in eum animaduertit agit: ita non iniuſtè Deus facit principum delicta, populi pœna coërcens. Ita magnum Reges mœrorem coniicere ſolet, populi calamitas. Regni námque pœna eſt, ciuium ipſorum plaga.

QVÆSTIO CXXXIX.

Si Deus vnus eſt Deus, certum fuerit, vndequaque eum vt vnum ſit, obtinere: videlicet ſimplex aut compoſitum, mortale aut immortale, genitum aut ingenitum, quod gignat aut quod gignatur. Quo igitur modo, cum Pater gignat, & Filius non gignat; atque Filius gignatur, & Pater non gignatur: Deus vnus vocari poteſt Pater & Filius & Spiritus ſanctus; eo quòd per id quod gignatur aut non gignatur, & quod gignat aut non gignat, repugnantiam obtinere putetur?

RESPONSIO.

Vnus Deus eſt, coexſiſtentia trium diuinarum ſubſiſtentiarum: quæ inter ſe diſtant non eſſentia, ſed exſiſtentiæ modis. Differentia autem exſiſtentiæ modorum, non diſtinguit eſſentiæ vnitatem. Et quemadmodum in Adamo, & Eua, & Setho, vna eſt eſſentiæ ratio; anima ſcilicet rationalis, & corpus mortale? modi vero B exſiſtentiæ diuerſi: nam Adam è terra factus eſt, Eua è coſta, Seth è genitali ſemine: & in diuerſis exſiſtentiæ modis, manet eſſentiæ ratio vna, in quam diſtinctio & mutatio non cadit: ſic & in Deo, eo quod eadem ſit perſonarum eſſentia, vnus Deus creditur, Pater & Filius & Spiritus ſanctus. Nihil enim momenti ad eſſentiæ rationem confert, exſiſtentiæ modus. Proinde quæ de diuinis tribus ſubſiſtentiis eodem immutabili modo dicuntur, in eis vnitatem intellige: quæ verò non eodem modo, ex eis rationem perſonarum exſiſtentiæ cognoſce.

QVÆSTIO CXL.

Si Chriſtus ſeipſum hæredem nominat; hunc autem, iuxta parabolam, agricolæ, hoc eſt Iudæi, agnouerunt: & quia agriculturæ domini eſſe concupiuerant, hæredem tanquam hæredem necarunt: quomodo & ipſe Chriſtus, F Apoſtolus Paulus, in tam temerario auſu imprudentiæ eis perhibuerũt teſtimonium: ille quidem, dicens, *Remitte illis Pater: neſciunt enim quid faciunt*: hic autem, *Si cognouiſſent, haudquaquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.*

RESPONSIO.

Imprudentia ſiue ignoratio dupliciter dicitur. Aut enim non ſponte ſua quis ignorat, cum ea res non habeat quæ ipſum ad cognitionem ducant: aut voluntate ſua ignorat, cum res ad cognitionem eum ducentes habeat, & noſſe tamen nolit. Atque hanc deſtinatam ignorationem, ſolita eſt ſacra Scriptura nominare, aliquando imprudentiam ſiue inſcitiam, aliquando ſcientiam, vt cum dicit: *Et me noſtis, & vnde ſim noſtis*; pro eo quod eſt; Ex operibus meis, & nomine meo, & ſermonibus meis, noſſe poteſtis veritatem, nam qui per mendacium fallit, opera talia edere non poteſt. Et cum ab agricolis hæres eò eſt agnitus, quòd eum viderant in præſenti vita, ope- G rum editione & filij appellatione, ſupra omnem eſſe hominem, iuxta euidentem parabolæ deſcriptionem. Sed tum, quod illum poſt mortem eius Deus è mortuis ad vitam immortalem eſſet reſuſcitaturus, & facturus hæredem vniuerſorum, non cognouerunt. Nam & ipſa perſpicua parabolæ deſcriptio, eius rei dilucidam & apertam non habet deſignationem. Itaque de eiuſmodi ignorantia dixit Chriſtus. *Pater, remitte illis: neſciunt enim quid faciunt.* Similiter & Paulus: *Si enim cognouiſſent, haudquaquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.*

QVÆSTIO CXLI.

Si vnus Chriſtus diuinam legem impleuit: quomodo irreprehenſibiles in lege ambulauerunt Zacharias & Eliſabet, de quibus hoc Lucas teſtificatur: & Paulus, qui in iuſtitia legis fuit irreprehenſibilis?

SOLVTIO. H

Aliud eſt, Eſſe irreprehenſibilem; & aliud, Peccato immunem. Immunis namque peccato, prorſus quoque eſt irreprehenſibilis Irreprehenſibilis autem neceſſario Peccato immunis non eſt. Nam qui contra legem peccatum committit, cui gratia fieri queat per oblationem victimarum & delicti confeſſionem, noxæ remiſſione accepta, purus redditur & irreprehenſibilis, ſecundum eam quæ ex lege eſt, iuſtitiam. At Chriſtus, vt qui immunis peccato ſit, quique legem nunquam violauerit, nihil in ſe admiſit quod correctione indigeret. Baptiſtam vero admiſit, & ab eo baptizatus eſt, vt impleret omnem iuſtitiam quam Paulus, priuſquam in Chriſtum crederet, non acceperat: alioqui enim non fuiſſet perſequutus Eccleſiam. Quocirca vnus Chriſtus, peccati expers eſſe dicitur.

QVÆSTIO CXLII.

Si Angelus homine eſt præſtabilior, & ſacræ litteræ

homines Deos appellant: quare noo conuenit vt Angeli à nobis Dij nominentur?

RESPONSIO.

Quicumque Angeli in dignatione Dei conſpecti ſunt, aut cum hominibus egerunt, obtinuere & ipſi nomen *Dei*, ſicur is qui cum Iacobo & Moſe loquutus eſt. Vocati vero ſunt & homines, *dij*. Vtriſque autem propter commiſſum ſibi munus, datum eſt obtinere Dei & dignationem & appellationem Quo munere obito, deſinunt vocati dij, qui propter functionem aliquam Dei nomen accepere. Cum namque angelo mandaret populi procurationem ſeu præfecturam, ad Moſen de eo dixit; *Non eris ei immorigerus, quoniam nomen meum poſitum eſt ſuper eum.* Cum vero Principibus iniungeret iuriſdictionem in populo, loquutus eſt ad eos: *Iuſtum iudicium iudicate: quoniam iudicium Dei eſt.* Et iterum: *Dij eſtis, & filij Altiſſimi omnes*, vbi eos deos eſſe dixit, pro eo quod eſt: Dedi vobis honorem, dignationem & appellationem meam: Itaque perinde iudicate populum, atque ſi ego ipſe iudicarem.

QVÆSTIO CXLIII.

Si Deus longe præcedit, homo autem longe decedit, quomodo non perperam homo appellatur Deus?

RESPONSIO.

Quæſtio hæc nec Chriſtiano, nec pagano congruit. Secundum vtrumque enim in decedentes præcedentis transfertur nomen, pro cuiuſque opinione. Non oportet autem ex eo quod in confeſſo, ſed ex eo quod in ambiguo eſt, quæſtionem inſtituere.

QVÆSTIO CXLIV.

Si Deus habet ſubſiſtentiam exſiſtentem, & voluntatem inexſiſtentem, & Filium exſiſtentem: quomodo tot modis compoſitus, ſimplex dicitur?

RESPONSIO.

Sicuti Deus vbique eſt totus, & totus in vnoquoque, totuſque inſeipſo, atque id fide noſtra probamus; ita etiam ſimplicitas eius tota Filius eſt tota Filium habens eſt: totaque voluntas eſt, ac tota voluntatem habens eſt. Non enim ad inſtar creatæ naturæ Deus eſt, vt id quod ſit, & id quod habeat, per compoſitionem intelligatur, ſicut [natura creata;] verum pro eo atque naturam obtinet, ita etiam intelligendus eſt, id quod ſit, & id quod habeat, obtinere ſupra compoſitionem.

QVÆSTIO CXLV.

Si per quæ caro per eadem & ſanguis conſiſtit: quapropter Deus carnis animantium eſum permittit, carnis autem in ſanguine vſum interdicit? *Excepto*, inquit *quod carnem in ſanguine non comedetis.*

SOLVTIO

Vt ea quoque re Deus nos à ferarum immanitate & ſimilitudine ſecerneret, quæ in laniatu carnum ſanguinem quoque eorum lambunt, quorum vorant carnes.

QVÆSTIO CXLVI.

Si Deus in eis rebus, quæ verum euentum conſequutæ ſunt, etiam per paganorum vates futura prædixit, cum mutuis inter ſe bellis illi conflictarentur: & perſæpe illi, cum aliquid de oraculi reſponſo, quod Sacris litteris eſt prohibitum, egiſſent, rebus aduerſis in ſecunda percontatione inſertis ſunt liberati: velut in bello, cum ſeptem illi duces apud Thebas, vrbem eam funditus euerſuri eſſent: reſponſum autem edente vate Tireſia, Menœceus de ſententia vaticinii ſeipſum non grauatè interimeret, iuxta prædictionem, ita & vrbs ſeruata, & ab eius ciuibus hoſtes cæſi ſunt: atque hoc ex multis vnum de bellorum victoriis nobis ſit dictum: quomodo igitur Ethnicorum oracula & diuinationes, fidem auctoritatemque ſuam non retinebunt?] E

RESPONSIO.

Quæſtionum ſolutionem inſtituens, primum ea quæ pro confeſſis habentur, ponere, ac deinceps eorum quæ in quæſtionem veniunt, ſoluere ambiguitatem debet. In confeſſo autem eſt, vnum eſſe Deum opificem & procuratorem mundi vniuerſi; quem ſanctæ Chriſtianorum litteræ annuntiant, oraculis earum teſtimonio diuinarum virtutum confirmatis. Penes hunc futurarum rerum eſt prædictio iuxta & euentus. Quæ hunc autem deprædicant Scripturæ, Græcorum deos proſcribunt. *Si mutabunt*, ait, *gentes deos ſuos*; &, *ipſi non ſunt dij.* F Quorum vero dii non ſunt dii horum etiam vates veritatis non ſunt prophetæ: neque eorum diuinatio ineuitabilem, verumque & certum habet exitum. Nam vti longe abſunt à vera diuinitate & numine; ita quoque à futurorum ſemoti ſunt præſcientia & diuinatione. Quandoquidem autem profanæ à ſactis noſtris gentes multifariam, ac præcipuè in bellis quæ inter ſe gerebant, oraculis vtebantur, ſtatuit de illis pro voluntate ſua, Chriſtianorum Deus. Teſtatur huc Alexandri & Darii bellum: quorum ille alterius confirmauit, alterius autem abrogauit ab oraculis edita reſponſa. Teſtatur quoque Aſſyrii aduerſus multos & potentes populos geſtum bellum; quod Deus *virgam furoris* & *ſerram* vocauit: quandoque dicens: *Ecce Aſſyrius, virga furoris mei eſt aduerſus gentem peccatricem [mittam] eum*: quandoque de eo inquiens: *Nunquid [exaltabitur] ſerra abſque eo qui trahit illam?* Sane quidem quod Aſſyrius per proſperum reſpóſorum quæ à diis ſuis per vates acceperat euentum, tanquam ſerra conſcidit & dilacerauit miſerabiles G gentes: quæ & ipſæ, itidem vt ille, oraculis confiſæ, cum ipſo bello conflixere, & ſpe acceptorum reſponſorum decidere: permittente Deo id eſt factum: vt ſcilicet oracula Aſſyrij votis reſponderent, gentes autem vaticiniis ſuis fallerentur. De quibus Deus per prophetam Eſaiam: *Remiſi*, inquit, *manum meam.* Aſſyrius vero? *Nunquid*, ait, *liberarunt dij gentium terram eorum de manu mea, vt eruat Dominus Hieruſalem ex manu mea?* Iuxta accepta oraculorum per vates reſponſa, Aſſyrius huiuſcemodi proloquutus eſt verba, & contra gentes, & contra Hieruſalem. Atque is aduerſus gentes euentu oraculorum felici eſt potitus, Deo permittente: aduerſus Hieroſolyma autem, eorundem exitu potitus non eſt, Deo non permittente. Quomodo igitur oraculo decepti ſunt ſeptem illi duces apud Thebas, quo minus vrbem eam prorſus exſcinderent? Aduerſus videlicet oraculi exitus, eius dei à quo per diuinationem ea ſunt prænunciata, quæ euentu ad rem non ſunt collata, coarguit H infirmitatem. Ac ſi, iuxta minime fallacem Seruatoris vocem, abſque Deo ne paſſer quidem in terram cadit: multo profecto minus populus vniuerſus, aut vrbs tota interit, Deo non permittente. Quod vero quæuis profana gens, quæ à gente itidem profana extincta eſt, virga & ſerra furoris Dei, interierit, manifeſto appaet ex his quæ de Aſſyrio ſunt dicta. Ad hæc, ſi ea quæ à Græcis de Tireſia vate memorata ſunt, omni ex parte ſunt ridicula: quomodo fieri poteſt, vt quæ ille dixerit, vera fuerint; fertur enim de eo, virum ipſum & fœminam fuiſſe, & vtrorúmque habuiſſe formas, & multas inter deos medium diremiſſe contentiones. Quam ob cauſam, iratam illi Iunonem, cæcitatem immiſiſſe: Iouem autem, vt caſum eius ſolaretur, diuinatione illum donauiſſe. Porro cum incredibilia ſint, quæ de ipſo fabuloſe narrata ſunt, qui fieri poteſt, vt vera fuerint quæ ab ipſo ſunt vaticinante pronuntiata? Denique ſi, pro eo atque Græ-

ei dicunt, quæ à Parcis fuſis ſuis inuoluta ſunt reuoluere poſſibile non eſt; quomodo oracula non ſunt eis inutilia qui illis vtuntur, Parcis ad finem ineluctabilem neceſſitate ea perducentibus, quæ earum ſint inuoluta fuſis? Quæ ſi ita habeat, quomodo falſæ non ſunt quæ aliæ ab aliis tolluntur, Parcæ videlicet, & diuinationes? Quomodo vero Menœceus non fruſtra ſeipſum necauit de oraculi ſententia: cum cauſa, vt hoſtes occiderentur, vrbis autem ſeruaretur, non ex dæmone, qui per vatem reſponſum edidit, ſed ex Domino ipſo vero Deo, qui id permiſit, extiterit?

EIVSDEM IVSTINI Ad diognetum Epiſtola.

QVANDOQVIDEM video te, Diognete, vir præſtantiſſime, acerrimo ſtudio teneri diſcendi quis ſit diuinus cultus Chriſtianorum, ac valde aperte accuratéque percontari de illis: in quo deo fiduciam collocantes, & quam religionem colentes, & mundum ipſum aſpernentur omnes, & mortem contemnant: ac neque eos qui à Græcis dij exiſtimantur, pro diis habeant; neque Iudæorum ſuperſtitionem obſeruent: & quis ſit ille amor quo ſe mutuo proſequuntur: & cur nouum hoc genus aut inſtitutum in conſuetudinem venire nunc cœperit, ac non prius: acceptum habeo tuum hoc deſiderium, & peto à Deo, qui & loquendi & audiendi nobis facultatem ſuppeditat, vt ab eo detur, mihi quidem, ita verba facere vt in primis contingat, te, poſtquam audieris, meliorem euadere; & tibi, ita audire, vt triſtitia non afficiatur is qui verba fecerit. Age igitur, poſtquam teipſum à cunctis cogitationibus mentem tuam præoccupantibus purgaueris, & conſuetudinem quæ te decipit, tanquam impedimentum aliquod, reieceris, & factus fueris, velut ab initio, nouus homo, vt pote ſermonis noui (ſicut & ipſe confeſſus es) auditor futurus: vide non ſolum oculis, ſed etiam prudentia, cuius ſint ſubſiſtentiæ, aut cuius formæ, ij quos vocatis & exiſtimatis deos. Nonne eorum alius quidem eſt lapis, ei qui calcatur ſimilis? alius autem eſt æs, nihilo melius quam quæ in vſum noſtrum fabricata ſunt vaſa? alius lignum, & quidem etiam putridum? alius, argentum, cui opus eſt homine cuſtodituro, ne furto auferatur? alius, ferrum rubigine corruptum? alius, teſta, nihilo ſpecioſior ea quæ ad abiectiſſimum miniſterium facta eſt? Nonne ex materia corruptioni obnoxia ſunt hæc omnia? nonne ferri & ignis ope fabricata; nonne eorum aliud ſculptor lapidum, aliud faber ærarius, aliud argentarius faber, aliud figulus finxit? minimèque in talem formam vnumquodque mutatum erat priuſquam arte alicuius horum hæc impreſſa ei fuiſſet? Nonne quæ nunc eadem è materia ſunt vaſa, ſimilia his reddi queant, ſi eoſdem artifices nanciſcantur? nonne hæc quæ à vobis adorantur, ab hominibus vaſa reliquis ſimilia fieri rurſum poſſunt? Nonne ſurda ſunt omnia? nonne cæca? nonne inanima? nonne ſenſus omnis expertia? nonne immobilia? nonne omnia putreſcunt? nonne omnia corrumpuntur? Hæc deos vocatis, his ſeruitis, hæc adoratis; & omnino ſimiles illis reddimini. Idcirco ſunt vobis odio Chriſtiani, quoniam hos eſſe deos non arbitrantur. Atqui vos qui eſſe deos nunc exiſtimatis, annon multo magis quam illi contemptui habetis? annon multo magis quam illi, irrideris & iniuria afficitis: dum lapideos quidem & teſtaceos veneramini, cuſtodibus carentes; argenteos autem & aureos includitis noctu, ac interdiu cuſtodes apponitis, ne furto auferantur. Et vero illis honoribus quibus vos proſequi eos exiſtimatis, potius ſupplicio afficitis, ſi quidem ſenſu præditi ſunt: ſi a expertes ſunt ſenſus, [huius rei] conuincentes, ſanguine & nidoribus eos colitis. Quis veſtrum hæc ſufferat? quis hæc ſibi fieri patiatur? ſed nullus quidem hominum hoc ſupplicium niſi inuitus patietur; ſenſu enim & ratione eſt præditus: at lapis patitur; ſenſu enim caret. Quamobrem illos ſenſus expertes eſſe conuincitis. Ac de eo quod Chriſtiani diis E huiuſmodi in ſeruitutem addicti non ſunt, multa quidem & alia habeam quæ dicam: ſi cui tamen vel hæc ipſa ſufficere non videantur, ſuperuacaneum arbitror & plura dicere. Deinceps autem de eo quod non eſt illis idem cultus diuinus qui Iudæis, te maximè cupidum eſſe audiendi puto. Iudæi igitur, ſi quidem abſtinent eo de quo verba feci cultu, & Deum vnum venerari, dominúmque omnium exiſtimare volunt: . . . ſin eodem quo ij de quibus dictum eſt modo, cultu illo eum proſequuntur, in errore verſantur. Nam quæ Græci ſenſus expertibus & ſurdis offerentes, dementiæ dant argumentum, hi dum ſe Deo præbere ea cogitant, tanquam iis indigenti, ſtultitiam potius quam cultum diuinum merito exiſtiment [id quod faciunt.] Qui enim cælum & terram, atque omnia quæ in iis ſunt condidit, & nobis omnibus ea ſuppeditat quibus indigemus, fieri non poſſit vt vllo eo- F rum indigeat quæ ipſe iis præbet qui ſe illi dare exiſtimant. At ij qui per ſanguinem & nidorem & holocauſta, facere ſe illi ſacrificia putant, atque his eum honoribus ornare, nihil mihi differre videntur ab iis qui ſenſu carentia eodem honore ſtudioſe proſequuntur, quæ percipere honorem hunc non poſſunt. [Quale autem hoc eſt,] putare ſe aliqua præbere ei qui nullius rei eſt indigus? At eorum circa cibos meticuloſam cautionem, & ſuperſtitionem circa ſabbata, & iactantiam de circumciſione, & quæ de ieiunio ac nouiluniis ſimulant, quæ ridicula ſunt & relatu indigna, te à me diſcere neceſſe habere non arbitror. Nam eorum quæ à Deo in vſum hominum creata ſunt, alia quidem tanquam recte creata admittere; alia vero, vt inutilia & ſuperuacanea, recuſare, quomodo fas eſt: De Deo autem hoc mentiri, eum vetare aliquid quod honeſtum ſit facere die ſabbati, quomodo impium non ſit? iam vero & de carnis imminutione, tanquam electionis teſtimonium ſit, gloriari, & tanquam eam ob rem Deus eximio illos amore proſequa- G tur, quomodo ſubſannatione non ſit dignum? Quin etiam eos, [tanquam] aſſidentes aſtris & Lunæ, obſeruationi menſium & dierum deditos eſſe, & Dei œconomias ac tempeſtatum mutationes ad ea accommodare ad quæ mentes ſuæ propenſæ ſint, alias quidem ad feſtos dies, alias vero ad luctus: quis diuini cultus & non dementiæ multo magis indicium exiſtimabit? Communi igitur vanitate & impoſtura; & Iudæorum curioſitate atque iactantia, iure Chriſtianos abſtinere, te abunde didiciſſe exiſtimo. Sed diuini cultus illis proprij myſterium ne te ab homine vllo doceri poſſe ſperes. Chriſtiani enim neque regione, neque ſermone, neque politicis vitæ inſtitutis à cæteris hominibus ſunt diſtincti. Nam neque proprias ciuitates incolunt, neque ſermone vtuntur qui ab aliorum ſermone differat, neque vitæ genus habent quod re aliqua ſibi peculiari ſit notabile, neque aliquid à curioſis hominibus excogitatum proponunt ſibi diſcendum: neque alicui dogmati humano patrocinantur, ſicut nonnulli: ſed incolentes partim Græcas, partim bar- H baras ciuitates, prout cuiuſque ſors tulit, & indigenarum inſtituta ſequentes, in veſtitu victúque, & cæteris quæ ad vitam pertinent, mirabilem & haud dubie incredibilem ſuæ politiæ ſtatum oculis noſtris proponunt. Patrias proprias habitant; ſed tanquam inquilini. Omnia cum aliis communia habent, tanquam ciues: & omnia patiuntur, tanquam peregrini. Omnis peregrina regio, patria eſt eorum: & omnis patria, eſt peregrina. Vxores ducunt, vt omnes, & liberos procreant: ſed non abiiciunt fœtus. Menſam communem apponunt; ſed minime pollutam. In carne ſunt; ſed non ſecundum carnem viuunt. In terra degunt; ſed in cœlo politiam ſuam habent. Obſequuntur legibus quæ ſancitæ ſunt, & ſuo vitæ genere leges ſuperant. Amant omnes, & omnes illos perſequuntur. Ignorantur, & condemnantur: morte afficiuntur, & viuificantur. Mendici ſunt, & multos ditant. Rebus omnibus indigent, & omnia illis redundant. Dedecorantur, & inter dedecora gloria afficiuntur. Eorum fama laceratur, & iuſtitiæ eorum teſtimonium perhibe-

tur.

tur. Maledictis ac conuiciis inceſſuntur; & bonis verbis
proſequuntur. Iniuria afficiuntur; & honore proſequun-
tur. Quum ſe gerant vt probos decet, tanquam improbi
puniuntur: dum puniuntur, gaudent tanquam viuificen-
tur. Aduerſus eos, tanquam alienigenas, Iudæi bellum
gerunt, & Græci eos perſequuntur: & oſores eorum
cauſam inimicitiarum dicere nequeunt. Atque vt ſemel
omnia complectar, quod eſt in corpore anima, hoc ſunt
in mundo Chriſtiani. Diſperſa eſt per omnia corporis
membra anima; & Chriſtiani per mundi ciuitates [di-
ſperſi ſunt.] Habitat quidem in corpore anima, ſed non
eſt è corpore: [*ſic*] & Chriſtiani in mundo habitant,
ſed è mundo non ſunt. Inuiſibilis anima in viſibili cor-
pore, tanquam in præſidio, conſtituta eſt; [ſic] & Chri-
ſtiani cognoſcuntur, dum in mundo commorantur; ſed
inuiſibilis eſt eorum cultus diuinus. Odio proſequitur
animam caro, & bellum ei mouet, nullâ affecta iniuriâ
quod voluptatibus frui prohibeatur: odio proſequitur &
mundus Chriſtianos, nullâ affectus iniuriâ, quoniam
voluptatibus repugnant. Anima carnem amat, quæ ipſam
odit, & [amat] membra: [ſic] etiam Chriſtiani amant
oſores. Incluſa quidem eſt anima corpore, ſed ipſa cor-
pus conſeruat: [ſic] & Chriſtiani detinentur quidem
in mundo, tanquam in cuſtodia, ſed ipſi mundum con-
ſeruant. Immortalis anima in mortali tabernaculo habi-
tat: & Chriſtiani illa quæ corruptioni ſunt obnoxia, tan-
quam inquilini, incolunt, incorruptibilitatem cœleſtem
exſpectantes. Anima, dum cibo & potu male tractatur,
fit melior: & dum Chriſtiani ſuppliciis afficiuntur quo-
tidie, numerus eorum creſcit. Deus illos tam inſignem
tenere locum voluit, quem illis nefas eſt defugere. Non
enim terrenum, vt dixi, inuentum, hoc illis traditum
eſt: neque mortalis eſt commentatio, quam adeo accu-
rate cuſtodiendam ſibi cenſent, neque humanorum my-
ſteriorum œconomia illis commiſſa eſt: ſed ipſe verè
Deus, qui eſt omnipotens, & omnium conditor, ac in-
uiſibilis, è cœlis Veritatem & Verbum ſanctum ac in-
comprehenſibile inter homines locauit, & in cordibus
eorum firmam habere ſedem voluit: non, quemadmo
dum aliquis conſicere poſſit, miſſo hominibus miniſtro
aliquo, aut angelo, aut principe, aut aliquo eorum qui
terrena gubernant, aut quopiam eorum quibus commiſſa
eſt rerum in cœlis adminiſtrandarum cura: ſed ipſo opi-
fice & creatore omnium: quo cœlos condidit, quo ma-
re ſuis terminis concluſit: cuius myſteria fideliter ab om-
nibus elementis obſeruantur: à quo certa ſpatia diurno-
rum curſuum [ſol] obſeruanda accepit: cui paret luna,
iubenti eam lucere nocti: cui aſtra obtemperant, lunæ
curſum ſequentia: à quo omnia diſpoſita ſunt, & ſuis li-
mitibus circumſcripta: & cui ſunt ſuppoſita cœli & quæ
in cœlis ſunt, terra & quæ in terra ſunt mare & quæ
in mari: ignis, aër, abyſſus: quæ in altitudinibus, quæ
in profunditatibus, quæ in medio [locata ſunt.] Hunc
ad eos miſit: an, vt aliquis hominum cogitare poſ-
ſit, tyrannidis exercendæ & terrorem incutiendi cau-
ſa? Minime vero: ſed in clementia, in lenitate, tan-
quam rex mittens filium regem; miſit; tanquam Deum
miſit, tanquam ad homines miſit, tanquam ſeruans mi-
ſit: tanquam cum obſequentibus agens, non tanquam
violentiam adhibens; violentia enim Deo non ineſt;
miſit vt vocans, non perſequens: miſit vt amans: mit-
tet enim eum condemnaturum, & quis eius aduentum
ſuſtinebit? . . . . ob-
iectos feris, vt abnegent Dominum, & non vinci. Non
vides, quò plures qui ſuppliciis afficiunt, tanto maio-
rem aliorum eſſe numerum? Hæc non videntur ab ho-
mine fieri; hæc ſunt Dei potentia hæc aduentus eius ſunt
indicia. Nam quis ex omnibus hominibus norat, quid
eſſet Deus, priuſquam ipſe [Dei Filius] veniſſet? An
vana & nugacia dicta illorum fide [ſcilicet] dignorum
Philoſophorum approbas? quorum aliqui ignem eſſe
Deum dixerunt: (id ad quod profecturi ſunt ipſi. Deum
vocantes) alij aquam: alij aliud ex elementis quæ à Deo
ſunt creata. Atqui ſi horum dictorum aliquod approba-
tione dignum eſt, poſſint & cæterarum rerum quæ ſunt
creatæ, vnamquamque ſimiliter pronuntiare Deum eſſe. E
Verum hi ſermones ſunt prodigioſa mendacia & impo-
ſturæ præſtigiatorum: ac hominum quiſquam neque vi-
dit [ipſum,] neque aliquam [ipſius] notitiam habuit:
ſed ipſe ſeipſum oſtendit. Oſtendit autem per fidem, cui
ſoli Deum videre conceſſum eſt, nam dominus & opifex
omnium Deus, omnia fecit, & ſuo quæque ordine diſ-
poſuit, non ſolum hominum amator, ſed patiens etiam
fuit. Sed hic fuit quidem ſemper talis, eſtque, & erit,
benignus & bonus, & iræ expers, ac verax, & ſolus bo-
nus: concepit autem mente aliquid magnum & ineffa-
bile, de quo cum ſolo Filio communicauit. Quamdiu
igitur ſuum prudens conſilium in myſterio retinebat,
neglectui nos habere, nullamque noſtri curam gerere
videbatur: at poſtquam per dilectum Filium reuelauit &
patefecit quæ iam inde ab initio erant præparata, omnia
ſimul præbuit nobis: & frui ſuis beneficiis, & videre.
Quæ quiſnam noſtrum exſpectauiſſet Omnia igitur apud
ſe ſciebat vna cum Filio œconomica ſua ſcientia. Cæte- F
rum vſque ad ſuperius tempus ſiuit nos pro libito incertis
motibus agitari, dum à voluptatibus & cupiditatibus
tranſuerſi raperemur: non quidem quod vllo modo pec-
catis noſtris gauderet, ſed ea tolerans: neque illud quo
iniuſtitia exercebatur tempus approbans, ſed mentem
iuſtitiæ creans: vt quum eo tempore conuicti eſſemus è
propriis operibus, vita eſſe indigni, nunc Dei benignitas
nos ea dignaretur: & quum manifeſtum feciſſemus, non
poſſe ex eo quod in nobis ſitum eſt in regnum Dei in-
gredi, per potentiam Dei nobis id poſſe daretur. Quum
autem ad cumulum malitia noſtra perueniſſet, & plene
manifeſtum factum foret, mercedem peccati eſſe ſup-
plicium, & mors expectaretur: adueniſſetque tempus à
Deo præſtitutum ad ſuam deinceps benignitatem ac po-
tentiam declarandam, & quomodo præ immenſo quo
homines proſequitur amore, nos odio non habuerit, ne-
que reiecerit, neque improbitatis noſtræ memorem ſe
oſtenderit, ſed patienter eam tulerit, ac ſuſtinuerit,
cum ipſe dicat: *peccata noſtra ſuſceperit*: proprium ipſe G
Filium pretium redemptionis pro nobis dedit, ſanctum
pro iis qui legem trangreſſi erant; nihil minus quam
malum, pro malis; iuſtum pro iniuſtis, corruptionis neſ-
cium pro obnuxiis corruptioni, immortalem pro mor-
talibus. Quid enim aliud peccata noſtra potuit tegere
quam eius iuſtitia? in quo alio nos iniqui & impii pro
iuſtis haberi poſſumus quam in ſolo Dei Filio? O dulcem
permutationem; ô imperueſtigabile artificium, ô bene-
ficia expectationem omnem ſuperantia: vt iniquitas
quidem multorum in iuſto vno abſcondatur, iuſtitia au-
tem vnius faciat, vt multi iniuſti pro iuſtis habeantur.
Quum igitur ſuperiori tempore [huius] nos [rei] con-
uiciſſet, non poſſe noſtram naturam vitam conſequi,
nunc autem Seruatorem oſtendiſſet, qui ſeruare poſſet
ea etiam quæ ſeruari non poterant; vtrimque nos beni-
gnitati ſuæ fidem habere voluit, ipſum exiſtimare alto-
rem, parentem, magiſtrum, conſiliarium, medicum,
mentem, lucem, honorem, gloriam, robur, vitam de
veſtitu & victu ſollicitos non eſſe. Huius etiam tu fidei H
ſi deſiderio tenearis, & illam accipias, primum quidem
cognoſces Patrem, Deus enim homines dilexit, pro-
pter quos mundum creauit, quibus omnia ſubiecit quæ
in mundo ſunt: quibus rationem, quibus mentem
dedit: quibus ſolis ad ipſum oculos attollere permi-
ſit: quos ad imaginem ſuam formauit: ad quos Fi-
lium ſuum vnigenitum miſit: quibus cœleſte regnum
promiſit, & dabit, quod ipſum dilexerint. Poſt-
quam autem [illum] cognoueris, quanta te imple-
tum iri lætitia exiſtimas? aut quantum diliges eum qui
prior te ita dilexerit? Quum autem diligere cœperis, imi-
tator benignitatis eius eris. Ac ne mireris, poſſe homi-
nem eſſe imitatorem Dei. Poteſt; eo volente. Non enim
imperium in proximos obtinere, neque velle potiore
conditione eſſe quam ij qui ſunt infirmiores; neque di-
tem eſſe, & vim inferre inferioribus, eſt Beatum eſſe:
neque in his Deum imitari quiſquam poteſt; ſed hæc ex-
tra eius maieſtatem ſunt, at qui proximi onus in ſe reci-

pit,

pit, qui qua in re ſuperior eſt, alium qui eſt inferior, beneficio vult afficere ; qui quæcumque habet, à Deo accepta, ea indigis ſuppeditans, Deus fit eorum qui accipiunt ; is Dei eſt imitator. Tunc perſpicies, in terra degens, Deum in cœlis mundum, velut aliquam rempublicam, gubernare : tunc myſteria Dei loqui incipies: tunc eos qui puniuntur quod abnegare Deum nolint, & diliges & miraberis : tunc impoſturam mundi & errorem damnabis, quum vere in cœlo viuere didiceris: quum eius quæ hic mors eſſe cenſetur, contemptor eſſe, & mortem, quæ reuera eſt mors, formidare cœperis, quæ ſeruatur iis qui ad ignem æternum damnabuntur, qui ſibi traditos afficiet ſupplicio ad finem vſque. Tūc admirationi tibi erunt qui pro iuſtitia ignem patiuntur ; tunc beatos prædicabis, quum ignem illum cognoueris ; . . . . . . Non facio verba de rebus peregrinis, neque ſecus quam rationi conſentaneum ſit, quæro : ſed quum Apoſtolorum fuerim diſcipulus, fio gentium doctor : quæ tradita ſunt [mihi,] ſubminiſtro iis qui diſcipuli fiunt digni veritate. Quis enim rectè edoctus, non ſtudet diſcere apertè quæ per Sermonem oſtenſa ſunt clarè diſcipulis, quibus declarauit Sermo conſpicuus factus: liberè loquens, quum ab incredulis non intelligeretur, ſed diſcipulis enarraret : quæ fideles ab eo exiſtimati, cognouerunt Patris myſteria. Cuius rei gratia Sermonem miſit, vt à mundo conſpiceretur : qui a populo contemptus, Apoſtolorum præconiu promulgatus, à gentibus eſt creditus. Hic qui ab initio erat, qui nouus apparuit, & . inuentus, & ſemper nouus in ſanctorum cordibus naſcens. Hic qui ſemper, hodie Filius habitus, per quem Eccleſia ditatur ; & gratia expanſa, in ſanctis incrementum accipit, præbens mentem, patefaciens myſteria, annuntians tempora, gaudens ſuper fidelibus, quærentibus donans : quibus limites fidei non perfringuntur, neque limites patrum tranſiliuntur. Deinde metus Legis decantatur, & Prophetarum gratia cognoſcitur, & Euangeliorum fides ſtabilitur, & Apoſtolorum traditio cuſtoditur, & Eccleſiæ gratia exſultat. Quam gratiam moleſtia non afficiens, cognoſces ea de quibus Sermo inſtruit, per quos vult, quum ei libet. Quæcumque enim voluntate iubentis Sermonis excitati ſumus ad eloquendum, cum labore, ex dilectione, eorum quæ reuelata ſunt nobis, ſumus vobiſcum participes. Quæ quum legetitis & audieritis ſtudioſè, ſcietis quæcumque præbet Deus diligentibus rectè : qui fuiſtis paradiſus deliciarum, qui lignum gerens omne fructus ferens, bellè germinans, in vobis ipſis produxiſtis, variis fructibus ornati. In hoc enim loco lignum cognitionis & lignum vitæ plantatum fuit, vetum non quod eſt cognitionis, id eſt quod è medio tollit ; ſed inobedientiā e medio tollit. Neque enim ea ſunt obſcura quæ ſcripta ſunt, Deum ab initio lignum vitæ in medio paradiſi plantaſſe, per cognitionem vitam oſtendentem, qua quuo purè vſi non eſſent qui ab initio fuerunt, impoſtura ſerpentis nudati fuerunt, neque enim vita ſine cognitione, neque cognitio tuta ſine vita vera. Ideo in propinquo vtrumque plantatum fuit. Quam facultatem quum perſpexiſſet Apoſtulus, reprehendens cognitionem quæ ſine veritate mandati in vitam exercetur, dicit ; *Cognitio inflat, dilectio autem ædificat.* Qui enim putat ſe ſcire aliquid, ſine cognitione vera, & cui teſtimonium perhibetur à vita, non cognoſcit à ſerpente decipitur, ob amorem vitæ. At qui cum timore cognitionem eſt adeptus, & vitam quærit, in ſpe plantat, fructum exſpectans. Eſto tibi cor, cognitio : vita autem, ſermo verus qui recipitur. Cuius lignum ferens, & fructum, percipies ſemper quæ apud Deum deſiderantur, quæ ſerpens non attingit, neque impoſtura ſe illi applicat : neque Eua corrumpitur, ſed virgo creditur : & Salutare oſtenditur, & Apoſtoli intelligentia inſtruuntur, & Domini paſcha progreditur, ... & cum toundu coaptatur, ducens ſanctos Sermo lætatur, per quem Pater glorificatur. Cui gloria in ſæcula. Amen.

E

EIVSDEM IVSTINI, de vita Chriſtiana, ad Zenam & Serenum Epiſtola.

De quorumdam, prout eorum fert præſumptio, inſtitutione & diſciplina, ſed præter rationem ſuſcepta illa & inutili, iuxta traditionem hominum quaſi hæreditario ab eis iure occupata, perſimilia Phariſæis & ſentientibus & facientibus, in epiſtola ad Papam perquam diligenter & accuratè diſſerui. Ne autem nimis eſſe videar obiurgator, ſed potius ſalutarem præbeam anſam rem bene gerere volentibus, cum in ea quam ad Principes dedi, cum cura exquiſitè quoque (vt equidem puto) ſcripſerim : non ſum grauatus ad vos F etiam hanc mittere, vt puerilem nonnullorum viuendi conſuetudinem cognoſcatis. Scire enim aliorum, quem præter rationem ſint ingreſſi, vitæ degendæ modum, prudentiores continentioreſque eos efficit, qui ne in ſimilem errorem incidant, ſedulo elaborant. Ac bene quidem habet, vos rebus probe meditatis præparato ea præſtare quæ viros bonos & fortes decent. Sed enim animorum noſtrorum inſtituta, præſentis ſæculi conuerſionibus conturbantur, dum in mundo ipſi diſtrahimur. Vnde Saluator ſeipſum ex eo non eſſe dicens, nos quoque ab eius communione & ſocietate auertit : conſilio dato nobis ſuadens, vt amici veritatis ſimus ; & perfectionem virtutis cœleſtis excipientes, omnia iuxta Patris ſæculorum voluntatem, numeris ſuis expleamus, & à contentione atque æmulatione mundana longe conſiſtamus. Sibiipſi namque aduerſatur, quiſquis ita commouetur. Et contentionis animorum quaſi quædam belli ſpecies, hoſtiliter ſibi ipſi obuiam ire conſueuit. Iam nonnullos etiam nouimus, qui quibus de rebus proximorum, propter quos G animi eis ægritudo accidit, commoueantur, neſciunt : ſeipſos autem adedunt, atque dolore affligunt. Itaque contra eum qui aduerſari nobis conatur, dari nihil proferendum : ſed animo ſedato, & affectione tranquilla, hoc dumtaxat dicendum : Non tantuo violentia tua valebit vt iudicio cœptum conſilium meum à ſtatu ſuo dimoueas. Prouidendum vero etiam, vt pax nobis & gratia ſit cum diſſidentibus : & ne vnâ cum illis per iræ decretum tranſuerſim rapti, aliquando quidem dicamus: Eiuſmodi ſum naturæ, & non poſſum non iraſci. aliquando autem à communione precum diſcedamus. Nam etiamſi ſecundum naturam viuas, nondum tamen id credentis eſt. Æmulatione autem per inuidiam duci, eius eſt qui longe à veritate abeſt. Obiurgandus ergo ita quiſque eſt, vt memoria iniuriarum non adſit, & admonitio minime affectata ſit. Iam vero & quoſdam ſcimus, qui carnali profectu eouſque promouerint, vt ad iracundiam ſuam Euangelium pertrahentes, ad ſententiæ ſuæ præcipitium, oracula Seruatoris noſtri accommodare H velint : quibus ſi poteſtas ea obtigiſſet, vt nonnullos gehennæ traderent, orbem quoque vniuerſum conſumpſiſſent, quin illi, quantum in eis eſt ſitum, & condemnant, & ignis caminos aperiunt. Quocirca nos iſtiuſmodi ne ſimus. Atque inſuper illud vobis do conſilium, vt etiam atque etiam videatis, quæ penitus perſpicere conueniat, & de quibus proximus acrius ſit admonendus, quod in primis ipſum monitorem identidem de eo accuratius cogitare oporteat, quod in ſuſpicionem venit ; ne videlicet falſa ducatur opinione : ac, ſi recte arbitrari videatur, vt tum demum tantiſper illum hortetur & inſtituat, dum vel ipſe conſiliis ſuis quod vult perſuadeat, vel ille ſua ſponte ad id feratur. Enimuero animi tranquillitatem nobis multam afferre illud poteſt, ſi primas ferre nón affectauerimus : neque, ſi qui eiuſmodi eſſe voluerint, mœrore afficiamur. tum autem ſi non grauate eis ceſſerimus, qui ſuo ipſorum ſuffragio ad ea ſe offerunt & ingerunt, ad quæ Saluator credentes non vocauit. Ad acrius clamitantem autem, ſilentium tenendum : & is

qui

qui alterum ſe ſuperaſſe autumat, deridendus: ne quis inani vanaque gloria ductus, propter præſentes & audientes, mutuis verborum conflictationibus, perinde atque illi, tumultum eorum confirmet. Sic namque ſecum reputet, qui male loquutus eſt: Iniuriam admiſi, [qui vero tacet, cogitet:] Iniuriam accepi, & contradicere nolui, aut etiam auſus non fui, adiit modo mihi, per bonam conſcientiam, lætitia & requies. Qui autem iniuriam facere videtur, eum per arrogantem ſuperbiam, ne pudeat conciliare ſibi gratiæ perſuaſione fratrem. Et qui admonetur, ne ſuccenſeat: obſecret vero ipſemet [tanquam peccator] familiarem. Obuiam namque ire ſibi inuicem par eſt duos, qui ad pacem & gratiam aſpirant: quod & pater agenti pœnitentiam filio obuiam procedere, neque moram interponere, ſed ſeipſum ad illius reſipiſcentiam offerre cernitur. Benignitas enim, quæ ſecundum fidem eſt; vtrique conciliat pacem: & qui iniuriam intulit, propter delictum commiſſum, amicum deprecatione culpæ flectit: qui autem illam eſt paſſus, pœnitentia ducitur & ipſe, quod aduerſus hominem familiarem ita excanduerit. Extra omnem profecto concupiſcentiam & appetitum carnalem, conſtitutum eſſe oportet fidelem. Qui enim huiuſmodi non eſt, prædas agit, & templum Dei per ſacrilegium compilat: atque adeo, vt audacius dicam, Deum ipſum à ſeipſo eiicit, ac propter conſcientiam induratam ſenſu mali ſui caret, atque indolens eſt, & à monitoribus animo plane alieno: Adamúmque ille obtendit, & Euæ facto ſeſe effert, cum oporteat commori cum Chriſto. Conuenit vero nos ſedulo ad nos ipſos ſpectantes, ſine crimine agere & verſari cum hominibus, neque quidquam nugandi gratia loqui. Tacentes autem plurimum, intra modum ad ea quæ opus eſt, vſu vrgente, reſpondere. Fugiendæ prauæ [aliorum de nobis] ſuſpiciones, & noſtra ipſorum [de aliis] præſumpta opinio exploranda. Quies ita agenda, vt animo leni ſis & manſueto, & ad iraſcendum non commoueare. Neque inuidendum cuiquam qui præ aliis ametur vnicè, vel ipſe ſuos naturæ ductu amet ex animo. Neque affectabimus [quod nobis exhibeatur] miniſterium, neque [aliis] tanquam animi deſtinatione deditaque opera inſeruiemus: amarum, vt aiunt, ingratiis ebibentes. Omnia autem quæ fidei ſunt, recta certáque agemus regula. Nam quiſquis talis non eſt, perinde atque ſuper funibus ambulet, primo quoque tempore concidet: quamuis valde admirandus eſſe eis videatur, qui propter otium & ignauiam propriam, ad aliorum hiant atque obſtupeſcunt glorioſam iactantiam. Noſcendum vero quid id ſit quod gloriæ captandæ gratia inſtituitur, & huiuſmodi id quod à veritate ex animo profectum peragitur. Ac propter hoc ipſum ſuam quiſque gubernare nauem debet, ita vt ne eum gubernandi ars fugiat aut fallat, neue tempeſtates aduerſas metuat, & ita, vt ea quæ contra animi ſententiam euenire queant, exſpectet. Caro enim prorſus ſumus, neque quidquam in nobis habitat boni. Aduocandus igitur ad curam medicus. Et qui ita animatus fuerit, ſanabitur, & morbum effugiet. Opera item danda, ne in dicendo rudes & imperiti eſſe appareamus: neve patulo nimium ore abutamur. alterum enim tarditatem aut paruam fidem, alterum feritatem mundo dediti hominis oſtendit. Alimentis vtendum, non fructus delectationiſque cauſa; ſed vt viuere velimus ad vſum vtilitatémque aliquam. Quod ſi aliquando à penuria quoque comprehenſi fuerimus, in paupertate placide acquieſcamus. Ac ſi per compendium, mœroris omnis expertis indolentiæ formam audire vultis, in rebus omnibus hilares & placidi [præſentíque ſorte contenti] eſtote: & neque in exuberantia opulenta agentes, per ſuperbam gloriationem concidetis: neque in egeſtate tenui viuentes, per mœrorem & animi ægritudinem ſupplantati, peſſum ibitis: mente veſtra ſemper, iuxta rationem virtute nixam, vno & eodem vultu apparente. Præterea autem mundum omnem non noſtrum, ſed ſupra fidem etiam alienum eſſe ducemus. Et proinde neque amicitias terrenas quæremus, neque quæ ab inſipientibus beatitudinis nomine laudantur, opes, in vrbis magnitudine, aut neceſſariorum copiis: quæ ne expetendæ quidem ſunt. Non enim ex hoc ſumus ſæculo: excepto, ſi cognati eſſe & affines mundi iſtius velimus. Vt autem breuiter dicam, qui bene vult vitam peragere, neque videre multa, neque audire ſtudeat: atque etiamſi audiat aut videat, tamen neque videre ſe, neque audire putet, nam inde tranquillitatis animi ſpecies initium ſumit. At qui negotiis pluribus implicatus multa agit, cum ſeipſum iniuria afficit, tum proximum inſuper eo adducit, vt vel inuitus æmulatione, propter contendendi cum illo ſtudium peccet. Multories ergo quæcumque incidit res, conſideranda perſpiciendáque venit: & tum demum vix ab ea diſcedendum, cum neque cauteriis neque ſcalpellis morbum quis fugare valeat. Nihil autem mondanum in ſermonibus & quotidiana conſuetudine tractandum atque meditandum? ſed id modò, quod nos ad virtutem perficiat, hoc enim niſi fiat, multam nobis pariat dicacitatem, & vrbanam ſcurrilitatem: & contentionis ſtudioſus, occaſionem inde ſibi altercandi ſumat. Ac ſcimus iam eſſe quoſdam, qui iudicij ſui ſententia, quantum in eis ipſis eſt ſitum, diem in noctem vertunt: & propter abſurdam calloquiam obductam imaginationem, quorumdam recte monitis non credentes, eaque ægre ferentes, ſimulatque mali quidquam audierint, magis ei qui illos per mendacium fallit, fidem habent. Quid enim attinet de eis dicere, qui pro mala conſcientia ſua, proximorum colloquia & ſermones in ſeipſos trahunt: & vbi aliud quiſpiam de quocumque referat, ad ſe id dictum pertinere exiſtimant: actionéſque ſcenicas & fabulas inde, vt conſuetudo recepta fert, confingunt: quibus ſatis eſt ea ſaltem quæ in ſuſpicionem cadunt, & dicere & ſcribere. Riſu vero dignos etiam duxerim, qui in locum ſecretiorem ſeſe abdentes, cum proximorum aliquo [dicacitatis ſtudio] verborum capita, ſermonéſque & colloquia, ad nullam honeſtatis partem ſpectantia, ſed pugnas atque bella per ſuſurros perſicientia componunt, quique ſurſum ac deorſum in ſcenam prodeunt, [ea ſcilicet publicantes & peruulgãtes.] Quemadmodum qui clamore ingenti Oreſtem perſona referens, terribilis & magnus ab inſipientibus eſſe putatur, propter pedes ligneos, & ventrem factitium, & veſtem peregrinam, & faciem monſtroſam: eodem ſane modo & qui æmulationem obtinere præ ſe ferunt, & libertatem dicendi oſtentant, quia vincere volunt, libertatis ſimulatæ ſpecimen omne ſibiipſis aſſumunt, homines contentionis ſtudioſi: & eum æmulatorem deuotarint, proinde atque Bacchæ, ſub ſchemate & habitu pacifico, haſtas in thyrſis circumferunt. Cauendum inſuper & illud, ne quandoque læto progrediamur vultu, quandoque triſti. Et (ſi verum dicere oportet) vitandum id omne quod in duodecim partes diuiſam quouis die denunciat fabulam & actionem. Sententiam equidem meam dixerim, vnumquemque mundano præditum animo & extra rectam regulam conſiſtentem, ſuo ipſius iudicio condemnatum eſſe, ſcientem quid de induſtria prudens faciat; ac bellum quidem quod intra ſe geritur, non ignorantem, pacem autem in viſceribus ſuis non ſectantem. Amici honorandi omnes. Et obiurgatio non in alios modò exercenda, verumetiam ab aliis audienda. Vino vtendum, cum iam lectioni non incumbemus. Qui enim huiuſmodi eſt, vini helluo, & animo vecors eſt, & perpetuo calet. Proximo loquente, neque illum irridebimus, neque prohibebimus, ſed dicere eum permittemus, quoad per ſilentium noſtrum pudore affectus conticeſcat. Conſulet autem pro ſe quiſque, vtilitati communiter omnium. Admonendus qui quidquam deſignat, ſed non propalam: niſi cum opus ſit, propter illius peruicacem deſpicientiam. Cum mulieribus attentione ſingulari agendum, propter earum faſtum. Quatenus namque aliqua ſeipſum conſpicuam facit, & mulierem ſe eſſe prætendit, deſidiæque & otio vacat: eatenus fœmina eſt, & ob iſtiuſmodi animum fidelis non eſt. Proinde eas neque affligemus, neque adulabimur. Hoc vero quod [in eis] amamus, ne cum periculo id faciamus videndum. Multifariam enim ſunt prauitatis commentationes. Quocirca vigilare debemus, reſponſis Saluatoris nauantes, ac nihil de quo-

quam mali vel dicentes, vel audientes. Et ſcabiem mens contrahit, pluribuſque vitioſis impletur humoribus, ab aliorum familiaritate. Quocirca audienda dumtaxat quæ vtilia ſunt, & ex præſcripto Euangelij agendum. Quæ vero animum quaſi ſupplantant, detrectanda. Quærendum autem de oraculis diuinis: ac, ſi quidem prudenter, pulchrum id fuerit: ſin ſecus, ad inſtar tamen idiotarum & imperitorum [id faciemus.] Inſipienti namque ſapientiam inquirenti ſapientia imputabitur. Ei vero, qui ſibiipſi imaginaria opinione videtur ſapere, ingens adſcribetur probrum & ignominia. Dicitur ſane à Spiritu Inſipiens, qui per imperitiam præter ſenſum errabundus fertur; ita vt inſipientia imperitiæ ſit, ſicut & ſupina ſimplicitas. Scribit vero & Paulus: *Quis cognouit mentem Domini, qui conſilium daturus ſit illi?* Et rurſum: *Nos autem mentem Chriſti tenemus.* Porro qui per inconſiderantiam, quæ minus decent, dicit aut facit, hic cum ſibi videatur eſſe prudens, ſtultus reputabitur. Summittemus autem nos per humilitatem, non verbis modo, ſed operibus etiam ipſis: atque ita quidem, vt ne ſimus impoſtores & palpones, ſed mites, miniméque aſſentatores. Decet eum præterea qui vitam rectè inſtituat, quietum eſſe, miniméque negotioſum; non iracundum, neque contentionis gratia [multiloquum,] ſed tacitum; ſedulo ſecum diſpicientem quid ex vſu fiet: ac ſi honeſte quid dici queat, vt tum demum id proloquatur. Hymni quoque, Pſalmi, carmina, & laudes dicendæ: non (perinde quaſi qui concertatorem ſuum obſcuris quibuſdam dictis affectans cæpit) vt per pſalmodiam quis proximo ægre faciat, [& hoc agat] vt ab eo diſſentire non videatur, tanquam arte quadam quodammodo illum [quæ canantur] noſſe arbitretur, ac proinde contentionis huiuſmodi ſtudium inculpabile reddat. Audire etiam eos debemus qui nobis conſultum volunt, & non tantum docere, [& conſilium monendo aliis dare.] Perſuaſione vero, pari ratione afferenda vtetur, qui proximum, vt ſecum quid probet, in ſententiam ſuam adducere volet. Prudentes eſſe alios exiſtimabimus, & intelligentiam nobilinet ipſis non arrogabimus Opinione quam de exiſtimatione ipſi noſtra concepimus, non periclitabimur. Monitorem nequaquam deſpiciemus: quem tamen, ſi de rebus noſtris non rectè ſentiat, commonefaciemus: ſin vera dicat, morem ei geremus & obſequemur. Vir namque contentioſus, delictum conduplicat: & cum is mutari deberet, Cadmeam (vt in fabula dicitur) vincere victoriam contendit: id vero facit, vt cum inani ſe gloria iactet, quaſi nihil ipſe committat, tum in ſententia periculoſæ affectionis ſuæ acquieſcat. Ridiculi enim ſunt qui clamitant, quotidie propter fidem ſe negotium aliquod ex ſententia inter eos conficere: inter quos dum pacate agere exiſtimantur, diſcordia malum iniiciens turbas ciet: de eis quæ in mundo in pretio eſſe iudicantur, rebus loqui elaborantes. Illi autem inimici & ærumnoſi, qui nihil non ſe expertos eſſe aiunt; ac nunc quidem artem fabrilem, nunc autem coriariam, & quodcumque eis ſubiicitur ſtudium, ſuo tempore ſe pernoſſe dicunt, & aduerſus eos qui illorum deliratiònem inhibent, inimicitias ſuſcipiunt. Vanam quoque gloriam aucupantur, qui laudem ab hominibus captantes, proximorum res [illegible]. Ingens penes eos eſt periculum, qui Diem Domini appellant, [ad tribunal Chriſti prouocantes ſcilicet,] aut enim eos credere oportet, iudicium ſe Dei effugituros eſſe, aut etiam ob id noxa proximo remittenda venit, vt & ipſis a Domino contingat peccati condonandi gratia. Qui vero id ira correpti faciunt, grauibus ſeipſos contr[illegible] obſtringunt. Cauenda præterea nonnullorum intolerans arrogantia, qui cum ſeipſos corrigere deberent, eis obſequuti qui ſtulide admodum illis conſulunt: Non ſatisfacio, inquiunt, per excuſationem aut deprecationem tibi, retine ſane quam de me concepiſti opinionem. Quid enim de eis loquar, qui ſibi ipſis, cum quis eos commonere velit, placent, quique oppido quam mundani dictitant, Neque tu me ſeruare, neque vero etiam damnare putes. Equidem permultos noui, qui propter conſcientiæ prauitatem, & animorum impuritatem, proximorum delictis gaudent. Improbandi qui mendacio, minime ſe indignari dicentes, fallunt: tum autem qui comiter quidem nobiſcum agere ſtudent, colore vero, & oculis, & occulto vel capitis vel ſuperciliorum nutu, vel manuum pulſu, calumnioſe circumueniunt, eſt enim difficile, ne dicam impoſſibile, aliquem non ſui ipſius fieri accuſatorem. Fidelium autem quiſque cum rideri ſe à quopiam putat, eo ipſo quod eiuſmodi illius erga ſe eſſe intelligit animum, prauitatem talem viciſſim ludit, improbitatis eius affectionem perſpectam habens. Atque vt paucis dicam, quiſquis ipſe ſeipſum iudicat, extra omne poſitus eſt delictum. At eorum qui multa iurgioſe vociferantur, nullus recte ſapit. Qui modo pallet, ac mox deinde rubet, & conſtitutione corporis variat: hic veluti chamæleon, in æſtu & ſolitudine oberrat. Iam quorundam etiam animi affectiones, in ipſa lectione deprehenduntur. Simulatque enim quis legit, mores & modum mentis eius clare illi perſpiciunt quibus tectum eſt animi iudicium. Quali vero quiſque ſit animo, viſa etiam eius oſtendit: nam ex conuerſationis quotidianæ ſtudiis, non apparentes intelliguntur naturæ. Cauendus etiam contentioſus ille, qui contra non nitendo, vt vincatur, arte quadam efficit. Conducibile quippe ei eſt, cum vincere ſtudeat, extra periclitandi aleam, non recta in certamine inſiſtere ratione. Cum bona conſcientia, in vitæ conſuetudine cum hominibus agendum. Corporis etiam cauſa deambulandum, non propter negotiationem quampiam, vt contractus violentos aduerſus proximos ſtruamus. Non abſurdum autem fuerit, nos ſalibus iocabundos eorum tetricos abſtergere mores, qui ſupra modum ſunt intelligentes, nam eorum quæ naturæ neceſſitas fert, reiiciendorum gratia ad loca quædam ſecretius deſignata diuertimus: ad quæ etiam nonnulli per ſimulatum prætextum, ex conſuetudine ſecedunt, & finem meditationibus contra quoſdam in ſeceſſibus ipſis imponunt. Et quemadmodum Comicus pater ſe luxu diffluentem filium ferre dicit, & quamuis vnguentum illum olere ſentiat, tamen ſe olfacere negat, ingrato eo odore peccatum iuuenis circumſcribere conniuens: ita & ego conſulens ſuaſerim prudentioribus, vt ſe tales quoque erga eos qui duriori aliquo vitæ, exhibeant: quoniam illi neque quæ faciunt, neque quæ dicant, intelligunt. Qui iudicio ipſe ſuo ſe ſapientem eſſe arbitratur, admonitionibus repugnat, diuerſaſque habet opiniones, & eius qui illi conſulit, aduerſarius redditur: & ſecum ipſe, id quod humani fert animi, meditatur, & monitoribus non credit. Quocirca nos ipſos irreprehenſibiles præbeamus, ita vt non modo quod nobis ipſis placitum eſt, ſed etiam quod multis, vt & ipſi ſaluentur, faciamus. Iraſci autem, numquam quidem pulchrum: furoris enim ſpecies, commotio huiuſmodi eſt. Si quando tamen illa in nos inualuerit, concedendum aliquid erit iræ, ad proximi curam & correctionem. Nam qui ea præter rationem vtitur, ſeipſum primum odit, deinde & proximum ſeipſum perturbando, proximum dolore afficiendo. Scriptum eſt enim, quod quiſquis iraſcitur fratri ſuo temere, iudicio obnoxius ſit futurus. Commotionis ſane huiuſ[illegible] vim, ſi apud ſeipſum ſit aliquis, percipere poſſit. Ceterum iam quoſdam nouimus, qui obiurgationibus aduerſus proximum vtentes, ſeipſos condemnant. Quod enim alium quis inſtituit, id prius ipſe præſtare debet ne impudens, per proximum, contra ſeipſum ferat ſententiam. Dicet igitur ſibi ipſe, cum ad aliquem [illegible] peccata animum aduerterit vt correcturus: Numquid & [illegible] tum huiuſmodi: Vinum neque quotidie ad ebrietatem bibendum, neque perinde atque aqua [illegible]. Vtraque certe creatura eſt Dei: ſed aqua, neceſſitatis eſt; vinum, iucundi corporis gratia datum. Hoc primum linguam quaſi catenis alligat: & velut ignem ex oculis emittens, & greſſibus tremens, mortiferum admittit medicamentum: nec e ferro falcem procudit, aut inſtrumentum aliquod ad terram colendam appoſitum,

E F G H

A vetum enſem aut cuſpidem conficit, Dei transformans œconomiam & inordinationem. Vinipotor namque, hieme quidem propter algorem bibat, neceſſe eſt, ne frigore rigeat: æſtate autem, vt viſcera ioremа curet. Qui vero illo abutitur, delirat, & haud aliter quam ſus aut canis, curationis affluentia efferueſcens, turpiter ſe dat. Minime autem omnium nos oportet, perinde atque luxu perditos, creaturis Dei abuti, ſitim ad ebrietatem pertrahentes: ſed potum ad ſitim ſaltem reſtinguendam ſumere. Quicumque vero vinum in ſe ingurgitando atque ſorbendo, quemadmodum febti laborantes, in medio æſtus ardore potant, primo quoque tempore per intemperantiam emoriuntur. Fugienda non minus guloſitas; & paucus cibus ac neceſſarius dumtaxat capiendus. Qoo namque modo corpus ægrotum multis ac prope infinitis indiget medicamentis, eodem etiam modo ægritudine ſua laborans infelix animus, tantum non pellibus impleri vult. Ac ſi quis cauſam roget, corpo-
B ream is fingit affectionem. Ad quod genus hominum dicendum. Non omne inſtitutum, quamuis opininne mentis confirmetur, probabilem habere excuſationem. Inueniti enim ad ipſos etiam adulteros, & homicidas,& fugitiuos defendendos, ſatisfactiones plures, recte, quod ab illis commiſſum ſit, factum eſſe. Verum qui interrogatus cauſam mali reſponſo ſuo eloquutus eſt, ſententiam valde admirandam protulit: Alimentis vtendum, vt ne eſuriamus. At qui huiuſmodi eſt, [gulæ ſcilicet deditus] centimanus, quantum in eo eſt collocatum, cum capitibus quinquaginta circuire vult, tricipites cum ſex manibus quærens Geryones, manibúſque multis per ora complura ingluuiem implere ſatagens. Porro diuitias nequaquam laudabimus, & paupertati non conuiciabimur. Illæ ſiquidem, è materia ſolidantur ſelecta: materiæ autem finis eſt deſtinatus corruptio, & vermes, & tineæ, & flamma, & ruina, & prædones, & tyrannus. Hæc vero, à præſenti ſegregata ſæculo, id
C quod verum [certúmque] eſt, tantummodo conſectatur, neque rebus vllis temporalibus diſtrahitur. Hæc vobis præcepta coofcripſi, inſtituere vos ad animi tranquillitatem volens, & inſtruere ad perfectionem & virtutis actionem ſtudens. Nam qui iſtiuſmodi non eſt, extra præſcriptum & regulam ſibi propoſitam diſcurrit. Et quia ordines in certamine inito non ſeruat, victoriæ præmio excidit: quantumuis cum ingenti ſua ærumna, auxilia generoſorum athletarum concertatorumque fuerit nactus, & vtcumque cibum aut potum aut veſtem recipiat: nihilo tamen minus coronam non reportat. Atque illi quidem qui in dilectam Patris vrbem euadunt, præmium percipient ſempiternum: hiſce autem eueniet vt per alimenta iſta terrena, veras illas delicias non ſint participaturi. Mulierculæ honorandæ quidem nobis ſunt: ſed ne labamur aut fallamur, prouidendum. Et adeundum ad illas mente ſana, non ſedulo & indulgenter nimium: periculúmque quod in illarum conſuetudine ineſt, metuendum. Præuidenda etiam earum animi ad mutabilitatem propenſio, & eius rei quam propter
D ſunt factæ conſcientia. Obſequandæ autem in primis earum quæ ad mundum & ornatum muliebrem pertinent, in abdito loco mundanæ molitiones: quæ quidem eum occulte ab eis fiant, etiam ſuopte earum iudicio improbantur, ad proximos autem deglutiendos fiunt. Vſuuenit ergo quibuſdam ſeipſas fallentibus, vt cum aperte vultum pigmentis fingere non audeant, arte id faciant. Nam in vndam aut oleum facie inclinata deſpicientes, de ſeipſis iudicant, an aduerſus caſtitatem belligerare poſſint. Verum alius quoque modus inſidioſæ huiuſmodi artis, ab eis per calliditatem inſtituitur. Clam enim cum capitis cincinnos diſtrinxerint, tanquam proximos fallentes, eiſque obrepentes ſub prætextu, vt cum quadam ſolicitudine comam componant: primoribus quoque digitis maxillas ſimul & capillum contingunt. Circumſpiciunt etiam ſeipſas capite ipſo immoto. Conuerſandum ergo cum talibus, firmo & præſenti animo. Et profuſi eorum rami recidendi: quum primum enim comprehendas, cedentes ſequuntur: & fructus à vulpibus latibula ſua ſub terra habentibus comeſtur. Itaque iuxta Propheram, *ſtimulo vtendum aduerſus aſinum, flagello contra equum:* vt excitetur quidem ignauus, pulſetur autem commonitionibus, qui propter effrenaram licentiam habenas & imperium detrectat, & ſecundum Hieremiam, *ne nos ipſos faciamus equos fœminarum amore inſanientes, neque ad vxorem proximi hinniamus.* Mulier autem quæuis, ſoror quidem eſt (noſtra] proximi vero coniux dicetur, hoc eſt Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri, quæ nobis certè, ſecundum eum in Deum & Patrem rerum vniuerſatum obtinemus: amorem, quoniam proxima eius eſt, & honore & caritate eſt complectenda, quemadmodum Paulus: *Adiunxi*, ſit, *vos omnes vni viro, vt virginem caſtam exhiberetis* Chriſto. Eſt præterea proxima mulier, caro in nobis ad quam non hinniendum. Adhinnit vero etiam, qui animi ſui libidinem non expleuit, concupiſcentia tantummodo eius appetitionem exhalante: quamuis ea finem ſuum non capiat. Aduertendi quoque in pueros animi: quoniam talium eſt regnum cœlorum. Neque ægroti negligendi. Haudquaquam autem dicendum: Miniſtrare non didici. Nam quo molliciem ſuam & inſeruiendi inſolentiam, vt prætextum, obtenderit: is ſcire debet, eadem ſe paſſurum eſſe, Ac poſtquam ſimile quidquam ſenſerit, ſententiæ ipſe ſuæ iudicium proprium incuſet, itidem ſibi rebus euenientibus, vt ipſe erga alios fecit. Proinde ne negligens quidem negligendus. Deus namque eſt qui iudicat. Et qui beneficium vult accipere, per benignitatis opera quaſi theſaurum, ſic proximorum erga ſeipſum beneficentiam colligat. Pudor autem ille in vitiu eſt, vt vereamur, ſi ipſi manibus noſtris opus fecerimus; ne quis nos miſeros, & aliorum auxilio deſtitutos eſſe ſuſpicetur. Atque hoc vnum etiam cauendum, ne quis eos de prauitate & vita mala calumnioſe ſugillet, qui ſe Deum noſſe dicunt. Et, vt paucis dicam, mundi triſtitia, mortem eis conciliat qui illa ſunt implicati: At quæ ſecundum Deum eſt triſtitia, vitæ progignit ſenſum. In primis vero nouerimus, & morbum repoſitum eſſe corporibus noſtris, & detrimentum, & penuriam: & qui nobis gratiam propter ingratæ mentis vitium non referat, præſto adeſſe. Quocirca nos id quod vſuuenire nobis queat, præmeditari oportet; ne cum accidat, admirationem atque ſtuporem animis noſtris afferat. Talis enim qui fuerit, ad ærumnam & caſum repentinum dicet: Sciebam te aduenturum, non me fefellit exſpectatio: incurſionem tuam præuidi. Atque eiuſmodi ſi quis fuerit, perſiſtet, & non concidet. Cæterum in re ſubita perturbari vel vociferari, perſæpe vero etiam lamentari, ærumnoſi admodum eſt animi. Soli igitur virtuti incumbendum, & ad eos qui de illa diſſerunt, adeundum. Sin illi dicta ſua ad rem factis non conferant, eis, propter latentes apud ipſos inſidias, valedicto, commilitones nobis grauiter certantes inquiramus. Nam qui dicere intendit: Non ſum vir princeps & iudex: & interim nihil boni agit: is cum ſub multorum tyrannorum ſit ditione ac poteſtate, neſcit ſe peccato ſeruire, & eos qui publica contendunt incedere via, reſurgere. *Beatus* profecto *qui mundo eſt corde*, ab huiuſmodi namque ſolo diuinum numen cerni poteſt. Ab odio autem & inuidentia, longe abeſſe oportet fidelem. Orare debemus quotidie, ſermone eſſe copioſi, [quoad ſententiæ grauitatem;] factis potentes. Sumus inuicem membra. Itaque cum eo qui patitur, ſimul patiamur: at cum eo qui glorificatur, congratulabundi gaudeamus; cauentes eos qui non ſunt vernaculi Chriſti legis obſeruatores. Hæc habui, ô fratres, quæ quum vobis conſilium impertiens facienda ſuaderem, tum reliquos quoque per vos ad voluntatem Dei exſequendam, ſeruare cohortater. Dominus autem gloriæ, qui conſtat in ſæcula, det vobis omnibus, vt vna cum electis honorem conſequamini & requietem. Cuius etiam gratia ſit cum vniuerſis vobis.

Finis operum S. Iuſtini Martyris.

A

ATHENAGORÆ Athenienſis Philoſophi Chriſtiani, Apologia vel legatio pro Chriſtianis;

IMPERATORIBVS M. AVRELIO Antonino, & Aurelio Commodo, Armeniacis, Sarmaticis, & quod maximum eſt, Philoſophis.

B

Quis & quantus Athenagoras fuerit ex tomo 3. annal. Eccleſ. anno Chriſti 179. num. 39. & ſeqq. plenius cognoſcere poteris: vbi & pietas eius & eruditio mirifice commendantur.

De Athenagora ex Bellarmino, De Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Athenagoras æqualis Iuſtini fuit, & *inſignem Apologiam pro Chriſtianis* ſcripſit, & Impp. Marco Aurelio Antonino, & Aurelio Commodo obtulit: quam ſub nomine Athenagoræ citat ſanctus Epiphanius in hæreſi Origenis, vbi refert verba Procli ex Methodio.

Scripſit etiam *librum de Reſurrectione*: vtrumque opus extat tomo 9. Bibliothecæ ſanctorum Patrum, edit. 2. & ſuſpicione caret. Mirum autem eſt, cur Euſebius diligentiſſimus ſcriptorum inueſtigator huius auctoris non meminerit.

C

Quod autem ſanctus Hieronymus hunc ſcriptorem omiſerit, non eſt adeo mirum, cum ſatis conſtet, catalogum ſancti Hieronymi ex hiſtoria Euſebij eſſe deſumptum, quoad illos ſcriptores, qui Euſebium præceſſerunt.

EX NOTIS CARDINALIS Baronij ſuper Martyrologium Romanum ad diem 18. Ianuarij verbo athenogenes.

Hvius athenogenis de quo hic agitur, eſſe Commentarium illum per eruditum aduerſus gentiles ſcriptum, qui fertur nomine athenagoræ, aliquando ſum opinatus; cum de athenagora nulla penes græcos vel latinos mentio habeatur, athenogenes vero græcis notiſſimus fuerit, tum doctrina, tum martyrij corona celebris facile potuit error irrepſiſſe; vt pro athenogene, athenagoræ nomine, librariorum vitio, ille commentarius ſit inſcriptus, quod tamen affirmare non auderem.

D

Qui veſtrum imperium, maximi Reges, longe lateque per orbem terrarum agnoſcunt, moribus ac legibus inter ſe omnino diuerſis degunt: nec eorum quiſquam vel vlla lege, vel pœnæ metu, quo minus patrios ritos, etiam ſi ridiculi fuerint illi, vt a maioribus ſuis accepit, ita colere pergat, abſterretur. Itaque Ilienſes Deum Hectorem prædicant, & Helenam, velut Adraſtiam, ſcientes adorant. Agamemnonem, Iouem, & Philonoen Tyndari filiam, Lacedæmonij: Tenem vero Tenedij venerantur. Athenienſes Erechtheo Neptuni nomine ſacra faciunt. Agrauli & Pandroſi (Cecropis filiarum) cæremoniæ & myſteria peraguntur Athenis: quæ quidem quod arcam aperuiſſent, ſcelus perpetraſſe exiſtimatæ ſunt. Quid multis? gentes & nationes hominum paſſim iis, quæ approbauerint quæque, ſacris & myſteriis addictæ

Diuerſi Gentium ritus enumerat.

ſunt, Ægyptij feles etiam, & crocodilos, ſerpentes, aſpides & canes diuinis honoribus afficiunt. Atque hæc per vos omnibus licent, hæc leges concedunt: ea nimirum ratione, quod numen omnino tollere, ſcelus & impietas videatur: Deorum autem quos ſibi quiſque delegerit coltus, res neceſſaria: vt diuinæ inſtitiæ metu, à maleſactis abſtineant mortales. At vos (ne quæſo hinc etiam vobis, quod vulgo hominum, imponat) vel nomine tantum audito, aduerſamini, atqui nomina odio digna non ſunt, ſed ſcelus ipſum pœnam & ſupplicium meretur. Manſuetudinem ac lenitatem veſtram, animum erga omnes placabilem & benignum cum ſinguli ſuſcipientes, æquabili ac pari iure vtuntur: tum ciuitates, pro ſua quæque dignitate, ſuis potiuntur honoribus: denique vniuerſus hic terrarum orbis, veſtræ prudentiæ beneficio, altiſſima pace perfruitur. Noſtri tantum, qui Chriſtiani vocamur, nulla vobis cura eſt: ſinitis enim nos, qui nihil mali patramus, imo omnium (vt in progreſſu ſermonis noſtri exponetur) piiſſime iuſtiſſimeque cum erga Deum, tum imperium veſtrum nos gerimus, exarati, rapi, fugari, omnem duntaxat noſtrum pleriſque impugnantibus. Quamobrem cauſam noſtram verbis perſpicue explicare, ſumptis in præſentia animis auſi ſumus. Intelligetis autem ex ſermone noſtro, prorſus immerito præterque omnem legem ac rationem hæc mala nos ſuſtinere. Proinde vos obſecramus vt noſtri aliquam curam ſuſcipiatis, quo aliquando tandem ab huiuſmodi calumniatoribus iugulari deſinamus. Non mouet nos damnum quod facultatibus noſtris aduerſarij moliuntur: non quod exiſtimatio famæ & honoris noſtri imminuatur integritas: non ſi quid aliud huiuſmodi aut etiam maius eſt (cui nocere homines queant, metuendum id nobis videtur.) Quippe hæc etiamſi vulgo maximi fiant, contemnere ſolemus. Non ſolum enim, ſi vapulemus, regerendis verberibus abſtinere: & iis qui nos noſtraque inuadunt aut diripiunt, litem nullam intendere didicimus: ſed inſuper illis, quamuis colaphum inflixerint, alteram quoque capitis partem præbere: his vero, ſi tunicam abſtulerint, pallium etiam addere. Corporibus & vitis noſtris, poſtquam renunciatum nobis eſt, opibus inſidiantur: & criminum aceruos aduerſus nos deblaterant, quæ neque in mentem vnquam nobis venerunt: ſed in ipſos potius eiſque ſimilis dici oportebat. Quod ſi quis vel parui vel magni alicuius criminis nos conuicerit, non deprecamur ſupplicium: ſed vel crudeliſſimum illud tolerare parati ſumus. At ſi nomine tenus duntaxat accuſamur (nam in hunc vſque diem quæ de nobis ſparguntur, promiſcuæ incertæque famæ commenta ſunt: neque Chriſtianorum quiſquam vllius criminis conuictus eſt) veſtrum iam fuerit maximi, humaniſſimi, ſapientiſſimique Reges, ab hac iniuria legibus nos vindicare: vt quemadmodum in toto terrarum orbe cum ſinguli, tum vniuerſi & oppidatim beneficentia veſtra communi bono fruuntur: ſic nos quoque gratias vobis habeamus, & quod à calumniis liberati ſimus, gaudentes gloriemur. Neque enim iuſtitiæ & æquitati veſtræ decorum hoc fuerit, ſi aliorum nemo criminis, de quo inſimulatus eſt, condemnetur, niſi conuictus: aduerſum nos vero maior ſit vis nominis, quam quæ iudiciis conueniunt argumentorum & probationum. *Etenim iudices non tam quid commiſerit* reus aliquis noſtrum, inquirunt, quam ipſi nomini tanquam certo ſceleri illudunt, quom tamen nomen ipſum, per ſe & quatenus nomen eſt, bonum malumve exiſtimandum ſit nullum, ſed tale profecto iudicandum vnumquodque, qualis res ipſa aut actio, qua de prædicatur, fuerit: id quod vos Philoſophiæ & omnium diſciplinarum gnari, melius cognoſcitis. Ideoque & qui veſtrum ſubituri ſunt iudicium, licet maximorum criminum rei, animis confidunt, quom ſciant inquiſitionem de vita ipſorum futuram: & neque nominibus vanis vos iri commotum: neque falſis accuſatorum incrationibus fidem habituros, ſibi perſuaſerint. Eandem enim ſemper apud vos & æqualem iudiciorum rationem, ſiue damnandi ſiue abſoluendi experiuntur rei. Ergo veſtram hanc in omnes æquabilitatem

E

quibus libere vtebantur.

F

Chriſtianorum innocentia, patientia, & pietas.

G

H

Nomina ex ſe, nec bona nec mala ſunt.

Digitized by Google

A nos quoque imploramus: & ne quis idcirco quod Chriſtiani dicimur, odio ſtatim pœnaque dignos exiſtimet, petimus. Quid enim nomen ad malitiam nobis conferret? Quin potius ſiſtamur iudiciis, vt à criminibus illis quæcumque nobis intentantur, aut abſoluamur, aut, ſi conuicti fuerimus, puniamur: non propter nomen, inquam (nullus enim Chriſtianus malus eſt, niſi hanc profeſſionem ſimularit) ſed propter crimen. Hoc modo illos etiam qui Philoſophiam profitentur; iudicari cernimus. Nemo eorum, ante cauſam iudicio cognitam, propter ſcientiam vel artem ſuam, bonus malusve iudici eſſe videtur: ſed poſtquam improbitas alicuius detecta fuerit, pœnas luit, nec vllum ex eo in Philoſophiam redundat crimen: malitia enim in ipſo eſt qui non legitime Philoſophabatur: profeſſio autem crimine vacat. Idem ſi calumnias refutarit, liberatur. Hoc ex æquo in nobis etiam fieri cupimus. Examinetur vita eorum: nomen ne culpetur. Porro nunc ab initio B inſtitutæ orationis meæ obſecro vos, ſummi Imperatores, æquis & benignis animis auſcultare vt dignemini, neque vos communis & nulla ratione vigentis famæ præiudicio occupari, & ad illius veluti impetum rapi patiamini. Quin illud veſtrum ſapientiæ & veritatis auidiſſimum ſtudium mea quoque oratio vt ſentiat, ſinire. Sic fiet vt neque vos per ignorantiam delinquatis: & nos, depulſis confutatiſque iis, quæ temere in nos vulgus hominum effutit, quietiores agamus. Trium igitur flagitiorum infamis rumor de nobis ſpargitur: impietas quæ deos tollat, epulæ Thyeſteæ, concubitus inceſti. Quæ ſi vera ſunt, nulli vel ſexui vel ætati parcite, ad pœnas rapite, cum vxoribus & liberis funditus extirpate, ſi qui inter nos homines belluarum more viuunt, quamquam & belluæ gentiles ſuas (vt ita dicam, ſiue ſui generis) animantes non attingunt: & lege naturæ & deſtinato ad procreationem tempore, tanquam ſobolis potius quærendæ quam impudenter libidinis cauſa, inter ſe C miſcentur. Eædem beneficos in ſe agnoſcunt. Quod ſi quis homo ipſis immanior belluis, ea quæ diximus facinora perpetrarit, quonam ille ſatis, digno ſua prauitate ſupplicio afficietur? Si vero commenta improborum hominum & inanes calumniæ hæ ſunt (quum ita natura comparatum ſit, vt malitia ſe opponat virtuti, & diuina quadam lege, quæ inter ſe contraria ſunt, depugnent) & nihil iniuſtè à nobis committi, vos ipſi teſtes nobis eſſe locupletiſſimi poſſitis: veſtrum iam fuerit inquirere de vita noſtra, de opinionibus, de ſtudio & obedientia erga vos, familiam & imperium veſtrum: atque ita demum tantumdem iuris & æquitatis, quantum aduerſariis noſtris (amplius enim non petimus) concedere. Vincemus enim proculdubio illos, qui pro veritate vitam etiam effundere parati ſumus.

Primum igitur, (vt ſingulis quæ nobis obiiciuntur, reſpondeam, neque ſimpliciter ea negando, riſu excipiat) negare nos diuinam naturam, calumnia eſt. Diagoræ quidem ſacrilegam impietatem iure damnabant Athenienſes, qui cum arcanos Orphei ſermones vulgo expo- D nebat, & Herculis ſtatuam, ne ligna rapis coquendis deeſſent, diſſecabat: denique palam & diſerte Deum eſſe negabat. Nos vero qui Deum à materia ſeparamus, & aliud quippiam eſſe materiam, aliud vero Deum, docemus: alia inſuper quamplurima in medio (partim materiæ, partim Deo propiora:) nempe Deum ingenitum æternumque aſſerentes, materiam genitam & corruptibilem, nonne inique impietatis accuſant? Nam ſi ita vt Diagoras ſentiremus, quum tot tantæque res agnoſcendi colendique numinis nos admoneant, tatus omnium ordo, concinna proportio, magnitudo, color, figura, ſitus atque digeſtio mundi eiuſque partium, merito nobis tum impietatis crimen, tum condemnationis pœna impingeretur. Sed quoniam omnis ſermo noſter Deum vnum celebrat, conditorem illum vniuerſitatis, qui ingenitus ipſe (neque enim generari poteſt quod eſt, ſed quod non eſt) omnia Verbo ſuo crearit: tum verbis, quod incuſamur: tum re, quod infeſtamur ac profligamur: iniuria nobis fit. Atqui Poetæ & Philoſophi, qui animum ad contemplationem de Deo intendere, & aliter quam vulgus hominum de eo pronuntiare auſi ſunt, impij idcirco iudicati non ſunt. Nempe Euripides diuinitatem eorum quos vulgus temere Deos eſſe ex communi perſuaſione putat, in dubitationem his verſibus vocat.

Si vere in cœlo Iupiter Deus præeſt,
Debebat ille non facere viros bonos Calamitoſos.

Illum vero qui humana ratione cognoſci potuit, Deum eſſe affirmat,

Videſne ſublimem hunc & immenſum atherem,
Omnem qui terram continet ſinu ſuo?
Hunc tu Iouem putabis, hunc credes Deum.

Illorum enim neque eſſentias videbat, de quibus efferri nomina ſolent. (Iouem enim, inquit, alium quam qui ore hominum circumfertur, neſcio:) neque nomina ipſa de rebus exiſtentibus dici arbitratur. Quorſum enim nomina conducunt non extantibus rebus? Vnum autem & ſummum Deum ex operibus quæ oculis & viſu noſtro vſurpantur, apparentque aere, cœlo, terra percipiebat: illum eſſe coniectans (omnium authorem) cuius hæc opera ſunt, & cuius Spiritu reguntur.

Huic & Sophocles aſſentitur.

Vnum re vera numen eſt, & vnicum,
Quod cœlum & terram nutu condidit ſuo.

Vterque ſcilicet illorum, Dei naturam ex tanta pulchritudine mundi tum inuenit, tum vnum eſſe, & vbi illum eſſe oporteat, oſtendit. Philolaus quoque vniuerſa tanquam in carcere à Deo contineri dicens, ſimul vnum eſſe ipſum, ſimul & materia ſuperiorem non obſcure inſinuat. Porro Lyſis (& alius quidam Philoſophus) in hac ſententia fuerunt, vt Deum numerum quendam eſſe putarent: alter, ineffabilem: alter vero exceſſum illum quo numeris maximus proximum ſibi ſuperat. Ergo ſi numerus maximus, vt Pythagoricis placet, denarius eſt (qui & quaternarius eſt, & rationes tum numerales, tum harmonicas omnes continet) eum vero proxime nouenarius antecedit, Deus vnitas fuerit, hoc eſt vnus, vnitate enim denarius proximum ſibi numerum excedit. Plato etiam & Ariſtoteles quid ſenſerint, nunc dicam: non quod placita Philoſophorum de Deo omnia & ſtudioſe exponere inſtituerim. Noui enim vos, quantum intelligentia ſimul & imperio præſtaris omnibus, tantum etiam exquiſita ſcientiarum cognitione excellere: ita in ſingulis pariter ſapientiæ partibus verſatos, vt nihilo inferiores ſitis illis qui vnam duntaxat aliquam ſibi excolendam delegerunt. Sed quoniam commode explicare nequeo, non ſolos nos Deum vnitate circumſcribere, niſi Philoſophos eiuſdem opinionis nominauero, ad proferenda ſingulorum dogmata deflexi. Sic igitur Plato, Opificem & patrem vniuerſi & inuenire difficile eſt: & quum inueneris, omnibus effari impoſſibile. De vno videlicet ingenito æternoque Deo ſentiens, nam etſi alios quoque hoc nomine dignatur, vt Solem, Lunam & ſtellas: genitos tamen illos fatetur: (vt quum ibidem Deum ſummum his verbis concionantem inducit,) Dij deorum, quorum opifex ego & pater ſum, hæc attendite; Quæ a me facta ſunt, me ita volente indiſſolubilia ſunt. Omne ſiquidem quod vinctum eſt, ſolui poteſt. Sed mali eſt, quod pulchre compoſitum eſt, ſeque habet bene, velle diſſoluere. Quapropter, quia generati eſtis, immortales quidem & indiſſolubiles omnino non eſtis, nec tamen vnquam diſſoluemini, nec mortis fatum ſubibiris. Nam voluntas mea maius præſtantiuſque vobis eſt vinculum ad vitæ cuſtodiam, quam nexus illi quibus eſtis tunc quum gignebamini colligati. Quod ſi non impia eſt hæc Platonis de vno vniuerſitatis ingenito Deo ſententia: ne nos quidem fuerimus impij, qui illum agnoſcamus & obſeruemus Deum, cuius vt Verbo fabricata ſunt, ſic Spiritu continentur hæc vniuerſa. Ariſtoteles vero eiuſque ſectatores Deum & ipſi vnum celebrant, ſed illum, tanquam animal quoddam, ex corpore & anima componunt;

corpus

A corpus eius æthereum (vel ipſum ætherem) eſſe arbitrati, & ſtellas erraticas, & ſyderum fixorum ſphæram, quæ in orbem ſuo motu aguntur: animam vero rationem motionis iſtius, quæ quidem ipſa non moueatur, ſed corporis motum efficiat, eique præſit. Porro Stoici etiam ſi nominibus, pro diuerſitate materiæ per quam ſpiritum Dei penetrare aiunt, aliis atque aliis vtentes, multiplicare Deum videntur: re ipſa tamen vnicum eſſe Deum ſtatuunt. Quippe ſi Deus eſt ignis artificioſus, ratione & via ad generationem & creationem mundi procedens, omnes ſeminales & primigenias rationes in ſe complectens, iuxta quas res ſingulæ fato fiunt: Spiritus autem ipſius mundum vniuerſum penetrat: ſequitur ex illorum quoque ſententia, vt Deus ſit vnus: iſque dicatur a Græcis Ζεύς, ea parte materiæ, qua feruet: Ἥρα vero, (id eſt Iuno) qua aer eſt: & aliis, iuxta ſingulas materiæ per quam tranſit, partes, nominibus appelletur.

Stoici.

B Quum igitur Deum eſſe vnum, plerique omnes vt plurimum vel inuiti conſentiant, vbi ad vniuerſorum principia animum applicauerint: noſque Deum illum eſſe aſſeramus, qui hanc rerum vniuerſitatem digeſſit: qui fit vt illis impune pro arbitrio de Deo tum ſcribere, tum loqui liceat, nobis vero aduerſaria lex ſit? qui tamen quod Deum eſſe vnicum & recte ſentiamus, & iure credamus, ſignis atque rationibus veriſſimis aſtruere poſſumus. Etenim Poetæ & Philoſophi qui probabiles quaſdam & ſuo conſentaneas ingenio rationes, vt aliis quoque in rebus indagandis, ſe qui ſe oportere putabant: impulſi quidem diuinitus primum vt hoc aggrederentur, ſua quiſque & propria intelligentiæ vi, Deum inquirere, tanquam inuenturi, nimia de ſe fiducia conati ſunt. Non tamen illum, cuius vis adeo immenſa patet, vel reperire, vel animo & cogitatione complecti potuere: merito quidem, quod Dei notitiam non ab ipſo peterent Deo, ſed intra ſe quiſque eum diſquireret. Hinc adeo factum eſt vt aliter pronuntiarent de Deo, de materia de formis, de mundo.

C At nos ſententiæ fideique noſtræ teſtes habemus Prophetas: qui ſpiritu diuino de Deo ac rebus diuinis diſſeruerunt. Hic veſtrum (Imperatores) iudicium, & veſtram ergo verum numen pietatem, quibus pleroſque excelliſtis, appellamus: æquumne & hominis ratione dignum ſit, vt fides ſpiritui diuino, qui Prophetarum ora tanquam inſtrumenta permouit, abrogata, humanis perſuaſionibus [illegible]. Porro Deum eſſe vnum, vniuerſitatis huius [illegible] profeſſionis noſtræ etiam rationes percipia-[illegible] modo conſiderate. Si duo [illegible] plures ab initio [illegible] vel coniuncti alicubi in vno eodemque [illegible] At coniuncti ſimul eſſe [illegible] diſſimiles, nam vt diuinitate ſi-[illegible] quod alij ingeniti [illegible] nempe [illegible] Deus, ingenitus eſt, [illegible] Genita autem [illegible] de aliquo [illegible] Qui [illegible] ita plures

Prophetæ fidei noſtræ teſtes.

D [illegible] partes quædam [illegible] corpus [illegible] manus, pes, oculus, auditor [illegible] generationi & corru-[illegible] ex partibus componi, ac ſolus in [illegible]: Deum vero ingenitum & impatibilem, [illegible] neque ex partibus con-[illegible] eo qui mundum fecit, [illegible] circa opera ſua quæ fecit atque digeſſit [illegible] aut reliqui vbi erunt? Si enim mundus orbiculatus [illegible] ſphæris cæleſtibus concluditur, mundi vero architectus [illegible] eſt ſublimior operibus, iiſque prouidendo præeſt mundo, quemnam alteri aut reliquis aſſignabimus locum. Nempe in mundo non eſt, quum is ſit alterius, ſupremi Dei; neque circa mundum: ſupra hunc enim Deus mundi opifex eſt. Quod ſi neque in mundo eſt, nec circa mundum (omnis enim ille circuitus ab opifice occupatus) vbi tandem in loco ſupra mundum ſupraque Deum erit? In altero mundo, aut circa alium? Sed ſiue in alio

E mundo ſiue circa alium eſt, non amplius circa nos eſt (& nihil ad nos) qui mundum (noſtrum) non regat. Item (ſi intra mundum eſt) potentia eius magna non fuerit, quod loco definiatur. Ergo ſi neque in noſtro mundo eſt, neque circa noſtrum: neque in alio, aut circa alium: quoniam vt vnus hic noſter mundus corpora omnia occupat, completurque ex omnibus) ita vt nihil extra ipſum relinquatur:) ſic opifex eius totum ipſius ambitum vnicus obtinet: ſequitur vt omnino non ſit, quum nullus ei locus ſuperſit. Sed vt ſit alicubi, quidnam (operis) faciet? Nihil; vt apparet, quum alius ſit ad quem mundus pertinet: ipſe vero neque in mundo, nec circa eum, ſed (extrinſecus alicubi) ſupra opificem mundi. Nihil certe aliud ſupereſt vbi Deus genitus cum ante (id eſt ſummo ingenitoque) conſtat. Hic enim ingenitus & ea quæ ipſius ſunt, mundum ita excedit, vt impleat vndequaque quidquid ſupra ipſum eſt, nec locum vllum ſe vacuum reliquat.

F Sed prouidere forſan eum aliquis dicet. Verum ne prouidet quidem iis quæ non fecit. Itaque efficitur, vt ſi nihil facit, neque prouidet, neque locus ei ſupereſt vllus (nuſquam & omnino non extet:) vnus vero ille à principio & ſolus mundi opifex Deus relinquatur. His & eiuſmodi tantum rationibus ſi niteremur, merito humanam eſſe perſuaſionem noſtram aliquis iudicaret. Verum inſuper Prophetarum voces animos noſtros muniunt: nec dubito quia vos etiam, doctiſſimi & ſapientiſſimi principes, hiſtorias & ſcripta Moſis, Eſaiæ, Ieremiæ, & reliquorum Prophetarum aliqua ex parte cognoueritis. (Prophetas nomino) qui extra ſe ſuaſque cogitationes poſiti, diuini ſpiritus impulſu, quicquid ille in ipſis efficiebat, eloquebantur: quum Spiritus eis ceu organis vteretur: vt tibiis ad inflandum vti ſolet tibicen. Sed quid illi? *Dominus*, inquiunt, *eſt Deus noſter, non comparabitur alius ad ipſum*. Et rurſus, *Ego ſum Deus primus*, Et poſt hæc, *Et præter me non eſt Deus. Similis ante me non fuit Deus alius, & poſt me non erit. Ego ſum Deus, & non eſt præter me*. Et de magnitudine eius, *Cælum mihi thronus eſt, terra vero ſcabellum pedum meorum, quam vos mihi ædem conſtruetis? aut quis locus me, vbi quieſcam capiet?*

Iſa. 40. 41. 44. 48.

Iſa. 6

G Sed vobis relinquo qui libros nouiſtis, ſtudioſius in illorum Prophetias inquirere ac perpendere, vt a contumeliis ac iniuriis quas patimur, iuſta ratione nos vindicetis. Verum ſatis iam mihi demonſtratum eſt, non negare nos numen, qui vnum illum ingenitum, æternum, inuiſibilem, impatibilem: qui nec loco includi poteſt, nec aliter quam ſola mente & ratione comprehendi: qui luce, pulchritudine, ſpiritu & potentia inenarrabili continetur: a quo facta ſunt omnia per Verbum ipſius, per quod & digeſta ſunt & ſtabiliuntur, hunc inquam vnum prædicamus Deum. Quin & Dei Filium mente complectimur. Nec eſt quod aliquis ridiculum putet, Deo filium a me attribui. Non enim, vt Poetæ fabulantur, qui nihilo meliores hominibus ſuos Deos faciunt, vel de Deo & Patre, vel de Filio ſentimus. Sed Filius Dei, eſt Verbum Patris, in idea & efficacia. Ab ipſo enim & per ipſum

H facta ſunt omnia, quum Pater & Filius vnum ſint: ita vt Filius ſit in Patre, & Pater in Filio, per vnionem & potentiam Spiritus, ſiquidem mens & Verbum Dei, Filius Dei eſt. Iam ſi vobis, qui intellectus ſubtilitate excellitis, altius ſcrutandum videtur, quidnam ſibi velit hic Dei Filius: paucis dicam. Primigenia hic eſt Patris progenies, quæ non vt facta (a principio enim Deus, qui eſt mens æterna, ipſe in ſeipſo λόγον, hoc eſt Verbum aut rationem, habet quum rationalis ipſe æternum ſit) ſed vt rerum cunctarum idea & perfectio foret, progreſſa eſt, (tum enim indigebat materia informis illa natura, & terra, cæteraque elementa) quæ omnia quum materiæ duntaxat rationem obtineant, & ſubiecti quod ſe formandum præbet: confuſa inter ſe adhuc, necdum diſcretis craſſioribus ab iis quæ leuiora ſunt, diuinitus digeri perficique opus erat. Orationi noſtræ Propheticus etiam ſpiritus aſſentitur. *Dominus* enim, inquit, *creauit me, initium progreſſionis ſuæ ad opera ſua*. Quanquam & ipſum Spiritum ſanctum, agentem illis qui Propheticos

Rom. 1 Ioan. 1 14.

Prou. 8.

ſermones fundunt, ita à Deo emanare ad ipſumque reflecti dicimus, vt emiſſi à ſole radij reciprocant. Quis igitur non miretur, nos qui Deum Patrem prædicamus, & Deum Filium, & Spiritum ſanctum, ita vt & vnionis eorum vim, & ordinis diſtinctionem exponamus, impios & ſine Deo homines vocari? Neque tamen intra hunc finem noſtra de diuinis eſſentiis profeſſio continetur: ſed etiam magnum numerum Angelorum & miniſtrorum Dei eſſe fatemur: quos opifex & architectus mundi Deus Verbo ſuo tanquam in claſſes ordinauit centuriauitque, vt elementa, cœlos, mundum, & quæ in mundo ſunt, viceſque & ordinem omnium moderarent. Quod ſi accuratius forte cauſam noſtram expono, Principes, non eſt quod admiremini; idcirco enim hoc facio, vt veritatem noſcatis exactius, neque vulgatam de nobis ac ſine vlla ratione ſparſam exiſtimationem, ceu fluctum quendam aut æſtum impetuoſum ſequamini. Poſſumus certe etiam per ipſa religionis noſtræ (quæ vitam moreſque attinent) dogmata approbare vobis quam non ſimus à numine alieni. Quænam ſunt igitur placita illa & pronuntiata, quibus nos aſſuefacimus? Dico vobis. *Diligite inimicos veſtros: bene precamini execrantibus vos: orate pro iis qui vos inſectantur, vt fiatis filij Patris veſtri qui in cœlis eſt: qui ſolem ſuum exoriri facit bonis & malis, & pluuiam demittit iuſtis ac iniuſtis.* Permittite hic mihi, obſecro, dicendi; imo exclamandi altius libertatem, quam mihi coram Regibus Philoſophis diſſerenti non negatum iri ſpero. Ecquinam illorum qui ſyllogiſmos reſoluunt, & ambigue dicta diſſoluunt, & origines dictionum exponunt: aut illorum qui homonyma & ſynonima (æquiuoca & vniuoca alii qui Latine dicunt) & categoremata (prædicamenta vel ſumma genera rerum) & axiomata, & quid ſit ſubiectum, quid prædicatum, docent: his & eiuſmodi ediſſerendis auditores ſuos ſe beaturos polliciti: ecqui illorum, inquam, tam puri & ſinceri ſunt animi, vt odij loco amore proſequantur inimicos: vt maledicta in eos qui effutire ea cœperunt, animo ſumma moderatione compoſito, non regerant, ſed bene precentur: & pro iis qui vitis ipſorum inſidiantur, Deum orent? Quin contra potius illi nunquam non pergunt aduerſus eos à quibus offenſi fuerint, nefanda quæuis excogitare: & ſemper aliquid in eos mali patrare cupiunt: nec benefaciendi hominibus, ſed artem benedicendi ſcopum ſibi proponunt. Apud nos vero homines etiam priuati, quique ex manupretio victitant, & aniculæ, ſi nullam dicendo profeſſionis ſuæ vtilitatem exhibere queant, rebus ipſis & operibus eam declarant. Neque enim orationes compoſitas recitant, aut annumerant verba, ſed actiones honeſtas & virtutum exempla de ſe præbent: dum percuſſi non repercutiunt, ſpoliantibus dicam non ſcribunt, petentibus largiuntur, proximos (quoſque) tanquam ſeipſos amant. An verò, niſi Deum genus humanum reſpicere, eaque præeſſe putaremus, adeo puritati & innocentiæ ſtuderemus? Nequaquam. Sed quoniam perſuaſi ſumus Deo qui & nos & mundum hunc condidit, tranſactæ hic vitæ totius rationes nos redituros, moderatum, benignum, & pleriſque contemptum viuendi genus deligimus. Quippe nullum in vita tantum malum, etiamſi capitis periculum agatur, ſuperuenire nobis poſſe arbitramur, quod non omnino ſit minimi, imo nihili faciendum, præ illa quam à ſummo iudice expectamus olim fœlicitate, manſuetæ, benignæ moderatæque vitæ cauſa, nobis promiſſa. Plato à Minoe & Radamantho iudicandos puniendoſque malos pronuntiauit: nos vero neque ſi Minos aliquis fuerit, nec ſi Radamanthus, aut horum etiam pater, iudicium Dei ab illo vitari poſſe aſſerimus. An vero illi quibus hæc ſententia animo inoleuit, Edamus, bibamus, cras enim moriemur: & mortem, profundum quendam ſomnum rerumque omnium obliuionem ſtatuunt, (vt ille ait, Germanus mortis ſomnus) pietatis in Deum ſtudioſi videntur, nos non videmur, qui innocentiæ & ſanctitati vitæ omnem operam damus, vt deuitemus iudicium? Nos inquam, qui præſentem hanc vitam minime magni facimus, & illum duntaxat ducem per E tranſeuntes ſequimur: quem vtpote Deum cum Verbo ſuo cognoſcere optamus, vt quænam Filij ad Patrem ſit vnio intelligamus, quid Pater cum Filio communicet, quid ſit Spiritus: quæ vnitas trium, quæ vnitorum, Spiritus ſcilicet, Filij & Patris: & qui longe præſtantiorem quam verbis exprimere quiſquam valeat, eam quæ nos excipiet vitam agnoſcimus: ſi puri ab omni crimine ad ipſam tranſierimus: qui denique adeo benigni ſumus, vt non amicos tantum ſed inimicos etiam diligamus. Si enim redametis, inquit, illos qui vos *Matth. 5. Luc. 6.* amant, & mutuum detis illis qui vobis etiam dederint: ecquidnam meremini? Tales, inquam, nos quum ſimus, exiſtimamur impij. Et hæc quidem parua è magnis, pauca è multis retulimus, ne nimium importuni vobis aut moleſti eſſemus. Nam & qui mel aut vinum explorant, exigua tantum parte guſtata, de toto iudicant. Cæterum quoniam multi ſunt qui nos, quum impietatis numen tollentis crimine arceſſant, F ne minimam quidem ipſi cognitionem Dei habent (homines plane rudes, neque vel de natura vel de Deo doctrina vlla imbuti,) pietatem vero ex ſacrificiorum ritibus metiuntur, & nos incuſant quod non eoſdem quos pleræque ciuitates Deos colamus: rem ita conſiderare Imperatores: & primum cur ſacra non faciamus. Opifex ille & pater vniuerſorum, non ſanguine eget, non nidore, non floribus & ſuffimentis fragrantibus: quum ipſe ſit odor longe ſuauiſſimus: quum nulla re indigeat, nihil extra ſe deſideret. Imo maximum hoc ſacrificium ducit, ſi cognoſcamus quis ille ſit tantus qui cœlos extendit & conglobauit, qui terram centri inſtar conſtabiliuit, qui aquas in mare deriuatas congeſſit, lucem à tenebris diſcreuit, ætherem ſtellis ornauit: & omne genus fruticis è terra produxit: qui animalia creauit, & hominem finxit. Hæc cum cogitamus, & animo complectimur Deum opificem, con- G ſeruantem & gubernantem arte ac ſcientia res vniuerſas, manuſque ad eum puras attollimus, quanam amplius hecatombe, quo magnificentiore ſacrificio indiget? Canit quidem poeta:

> *Sacrificant, adolent, libant, orantque, vouentque*
> *Mortales ſuperis, ſi quid peccauit inique,*
> *Quiſquam: vt placati pœnas iramque remittant.*

Sed quid ego ſacrificia & holocauſta curem, quibus non opus habet Deus? Depoſcit ille ſibi victimam incruentam, & animum rationis compotem ſibi offerri ac miniſtrari.

Iam quod à nobis requirunt, cur ſtatuis non ſupplicemus, & eoſdem, quos ciuitates pleræque omnes, *Cur Chriſtiani non colant deos quos vulgus colit.* Deos honoremus: nulla ratione faciunt. Siquidem ne illis quidem ipſis qui nobis hoc vitio vertunt quod non eoſdem quos ipſi agnoſcunt, Deos ſequamur, inter ſe conuenit. Nempe Athenienſes ſibi Celeum & Metaniram Deos ſtatuerunt. Lacedæmonij Menelaum, cui & ſacrificia & dies feſtos peragunt. Ilienſes, qui ne nomen quidem illius audiunt; (& tanquam hoſtis audire H nollent,) ſuum celebrant Hectorem, Chij Ariſtæum, eundem & Iouem & Apollinem exiſtimantes. Thaſij Theagenem, à quo cædes etiam in Olympiadibus commiſſa eſt. Samij Lyſandrum, poſt tot illatas ab eo cædes, tot mala perpetrata: Alcman & Heſiodus Medeam: & Cilices Niobem. Siculi Philippum Butacidæ: Oneſilaum Amathuſij, Amilcam Carthaginenſes. Sed deficiet me prius dies quam omnes recenſuero. Quum igitur ipſi inter ſe de ſuis diis diſſentiant, quid eſt quod in nobis non aſſentientibus vituperent? Porro Ægyptiorum cæ- *Ægyptiorum ſuperſtitio.* remonias quis non ridiculas dixerit? plangunt illi per feſtos frequenteſque conuentus, & pectora feriunt, tanquam propter defunctos, & rurſus ſacrificant tanquam diis. Sed hoc mirum non eſt in illis qui etiam in beſtias honores diuinos conferunt: quæ quum moriuntur, capillos tondent, eaſque in templis ſepeliunt, & planctus publicos decernunt. Ergo ſi nos impietatis poſtulamur quod non communes cum ipſis cultus exerceamus: omnes eodem nomine ciuitates, genteſque pariter

omnes

omnes impiæ fuerint : non enim omnes eoſdem Deos venerantur. Sed quamuis inter ſe conuenirent : oporteretne idcirco nos etiam ad ſtatuas eorum adire & ſupplicare ? Non diſcernentes pleriquc, quid materia ſit, quid Deus, & quantum vtrinque interualli pateat, coniunctis materiæ ſimulacris accedunt. Nos vero diſcrimen facimus inter genitum & ingenitum, inter ens & non ens : inter id quod intellectu, quodque ſenſu percipitur : & ſuum vnicuique nomen tribuimus. Nam ſi materia & Deus inuicem nihil differrent, ſed nomina tantum diuerſa, res vna foret, impij ſanè eſſemus non adorando lapides, ligna, aurum & argentum. Si autem maximo diſtant interuallo, non minus quam artifex & ea quæ ad artem ei comparata ſunt, quid incuſamur ? Nam ſicut figulus, ita Deus eſt opifex, materia vero ad artem ei ſe præbet. Et vt lutum per ſe aut ſuaptè vi figlinorum formam accipere non poteſt, ſic rerum omnium formis in ſe recipiendis apta materia (illa prima) ſine opificè Deo diſcerni, figurari, ornarique non potuiſſet. Iam vt figlinum figulo præferre nemo ſolet, neque phialas vel aurea vaſa magis quam fabrum eorum honorare : ſed ſi quid in illis probè, eleganter, artificioſè factum eſt, inde laudatur artifex, cui omnis vaſorum laus merito cedit : ſimilis circa Deum & materiam ratio eſt, non enim ad materiam pertinet gloria & honor quod ordine ſituque tam certo, ornatu tam pulchro digeſta ſint omnia, ſed ad architectum eius Deum. Quamobrem ſi materiæ ſpecies, (elementa, aut quæcumque ex eis coaluere) pro diis habeamus, merito Deum verum ignorare exiſtimabimur, ea quæ ſolui corrumpique oportet, æquantes æterno. Eſt ſanè pulcherrimus hic mundus : nam & magnitudine quum ſit excellens, vt omnia, ſic pulchra omnia continet. Ex diſpoſitione etiam & varietate ſyderum pulchritudo eius eluceſcit, cum illorum quæ in Zodiaco circulo, tum quæ circa Septentriones ſunt : denique è figura ſphærica. Non ipſe tamen mundus, ſed artificioſus ille conditor eius adorandus eſt, vt neque veſtro imperio ſubditi, quum aliqua re indigent, vt aſſequantur, quum vos adierint, omiſſis vobis Dominis ac principibus, nulloque affectis honore, ad palatij veſtri magnificentiam ſe conuertunt : ſed ædificij regij tam elegantem ſtructuram, obiter & prætereuntes tantum admirati, vos ipſos ante ſupraque omnia honorant. Verum hoc intereſt, quod vos Reges in veſtrum vſum ædes regias adornatis : mundus à Deo non indigente factus eſt. Eſt enim Deus ipſe ſibi omnia, lux inacceſſa, mundus perfectus, ſpiritus, potentia, verbum. Siue igitur mundus veluti organum quoddam concinnum eſt, & numeroſè (hoc eſt ſuis numeris & rythmis) mouetur : illum duntaxat qui ſonos dirigit tangitque, & concinnam modulationem accinit, non organum ipſum adoro. Itidem in certaminibus munerarij (ſic appello qui præſunt, & munera victoribus proponunt) non citharœdis neglectis, citharas eorum coronant. Siue idem mundus ars Dei eſt (vt Platoni videtur) pulchritudinem quidem eius admiramur, ad ipſum vero artificem accedimus : ſiue corporea eius eſſentia, (vt Peripatetici ſentiebant) non ipſo Deo, quo authore (mundi) corpus mouetur, prætermiſſo, nulloque cultu affecto, egenis & infirmis elementis nos proſternentes ſubmittimus, impaſſibili Spiritu (anima rationali) vt ipſis (quoque) videtur, paſſibilem materiam adorantes. Siue denique mundi partes, potentiæ Dei eſſe exiſtimantur, non ad ipſis colendis nos conferimus, ſed conditorem eorum & Dominum. Non ea peto a materia, quibus ipſa caret : neque, Deo prætermiſſo, elementa honore proſequor, quibus vltra conceſſum eſt nihil quam quod facere iuſſa ſunt. Etſi enim pulchra ſunt propter opificis artem : a materiæ tamen natura non degenerant. Sententiæ noſtræ Plato quoque aſtipulatur. Eſſentia illa, inquit, quam cœlum & mundum appellauit, multos quidem fœlicitatis numeros à parente conſequuta eſt : non effugit tamen quominus eſſet corporea : quam ob cauſam mutationis expers eſſe non poteſt. Quod ſi cœlum & elementa, in quibus diuinum opificium agnoſco, non adoro tanquam Deos, quum

E

diſſoluenda olim cognoſcam, qua tandem ratione Deorum nomine ſalutabo illa quæ ab hominibus fabricata eſſe noui ? Vos obſecro rem breuiter æſtimate. Neceſſe eſt autem me qui defendendæ cauſæ noſtræ negotium ſuſcepi, diligentius altiuſque repetere omnia, & cum de nominibus Deorum, quod nupera ſint ; tum de ſtatuis, quod heri & nudius tertius (vt aiunt) factæ, diſſerere : quanquam & vos ipſi, in antiquiſſimis quibuſque ſcriptis, ſi alius quiſquam, verſati, accuratè hæc intelligitis. Orpheum igitur dico, & Homerum & Heſiodum (vel æquales, vel non multo inferiores ætate) illis quos celebrant diis fuiſſe : quod vel Herodoti teſtimonio comprobarim. Vnde ſinguli deorum extiterint, inquit ille, an cuncti ſemper fuerint, aut qua ſpecie, hactenus ignoratum eſt : niſi nuper atque heri, (vt ſic dicam.) Nam Heſiodus atque Homerus, quos quadringentis non amplius annis ante me opinor extitiſſe, primi Græcis Deorum generationem ſuis carminibus decantarunt, eiſque & nomina poſuerunt & cognomina aſſignarunt & eorum genera (vel ſexus) honores, artes diuerſas figuraſque deſcripſerunt. Cæterum imagines Deorum antequam plaſticè pingendi, & ſtatuaria ars in vſum veniſſent, ne nominabantur quidem : donec tandem nati floruerunt, Saurias Samius, Craton Sicyonius, Cleanthes Corinthius, & Core (κόρη hic tanquam proprium nomen accipere licet, vel virginem interpretari,) Corinthia. Vmbratilem enim picturam equi, vmbra in ſole circumſcripta Saurias inuenit. Graphicen vero, id eſt picturam, res cum ſuis coloribus repræſentantem Craton oſtendit, qui in tabula dealbata viri & mulieris vmbras delineauit. Cores inuentum eſt coroplaſticè : hæc enim illius quem amabat dormientis in vmbram pariete quum conſignaſſet, pater tam expreſſa ſimilitudine delectatus (figlinam is exercebat) lineamenta exſculpta luto repleuit : qui typus etiamnum in Corintho ſeruatur. His poſteriores Dædalus & Theodorus Mileſius ſtatuariam & plaſticen adinuenerunt. Nempe adeo breue tempus poſt inuentas imagines & ſimulachrorum vſum effluxit, vt nomina etiam artificum qui Deos expreſſerunt, ſingillatim referre poſſimus. Dianæ enim Epheſiæ idolum, & Mineruæ (quam Græci Ἀθηνᾶν vocant, alij ſecretius Ἀθηλᾶν) Oleaginum vetus, & (eandem) ſedentem Endius Dædali diſcipulus fecit. Pythius Theodori & Teleclis opus eſt. Delius (Apollo) & Diana (in Delo) Idectæi & Angelioois ars. Iuno in Samo & Argis, Smilidis manus, ſimulachra cætera, Phidiæ. Venus heræra hoc eſt meretrix in Gnido, Praxitelis : denique Æſculapius in Epidauro, Phidiæ. Et vt paucis abſoluam, omnes vbique imagines ab hominibus factæ ſunt. Quod ſi dij iſti ab initio non erant, illiſne à quibus facti ſunt, poſteriores erunt ? vel cur, vt eſſent, hominibus, & arte indiguerunt ? Terra hæc ſunt, & lapides, & materia, & ars curioſa. Cæterum quoniam non deſunt qui hæc nihil quam ſimulachra eſſe dicant, Deos vero quorum honori ea ſint dedicata : & quæcumque in ipſos conferuntur, reditus, ſacrificia, ad ipſos pertinere Deos, neque alio modo homines conuenire Deos poſſe : (conſpectuſque Deum grauis eſt, vt inquit poëta :) & ad hoc comprobandum, hiſtorias quaſdam recitant, idolorum quorumdam opera : agendum inquiramus quænam illorum qui Dij nominantur, vis atque efficacia ſit. Rogo autem vos, ſummi Imperatores, priuſquam inſtitutum hunc ſermonem ingrediar, vt mihi, ſi veras protulero rationes, ad agnoſcendum faciles ſitis. Neque enim idola redarguere ego mihi propoſui, ſed vt calumnias refellam, religionis noſtræ rationes expono. Vos quidem in ſumma imperij maieſtate, adeo coniunctis animis orbem gubernatis, vt inde cœleſtis etiam regni contemplationem clarius animo quis complecti queat. Vt vobis enim Patri & Filio in poteſtate ſunt omnia, regno diuinitus in vos collato (Regis enim anima, inquit Spiritus Propheticus, in manu Dei eſt :) ſic vni Deo, & Filio eius, hoc eſt Verbo inſeparabili, ſubiecta ſunt omnia. Illud vero imprimis animo perpendite. Dij, inquiunt, non erant ab æterno : ſed ita eorum natus eſt quiſque, vt nos etiam naſci

Dij Gentium recentes.

Athenagoræ ætas.

F

G

Simulachrorum inuentores.

H

Prou. 21.

Google

A mur, & in hoc omnes conſentiunt. Sic enim canit Homerus,

Iliad.15.

Oceanum Tethynque Deorum progenitores.

Orpheus vero qui & nomina eorum inuenit primus, & generationes & geſta ſingulorum carmine proſequutus eſt, & in explicandis rebus diuinis, cæteris fide dignior viſus eſt: (quem & Homerus cum aliis in multis; tum circa Deos maximè ſequitur) ſimiliter primam eorum generationem ex aqua conſtituit,

In Theogo.

Oceanuſque Deis cunctis communis origo.

Fuit enim aqua ſecundum ipſum, principium omnium: ab aqua ſubſidente creata eſt Illys hoc eſt lutum, his parentibus ortum eſt animal draco: cui adnatum erat caput leonis: corpus vero medium continebat faciem Dei, Herculis aut Chroni dicti: ab Hercule natum eſt ouum immenſæ magnitudinis, quod dum completum, (& fouetur & incubatur) vim paſſum à genitore ſuo ex attritione, in duas partes diſſiliit: & ſuperior quidem, in cœli formam perfecta eſt; inferior vero delapſa, Terram conſtituit. Itaque Terra integro corpore, iamque Dea prodiit. Huic miſtus eſt Cœlus, & genuit ex ea fœminas, Clotho, Lacheſin, Atropon: mares vero centimanos Cottum, Gygen, Briareon, & Cyclopes, Brontem, Steropen, Argem, quos etiam vinctos in tartarum præcipitauit, quum ſe regno pellendum à filiis, intellexiſſet.

B

Quamobrem irata ei Terra Titanes peperit,
Tum Tellus peperit cæleſtes Vraniones.
Quos & Titanes alij cognomine dicunt,
Quod Cœli fuerint vltores ſtellimicantis.

Et hæc ſecundum illos, tum Deorum tum mundi initia ſunt. Non genitum vnumquodque ita accepimus, ac ſi prius non fuerit: in hanc igitur contemplationem incumbamus. Ergo ſi geniti ſunt, nec erant antea, non ſunt. Res enim omnis, aut ingenita, aut genita eſt; hæc corruptibilis, illa æterna. Neque hoc ſecus mihi atque

C philoſophis veſtris videtur. Quidnam ſit (inquit Plato) ens ſempiternum, & ingenitum: item quid genitum quidem, ens vero nunquam diſtinguendum eſt primum. Differit autem de intelligibili & ſenſibili, & ens ſempiternum, quod intellectu ſolo percipitur, ingenitum eſſe docet; ſenſibile contra, genitum & non ens, quod & incœperit eſſe & deſiturum ſit. Hac ratione etiam Stoici conflagratura omnia & denuo futura dicunt, & renouatum iri mundum. Quod ſi mundus, quanquam prouidentia regitur (nam duplex ſecundum eos cauſa ſtatuitur, principalis vna & efficiens, vt prouidentia: altera vero, vt materia, quæ paſſiones ac mutationes ſuſtinet,) in eodem durare ſtatu non poteſt, quoniam factus eſt: quo modo Deorum permanebit conſtitutio, qui (& ipſi) non ſuapte natura, ſed nati ſunt? Quid eſt autem quod materiæ præferantur Dij, qui ex aqua conſtituti ſunt? Hæc enim ipſis aſſerentibus principium eſt omnium. Item ex ſimplicibus & vniformibus elementis quidnam

Stoicorū de mundo ſententia.

D conſtare poteſt? Opus eſt ſanè vt & materiæ accedat artifex; & artifici materia. Quomodo enim formæ rerum abſque materia aut artifice conſiſterent? Sed neque materiam Deo antiquiorem facere ratio admittit, neceſſe eſt enim vt cauſa efficiens, ea quæ fiunt, antecedat. Nunc poſtquam oſtendi, nihil genitum eſſe quod non etiam diſſolui oporteat, ad reliqua etiam quorum accuſamur diluenda me conuerterem: ſed remoratur hæc ipſorum Theologia, quæ non modo præter omnem veriſimilitudinem, genitos Deos & ex aqua conſtitutos inducit: ſed & alia quædam abſurda addit. Primum enim figuras corporibus eorum indignas tribuerunt: vt qui de Hercule ſcripſerunt, Deus draco volubilis: & qui centimanos quoſdam finxerunt: & filiam Iouis, quam è matre Rhea vel Cerere (eandem enim faciunt) ſuſcepit, oculos ſecundum naturam duos habere dixerunt, & inſuper duos in fronte, & roſtrum poſteriore colli parte: & in capite cornua: ideoque Rheam partu tam monſtroſo territam fuiſſe, neque papillam præbuiſſe infanti. Vnde myſticè (inquit) Ἀθηλᾶ (id eſt non lactata) vocatur, communiter vero Proſerpina & Core (id

Forma Deorum, Deos non eſſe illos coarguūt.

E eſt virgo) alia quam Minerua (illa glaucopis) à pupilla (glauco pupillarum colore) ſic nominata. Deinde geſta eorum accuratè, vt ipſi putant, conſcribunt. Saturnus (aiunt) parenti reuerenda exſecuit, ipſumque a curru deiecit: filios proprios deuorauit. Hunc patrem ſuum Iupiter vinctum in tartara præcipitem dedit, ſicuti & ſuos filios Cœlus, & aduerſus Titanes bellum de regno geſſit. Matrem Rheam, quæ concubitum eius reſpuebat, perſequutus eſt, & quum illa ſe in dracænam (ſerpentem fœminam) conuertiſſet, mox ipſe draco factus, miſtus eſt cum illa; Herculeo, quem vocant, nodo (ſuis ſpiris) aſtricta: & huius concubitus ſpecies in caduceo Mercurij ſpectatur. Poſtea etiam Proſerpinam filiam ſuam ſimiliter ſub draconis ſpecie violauit: & Dionyſium ex ea genuit filium. Hæc cum ita ſe habeant, hoc ſaltem dicam; Ecquidnam boni ad huiuſmodi traditiones ſequitur? Quæ inde diis veſtris, Saturno, Ioui, Proſerpinæ, & reliquis accedit maieſtas? aut quidnam eſt quod

Deorum facinora.

F nobis perſuadere poſſit vt eos verè Deos eſſe credamus? Corporeumne figuræ? quis enim iudicio & intelligentia præditus, viperam à Deo progenitam credat? quum ſic fabuletur Orpheus,

Progeniemque Phanes aliam ſuſcepit acerbam,
Ex vtero ſacro ſpecie terrente draconis,
Crinis erat capiti, facieſque decora ſuperne:
Vipereum corpus reliquum, viſuque tremendum.

Aut quis ipſum Phaneta, quem Deorum primogenitum faciunt [hic enim eſt ille ex ouo profuſus] draconis vel corpus vel ſpeciem habuiſſe approbet? aut deuoratam à Ioue (Metin) eſſe, vt Iupiter ſecurus tranquillum poſſideret regnum? Nam ſi ab improbiſſimis beſtiis nihil differunt, (liquet autem, ab iis quæ ex terra & materia conſtant ac generantur, ſubſtantiam diuinam eſſe diſcernendam,) dij profecto non fuerint. Quid igitur ſupplices ad illos accedimus, quorum generatio non aliter quam iumentorum aut pecorum ſe habet: & facies

G ferina & informis eſt. Atqui etiamſi carne tantum eos conſtare; ſanguinem & genituram habere, paſſionibus iræ & cupiditatis obnoxios eſſe dicerent, ſic quoque, tanquam nugaces, riſu excipiendi forent. Neque enim vel ira vel cupiditas & appetitus, vel prolificum ſemen in Deum cadere poteſt. Sed ſunto illi corporati & carnei, dum iræ & furori non ſuccumbant: ne Minerua appareat,

Paſſiones in Deum verū non cadunt.

Triſtitia mœrens, altore irata Tonanti.

Et de Iunone non audiamus,

Impatienſque ira Saturnia talia fatur.

Neque de Ioue hæc,

Hei mihi, quis charum fugientem mœnia circum
Hectora conſpiciens, in pectore voluo dolorem.

Quippe natura luctu & mœrore ſuperior eos decet. Ego enim vel homines qui iracundiæ & triſtitiæ ceſſerint, imperitos & rudes dixerim. Quum vero parens hominumque Deumque ſuum deplorat filium,

Væ mihi, quandoquidem charum Sarpedona cogunt
Fata Menœtiadæ forti ſuccumbere dextræ: H

Et quamuis lugens, periculo eum eripere nequit,

Sarpedon Iouis eſt proles, Sarpedona prolem
Iuppiter ipſe ſuam non quit ſubducere morti.

Quis non illorum qui huiuſmodi fabulis delectantur, tanquam philothei, imo potius athei, quis non illorum, inquam, ruditatem impiam magis quam puerilem reprehendat? Rurſus carnem eis concedam: modo ne vulnera accipiant: vt Venus à Diomede, ſuo corpore,

Vulnere Tydides afflixit me Diomedes,

Animo vero a Marte:

Semper me claudum Venus aurea diua maritum
Deſpicit, & rigidi praefert mihi Martis amores.

Neque Mars ab eodem Tydide,

Et corpus formoſum haſta penetrauit acuta.

Terribilis ille in bellis, & Ioui contra Titanes auxiliatis, infirmior Diomede apparet,

Non minus ille furerit, quam Mars veſanus in armis.

Quin taces Homere? non furit Deus. Tu vero mihi & ſanguinarium & homicidam facis Deum?

A

Mars funeſte, cruente.

Et adulterium eius & vincula deſcribis,

Mollibus in ſtratis dum Marſque Venuſque ſopori
Indulgent: mirum, ſubtili Mulciber arte
Retia circumdat: non amplius vlla mouere
Illis membra queunt.

An non immodicæ iſtæ non expertes impietatis nugæ de Diis effutiuntur? Cœlus caſtratur, ligatur & in tartarum præcipitatur Saturnus, inſurgunt Titanes, Styx deſideratur in pugna. Ergo & mortales eos faciunt. Amoribus quoque tum mutuis tum in homines ardent.

Æneas, formoſo olim quem diua parenti
Miſta viro peperit, nemoroſa in ſaltibus Idæ
Anchiſæ Cytherea Venus.

An hoc non eſt amare & pati? Quod ſi dij eſſent, non concupiſcerent: imo etiamſi carnem Deus, prouidentia diuina, aſſumeret, non deberet tamen (aut ne poſſet quidem) in ipſum cupiditatum ſeruitus cadere.

B

Inſani amores Deorum, Deos non eſſe oſtendunt.

---nec enim maioribus vnquam
Me flammis arſiſſe puto: non me acrius vſſit
Seu dea, ſeu fuerit mortali ſanguine creta.
Non Ixionia tantos ego coniugis ignes,
Acryſionea Danaes nec vulnera ſenſi,
Non adeo vſſerunt Phœnicis membra puellæ,
Non Semele, non Alcmene, Thebaïdes ambæ,
Non Cereris, non Latona ſic ardor amantem
Me tenuit: non igne tuo ſic perditus arſi
Vnquam alias antehac: vt nunc mea pectora tangit
Summa cupido tui.

Quiſquis hic eſt, genitus eſt, corruptibilis eſt, nec Dei quicquam habet. Quid quod hominibus etiam famulantur?

O Regia Admeti domus, in qua ferniens,
Quamuis Deus, quibuſque gaudebam cibis,
Menſaque vili.

C

Et armenta paſcunt.

Et hoc profectus in ſolum, meo hoſpiti
Cuſtodiebam quotquot illi erant boues,
Domumque ſeruabam hanc.

Ad metus ergo præſtantior Deo eſt O vates, ô ſapiens, qui futuros aliis euentus præſagiebas, pueri quem amabas caſum non præuidiſti: tu in manibus occidiſti chariſſimum.

Non poſſe mentiri putabam Apollinem
Ego quoque, vatemque eſſe veracem.

Vide vt Apollinem Æſchylus cen falſum vatem traducit.]

At ipſe præſens his epulis, qui talia
Loquutus eſt, meum necauit filium.

Verum hæc fortè (aliquis mihi dicet) figmenta ſunt poëtarum, quæ interpretanda, ad naturam referri oportet: ſicut Empedocles his carminibus nos docuit,

Iupiter igne micans, Iuno vitalis, & omnis
Dinorum Pluto, ac Neſtis rore gaudens.

D

(Permittam & hoc tibi) eſto Iuppiter ignis, Iuno terra, Pluto aër & Neſtis aqua. Conſtat autem hæc elementa eſſe mundi ignem, aërem, aquam & terram: proinde concluditur vt nullus iſtorum Deus ſit, non Iupiter, neque Iuno, neque Pluto. Materiæ enim a Deo diſcretæ originem ſuam debent elementa.

Ignis, aqua, & tellus, aëris atque benigni
Vnctura & amicitia pariter.

Hæc enim abſque mote mutuo permanere & coaleſcere nequeunt, lite & contentione diſſipantur. Quo pacto igitur hæc quiſquam Deos eſſe dicet? Summum & principale quid, amicitia eſt, vt Empedocles ſentit, concreta vero ex elementis corpora illi ſubiiciuntur. Quod vero principale eſt, dominatur. Quamobrem ſi vnam eandemque principali & ſubiecto vim attribuamus, temerè ac imprudenter tantumdem honoris corruptibili, fluxæ & mutabili materiæ decernimus, quantum vni, ingenito, æterno & ſemper ſibi conſtanti Deo debetur. Iuppiter, ex ſententia Stoicorum, nomen apud Græcos a

Nomina Deorum expenduntur.

feruore tulit, vt nihil aliud ſit: quam feruidiſſima natura, & Iuno aër, quod vel nomen eius Græcum approbare poteſt: ἥρα enim Iuno eſt, cuius vocabuli eædem litteræ diſſolutæ, ſi alio modo coniunguntur, ἀὴρ ſonabunt. Similiter: Neptunus etymologiæ vi, aqua eſt: nempe [illegible]. Sed alij etiam aliter hæc interpretantur. Sunt qui Iouem faciant aërem, maſculæ ſimul & fœminæ naturæ, alij [illegible], id eſt animi partem, quæ [illegible] (tempus, annum, aut tempeſtatis præſentem intemperiem) ad moderatam cœli conſtitutionem redigat & temperet, quare & hic ſolus (aiunt) Cronum (Saturnum) effugit. Et cum Stoicis quidem hoc modo diſceptarim. Quod ſi vnum duntaxat, ſummum illum, æternum & ingenitum Deum arbitramini: corpora vero ex elementis concreta, omnem materiæ veritatem: & ſpiritum Dei, qui penetrando materiam vegetat, ſecundum varias ipſius ſpecies, nomine quoque diuerſa ſortiri dicitis: ſequitur vt ex diuerſis materiæ formis corpus Dei conſtituatur, & olim quum elementa (vt vos ſentitis) deflagrabunt, neceſſe erit vt nomina etiam formarum materiæ, ſimul intereant, ſolus autem Dei Spiritus relinquatur. Quis ergo corpora illa, quorum materia mutabilis & corruptibilis eſt, Deos eſſe credat? Cæterum illis qui Chronum (Saturnum) dicunt eſſe chronum (hoc eſt tempus:) Rheam vero, terram: & hanc è Chrono concipere atque parere, vnde & mater omnium exiſtimatur: gignere, inque lucem edita ruſus conſumere, & virilium exectionem, nihil aliud eſſe quam viri cum muliere coitum, quo veluti reſecta à viri corpore genitura in vterum demittitur: & hominem cui Venus, nempe concupiſcentia inſita eſt, generat: Saturni vero inſaniam, anni & tempeſtatis mutationem interpretantur, vnde & animata & inanimata corpora intereunt. Vincula & tartarum, ipſum tempus, quod ab anni partibus ac tempeſtatibus variis ſubinde immutatur, & nec animaduertentibus nobis abolet. Illis, inquam, reſponderim: Siue tempus, ſiue pars eius aliqua & tempeſtas Cronus eſt, conuertitur & mutatur: ſiue tenebræ, aut ſumma frigiditas, aut natura humida, hæc omnia tranſeunt. Deus vero, immortalis, immobilis ac immutabilis eſt. Quocirca neq; Cronus, neque dedicatum ei ſimulachrum, Deus fuerit. Similiter etiam Iupiter, ſiue is aër eſt à Saturno prognatus, cuius natura altera maſcula ſit, Iouis: altera fœminea, Iunonis nomine (quæ & ſoror & coniunx illius fertur) mutationi obnoxius eſt: ſiue tempeſtas aliqua, non conſtat ſibi. Numen vero mutationis atque inconſtantiæ omnis expers eſt. Sed quid eſt quod multi importunus ſim vobis, ea referendo quæ vos ex illorum libris qui naturales huiuſmodi commentationes tractant, melius cognouiſtis? vt quæ vel de natura ſentiunt ſcriptores, vel de Minerua, quam dicunt eſſe mentem per omnia extenſam: vel de Iſide, quam faciunt naturam æui, ex qua nata ſint omnia, & per quam omnia exiſtant: vel de Oſiride, cuius à Typhone fratre occiſi Iſis cum Horo filio membra quærens quum inueniſſet, ad ſepulturam comparauit: quæ etiamnum Oſiriaca nominatur. Quid, inquam, eſt quod pluribus his immoremur: quum ſurſum deorſum circa diuerſas materias occupati, à vero illo qui mente ſola comprehenditur Deo aberrent? Itaque elementa eorumque partes deificant, aliàs alia nomina eis imponentes. Nam frumenti ſationem, Oſirim vocant: aiuntque Iſim, quum ſuo Oſiridis membra, ſiue fruges inueniſſet, exclamaſſe, Inuenimus, gaudemus. Vitis vero fructum, Bacchum appellant, vitemque ipſam, Semelem: & fulmen, æſtum Solis. Atqui illi qui fabulas in rebus diuinis introducunt, quiduis potius quam theologi ſunt dicendi: nec vident ſe, interim dum Deos ſuos huiuſmodi argumentis defendunt, vanitatis ipſorum ſuſpicionem magis augere. Ergo Iupiter aër, Iuno terra, ſitque aliquod ſecundum naturam ipſorum coniugium: Europa vero quid ad aërem pertinebat? quid Leda? vt cum hac in cygnum, cum illa in taurum turpis adulter mutatus Iupiter rem habere voluerit? Huiuſmodi ergo deorum aſſertores, vt iam dixi, non aſſequuti maieſtatem Dei, quum ratione in locum cœleſtem (nulla ad

Sat non eſſe

H

cum

eum mentis cognatione aut deuotione ducti) conſcendere non poſſint, circa materiæ ſpecies hærent: & ſemper deorſum vergentes, elementorum mutationes deificant: perinde ac ſi nauigium aliquis, quo vectus eſt, gubernatoris loco haberet. Atqui vt nulla eſt vtilitas nauis, vtcumque rebus omnibus inſtructæ, ſi deſit gubernator: ſic elementa in hoc mundo digeſta, nihil abſque Dei prouidentia iuuerint: nam & nauis per ſe nunquam nauigat: & elementa ſine Deo ne mouerentur quidem.

Porro vos, qui intellectu omnibus præſtatis: hoc forſan à me interrogabitis; Qua igitur ratione ſimulachra quædam certos edunt effectus, ſi dij quorum honori dedicantur, non ſunt? neque enim inanimatas & immobiles imagines per ſe aliquid poſſe, abſque eo qui moueat, credibile eſt. Fieri quidem in diuerſis ciuitatibus & populis aliquos ab idolis eorumque nomine effectus, nos etiam non negamus, non tamen idcirco quod ab aliis fructum aliquem perceperint aliqui; vel etiam læſi fuerint nonnulli, deos eſſe qui aut obfuere, aut profuere putamus. Verum qua ratione poſſe aliquid exiſtimentur idola: & quinam in eis agant, eorum ſibi nomina vſurpantes, diligentius trutinemus. Sed antequam hoc aggrediar, vt quinam in idolis operentur, quodque dij non ſint demonſtrem neceſſe erit. Philoſophos etiam aliquos teſtes mihi proferre. Primum igitur Thales, triplici diuiſione (vt referunt qui Philoſophiam eius altius ſunt ſcrutati) Deum, dæmones, & heroës (ſeu genios) nuncupat. Deum autem definit eſſe mentem mundi: dæmones, eſſentias animales ſiue ſpirituales: heroës, ſeparatas hominum animas, bonos nimirum, bonas: malos vero, improbas. Plato vero quum de cæteris (de heroibus) nihil pronuntiet, ſubſtantias natura ſuperiores, in Deum ingenitum, & ſtellas ab ingenito illo creatas, perque mundum ſiue cœlum digeſtas, tum fixas, tum planetarum, tertio in dæmones diſtribuit, de quibus dæmonibus quum quid ſibi videretur, exponere recuſaret, maioribus qui de illis aliquid protuliſſent, adhibendam fidem iudicat. Cæterorum vero (inquit? dixerat autem prius de ſtellis tanquam diis) qui dæmones appellantur, & cognoſcere & enuntiare ortum, maius eſt opus quam ferre noſtrum valeat ingenium. Priſcis itaque viris hac in re credendum eſt: qui diis geniti, vt ipſi dicebant, parentes ſuos optimè nouerant. Impoſſibile ſanè deorum filiis fidem non habere, licet nec neceſſariis, nec veriſimilibus rationibus eorum oratio confirmetur. Verum quia de domeſticis rebus loqui ſe affirmabat, nos legem ſequuti fidem præſtabimus. Sic igitur vt ab his eſt traditum horum deorum (dæmonum) generatio habeatur, atque dicatur. Terræ Cœlique filij Oceanus & Tethys fuiſſe traduntur. Ab iis Phorcyn, Saturnus & Rhea, geniti, & reliqui horum fratres. Ex Saturno, & Rhea Iupiter & Iuno, & reliqui, quos eorum fratres quotidie memorari audimus, nati dicuntur. Ex his deinceps, vt traditur, alij. An vero Plato ille, qui excelſo animo mentem æternam, & ſola ratione comprehendendum Deum eſt contéplatus: & perpetuo ei adiuncta effatus: nempe id quod verè eſt ens, quod vniforme, & quod ab eo emanat bonum, hoc eſt veritatem: quid de poteſtate ſuprema differunt, & quod circa regem omnium, omnia ſint, & omnia ipſius gratia: quodque ipſe cauſa ſit omnium, & rebus omnibus adſit: non vno quidem modo, ſed ſecundo ſecundis, tertio tertiis: ille-ne, inquam, de diis aut dæmonibus illis, qui ex ſenſibilibus corporibus, Cœlo & Terra nati feruntur, veritatem intelligere ſupra ſui ingenij captum exiſtimaſſet? Nequaquam opinor. Sed cum deos gignere & gigni impoſſibile putaret, quum omne quod incœpit, finiri aliquando oporteat: nec minus impoſſibile perſuaſionem vulgi, quod temere fabulas recipit, immutare: has ob cauſas ſupra ſuas vires eſſe dixit reliquorum dæmonum generationem vel noſcere vel efferre: cum neque ingenio conſequi, neque verbis exprimere poſſet quo pacto generarentur dij. Nam quod alibi ait, Magnus vtique dux in cœlo Iupiter, citans alatum currum, primus incedit exornans cuncta, prouideque diſponens: hunc ſequitur deorum dæmonumque exercitus: Non de Saturni filio Ioue, ſed de conditore vniuerſitatis intelligendum eſt. Quod & ipſe Plato innuit: qui quum aliud conueniens nomen (vnum) non haberet, communi vocabulo Iouis, non tanquam proprio Dei, ſed perſpicuitatis cauſa. [Deum enim illum ſummum in vulgus efferre homini poſſibile non eſt,] vti voluit: adiecto támen magni cognomine, vt cœleſtem à terreſtri diſtingueret, ingenitum à genito: qui non modo Cœlo Terraque, ſed ipſis etiam Cretenſibus (infantem ipſum, ne à patre occideretur, ſuffuratis) poſterior eſt. Sed quid opus eſt, coram vobis, qui omne genus literarum ſcrutati eſtis, vel poëtarum carmina, vel aliorum ſententias examinare? Hoc (ſummatim) à me dictum, ſat fuerit: quod ſi non etiam Poëtæ & Philoſophi Deum vnum agnouiſſent, de reliquis vero (qui vulgo dij habentur) tanquam vel dæmonibus, vel materia duntaxat, vel hominibus olim claris, ſenſiſſent: merito nos, qui Deum & materiam & vtriuſque eſſentiam diſcernimus, reiiceremur. Quippe vt Deum aſſerimus, & Filium ipſius Verbum & Spiritum ſanctum: [* tria quidem ſecundum potentiam, Patrem, Filium & Spiritum: actu vero & eſſentia vnum. Filius enim Patris mens, verbum & ſapientia eſt: & (ab eodem) Spiritus, vt lumen ab igne, profluit:] ſic & alias quaſdam poteſtates eſſe cognoſcimus, quæ vel circa materiam vel intra eam verſantur: * vnam Deo inſeruientem, alteram vero ei aduerſantem. Non quod vlla vis cum Deo pugnare queat, vt amicitiæ lis aduerſatur, ſecundum Empedoclem, & nox diei: ſicut ſenſibus noſtris apparet: (nam etiamſi quid Deo ſe opponeret, mox abderetur, vi & potentia Dei diſſipatum:) ſed quoniam Dei bonitati, quæ ei adiuncta copulataque eſt ita vt corpori color, (hic enim ſine illo non eſt, non veluti pars ipſius, ſed tanquam res neceſſario conſequens, vnita illi velutique concorporata: vt igni color fuluus, ætheri cæruleus,) ſpiritus materiæ adhærens aduerſatur: qui tamen & ipſe à Deo creatus eſt, vt reliqui Angeli, & materiæ eiuſque formis adminiſtrandis præfectus. Idcirco enim Angelos Deus creauit, vt rebus à ſe digeſtis prouiderent: quamuis enim ipſe vniuerſali ſua & communi prouidentia vniuerſis proſpiciat: particularem tamen rerum ſingularum, quæ cuique fuerint commiſſæ, Angelis impoſuit. Cæterum vt hominibus arbitrij libertas circa virtutes & vitia data eſt, (neque enim vos vel honore bonos, vel pœna malos afficeretis, niſi ſponte conſultoque alteri boni, alteri mali eſſent:) & alij bona fide res ſibi creditas procurant, alij improbi perfidique deprehenduntur: ſic etiam circa Angelos res ſe habet, alij enim vltro tales manſerunt quales à Deo facti erant, & in munere ſuo fideles ſe præbuerunt: alij & res ſibi concreditas proteruè contumelioſéque tractarunt, & præter omne officij ſui ac dignitatis decorum ſe geſſerunt: hic inquam, materiæ eiuſque formarum conſtitutus princeps, & alij ex illis qui circa primum mundi firmamentum erant. Neque vero hic comminiſcimur quicquam, ſed ea quæ tradiderunt Prophetæ exponimus. Itaque à ſtatu ſuo defecerunt, * alij quidem amoribus capti virginum, & libidine carnis accenſi: ipſe vero princeps, tum negligentia, tum improbitate circa procurationem ſibi concreditam. Ex amatoribus igitur virginum, gigantes, vt vocant, nati ſunt. Quorum ſi poëtæ etiam aliqua ex parte hiſtoriam prodiderunt, non eſt quod miremini: quum diuina & cœleſtis ſapientia tantum à terreſtri, & humana abſit, quantum ab ipſa veritate ſimilitudo: nam ſecundum principem materiæ.

Nouimus effari mendacia plurima, veri
Quæ ſpeciem referant.]

Hi igitur Angeli qui quum cœlis excidiſſent, circa aërem & terram obuerſantes, non amplius euehi ſupra cœlos potuerunt: nec non animæ gigantum, dæmones illi ſunt qui circa mundum oberrant: & motus, hæ quidem conſtitutioni quam à parentibus acceperunt; illi vero priſtinæ libidini ſuæ conuenientes edunt. Cæterum prin-

B F G H

Error hic Athenagora cum aliis quibuſdam antiquis ſcriptoribus communis de congreſſu Angelorũ cum fœminis vnde nati ſint gigantes. Vide Sixtum Senenſem lib. 5. Biblioth. anno 77.

A ceps ille materiæ, vt ipſe rerum euentus probat, Dei bonitati ſua procuratione ſe opponit.

S.Tho.1. part.q.51. art.3. ad 6. eiuſque interpretes, atque etiam explanatores Gen. cap 6. Rurſus quã abſurdum quod Athenagoras ſubiicit, animas gigãtũ illorũ ex Angelis pro- B *creatorũ eſſe dæmones illos qui circamũdum oberrant.*

Sæpè mihi ſubiuit cura
Animum, dubitaui anxiè,
Deus an fortuna regat
Hominum inconſtantem vitam. * *
In qua & inopinatò ſæpius *
Et iniquè miſeri ſunt quidam.
In familiis etiam claris
Aliqui, quod nemo ſperaſſet,
Abſque Deo fortunati.

Perplexum ſe his carminibus fatetur Euripides, neque ſcire cuinam rerum terreſtrium huiuſque mortalis vitæ gubernatio ſit adſcribenda, in qua boni plerumque miſerè, mali vero fœliciter degant, & in qua aliquis dixerit.

Hæc nos videntes, quomodo vel legibus
Vtemur, eſſe vel deos fatebimur?

Hinc & Ariſtoteles commotus, ea quæ infra cœlum ſunt, nulla prouidentia regi putauit. Atqui æterna Dei vniuerſalis prouidentia vndiquaque ex æquo ſe nobis extendit.

Coacta tellus, ſeu velit, ſeu non velit,
Producit herbas, & pecus paſcit meum.

Ea vero quæ ad ſingulos pertinent, non pro hominum opinione, ſed veritatis vi, vt quiſque meretur, procedit, & res etiam cæteras ſecundum communem earum conſtitutionis legem gubernat. Quoniam autem commotiones illæ & operationes dæmoniacæ, quæ à contrario ſpiritu proficiſcuntur, inordinatos iſtos impetus excitant, atque inſuper homines, alium aliter, tum ſingulos, tum integras gentes, particulatim & publicè, pro ratione materiæ erga Deum affectionis, intus foriſque mouent: eam ob cauſam aliqui, quorum non parua authoritas eſt, non certo ordine hanc vniuerſitatem eſſe conſtitutam, ſed temerè fortuitoque agi ferrique omnia cenſuerunt.

Neſciebant enim illi, nihil eorum quæ ad totius mun- C di conſtitutionem ſpectant, vel inordinatum, vel neglectum eſſe: ſed ſingula quæque certa ratione facta: quamobrem præſcriptum ſibi ordinem nihil eſt quod tranſgrediatur. Homo etiam ordinem à creatore ſibi decretum ſeruat, tum in generationis ſuæ natura, quæ vna communique ratione in omnibus perficitur: tum formationis & membraturæ modo, qui veluti lege quadam intra ſuos fines cohibetur: tum termino vitæ, qui æqualis communiſque omnes manet. Quamquam vero etiam ratiocinandi vis eadem & communis omnium ſit, vnuſquiſque tamen, prout partim ſuo ingenio inclinat, partim à principe (materiam) obtinente & aſſeclis eius malis geniis afficitur, alius aliter fertur moueturque. Et hi quidem qui ad idola eos pertrahunt, genij ſunt illi de quibus diximus: qui ſanguine victimarum gaudent, eaſque lambunt. Dij vero illi qui vulgo hominum placent: & ſua ſtatuis nomina communicant, aut ab eis accipiunt, homines fuerunt, vt ex ipſorum hiſtoriis conſtat. Quod au- D tem dæmones ſint qui hominum illorum aut deorum (vt vulgus credit) nomina ſibi aſſumunt, ex actionibus ſingulorum comprobari poteſt. Alij enim vt pudenda excidantur, authores ſunt, qui coniuncti ſunt Rheæ: alij ipſa hominum corpora vulnerant aut incidunt, qui Dianæ adhærent. Taurica quidem etiam hoſpites iugulat. Vt nihil dicam de (homioibus) illis qui cultris & flagellis nodatis ſeipſos diſcruciant: nihil etiam de diuerſis dæmonum generibus. Deus certè ad ea quæ præter naturam ſunt, neminem mouet.

Ad dæmon homini quum ſtruit aliquod malum,
Peruertit illi primitus mentem ſuam.

Deus vero quum abſolutè bonus ſit, perpetuo beneficus eſt.

Porrò quod alij ſint qui agunt, alij vero quorum in honorem collocantur ſtatuæ: illuſtria nobis argumenta Troas & Parium fuerint, habet enim illa imagines Neryllini viri qui noſtro ſæculo claruit: tum vero, Alexandri & Protei. Alexandri quidem etiamnum in foro & ſepulchrum & ſimulachrum eſt. Porro Neryllini cæteræ quidem ſtatuæ, ornatus ſunt publicus (nam his quoque ciuitas ornatur) vna ex illis tum conſulentibus reſpondere, tum medicari creditur. Quamobrem & ſacra ei faciunt, & auro illinunt, & coronant ſtatuam Troadenſes. Protei vero (quem non ignoratis in ignem ſe iniecisse circa Olympiam) ſtatua ſimiliter reſponſa dare perhibetur. Alexandri vero ſtatuæ,

(O Paris infœlix, quamquam formosè, libido
Te facit inſanum.)

Sacrificio publicè & feſta peragunt, tanquam propitio & exaudienti Deo. Anne igitur Neryllus, & Proteus & Alexander ea quæ circa ſtatuas fiunt, efficiunt, an materiæ natura? Atqui materia, æs eſt: quod quinam poſſet per ſe? quum in aliam quamuis figuram conflari queat, vt peluis ac Amaſi de illo apud Herodotum. Cæterum Neryllinus & Proteus & Alexander, quidnam opis laborantibus adferrent? Nam quæ hoc tempore ſtatua Neryllini efficere dicitur, viuente ipſo & ægrotante F facit. Quid igitur dicendum? Primum ſanè irrationales animæ & phantaſtici circa opiniones motus, alia idola (ſpectra aut ſimulachra) partim à materia trahunt, partim ipſimet ſibi confingunt & pariunt.

Et hoc tunc maximè in anima cadit, quum ſpiritum materialem in ſe admiſit, eique vnione quadam permiſta eſt: quod fit quum non ad cœleſtia & eorum conditorem, ſed deorſum ad terreſtria reſpiciens, tota in terram declinat, nihil iam quam ſanguis & caro, non amplius Spiritus ſyncerus, iſti irrationales inquam & phantaſmatum (hoc eſt inanium viſorum) pleni animæ motus, imaginationes procreant; quarum inſania in idolorum amorem ruit cupiditas. Quum vero mollicula & flexibilia anima, rudis & experta ſanæ doctrinæ, quæ nec veritatem eſt contemplata, neque patrem opificem vniuerſorum cogitatione complexa, falſis ipſa de ſe opinionibus fuerit imbuta: dæmones illi materiæ dediti, nidoris & ſanguinis victimarum auidi, & hominum impoſtores, per falſos illos & vanos in vulgi ac imperitorum motus (ceu inſtrumenta quædam) imaginationes quaſdam, tanquam ab idolis & ſimulacris, quorum ipſi nomina vſurpant, profectas, eis infundunt. Et quum ſuapte vi ac ratione G anima, vtpote immortali, plerumque moueatur & agat in homine, ita futura prædicat, & rerum præſentium ſtatum dirigat aut emendet huius ſapientiæ laudem dæmones ſibi lucrantur. Sed de nominibus etiam Deorum aut dæmonum vt aliquid adferamus, quæ antehac expoſita ſunt, poſtulare videntur. Herodotus itaque, & Alexander Philippi filius in Epiſtola ad matrem (qui vtrique in diuerſis ciuitatibus Ægypti, Heliopoli, Memphi & Thebis, in colloquium cum Sacerdotibus veniſſe dicuntur) homines eos fuiſſe, ex illis cognouiſſe ſe aiunt. Sic enim ſcribit Herodotus. Eos itaque quorum imagines erant, (pontificum, in grandi quodam cœnaculo,) demonſtrabant tales omnes extitiſſe, (vultu & forma corporis, habituque in vita) ſed multum à diis diſtantes, priores tamen his viris fuiſſe Deos in Ægypto principes, vnà cum hominibus habitantes: & eorum ſemper vnum extitiſſe dominatorem, & poſtremum illic regnaſſe Orum Oſiridis filium, quem Græci Apollinem nominant. Hunc, H poſtquam extinxit Typhonem, regnaſſe in Ægypto poſtremum. Oſiris Græca lingua eſt Dionyſius [id eſt Liber,] Ergo tum alij, tum vltimus rex Ægypti, homines fuerunt: ab illis vero ad Græcos tranſlata ſunt nomina Deorum. Apollo Dionyſi & Iſidis filius fuit: vt idem Herodotus ait, Apollinem & Dianam aiunt Dionyſi & Iſidis filios eſſe: Latonam vero, nutricem horum ac liberatricem: quos cœleſti origine natos, primos habuerunt reges: & partim ignorantia veræ erga Deum pietatis; partim quod imperio eorum adularentur, vna cùm vxoribus eorum diuinis honoribus affecerunt. Boues mares eoſdemque mundos, inquit Herodotus, ac vitulos vniuerſi Ægyptij immolant, fœminas eis immolare non licet, vtpote Iſidi conſecratas. Nam Iſidis ſimulachrum, muliebre eſt, bubulis præditum cornibus, quemadmodum Io Græci deſcribunt.

Cuinam vero fides his de rebus æquius adhiberetur, quam qui à maioribus ſuis, ſecundum generis ſucceſſio-

Idololatria e[...] ſa

Deorum nomin[...]

nem, filij ſubinde à parentibus, vt Sacerdotij munus ita hiſtoriam acceperunt? neque enim ipſos miniſtros ædium ſacrarum, qui magnificare idola aſſolent, Deos ſuos homines ſuos mentiri velle (ſi res ſecus haberet) veriſimile eſt. Quod ſi Herodotus ſolus diceret, Ægyptios tradere, illos qui pro diis ducuntur, olim homines fuiſſe: forſitan ei hæc prodenti, & huiuſmodi (atque ex iis narrationibus, quæ ad rem diuinam pertinentia, ex Sacerdotibus Ægyptiis audiui, ea non libenter enuntiauerim niſi ipſorum tantummodo nomina: æquuo exiſtimans omnes homines idem ſentire) de his tanquam fabulatori, fides habenda non eſſet. Nunc quoniam Alexander quoque & Mercurius ille ter maximi cognomento, generis eorum æternitatem conſentientes inter ſe negant, alij ſemper innumeri (quid enim ſingulos recenſerem?) ne ſuſpicandi quidem locus relinquitur, quin reges quum eſſent, diuini cultus eis decreti ſint. Hoc & doctiſſimi quique Ægyptiorum teſtantur: qui Deorum nomine cœlum, terram, ſolem & lunam comprehendunt: reliquos vero homines, mortales exiſtimant; & templa, ipſorum ſepulchra. Idem in libro de diis Apollodorus docet. Herodotus etiam paſſiones eorum, myſteria nominat. In Buſiri vrbe, inquit, quod diem feſtum Iſidi agant; ſuperius à me dictum eſt. Verberantur enim poſt ſacrificium cuncti, multa ſanè hominum millia, viri & mulieres: quomodo autem (aliàs, quo autem) verberentur, non eſt mihi fas dicere. Si dij ſunt, immortales ſunt: ſi verberantur, & paſſiones eorum, myſteria ſunt, homines fuerint. Rurſus enim Herodotus; Sunt etiam, inquit, ſepulchra (cuius nomen ſi nuncupauero hac in re, haud ſancte fecero) in vrbe Saï in templo Mineruæ: poſt totum delubrum, eius parieti contigua. Atque in fano ſtant ingentes obeli (id eſt verua) lapide: locuſque contiguus lapidea baſi adornatus, & circumquaque probè elaboratus: magnitudine, vt mihi videbatur, quanta in Delo lacus qui dicitur trochoides. In hoc ſimulachra habentur paſſionum eius, quæ myſteria nocturna Ægyptij vocant. Non ſolum autem ſimulachrum Oſiridis (apud Ægyptios,) ſed conditura quoque oſtenditur. Et alibi; Certi quidam homines condiendis mortuorum corporibus conſtituti ſunt, qui, quum ad ipſos cadauer portatum eſt, oſtendunt iis qui portauerunt exemplaria mortuorum lignea, pingendo aſſimilata. Et eorum vnum accuratiſſimè fabrefactum eſſe aiunt, cuius ego nomen ſi nuncupauero, haud fciam ſancte. Quinetiam ex Græcis quidam eruditione circa poëſin & hiſtorias clari, diis ſuis paſſiones quaſdam animi abſurdas tribuunt, vt Herculi Homerus,

Crudelis, quem non potuit reuerentia diuûm,
Non ius hoſpitij fidum, ſacrataque menſa,
Flectere, quin ipſum miſere demitteret orco.

Talis ſi fuit Hercules, mirum non eſt quod inſaniuit, quodque rogo ſuccenſo ſeipſum cremauit. De Æſculapio autem Heſiodus,

Pater hominumque deûmque
Fulmine Latoidem, ſublimis ab æthere, diro
Iratus percuſſit.

Et Pindarus,

Vincitur & ſapientia lucri ſpe.
Ceſſit & Aſclepius auro
Præſenti, opifex virum
Iam leto functum vt renocaret.
Iratus at illos Saturnius
Atro fulmine traiecit.
Unde viis ſpirandi clauſis
Ambo interierunt ſtatim.

Atqui tales ſi dij fuerunt, quis credat ita pecuniæ & auri cupidine captos, vt homines ſolent?

O quam beatũ ſe putat ab auro genus
Mortalium: non vt magis vel liberi
Parentibus, vel gaudeant hi liberis.

Nulla enim re indiget numen, & omnem concupiſcentiam ſuperat. Sed neque mortem obire potuiſſent. Sin homines, improbi illi profecto, rudes & nimium auari erant. Quid multa? An etiam Caſtor & Pollux & Amphiaraus me detinebunt? qui non ita dum homines E ex hominibus nati, numina cenſentur? Quid quod etiam Ino fœmina, poſt ſuum furorem, & quæ in illo perpeſſa eſt, Deorum ordini aſciſcunt?

Periclitantes in mari hanc cognomine
Diuam vocabunt Leucotheam.

Et de Filio,

Nautæ inuocabunt opiferum Palæmonem.

Quod ſi reprobi etiam & Deo inuiſi homines, in Deorum numerum relati ſunt: & Decretus filia Semiramis, libidinoſa & ſanguinaria mulier, Syriæ Deæ nomine culta eſt: & propter eandem Decretum, columbas & Semiramin honorant Syri (in columbam enim mutata eſt mulier, vt nugatur Cteſias:) quid mirum ſi imperio & tyrannide florentes aliqui, à ſubditis Deorum nomine nuncupati ſint? Conſentit nobis Sibylla, cuius & Plato meminit,

Extitit in terris decimum mortalibus æuum,
Poſtquam diluuiis homines periere priores. F
Porro Saturnus, & Titan, Iapetuſque
Regnarunt. Cœlo quos & Tellure creatos
Dixerunt homines, Terræ Cœlique vocantes
Nomine: quod cunctos homines virtute præirent.

Gentiliũ dij qui, & quare.

Alij vero propter ſui corporis robur diis adnumerati ſunt, vt Herculeſ & Perſeus. Alij ob præſtantiam artis, vt Æſculapius. Itaque factum eſt vt alios ipſi ſubditi vltro (& aſſentatione) venerarentur: alij verò à ſubditis, vel metu affectis, vel virtutis ipſorum reuerentia inuitatis, cultum diuinum obtinerent. Antinoo quoque, maiorum veſtrorum facilitate, contigit vt à ſubditis Dei loco haberetur: cuius etiam poſteri cultum, nulla amplius inquiſitione habita, admiſerunt.

Mendaces ſemper Cretes ſunt: atque ſepulchrum
Creta tuum oſtendit defuncti Iupiter: at tu
Immortalis eras, es, eriſque per omnia ſecla.

Tu vero Callimache genitum quum credas Iouem, G non admittis ſepulchrum? Imo quum veritatem ita te putes obumbraturum, ignorantibus, etiam vt mortuum eſſe non dubiè ſuſpicentur, authores. Tu quum vides antrum, Rheæ partum animo recolis: loculum vero cernens, mortem eius offuſcas, neſcis nimirum ſolum æternum eſſe Deum, qui & ingenitus eſt. Certè aut fide dignæ non ſunt quas de diis vulgus hominum & poëtæ celebrant fabulas, & ſuperfluus omnis illorum cultus eſt: (neque enim vſquam extant illi de quibus inanes feruntur fabulæ:) aut ſi verè prædicantur eorum generationes, amores, cædes, furta, caſtrationes, fulmina, non amplius ſunt, & iampridem eſſe deſierunt: ita vt antequam naſcerentur etiam, non erant. Quæ enim ratio hæc perſuadebit, vt gigni quidem credamus, interire non item? Atqui credibile non eſt, poetas, à quibus & dij eſſe crediti ſunt, & hiſtoria eorum ſplendide celebrata eſt, paſſiones & mortes eorum ementiendo, gloriæ ipſorum detrahere voluiſſe. Quantum igitur in me fuit, etſi non dignitate rei, nequaquam nos eſſe à Deo alienos, qui vniuerſitatis huius opificem, ſimulque eius Verbum ceu verum Deum, veneramur, demonſtratum eſt. H

Deorum falſorum crimina & mortes.

Illi vero etiam epulas deteſtandas & concubitus inceſtos fingere de nobis audent, partim ne temere nobis infenſi videantur: partim quod ita exiſtiment vel nos metu perculſos à noſtra profeſſione abduci: vel Principum animos, propter flagitiorum magnitudinem, aduerſus nos concitari & exaſperari poſſe. Nos vero illudi nos intelligimus, & non contra nos tantum, ſed omnibus retro ſæculis, morem hunc fuiſſe ſcimus diuina quadam lege & ratione, vt contrariam ſibi virtutem improbitas impugnaret. Sic & Pythagoras cum trecentis aliis igne combuſtus eſt: Democritus ab Epheſiis pulſus: Heraclitum Abderitæ, tanquam inſanum, exilio, Socratem Athenienſes morte affecerunt. Verum vt illorum virtus nihil eſt imminuta propter exiſtimationem vulgi: ſic nobis etiam temerariæ quorumdam calumniæ ſanctioris vitæ inſtitutum non obſcurant: neque per eas gloriæ noſtræ coram Deo aliquid decedit. Reſpondebo tamen ad hæc etiam obiecta nobis facinora: etiamſi vobis

Improbi contrariã ſibi virtutẽ impugnant.

ſapien

A

ſapientiſſimi principes, ex iis etiam quæ hactenus dixi, ſatis ea eſſe diſſoluta videri poſſint. Neque enim dubitare vos puto, homines illos, quorum vita omnis ad Deum, veluti normam ac regulam, dirigitur, vt inculparum & irreprehenſibilem vnuſquiſque ei ſe præbeat, ne cogitatione quidem vel minimum crimen vllum admiſſuros. Si enim ſolam hanc præſentem vitam nos victuros crederemus, ſuſpicioni foret locus, nos carni & ſanguini indulgẽtes, aut auaritia, aut concupiſcentia captos, peccare, nos verò omnibus non modo factis, ſed etiam cogitationibus & ſermonibus noſtris, tum noctu tum interdiu, Deum adeſſe ſcimus: eumque & totum eſſe lumen, & quæ in cordibus noſtris latent videre, & hac mortali defunctos vita, alteram hac terreſtri longe meliorem, nempe cœleſtem? nos victuros, (vt apud Deum & cum ipſo, iam immutabiles & impaſſibili anima, non tanquam caro, etiamſi eam circumferamus, ſed tanquam Spiritus cœleſtis, maneamus) non autem aliorum lapſus ſequuti, deteriorem & in ſupliciis ignis, perſuaſi ſumus.

B

Homo creatus ad vitã æternam.

Non enim nos quoque Deus obiter tanquam pecora aut iumenta, neque vt periremus & aboleremur, creauit. Quod cum ita ſe habeat, ſponte nos malos eſſe, & magno iudici tradere nos ipſos puniendos velle probabile non eſt. Illos quidem ea de nobis fingere, quæ de ſuis etiam diis referunt; quorum (vt dixi) paſſiones (& libidines) myſteria nominant: mirum non eſt. Atqui ſi licentioſum & promiſcuum coitum tantopere damnant, oportebat eos vel Iouem odiſſe, qui ex Rhea matre, & Core (Proſerpina) filia liberos ſuſtulit, & ſorori ſuæ matrimonio iunctus eſt: vel Orpheum poëtam & fictorem huiuſmodi ſcelerum, qui ipſo etiam Thyeſte deteſtandum magis ac ſceleſtum Iouem fecit. Nam Thyeſtes etiam oraculo monitus* vt ſe ſuumque regnum conſeruaret, cum filia rem habuit.

Chriſtianorum munditia & vitæ puritas.

Nos certe tantum à promiſcua illa Venere abſumus, vt ne intuitus quidem nobis laſciuior aut libidini coniunctus permittatur. Nam qui mulierem, inquit (magiſter noſter) vel aſpectu ſibi deſiderarit, adulterium iam corde ſuo deſignauit.

C

Quomodo igitur non caſtos aut pudicos ſuſpicetur aliquis illos, quibus in alium vſum oculos ſuos vertere nefas eſt quam à Deo conditi ſunt, hoc eſt, vt corpori luceant: & quibus laſciuius intueri, adulterij inſtar eſt: quum in alios vſus oculos ſibi factos, & ſe cogitationũ quoque ſuarum reos futuros intelligant? Non enim cum humanis legibus nobis res eſt, quas etiam improbus aliquis effingerit, A Deo quidem diſciplinam noſtram eſſe traditam, Domini, ab ini tio aſſeui. Summa apud nos lex eſt, quæ iuſtitiæ modum & exemplum in nobis ipſis requirit, a nobis ac proximum transfert. Quamobrem etiam pro ætatis diſcrimine, alios pro filiis & filiabus, alios pro fratribus & ſororibus habemus, prouectiores ætate patrum & matrum loco honoramus. illorum igitur quos tanquam fratres & ſorores, aut alio cognationis nomine coniunctos nobis ducimus, inuiolata & integra manere corpora, maximi apud nos eſt.

D

Oſculum quatenus permittitur.

Rurſus quum religio noſtra doceat, (ſicut vir quidam ſancta ſcripſit:) Si quis oſculum ſine cupiditatis cauſa repetierit Et inox, Summa igitur cautione communicandum eſt oſculum, vt non aliter quam pia ſalutatio, vel potiùs adoratio quædam habeatur; quæ ſi vel parum impura cogitatione inquinata fuerit, à vita æterna nos alienet. Ergo ſpe vitæ æternæ freti, præſentem huius eiuſque delicias, & ſenſuum etiam animæque (non puris) voluptates contemnimus. Itaque vxorem, quam ſecundum approbatas nobis leges, ſibi quiſque duxerit, reputat, non in alium quam in procreandæ ſobolis finem. Quemadmodum enim agricola, poſtquam ſemina terræ mandauit, meſſis tempus expectat, nec alia ſuperinicit: ſic nobis etiam concupiſcentiæ modus liberorum procreatione definitur. Inuenias autem multos ex noſtris in vtroque ſexu, qui in cœlibatu conſeneſcant, quod in hoc ſtatu Deo coniunctiores ſe futuros ſperent. Quod ſi virginum & illorum qui (vltro) eunuchi ſunt, vita Deo magis conciliat: concupiſcentia vero & impurior cogitatio (quamuis non erumpens) abducit, certè illa quæ cogitare non ſuſtinemus, multò prius magiſque, ne ipſo perpetremus facinore, cauebimus.

E

Chriſ... norũ p... feſſio ... bono ... re, nor... ſermon... ornat... conſiſt.

Non enim in meditatione ſermonis, & ſtructura verborum, ſed in rebus opere declarandis, tanquam doctrina viua, profeſſio noſtra poſita eſt, quare vel vt natus eſt vnuſquiſque noſtrûm manet, vel nuptiis copulatur vnicis, ſecundæ enim decorum quoddam adulterium ſunt. Qui enim vxorem ſuam dimiſerit, & duxerit alteram, adulteratur, inquit (Dominus noſter:) neque illam dimittere concedens, cuius delibata eſt pudicitia, neque alteram ducere. Nam qui prima vxore, licet defuncta, ſeipſum priuat, adulter eſt, quanquam diſſimulanter: & mandatum Dei tranſgreditur: quoniam à principio Deus virum vnum & mulierem vnam creauit, & carnem à carne, & vnionem miſcendi vtriuſque ſexus ſeparat. Cæterùm tales quum ſimus, (quid dico tacenda (non deſunt qui hæc crimina nobis obiiciant, & vt prouerbio dicitur; Meretrix pudicam.

F

Nam qui libidinis mercenariæ ceu forum ſtatuunt, & diuerſoria nefanda omnis obſcœnæ voluptatis adoleſcentibus proponunt, & ne maribus quidem abſtinent, maſculi cum maſculis ſcelus perpetrantes: corpora quæque ſpecioſa multis violantes modis, in pulchritudinem à Deo factam contumelioſi: neque enim pulcritudo vllius in terra per ſe exoritur, ſed manu & voluntate Dei immittitur. Illi, inquam, facinorum, de quibus ipſi ſibi conſcij ſunt, quæque in ſuos etiam deos referunt, deque ipſis eadem tanquam præclara prædicant, nos accuſant. Itaque adulteri & puerorum corruptores, in eunuchos & ſemel nuptos nos inuehuntur: quum ipſi piſcium inſtar viuant. Nam & piſces obuium quemque deuorant, & qui inter eos validior fuerit, imbecilliorem perſequitur. Hoc nempe eſt (quod nobis obiicitur ab illis (carnibus humanis veſci, quum præter leges, quas vos & maiores veſtri rebus omnibus iuſtiſſimè perpenſis, ſanciuiſtis, innocentium fama violatur, tanta quidem calumniatorum frequentia, vt proconſules & præfecti a vobis in diuerſas prouincias miſſi, cauſis audiendis non ſufficiant:

G

traducitur, inquam, fama illorum, quibus, quum verberantur, non licet non præbere ſeipſos, & quum maledicuntur, non benedicere non licet. Neque enim illis iuſtis eſſe ſatis eſt (quum talionem & par pari referri iuſtitia poſtulet) ſed bonitatem & patientiam inſuper ſibi proponunt.

Gentil... in Chri... ſtianos calum... nia de ho... micidio

Quis igitur non amens, in hoc viuendi inſtituto, nos homicidas appellet? non enim carnes guſtare hominum licet, antequam cæſus aliquis fuerit, quemadmodum autem primum ab eis falſo dicitur: ita ſecundum quoque mendacium eſt. Iam ſi quis ab eis rogitet, an viderint ipſi quæ dicunt, nullus eum adeo impudenter mendax eſt, vt ſe vidiſſe fateatur. Atqui & ſeruos aliqui noſtrum poſſident, alij plures, alij pauciores, quos ea quæ facimus latere non poſſunt. Verùm ne ex illis quidem vllus aduerſum nos tale quicquam mentitus eſt. Quomodo enim quiſquam vel homicidij vel humanarum carnium epulationis inſimularet illos, quos ne iuſtè quidem occidendi hominis ſupplicium intueri velle aut poſſe cognouerit:

H

Quis non ſpectacula illa, in quibus gladiatores & belluas populo, præſertim vos Imperatores exhibetis, maximi facit? Nos verò non ita multum, ſiue ſpectator ſit aliquis, ſiue author cædis, intereſſe iudicantes, alieno ab his ſpectaculis animo ſumus. Quomodo igitur qui ne ab aliis quidem fieri, ne quid inde ſceleris & piaculi in nos redundet, videre ſuſtinemus, homicidium committemus ipſi? Et qui mulieres medicamentis abortiuis vtentes, homines occidere, & rationem reddituras Deo dicimus: qua ratione (iam natos & perfectos) homines nos iugulabimus? Non enim eiuſdem eſt, fœtum in vtero animal eſſe, ideoque curam eius a Deo ſuſcipi exſtimare: & poſtquam in lucem editus eſt, interficere, vt neque, non exponere infantem, tanquam omnes qui exponunt parricidæ (aut ſi ita dicere licet, infanticidæ) ſint: iam verò educatum occidere. Atqui per omnia nobis conſtamus, & conſentanea rationi vbique facimus, à qua leges accipimus, non ipſi præſcribimus. Quis obſecro futuram reſurrectionem perſuaſus, corporibus reſurrecturis ſeipſum præbeat ſepul-

A chrum? Non enim ad eoſdem pertinet, & reſurrectura corpora noſtra non dubitare, & iiſdem, ceu non reſurrecturis veſci: & terram quos acceperit mortuos reddituram, à ſe verò quos intra ſe aliquis ſepeliuerit, ne repetendos quidem exiſtimare. Imò contra, longè credibilius eſt, illos qui præſentis huius ſiue probæ ſiue improbæ vitæ nunquam ſibi rationem reddendam, nec vllam fore reſurrectionem, ſed animam cum corpore ſimul interituram, veluti in eo extinguendam, potauerint, nullum non facinus auſuros: eos verò qui in omnia & ſingula inquiſitionem à Deo futuram, & corpus quod temerariis animæ motibus libidinibuſque inſeruiuit, communes ei pœnas luiturum crediderint, vel in minimis delinquere nequaquam conſentaneum eſt. Quòd ſi cui friuola & ſtolida hæc ſententia videtur, putrefactum, ſolutum & planè abolitum corpus, denuo coagmentatum iri, non improbitate tamen, quod nos credimus, ipſe deridet, ſed ſimplicitati noſtræ imputari ab eo æquum B fuerit. Vt enim opinione hac nos ipſos decipiamus, cui per eam nocebimus? Reſurrecturos quidem mortuos, non noſtra tantùm aut noua perſuaſio eſt, ſed philoſophis etiam multis approbata: quod in præſentia ſi demonſtrarem, extra orationis meæ propoſitum euagari forte viderer. (* quamobrem pauciſſimis attingam.) Qui de rebus intellectilibus & ſenſilibus, earumque conſtitutione aliquid prodiderunt (philoſophi:) corpora ſubtiliſſima & intellectu tantùm percipienda, priora antiquioraque illis faciunt, quæ ſenſu percipiuntur, etiamſi cognitioni noſtræ ſenſilia primùm occurrant (atque ab illis diſcendi plerumque initium fiat, ordine naturæ conuerſo:) hæc autem (ſenſilia inquam) ex primis & ſubtiliſſimis (quæ, craſſiorum & ſenſilium comparatione, incorporea dixeris) inuicem coagmentatis conſtitui aiunt. Ex principiis igitur & elementis illis intellectilibus, vnde ab initio concreta ſunt corpora, vt & Pythagoras & Plato, ſentiunt, rurſus poſtquam diſſoluta fuerint, C coaleſcere, conſtitui denuò quidnam prohibet? Verùm hæc de reſurrectione diſceptatio differatur. Vos verò ô vndiquaque in omnibus natura ſimul & diſciplina boni, moderati, benigni & imperio digni Principes mihi (obſecro (qui crimina nobis obiecta diſſolui, & inſuper nos eſſe pios erga Deum, vita & moribus honeſtos, animo ſobrios ac temperantes oſtendi, capitibus regiis annuite. Ecqui enim conſequentur æquiùs ea quæ petunt, quam nos adeo vobis deuoti addictique? Nos enim pro imperio veſtro preces ad Deum fundimus, & vt filius (quod iuſtiſſimum eſt (in regno olim parenti ſuccedat, vtque imperium veſtrum magis magiſque ſemper augeatur, denique omnia ex animi ſententia vobis eueniant, oramus, quod & nobis ſalutare fuerit, vt quietam tranquillamque vitam degentes, vobis interim ad quælibet imperata promptè inſeruiamus.

Reſurrectionem aſſerunt philoſophi.

D

ATHENAGORÆ
Athenienſis, Philoſophi Chriſtiani.

De Mortuorum Reſurrectione.

OMNIBVS dogmatibus & rationibus, quæ ab harum rerum veritate pendent & fulciuntur, aliquid falſi adnaſcitur & cohæreſcit. Adnaſcitur autem, non ex origine & naturali ductu rerum, aut ex cauſis ſubſtantiæ, ſed ex ſtudio eorum, qui adulterinam ſementem ad corrumpendam veritatem in pretio & veneratione habent. Id ita eſſe deprehendas ex veterum lucubrationibus, qui huic curæ operam impenderunt, dum pariter & cum prioris, & cum ſui ſæculi hominibus diſſident: imprimis autem ex ea, quæ inter ipſos opinionum tumultuatio eſt. Nullam enim iſtiuſmodi homines veritatem ſinè obtrectatione dimiſerunt, non ſubſtantiam Dei, non cognitionem, non operationem,

Diſciplinis humanis ſemper aliquid falſi adhæreſcit.

E aut ea quæ iſtas res per ſeriem conſequuntur: imò nec pietatis depictricem orationem. Nam aliqui eorum planè deſperant de iſtarum rerum veritate, alij pro libidine torquent, alij de manifeſtis dubitationem inſtituunt. Quamobrem puto eum, qui de iſtis rebus diſputaturus ſit, duplici oratione opus habere, altera nimirum, quæ pro veritate, altera, quæ de veritate diſceptet: priore oratione aduerſus incredulos & dubitantes, ſecunda aduerſus beneuolos & veritatis ſtudioſos vtendum, exiſtimo. Qua de cauſa oportet eos, qui hiſce de rebus quæſtionem inſtituere volunt, ſubinde inſpicere: quid res exigat, & eatenus verba metiri, earumque rerum ordinem neceſſitati adaptare, vt non dum prima quæque pro ſerie priori loco conſtituas, decorum violes, & neceſſitatis & congruitatis reſpectum deſeras. Vt enim ad demonſtrationem & naturale conſequium, priora ſunt ea quæ de rebus, quàm quæ pro rebus diſputantur: ita quando ad vtilitatem referuntur, priore locò ponenda ea, quæ pro rebus, F quàm quæ de rebus diſceptant. Neque enim agricola aptè poteſt inſpargere ſemen, niſi purgato agro à ſylueſtri materia, eiſque quæ ſementibus bonis noxam adferunt, neque medicus infundere ſalutare pharmacum ægroto corpori, niſi vitioſa priùs expurgarit, aut affluentem purulentiam cohibuerit, neque qui veritatem docet, de veritate loquens, perſuadere poteſt, dum adhuc in animis, inhabitat falſa opinio, quæ ipſis veri rationibus obſiſtit. Quamobrem & nos quoque, cura & reſpectu vtilitatis, nonnunquam prius pro veritate, quàm de veritate ſermonem inſtituimus: id quod impræſentiarum non inutile factu videtur, dum quod neceſſitas exigat, ante oculos habemus, præcipuè in oratione quæ de reſurrectione corporum diſputatura eſt. Nam & hîc quoque quoſdam videmus planè incredulos, quoſdam dubitabundos, alios quoque qui primas ſuppoſitiones & ſtamina quæſtionis admittunt, æquè tamen cum illis, qui dubitabundi animo incerto & ambiguo fluctuare: deinde patiuntur iſtam animi fluctuationem ſine vllâ, quam G ex rebus ipſis deriuare poſſunt, dubitandi occaſione. Nullam enim cauſam allegare poſſunt ſaltem veriſimilem, cur aut dubitent aut hæſitent. Id ita eſſe, hoc pacto conſideres. Siquidem omnis credendi difficultas non temerè ex futuri nulliuſque iudicij opinione naſcitur, ſed ex valida cauſa & veriſimilitudine plurimum munita. Tum enim incredulitas rationem iuſtam habet, quum ipſa res de qua non creditur, quiddam incredibile continet. Nam rebus, quæ dubitandi cauſam non habent non credere, eorum hominum eſt, qui ſano iudicio in diſcutienda veritate minimè vtuntur. Decet igitur qui reſurrectionem non credunt, aut ambigunt, aut ad id quod ipſis temerè apparet, aut quod nepotibus & luxurioſis opinari gratum eſt, ſententiam ſuam dirigere, ſed in excutienda contemplandaque huius dogmatis veritate, aut nullam cauſam aſſignare hominum creationi (quod facillimum refutatu eſt) aut omnis creata Deo authori imputare, atque inde edocere reſurrectionem ipſam nulla ex parte fidem mereri. Atqui illud facient, ſi oſtendant Deo aut H voluntatem aut facultatem reſtituendi mortui diſſolutique corporis deeſſe, vt illud rurſus conſolidet & coniunat, ad hominis veteris formam inſtaurandam.

Quod ſi illud probare nequeant, deſiſtant ab iſta impia incredulitate & blaſphematione nefaria. Verùm quod falſa dicturi ſunt, ſiue Deum allegent, non poſſe ſiue non velle, ex ſequentibus apparebit. Impotentia enim alicuius inde deprehenditur, ſi aut ignoret quid faciendum ſit, aut ſi norit, imbecilior ſit viribus, quàm vt probè efficiat. Qui enim ignorat quid faciendum, is neque conari, neque perficere quicquam poteſt, earum duntaxat rerum, quarum notitiam nullam habet. Qui autem cognoſcit quid faciendum ſit, & quomodo & vnde id confici poſſit, vires autem aut omnino non habet, aut non ſufficientes habet ad rem exequendam, quam probè intelligit, is ſi ſapiat, ſuáſque facultates inſpiciat, aut non tentabit, aut vbi incircumſpectè tentauerit, fine operis deſtituetur. Atqui neque poſſibile eſt, vt Deus ignoret vel ex parte vel ex particula naturam corpo-

Scriptionis neceſſitudo.

Homoſir.

Incredulitatis ortus.

Deo reſuſcitādi mortuos nec voluntas nec facultas deeſt.

Deū nihil latere poteſt.

rum

A rum reſurrectioni deſtinatorum. Neque enim latere poteſt, quò ſingula ex tabidis membris abierint, & quæ in ſe elementorum partes putrefacta receperint, & in cognatam naturam admiſerint: tametſi omnino apud homines id quod rurſum vniuerſitati elementorum affuſum eſt, inſecernibile videatur & indeprehenſibile. Cui enim ante cuiuſquam rei procreationem ignota non erat futurorum elementorum natura, ex quibus corpora ſuum ortum traxerunt, neque partes elementorum incognitæ fuerunt, ex quibus decerpturus erat, quod placeret ad humani corporis conſtitutionem: abundè manifeſtum eſt, neque eum ignoraturum, quò ſingula recedant, quæ ad perfectionem operis aſſumpſit, vbi integritas illa diſſipata fuerit. Quantum enim ad rerum noſtrarum ordinem aliorúmque negociorum diiudicationem, maius eſt, ea quæ nondum ſunt, præcognoſcere: quantum autem ad Dei maieſtatem eiuſque ſapientiam, ambo iſta, naturalia & ex æquo facilia ſunt, & nondum nata præcognoſcere, & reſoluta dignoſcere. Atqui vires Dei ſufficere ad corporum reſtitutionem indicat vel ipſorum procreatio.

B *Nihil Deo difficile aut impoſſibile.*

Si enim corpora, quum non eſſent, condidit, eorúmque principia, vnde originem trahunt, procreauit, etiam quomodocunque diſſoluta, cum eadem facilitate inſtaurabit. Id enim illi æquè poſſibile eſt. Neque inde hæc ratio labaſcet, ſiue ex materia originem rerum deducant, ſiue ex elementis, vt principiis omnium, corpora conſtituant, ſiue ex ſemine. Cuius enim eſt poteſtatis à ſua conditione informem materiam transformare, nulláque figura indutam, multis & diuerſis vultibus exornare, & partes elementorum in vnum cogere, & ſemen, quod vnum eſt & ſimplex, in multa diuidere, & quod inarticulatum eſt, articulis diſtinguere, & vitam dare rei inanimatæ: eiuſdē quoque poteſtatis eſt, & quod diſſipatum eſt counire, & quod iacet, ſurrigere, & quod mortuum, denuo viuificare, & corruptibile mutare in incorruptibilitatem: eiuſdem authoris fuerit, & eiuſdem poteſtatis & ſapientiæ, id quod diſcerptum eſt à multitudine omnigenarum beſtiarum, quotquot iſtiuſmodi corpora inuadere ſolent, aut inde ſatietatem colligere, ab ipſis ſeparate ruſúſque adiungere ſuis membris & partibus, ſiue illa antea in vnam beſtiam, ſiue in plures abſceſſere, ſiue inde in alias atque alias abiere, ſiue cum illis ipſis extabefacta ad initiales origines rediere, prout naturali putrefactione reſolui ſolent.

C *Corpora abſumpta à beſtiis reparabuntur.*

Quod ſcilicet viros eruditione admirabiles viſum eſt plurimum perturbare, qui vulgi hæſitationes neſcio quo pacto validas granéſque arbitrati ſunt. Iſti aiunt multa corpora miſerorum in naufragiis & fluminibus piſcibus eſcam de ſe præbuiſſe, multa item in bello oppetentium corpora, aut ex alia aſperiori cauſa aliiſque circumſtantiis rerum, quum ſepulturam non adepta ſint, feris, vt quæque fuit obuia, in prædam ceſſiſſe. Corpora igitur ad eum modum abſumpta eorúmque membra & partes vnde conſtabant, quum à multis belluis dilaniata ſint, ac proinde ex coaleſcendi natura, belluarum artubus cohæreant, impoſſibile eſſe aiunt, vt ſecerniculum aut diſcriminationem patiantur.

Obiectiones contra reſurrectionem.

D Præterea hæc & illud ſecundum, quod adhuc implicatius eſt, in medium adferunt: in animalibus ſcilicet de paſtu humanorum artuum nutritis, quum & ipſa eſca ſint & idonea ad cibum, ac proinde in humanos ventres ingerantur, ac cum deuorantium corpore coaleſcant, neceſſarium omnino eſſe, vt hominis membra, quæ priùs illis animalibus in eſcam ceſſere, ad alia humana corpora tranſeant: quum animalia illa, quæ hominum interea carnibus victitauerunt, acceptas ex eo nutrimento pulpas & toro rurſus in homines illos tranſmittant a quibus deuorabantur. Deinde iſtis verbis tragicè accumulant liberorum vel in fame, vel in inſania mactatos artus, ruſúſque per dolos & inſidias inimicorum à parentibus deuoratos filios: ſimúlque & Medorum menſam, & tragicas Thyeſtæ epulas adiiciunt, & quæcunque vel apud Græcos, vel apud barbaros nouo & admirando modo patratæ ſunt calamitates. Ex iſtis inducunt, vt ſibi perſuadent, impoſſibilem eſſe reſurrectionem, quum fieri nequeat, vt eadem membra cum aliis atque aliis corporibus vnà conſurgant. Nam aut priora corpora conſtare nequire, quum eò tranſierint membra, vbi complementum præbent: aut ſi prioribus poſſeſſoribus reddantur, ſequentium corpora imperfecta fore.

E *Dilutio obiectionum.*

Iſtiuſmodi homines videntur mihi primùm conditoris & gubernatoris omnium non ſatis ſcire nec potentiam nec ſapientiam, qui ſingulis animalium naturis & generibus cognatam & congruentem adaptat alimoniam, neque quamlibet naturam ad cuiuſlibet corporis coagulationem & miſturam tranſire conſtituit: neque rurſus hæſitat in diſcriminandis rerum coalitarum partibus, ac ſingulis rebus ſecundum ipſarum naturam & agere & pati permittit, ac nonnunquam prohibet, ac omne quod vult, & quò vult & traiicit, & aufert. Præter hæc neque iidem perſpectas mihi habere videntur vires naturáſque tum alentium, tum alitarum rerum, alioqui cognouiſſent, non omne quod aliunde alicui inculcatur, cibum eius naturæ cognatum & idoneum reddi: ſed quædam ſtatim & complexu ventriculi recepta ſint, perire vel vomendo, vel excernendo, vel alio aliquo pacto diſiiciendo, adeo vt ne pauliſper quidem primam & naturalem ſuſtineant concoctionem, aut vllam cum alitricibus rebus commiſtionem.

F Vt igitur neque omnino omne quod concoctum eſt, primámque mutationem ſuſcepit, cum fomitibus corporis coniungitur, quum quædam per ventrem à nutritia virtute excernantur, quædam poſt ſecundam mutationem concoctionémque iecinoris ſecernantur, & ad alia ſegregentur, quæ vim nutriendi exceſſere: ipſa quoque quæ in iecore mutatio eſt, vt nec ex toto in alimentum cedit, ſed quædam in conſuetas ſuperfluitates excolat, ipſa quoque id ipſum quod retinuit ad membra nutrienda, nonnunquam in aliud quidpiam conuertit, ſecundum vim eius quod prædominatur aut ſuperabundat: quod aut corrumpere ſibi quod proximum eſt, aut in ſui naturam transfundere ſolet.

Non omnia quæ glutiuntur transeunt in ſubſtantiam ali…

G Quum multa igitur ſit in omnibus animalibus naturalis differentia, ipſúmque alimentum vnicuique generi animantium ex natura accommodetur, & cum corpore quod inde alitur, commutetur, triplex item in animantium cibis purificatio & excolatio fiat, omnino opus eſt perire & tranſmitti quò ſolet, aut in aliud verti quicquid alienum eſt ab alimonia & fomite alicuius animalis vt quod commiſceri & contemperari nequeat, oportétque vim nutrimenti animalis naturaliter conſentire, eamque deſcendere per naturalia, vt ſic loquar, cribra & ſecernicula, & expurgatam planè naturalibus illis emundationibus, ſynceriſſimam reddi, vt corpori addatur: quam ſolam ſi rerum vocabulis verè vtaris, alimoniam voces, vt quæ abiecerit omne quod alienum eſt noxium ad alendi animalis conſtitutionem, ſimulque excuſſerit magnum illud infarctum & inculcatum pondus, quo ſtomachus víus eſt ad ſui repletionem, & appetentiæ remedium.

H Sed hanc ſynceriſſimam alimoniam nemo ambiget cum corpore vniri, omnibuſque illius & membris & articulis implicari & coaleſcere, eamque quæ ſe ita non habet, & contra naturam eſt, perire quidem ſtatim, ſi validioribus corporis viribus affundatur, perdere autem paulatim eas corporis vires, quas ſuperauit, atque in prauos ſuccos & venenatos conuertere: vt quæ nihil familiare aut amicum alendo corpori afferat. Et huius rei maximum argumentum eſt, quòd corpora inde vel dolor vel periculum, vel mors inuadat, ſi actiori appetitu venenatum aliquid & alienum à natura, cùm cibis ingurgitauerint: quod haud dubiè vniuerſo corpori exitioſum eſt: ſiquidem quæ nutriuntur, familiaribus & naturalibus rebus nutriantur, contrariis autem corrumpantur.

Nutritur ex familiaribus & naturalibus.

Si igitur diſſidio earum rerum, quæ cum natura animalium pugnant, naturalis quoque alimonia corrumpitur, eaque neque omnia, quæ corpori admota fuerint, nec temerè quiduis inde ad coaleſcentiam carnis aſſumit, ſed illud ſolum, quod omni concoctione purificatum, ſyncerum peruenerit, ideoque alendis membris accommodum ſeſe exhibuerit, euidens ſatis eſt, nihil vniri in naturalium iis animantibus, quibus is cibus & naturalis &

A

idoneus non ſit: ſed vel per ipſam aluum crudum corruptumque deiici, prius quam in alium ſuccum degeneret: aut quum diutius inhæſerit membris, vel vitium, vel morbum vix curabilem gignere, corrumpentem aut ipſam naturalem alimoniam, aut ipſam carnem alimoniæ indigam. Quòd ſi expellatur pharmacis, aut meliori diæta, aut naturalibus viribus ſuperetur, non tamen ſine noxa parua è corpore effluxerit, vt quod nihil paratum naturæ adferat, ob coëundi coaleſcendique inhabilitatem.

In ſumma, ſi quis concedat inde ſummitti alimoniam, adiiciat quoque id viſitatum eſſe, quanquam reuera, præter naturam ſit, vt digeratur & tranſmutetur in aliquid vel humidum vel ſiccum, vel calidum vel frigiduum, ne iſtis quidem conceſſis futurum eſt, vt inde aliquid momenti fiat reſurgentium corporibus, vt inde membrorum pleniorem numerum conſequantur: quum nec membrum ſit corporis, nec ſpeciem vicemque membri exhibeat,

B

imò nec ſemper permaneat cum membris alendis, aut, ſi vnà conſurgat cum reſurgentibus membris, nihil ad vſum vitæ conferat: ſiue ſit ſanguis, ſiue pituita, ſiue bilis, ſiue ſpiritus.

Corpora à reſurrectione non eſurient.

Non enim quo aliquando indiguerunt aleſcentia corpora, indigebunt & tunc, quum vnà cum fame & corruptione, ſublata fuerit neceſſitas ſumendi nutrimenti. Iam ſi vſque ad creationem carnis pertingere quis fingat iſtiuſmodi ex cibis tranſmutationem, ne ita quidem neceſſitas coget, carnem recenter ex alimonia creatam, vbi acceſſerit ad alterius corpus, rurſus ad abſoluendam prioris corporis perfectionem, quaſi membrum aliquod ipſius emigrare: eò quòd caro, quæ aduentitium illud ex alieno corpore aſſumpſit neque perpetuò conſeruet, neque ipſum illud aduentitium ſtabile ſit, quò peruenit, grauemque in diuerſum accipiat commutationem, quum nunc doloribus euaneſcat, nunc curis, mœroribus, laboribus, morbiſque extabeſcat: nunc æſtus frigoriſque intemperiis non permutent ſe humores in carnem & adi-

C

Quæ caro in hominibus permanet.

pem, adeo vt maneant corpora, quæ cibos ſumpſerunt, id ipſum quod ſunt. Quum iſtiuſmodi contingant in carnis affectionibus, multo magis ea deprehendas in carne ex improprijs cibis nutrita, quum ea nunc quidem in molem ſuccreſcat, & pinguedinem induat ex cibis aſſumptis, mox rurſum id abiiciat aliquo modo ac diminuatur, aut vna ex ſuperioribus aut pluribus cauſis, quas ſuperiùs recenſuimus; ita vt ſola maneat ea caro, quæ colligendi, condenſandi, fouendi vim habet: nimirum quæ electa ſit à natura, iiſque cibis affinis eſt & congenita, quibus ſecundum naturam vitam coadimplet, vitæque labores ſuſtinet. Sed neque, vt par eſt, excretis iis, de de quibus loquuti ſumus, neque, vt concedamus, receptis: verum oſtendi poteſt, quod ab iſtis obiicitur: neque affundi & admiſceri poterunt humana corpora iis corporibus, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, ſiue in edendo fallantur alicuius fraude, vt ſenſum eius rei non percipiant: ſiue ſponte, vel ex fame, vel ex inſania, deuorandis ſui generis cor-

D

poribus ſeſe contaminent, niſi fortaſſe nos lateat eſſe feras humana forma præditas, aut miſtis naturis compoſitas, vt partim ex hominibus, partim ex beluis conſtent, quales confingere ſolent audaciſſimi poëtarum.

Figmenta poëtarum.

At quid dicam de corporibus nulli animalium in cibum deputatis, & quæ ſola dignitate naturæ, honorem ſepulchri obtinuerunt? quum opifex rerum nulli animalium corpus cognatæ formæ in cibum aſſignauerit, licèt ſecundum naturam diuerſæ ſpeciei corporibus paſcantur. Quod ſi oſtendere poſſunt, humanas carnes hominibus in cibum ex inſtituto naturæ attributas eſſe, quid impedimenti erit, quominùs mutuæ noſtri cædes fiant, vt in rebus à natura conceſſis fieri ſolet: atque adeo qui iſtud audent dicere, dilectiſſimorum corporibus in vſum epularum belluentur, vt magis familiaribus cibis, chariſſimóſque ſibi commanducent? Quod ſi iſtud dictu impium ſummúmque & teterrimum piaculum eſt, & ſupra omnes nefarios cibos & facinora deteſtandum, hominem humanos artus deuorare: deinde ſi verum eſt, non recipi à membris famelicis, quod contra naturam eſt, ac rurſus quod non recipitur pro cibo: cum illis corporibus coaleſcere non poſſe, quibus ex natura cibus non eſt: fieri non poteſt, vt vnquam humana corpora ſui generis corporibus confundantur, quibus præter naturam in cibum obtruduntur, etiamſi in horum ventres ingerantur, ex aliqua perquam acerba calamitate.

Anthropophagia ſummum & teterrimum piaculum eſt.

E

Reſilientia enim à vi nutritiua, eoque diſiecta, vnde primum ortum traxerunt, ſuis quidem primordiis vniuntur ad tempus aliquod, inde tamen rurſus diſcreta ſapientia & potentia illius, qui omnia temperat, ſingula ſingulis decentiſſimè coaptabuntur, ſiue ea igni concremata ſint, ſiue aquis contabuerint, ſiue à belluis deuorata, ſiue ex viuentis adhuc corpore exciſa, ante alios artus computruerint: coeuntia autem rurſus inter ſe, eundem locum obſidebunt, vt eandem proportionem conſtitutionemque corporis reddant: mortuique vel omnino diſſipati reſurrectionem & vitam inſtaurent.

Hæc in longum extendere non eſt opportunum: con-

F

feſſam enim & minimè controuerſam indicationem habent, ſaltem apud illos, qui ferinos & belluarum ritus odio proſequuntur. Sed quum multa vtilia ſuppetant ad præſentis negotij examinationem, primùm excludi eos opto, qui ad humana opera defugiunt, eorúmque operum artifices homines, quorum opera contrita aut tempore carioſa, aut alia ratione perdita, renouari nequeunt: deinde ex ſimilitudine inde capta oſtendere ſatagunt, Deum aut nolle, aut ſi velit, non poſſe cadauer extinctum vel euanidum in integrum reſtituere: neque ſecum reputant, quòd per hæc peſſimè in Deum contumelioſi ſunt, dum inter ſe comparant vires vndiquaque diſtantes, vel potius iſtarum virium poſſeſſores, & artificialia cum naturalibus in contentionem mittunt. Cum iſtiuſmodi hominibus ſeriò agere, culpa non vacat: ſtultum enim teuera eſt, leuibus vaniſque contradicere: longè autem probabilius eſt, ac omnium veriſſimum, illud ſcilicet alle-

G

Quod hominibus impoſſibile, Deo poſſibile eſt.

gare, quod hominibus impoſſibile ſit, Deo poſſibile eſſe. Si verò per hæc ipſa vt probabilia, aut per omnia ſuperiùs excuſſa, ratio demonſtrat, id poſſibile Deo eſſe, ſatis liquet, pro impoſſibili habendum non eſſe: immò neque id à diuina voluntate abhorrere. Quod enim ille non vult, ideo non vult, vel quod iniuſtum ſit, vel quod indignum ſit. Porro iſta iniuſtitia vel deprehenditur circa illum qui reſurgit, vel circa alium extra ipſum. Cæterùm quòd nemini omnium, quæ foris & extra ipſos reſurgentes ſunt, & in rerum natura inueniuntur, iniuria fiat, manifeſta res eſt; non enim intellectuales creaturæ ex hominum reſurrectione iniuriam acceperint, nihil enim inde illorum eſſentia impeditur, neque hominum reſurrectio illis aut contumeliam aut damnum adfert, vt quoque ne irrationalibus quidem aut inanimatis irrogare videtur: non enim illa poſt reſurrectionem ſupererunt: iam verò circa illud, quod non eſt, iniuria eſſe nulla poteſt. Quod ſi tum ea exiſtere fingas, ne ſic quidem vllam iniuriam ſenſerint ex hominum reſurrectione.

Reſurrectio nec contumeliam, nec damnum adfert hominibus, aut brutis.

Sic enim tunc quum cedant hominum naturæ, & ad eorum adhuc miſeriæ obnoxiorum vſum ſub

H

iugum atque in omnem ſeruitutem adigantur, nullam tamen iniuriam patiuntur: multò minus hominibus incorruptibilibus effectis extra omnem inopiam & miſeriam conſtitutis, quum ipſa liberata fuerint ab omni ſeruitute, iniuriam patientur.

Rom. 8.

Neque enim ſi loquendi facultate inſtructa eſſent, incuſarent rerum opificem, quaſi præter æquum, infra hominum ſortem collocati eſſent, eò quòd in eiuſdem reſurrectionis participatum admitterentur. Quorum enim natura æqualis non eſt, iſtis neque eundem finem & honorem, qui iuſtus eſt, admetitur maximè quum præter hanc rationem brutis illis & inanimatis nullus ſit iuſtitiæ ſenſus, ac ideo nulla iniuſtitiæ indignatio. Cæterùm ne illud quidem dici poteſt, quod circa ipſum hominem ex reſurrectione aliqua iniuria deprehendatur. Hic enim vt ex anima & corpore componitur, ita in neutram partem vel in corpus vel in animam iniuriam accipit, neque ſapiens animam iniuriam pati dicet, ideo quòd hoc modo non eam rationem vitæ retineat, in qua iam in præſentia agit. Si enim

nunc

A nunc in corruptibili & in patibili corpore habitans: nulla iniuria afficitur, multò minus in incoruptibili & impatibili habitans iniuria afficietur. Immò neque corpus iniuriam ſentit. Si enim nunc ipſum corruptibile incorruptibilis animæ contubernio coniunctum, nullam inde iniuriam accipit: multò minus tum accipiet, quum vtrinque ambo incorruptibilia erunt. Porro neque illud dici poteſt, corpora reſoluta in integrum reſtitui, rem indignam eſſe Deo. Si enim quod deterius, eſt mortale ſcilicet & partibile corpus condere, non indignum Deo viſum eſt, multò minus indgnum erit, quod præſtantius eſt & immortalitate & impatibilitate donatum, in rerum naturam producere. Quod ſi per ea, quæ prima ex natura ſunt, eaque quæ his conſequio adhærent, ſingula quæ in quæſtione erant, explicata & oſtenſa ſunt ſatis, manifeſtum eſt reſtitutionem corporum extinctorum talem eſſe, quæ digna ſit Deo, & quam velit & poſſit efficere.

Corpora efficitur incorruptibilia & impatibilia. Corporũ reſtitutio non eſt res indigna Deo.

B Per hæc enim demonſtrata eſt falſitas contrariorum, & abſurditas credentium. Quid enim opus eſt dicere de ſingulorum & ad ſingula reciproca ſimilitudine, mutuáque interipſa cohærentia & congruitate? quaſi ea aliqua diuerſitate diſcreta eſſent, ac non liceat dicere, id quod poſſibile ſit idem eſſe voluntarium: & quod Deo voluntarium, idem omnino eſſe poſſibile. Cæterùm quod alia eſt diſputatio de veritate, alia pro veritate, in ſuperioribus vtcunque dictum eſt, nec non quibus diſcriminibus altera differat, & quando & apud quos vtilitatem habeat. Nihil tamen impedierit communis ſecuritatis cauſa ſerieíque gratia, quo dicta cum dicendis cohæreant, ab illis ipſis iiſque affinibus denuo exordium facere: decet enim hoc ſecundum naturam principatum habere, illud autem ſatellitis vice, principi ſuo viam facere, & præuio curſu omnia impedimenta & prærupta tollere. Nam diſputatio de veritate quum neceſſaria ſit omnibus hominibus, & ad tutelam & ad ſalutem princeps conſiſtit, & C natura & ordine & veritate: natura quidem, vt quæ rerum cognitionem adiuuet: ordine, vt quæ in iſtis & ſimul cum iſtis exiſtat, quorum iudicium & notitiam promit: vtilitate verò, quia cognoſcentibus & addiſcentibus ipſam, tutelam ſimul & ſalutem conciliet. Diſputatio autem pro veritate, natura & potentia inferior eſt: minus enim eſt falſitatem redarguere quam veritatem ſtabilire: ordine quoque poſterior eſt. Nam contra falſa opinantes vim ſuam exercet: falſa autem opinio, ex ſecunda quaſi ſemente & corruptione agnoſcitur. Verùm quamquam ambo ſe ita habeant, præponitur ſubinde illa & vtilior exiſtit, vt quæ tollit & perpurgat obturbantem incredulitatem, vel recentem dubitationem, vel falſam opinionem. Ad vnum tamen ambæ referuntur finem: tendunt enim ad pietatem, tum iſta quæ falſum reuincit, tum illa quæ veritatem corroborat: non tamen omnino idem ſunt, nam iſta neceſſaria eſt, vt dixi, omnibus D credentibus, iiſque qui veritatis propriæque ſalutis curam gerunt: illa nonunquam quibuſdam in rebus & apud quoſdam fructuoſior eſt.

Quod voluntariũ Deo, id omnino ipſum poſſibile eſt.

Diſputatio de veritate [illegible] princeps eſt pro veritate autem parte inferior.

Hæc quidem ſummatim dicta ſunt, ad memoriam ſuperiorum verborum ſtatuendam, nunc autem ad propoſitum redeundum oſtendendúmque vera eſſe, quæ de reſurrectione dicuntur, idque ex ea cauſa, ſecundum quam & per quam primus homo eiuſq; poſteri nati ſunt, etſi non eodem modo creati ſunt. Deinde ex communi hominum, quatenus homines ſunt, natura. Deinde ex conditoris ſuper illos iudicio, quod de illis faciet, prout vixerint: quod [illegible] nemo dubitauerit, quin iuſtiſſimum futurum ſit [illegible] ratio in hoc conſiſtit, vt exploremus, vtrum temere & fruſtra homo, an ob aliquam rationem factus ſit: ob aliquam rationem, vtrum vt viueret perſeueraretque [illegible], ad quam ex natura genitus, erat, vita, an [illegible] alterius [illegible] præſtaret. Quòd ſi ob rationem aliquam creatus ſit, vtrùm an ob conditoris vtilitatem, an alterius [illegible], quæ ad conditorem pertinet, eique maiori curæ eſt, quam homo. Hic quidem etiam vulgari & ſimplici indagatione in rebus contemplandis [illegible], inuenimus quod quicunque mentis compos eſt, & rationali iudicio ad agendum mouetur, nihil eorum quæ ex propoſito deſtinat, temerè facit: aut enim id inſtituit ſui ipſius gratia, aut alterius cui ſtudet, aut ipſius rei, quam fecit amore & propenſitate naturali inductus. Veluti (adhibebimus enim ſimilitudinem, vt propoſitum noſtrum euidens fiat) ædificat homo domum, idque ob ſuum ipſius vſum: conſtruit item camelis aliiſque animalibus, quorum ope indiget, congruens tectum, non ad ſuum vſum vt videtur, quamquam extremus finis ad ipſum referatur: ſed ſecundum continuam & proximam cauſam, ad vſum illorum, quorum curam gerit. Liberos autem creat non ob proprium ſuum vſum, non ob vſum alicuius ſuorum: ſed vt ſint & ſuperſtites maneant, qui ab eo creati fuerint: quatenus liceat & poſſibile ſit, ſuæ morti nepotum ſucceſſione remedium adhibens, & hactenus ſeſe credens mortalitatem exuere. Cæterùm iſta quidem ad iſtum modum ab illis fiunt. Deus verò nec hominem temerè condiderit, quum ſit ſapiens (ſapientis enim opus nullum temerarium) neque ob ſuum vſum & neceſſitatem: nullius enim indiget: quod autem omnino nullius indiget, nullum vſum captat ex rebus à ſe creatis, neque ad gratiam vllius ſuorum operum hominem fecerit, nihil enim eorum, quod ratione & iudicio vtitur, ſiue id magnum ſiue paruum ſit, creatum eſt aut creabitur ad alterius vſum, illa enim tantummodò creantur ad ſuam ipſorum vitam incolumitatémque. Neque ratio inuenit aliquem alium vſum cur homines gignantur. quandoquidem immortales extra omnem indigentiam conſtituti ſint, nullámque opem ex hominibus ad tutelam ſuæ naturæ requirant, bruta omnia ſubiecta ſint, ſinguláque ſui ſuum hominibus, ad quem nata ſunt, de ſe præbeant: non autem ex natura hominibus vtantur, fas enim neque eſt neque fuit, imperatricem & dominatricem creaturam deiicere ad vſum inferiorum, aut quod rationabile eſt, irrationalibus ad imperium in idoneis ſubiugare. Quamobrem ſi neque ſine cauſa, neque temerè aut fruſtra creatus eſt homo (nihil enim quantum ad Dei intentionem, inter opera eius temerarium) neque item ob conditoris aut rerum conditoris vtilitatem: ſatis liquet, quòd inſpectu primariæ & vniuerſalis rationis hominem Deus creauerit, ob ſeipſum ſuamque & bonitatem & ſapientiam, quam facilè in omnibus creatis perſpicias. Quod ſi propinquiorem cohærentémque ipſis creatis hominibus cauſam explores, deprehendes ideo hominem natum eſſe vt viueret: non autem vita eiuſmodi, quæ paulliſper caleſceret, mox deinde in perpetuum extingueretur. Reptilibus enim, exſtimo, volucribus item & natatilibus iſtiuſmodi vitam attribuit Deus, illis autem, qui illius imaginem in ſeipſis circumferunt, vnaque cum ea mentem rerum creatricem poſſident, iudicijque rationis inſtructi ſunt, perpetuam diuturnitatem aſſignauit conditor, vt ſuo creatore cognito, eiuſque potentiam & ſapientiam legibus iuſtitiaque imitantes, vnà cum illis virtutibus fœliciter in æternitate perennent, quibus ſuperiorum vitam, quum adhuc in corruptibilibus & terrenis corporibus agerent, corroborauerunt. Quæ enim alterius gratia condita ſunt, deficientibus illis, quorum gratia condita ſunt, meritò & ipſa deficiunt: neque fruſtrà permanſerint: quoniam non eſt in rebus à Deo creatis fruſtraneæ ocioſitati locus. Quæ vero ideo creata ſunt, vt ſint & viuant, ipſa hac cauſa cum natura eorum cohærente & implicita, quum ea ſolummodò id exigat & requirat vt ſint fieri non poteſt, vt vnquam in ſe vllam vim admittant, qua prorſus extinguantur. Porro quum iſta cauſa ex perpetua eſſendi ratione intelligatur, in eoque conſiſtat, neceſſum eſt incolume manere illud animal, quod ita natum fuerit, agereque ac pati, quæ ipſius naturæ ſunt, ambabus illis rebus vnde conſtat, quod ſuum eſt in medium conferentibus: ita vt anima exiſtat & permaneat æquabiliter in ſua, in qua genita eſt natura: eſt enim ita genita, vt moderetur affectus corporis, ac quicquid inciderit, decentibus iudiciis æſtimet, & menſuris congruis demetiatur: corpus verò ſe moueat ad ea, quæ ſibi naturalia ſunt: eáque recipiat mutationes, quæ illi a natura attributæ ſunt: & inter

Diſtri[illegible] ad exordium.

Anima li[illegible] operatur.

E F G H

Sapie[illegible] opus n[illegible] lum mera[illegible]

Ho[illegible] crea[illegible] ob d[illegible] nam [illegible] natu[illegible]

Ani[illegible] ad q[illegible] creat[illegible]

Digitized by Google

reliquas ſui euariationes, quæ illi in ætate, forma, magnitudine obueniunt, etiam reſurrectionem admittat. Reſurrectio enim ſpecies quædam euariationis, eaque extrema, nec non & illa immutatio in melius, quæ tum futura eſt in ſuperſtitum corporibus.

De iſtis rebus tam certi, quàm de illis ſumus, quæ iam contigerunt, perpenſaque noſtra ipſorum natura, & vitam iſtam indigam corruptibilemque non ægrè ferimus, vt præſenti ſæculo congruam, & perpetuitatem æui ſynceram à corruptione firmiſſimè ſperamus: quam non ex hominum commentis effingimus, mendaci ſpe nos metipſos lactantes, ſed minimè vanæ locupletique teſti, nimirum conditoris ipſius rationi & inſtituto credimus; ſecundum quod hominem ex anima immortali & corpore fecit: quemque & mente & æquitate ingenita ad conſeruationem & tutelam ſuorum donorum, necnon eorum, quæ prudenti vitæ & rationali animæ congruunt, inſtruxit. Vnde ſatis exploratum habemus, quòd iſtiuſmodi animal non ita inſtituiſſet, neque omnibus ad perpetuam durabilitatem idoneis inſtruxiſſet, ſi non id quod ita creatum eſſet, perdurare voluiſſet. Si igitur vniuerſitatis opifex hominem fecit, vt prudentia in agendo vteretur, & vt factus ſpectator magnificentiæ ſuæ, eiuſque, quam vbique exibuit ſapientiæ vnà cum horum contemplatione permaneret, idque ſecundùm propoſitum & voluntatem ipſius, naturámque quam illi ingenerauit: certè creationis cauſa confirmat, credibilémque facit æternam perdurabilitatem, perdurabilitas verò reſurrectionem, ſine qua homo perdurare nequiuerit. Ex prædictis verò manifeſtarium eſt, nimirum ex cauſa naſcendi creatoriſque voluntate reſurrectionem declarari. Quum igitur talis ſit cauſa, cur in hunc mundum homo introductus ſit, conſentaneum iam fuerit, vt ea diſpiciamus, quæ naturali ordine ſuperiores rationes conſequuntur. Sequitur enim penſitato & excuſſo negocio, creandi cauſam creatorum hominum natura: creatorúmque hominum naturam, creatoris ſuper ipſis iuſtum iudicium: & poſt iſta omnia, viuendi finis. Explicatis autem ſuperioribus, explicanda iam deinceps hominum natura, idque vel per veras opiniones, vel qualeſcunque tandem inquiſitiones. Demonſtratio illa minimè idoneam dictis fidem aſtruit, quæ non forinſecus alicunde exordium habet, aut ex aliquorum opinionibus aut placitis oritur: ſed quæ ex communi intellectu ſurgit, aut ex poſteriorum ad priora connexione elicitur. Eſt enim illa vel de primis placitis, vel de iis quæ ſola admonitione naturalem intellectum commouent & expergefaciunt, vel quæ naturaliter primis in comitatu adhærent, naturaliſque conſequentiæ ſunt: oporteque huius ordinis demonſtratorem declarare, quid prima ſit ſuperiora reuera conſequatur: vt neque veritatem, neque ex veritate natam affectionem negligenter tractet, neque ea quæ natura diſcreta ſunt, confundat, aut naturalem ſeriem diſſipet.

Quamobrem conuenire arbitror, illos qui propoſito argumento ſtudent, & prudenter diiudicare volunt, an humanorum corporum reſurrectio fiat, primùm diſpicere rectè vim eorum, quæ hanc demonſtrationem collatis quaſi partibus conficiunt, & quem quæque locum obtineant, & quid inter iſta primum vel ſecundum vel tertium ſit, & quid denique vltimo ordine conſiſtat. In iſtis dirigendis proponi decet cauſam illam, cur homo creatus ſit, hoc eſt, ipſius creatoris mentem ſiue deſtinationem, ob quam hominem condendum ſuſcepit: hinc rurſus congruenter conſerenda & coaptanda eſt hominum natura, vt quæ ordine ſecundam ſedem obtineat: tum quia non ſimul de vtraque iudicari poteſt, tum quia ambæ coexiſtunt, & ad præſens inſtitutum idem momentum adferunt tum quia per iſtas principes primariaſque atque ex ipſo opificio Dei ortum trahentes, euidenter reſurrectio oſtendatur: nihilominus tamen & per prudentiæ rationem huius rei fidem colligere licet. Prudentiæ rationem in hoc conſiſtere dico, vt præmia ſuppliciáque ex iuſto iudicio cuique hominum pro meritis attribuantur, finiſque ipſorum vitæ reſpondeat. Multi enim, qui de reſurrectione diſputationem ſuſceperunt, ſolo eo quod tertium eſt, omne negotium conficere tentauerunt, arbitrantes cauſam reſurgendi hominis propter iudicium fieri. Illud autem perſpicuè falſum oſtenditur, eò quòd omnes quidem reſurgant, non omnes tamen reſurgentes iudicentur. Si enim ſola iudicij cauſa reſurrectionis eſſet, neceſſum videlicet eſſet, eos qui nihil peccarunt, aut qui præclaras res in vita geſſerunt, reſurrectionis expertes eſſe: itidem & eos, qui in prima ætate vitam finierunt: quod & ipſi quoque æquum cenſent vt non ob iudicium reſurrectio fiat, ſecundum primariam rationem, ſed ob deſtinationem propoſitúmque conditoris, conditique naturam. Cæterum quum ſufficiat vel vna cauſa gignendi hominis, ſi inſpiciatur ad probandam reſurrectionem, quæ naturali ductu rationum corpora diſſoluta conſequitur: æquum tamen fortaſſe fuerit, nihil eorum refugere quæ propoſuimus, & cohærenti ordine per ſeriem vires efficaciáſque rationum, deinde conſequentium, explicare, in gratiam eorum hominum, qui iſta ſuopte ingenio perſpicere nequeunt: & inter reliqua hominum creatorum naturam exponere, quod ipſum ad eiuſdem rei intelligentiam ducit, & tantumdem fidei reſurrectioni adſtruit. Si enim vniuerſa hominum natura ex anima immortali & corpore pro ipſius creatione attemperato conſiſtit, neque animæ per ſe, neque corpori ſeorſum Deus iſtiuſmodi aut ortum aut vitam attribuit, ſed hominibus integris, qui iſtis ambobus componerentur: vt iiſdem illis partibus, quibus ortum vitámque acceperint, in viuendo vtentes, ad eundem communemque finem & præmium perueniant: neceſſarium omnino eſt, quum vnum ex iſtis ambabus partibus animal conficiatur, quod & omnibus animi corporiſque affectionibus imbuatur, pariterque & agat & faciat quæcunque vel ſenſuum vel rationis iudicium requirunt, ad vnum finem referri omnem iſtarum rerum ſeriem: vt omnia & per omnia tum ortus hominis, tum natura hominis, tum vita hominis, tum quicquid egit vel paſſus eſt, tum finis naturæ congruens ad vnam harmoniam eandémque ſympathiam decurrant. Si verò vnius eſt concentus ſiue harmonia cuiuſque animalis, ac ſympathia ſiue communio affectionum, tum earum quæ ex anima originem trahunt, tum earum quæ ex corpore proueniunt, vnum in iſtis omnibus finem & præmium manere oportet. Vnus autem reuera finis erit, quum idem animal ex ſuis partibus conſtiterit: quod ipſius finis gratia futurum eſt. Idem verò animal ſyncerius extabit, quum eadem illa adfuerint, parteſque ei illæ reſtitutæ fuerint, quibus eius integritas abſoluitur. Eadem porro ſecundum propriam vnitionem erunt, quum diſſoluta & diſſipata, rurſus coierint ad conflationem & compoſitionem eiuſdem animalis.

Cæterùm eorundem hominum inſtauratio neceſſariò conſequi oſtendit corporum defunctorum reſurrectionem, ſine enim illa eædem partes inter ſe naturaliter vniri nequeunt, aut iidem homines reſtitui, aut in priſtinam naturam redire. Quòd ſi mens, & ratio datæ ſunt hominibus ad iudicationem non intelligibilium modò ſubſtantiarum, ſed ſapientiæ quoque eius, iuſtitiæ & bonitatis qui iſta dedit, neceſſum eſt, permanentibus iis, quorum gratia rationalis iudicatio data eſt, & ipſam quoque permanere iudicationem, quæ iſtis diſcernendis attributa eſt. Hanc autem permanere impoſſibile eſt, niſi ea natura permaneat, quæ illam intra ſedem ſuam recipit & fouet: qui autem mentem & rationem intra ſe recipit, homo eſt: non anima per ſe: hominem igitur oportet vtroque conſtantem in perpetuum permanere. Hunc autem impoſſibile eſt permanere niſi reſurgat: niſi enim intercedat reſurrectio, nequaquam permanſerit hominum natura: hominum porro natura non permanente, fruſtra anima attemperata fuit corporis indigentiæ eiuſque accidentiis & affectionibus. Fruſtra quoque corpus alligatum eſt, habentis animæ cedens, & frena patiens, vt quæ appetit adipiſcatur: fruſtra mens, fruſtra prudentia, fruſtra iuſtitiæ obſeruatio, & virtutis omnis exercitatio, legumque inſtitutio ac diſpoſitio: &, vt ſummatim dicam, quicquid in hominibus & per

E *dis attribuitur.*

F *Homo ex anima immortali & corpore conſtat.*

G

H

Si homo non reſurgeret, omnia in illo fruſtranea eſſent.

homines

homines pulchrum eſt. Immò quod magis eſt, ipſa hominum procreatio & natura fruſtranea eſt. Quod ſi vndique ab omnibus operibus Dei, & ab illius muneribus excluſa eſt fruſtraneitas, neceſſarium eſt omnium cum animæ immortalitate coæternam eſſe corporis perdurationem ſecundum ſuam naturam.

Nemo admiretur, quod vitam morte & corruptione interſciſſam, perdurationem appellamus, qui non immemores ſumus, non ſimpliciter eſſe huius vocabuli rationem: neque vnum eſſe perdurandi modum, nec mirum, quum non vna ſit rerum perdurantium natura: vnumquodque enim pro ſua natura perdurationem habet, non inueneris in purè incorruptibilibus & immortalibus parem iſtiuſmodi perdurationem, eò quòd ſubſtantiæ ſublimiorum non coæquentur cum inferioribus. Neque in hominibus par eſt iſtiuſmodi æqualem ſibi & ſine vlla varietate diſtinctam perdurationem requirere: vt in illis qui ab initio immortales creati ſint; & ſolo inſtituto creatoris ſine fine perdurent, ſed quòd ſecundum animam, ex creatione habeant ſine vlla viciſſitudine variationis perdurationem: ſecundum corpus verò, ex ipſa immutatione immortalitatem capiant hoc enim reſurrectionis ratio deſiderat: eoque reſpicientes, diſſolutionem corporis, vt ſequentem hanc vitam inopem & corruptibilem expectamus: & poſtmodum incorruptibilem ſperamus perdurationem: neque cum brutis noſtrum finem, neque cum immortalium perduratione æquiparantes: ne per imprudentiam, hac in parte hominum naturam & vitam adæquemus, quibus minimè conuenit. Non igitur ſtomachandum eſt, ſi qua inæqualitas ſpectetur circa hominum perdurationem, neque vbi ſegregatio animæ à corporeis membris & partium diſſolutio continuam interſecat vitam, deſperare oportet de reſurrectione. Neque enim poſtquam ſenſualem vitam interſcindere videntur inquiete obortientes naturaliter ſopitiones ſenſuum, nec non & naturalium virium, idque ad certa temporis interualla dormientibus hominibus & quodammodo reuiuiſcentibus, illud ipſum recuſamus vitam ducere: qua de cauſa exiſtimo nonnullos ſomnum fratrem mortis appellitare, non quod genus vtriuſque indicare velint, quaſi ex iiſdem maioribus & parentibus ſint nati: ſed quòd ſimilia accidant ſopitis & defunctis, ratione quietis omniſque ſenſuum, quum nihil intelligant de rebus præſentibus, aut quæ tum fiant, immò nec ſeipſos eſſe aut viuere ſentiant. Si igitur humanam vitam tanta inæqualitate à natiuitate ipſa vſque ad diſſolutionem refertam, & interruptam omnibus illis, quæ ſuperius euariauimus, non detrectamus vitam dicere: neque vltra diſſolutionem conſtitutam vitam, quæ vnà ſecum reſurrectionem inducit, deſperare debemus, tametſi aliquandiu interſcindatur ipſius animæ à corpore receſſu. Ipſa enim hominum natura primitus & ſecundum inſtitutum creatoris coattributam poſſidens inæqualitatem, inæqualem vitam & permanſionem habet, nunc ſomno, nunc morte interſciſſam, ſinguliſque ætatum euariationibus: ita vt non appareant euidenter prima, quum poſteriora ſuperuenerunt. Quis enim crederet, niſi rerum experimentis doceretur, in ſimilari & molli ſemine tot & tantas vires eſſe repoſitas: aut quæ illhinc ſurgit & compingitur, tantam molium ac magnitudinum diuerſitatem latere: oſſium, inquam, neruorum & cartilaginum, itidem & muſculorum & carnium, & viſcerum, reliquarumque corporis partium? Neque enim in liquidis adhuc ſeminibus quicquam tale videas: neque in infantulis apparent quæ adoleſcentibus accreſcunt aut in adoleſcentia, ea quæ virilis ætas poſſidet, eminent: aut rurſus in virili ætate, quæ ſenectus habet. Cæterum etſi ex ſupradictis quædam nullo modo, quædam obſcurius naturalem viciſſitudinem hominibuſque ſuperuenientes varietates indicant, ſunt tamen nihilominus qui malitia aut ignauia occæcati non ſunt, quid de iſtis rebus iudicandum ſit. Primum enim requiritur vt ſemina ſpargantur: ea vbi in membra & articolos diſtincta fuerint, ac fœtus iam effecti in lucem prodierint, accipiunt in prima ætate proceritatem: poſt proceritatem, totius corporis abſolutam perfectitudinem: poſtmodum ſuccedit naturalium virium declinatio, quæ ſe vſque ad extremum ſenium extendit: tum demum defectis corporibus diſſolutio ſuperuenit. Quemadmodum igitur in hoc negotio neque ſemen vlla imagine aut ſimilitudine hominis vel vitam vel formam oſtendit neque vita diſſolutionem illam præiudicat, qua ſe compago in prima elementa diſparſura eſt: ſeries tamen ductuſque naturalium euentuum fidem conciliat iis quæ pro ſua apparentia & vultu nullam fidem admittere videntur, ita quoque multò magis ratio indagine naturalis conſequentiæ veritatem inueſtigans, reſurrectionem corroborat, quæ multò certior eſt quam experientia, ad comprobationem eorum dictorum quibus paulò antè fidem reſurrectioni conati ſumus aſtruere: idque ideò quia omnes congenetes ſumus, vt eodem exordio nati. Exordium enim nobis ex primorum hominum procreatione, quos Deus condidit. Sed alij ex ipſo vnde nati ſunt exordio ad fidem corroborantur, alij ducem naturam hominumque vitam ſequentes, ex diuina aduerſus nos prouidentia fidem capiunt. Cauſa enim ſecundum quam & ob quam nati ſunt homines, coniuncta naturæ hominum, ex opificio conditi hominis vim ſuam obtinet. Cæterum iuſtitiæ ratio, ſecundum quam iudicabit Deus homines vel bonæ vel malæ vitæ, ex horum fine vires trahit: inde enim naſcuntur, pendet tamen magis ex prouidentia. Quum igitur oſtenſa & probata ſint à nobis quantum licuit quæ primi ordinis erant; oſtendamus quoque quæ deinde ſequuntur. Loquor autem de præmio vel ſupplicio quod pro meritis cuique hominum ex iuſto iudicio attribuetur, & de fine qui ad humanam vitam correſpondebit. Verum id ita fiat vt ea præcedant quæ naturaliter prioris loci ſunt: primumque tractemus de iudicij ratione: quæ verba ideo loquimur, quod nobis curæ eſt fundamentum ordoque inſtitutæ diſputationis, & quod oporteat eos qui Deum admittunt vt conditorem huius vniuerſitatis, illius ipſius ſapientiæ & iuſtitiæ attribuere omnium rerum cuſtodiam & procurationem, ſi modò fundamento conſtituto ac principiis ſemel admiſſis inhærere velint. Porrò quum huius opinionis ſint, æquum eſt vt nihil exiſtiment neque terreſtrium neque cœleſtium rerum cura & prouidentia deſtitutum eſſe: ſed in omnia æquè, tum quæ in aperto ſunt, tum quæ latent, in magna item & parua penetrare creatoris ſolicitudinem, omnia enim quæ ſunt, creatoris ſui prouidentia indigent, peculiariter autem vnum quodque pro ſui natura, & ad quod conditum eſt. Non enim exiſtimo ambitioſe ſingulatim explicandum & diuiſionibus diſtinguendum quid cuique naturæ conueniat: homo certè de quo ſermo inſtitutus eſt, vt famelicus, alimento opus habet: vt mortalis, prolis ſucceſſione: vt rationalis, iudicio. Indiget autem iudicio vt legitimè ad victum & ſucceſſionem incumbat, neceſſum eſt autem, victu & ſucceſſione ad id quod ex vtroque compoſitum eſt pertinente, ad illud idem quoque iudicium pertinere: (voco autem ex vtroque compoſitum, hominem ex anima & corpore conſtantem:) atque iſtiuſmodi omnium quæ agit rerum fieri, vt pro illis vel præmium vel ſupplicium recipiat. Quod ſi contra id quod ex vtroque compoſitum eſt, pro factis ipſius ſententia iuſti iudicij profertur, fieri non poteſt vt anima ſola talionem referat eorum quæ cum corpore geſſit, nam ipſa per ſe non tangitur peccatis, quæ per voluptates corporales vel cibos vel cultus perpetrantur. Neque item ſolum corpus talionem referre oportet, vt quod legum & iudicij diſcrimen non ſentiat: ſed homo qui iſtis, pro vnoquoque facto iudicium accipere debet. Id autem in hac vita contingere nulla ratione deprehendas, non enim id in præſenti vita legitimè obſeruatur, quum multos videamus impios & omnis iniquitatis ſtudioſos vſque ad mortem malorum expertes perſiſtere: eos verò qui omni virtute ſpectati ſunt, in terendis doloribus, vexationibus, calumniis, contumeliis, ac omni genere afflictionis vitam abſumere. Neque item poſt mortem deprehendere id queas, non enim iam ſupereſt id quod ex vtroque conſtat, quum & anima ſeparata ſit à corpore, ipſumque corpus rurſum diſſipatum

E *Ætates & incremẽta natura hominum.*

Ratio reſurrectionem corroborat.

F

Merita.

G

Omnia prouidentiâ Dei regitur.

Homo ex corpore & anima H *conſtat, ideoque eſt vtroque iudicio Dei aderit.*

ſit in ea ex quibus congeſtum fuit, nihilque iam ſuperſit quod vel veterem formam, vel naturam, imò ne memoriam quidem eorum quæ acta ſunt, retineat. Liquet igitur id quod ſequitur, nimirum quod oportet, ſecundum Apoſtolum, corruptibile iſtud diſſipatum induere incorruptiooem, vt viuificatis reſurrectiooe mortuis, ac ruſus vnitis quæ diſiecta erant aut penitus conſumpta, vnuſquiſque referat iuſtè ea quæ per corpus geſſit, ſiue bona, ſiue mala. Aduerſus illos igitur qui prouidentiam admittunt, & eadem principia & fundamenta nobiſcum recipiunt, deinde à ſuis inſtitutis & receptis opinionibus neſcio quo pacto excidunt & deficiunt, iſtiuſmodi verbis aliiſque multò vberioribus vti poſſis: ſiquidem ea dilatare velis quæ breuiter & in tranſcurſu dicta ſunt. Aduerſus illos autem qui de ipſis principiis controuerſiam mouent, rectum fuerit aliud ante iſta principium & quaſi fundamentum ſtatuere, vt interim dubitabilia fingamus & quæſtionibus exploranda, de quibus ipſi hæſitant: num videlicet hominum vita moreſque neglectui dati ſint, ac craſſæ terrarum vmbræ offundantur, quæ ignorantia & ſilentiu inuoluunt tum ipſos homines, tum eorum acta. An quod multò certius eſt, exiſtimandum, creatorem creatis rebus præſidere, omniumque quæ ſunt & fiunt obſeruatorem, ſimul & cogitationum iudicem eſſe. SI enim nulla vſquam de hominum facinoribus cenſura: nihil ſupra bruta poſſidebunt homines, quin immò iis ipſis infœlicius agent, qui affectus ſuos in ſeruitutem redigunt, & pietatem, iuſtitiam, aliaſque virtutes curæ habent. Pecunia contra & vita feralis, optima cenſenda eſt, virtus è diuerſo, ſtolida res: iudicij minæ, ingens ridiculum: voluptatem colere, ſummum bonum. Commune item placitum habendum eſt omnium & præcipua lex, id quod nequam & luxurioſis plauſibile eſt. Comedamus & bibamus cras enim moriemur. Iſtiuſmodi enim vitæ finis, non voluptas eſt, ſecundum nonnullos, ſed ſenriendi plena vacuitas. Quod ſi eſt creatori hominum ſuarum creaturarum cura aliqua, & inſtabit vllo in tempore bonorum & malorum facinorm diiudicatio: ſiue dum in præſenti vita vel bene vel malè agunt, ſiue poſt mortem, dum in diſſolutione & ſeparatione conſiſtunt. Verum neutro pacto inuenias iuſtum iudicium ſeruari poſſe. Non enim boni in præſenti vita præmia virtutis referunt, neque item mali pœnas ſcelerum, vt omittam interea quod incolumi natura in qua nunc ſumus, ne poſſit quidem mortalis natura partem ſceleribus aut multis aut grauibus talionem ſuſtinere. Quum enim innumeras hominum cædes alias accumulat vel latro, vel princeps, aut tyrannus aliquis, fieri non poteſt vt vna morte culpas ſuas expiet. Quum item qui nihil veri de Deo ſenſit, & in omni libidine & blaſphemia vixit, diuina omnia deſpexit, leges perfregit, nec non & in fœminas & pueros ſtupris laſciuiit, vrbes iniuſtè excidit, domos vnà cum ſuis incolis combuſſit, prouinciam euaſtauit, populos & gentes, immo integras nationes internecione deleuit, quomodo in hoc corruptibili corpore ad talionis pœnam ſuffecerit præcurrente morte debitos cruciatus, & ne ad vnum quidem ſcelus luendum ſuppeditante mortali hac natura? Non igitur in præſenti vita iudicium pro dignitate & merito cuiuſque oſtendi poteſt, neque poſt mortem. Siquidem illa aut eſt totius vitæ inſolidum extinctio perdita cum corpore anima: ſimulque putrefacta: aut manet quidem per ſe indiſſolubilis anima, indiſſipabilis, incorruptibiliſque: ſed corpus diſſoluitur, nullam vlterius memoriam factorum ſeruans, aut accidentium ſibi ſenſum. Extincta enim omnino hominum vita, nullus apparet hominum reſpectus aut cura, neque vllum de bene aut malè factis iudicium deſtinatum videtur, ingruet autem denuò & inundabit quicquid eſt ex legis vitæ, reliquæque abſurditates quas iſtiuſmodi vita quaſi comitum examen ſecum trahit, & vnà cum ipſis impietas Dei negatrix, quæ princeps & caput eſt eius vitæ in qua ſine lege viuitur. Quod ſi corrumpatur corpus, & ad cognata ſua, vt quodque diſſolutum eſt, elementa recedat, maneat autem per ſe anima vt incorrupta, ne ita quidem locus erit iudicandæ animæ, quum non affutura ſit iuſtitia. Neſas autem eſt ſuſpicari, ex Deo & à Deo iudicium fieri cui non adeſt iuſtitia: non adeſt autem iuſtitia quum non incolumis manſerit & capax iudicij, qui iuſta aut iniuſta fecit. Qui enim ſingula in vita egit de quibus iudicandum eſt, homo fuit, non anima ſola. Vt ſummatim dicam, iſtiuſmodi ratio nulla in parte iuſtitiam tuebitur. In recipiendis enim rerum præclarè geſtarum præmiis iniuriam haud dubiè patietur corpus, eo quod particeps fuerit laborum in bonis rebus gerendis; nunc autem exors ſit honorum qui virtuti repenſantur: ac quum venia ſæpius animæ indulgeatur in quibuſdam delictis, reſpectu corporalis inopiæ & neceſſitatis, ſi ipſum corpus excidat à communicatione præmiorum, pro quibus vna in vita labores ſuſtinuit, qui quæſo non iniquum reputabitur? E diuerſo ſi damnetur ob ſcelera, non iuſte agetur cum anima, ſi quidem ſola eorum culpam luet quæ ad obturbationes corporis & ad ſuos appetitus & motus trahentis in vita deliquit: dum nunc raptu, nunc quaſi furto abducitur à recto, nunc violentiori propenſitate trahitur: interdum gratificandi ſtudio, & vt adblandiatur contubernio corporis, vitiis indulget. Aut qui quæſo iniuſtum non eſt, animam ſolum condemnari ob illa quorum, ex ſua natura, neque appetitum, neque motum, neque impetum habet: vt luxuriæ violentiæ, auaritiæ eorumque delictorum quæ hac de cauſa fiunt? Si enim pleraque mala fiunt, quod homines non ſatis imperent tumultuantibus affectibus: tumultuantur autem ideo vt ſtudeant & medeantur corporis egentiæ & neceſſitati (horum enim cauſa omnia parant, vt inde ad vſum & fruitionem perueniatur: necnon & nuptiæ ineuntur, aliaque negotia in vita fiunt, in quibus & circa quæ ſpectatur quicquid in laude vel in vitio eſt:) vbi hic æquitas, quum ob ea quibus præafficitur corpus, animamque trahit ad conſortium eiuſdem affectionis, ſtudio obtinendi ſui vſus, anima ſola condemnetur, quumque cupiditates voluptates, formidines & dolores, quorum immodeſtia omnis iudicio obnoxia eſt, motum trahant à corpore, peccata tamen inde manantia eorumque ſupplicia in ſolam animam incumbere, quæ nihil tale requiſiuit, nihil tale appetiuit, nec metuit, nec paſſa eſt iſtiuſmodi quippiam per ſe, qualia homo pati conſueuit? Quinimo ſi non ſolius corporis ſed hominis ſtatuamus eſſe paſſiones, eo quod vna illi ſit ex ambobus vita, nequaquam tamen eas ad animam pertinere allegamus, quum liquide eius propriam materiam inſpexerimus. Si enim nullius omnino alimenti eſt indiga, nunquam ea appetierit quorum vſum non requirit vt ſuam eſſentiam tueatur: neque ad ea rapietur quibus vt fruatur ex natura non habet: immò ne doluerit quidem ob inopiam pecuniarum aut poſſeſſionum, vt nihil ad ipſam pertinentium. Quod ſi ſupra corruptionem conſiſtit, nihil ſcilicet ſibi exitiale veretur, non enim famem aut morbum, aut mutilationem, aut truncationem, aut ignem, aut ferrum timet, quandoquidem nihil cladi aut triſte ab iis accipere poteſt, quum nullum corpus aut corporeum vlla ex parte illam attingere valeat. Quod ſi abſurdum eſt peculiariter affectiones animæ aſſignare, etiam harum pœnas attribuere animabus, immenſæ iniquitatis eſt, & alienum à diuino iudicio. Præter iſta quæ iam dicta ſunt, qui quæſo non abſurdum eſt, virtutes & vitia ne intelligi quidem poſſe, ſeorſum in anima conſiſtere: (hominis enim eſſe virtutes, quæcunque virtutes ſunt, perſentiſcimus: vt iidem & vitia virtutibus contraria, non animæ ſeparatæ à corpore, & per ſe exiſtentis diiudicamus:) ſupplicia tamen & præmia iſtorum ad ſolas animas referre velle? Aut qui quæſo ſentias ſolius animæ fortitudinem, aut tolerantiam eſſe, quæ nec mortem, nec vulnera, nec mutilationem, nec damnum, nec contumelioſam tractationem exhorret, neque eos qui inde proueniunt, vel dolores, vel miſerias? Aut qui ruſum temperantiam vel prudentiam intelligas, vbi nulla appetentia animum ad cibum, concubitum, aliaſue voluptates & oblectationes trahat, nihilque vel intus obturbet, vel foris irritet? Aut qui denique prudentiam imaginaueris, quum materia rerum

E

Corpus erit particeps præmiorum.

F

G

Paſſiones totius hominis ſunt.

H

Virtutes, totius hominis ſunt.

A eligendarum & fugiendarum ad animas non ſpectet, quum materia delectus in rebus agendis animæ non ſubiiciatur, vel potius, nullus ei inſit motus aut naturalis impetus ad res agendas? Vbi autem omnino inter duas animas congruens iuſtitia, ſiue res cognitas ſiue externas reſpicias: aut vnde, aut quibus, aut quomodo tribuent id quod æquum eſt vel ſecundum dignitatem cuiuſque, vel ſecundum proportionem? Nihil profectò tale eſt, ſi excipias honorem Deo ab illis impartiendum, quum neque impetum aut motum habeant, vt vel ſuis vtantur, vel ab alienis abſtineant: quum vſus abſtinentiaque in illis cernatur quibus iſtiuſmodi res ex natura neceſſariæ ſunt, anima contra ita nata ſit vt nihil horum requirat: atque eſt quod in te ita ingenti propriam membrorum functionem deprehendere nequeas. Quin illud quoque abſurdiſſimum, leges conditas ad homines referri, pœnam legum ad ſolas animas retorqueri. Si enim qui leges recipit, iure etiam receperit violatarum legum mulctas, leges autem recepit homo, non anima ſola, æquum eſt hominem delictorum pœnas luere, non animam ſolam: Quandoquidem non animabus precepit Deus vt ab illicitis abſtinerent, vt pote adulteriis, cædibus, furtis, rapinis, & neglectu parentum, & ab omni noxa & iniuſta alienæ rei concupiſcentia. Non enim præceptum, *Honora patrem & matrem*, animabus competit, quum ad eas iſtiuſmodi nomina non pertineant. Non enim anima animam gignit, vt inde ſibi vendicet nomen parentis: ſed homo hominem. Neque item Ne adulterium facias, animis aut dici aptè aut intelligi poteſt: quum in ipſis non ſit maſculini aut fœminini ſexus vllum diſcerniculum, aut coitum aptitudo, aut coeundi appetitus. At vbi appetitus ille non ſit, miſturam illam fieri impoſſibile eſt: apud quos autem iſtiuſmodi miſtura non eſt, ne legitima quidem coitio nimirum connubialis, reperiri poteſt: vbi vero connubialis coitio non eſt, neque illegitima & alienæ vxoris vel appetentia vel coitio (id enim adulterium eſt) locum habet. Neque item præceptum de furto vitando, aut nimietatis concupiſcentia in animas congruit. Nihil enim illis opus habet, quorum qui indigi ſunt, ob naturalem inopiam vel neceſſitatem, vel furto vel latrocinio ea ſibi parare ſolent: quale eſt aurum, argentum, pecus, aut quippiam quod ad victum vel cultum idoneum ſit. Inutile enim eſt immortali naturæ quicquid indigis ideò appetibile eſt, quia vtile. Cæterum exactior tatio illis relinquatur qui iſta diligentius cupiunt rimari, vel ardentius cum aduerſariis contendere. Nobis autem quum ſufficiant ſuperius dicta, eaque quæ cum iſtis concorditer & quaſi vno concentu reſurrectionem ſtabiliunt, iiſdem diutius immorari intempeſtiuum videtur. Non enim eum fecimus ſcopum, vt nihil eorum quæ huc pertinent, omitteremus, ſed vt ſummatim ſuboſtenderemus omnibus huc conuenientibus quid de reſurrectione ſentiendum eſſet, & vt vi eorum quæ iam in præſentia diximus, emetirentur alias rationum facultates eodem pertinentes. Excuſſis aliquo modo & examinatis quæ D propoſita erant, reliquum iam fuerit rationem finis contemplari, iam ex ſuperioribus verbis perſpicuam & euidentem: cuique nulla maior cura opus eſt quam vt certe apponatur, ne vel per obliuionem videatur omiſſa, vel [illegible] propter argumentum & inſtitutam ab initio diuiſionem lædere. His dictis aliiſque eodem pertinentibus, pulchrum fuerit, [illegible] eatenus tantum rem aperire, quod eorum quæ ex natura aut artificio conſtant: ſuos quæque fines peculiares habere, ipſo modo & communi intellectu id docente, id itaque rebus illis quæ ante oculos obſeruamus, [illegible] teſtantibus. An non videmus alium finem eſſe agricolis, alium medicis conſtitutum: rurſumque alium e terra ſtirpe creſcentibus, aliam inde victitantibus animalibus, ac ſecundum naturalem ſeriem ſucceſſionumque conſequentiam procreatis? quod ſi illud euidens eſt, & neceſſum eſt omnino naturales & artificiales facultatem earumque actus ſuum pro ipſorum natura finem ſequi, neceſſum eſt omnino hominum finem vt peculiaris naturæ, excipi ab aliorum communione. Quandoquidem fas non eſt eundem finem ſtatuere eorum quæ carent rationali iudicio, & eorum quæ ſecundum inſitam legem & rationem agunt, vitæque prudentia & iuſtitia vtuntur. Neque igitur indolentia, propria iſtorum & peculiaris finis: id enim pariter inuenias in ſenſu carentibus. Neque rurſus eorum quæ corpus vel oblectant vel alunt perfruitio, aut copia voluptatum: alioqui præſtare neceſſum pecuniam vitam, ac vitam virtutibus præditam, rem imperfectam eſſe. Beſtiarum enim & pecorum iſtiuſmodi finis eſt, non hominum immortali anima & rationali iudicio vtentium: neque item beatitudo animæ à corpore ſegregatæ. Non enim alterutrius partis, ex quibus homo conſtat: reſpicimus aut vitam aut finem, ſed illius quæ ex ambabus plenitudinem, & integritatem accipit. Talis enim eſt qui hanc vitam ſortitus eſt homo, eiuſque vitæ neceſſum eſt eſſe ſuum proprium finem. Quòd ſi eius quod vtrumque ſimul eſt, nimirum compoſiti ex anima & corpore, finis ſtatuendus eſt, neque illum, dum in hac vita agit, reperire queas, ob cauſas iam ſæpius allegatas: neque tum cum anima ſegregata à corpore eſt, eo quod nihil tale cenſeri homo debeat, diſſoluto aut penitus diſſipato corpore, etiamſi anima per ſe ſuperſit: omnino neceſſe eſt in aliqua vtriuſque partis eiuſdemque animalis recompoſitione & inſtauratione hominum finem apparere: idque cum ex neceſſitate conſequatur, omnino neceſſe eſt, mortuorum aut penitus diſſolutorum corporum reſurrectionem fieri, eoſdemque homines rurſus conſtitui, quandoquidem finem non quemuis neque quorumuis hominum eſſe iubet naturæ illa lex, ſed illorum ipſorum qui in ſuperiori vita vixerunt. Eoſdem autem homines rurſus conſtitui impoſſibile eſt, niſi eadem corpora animabus reddantur, vt autem idem corpus eandem animam recipiat, aliter fieri non poteſt quam per reſurrectionem. Ea enim quum fuerit, etiam naturam hominum congruens finis ſequitur: finem verò vitæ prudentis & rationalis iudicij non errarit ſi dicat id eſſe vt perpetuo iis inhæreamus & petenuemus, cum quibus maximè & principaliter naturalis ratio congruit & conſentit: idque reſpectu & contemplatione eius qui eſt, eorumque gratia quæ illi placuit in perpetuum promittere, tametſi vulgus hominum acrius & vehementius rebus quæ iſtic ſunt iam antea affecti, nihilque curant & reſpiciunt iſtiuſmodi finem. Non enim infirmat communem officij deſignationem multitudo eorum qui a fine ipſis decoro deficiunt & abſiſtunt, quum peculiaris aduerſus illud conſtituta ſit examinatio, ſuppliciaque & præmia deſtinata ſint quæ ad benefactorum vel malefactorum menſuram reſpondeant.

Finis Athenagoræ de Reſurrectione Mortuorum.

S. P. NOSTRI THEOPHILI Patriarchæ Antiocheni opuſcula.

Commentariorum ſiue Allegoriarum in ſacra 4. Euangelia, Libr. 4.

Eiuſdem, contra Chriſtianæ Religionis calumniatores; ad Autolycum, Libri 3.

DE EODEM S. P. N. THEOPHILO ex Euſebij Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 4. cap. 19. Antiochenæ Eccleſiæ,

ANtiochenæ Eccleſiæ cum poſt Heronem Cornelius 4. ab Apoſtolis præfuiſſet, eo mortuo, Eros, quintus ordine obtinuit Epiſcopatum, cuius deinde Theophilus 6. Epiſcopus deſignatus fuit.

Ex eiuſdem Libri cap. 23.

THeophili vero (quem Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopum fuiſſe ſupra monſtrauimus) tres Libri extant, quos

Pœna nõ ſunt retorquenda ad ſolas animas.

B

Exod. 20.

Præcepta non ad ſolas animas pertinent.

Adulterii quid.

C

D

Diuerſi fines.

Longè alius hominum, & brutorum finis.

Religionis elementa & quaſi ſeminaria complectentes, Autolyco dedicauit. Aliud item opuſculum edidit cuius inſcriptio eſt, Contra Hermogenis hæreſim, in quo teſtimonijs ſumptis ex Apocalypſi Ioannis vtitur. Alij ſunt eius libri qui ad primam Chriſtiani in fide Inſtitutionem ſpectant.

Ex Guilielmi Archiepiſcopi Tyri, lib. Hiſtoriæ Belli Sacri, cap. 9.

ANtiochiæ Apoſtolorum princeps Cathedram obtinuit ſacerdotalem, & Pontificalis primum functus eſt dignitate; viro vener. ab B. Theophilo qui erat in eadem Ciuitate potentiſſ. in proprio dogmate, Baſilicam dedicauit; Cui Lucas eadem ex vrbe origen. trahens, tam Euangelium ſuum quam Actus Apoſtolorum ſcripſit; † Qui & B. Petro ſeptimus in ordine Pont. in eadem Eccleſia ſucceſſit.

Ex Diui Hieronymi Scriptorum Eccleſiaſticorum catalogo,

THeophilus ſextus Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus ſub Imperatore M. Antonino Vero, Libr. contra Marcionem compoſuit, qui vſque hodie extat. Feruntur eius & ad Autolycum 3. Volumina, & contra hæreſim Hermogenis Liber 1. & alij breues, elegantéſque Tractatus ad Eccleſiæ ædificationem pertinentes. Legi ſub eius nomine in Euangelium & in Prouerbia Salomonis Commentarios, qui mihi cum ſuperiorum Voluminum elegantia & phraſi non videntur congruere. Guſtum eius modicum exhibet in Expoſitione Parabolæ de Villico iniquitatis quam ipſe de Commentariis eius tranſtulit cum ad Algaſiam de Quæſtione eius Parabolæ interrogatus ab ea, reſponderet. Sixtus Sen. Bibliothecæ ſanctæ lib. 4.

Ex Bellarmino de Scriptoribus Eccleſiaſticis, de S. Theophilo.

SAnctus Theophilus Epiſcopus Antiochenus, ſextus ab Apoſtolo Petro, vixit tempore M. Aurelij Imp. & ſub Commodo eius filio obiit, teſte Euſebio in Chronico. Scripſit multa, teſte S. Hieronymo lib. de Script. Eccleſ. ſed nunc extant tantum *Commentaria in quatuor Euangelia: & libri tres ad Autolycum aduerſus Chriſtianæ Religionis calumniatores.*

S. P. NOSTRI THEOPHILI Patriarchæ Antiocheni, Commentariorum ſiue Allegoriarum, in ſacra 4. Euangelia.

LIBER PRIMVS.

QVATVOR Euangelia quatuor animalibus figurata Ieſum Chriſtum demonſtrant. Matthæus enim Saluatorem noſtrum natum paſſumque homini comparauit. Marcus Leonis gerens figuram a ſolitudine incipit dicens, *Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini?* ſaneque regnat inuictus. Ioannes habet ſimilitudinem Aquilæ, quod ab imis alta petiuerit: Ait enim, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum:* Vel quia Chriſtus reſurgens volauit ad cœlos. Lucas Vituli ſpeciem geſtat; ad cuius inſtar Saluator noſter eſt immolatus. Vel quod ſacerdotij figurat officium *Liber generationis Ieſu Chriſti: filij Dauid, filij Abraham*: quamuis ordine ſucceſſionis? poſterior ſit Dauid, ideo tamen prior quam Abraham in Domini generatione deſcribitur quia, princeps fuit generis Chriſti, & quod in regno clarus enituit, Abraham vero populorum fuit fidelium pater: & ob hoc prius, Dauid filius dicitur Chriſtus. Sciendum eſt quoque quod Matthæus per reges, Lucas autem per ſacerdotes ductam Chriſti originem comprobauit. E Et non eſt mirandum ſi pauciores ſecundum Matthæum ſucceſſiones vſque ad Chriſtum fuerint, plures verò ſecundum Lucam; cum per alias perſonas generatio deducta ſit Ieſu Chriſti: potuit enim fieri vt per eundem temporum curſum, aliis breuior, aliis longior vita proueniret. *Matthæi & Lucæ genealogiarum Chriſti differentia.* *Chriſti autem generatio ſic erat.* Cum Ioſeph non ſit pater Domini Saluatoris; quid pertinet ad Dominum, generationis eius ordo deductus vſque ad Ioſeph; Sciendum eſt primum non eſſe conſuetudinis Scripturarum vt mulierum generatio deſcribatur: Deinde ex vna Tribu fuiſſe Ioſeph & Mariam: vnde ex lege, eam vt propinquam ducere cogebatur in vxorem, Ideoque in Bethleem ſimul cenſentur quod de vna ſtirpe ſint generati. *Cum eſſet deſponſata mater eius Maria:* quare non ex ſimplici virgine deſponſata concipitur Chriſtus? primum, vt per generationem Ioſeph, origo Mariæ monſtraretur: Secundo ne lapidaretur à Iudæis vt adultera: Tertio vt in Ægyptum fugiens, haberet ſolatium viri: Quarto vt partus eius falleret diabolum putantem, Ieſum de vxorata non de virgine natum. *Cur Chriſtus ex deſponſata ſit genitus.* F *Cum ergo natus eſſet Ieſus in Bethleem ciuitate Iuda:* hoc eſt, in domo panis: Nam Bethleem, domus panis; Ioda verò, confeſſio interpretatur; Illic natus eſt Ieſus qui dixit; *Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi.* Ioan. 6. Panis obuoluitur, vt ſciſſam humani corporis vnitatem ſuo redimeret in corpore. Obtulerunt Magi ei munera: aurum vt regi, thus vt Deo, Myrrham vt homini ad ſepulturam. *Admoniti ſunt ne redirent ad Herodem:* Matth. 2. quoniam his qui ex gentibus ad Chriſtum veniunt, recurſus ad ſæculum denegatur. *Tunc miſit Herodes & occidit Infantes:* quod legimus Infantes pro Chriſto occiſos eſſe: ſignificat, incipientes peccare conſilia ſua ad Chriſtum debere conuertere, de quo ſcriptum eſt: *Petra autem erat Chriſtus,* 1. Cor. 10. Et *Beatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram:* Pſal. 136. G hoc autem intelligendum eſt de baptiſmate dixiſſe Prophetam. Nam quod ait, *à bimatu & infra:* gentilem populum atque Iudaicum dicit venturos ad baptiſmum. *Vox audita eſt in Rama:* Ier. 31. id eſt, in excelſo; ſcilicet longè lateque diſperſus. *Rachel plorans filios ſuos:* Rachel vxor fuit Iacob, hîc pro Eccleſia ponitur quæ eſſet Martyres habitura. *Et noluit conſolari:* æſtimans, filios ſuos mortuos in ſempiternum eſſe victuros. *Quoniam Nazaræus vocabitur:* Iſaac Nazaræus. Nazaræi dicuntur ex repromiſſione nati, quorum capita ferrum non tangebat; vt fuit Iſaac, Samuel, Ieremias, Ioannes Baptiſta, Chriſtus Deus noſter, & Samſon, qui in figura fuit Saluatoris noſtri homo magnæ virtutis, quia ad inſtar ſeptiformis Spiritus, ſeptem crines legitur habuiſſe, in quibus ideo vires gerebat, quia *Caput viri Chriſtus eſt.* Et ſicut Samſon, per coniugem amiſſis crinibus, voluit interire: Ita Chriſtus pro coniuncto ſibi genere, id eſt Iudæis, & deſerentibus ſe Diſcipulis qui ſunt fidei lumina, ſponte paſſionem ſubiit Crucis. Deinde velut recuperans crines, reſumpta maieſtate, reſurrexit à mortuis, æternam necem, male conuerſantibus illaturus. *Vox clamantis in deſerto,* Matth. 3. Iſaiæ 40. id eſt, in ſæculo, eo quod non habentes fidem Seculares deſerunt cultum Dei. H *Parate viam Domini:* id eſt, animas Credentium in quibus ambulaturus erat Dominus. *Omnis vallis implebitur,* id eſt, omnis Mundus doctrina Chriſti replebitur: *& omnis collis humiliabitur:* id eſt, diaboli nequitia contereretur. Et *erunt praua in directa,* ſcilicet cum mala conuertuntur in bona. *Cibus Ioannis erant locuſtæ & mel ſylueſtre:* per locuſtas, populos agreſtes ſignificat, mel autem fructum indicat credulitatis ipſorum quibus prophetantibus, dulcis auditus erat vt fide ſua paſceret prædicantem. Siue per Locuſtas, gentes: per mel autem, ſignificat Iudæos, credulitate ſua, fructus Deo dulciſſimos offerentes. *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ:* Matth. 3. Ezech. 11. lapides pro paganis ait propter cordis duritiam, vt in Ezechiel dicitur: *Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum, Ecce ſecuris ad radices arboris poſita eſt:* id eſt, prædicatio ſermonis diuini, ex vtraque parte habens acutum noui ac veteris Teſtamenti: vnde alibi ait, *& gladij ancipites in manibus eorum:*

A Pſal. 149. Radices verò arbori, ſpes & curas hominum dixit. *Ille vos baptizabit in Spiritu ſancto & igni:* hoc ideo ait, ſiue quia ignis Spiritus ſanctus eſt, vt Acta Apoſtolorum docent, cum eo deſcendente, ſedit quaſi ignis ſuper credentium linguas, & impletus eſt ſermo Domini dicentis, Act. 2. *Ignem veni mittere ſuper terram, & quid volo niſi vt ardeat?* ſiue quia in præſenti vita Spiritu baptiſamur, in futura autem, igni. *Baptiſmus ignis in futura vita.* *Habens ventilabrum in manu ſua:* hoc eſt, Crucem. *Et purgabit aream ſuam*; ſcilicet Mundum vel Eccleſiam ſuam: *& colliget frumentum in horreum ſuum:* id eſt, in Paradiſum congregabit Sanctos. Nam per paleas, peccatores ſignificat. Matth. 4. *Statuit Ieſum ſuper pinnam Templi:* per templum, hominem ſignificat, vt & 1. Cor. 3. & 6. Apoſtolus, *vos eſtis Templum Dei*, per pinnam templi, Matth. 3. noſtram indicat ſublimitatem de qua Chriſtum deſcendere diabolus hortabatur dicens, *mitte te deorſum ne offendas ad lapidem pedem tuum:* Lapidem vero, pro homine inuidioſo, propter duritiam cordis, diabolus, B dixit vt & ſupra, *Dic vt lapides iſti panes fiant. Vade retro Satana:* id eſt, vade in ignem æternum. Diabolo hæc dixit. Nam Beato Petro hoc dixiſſe, ſignificat, ſequere me, quia contrarius es voluntati meæ. *Vos eſtis ſal terræ:* ſal appellantur Apoſtoli, quia per illos conditur vniuerſum genus humanum. *Si ſal euanuerit, in quo ſalietur?* Id eſt, ſi Doctor errauerit, à quo alio Doctore emendabitur? *Vos eſtis lux Mundi:* hoc Apoſtolis dicit qui illu- Matth. 5. minant Mundum doctrina cœleſti. *Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita.* Ciuitas, à ciuibus dicitur: id eſt, ab habitatoribus appellatur: Ciuitas, Eccleſia: mons, intelligendus eſt Chriſtus ſuper quem ædificata eſt Eccleſia. *Neque accendunt lucernam & ponunt eam ſub modio ſed ſuper candelabrum:* Lucerna, Verbum Dei eſt, modium autem, lex, eo quod in abdito loco fuerit: Candelabrum verò, crux Chriſti, quæ totum Mundum fulgore ſui luminis illuſtrauit. *Non veni legem ſoluere ſed adimplere:* quia dilectio proximi, legis eſt plenitudo, & cauſa humanæ dilectionis, Chriſtus corpus humanum ſumere C Ibid. dignatus eſt, ideoque non ſoluit Legem ſed impleuit Saluator adueniens. *Iota vnum vel vnus apex non præteribit à lege donec hæc omnia fiant:* per iota, vetus ſignificat Teſtamentum quo Decalogus continetur: Iota enim pro decem eſt apud Græcos, Apex autem quatuor literas habens, per Euangelium quadruplex, Teſtamentum indicat Ibid. nouum. *Eſto conſentiens aduerſario tuo:* hoc eſt, Legi diuinæ conſenti, quam omnis peccator aduerſarium putat obuiantem deſideriis ſuis: & bene es in via, id eſt, in hac præſenti vita vel in carne, *ne tradat te Iudici:* Age igitur quod præcepit, lex, ne te diſſentientem ſibi tradat Iudici, ſcilicet Chriſto, & Iudex tradat te miniſtris, id eſt Angelis, & mittaris in carcerem, id eſt, in Gehen- † Gehennam qua exitur, Purgatorium appellamus. nam. *Et non exeas inde † donec reddas nouiſſimum quadrantem:* id eſt, de omni otioſo ſermone rationem omnino perſolues. *Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue illum:* dextero oculo, & dextera manu, fratrum, vxoris, liberorum, affinium, & propinquorum monſtratur effe- D ctus: quem ſi ad contemplandam veram lucem nobis impedimento eſſe cernimus, ſupradictas truncare debemus iſtiuſmodi portiones, ne dum volumus iacere ſupra cæ- Matth. 6. teros, ipſi pereamus in æternum. *Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua:* per ſiniſtram, præſens vita, futura Dextra, & ſiniſtra, myſticè quid ſit. verò, per dexteram declaratur: vel ex dexteræ indicio, ſignificat Chriſtianos colentes Chriſtum ſedentem ad dexteram Patris, per ſiniſtram verò, hæreticos indicat vel Iudæos. *Nolite theſaurizare vobis theſauros ſuper terram:* id eſt, nolite habere fiduciam carnis. *Vbi tinea*, id eſt, auaritia decipit vel libido: *& vbi fures effodiunt*, id eſt, dæmones ſollicitant peccatores. Nam per theſauros, fidem ſignificat, per terram, carnem, per cœlum, Spiritum. *Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus* Lucernam, oculum, lumen pro Epiſcopo vel his qui in Eccleſia clari ſunt, dixit. Corpus, pro Eccleſia, Tenebras, pro pec- Luc. 11. catis vel ignorantia poſuit. *Si oculus tuus ſimplex eſt, totum corpus tuum lucidum erit:* Lippientes oculi ſolent lucernas videre numeroſas: ſimplex autem oculus & purus, ſimplicia intuetur & pura. Hoc eſt ergo quod ait: quomodo totum corpus in tenebris eſt ſi oculus ei non fuerit, ita ſi anima principalem fulgorem ſapientiæ perdiderit, vniuerſus ſenſus in caligine commoratur. *Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, in tuo autem trabem non conſideras?* hoc autem ad eos ait qui male viuentes audent cum ſimplicioribus de lege contendere, quorum ab oculis, ſtipulam coronæ Dominicæ mundare nituntur, & in ſuo trabem non ſentiunt Crucis. *Nolite ſanctum panem dare canibus:* per canes ſignificat eos qui poſt pœnitentiam peccant. *Neque mittatis margaritas ante porcos*, per porcos, illos vult intelligi qui nec dum Euangelio crediderunt, & in luto incredulitatis ſuæ vitiiſque verſantur: quibus ait *Margaritas*, id eſt, myſtica Sacramenta fidei non debere committi. *Nunquid colligunt de ſpinis vuas: aut de tribulis ficus?* In ſpinis & tribulis hæreſes intelligendæ ſunt de quibus iuſtitiæ fructum nemo colligit, id eſt, Martyres in hæreticis nemo nouit. *Non poteſt arbor bona malos fructus facere.* Arbor mala, homo peccator eſt qui malos fructus facit, hoc eſt peccata libidinis & auaritiæ: Arbor autem bona homò bonus eſt placens Deo, faciens fructus bonos. *Omnis qui audit verba mea & facit ea, ſimilis eſt viro ſapienti qui ædificauit domum ſuam ſupra petram:* Petra, Chriſtus eſt intelligendus, domus, vita hæc præſens iuncta Deo, fulmina & venti impetus perſecutionis, arena, hæreſis in qua quidquid ædificatum fuerit cadit. *Acceſſit quidam Centurio:* hic figuram gerit populi Gentilis credentis in Deum & venientis ad fidem ex omni Orbe terrarum. Sanè quod ait, *Filij huius regni ibunt in tenebras exteriores.* Iudæos incredulos taxat. *Vulpes foueas habent:* in te ſcilicet, tanti doli tantæque ſunt fraudes, vt in tuo corde vulpes videantur feciſſe cubilia. *Et volucres cœli nidos:* id eſt, tantum ſuperbus es vt volare te æſtimes, cumque ſit pectus tuum plenum iniquitate & arrogantia, Chriſtus illuc ſuccedendi non inuenit locum. *Sine mortui ſepeliant mortuos ſuos.* Id eſt, permitte infideles officia præbere naturæ. Tu autem viuificaturus animas, meus eſto pediſſequus. *Numquid poſſunt filij ſponſi ieiunare quamdiu cum illis eſt Sponſus?* Sponſus, Chriſtus eſt, filij autem Sponſi nouiſſimi Chriſtiani, qui diuina faciendo præcepta minimè ieiunamus, adhærentes ei qui dixit, *Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi:* quiſquis ergo ab eius mandatis fuerit alienus, auferetur ab eo ſponſus, id eſt, Chriſtus, & tunc ieiunabit. *Nemo mittit commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus:* indumentum vetus veterem hominem ſignificat, Nouum verò indumentum hominem indicat ſpiritualem, qui carnali iunctus maiorem facit ſciſſuram maluſque peccatum. *Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres:* Vinum nouum, ſacramentum eſt noui Teſtamenti, vtres autem veteres, Iudæi ſunt. Nam vtres noui, nos ſumus Chriſtiani: muſtum bibentes, id eſt, doctrinam ſancti Spiritus. *Ecce mulier quæ profluuio ſanguinis laborabat:* per mulierem hæmorrhouſam, Eccleſia ſignificatur ex Gentibus, in cuius imagine, antè iugulati ſunt Machabæi cæterique Prophetæ: Sed veniens Chriſtus iudicio Crucis ſuæ, non in muliebri profluuio fecit ſanguinem Martyrum fundi, ſed in gloria ſua. Veſtimentum autem Saluatoris tetigiſſe mulierem, diuinas ſignificat Scripturas, 12. verò anni, Apoſtolorum numerum monſtrant. *Non eſt mortua puella ſed dormit:* hoc ideò ait, quoniam Deo viuunt omnia. *Et cum eiecta eſſet turba, intrauit & tenuit manum puellæ:* Non enim erant digni vt viderent myſterium reſurgentis, qui reſuſcitantem Dominum indignis contumeliis deridebant. *Et tenuit manum eius, & ſurrexit puella:* Niſi prius mundatæ fuerint manus Iudæorum, quæ ſanguine plenæ ſunt, Synagoga eorum mortua non reſurget. *Meſſis quidem multa, operarij autem pauci:* meſſis, id eſt populus: operarij autem pauci, id eſt, Doctores Eccleſiæ. *Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum.* Lupos, perſecutores, Oues autem, Chriſtianos ait. *Aſtuti eſtote ſicut ſerpentes:* Qui in neceſſitate mortis, caput ſuum celant, corpus autem ſuum velut minus neceſſarium negligunt cædi exponentes: Ita & nos caput noſtrum facultateſque noſtras abiiciamus, *Simpli-*

Matth. — *Hæc corã Martyres.* — Marc. Luc. — *Ædificata omnia in hac corru…* — Matth. — Iob. 6. — G — Matth. — H — Matth. 10.

A *ces ſicut Columbæ*, Columba, Eccleſia eſt. *Cum autem perſequuntur vos in hac ciuitate, fugite in aliam.* Hoc Apoſtolus ait: cum vos in hac congregatione Iudaica fuerint perſecuti, fugientium more, celeriter ite ad gentes, hoc eſt, Paganos: &, ſi apud eos perſecutionem prædicatio diuina pertulerit, migrandum eſt rurſus mente non corpore, ad illos ſcilicet, qui errantes, viam veritatis affectant, de quibus dicit Ieſus, Ioan. 10. *& alias Oues habet quæ non ſunt ex hoc Ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum Ouile, & vnus Paſtor. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine:* Tenebras, pro Iudæis, lumen autem, pro Chriſtianis ait, vt dicit Apoſtolus, Epheſ. 5. *eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, ergo vt filij lucis ambulate. Et quod in aure auditis prædicate ſuper tecta:* Autem populum ait propter auditum, ſic oculi Principes intelliguntur, eò quod cæteros illuminent prædicatione diuina: tecta autem, promiſſa diuina ideo dixit, quia Credentes temoueri habebant à conuerſatione terrena, & in via cœleſtis B diſciplinæ conſtitui. Iſte eſt ſenſus, omnia quæcumque à me auditis, populo; publicè ac veluti in edito, prædicate, Pſal. 123. *Nonne duo paſſeres aſſe veneunt?* Spiritum animamque ſignificat, vt ſcriptum eſt, *Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium:* Aſſis autem, denarius fidei eſt ad quam religionis ſtudiò conuenimus: *Et vnus ex iis non cadet ſuper terram.* Super terram, verè hominem ſignificat qui ſine voluntate Patris cœleſtis nec animam nec ſpiritum ſumit. Matth. 6. *Sed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt.* Quod caput noſtrum Chriſtus eſt, Capilli eius, Sancti ſunt intelligendi, quos Chriſtus numerare dignatur: Non ergo hic capillis noſtris ſignificat comam quæ in noſtra vel in tonſoris eſt poteſtate. *Non egent ſani medico ſed malè habentes:* Infirmitas Mundi viſitata eſt aduentu Saluatoris Domini, omnes enim peccauerant & egebant gloria Dei: Aduentu verò eius nullum iuſtum inuenit ſed omnes reos: & qui frenetica rabie medicum occiderunt, qui infirmitates noſtras & labores noſtros portauit, & crucifixus eſt pro nobis vt de C ſanguine ſuo fieret medicamentum quo ſanaretur omnis ægrotus. Matt. 13. *Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro.* Theſaurus abſconditus in agro gratia eſt in mundo miſſa, dicente Domino, *Ager autem hic Mundus.* Ideo autem ait theſaurum abſconditum, quia non omnibus datur. *Margarita precioſa*, eſt Trinitas ſancta quæ diuidi non poteſt, nam in vnitate conſiſtit. *Rete miſſum in mare*, eſt prædicatio data ſæculo. Capti ſunt piſces, id eſt, conuenerunt ad Eccleſiam boni & mali, ſed mali ruperunt retia, ſchiſmata facientes, & multi infideles exierunt de congregatione Catholica. *Eccleſia ſimilis Naui.* Matt. 14. *Seceſſit inde in Nauicula:* Nauis eſt Eccleſia: quia vt illa de tabulis, ſic & iſta de animabus eſt compoſita fidelibus: vela extendit orando, anchoram fidei figit in cœlo, habet arborem crucis, funes Charitatis extendit, & remigia ſanctæ operationis habere cognoſcitur. *Acceptis quinque panibus & duobus piſcibus, &c, manducauerunt omnes: & ſaturati ſunt.* Dei quinque panibus, hoc eſt de doctrina Pentateuchi: & duobus piſcibus: hoc eſt, duobus Teſtamentis, D Vetere & Nouo, quinque millia hominum, ſaturata ſignificant, quod quinque ſenſibus perfecti ſunt: id eſt, videndi, odorandi, guſtandi, & palpandi, & ipſi de ſiniſtra ad dexteram tranſeunt. Marc 6. *Vel*, De ſeptem panibus (id eſt doctrina Spiritus ſeptiformis) & paucis piſcibus, id eſt, Apoſtolis, quatuor millia hominum ſaturata, ſignificant quod in quatuor cardines Mundi verbum Dei cucurrerit, vt legimus: *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum:* per ſeptem etiam ſportas, ſeptem Eccleſias dicit quas in Apocalypſi legimus, quæ vnitatis gratia continentur. *Et ambulabat Ieſus ſuper Mare:* ideo Ieſus ambulabat ſuper Mare, quia Pſal. 68. venientem in hunc Mundum *non demerſit tempeſtas aquæ, neque abſorbuit Profundum, nec coarctauit ſuper eum puteus os ſuum.* Et quia venit Princeps huius mundi, & in eo nihil inuenit ſuum. Denique ſupra Mare ambulabat, quia nullo pondere peccati grauabatur: Petrus verò ſupra petram fundatus, in quo figurabatur Eccleſia in qua boni & mali ſunt iuncti, mergebatur: ſed Domini eſt dextera ſubleuatus, quia *nouit Dominus pios de tentatione* E *eripere. Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & proijce* Matt. 14. 2. Pet. 2. Matt. 18. *abs te.* Oculus ſcandalizat, cuius ſacerdos, tantum dictor eſt & non factor, dicente Domino Apoſtolis: *vos eſtis lux mundi.* Et quid eſt, *erue eum abs te*, niſi quod cum aliquis ſacerdotum de Catholico dogmate in aliquam hæreſim declinauerit, abiiciendus eſt, ne cum illo plebs in gehennam mittatur; per manum autem, amicum, per pedem verò ſeruum ancillamque ſignificat. *Ouis erratica*, anima eſt quæ habens pabulum ſpirituale, ſine paſtore in peccatis errabat, quam Angelis Dominus ſociauit. *Erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi:* Matt. 19. Ex gentibus ſcilicet Chriſtiani: & primi nouiſſimi, id eſt, Gen 25. Iudæi. Vt legimus, Rom. 3. *maior ſeruiet minori. Deus cæcos illuminauit,* Matt. 22. Iudæos atque Gentiles: *Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei.* Hi iuxta viam erant, quia in Chriſtum necdum crediderunt, qui eſt via: veritas ac vita. *Simile eſt regnum Cœlorum homini Regi qui fecit nuptias filio ſuo:* F Dominus Ieſus venit hîc ad nuptias vt animam noſtram ſpiritui maritaret, quorum copula ſpirituali filios procreamus, Charitatem ſcilicet, pacem, gaudium, ſpem, bonitatem, manſuetudinem, continentiam. *Cui autem ſimilem æſtimabo generationem iſtam? ſimilis eſt* Matt. 11. *pueris ſedentibus in foro & clamantibus.* 1. Cor. 14. Duo genera puerorum ſunt: alij ſenſu, alij malitia tales ſunt, vt legimus, *nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote vt perfecti ſitis ſenſibus.* Forum autem, Ieruſalem ſignificat in qua diuinæ Legis Iuſtitia tractabatur: In quo foro olim dicuntur fuiſſe Prophetæ, poſtea Apoſtoli carentes malitia, quibus ait Ieſus, Ioan. 21. *Pueri numquid pulmentarium habetis? Cantauimus vobis & non ſaltaſtis:* id eſt. Aduentum & gloriam Domini prædicauimus, & credere noluiſtis, Saltare enim, lætari eſt. *Lamentauimus & non planxiſtis:* excidium ſcilicet Ieruſalem, & diſperſionem populi, nec tamen pœnitentiam egiſtis.

Matt. 12. *Abijt Ieſus Sabbato per ſegetes:* Ager eſt omnis Mundus iſte, Agri ſegetes, fœcunditas numeroſa Sanctorum; G Spicæ agri, fructus Eccleſiæ, quos diſcutientes Apoſtoli, operibus ſuis paſcebantur. Confricantes autem manibus ſuis ſpicas, Apoſtolos manducaſſe ob hoc ait Euangeliſta, vt paleas & ariſtas (id eſt, peccata) à Credentibus, Baptiſmate ſepararent. Dies verò Sabbati, aduentum indicat Saluatoris: 5. enim libri Moſis, quinque dies computantur, & omnium Prophetarum dicta, liber vnus ſextuſque dies accipit, vnde Sabbatum ſeptimo ponitur loco. Matt. 12. *Inuenit Ieſus hominem habentem manum aridam*, id eſt, infructuoſam: cui: dicendo, *Extende manum tuam*, ſignificat, eum non auarum debere eſſe ſed largum. Matt. 12. *Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet:* Qui peccatori non porrigit manum nec portat onus fratris, iſte quaſſatam arundinem confringit, & qui modicam ſcintillam fidei contemnit in paruulis, hic linum extinguit fumigans, quorum vtrumque non fecit Chriſtus, ad hoc enim venerat vt ſaluum faceret quod perierat. Matt. 12. *Quomodo poteſt intrare quis in domum fortis & vaſa eius diripere, niſi prius alligauerit* H *fortem?* fortis erat præterito tempore Sathanas qui omne genus hominum in hoc Mundo velut vaſa propria poſſidebat: ſed veniens fortior eo Filius Dei, victo illo, paſſione ſua eruit nos è poteſtate ipſius, & fecit nos vaſa ſua, dans nobis Spiritum ſanctum. Hunc autem habemus theſaurum (vt ait Apoſtolus) in vaſis fictilibus: ergo corpora, vaſa dixit. *Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei neque in hoc ſæculo neque in futuro:* Sciendum eſt quia filius hominis cuiuſlibet, quæ carnis ſunt, ſapit: Cui ſi contradicitur, iuſtitia eſt ante peccatum. Nam Ieſus Chriſtus Dominus noſter, humilitatis ſtudioſè filium hominis dicebat, cum eſſet & per Patrem Deus & per matrem homo, quamuis omnes facientes iuſtitiam (ſicut ait Apoſtolus) *Filij Dei vocemur & ſimus.* Rom. 8. Gal. 3. Propterea ergo negat contra Spiritum ſanctum emiſſum verbum poſſe dimitti, quia Deus ſpiritus eſt & ſpiritualis eſt lex diuina. Ergo ſicut quemcunque filium

[A] hominis humana meditantem impunè contemnimus, ita dicenti agentique ſpiritualia, vt filium Dei non reſalutare perpetuus eſt reatus niſi pœnitentiæ remedia conſequamur. Nam peccator conuerſus ad Deum, & delictis ſuis terminum ponens, deſinit eſſe peccator vt ait Ezechiel [Ezec.18.]: *Iuſtitia iuſti non liberabit eum, in quacunque die errauerit, & iniquitas iniqui non diſperdet eum quocumque conuerſus fuerit.* Denique Paulus perſequens Eccleſiam Dei [Matt.12.], ſpirituale peccatum gerebat, ſed miſericordiam eſt conſecutus à Domino, quia ignorans fecerat in incredulitate ſua. *Regina Auſtri ſurget in iudicio*: ſicut regina Saba venit ad Salomonem, ita Eccleſia cum multitudine Credentium, ab omni orbe terrarum venit ad Chriſtum: de hac Eccleſia, Dauid ait [Matt.13. Pſal.44.]: *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circumamicta varietate. Simile eſt regnum Dei grano ſinapis*: granum ſinapis miſſum in agrum, ſeipſum Saluator oſtendit, qui miſſus eſt in hunc Mundum à Patre, de cœlis: quod minimum granum minus eſt quidem omnibus ſeminibus, ſcilicet quod ipſe depoſito honore cœleſti, humilior ſit [B] factus omnibus hominibus vt ait Apoſtolus [Philip.2.], *qui cum in forma Dei eſſet* (inquit) *non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens.* Ergo propter contumelias quas ipſe pertulit noſtri cauſa humiliorem ſe omnibus demonſtrauit: ſed poſtquam creuit Chriſtus, ſcilicet vel in cruce vel reſurgens, recepta iam poteſtate, maior omnibus hominibus; vt ſanctus Paulus ait: *propter hoc*, inquit, *exaltauit illum Deus, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Arborem autem fieri, ita vt volucres cœli habitent in ramis eius, Eccleſiam quæ poſt paſſionem & reſurrectionem Domini nata eſt, oſtendit, cuius ramos eſſe Apoſtolos, conſtat, ad ſuperna tendentes. Volucres autem cœli habitantes in ramis, homines ſignificat ſpirituales qui in Apoſtolorum Catholica doctrina requieſcunt: qui ideò volucres appellantur quoniam ſanctæ conuerſationis ſtudio vo- [C] lare videntur ad cœlum, à terrenis operibus recedentes. Tum, vt ait Apoſtolus [1.Cor.15.], *& nos qui viuimus ſimul rapiemur in nubibus obuiam Chriſto in aëra, & ſic cum Domino erimus.* Siue propterea Regnum Dei grano ſinapis adæquatur, quia ita difficilia in deuotis præcepta diuina, ſicut vehemens eſt ac moleſtum ſinapi illud ſumentibus. [Matt.13.] *Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro*: Ager hic, Mundus eſt; theſaurus, Chriſtus eſt qui triduana latuit paſſione: Vnde vendendum eſt nobis omne quod habemus in ſæculo, vt vitam mereamur æternam. [Matt.14] *Acceptis Ieſus quinque panibus & duobus piſcibus*: Per quinque panes, Pentateuchum ſignificat, id eſt, quinque libros Moſis: per duos piſces, duo Teſtamenta; vetus & nouum; quibus Dominus genus humanum paſcit. *Veſpere autem facto ſolus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus*: Mare ſignificat ſæculum, Nauis, Eccleſiam, ventus, Diabolum, quarta vigilia, Euangelia deſignat, quæ adueniens in fine ſæculi nobis detulit Chriſtus. Turbatum autem [D] Petrum viſa tempeſtate diabolicæ auræ, Paſſionem indicat Chriſti cum pene ſubuerſa eſt fides negantis Apoſtoli [Marc.6.], *& rogabant eum vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent*: Veſtimentum Saluatoris, lex eſt diuina in qua ſunt plura mandata, ſicut in veſtimento multæ ſunt fimbriæ: quarum vnam ſi quis contigerit (id eſt, de multis, vel vnum præceptum Saluatoris faciens) remedium percipit ſalutare. [Matt.15.] *Ecce mulier Cananæa de finibus illis veniens*: hæc mulier, Gentilis populi habebat figuram, qui rogabat Dominum vt congregatio eius ab erroribus Idololatriæ mutaretur: At Ieſus diſſimulabat, vt fides mulieris omnibus fieret manifeſta. *Et Apoſtoli dixerunt, quia clamat poſt nos*: ſignificantes, poſt reſurrectionem Domini, Gentilem populum crediturum, *Reſpondit Ieſus, non ſe miſſum eſſe niſi ad oues perditas domus Iſraël*: id eſt, ad populum Iudæum ſaluandum, ſi tamen credere voluiſſent. *Non licet*, inquit, *accipere panem filiorum, & mittere canibus*: Panem corpus ſuum dixit, Canes autem Gentiles homines [E] velut indignos gratia diuina. *At illa reſpondens ait, vtique Domine*: id eſt, verum dicis. *Sed & catuli edunt de micis menſæ dominorum ſuorum*: per catulos oſtendit omnes gentes venturas ad fidem Dei, & eſuras ex micis: id eſt, ex Prophetarum Apoſtolorumque doctrinis: quas de menſa cadere, eſt de congregatione populi Iudaici ſeparati ad reſurrectionem generi humano præbendam: Menſa enim, congregatio populi eſt intelligenda. *Vade ad mare & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit tolle* [Matt.17.], Hoc tributo, Paſſio Domini deſignatur, quia homo abſtrahendus erat à ſæculo, habens in ore ſuo ſtaterem: id eſt, didragma, 4. continens dragmas, quibus intelligenda ſunt 4. Euangelia: quorum proditio, teſtimonia fidei demonſtrabat, vnde debitum (id eſt, peccatum) generis humani poſſit abſolui, quia paſſione Chriſti liberandi eramus à debitis peccatorum. *Nonne hic eſt filius Ioſeph fabri?* Filium fabri, vel ab obtrectatoribus ſe Ieſus voluit appellari, quia ipſe Conditor Mundi Deus in prin- [F] cipio fecit cœlum & terram: Et quia terrena nos docent quæ ſunt cœleſtia, quaſi bonus animæ faber, ſpiritualia vitia noſtra circumdolat, cito etiam ſecurim admouens arboribus infœcundis, ſecare doctus exigua, ſublimia ſeruare culminibus, rigida mentium ſpiritus igne mollire, & in varios vſus, omne humanum genus diuerſa miniſteriorum qualitate formare.

Herodes enim tenuit Ioannem & alligauit eum, caputque eius in diſco ad menſam ſibi fecit afferri, Diſcus, nouiſſimam ſæculi partem ſignificat, futurum enim erat nouiſſimis temporibus, vt puella (id eſt, Eccleſia) acciperet caput Chriſti, quod obtulit matri, ſcilicet Synagogæ: ergo paſſionem Chriſti ſignificat Ioannis paſſio. *Non dico tibi ſepties, ſed & vſque ſeptuageſies ſepties*: id [Matt.18.] eſt, 490. vicibus, vt toties ille peccanti dimitteret in die quoties ille peccare poſſet: ſiue quia hic numerus ita veniæ conuenit vt pœnæ. Nam de Lamech ita ſeptuagies ſepties vindicatum eſt, ſicut & poſteri imitatoreſque [G] malitiæ eius Iudæi, 70. anno (Eſdra docente) de Babylone rediere captiui. *Et cum cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus qui debebat ei 10. talenta.* [Ibid.] Per ſeruum debitorem ſummæ prædictæ, vniuerſos homines ſignificat generaliter, qui tranſgreſſo Decalogo debitores Deo fuimus & nobis Dominus dimiſit debita peccatorum per gratiam baptiſmatis, ſiue per pœnitentiam. Ita ergo & nos cæteris debitoribus noſtris indulgere debemus, ne affectibus ſenſuum noſtrorum amiſſis cogamur debita noſtra ſoluere. *Ieſus aſcendit in montem*: id [Matt.17.] eſt, maieſtatem Patris. Et vultus eius immutatus eſt: id eſt, maiore ſui luminis claritate, ne diſcipuli de ipſo adhuc dubitarent. Nam dixerat ſancto Petro: *Modicæ fidei, quare dubitaſti?* [Matt.19.] Per veſtem ipſius ſplendidam, adſumptionem ſanctorum futuram inducit: per tria vero tabernacula, triduanam habitationem paſſionis oſtendit, ſiue Trinitatis figuram. *Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem intrare* [Matt.17.] *in regnum cœlorum*: per diuitem, populum ſignificat [H] Iudæorum, qui cum diuitiis egreſſus eſt de Ægypto, de quo legitur *diuites eguerunt & eſurierunt* [Pſal.33.], per camelum autem, Gentilem populum dicit, nihil habentem rectum, gerentemque ſarcinam peccatorum, ac per foramen acus intrantem, id eſt, per arctam viam incedentem, quæ ducit ad regnum cœlorum: nam & Iudas de pretio perditionis diues, ſed vitam æternam non meruit. *Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam.* [Matt.20.] Paterfamilias, Chriſtus eſt, qui operarios conducit & qui credentes colligit vt mercedem ſuæ ſanctitatis accipiant; Vinea vero, obedientia legis eſt; denarius autem, vita æterna. Primæ horæ operarij, virgines ſunt qui ſe laborem corporis & calorem primæ ætatis toleraſſe dixerunt, per cætera autem ætatis augmenta, incontinentes accipiendi ſunt. Veſpere accepiſſe mercedem, aduentū Chriſti ſignificat, Siue

A primæ horæ operarius eſt Adam, Tertiæ, Noë, Sextæ,
Abraham, Iſaac, Iacob, & cæteri Patriarchæ; Vndecimæ,
Apoſtoli, & omnes Chriſtiani fideles: quibus vniuerſis,
remuneratio æqualis eſt data; id eſt, denarius habens fi-
t.21. guram Domini æternam vitam Credentibus dantis. *Ho-*
mo quidam habuit duos filios, & accedens ad primum di-
xit; Fili, vade operare in vineam meam: At ille re-
ſpondens ait, volo: per duos filios, duos populos dicit,
Iudaicum atque Gentilem: quorum prior, Gentilis eſt
intelligendus negaſſe paternis parere præceptis, & ta-
men feciſſe: poſterior autem promiſit ſe facturum quod
iuſſerat (vt puta Iudæi) & promiſſa minimè compleuit:
Vinea vero, lex eſt accipienda, ad cuius præcepta om-
3. nes homines inuitantur. *Homo erat paterfamilias qui*
plantauit vineam, & ſepe circumdedit eam: id eſt, Deus
omnipotens plantauit dumum Iſraël: turrem vero, le-
gem dicit; lacum, Templum: Coloni autem, Iudæi
ſunt, ſeps, fides eſt: Seruos occiſos, Prophetas: Alios
B poſtea miſſos, Apoſtolos dicit, ex quibus vnum decolla-
uerunt, Ioannem.* Nouiſſimè filium ſuum miſit, ſcilicet
tt.22. Chriſtum, quem occidiſſe noſcuntur. *Reddite quæ ſunt*
Cæſaris, Cæſari: Tempore perſecutionis reddendum
Cæſari præcipit corpus, in quod ſolummodo poteſta-
tem habet, Deo autem dicit debere reddi conſtantiam
ſpiritus & animæ. *De ſeptem fratribus vnam vxorem ha-*
bentibus 7. fratres, libri veteris Teſtamenti intelligendi
ſunt: Vxor eorum ſignificat ſynagogam, cum qua Pa-
triarchæ conuenientes dederunt ſemen fidei Chriſtianæ;
tt.24. ſed illa non concepit. *Exurget regnum ſuper regnum:* id
eſt, aduerſus regnum Chriſti Catholicum, audebit Dia-
bolus hæreſes concitare. *Erunt terræ motus & fames:*
ſignificat, homines verbi diuini famem paſſuros, qui ti-
more Diaboli, ad hæreſes confugient. *Tunc qui in Iudæa*
ſunt, fugiant ad montes: per Iudæam terram ſanctam, ſi-
gnificat hominem caſtum confugere debere ad Apoſto-
lorum doctrinam: *Et qui in agro eſt,* in Eccleſia: *non*
reuertatur tollere veſtimentum ſuum, hoc eſt, veterem
hominem derelinquat. *Væ autem prægnantibus:* hic ſig-
C nificantur qui in corde concipiunt aliquod opus ſan-
ctum, & perficere illud cauſa auaritiæ diſſimulant, eo
autem neglecto, voti ſui veluti prægnantes exiſtunt: La-
ctentes autem ſunt, qui diuina præcepta negligenter do-
cent aut ſapiunt vt paruuli, quibus non ſolidus cibus ſed
lac neceſſarium eſt. *Orate ne fiat fuga veſtra hyeme, vel*
t.24. *Sabbato:* id eſt, ne refrigeſcente charitate, ad Gentilita-
tem reuertaris: aut Iudaiſmo conſentiens, ex præcepto
Antichriſti Sabbatum colas: ſiue hic ſenſus eſt, ne pro-
pter aſperitatem temporis, frigus fidei patiamini, aut in
Sabbati otio, deuotionis timorem minimè ſeruare poſ-
ſitis, vel certè perſecutores euadere non valeatis. *De die*
illa autem vel hora, nemo ſcit: diem & horam Deus ſe
tantum ſcire, non hominem voluit, & ideo nec Filium
dixit ſcire, vt improbitatem humanam in Iudicij diuini
curioſa inquiſitione confunderet, cum filium hominis
hoc neſcire dixiſſet: cæterum Filius Dei qui Deus ex
.16. Deo eſt, hoc ignorare non poterat, quippe dixit: *Om-*
nia Patris mea ſunt: Si ergo natura Patris in filio erat,
D ſcientiæ natura degenerare non poterat: ergo diuinitas
vna Patris & Filij, diem & horam nouerat quam crea-
uit; non poterat autem noſſe humana fragilitas quod
tt.3. vtiliter ignorabat. *Tunc erunt duo in agro, Vnus aſſu-*
metur & alter relinquetur. In agro ſunt, qui gubernant
Eccleſiam, vt ait ſanctus Paulus: *Ego plantaui, Apollo*
rigauit, Deus incrementum dedit. Duo in lecto: in le-
cto eſſe, Monachos ſignificat qui amant quietem, alie-
ni à tumultu generis humani & Domino ſeruientes, in-
ter quos, ſunt boni & mali: per molam, mundum in-
dicat & eos qui mundanis actibus conteruntur: nam
ſicut mola duobus lapidibus conſtat, ita alter populus
inuiſus Deo, alter Catholicæ Eccleſiæ Orbem in terris
complent, & horum aliqui Deo complacent, aliqui
artibus ſæculi ita vtuntur vt inde nequeant liberari,
7. cum alij ſic ibi ſint (ait Apoſtolus) *vt qui vtuntur hoc*
25. *Mundo, tanquam non vtantur. De decem virginibus,*
interpretatio hæc eſt: quinque eſſe corporis ſenſus, ſci-
licet videndi, audiendi, odorandi, guſtandi, & tan- E
gendi: qui propter abſtinentiam illicitarum rerum &
propter integritatem fidei in vtroque ſenſu continent,
Virgines appellantur vt ait Apoſtolus, *Deſpondi vos vni* 2.Cor.11.
viro, virginem caſtam exhibere Chriſto: & quia Vir-
ginitatis deuotioniſque ipſius corruptor eſt Diabolus,
adiecit Apoſtolus; *timeo autem ne ſicut Serpens Euam*
ſeduxit verſutia ſua, ſic & veſtri ſenſus corrumpantur à
Charitate quæ eſt in Chriſto. Lampades autem, opera
bona dixit, ſicut Saluator diſcipulis ſuis, *Sint lumbi* Luc.12.
veſtri præcincti, & lucernæ ardentes: in Lumbis accin-
ctis, eſt intelligenda virginitas, In lucerna vero arden-
ti, opera bona. Quinque igitur ſapientes Virgines no-
lunt videre quod malum eſt, ab illicitis ſacrificiorum
cibis* ora ſubtrahunt, complexum deteſtantur alienum,
auditum ſuum à detrahente conuertunt, odorem diuinæ
charitatis inquirunt frangendo panem eſurienti, hoſpi-
tem in domum ſuam introducendo, veſtientes nudos,
concordantes litigioſos, viſitantes ægrotos, ſepelientes F
mortuos: hoc agentes, & virgines & ſapientes Virgi-
nes comprobantur: Negligentes vero, & bona prædi-
cta non facientes, ſtultas eſſe non dubium eſt. Et ſa-
pientes lampades habent lucentes oleo in vaſis allato,
quod eſt, charitate conſcientiæ ſuæ in proximos, ha-
bere probantur: Nam ſicut oleum omni liquori ſuper-
natat & eminet, ita charitas præcellit omnibus rebus
& laudibus. *Tardante autem ſponſo, obdormierunt om-*
nes, ſcilicet fatuæ: Nam prudentes niſi perſeueraſſent
in vigiliis vſque in finem, non introiſſent regiam
Sponſi: *Ecce media nocte clamor factus eſt:* Noctem
pro ignorantia poſuit, ac ſi diceret, cum neſcirent:
Ipſe enim ait, *Non eſt veſtrum ſcire tempora vel mo-* Act.1.
menta quæ Pater poſuit in ſua poteſtate. De hoc clamore
etiam dicit Apoſtolus, *in ictu oculi, in nouiſſima tuba,* 1.Cor.15.
& mortui reſurgent incorrupti & nos immutabimur. Dum
eunt emere: id eſt, dum quærunt aliorum fauorem &
adulationum ſuffragia, & non operari optant, *cæpe-*
runt aptare lampades ſuas: id eſt, in Reſurrectione à
mortuis, cœperunt operum ſuorum Deo reddere ratio- G
nem, quia tunc nemo venalis eſt nec quiſquam alteri
plus quam ſibi conſulit. *Ite ad vendentes & emite vo-*
bis: hoc reſponſum dedere, irridentes non conſulentes,
vt irent ad adulatores & emerent ſibi oleum, id eſt,
laudem famamque probitatis. *Ne forte non ſufficiat no-*
bis & vobis: ne ad arrogantiam nobis accidat ſi vobis
diuinorum præbeamus munerum portionem. *Pulſantes* Matth.7.
dixerunt, Domine Domine aperi nobis, dictum quidem
à Domino, *pulſate & aperietur vobis;* ſed in hac præ- Matt.25.
ſenti vita, quando miſericordiæ non iudicij tempus
eſt. *Et vni dedit quinque talenta:* id eſt, Pentateu-
chum, quem accipiens fidelis Seruus, Decalogi præ-
cepta compleuit. *Alij dedit duo talenta:* hoc eſt, duo
Teſtamenta, Vetus & nouum; de quibus fidelis Ser-
uus, Euangelia virtutum opere coæquauit. *Alij dedit*
vnum talentum: vnam ſententiam: *quod tibi non vis*
fieri, alij ne feceris: quam ſententiam, nequam Ser-
uus, non exequendo, id eſt, aliis non præbendo, ce- H
laſſe & obruiſſe comprobatur, velut ſiquis lucernam
ſub modio, tenebris per liuorem abſcondat. *Venit dies* Matt.26.
Paſcha: Paſcha, Domini paſſio eſt vel tranſitus, tri-
duum, Eccleſia eſt: per patrem familias, Domini Pa-
trem ſignificat, per domum eius, Ieruſalem cœleſtem
debemus intelligere vbi cum ſanctis eſt conuiuium ha-
biturus Chriſtus Dominus noſter. *Inuenietis pullum aſi-* Matt.21.
næ: per aſinam, figurare intelligenda eſt Synagoga, per
pullum aſinæ, laſciuum populum Gentilem indomi-
tumque ſignificat, ad quem duos ex Diſcipulis miſit,
Petrum in circumciſionem, Paulum in gentes. *Tunc*
impoſuerunt veſtimenta ſuper illam, & Ieſum ſuperſe-
dere fecerunt. Id eſt: Veſtis Apoſtolica, Scriptura-
rum eſt expoſitio diuinarum, & niſi cœleſti doctrina in- *Præſepe*
ſtructa fuerit anima, ſeſſorem habere Deum non me- *Chriſti de*
retur: Vel, *adduxerunt aſinam & pullum eius:* id eſt, *quo cibaria car-*
Gentilem populum qui & præſepe Domini ſui igno- *nis eius*
rauit; hoc ſcilicet de quo cibaria ſumimus. *Ramos* *ſumimus.*

de

de arboribus abſcindentes : peccata ſunt, quæ in nobis vi-
tebant ; Arbores enim, homines ſunt : vel ramos de ar-
boribus cædere, & viam ſternere ; eſt peccata ſua Domi-
no confiteri, quo facilius in corde credentium Chriſtus
6. Dæmonum victor incederet. *Hoc eſt enim corpus meum:*
Corpus ſuum, panem dicens de multorum granorum
adunatione congeſtum ; populum hunc quem aſſumpſit
iudicat adunatum. *Hic eſt calix ſanguinis mei :* Sangui-
nem ſuum, vinum appellans de botris atque acinis plu-
rimis expreſſum & in vnum coactum, item congregatio-
nem noſtram ſignificat commixtione adunatæ multitu-
dinis copulatam. *Pater ſi fieri poteſt, tranſeat, vel transfer
à me calicem iſtum :* fragilitatem in ſe Dominus præfigu-
rabat humanam, qui ſine labore patiendi liberari ſe cu-
piebat à corporis nexu. Ob hoc, Calicem, pro paſſione
ait : Nam vinum, ſanguis interpretatur ; & calix, corpus
agnoſcitur : Sicut enim vino, calix ; ita ſanguine plenum
eſt corpus humanum. *Et Percuſſit Petrus ſeruum Princi-
pis ſacerdotum & amputauit eius auriculam dexteram ?* Is
autem cui ablata eſt, Malchus dicebatur : id eſt ; rex
quondam populi Iudæorum, ſeruus factus eſt impietatis
Iudaicæ, qui ideo perdidit dexteræ auris auditum, quia
totam liberè ciuitatem audire conſueuerat per fene-
ſtram : ſed & Dominus, his qui ex Iudæis credere volunt
reddit autem dexteram, & facit eos ex ſeruis genus ele-
7. ctum. *Velum templi ſciſſum :* ſignificabat populum ad vi-
deoda Sacramentorum Myſteria conuerſum ad Deum ex
gentibus quas credidiſſe noſcitur ; Ideo enim Chriſtus
paſſus eſt maledictionem, vt nos à maledictionibus libe-
raret, Illud ipſe paſſus eſt, vt nos ab illuſione dæmonum
qui in hoc mundo verſantur, auferret. *Spineam in capite
coronam accepit ;* vt ſenteotiam capitalem quæ ex ſpinis
peccatorum nobis debebatur, eriperet. *Aceto potatus eſt ;*
vt acredinem qua ſanguis noſter efferbuerat, in ſe ſuſci-
peret, & ipſe liberaret à paſſionis calice qui noſtris paſ-
ſionibus debebatur. *Expoliatus eſt*, vt nuditatem Paren-
tum noſtrorum, ob quam (Serpentis conſilio factam)
doluerant, niueo veſtimentorum tegmine mirabiliter
operiret. In ligno ſuſpenſus eſt, vt ligni præuaricationem
in ligno ſuæ tolleret paſſionis : Mortem qooque ad ſe ve-
nire permiſit, vt eam aduerſum ſe colluctantem dimi-
cantemque proſterneret : & quæ per ſerpentem, regnum
inuenerat ; cum ipſo ſerpente poſtea fieret captiua per
Chriſtum. Cur Latroni ſaluator ait ; *hodie mecum eris in
Paradiſo ;* cum vtique illius, ſecundum hominem, cor-
pus in terra, anima apud inferos fuerit ? Sciendum eſt
quod hanc promiſſionem ſecundum affectum diuinæ
poteſtatis impleuit, quia vbique Deus eſſe credendus eſt ;
& vbi eſt Deus, illic & vita atque amœnitas æterna.
Quomodo die tertio reſurrexit Chriſtus à mortuis ?
Sciendum eſt quod prior fuit nox, die ; nam tenebræ
erant ſuper aquas antequam à Domino fieret lux : & cum
primo die azymorum facto veſpere, Chriſtus à Iuda ſit
traditus ; primus, Paraſceuæ paſſionis Dominicæ intel-
ligendus eſt dies ; ſecundus, Sabbati ; tertius, is qui à re-
ſurrectione Domini Dominicus appellatur & primus eſt
Sabbati. Sanè enim quod legimus in Matthæo ; *Veſpere
Sabbati veniſſe Mariam ad ſepulchrum :* Veſperam ait
pro eo quod eſt, ſero vel tardè : Nam ſubiiciendo, *quæ
luceſcit in prima Sabbati*, non dubium eſt, Dominici diei
ſignificaſſe diluculum. Siue hoc magis intelligendum eſt,
quod hora ſexta Paraſceuæ qua dimiſit ſpiritum, factæ
ſunt tenebræ quæ pro nocte ſunt accipiendæ : quibus fi-
nitis reddita eſt lux Mundo, quæ prima accipienda eſt
dies Dominicæ paſſionis, ſecunda vero, ſequens nox
dieſque Sabbati : tertia, ipſum mane poſt Sabbatum, id
eſt, diluculo cum ſurrexit Dominus noſter. *Noli me tan-
gere :* id eſt, noli me corporali tactu, ſed fide pulſare. *Non-
dum enim aſcendi ad Patrem :* hoc eſt, nondum in te aſ-
cendi quæ viuentem cum mortuis quæris, & ideo ad Di-
ſcipulos mittitur, quorum credere diſceret exemplo,
Amen.

E

S. P. NOSTRI THEOPHILI Archiepiſcopi Antiocheni, Commentariorum ſiue Allegoriarum in Euangelium ſecundum Marcum.

LIBER SECVNDVS.

ECCE mitto Angelum meum ante faciem tuam : (Marc. 1.) Per Angelum, hic hominem Ioannem Scriptura ſignificat ; ſicut & in Geneſi ait : (Gen. 6. 4.) *Videntes Angeli Dei filias hominum quod ſpecioſæ eſſent, ſumpſerunt ſibi vxores :* Angelos enim iſtos Dei intelligimus homines ſanctos lapſos in peccatum. *Vox clamantis in Deſerto :* ſignificat Ioannem clamaſſe Iudæis ; nam Deſertum, dicit terram Iudæam à ſancto ſpiritu derelictam. F *Erat autem Ioannes ipſe indutus pilis cameli :* per habitum eius & cibum, gentes ſignificat tortuoſas, Cameli ſimilitudinem habentes, venturas ad Baptiſmum : & per Locuſtas Iudæos, qui non militantes Deo, ſine Rege ſunt vt Locuſtæ : per mel autem ſilueſtre, ruſticos dicit ; qui, credentes, dulces facti ſunt Deo. *Et erat in Deſerto 40. diebus & 40. noctibus.* Hoc propter eos dictum eſt qui imaginario corpore dicunt eum fuiſſe, & phantaſma ; vel propter eos qui hominem eum tantum fuiſſe putant ; nam 40. diebus & 40. noctibus ieiunare non potuiſſet. *Et cum veniſſet Ieſus in domum Petri, inuenit ſocrum eius febricitantem.* (Marc. 1. Luc. 4. *Petrus Eccleſiã regẽdam accepit.*) Socrus Petri, Synagoga eſt ; filiaque eius Eccleſia quam regendam Petrus Apoſtolus accepit : Febris ergo, eſt iniquitas clandeſtina : à qua infirmitate, id eſt, à perfidia Iudæorum ipſos euaſiſſe probamus Apoſtolos & velut reſuſcitatos gentibus miniſtraſſe cibos ac potus ſalutis æternæ. *Tunc uenerunt ad eum portantes Paralyticum in lecto, qui à quatuor portabatur :* (Marc. 2.) à corpore ſcilicet ; quod corpus viuentis ex quatuor ſubſtantiis conſtat, humore, flatu ſanguine, & calore. G Nudatum vero tectum confeſſionem ſignificat peccatorum : Nam grabatum, hominem ipſum oppreſſum onere delictorum debemus accipere : cui ideo dimittuntur peccata, vt ablata languoris iniuria, purificata anima corpus ſuum baiulans pergeret ad propriam domum : hoc eſt, ad Legis diuinæ cuſtodienda præcepta. (*Sic Clemens in tropologica ſua deſcriptione Eccleſia ad Iacobũ fratrẽ Domini.*) *Hi ſunt qui ſupra terram bonam ſeminati ſunt, qui audiunt verbum Dei & faciunt, vnum triceſimum :* (Matt. 28. In Epiſt. Marc. 4.) quod ad coniuges pertinet : *Aliud ſexageſimum*, hoc ad viduas reſpiciens dicit : *Aliud centeſimum*, Virginibus fructus iſte conuenit, *& facta eſt procella magni venti.* Figurate, procella venti, inſidias diaboli ſignificat : Nauis vero, (Matth. 8.) Eccleſiam : Mare, ſæculum : fluctus maris, humores : & Saluatorem dormiſſe dixit Euangeliſta, vt hominem demonſtraret, quem excitatum Diſcipuli Deum approbant dicendo eum imperaſſe vento & mari. *Et facta eſt tranquillitas magna :* id eſt, ſerenitas. *Et exeunte de naui obuiauit ei homo de monumentis, habens ſpiritum immundum :* (Luc. 9.) H Monumenta, ſunt mortuorum : id eſt, infidelium loca, vt legimus, *dimitte mortuos vt ſepeliant mortuos ſuos :* quorum habitator habebat dæmonum Legionem : hoc eſt, plura peccata, quæ ſcilicet quoniam dæmonum ſtimulis committuntur, tanta ſunt quanti eorum auctores : *Nec quiſquam poterat ligare eum catenis :* (Marc. 5. Luc. 8.) Reuera qui amicus eſt ſæculi, diuinæ Charitatis vincula diſrupit : *Et lapidibus ſe concidebat :* Concidebat imaginem illam ad quam plaſmatus erat, pro Deo lapides adorando. *Deprecabantur* (inquit) *Ieſum Chriſtum, dicentes, mitte nos in porcos :* id eſt, in homines luxurioſos & ſordidos & porcorum more viuẽtes, de quibus dicit alibi : *nec miſeritis margaritas ante porcos.* (Marc. 5.) *Et mulier quædam erat in profluuio ſanguinis, annis duodecim.* Cũ iret Dominus ad filiã Archiſynagogi ſaluandã, id eſt, populo Iudaico medicaturus : hæmorrouſa mulier, hoc eſt, Gẽtilis populus ſanguinẽ idolis fundens, tacta fimbria veſtimẽti, id eſt, totius legis minimum præceptum

A exequens (ſcilicet, *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*) Matth.7. vel certè perſeuerantiam fidei habens, ſanata eſt. *Egreſſus Ieſus vidit turbam multam, & miſertus eſt eius.* Cum videret Dominus fame verbi diuini populum laborare, miſertus eſt eius; ſcilicet vt oſtenderet ad hoc ſe veniſſe vt ſpiritalem eſcam omnibus credentibus daret. Et quia necdum fuerat paſſus, *ait diſcipulis ſuis, date vos illis manducare:* hoc eſt, prædicate illis Filium Dei, quia Ioan.1. *lex & Prophetæ vſque ad Ioannem* erant. Diem autem declinantem, quia in fine Mundi ſumpto corpore Ieſus in ſæculum venit: locum vero deſertum Iudaicum populum dicit, qui ob incredulitatem ſuam deſertus eſt à Spiritu ſancto, vt ait Dominus: Ecce relinquetur vobis do-Matt.23 mus veſtra deſerta. Quinq; panes, quinque libri Moſis intelligendi ſunt: Duo piſces, duo Teſtamenta ſunt: quod autem iuſſit populum diſcumbere & ceſſare ſuper fœnum, corpora noſtra ſignificat, Eſaia dicente, omnis ca-Iſai.40. ro ſicut fœnum. Duodecim cophinos autem ſupereſſe, manifeſtum eſt duodecim Apoſtolos plenos Spiritu ſan-B cto ſignificari, quorum doctrina poſt eſcam legis quotidie ſatiamur. *Homo quidam erat diues*, Chriſtus eſt intelligendus: *Is abiit in regionem longinquam*, nihil enim eſt longius quam terra à cœlo; *Hic venit accipere regnum*, humani generis. *Et reuerſus, vocauit ſeruos ſuos, & dedit illis decem minas, & ait ad illos, negotiamini dum venio: Ciues autem eius oderant eum*, Iudæi ſcilicet: *Venit ergo primus dicens, domine mina tua acquiſiuit decem minas*, hoc eſt præceptum tuum ſeruans, acquiſiuit verba decalogi: *Et ait illi Dominus; Euge ſerue bone & fidelis, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decem Ciuitates*, id eſt, decem animas, quibus *Prædicatorū premium.* more Angelorum homo ille præponitur, quicumque in pecunia, id eſt, in prædicatione diuina Domino ſuo perſeuerans ac fidelis extiterit. *Et ſecundus venit dicens, Domine mina tua acquiſiuit quinque minas*, id eſt, mandatum tuum cuſtodiens adeptus ſum ſpiritaliter Pentateuchi ſcientiam ad 5. corporis ſenſuum perfectionem. C *Et huic dixit*, & tu eſto ſuper quinque ciuitates, id eſt animas, eo quod pecuniam Domini & eloquia caſta quaſi argentum probatum, mentibus hominum fœneraſti. Denique celanti diuinam doctrinam velut lucernam ſub modio ait Dominus, *quare non dediſti pecuniam meam ad menſam nummularijs & ego veniens cum vſuris vtique exegiſſem eam?* Vnde ſciendum eſt quia ſpiritalis pecuniæ, id eſt, prædicationis diuinæ vſura, exercitium eſt boni operis. Sæcularis autem pecuniæ vſura, peccatum eſt. *Et ſtatim apertæ ſunt aures eius, &* Marc.7. *ſoluta eſt lingua eius.* Sciendum eſt quod Chriſtus non ſolum ſpiritualia, ſed & carnalia miracula faciebat, præbendo lumen cæcis, ſurdis auditum, mutis loquelam: Apoſtoli autem ſpiritualia miracula faciebant, prædicando ſcilicet vt monitis ipſorum conuerſi homines & verba veritatis audirent, & viderent diuina myſteria, ac Deo placita loquerentur. *De 3. mortuis à Chriſto reſuſcitatis.* *3 Mortui à Chriſto* Tres mortui à Saluatore reſuſcitati, tria genera peccantium indicant; Nam per filiam Archiſynagogi D *ſuſcitati myſticè quid ſint.* intra domeſticos parietes reſuſcitatam, eos ſcriptura Euangelica demonſtrat qui in cordibus ſuis eum adhuc meditantur delinquere, inſpiratione diuina reuocantur à peccato mortis æternæ: Per iuuenem autem defunctum, quem elatum de domo, ſed necdum ſepultum Dominus ſuſcitauit, intelligendi ſunt qui prauum aliquid mox vt publica actione commiſerint, diuina reuerentia compuncti peccare deſiſtunt: Per Lazarum vero quatriduanum ac fœtentem, eos ſcriptura declarat quos conſuetudo peccandi facit horribiles, eoſque Saluator obiurgans & fremens ſpiritu, id eſt, minis terroribuſque pœnarum neceſſitatibus eripit delictorum.

S. P. NOSTRI THEOPHILI Archiepiſcopi Antiocheni, Commentariorum ſiue Allegoriarum in Euangelium ſecundum Marcum.

LIBER TERTIVS.

V*Inum & ſiceram non bibit*, vinum propter luxuriam, ſiceram vero propter dulcedinem & voluptatem, quæ ſicera eſt ſuccus dactyli. *Potens eſt Deus de lapidibus*, iſtis ſuſcitare filios Abrahæ: Lapides pro Iudæis poſuit, pro cordis duritia. De quibus ſuſcitauit Apoſtolos: vel quia de gentibus martyres extiterunt. *Iam ſecuris ad radices arborum poſita eſt:* ſecurem pro cruce ait, cui ſimilis eſt per manubrium: Nam arbores pro martyribus ait. *Nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio:* Lucerna Chriſtus eſt, ſiue lex diuina illuminans cor noſtrum: Modium, pro ſæculo ait: Candelabrum, auctoritas veritatis eſt, vnde oportet nos mandata Chriſti non celare ſed palam prodere, vt luceant opera noſtra omnibus qui in domo ſunt, id eſt, in Eccleſia. *Ieſus aſcendit in montem*, id eſt, in majeſtatem Patris, *& vultus eius immutatus eſt*, ſcilicet maiore ſui luminis claritate, ne de ipſo adhuc diſcipuli dubitarent. Nam dixerat ſancto Petro, modicæ fidei quare dubitaſti? per veſtem vero ipſius ſplendidam, Aſſumptionem Sanctorum futuram indicat: *per 3. enim tabernacula*, triduanam tumuli habitationem oſtendit, ſiue Trinitatis figuram. *Quia ſi in Tyro & Sydone factæ fuiſſent virtutes quæ in vobis factæ ſunt.* Cum dicat ſaluator Tyrum & Sydonem pœnitentiam agere potuiſſe ſi in eis diuinarum apparuiſſent ſigna virtutum, non ea propter illic facta non ſunt, quia ſalutem fuiſſent credentibus allatura, ſed quia Dominus ac Saluator pro diuina diſpenſatione non venerat, niſi ad oues quæ perierant domus Iſraël. Et quid eſt quod non venerat niſi ad oues quæ perierant domus Iſraël? Quia inter reliquas vſquequaque nationes ſpecialiter Iſraël vnum Deum coluit, atque vt ita dixerim, peculiaris illius populus fuit ob merita Abrahæ, Dauidis, & cæterorum Patriarcharum, quibus Chriſtus propriè repromiſſus eſt; atque ex eorum ſtirpe deſcendens inde ipſam carnem in qua terris apparuit, aſſumpſit: ſed tamen quia virtutes poſtea & in gentibus factæ ſunt, ita hoc teſtimonium intelligi poteſt vt vbi dicit; *non veni niſi ad oues*, ſubaudiatur illic, *prius*, & ita hoc teſtimonio, veritas & miſericordia Dei in vniuerſos prompta clarrat magis. *Ecce efferebatur mortuus filius vnicus matris ſuæ quæ erat vidua, & multa turba Ciuitatis ſequebatur eam:* per Ciuitatem, intelligendus eſt Mundus, per filium vnicum mortuum, exterior homo (id eſt, corpus) accipiendus eſt; cuius matrem, animam; patrē vero Spiritum credimus Dei, à quo anima in hominē afflata eſt quę corpus humanū & vnicū filium ab infantia inſtituit ac nutriuit: quam animā ideo matrē viduā debemus accipere; quia cum in Adā accepta lege extitit præuaricatrix, recedēs ab ea Spiritus Dei, viduā illā reliquerāt, & ob hoc vnicū filiū ſuū (id eſt, Adæ corpus mortuum peccato) amiſit. Quam, ideo ait quod multa turba ſequeretur Ciuitatis; quoniā multi ex hoc Mūdo ſequuntur Adam: Fletus autem Matris viduæ, pœnitētiæ fuit indiciū: Huic Dominus ideo ait, *noli flere*, quia reſtituere illi filiū diſponebat: & quod funus eius cōtigit Dominus, cōgreſſurū ſe cum morte in aſſumpto corpore indicabat. Ille autē iuuenis, quod reſurgens ſedit ac loquebatur, Adam reſuſcitandū, & animæ (hoc eſt, matri ſuæ) reddendū deſignabat. *Homo quidam deſcendit ab Ieruſalem in Ierico:* Ieruſalē, interpretatur *viſio pacis*, Ierico, ſæculū; homo quidā, Adam: Incidit in latrones, id eſt, in diaboli voluntates quæ illū expoliauerunt, hoc eſt, abſtulerunt ei indumentū immortalitatis, & ingeſſerūt ei peccatorum plagas. Hunc ſemiuiuum neglexit Sacerdos atq; Leuita, id eſt, Aarō, & Helias, vel Moſes, qui vulnera illius

A

non lauerunt; id eſt, peccata gentium non curauerunt. Samaritanus autem, Chriſtus intelligendus eſt qui vulnera noſtra curauit, *oleum infundens*; id eſt ſanguinem ſuum & Chriſma largitus eſt: Impoſitum iumento perduxit ad ſtabulum; id eſt aſſumptum hominem ad Eccleſiam duxit; nam ſtabularij Epiſcopi ſunt. Quod autem dixit: *reuertens reddam tibi*: in futuro Aduentu mercedem medicinæ ac prædicationis ſuæ daturum ſe pollicetur Epiſcopis. *Hominis cuiuſdam diuitis vberes fructus poſſeſſio attulit*: Luxurioſum hominem ſignificat plenum peccatis: quem cupientem amplius delinquere per illecebras vitiorum, Dominus alloquitur dicens, *ſtultè hac nocte*, ſcilicet quanto plus peccas & latere te æſtimas, *anima tua à te auferetur*, id eſt, carnis erit ſocia, qua ſtimulante peccata moliris. *Ignem veni mittere in terram*, id eſt, Spiritum ſanctum carnalibus dare. *Erunt quinque in domo vna diuiſi*, tres in duobus & duo in tribus, matrem, patrem, filium, filiam, nurum: hos quinque perſecutiò ſeparabit dum alij Chriſto, alij vniuntur ſæculo, nec non cum venerit Antichriſtus, legem veteris Teſtamenti

Chriſma. Epiſcopi ſūt hominum ſtabularij. Merces prædicationis.

B

ſcriptam in duabus tabulis, prædicabit: Helias autem, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum annuntiabit. Tunc Sancti confeſſuri ſunt Trinitatem: impij vero, diaboli ſequentur doctrinam. Ita diuiduntur duo à tribus, & tres à duobus: *Et inimici hominis domeſtici eius*, inimici veritatis, erunt etiam domeſtici hominis, cum vel pater filium, vel filius patrem doctrinæ diabolicæ conſentire fuerit adhortatus dicens, Caue ne occidaris, conſentias ei qui dixit, hæc omnia mea ſunt, & cui volo, do illa: *Quis ex vobis volens turrem ædificare, non prius ſedens computat ſumptus ſi habet quæ opus ſunt?* per turrem, vitam noſtram ſignificat, quam ex omnibus mandatis Chriſti debemus ædificare, & trabe Crucis Chriſti conſignare operis cœpti finem, id eſt, perſeuerantiam fidei, ne fortè aliqui imperfectum opus noſtrum derideant.

Luc. 14.

C

Homo quidam fecit cœnam magnam, per Cœnam, Aduentum Saluatoris noſtri Scriptura ſignificat, quod omnes gratiam ſpiritualem conuiuio Domini ſumpturi eramus, & ideo cœnam ait, quia ſub veſperam ſæculi Chriſtus aduenit, *Qui miſit ſeruos ſuos*, id eſt, Apoſtolos, vt vocarent Iudæos ad conuiuium Domini iam pridem inuitatos per Prophetas: illi autem nolentes Chriſto credere, *excuſauerant ſe*, per ſollicitudinem ſæculi præſentia diligentes, & futura contemnentes, ad cœnam Dominicæ paſſionis venire contempſerunt per mille excuſationes. Qui per quinque iuga boum ſe excuſauerunt, illi intelliguntur qui de lege Pentateuchi recedere noluerunt, vt ad cœnam, id eſt, ad Chriſti perfectionem venirent. Euangelium ſuſcipiendo: Illi autem qui per vxorem ductam ſe excuſant, ſunt qui à libidine corporis detinentur & ad Chriſtum venire non merentur, licet per legem ſint vocati. *Deinde mittuntur ſu*, id eſt, Apoſtoli ad exitus viarum, vt quia Iudæi indignos iudicauerunt non recipiendo Aduentum Domini, & conuiuium ſancti Sacramenti ſpreuerunt: *Conuocarunt luſcos*, id eſt, ſacrilegiis ſuis Deum non videntes: *claudos*, id eſt, qui per viam veritatis minimè ambulabant: *Mendicos*, id eſt, pane vitæ æternæ egentes: pro his vocatis & venire nolentibus,

D

Apoſtoli venerant ad conuiuium Domini: *ex his vnus qui non habuit tunicam nuptialem*, id eſt, bonam conſcientiam, vt Iudas Iſcariothes, in exteriores tenebras proiectus eſt: vel generaliter hoc debemus accipere, quia quiſquis crediderit ex gentibus, niſi fideliter myſterium Baptiſmatis fuerit conſecutus, peccatorum tenebras non poteſt euitare, quia niſi quis renatus fuerit ex Aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum.

Matt. 22.

Ioh. 3.

Simile eſt regnum cœlorum fermento quod accepit mulier: per mulieris figuram, propè filiorum procreationem Eccleſiam ſignificat, ſicut alibi ſcriptura virginem poſuit eam propter integritatem: *Hæc accepit fermentum*, id eſt, doctrinam Chriſti: Sata tria, ſignificant Trinitatem: & abſcondit illud in farina, hoc eſt, populo tradidit numeroſo, quia permixtione vniuerſitas multiplicata eſt Chriſtiana.

Luc. 13.

Luc. 15.

Homo quidam habuit duos filios, & dixit illi iunior, Pater da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit: hic autem Adam & Chriſtus eſt intelligendus: Nam per Patrem, patrimonium Paradiſi ſcriptura ſignificat, quem accipiens Adam, per inobedientiam perdidit: *Abiit in longinquam regionem*, id eſt, in ſæculum, vbi *fames eſt facta*, diuini ſcilicet verbi, *& cupiebat ſe de ſiliquis ſaturari, quas porci mandacabant*, id eſt, ſæcularium cibis vti delectabatur: quod autem penitus ad patrem reuerſus eſt, ſignificat gentes quæ Adæ figuram habent cognituras creatorem ſuum. *Stolam primam*, vitam ſcilicet quam diabolus ademerat, per Chriſtum recepit, *& annulum*, inquit, *in manu eius*, fidem dicit quam amiſerat: per calceamenta vero, veſtigia munita intelliguntur quibus diaboli non timeat lapſum, vt ait Apoſtolus, calceati pedes in præparatione Euangelij pacis: per vitulum occiſum, Chriſtum pro Adam, ſcilicet pro gentibus ſignificat paſſum: Senior frater, Iudæus eſt: Cui pater ait: *tu mecum ſemper es, & omnia mea, tua ſunt*: à quo de regreſſione fratris, hac framea longinqua probatur, repellitur inuidia.

E

F

Luc. 16.

Epiſcoporū indulgentia.

Homo quidam erat diues, qui habebat villicum: Hanc comparationem ſaluator villico iuſtitiæ, id eſt, Epiſcopis dedit, vt quomodo domino ſuo fraudem fecit, vt haberet vnde poſtea viueret, ita Epiſcopi non omnia peccata vlciſci debeant, ſed locum pœnitentiæ reſeruare eos conueniat, cum præſertim ipſe Dominus dixerit, nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur à via ſua & viuat. Ideo autem laudauit Dominus Ieſus fraudatorem Domini ſui, vt eius ſequentes exemplum non omnia debita exigamus. Et occurrerunt ei decem viri leproſi: per decem viros leproſos mundatos, vnumque gratias agentem, Iudæos arguit Ieſus, quia cum omnes eos à diuerſis languoribus liberaſſet, ingrati eius fuere virtutibus, ſoluſque Naaman gentilis ab Eliſæo purgatus gratias egit Deo.

Luc. 18.

Iudex quidam erat in Ciuitate, hoc eſt, Pilatus erat in ſæculo, *nec Deum timens, nec hominem reuerens*: Chriſtum ſcilicet dicit, qui Deus erat & homo, *vidua quædam*, id eſt Synagoga, *cœpit ad illum dicere, vindica me de aduerſario meo*, hoc eſt de Chriſto: & Pilatus nolebat multo tempore, dicens, quid enim mali fecit? *poſt hæc autem dixit intra ſe, etſi Deum non timeo, neque hominem reuereor*, id eſt, Chriſtum qui vtrumque erat, *tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam*, ſcilicet Synagogam: ſignificat ergo congregationem Iudæorum inſolentem fuiſſe Pilato, cum clamaret, non hunc dimittas ſed Barrabam, ille autem lotis manibus dixit, innocens ſum à ſanguine iuſti huius, vos videritis: & dimiſit illis Barrabam, Ieſum vero flagellis cæſum tradidit eis vt crucifigeretur:

G

Luc. 19.

Zacheus ſtatura puſillus erat, ſcilicet quia necdum habuerat fidem quam adeptus eſt in arborem aſcendens, id eſt, credens in eum qui crucifigendus erat. *Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus, & ſi cui aliquid fraudis feci, reddo quadruplum*. Non eſt hoc contrarium ei quod alibi dicit Ieſus, dimitte omnia tua & ſequere me, quia dimidium bonorum ſuorum daturum ſe pauperibus pollicetur, & dimidium his quos fraudatus fuerat, impartiturum.

H

Marc. 12.

Homo quidam erat pater familias, qui plantauit vineam & ſepem circumdedit ei, & fodit torcular in ea: per patrem familias, Deum patrem ſignificat plantantem vineam, ſcilicet populum Iſrael: Sepe circumdantem, Prophetarum prædicationibus munientem: fodientem torcular, patientiam voluntatis & deuotionis perſeuerantiam: vbi per lignum crucis & lapidem angularem affluere faciant ſpiritalis dulcedinis fontem: *& ædificauit Turrim*, gloriam ſuam & altitudinem diuinæ legis ad quam Euangelij prædicatione conſcenditur: *& locauit vineam agricolis*, id eſt, Doctoribus legis, ac Sacerdotibus: qui interfectis ſeruis ac Prophetis exigentibus ab eis fructum iuſtitiæ fideique, per quos credere debuerāt in aduentum filij Dei quē peremerunt, putantes necato eo ſe hæreditatē patris poſſe lucrari. *Qui habet, dabitur illi*: verbi gratia, ſi fidem habens, charitatem non habet, etiam cadet à fide quam ſe habere credebat. Quomodo Saluator ſecundum hominem euectus eſt ad cœlum, aut quomodo cœlum promittitur Sāctis, cum dicat, *nemo aſcēdit in cœlū, niſi qui*

Digitized by Google

A exequens (ſcilicet, *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*) Matth.7. vel certè perſeuerantiam fidei habens, ſanata eſt. *Egreſſus Ieſus vidit turbam multam, & miſertus eſt eius.* Cum videret Dominus fame verbi diuini populum laborare, miſertus eſt eius; ſcilicet vt oſtenderet ad hoc ſe veniſſe vt ſpiritalem eſcam omnibus credentibus daret. Et quia necdum fuerat paſſus, *ait diſcipulis ſuis, date vos illis manducare:* hoc eſt, prædicate illis Filium Dei, quia *lex & Prophetæ vſque ad Ioannem* Ioan.1. erant. Diem autem declinantem, quia in fine Mundi ſumpto corpore Ieſus in ſæculum venit: locum vero deſertum Iudaïcum populum dicit, qui ob incredulitatem ſuam deſertus eſt à Spiritu ſancto, vt ait Dominus: Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Matt.23 Quinq; panes, quinque libri Moſis intelligendi ſunt: Duo piſces, duo Teſtamenta ſunt: quod autem iuſſit populum diſcumbere & ceſſare ſuper fœnum, corpora noſtra ſignificat, Eſaia dicente, omnis caro ſicut fœnum. Iſai.40. Duodecim cophinos autem ſupereſſe, manifeſtum eſt duodecim Apoſtolos plenos Spiritu ſancto ſignificari, quorum doctrina poſt eſcam legis quotidie ſatiamur. B *Homo quidam erat diues*, Chriſtus eſt intelligendus: *Is abiit in regionem longinquam*, nihil enim eſt longius quam terra à cœlo; *Hic venit accipere regnum*, humani generis. *Et reuerſus, vocauit ſeruos ſuos, & dedit illis decem minas, & ait ad illos, negotiamini dum venio: Ciues autem eius oderant eum*, Iudæi ſcilicet: *Venit ergo primus dicens, domine mina tua acquiſiuit decem minas*, hoc eſt præceptum tuum ſeruans, acquiſiuit verba decalogi: *Et ait illi Dominus; Euge ſerue bone & fidelis, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decem Ciuitates*, id eſt, decem animas, quibus more Angelorum homo ille præponitur, quicumque in pecunia, id eſt, in prædicatione diuina Domino ſuo perſeuerans ac fidelis extiterit. *Prædicatorũ præmium.* *Et ſecundus venit dicens, Domine mina tua acquiſiuit quinque minas*, id eſt, mandatum tuum cuſtodiens adeptus ſum ſpiritaliter Pentateuchi ſcientiam ad 5. corporis ſenſuum perfectionem. C *Et huic dixit*, & tu eſto ſuper quinque ciuitates, id eſt animas, eo quod pecuniam Domini & eloquia caſta quaſi argentum probatum, mentibus hominum fœnerasti. Denique celanti diuinam doctrinam velut lucernam ſub modio ait Dominus, *quare non dediſti pecuniam meam ad menſam nummularijs & ego veniens cum vſuris vtique exegiſſem eam?* Vnde ſciendum eſt quia ſpiritalis pecuniæ, id eſt, prædicationis diuinæ vſura, exercitium eſt boni operis. Sæcularis autem pecuniæ vſura, peccatum eſt. *Et ſtatim apertæ ſunt aures eius, & ſoluta eſt lingua eius.* Marc.7. Sciendum eſt quod Chriſtus non ſolum ſpiritualia, ſed & carnalia miracula faciebat, præbendo lumen cæcis, ſurdis auditum, mutis loquelam: Apoſtoli autem ſpiritualia miracula faciebant, prædicando ſcilicet vt monitis ipſorum conuerſi homines & verba veritatis audirent, & viderent diuina myſteria, ac Deo placita loquerentur. *De 3. mortuis à Chriſto reſuſcitatis.* *3 Mortui à Chriſto* D *ſuſcitati myſticè quid ſint.* Tres mortui à Saluatore reſuſcitati, tria genera peccantium indicant; Nam per filiam Archiſynagogi intra domeſticos parietes reſuſcitatam, eos ſcriptura Euangelica demonſtrat qui in cordibus ſuis cum adhuc meditantur delinquere, inſpiratione diuina reuocantur à peccato mortis æternæ: Per iuuenem autem defunctum, quem elatum de domo, ſed necdum ſepultum Dominus ſuſcitauit, intelligendi ſunt qui prauum aliquid mox vt publica actione commiſerint, diuina reuerentia compuncti peccare deſiſtunt: Per Lazarum vero quatriduanum ac fœtentem, eos ſcriptura declarat quos conſuetudo peccandi facit horribiles, eoſque Saluator obiurgans & fremens ſpiritu, id eſt, minis terroribuſque pœnarum neceſſitatibus eripit delictorum.

S. P. NOSTRI THEOPHILI Archiepiſcopi Antiocheni, Commentariorum ſiue Allegoriarum in Euangelium ſecundum Marcum.

LIBER TERTIVS.

V*Inum & ſiceram non bibit*, vinum propter luxuriam, ſiceram vero propter dulcedinem & voluptatem, quæ ſicera eſt ſuccus dactyli. L *Potens eſt Deus de lapidibus*, iſtis ſuſcitare filios Abrahæ: Lapides pro Iudæis poſuit, pro cordis duritia. De quibus ſuſcitauit Apoſtolos: vel quia de gentibus martyres extiterunt. *Iam ſecuris ad radices arborum poſita eſt:* ſecurem L pro cruce ait, cui ſimilis eſt per manubrium: Nam arbores pro martyribus ait. L *Nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio:* Lucerna Chriſtus eſt, ſiue lex diuina illuminans cor noſtrum: Modium, pro ſæculo ait: Candelabrum, auctoritas veritatis eſt, vnde oportet nos mandata Chriſti non celare ſed palam prodere, vt luceant opera noſtra omnibus qui in domo ſunt, id eſt, in Eccleſia. *Ieſus aſcendit in montem*, id eſt, in majeſtatem M Patris, *& vultus eius immutatus eſt*, ſcilicet maiore ſui luminis claritate, ne de ipſo adhuc diſcipuli dubitarent. Nam dixerat ſancto Petro, modicæ fidei quare dubitaſti? per veſtem vero ipſius ſplendidam, Aſſumptionem Sanctorum futuram indicat: *per 3. enim tabernacula*, triduanam tumuli habitationem oſtendit, ſiue Trinitatis figuram. M *Quia ſi in Tyro & Sydone factæ fuiſſent virtutes quæ in vobis factæ ſunt.* Cum dicat ſaluator Tyrum & Sydonem pœnitentiam agere potuiſſe ſi in eis diuinarum apparuiſſent ſigna virtutum, non ea propter illic facta non ſunt, quia ſalutem fuiſſent credentibus allatura, ſed quia Dominus ac Saluator pro diuina diſpenſatione non venerat, niſi ad oues quæ perierant domus Iſraël. Et quid eſt quod non venerat niſi ad oues quæ perierant domus Iſraël? Quia inter reliquas vſquequaque nationes ſpecialiter Iſraël vnum Deum coluit, atque vt ita dixerim, peculiaris illius populus fuit ob merita Abrahæ, Dauidis, & cæterorum Patriarcharum, quibus Chriſtus propriè repromiſſus eſt; atque ex eorum ſtirpe deſcendens inde ipſam carnem in qua terris apparuit, aſſumpſit: ſed tamen quia virtutes poſtea & in gentibus factæ ſunt, ita hoc teſtimonium intelligi poteſt vt vbi dicit; *non veni niſi ad oues*, ſubaudiatur illic, *prius*, & ita hoc teſtimonio, veritas & miſericordia Dei in vniuerſos prompta clareat magis. *Ecce efferebatur mortuus filius vnicus matris ſuæ quæ erat vidua, & multa turba Ciuitatis ſequebatur eam:* Lu per Ciuitatem, intelligendus eſt Mundus, per filium vnicum mortuum, exterior homo (id eſt, corpus) accipiendus eſt; cuius matrem, animam; patrẽ vero Spiritum credimus Dei, à quo anima in hominẽ afflata eſt quę corpus humanũ & vnicũ filium ab infantia inſtituit ac nutriuit: quam animã ideo matrẽ viduã debemus accipere; quia cum in Adã accepta lege extitit præuaricatrix, recedẽs ab ea Spiritus Dei, viduã illã reliquerat, & ob hoc vnicũ filiũ ſuũ (id eſt, Adæ corpus mortuum peccato) amiſit. Quam, ideo ait quod multa turba ſequeretur Ciuitatis; quoniã multi ex hoc Mũdo ſequuntur Adam: Fletus autem Matris viduæ, pœnitẽtiæ fuit indiciũ: Huic Dominus ideo ait, *noli flere*, quia reſtituere illi filiũ diſponebat: & quod funus eius cõtigit Dominus, cõgreſſurũ ſe cum morte in aſſumpto corpore indicabat. Ille autẽ iuuenis, quod reſurgens ſedit ac loquebatur, Adam reſuſcitandũ, & animæ (hoc eſt, matri ſuæ) reddendũ deſignabat. *Homo quidam deſcendit ab Ieruſalem in Ierico:* Lu Ieruſalẽ, interpretatur *viſio pacis*, Ierico, ſæculũ; homo quidã, Adam: Incidit in latrones, id eſt, in diaboli voluntates quæ illũ expoliauerunt, hoc eſt, abſtulerunt ei indumentũ immortalitatis, & ingeſſerũt ei peccatorum plagas. Hunc ſemiuiuum neglexit Sacerdos atq; Leuita, id eſt, Aarõ, & Helias, vel Moſes, qui vulnera illius

A non lauerunt; id eſt, peccata gentium non curauerunt. Samaritanus autem, Chriſtus intelligendus eſt qui vulnera noſtra curauit, *oleum infundens*; id eſt ſanguinem ſuum & Chriſma largitus eſt: Impoſitum iumento perduxit ad ſtabulum; id eſt aſſumptum hominem ad Eccleſiam duxit; nam ſtabularij Epiſcopi ſunt. Quod autem dixit: *reuertens reddam tibi*: in futuro Aduentu mercedem medicinæ ac prædicationis ſuæ daturum ſe pollicetur Epiſcopis. *Hominis cuiuſdam diuitis vberes fructus poſſeſſio attulit*: Luxurioſum hominem ſignificat plenum peccatis: quem cupientem amplius delinquere per illecebras vitiorum, Dominus alloquitur dicens, *ſtultè hac nocte*, ſcilicet quanto plus peccas & latere te æſtimas, *anima tua à te auferetur*, id eſt, carnis erit ſocia, qua ſtimulante peccata moliris. *Ignem veni mittere in terram*, id eſt, Spiritum ſanctum carnalibus dare. *Erunt quinque in domo vna diuiſi*, tres in duobus & duo in tribus, matrem, patrem, filium, filiam, nurum: hos quinque perſecutiò ſeparabit dum alij Chriſto, alij vniuntur ſæculo, nec

Chriſma. Epiſcopi ſũt hominum ſtabularij. Merces prædicationis.

B non cum venerit Antichriſtus, legem veteris Teſtamenti ſcriptam in duabus tabulis, prædicabit: Helias autem, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum annuntiabit. Tunc Sancti confeſſuri ſunt Trinitatem: impij vero, iaboli ſequentur doctrinam. Ita diuiduntur duo à tribus, & tres à duobus: *Et inimici hominis domeſtici eius*, inimici veritatis, erunt etiam domeſtici hominis, cum vel pater filium, vel filius patrem doctrinæ diabolicæ conſentire fuerit adhortatus dicens, Caue ne occidaris, conſentias ei qui dixit, hæc omnia mea ſunt, & cui volo, do illa: *Quis ex vobis volens turrem ædificare, non primò ſedens computat ſumptus ſi habet quæ opus ſunt?* per turrem, vitam noſtram ſignificat, quam ex omnibus mandatis Chriſti debemus ædificare, & trabe Crucis Chriſti conſignare operis cœpti finem, id eſt, perſeuerantiam fidei, ne fortè aliqui imperfectum opus noſtrum derideant.

Luc. 14. *Homo quidam fecit cœnam magnam*, per Cœnam, Aduentum Saluatoris noſtri Scriptura ſignificat, quod omnes

C gratiam ſpiritualem conuiuio Domini ſumpturi eramus, & ideo cœnam ait, quia ſub veſperam ſæculi Chriſtus aduenit, *Qui miſit ſeruos ſuos*, id eſt, Apoſtolos, vt vocarent Iudæos ad conuiuium Domini iam pridem inuitatos per Prophetas: illi autem nolentes Chriſto credere, *excuſauerunt ſe*, per ſollicitudinem ſæculi præſentia diligentes, & futura contemnentes, ad cœnam Dominicæ paſſionis venire contempſerunt per mille excuſationes. Qui per quinque iuga boum ſe excuſauerunt, illi intelliguntur qui de lege Pentateuchi recedere noluerunt, vt ad cœnam, id eſt, ad Chriſti perfectionem venirent. Euangelium ſuſcipiendo: Illi autem qui per vxorem ductam ſe excuſant, ſunt qui à libidine corporis detinentur & ad Chriſtum venire non merentur, licet per legem ſint vocati. *Deinde mittuntur ſui*, id eſt, Apoſtoli ad exitus viarum, vt quia Iudæi indignos iudicauerunt non recipiendo Aduentum Domini, & conuiuium ſancti Sacramenti ſpreuerunt: *Conuocarunt luſcos*, id eſt, ſacrilegiis ſuis Deum non videntes: *claudos*, id eſt, qui per viam veritatis minime ambulabant: *Mendicos*, id eſt, pane vitæ

D æternæ egentes: pro his vocatis & venire nolentibus, Apoſtoli venerant ad conuiuium Domini: *ex his vnus*

Matt. 22. *qui non habuit tunicam nuptialem*, id eſt, bonam conſcientiam, vt Iudas Iſcariothes, in exteriores tenebras proiectus eſt: vel generaliter hoc debemus accipere, quia quiſquis crediderit ex gentibus, niſi fideliter myſterium Baptiſmatis fuerit conſecutus, peccatorum tenebras non poteſt euitare, quia niſi quis renatus fuerit ex Aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlo-

Iob 3. rum. *Simile eſt regnum cœlorum fermento quod accepit mulier*: per mulieris figuram, propter filiorum procreationem Eccleſiam ſignificat, ſicut alibi ſcriptura virgi-

Luc. 13. nem poſuit eam propter integritatem: *Hæc accepit fermentum*, id eſt, doctrinam Chriſti: Sata tria, ſignificant Trinitatem: & abſcondit illud in farina, hoc eſt, populo tradidit numeroſo, quia permixtione vniuerſitas multi-

Luc. 15. plicata eſt Chriſtiana. *Homo quidam habuit duos filios, & dixit illi iunior, Pater da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit*: hic autem Adam & Chriſtus eſt intelligendus: Nam per Patrem, patrimonium Paradiſi ſcriptura ſignificat, quem accipiens Adam, per inobedientiam perdidit: *Abiit in longinquam regionem*, id eſt, in ſæculum, vbi *fames eſt facta*, diuini ſcilicet verbi, *& cupiebat ſe de ſiliquis ſaturari, quas porci manducabant*, id eſt, ſæcularium cibis vti delectabatur: quod autem penitus ad patrem reuerſus eſt, ſignificat gentes quæ Adæ figuram habent cogniturras creatorem ſuum. *Stolam primam*, vitam ſcilicet quam diabolus ademerat, per Chriſtum recepit, *& annulum*, inquit, *in manu eius*, fidem dicit quam amiſerat: per calceamenta vero, veſtigia munita intelliguntur quibus diaboli non timeat lapſum, vt ait Apoſtolus, calceati pedes in præparatione Euangelij pacis: per vitulum occiſum, Chriſtum pro Adam, ſcilicet pro gentibus ſignificat paſſum: Senior frater, Iudæus eſt: Cui pater ait: *tu mecum ſemper es, & omnia mea, tua ſunt*: à quo de regreſſione fratris, hac fra-

F mea longinqua probatur, repellitur inuidia. *Homo quidam erat diues, qui habebat villicum*: Hanc comparationem ſaluator villico iuſtitiæ, id eſt, Epiſcopis dedit, vt

Luc. 16. *Epiſcoporũ indulgentia.*

quomodo domino ſuo fraudem fecit, vt haberet vnde poſtea viueret, ita Epiſcopi non omnia peccata vlciſci debeant, ſed locum pœnitentiæ reſeruare eos conueniat, cum præſertim ipſe Dominus dixerit, nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur à via ſua & viuat. Ideo autem laudauit Dominus Ieſus fraudatorem Domini ſui, vt eius ſequentes exemplum non omnia debita exigamus. Et occurrerunt ei decem viri leproſi: per decem viros leproſos mundatos, vnumque gratias agentem, Iudæos arguit Ieſus, quia cum omnes eos à diuerſis languoribus liberaſſet, ingrati eius fuere virtutibus, ſoluſque Naaman gentilis ab Eliſæo purgatus gratias egit Deo. *Iudex quidam erat in Ciuitate*, hoc eſt, Pilatus erat Luc. 18.
in ſæculo, *nec Deum timens, nec hominem reuerens*: Chriſtum ſcilicet dicit, qui Deus erat & homo, *vidua quædam*, id eſt Synagoga, *cœpit ad illum dicere, vindica me de aduerſario meo*, hoc eſt de Chriſto: & Pilatus nole-

G bat multu tempore, dicens, quid enim mali fecit? *poſt hæc autem dixit intra ſe, etſi Deum non timeo, neque hominem reuereor*, id eſt, Chriſtum qui vtrumque erat, *tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam*, ſcilicet Synagogam: ſignificat ergo congregationem Iudæorum inſolentem fuiſſe Pilato, cum clamaret, non hunc dimittas ſed Barrabam, ille autem lotis manibus dixit, innocens ſum à ſanguine iuſti huius, vos videritis: & dimiſit illis Barrabam, Ieſum vero flagellis cæſum tradidit eis vt crucifigeretur: *Zacheus ſtatura puſillus erat*, Luc. 19.
ſcilicet quia necdum habuerat fidem quam adeptus eſt in arborem aſcendens, id eſt, credens in eum qui crucifigendus erat. *Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus, & ſi cui aliquid fraudis feci, reddo quadruplum.* Non eſt hoc contrarium ei quod alibi dicit Ieſus, dimitte omnia tua & ſequere me, quia dimidium bonorum ſuorum daturum ſe pauperibus pollicetur, & dimidium his quos fraudatus fuerat, imparciturum. *Homo*

H *quidam erat pater familias, qui plantauit vineam & ſepem circumdedit ei, & fodit torcular in ea*: per patrem Matt. 12.
familias, Deum patrem ſignificat plantantem vineam, ſcilicet populum Iſrael: Sepe circumdantem, Prophetarum prædicationibus munientem: ſodientem torcular, patientiam voluntatis & deuotionis perſeuerantiam: vbi per lignum crucis & lapidem angularem affluere faciant ſpiritalis dulcedinis fontem: *& ædificauit Turrim*, gloriam ſuam & altitudinem diuinæ legis ad quam Euangelij prædicatione conſcenditur: *& locauit vineam agricolis*, id eſt, Doctoribus legis, ac Sacerdotibus: qui interfectis ſeruis ac Prophetis exigentibus ab eis fructum iuſtitiæ fideique, per quos credere debuerãt in aduentum filij Dei quẽ peremerunt, putantes necato eo ſe hæreditatẽ patris poſſe lucrari. *Qui habet, dabitur illi*: verbi gratia, ſi fidem habens, charitatem non habet, etiam cadet à fide quam ſe habere credebat. Quomodo Saluator ſecundum hominem euectus eſt ad cœlum, aut quomodo cœlum promittitur Sãctis, cum dicat, *nemo aſcẽdit in cœlũ, niſi qui*

A *de cœlo deſcendit filius hominis qui eſt in cœlo ?* Aut quomodo in cœlo erat, cum adhuc eſſet in terra? Sciendum eſt quod ſecundum carnem in terra erat, ſecundum Deitatem in Cœlo non deerat: ideo & ipſe aſcendit qui deſcendit, quia licet homo factus ſit, non tamen Deus eſſe deſtitit: idem eſt ergo homo & Deus, id eſt, Chriſtus vna perſona eſt: & vtique cum ille ſit caput, ſancti autem ſunt membra eius, neceſſe eſt vt ſequantur membra eius quo caput præceſſit, vt ſit in cœlo Chriſti corporis plenitudo. *Non enim ad menſuram dat Deus Spiritum*, hoc de filio propriè intelligendum eſt, in quo eſt plenitudo diuinitatis: nam homines ſecundum menſuram accipiunt gratiam Spiritus ſancti.
Luc. 13. *Arborem fici quidam habuit plantatam in vinea ſua:* apta Synagogæ arboris iſtius comparatio eſt: quia ſicut illa arbor foliis redundans affluentibus, ſpem poſſeſſoris ſui, caſſa ſperatorum prouentuum expectatione deſtituit, ita etiam in Synagoga, Doctores eius operibus infœcundi, diuinis verbis tantum
B velut foliis redundantibus gloriantur: Inania verba legis exuberant, ſpes autem falſi expectata prouentus, populi vota credentis illudit. *Ecce mulier quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata.* In muliere infirma, eſt figura Eccleſiæ, quæ cum menſuram legis, in qua eſt Decalogus, & Reſurrectionem Chriſti, in qua octo beatitudines ſunt, impleuerit, tunc Sabbato, id eſt, quiete perpetua perfruetur, & in ſublime erecta faſtigium inclinationem noſtræ infirmitatis ſentire non poterit: ideo autem curata eſt hæc mulier, id eſt, populus Chriſtianus, quia & legem impleuit, & percepit gratiam in lauacro, per quod morimur ſæculo, & reſurgimus Chriſto. Nam in decem verbis legis perfectio eſt, in octauo numero Reſurrectionis eſt plenitudo. *Non bibam à modo de hoc genimine vitis vſque in diem illum cum illud bibam vobiſcum in regno Patris mei:* per germen vitis, populum ſignificat Iudæorum, quem negat ſe eſſe aſſumpturum, niſi in regno Patris ſui, hoc eſt, niſi in fide ipſius crediderint: & appellatione patris ſe aſſerit filium, quia
C pater non dicitur, niſi habens filium: per regnum autem, fidem indicat, vt alibi ait, Regnum meum inter
Luc. 16. vos eſt. *Diues qui habebat villicum ſiue diſpenſatorem,* Deus omnipotens eſt, quo nihil ditius: huius diſpenſator erat Paulus, qui ad pedes Gamalielis ſacras literas diſcens, legem Dei ſuſceperat diſpenſandam: hic cum cœpiſſet credentes in Chriſtum perſequi & omnem domini
Act. 9. ſui diſſipare ſubſtantiam, dictum eſt ei: Saule, Saule quid me perſequeris? durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare! Dixitque in corde ſuo: quid faciam? magiſter ſui, & cogor eſſe diſcipulus Ananiæ, villicus, & operarius in gentibus: fodere non valeo, omnia enim mandata legis conſpicio deſtructa, & legem ac Prophetas vſque ad Ioannem Baptiſtam eſſe finitos: mendicare erubeſco, vt ſcilicet qui doctor fueram Iudæorum, cogar ad gentes per Ananiam diſcipulum, veritatis & fidei mendicare doctrinam: faciam ergo quod mihi vtile eſſe cognoſco, vt cum proiectus fuero de villicatione mea, recipiant me Chriſtiani in domos ſuas: cœpit eos qui prius
D verſabantur in lege, & ſic in Chriſtum crediderant, vt arbitrarentur ſe in lege iuſtificandos, docere, legem abolitam, Prophetas tranſiiſſe, & quæ antea fuerant pro lucro in ſtercora deputari: vocauit itaque duos de pluimis debitoribus: primus qui debebat centum batos olei, eos videlicet ſignificat qui fuerant ex gentibus congregandi & Dei miſericordia indigebant: ac de centenario numero qui perfectus eſt, fecit eos ſcribere quinquagenarium numerum conuenientem pœnitentibus, iuxta Iubilæum, & illam in Euangelio parabolam, in qua alteri
Luc. 7. quingenta denarij remittuntur. Secundum autem vocauit populum Iudæorum qui pabulo mandatorum Dei vnitus erat, & debebat ei centenarium numerum, quem coëgit, vt de eo faceret octoginta, id eſt, crederet in Domini Reſurrectionem, quæ octauæ diei numero continetur, & octo decadibus completur, vt de ſabbato tranſiret ad primam ſabbati. Ob hanc cauſam à domino collaudatur, quod bene fecerit, & pro ſalute ſua in Euangelij clementiam, de legis auctoritate mutatus ſit. Ideo autem vocatur villicus iniquitatis, quia licet bene offerebat, non bene tamen diuidebat, credens quidem in patrem, ſed filium perſequens: habens Deum omnipotentem, ſed Sanctum Spiritum negans: prudentior itaque fuit Paulus Apoſtolus in tranſgreſſione legis, filiis quondam lucis, qui in legis obſeruatione verſati, Chriſtum qui Dei Patris eſt verum lumen, perdiderunt. *Qui fidelis eſt in minimo*, id eſt, in carnalibus, *& in multis fidelis erit*, hoc eſt in ſpiritalibus: qui autem in paruo iniquus eſt, vt non det fratribus ad vtendum quod à Deo pro omnibus eſt creatum, iſte in ſpiritali pecunia diuidenda iniquus erit: Si autem (inquit) carnales diuitias quæ labuntur non bene diſpenſeris, veras æternaſque diuitias cœleſtis doctrinæ quis credet vobis? & ſi in his quæ aliena ſunt (alienum eſt autem à nobis, quod ſæculi eſt) infideles fuiſtis, ea quæ veſtra ſunt & propriè homini deputata, quis credet vobis? vnde corripit auaritiam, dicens, eum qui amat pecuniam, Deum amare non poſſe: Sciendum eſt autem hanc comparationem Saluatorem noſtrum Epiſcopis poſuiſſe.

S. P. NOSTRI THEOPHILI Archiepiſcopi Antiocheni Commentariorum ſiue Allegoriarum in Euangelium ſecundum Ioannem.

LIBER QVARTVS.

IN principio erat Verbum & Verbum erat apud I
Deum: Principium eſt Deus, Verbum filius Dei Chriſtus de quo paterna vox dicit in Pſalmo, Eructauit cor meum Verbum bonum, id eſt, Chriſtum per quem omnia facta ſunt: *& ſine ipſo factum eſt* I
nihil, id eſt, idolum, quod vt ait Apoſtolus Paulus, ſcimus quia nihil eſt in mundo. *Quid mihi & tibi eſt mu-* It
lier? nondum venit hora mea: hoc ideo ait, quia Chriſtus, & Deus erat de Deo natus, faciens miracula: & homo erat per matrem, humana tractando: ergo nunc, quia myſterium operaturus erat, aquam in vinum mutando, nihil ſe commune dicit habere cum matre, id eſt, nihil humani, ſed diuini operis ait ſe eſſe facturum. Nam per nuptias, coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ, hoc eſt veteris & noui Teſtamenti traditionem debemus accipere: per ſeptem autem hydrias lapideas, ſeptem Eccleſias ſuper petram fundatas, aqua plenas, id eſt, Baptiſmatis gratia repletas: quod autem dicit ſcriptura, *capientes metretas binas vel ternas*, binæ eos ſignificant, qui matrimoniis coniunguntur: quod vero ternas dicit, eos demonſtrat qui Trinitatis virtute ſpiritales effecti ſunt, Architriclinus autem, Moyſes: & nouus ſponſus, Chriſtus eſt intelligendus: aquas in vinum conuerſas, ſignificat fideles Baptiſmate cruorem paſſionis appetere. *Reſpondit mulier, & dixit, non habeo* Io
virum: hæc mulier Samaritana erat, quam per quinque viros, quinque libros Moſis dominus habuiſſe ſignificat. *Eſt autem Hieroſolymis natatoria piſcina, quinque* Io
porticus habens: per quinque porticus, quinque libros Moſis ſignificat, quibus populus Iſraël continebatur: nam per aquam, populus Iudaicus eſt intelligendus, qui adueniente Domino noſtro ita turbatus eſt eius videndo miracula, ſicut aqua per Angelum mouebatur: Ideo autem ad motum aquæ vnus curabatur, quia vnica eſt Eccleſia: ob hoc etiam ſcriptum eſt, quod *non niſi qui de-* Ia
ſcendiſſet, ſanabatur, quia ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam: quod vero eum triginta octo annos in infirmitate iacuiſſe ſcriptura commemorat, ſciendum eſt quadragenarium numerum, plenitudinem conferre Iuſtitiæ: Nam quadraginta diebus ac noctibus Moſes & He- Iu
lias & Chriſtus ieiunaſſe noſcuntur, quoniam ab vno qui 40
Deus eſt, vſq; ad quatuor multiplicatio facit decem, quot ſũt præcepta Decalogi: qui denarius numerus veteris Teſtamenti per Euãgelium, quadragenarium numerum facit:

ad

Google

ad quem implendum quia duo mandata deerant infir-
manti,ſcilicet,Diliges dominũ Deum tuum ex toto corde
.10. tuo , & proximum tuum tanquam teipſum ; venit ad
ægrum Ieſus qui erat Deus & homo , vtriuſque dilectio-
nis auctor atque collator , & ſanauit eum , dicens : *Tolle*
grabatum tuum , & vade in domum tuam : & quid eſt
ferre grabatum , niſi quod voluntatem carnis noſtræ in
qua iacebamus, quaſi in lecto comprimere debeamus,&
cum fuerimus ſaluati diuinitus , ferre nitamur vt carne
noſtra potiores probemur ? Nam quod ait , *vade in do-*
mum tuam , hoc præcepit vt faciamus diuina mandata
.7. per quæ ad æternam domum peruenire poſſimus. *Et ne-*
mo miſit manum in eum , quia nondum venerat hora eius:
hæc hora non ſecundum Mathematicos intelligenda eſt,
ſed potius hora illa qua ipſe crucifigi & pati voluit. Inde
ait : *nondum venerat hora eius* , quia nondum vniuerſa
propoſitæ operationis impleuerat Myſteria , propter quæ
9. carnem dignatus erat ſumere. *Et præteriens vidit homi-*
nem Cæcum à natiuitate ſua : per cæcum naturaliter non
videntem & illuminatum , ſignificat humanum genus
originali peccato detentum. *Mittitur in Syloa* , id eſt , in
Baptiſmatis fonte , à gentilitatis ſacrilegio detentus , li-
beratur. Lutum vero factum de ſaliua oris domini , ac
poſitum ſuper occulos cæci , ſignificat hic quod naturæ
deerat , opere ſuo implere figulum : vt illuminationem
11. noſtram auctori imputemus potius quam naturæ. *Erat*
quidam languens Lazarus a Bethania : per Lazarum, hu-
manum genus oſtenditur , quod ante Aduentum Chriſti
in ſæculi noctibus dormiebat : Inſtitis autem conſtrictus,
ſignificat peccatis propriis obuolutum. *Martha vero &*
Maria , Eccleſiæ fides & opera intelligentur , rogantes
Chriſtum vt Lazarum, id eſt , humanum genus viuificet:
Lapis autem reuolutus a monumento , ſignificat infide-
litatis duritiam ab hominum corde ſubmotam : per
quartum diem reſurrectionis eiuſdem , quatuor Euange-
liorum demonſtrat figuram , quorum prædicatio duri-
tiam à nobis aufert cordis : quod autem lachrymatus eſt
Ieſus , vel propter perfidiam Iudæorum , vel vt ſe homi-
6. nem demonſtraret fleuit. Item aliter de alio Lazaro Lu
cæ inquirendum eſt , quomodo in parabola Lazari diues
in tormentis ſit ante iudicium : aut quomodo digitum
Lazari dicat. Nunquid corpora apud Inferos ſunt : aut
ipſe qui aquam deſiderat , nunquid ſitim corporis ſentie-
bat ? hæc autem omnia ſecundum eos affectus loquitur,
quos aliquando pro neceſſitate corporis geſſerat : Cæ-
terum ille ante iudicium tormentorum ſenſus quaſi pro
loco cuſtodiæ in quo erat , recipiendus eſt. Res quippe
ipſa in cuſtodia non eſt abſque tormentis. In hoc quoque
quod apud Infernum , Abrahamum videt , hic ſubeſſe a
quibuſdam tarin putatur , quod omnes Sancti ante
Aduentum Domini Ieſu Chriſti etiam ad inferna , licet
in refrigerij locum deſcendiſſe dicuntur : Alij opinantur
locum illum in quo Abraham erat , ab illis inferni locis
ſeorſim in ſuperioribus fuiſſe conſtitutum : propter quod
dicit Dominus de illo Diuite , quod eleuans oculos ſuos
cum eſſet in tormentis , vidit Abraham de longe : Sinus
quoque ipſius Abrahæ , deſignat loci illius & regionis
1 quietem. *Ambulate dum lucem habetis :* per lucem Chri-
ſtum legemque ſignificat : per tenebras vero , Antichri-
ſtum erroris auctorem. *Vado ad patrem, quia pater maior*
me eſt : cur igitur alibi ait Ieſus , Ego & pater vnum ſu-
mus ? Sciendum eſt quod Chriſtus Dominus noſter ita
verus homo & verus eſt Deus : de patre Deo ; de matre
homine , homo. Illic ſecundum hominem , hic ſecun-
dum Deum loquutus creditur : iuxta quam rationem
etiam in reliquis quæ aut æqualitatem cum patre , aut
humilitatem eius humanitatis ſonant , facile intellectus
5. patebit , *Ego ſum vitis vera , pater meus autem agricola*
eſt : quoniam pluuiam & ſerenitatem miniſtrans , nu-
ſtrarum eſt cultor animarum : per palmitem vero fructi-
ferum,Catholicum populum ſignificat vbique diffuſum:
per infructuoſum autem , hæreticos notat , quos velut
ſarmenta arida Gehennæ ignis expectat. *Reconde gladium*
8. *in thecam :* hic per gladium , ſpiritus eſt intelligendus , vt
alibi ait Dominus Ieſus ; non veni pacem mittere ſed
gladium. *Auricula autem à Petro amputata* , auditus eſt , E
Iudæorum , vt ait Iſaias , Aure audietis & non intellige- Matt. 10.
tis. Theca autem pectus eſt Petri , in quo latebat Spiri-
tus ſanctus. *Et traxit rete in terram , plenum magnis piſci-* Ioan. 21.
bus, 153. Sciendum eſt quod mare, ſæculum ſignificat : per
nauem,Eccleſiam , per Piſcatores , Apoſtolos , per Piſces
magnos,Animas ſanctas,quas ideo 153.eſſe Euãgeliſta cõ-
memorat,quoniã qui Decalogi Præcepta cuſtodiunt, ac-
cepto Spiritu ſeptiformi,ſancti eſſe noſcũtur;Nam ab vno
vſque ad decem & ſeptem multiplicati creſcendo 153.fa-
ciunt. Spiritales ergo legunt Euangelium , qui ſeruantes
numero & merito Apoſtoli eliguntur. Cæteri vero, quo-
rum vita expers eſt Eccleſiaſticæ diſciplinæ , vagantur in
fluctibus. *Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* Matt. 11.
Et cur alibi legitur propter verba labiorum tuorum ego
cuſtodiui vias duras. Manifeſtum eſt quidem quod om-
nes qui in Chriſto pie volunt viuere , perſecutionem pa-
tiantur. Sed tamen diligentibus Deum quæ ſunt dura in
præſenti vita , fiunt leuia ſpe futuri gaudij. *Regnum Dei* F
intra vos eſt : in vnoquoque pro bonorum malorumque
diſtantia aut Deus regnat , aut diabolus : quia neceſſe eſt
vt cuius voluntatem opere perficit , eius imperio videa-
tur eſſe ſubiectus , itaque ſi iuſti ſunt quidem , Deus in
his regnare videtur & dicendus eſt : Si autem Iniuſti, dia-
bolus. Poteſt & fides regnum Dei dici per quam ſcilicet
iuſtus viuit , & per quam Ieſus Chriſtus habitat in cor-
dibus ſanctorum ſuorum. *Abraham pater veſter exultauit* Iob, 8.
vt videret diem meum , vidit & gauiſus eſt : Prophetæ
Videntes olim appellabantur , ideo quod ſancti Spiritus
munere ea quæ cæteris erant clauſa quaſi futurorum præ-
ſcij videbant , inter quos Abraham Ieſum Chriſtum vi-
dit in ſpiritu. *Dixit Ieſus ad Samaritanam, da mihi bibere,* Ioan. 4.
id eſt credulitatem tuam ſitio & conuerſionem : dicit ei
quoque , *voca virum tuum* , hoc eſt accommoda intel-
lectum : quinque viros habuiſti : vel Pentateuchum , vel
quinque corporis ſenſus ſignificat. Ideo Ieſus pedes Apo-
ſtolis lauit , id eſt ne quid in eis terrenæ cogitationis &
maculæ remanſiſſet vel remaneret. Ad hoc quoque legi- G
tur Ioannes recubuiſſe ſuper pectus Ieſu , quia ſolus vir-
go fuit , qui a virginis filio præ cæteris præferretur. Hic
de ſecreto pectoris ſui hauriebat aquam viuam quæ ei
nunquam faceret ſitim. Ideo accepta buccella legitur
quod Satanas in Iudæ pectus intrauit , quia ſicut antido-
to fugatur venenum , ita dato pane apparuit Satanas in
Iuda , in quo dum furaretur , latebat , & ideo ſubdidit
dicens , quod facis , fac celerius , vt oſtenderet horam
paſſionis propria voluntate ſibi imminere. Hortus Domi-
ni eſt Eccleſia Catholica , in qua ſunt roſæ martyrum ,
lilia virginum , violæ viduarum , hedera coniugum :
nam illa quæ æſtimabat eum hortolanum eſſe , ſignifica-
bat , ſcilicet , eum plantantem diuerſis virtutibus , cre-
dentium vitam , Amen.

S. P. NOSTRI THEOPHILI Patriarchæ Antiocheni , contra Chriſtianæ Religionis Calumniatores , ad Autolycum , H

LIBER PRIMVS.

LINGVA quidem diſerta & dictio terſa delectationem & laudem afferunt , nec non plurimum conducunt miſeris mortalibus , quorum animus deprauatus eſt , ad vanam gloriam parandam. Cæterum veritatis ſtudioſus non animum adijcit ſermonibus corruptis , verum ſedulo inquirit quænam materia , ſiue quis effectus , aut quodnam opus ſit orationis. Tu me , ô amice , tantum non obruiſti ſermonibus tuis , quibus declaras te multum gloriari & ſuperbire propter deos tuos lapideos , ligneos , ſculptos , fuſos , fictos , & pictos , qui neque cernunt neque audiunt, Præterea mihi

Orationis ſubiectũ conſiderandum potius quam verba.

A

crimini vertis, quod ſim Chriſtianus, & inſigne præclarumque hoc nomen geram. At ego quidem libere confiteor me eſſe Chriſtianum, gaudeoque iſtoc nomine quod Deo gratum & acceptum eſt, appellari: & nihil æque in votis habeo quam vt ſim εὔχρηστος, id eſt, bonus erga Deum, ſiue vt me bonum Deo exhibeam. Non enim, vt tibi videtur, odioſum & moleſtum nomen illud eſt. Verum enimvero tu fortaſſis ita ſentis de Deo, quod ἄχρηστος, id eſt, malus erga deum. Sin autem obieceris, Age ergo oſtende mihi Deum tuum, reſpondebo: Age ergo oſtende mihi hominem tuum: fac te hominem eſſe cognoſcam, & quis meus ſit Deus demonſtrare non morabor. Animi tui oculos præbe videntes: cordis tui aures da operam vt videant. Quemadmodum enim oculis carnalibus humanæ vitæ actionem apprehendimus, probantes ea quæ inter ſeſe differunt, ſiue lucem ſiue tenebras, album aut atrum, pulchrum aut turpe, commenſurabile aut incommenſurabile, id quod ſuis

B

numeris aut conſtat aut diſtat, aut quod partibus excedit aut mutilum eſt ſiue defectum patitur: ſimiliter quæ ſub auditum cadunt, quemadmodum explorat auris, acutane ſint ſiue grauia aut iucunda: ſic ſe res habet quod attinet ad aures cordis & ad animi oculos, ſi id quæritur, vt Deum aſpicere poſſint. Nam Deus non ab omnibus videtur, verum illi ſoli eius aſpectu frui poſſunt quibus datum eſt, iis nempe qui animi oculos offerunt, non clauſos, ſed apertos. Omnibus quidem ſunt oculi, at quorumdam adeo ſunt obſcurati, vt Solis lucem intueri nequeant. Cæterum non propterea Solares radij fulgore carent, quod à cæcis non videntur, immo ſeipſos & ſuos oculos potius culpent cæci. Pari ratione, ô homo, animi tui oculis offuſa eſt caligo, cuius cauſam nullam aliam, quam tua ſcelera & peccata dicito. Vt ſpeculum ſplendidum, ſic hominis animum purum & mundum eſſe oportet. Si rubigo innaſcerit ſpeculum, quod hoc patitur idem & tibi accidit, vbi peccatum te occupauerit. Talis, vt dicam quod ſentio, Deum cernere nequaquam valebit. Si itaque deſideras vt Deum meum tibi ob oculos ponam, primum peto temetipſum mihi oſtendas, vt ſciam, ſisne adulter, ſcortator, fur, raptor, ſpoliator, cynædus, contumelioſus, calumniator, iracundus, inuidus, & ſuperbus: ſisne contemptor, percuſſor, auarus, parentibus parum obtemperans, plagiarius, tuoſque liberos vendas. His, qui prædictis criminibus ſunt innexi, nequaquam apparet Deus niſi prius ab omni inquinamento ſe repurgarint. Hæc omnia tenebras oculis tuis inducunt, non ſecus ac ſi humor aliquis in oculos exteriores influat, qui obſtat, quominus ſolis lucem diligentius contemplari queant. Haud diſſimili ratione, ô homo, impietas tua te occæcat, quo fit vt nequeas Deum videre. Dicas igitur: Tu, qui videns es, obſecro, Dei formam mihi enarrato. Audi, ô homo: Dei quidem forma nobis occulta explicari haud quit, nec corporis oculis videtur. Non ea animi parte, qua opinantur, percipi non poteſt: nec magnitudo eius comprehendi, aut altitudo mente valet capi. Fortitudine nemini eſt conferendus, cuiuſque ſapientia plane cenſetur incomprehenſibilis. Bonitate nemo eſt qui eum poſſit imitari, ſumuſque imbecilliores quam vt eius beneficentiam noſtris linguis explanare poſſimus. Lumen ſi eum dixero, creaturam eius (ſiquidem à Deo lux creata eſt) dico: Sermonem ſi dixero, principatum eius dico: mentem ſi dixero, prudentiam eius intelligo: ſpiritum ſi dixero, reſpirationem eius demonſtro: ſapientiam ſi dixero, filium eius ſentio: fortitudinem ſi dixero, potentiam eius accipio: potentiam ſi dixero, operationem eius efficacem intelligi volo: prouidentiam ſi dixero, bonitatem eius in conſpectum produco: regnum ſi dixero, gloriam eius profero: dominum ſi dixero, iudicem ſi dixero, iuſtum eum eſſe pronuncio: patrem ſi dixero, omnia eum eſſe determino: ignem ſi dixero, iram eius indico. At obiicias: Iraſcitur Deus? Maxime, iram enim ſuam porrigit in omnes qui mala deſignant, bonitatem vero & manſuetudinem, nec non miſericordiam ſuam impartitur iis omnibus, à quibus vt pater & timetur & amatur. Pios enim inſtruere & docere non ceſſat: interim impios pœnis ſubdere non omittit: impios magna ſeueritate & iudicat & vindicat. Principio caret, eſt enim ingenitus; nulli mutationi ſubiacet, eſt enim immortalis. Deus nominatur, διὰ τὸ τεθεικέναι, id eſt, ab eo quod omnia in ſuam ſecuritatem collocauit. Idem nomen & à θέειν, id eſt, currendo ſortitus eſt. Omnia enim mouet, in operationem producit, nutrit, ſua prouidentia diſponit, gubernat, vegetat & viuificat. Dominus nuncupatur quia omnia eius dominio ſunt ſubiecta. Pater appellatur, quia ante hoc vniuerſum extitit. Opifex & creator vocatur, quia condidit & creauit hanc Vniuerſi machinam. Altiſſimus perhibetur, quia ſuper omnes ſiue omnia, eſt. Imperator dicitur, quia omnia complectitur, ſuoque imperio temperat. Nam altitudines cœli, profunditates abyſſi & fines orbis in manu eius ſunt. Nec locus eſt aliquis in quo moretur & quieſcat. Cœli ſunt opus atque creatura. Mare præterea ipſe condidit. Homo, figmentum & imago eius eſt. Sol, luna, aſtraque, elementa eius habentur in ſigna, tempora, dies, annoſque comparata. Condita ſunt hæc omnia vt miniſtrent & Inſeruiant homini. Præterea Deus vniuerſa cum non forent, creauit, vt ex operibus ſuis quam magnus, quam excellens ſit homini innoteſceret. Vt anima in humano corpore non videtur inuiſibilis exiſtens, verum ex corporis motu cognoſcitur: ſic nec Deus humanis & corporeis oculis videri poteſt: cæterum ex prouidentia, qua ſingula ordinat: ſuiſque operibus aſpicitur & apprehenditur. Quemadmodum ſi quis cernat nauem ſuis armamentis inſtructam mare ſulcare, & in portum appellere, certe credit aliquem, à qua gubernetur, in ea eſſe gubernatorem. Sic certe nemo adeo abiecti animi, quin credat Deum eſſe gubernatorem omnium, quamuis oculis carnalibus eum non aſſequamur: quia nullo modo à nobis percipi poteſt. Nam ſi in ſolem, quod ſane minimum eſt elementum, homo oculos intendere nequit propter caloris & potentiæ excellentiam: multo minus gloriam Dei, quæ ineffabilis eſt homini, homo mortalis contueri poteſt. Quemadmodum malum Punicum cortice velatur, qui interiora continet: habet & manſiones loculoſque complures pellibus interceptos & diſtinctos qui plurima grana intra ſeſe complectuntur: ſic vniuerſa natura à Dei continetur ſpiritu. Spiritus, qui vniuerſam naturam conſertam tenet, à Dei manu continetur. Quemadmodum granum mali Punici, quod cortice exteriore includitur, corticis exteriora cernere haud poteſt: ſic nemo mortalium qui tenentur manu Dei cum vniuerſi natura, Deum cernere valet. Imperator terreſtris eſſe præſumitur (quamuis non ab omnibus videatur) oculos vertenti in leges & imperij adminiſtrationem. Præterea eſſe cognoſcitur ſi quis oculos in potentatus & poteſtates necnon imagines eius coniiciat, & Deum ex potentia & operibus ſuis cognoſcere cunctatis: Opera Dei, ô homo, obſeruato, ſtatam & certam temporum mutationem & viciſſitudinem, ſtellarum reuolutiones, elementorum ordinatum curſum, dierum noctium, menſium, annorumque eleganter diſpoſitum ambitum, ſeminum, plantarum, fructuumque mirabilem amœnitatem, variam & eximiam quadrupedum, volatilium, reptilium, natatilium, aquatiliumque prolem. Vide ad hæc prudentiam animalibus inditam ad generandum, & enutriendum fœtus, nec id faciunt reſpectu priuatæ vtilitatis, ſed vt homo alimenta & neceſſaria capiat, ſic procurante diuina prouidentia, dum omni carni alimenta parat. Nota mirabilem obedientiam, quam induxit Deus vt omnia homini parerent. Contemplare fontium dulcium & fluuiorum perennem fluxum, roris, pluuiarum, imbriumque qui ſtatis temporibus fiunt, certam ſuppeditationem. Vide cœli in primis admirandum motum, Luciferum exorientem, & perfecti ſyderis aduentum prænuntiantem. Suſcipe Pleiadum & Orionis coniunctionem, Arcturum & reliquorum aſtrorum proceſſum, qui in cœli peragitur circulo, quibus omnibus excellens Dei ſapientia, nomina propria impoſuit. Hic ille Deus ſolus eſt, qui ex tenebris creauit lucem, qui ex theſauris ſuis lumen profert: qui præparauit receptacula

E *Deus unde dicatur.*

F *Mundus à Deo conditus.*

Dei gloria ineffabilis.

G *Mali Punici ad Deum & Mundum analogia.*

Dei & Imperatoris terreni comparatio.

H *Animalium prudentia.*

Mundi conſideratio elegans. *Solem intelligit.*

Auſtri,

A Auſtri, theſauros abyſſi, terminos maris, niuis & grandinis theſauros: quoque congregat aquas ex abyſſi theſauris. Hic idem colligit in ſuos theſauros tenebras & lucem iucundam, ſuauem, deſiderabilem, delectabilemque ex promptuariis ſuis depromit. Nubes à terræ extremitate ſurſum rapit, fulgura cum imbribus multiplicat, mittit fulmen in terrorem mortalium, fulminiſque fragorem coruſcante fulgure prædicit, ne anima proſtrata & ſubito conſternata è mortali corpore euolet. Fulguris ex cœlo deſcendentis magnitudinem ita contemperat, ne terram comburat. Nam ſi ſuo arbitrio feratur, orbis concremaretur: ſi tonitru ſuo impetu feratur, omnia quæ in orbe ſunt ſubuerterentur. Hic meus eſt Deus & vniuerſorum Dominus, qui cœlum extendit ſolus, latitudinem terræ quæ ſub cœlo eſt poſuit, conturbat & concitat profunditatem ſinuoſi maris, reſonare facit procellas eius, maris potentiæ potenter imperat, procellarum turbinem ſedat & placat qui inædificauit aquis

Fulmĩ & Tonitru, cur ſint.

B veluti fundamento; terræ orbem: ſpiritum ſubminiſtrat liberaliſſime qui orbem vegetat, huius ſpiraculum viuificat hoc vniuerſum, quem ſi apud ſeſe retineat, deficiet hoc vniuerſum. Hunc, ô homo, loqueris, hunc ſpiritum ſpiras & hauris, eumque ignoras, quod ideo tibi euenit, quia geris mentem occæcatam & cor obſtinatum. Cæterum, ſi voles, ſanabere. Medico temetipſum committe, & oculos animi tui cordiſque aperiet, iiſque viſum reſtituet. At quis ille medicus? Deus, qui ſanat & viuificat per ſermonem & ſapientiam ſuam. Deus per ſermonem & ſapientiam ſuam condidit vniuerſa. Nam ſermone eius firmati ſunt cœli & ſpiritu eius. In ſapientia fundauit Deus orbem, prudentia præparauit cœlos, prouidentia eius abyſſi rupti ſunt, imbreſque promanare fecerunt rorem. Si in hunc modum fueris, ô homo, inſtitutus, & eadem ſapis, caſte ſancteque viuens, profecto Deum videre quibis. In primis tamen requiritur fides & timor Domini, quæ duo in animo tuo præcedere oportet. Hæc autem tum intelliges, vbi depoſueris mortale

Spiritus Dei.

Deus vt videatur.

C hoc corpus, & incorruptibilitatem indueris, tum demum condigne Dei conſpectu frui poteris. Nam Deus ſuſcitabit carnem tuam, eamque vna cum anima immortalitate donabit. Tunc igitur, ſi nunc fidem habueris, immortalitate amictus Deum conſpicabere, tunc ſcies & ſenties quæ impio ore contra ipſum es in hac vita loquutus. Si nunc parum credis mortuorum Reſurrectionem, tunc nolens volens credere cogeris. Cæterum fides, tua tunc temporis incredulitatis reputabitur, niſi nunc fidem te adiungas. Quid obſecro incredulus es? Non animaduertis actiones omnes antecedere fidem? Quis, cedo, agricola metere poteſt, niſi prius ſemen credat ſulcis? Quis mare poterit traiicere, niſi prius ſemetipſum credat naui & gubernatori? Quis morbis implicitus ſanitatem recuperare poterit, niſi ſemetipſum prius credat medico? Quam artem, quam ſcientiam quis diſcere poterit, niſi prius ſemetipſum tradiderit & crediderit præceptori? Si igitur agricola credit telluri, nauigaturus naui, infirmus medico, tunc refugis temetipſum credere Deo à quo tot fidei arrabones accepiſti? Primum quidem eum non fo-

Reſurrectio mortuorum.

Fides omnia actione antecedit.

D res, te creauit. Niſi enim parentes tui fuiſſent, multo minus tu extitiſſes. Cum non eſſes, te formauit ex humida & minima ſubſtantia, & ex minutiſſima guttula, quæ nec ipſa aliquando erat. Et eo modo in hanc vitam te produxit Deus. Hanc tandem quæſo credis idola quæ humana parant manus, deos eſſe, & virtutes operari, Deo autem conditori tuo, qui operari poteſt, diffidis? Nomina quidem eorum deorum, quos te colere ais, nomina ſunt mortuorum hominum. At qui & quales fuere homines? Saturnum perhibent proprios deuoraſſe natos. Sin huius filium, Iouem dixeris, obſecro & huius vide opera: cuiuſque vitam & conuerſationem perpende. Primum quidem in Ida monte à capra enutritus eſt. Hanc deinde mactans (vt tabula docent) ex pelle ſibi veſtem fecit. Reliqua eius opera, quod cum ſorore concumbit, adulteria committit, pueris inſidiatur, melius de ipſo Homerus aliique poëtæ commemorant. Quid filios eius enumerare attinet? Herculem, qui ſeipſum concremauit:

Dij gentium: Saturnus Iupiter.

E Bacchum, ebrietati obnoxium, & furore percitum: Apollinem qui Achillem metuit, & fugit, Daphnem amat & Hyacinthum mori neſcium: Venerem vulneratam: Martem hominum occiſorem, & ſanie ſemper manantem. Hos omnes in deorum numerum referunt. Hæc quidem quæ hactenus dedimus, mediocria ſunt, cum reperiatur Deus in primis decantatus Oſyris nomine. In huius honorem quotannis initiationes fiunt, vt qui perierit, & iterum inueniatur dum cantu quæritur, nec, an interierit, intelligitur: nec, ſi inueniatur, oſtenditur. Quid dicam Attim caſtratum? Adonim in ſyluis errantem & venantem & ab apro vulneratum: Æſculapium fulmine ictum; Serapis Sinopa profugi in Alexandriam aduentum? Dianam Scythicam & ipſam profugam homicidam, venatricem, & Endymionis amore furentem? Hæc non à nobis literarum monumentis produntur, veſtri ſcriptores ea commemorant, & veſtri poëtæ ea deprædicant. Quid refert recenſere numerum animalium reptilium, iumentorum, beſtiarum, volatilium, aquatilium, & nata-

Hercules. Bacchus. Apollo. Venus. Mars.

Oſyris.

Attis. Adonis. Æſculapius. Serapis. Diana. Endimio. Ægyptiorum. Dij.

F tilium, quibus diuinum cultum præſtant Ægyptij? Præterea quid commemorem pelues & reliquos turpitudinis ſonos? Si dixeris Græcos & reliquas gentes, certe & hæ colunt lapides, ligna, & reliquam materiam, quemadmodum prædiximus; & imagines defunctorum hominum. Phidias Piſis Elienſibus Olympium conſtruxit Iouẽ: idem Athenienſibus Mineruam, quæ in arce locata eſt, elaborauit. Te interrogare lubet, & quot tandem inueniantur Ioues? Iupiter primum quidem nominatur Olympius, deinde Latialis, Caſſius, fulminator, propater, peruigil, vrbium defenſor, Capitolinus. Et quidem Iupiter Saturni filius, Cretenſium rex, in Creta ſepultus eſt. Reliqui Ioues, vt arbitror, ne quidem ſepultura digni habiti ſunt. Sin autem in medium produxeris eam, quæ deorum Mater celebratur, reſpondeo: Dij meliora, vt ſuſtineam vel ore eloqui opera eius. Nam ea ſaltem nominare nobis haud fas eſt. Nec eius miniſtrorum, a

Phidia Iupiter, & Minerua.

Ioues quã multi.

G quibus colitur, opera recitabo, nec etiam vectigalia & oblationes quas inferunt regi. Præterea nec ipſam nec filios eius deos eſſe iudicandum eſt, ſed idola ſunt, quemadmodum ſupra docuimus. Opera ſunt, quæ confecit manus humana, & dæmonia impuriſſima. His ſimiles reddantur quicunque ea fabricant, & in eis ſpem collocant. Quæ cum ita ſint, magis honorabo regem ſiue Cæſarem, non tamen eum adorabo, verum pro eo orabo. Deum, qui vere verus Deus eſt, adorabo, ſciens. Cæſarem ab ipſo eſſe ordinatum. Dicas ergo: Quare regem ſiue Cæſarem adorare recuſas? Quia non ad id inſtitutus eſt vt adoretur, ſed vt legitimo, qui ipſi congruit honore, tetur honore. Rex enim ſiue Cæſar, Deus non eſt, ſed meminerit ſe eſſe hominem à Deo in hanc dignitatem promotum, non vt adoretur, ſed vt iuſte, quemadmodum iuſtitia exigit, iudicet. Nam regnum ſiue imperium, rerumque adminiſtratio ipſi à Deo commiſſa & demandata eſt. Hinc Cæſar ſiue rex, neminem ſubiectorum, aut regem aut Cæſarem appellari vult. Regium enim ſiue Cæſareum nomen ipſi ſoli competit, nec alius id vendi-

Deorum Matris flagitia.

Imperator quomodo honorãdus.

Orandũ pro Regibus.

Prou 24.

H care audet. Ita adorandi cultus nemini niſi Deo ſoli deferendus eſt. Itaque, ô homo, in omnibus errore duceris. Regem quidem ſiue Cæſarem honora: honora, inquam, magna cum beneuolentia, ſubiectus ei exiſtens, & orans pro eo. Hæc faciens, Dei voluntatem exequeris. Nam diuinæ legis hic tenor eſt: Honora fili mi Deum & regem, nec vnquam eorum inobediens ſis. Subito enim hoſtes ſuos vlciſci poſſunt. Quod tibi ludibrium debeo, dum me Chriſtianum nuncupas, non magni facio, immo reſpondeo te neſcire quid dicas. Nam vnctionis hoc nomen, inprimis bonum ſuaueque eſt, nec riſum meretur. Quæ etenim nauis bona & vtilis eſſe poteſt, niſi prius vngatur? Quæ turris aut domus elegans & vtilis eſſe poteſt, niſi prius vngatur? Quis mortalium, qui progreditur in hanc vitam quæ certaminum arena eſt, & non oleo inungatur? Quoduam opus ornatum haberi poteſt, niſi perungatur & quaſi ſplendore illuſtretur? Præterea aer, & omnis quæ ſub cœlo eſt creatura quodammodo lumine & ſpiritu inungitur, & tu recuſas ma-

A cerati Dei oleo? Certe nulla alia ex re Chriſtianorum nomen traximus, quam quod diuino oleo perfundimur. Præterea negas mortuorum reſurrectionem: Ais namque: Oſtende mihi ſaltem vnum ex mortuis reuocatum, quem ſi videro, verbis tuis fidem habebo. Sed quid memorabile facis, ſi videas & credis? Si credis Herculem, quem flamma aſſumpſit, viuere, Æſculapium fulmine ictum vitæ reſtitutum: quæ dementia eſt nolle dare fidem illis, quæ Deus loquitur? Dubitatio me tenet, & ſi tibi præſentarem aliquem è mortuis euocatum, an apud te fidem inuenire poſſem? Cæterum Deus plurima rerum argumenta ſuppeditat, quibus incredulitatem noſtram, quantum ad reſurrectionis negotium attinet, propellat. Obſerua, niſi moleſtum ſit, temporum, dierum & noctium interitum. An non animaduertis vt iſta & moriantur & reſurgant? Quid præterea referam? reſurrectionem fructuum & ſeminum, quæ omnia noſtræ vtilitati ſeruiunt? Si enim granum, exempli gratia, tritici, B aut reliquorum fructuum in terram ſparſeris, primum quidem moritur, & diſſoluitur & tum demum naſcitur, & in culmum fructificantem aſſurgit: Arborum & quercuum natura ſecundum Domini imperium occulta quadam vi nobiſque inuiſibili ſtatis temporibus fructus proferunt. Interdum paſſerculus aut alia auicula deuorans ſemen mali, aut ficus aut alterius rei, auolat in locum aliquem editum, ſaxoſum, & id in foueam aliquam per diuerſam corporis partem emittit. Quid fit? Semen illud ſubcreſcit, & in arborem magnam euadit, quamuis deuoratum per tantum calorem tranſierit. At hæc omnia operatur Dei ſapientia, quibus confirmare aggreditur, ſibi non eſſe impoſſibile præſtare ea, quæ de vniuerſali reſurrectione feruntur. Sin autem volueris mirabilius ſpectaculum cernere, quod ad id comparatum eſt vt maiore euidentia mortuorum reſurrectio comprobetur, iubeo te erigere vultum non ſolum ad terreſtria, verumetiam ad cœleſtium reſurrectionem. Lunam vide, quæ C ſingulis menſibus & perit & renaſcitur; nec non & alia conſiderato aſtra. Præterea & in temetipſo, quamuis id ignores, reſurrectionis operationem agnoſce, ô homo. Nam non dubito, quin aliquando aduerſa valetudine afflictus amiſeris carnes tuas & formam roburque. Cæterum Deus miſericordiam tibi impartiens, & medicinam tribuens effecit: vt carnes amiſſas, formam robutque recuperares. Et quemadmodum ignoras quo te relicto carnes abierint: ſic te fugit vnde redierint, & vnde eas receperis. Verum enimvero, inquis, quaſi neſciam; ex alimento & ſaporibus pulchre in ſanguinem conuerſis carnes repullularunt. Cæterum & Dei, ne erres, hoc beneficium eſt, nec alteri eſt acceptum ferendum. Quapropter moras nectere ceſſa, quin magis fidei te mancipato, Et ego quidem quondam parum credidi reſurrectionem futuram: at ea cum animo diligenter voluens reuoluenſque quæ modo diximus, nihil hæſitans libenter iis fidem accommodo. Fidem meam plurimum adiutarunt literæ ſacræ quas legi, in primis tamen prophetarum oracula, quæ Spiritu ſancto afflati prædixere, plurimum mihi D contulere. Nam præterita, non ſecus ac euenere, prædixerunt, ſimiliter & præſentia, nec non futurorum quis modus quive ordo futurus ſit præmonuere? Confirmatus igitur ex iis quæ prædicta ſunt à prophetis & contigere, non amplius hæſito, ſed Deo fidem habeo, lubenti animo ei obtemperans: cui te adhortor quoque, obedias: ne, ſi nunc incredulus es, aliquando credere cogaris, magno tuo malo ſubditus ſempiternis pœnis. Harum pœnarum mentionem fecere & prophani veſtri ſcriptores philoſophi & poetæ: at proprio Marte ne ſomniare quicquam de illis potuere, verum expilantes ſcripturam ſacram, pœnarum illatum mentionem in ſuis ſcriptis fecere, vt ſua dogmata magis conſtabilirent. Sed non abs te factum eſt quòd etiam hi commemorarunt, immo prænuntiarunt pœnas, quæ impios & incredulos manent. Nam hæc quidem in teſtimonium vergent mortalibus, ne ſe excuſare poſſint, dicentes: Non audiuimus nec cognouimus. Verum tu ipſe, ſi placet conſule literas ſacras. Hæ etenim maiore euidentia te inſtituere poſſunt, quo pacto poſſis euitare ſempiternas pœnas, & E nanciſci perpetua bona, quæ ſuis cultoribus pollicetur Deus. Nam is qui dedit os ad loquendum, qui formauit aurem ad audiendum, qui finxit oculos ad videndum, exquiret & aſſidua indagine excutiet omnia: & ſententiam ſuam iuſtiſſime pronuntiabit, tribuens cuique ſecundum opera ſua. His quidem, qui operibus bonis intenti quærunt immortalitatem, donabit vitam perennem, gaudium, pacem, requiem, & abundantiam bonorum, *quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis aſcenderunt.* At incredulis, contemptoribus, non obtemperantibus veritati, parentibus vero iniuſtitiæ, & qui inquinantur adulteriis, ſcortatione, maſcula Venere, auaritia, & nephario ſimulachrorum cultu, iis inquam cedet ira, furor, tribulatio & anguſtia. Et vt ad pauca redeam, ignis infernalis hos perpetuo cruciabit. Cum igitur tu mihi imperaris vt tibi oſtenderem, ô amice, quis ſit Deus meus, puto me meo officio perfunctum, cum tibi ſignificarim quis meus ſit Deus. Hunc F vt timeas eique credas tibi pectore toto conſulo.

Bona opera. 1. Cor. 2.

THEOPHILI AD Autolycum.

LIBER SECVNDVS.

ANTE hoſce aliquot dies, optime Autolyce, ſermonem habuimus te audiente: & ſatis euidenter declarauimus, quis meus ſit Deus. Interim tu quidem, ne id omiſerim, aures præbuiſti attentas, cum de mea religione verba facerem. Quibus peractis, mutua ſalutatione facta ſinguli digreſſi ſumus domos ſuas amici, quamuis antea ſæuiſſimæ inter nos exarderent G inimicitiæ. Meminiſti enim dubio procul quod noſtræ religionis ſermonem, deliramentum & nihil aliud niſi ſtultitiam iudicaris. Veruntamen cum me adhortatus ſis vt latius de noſtra religione diſſeram, quamuis dicendi ſim imperitus, volo tamen in præſenti libello maiore luce demonſtrare vanitatem & inutilem religionem, quam tu tenes. Hic me plurimum iuuabunt pauciſſimæ (nam inde argumenta demonſtrationis petentur) quædam, quas legis, hiſtoriæ. Forſitan enim ipſe nequis adhuc ad veritatem ipſam penetrare. Verumenimvero mihi perquam ridiculum videtur lapicidas, fictores, fuſoreſque, fingere, pingere, ſculpere, fundere, deoſque parare, quos vbi ſoluerint, & laborarint, ipſi vilipendunt primi, & ne flocci quidem faciunt. Vbi autem dij illi opera humanarum manuum fuerint ære redempti, & in templum aut in domum aliquam collocati, non dubitant in eorum honorem victimas cædere emptores & artifices, qui eos & fecerunt & vendiderunt, & accedunt pariter magno ſtudio & exquiſito ſacrificiorum apparatu, vt eos adorent. Putant eos eſſe deos, nec cogitant, qualeſcunque nunc ſint & appareant, tamen cum H fabricarentur fuiſſe, aut ſaxum, aut æs, aut lignum, aut colorem, aut aliam materiam. Hoc quidem vobis, quod mirum eſt, accidit, qui hiſtorias & genealogias eorum legitis qui dij dicuntur, Dum genealogias eorum contexitis, in hominum numerum eos ponitis. Hos poſtmodum deos appellatis, iiſque diuinos cultus exhibetis, & tanta veſtra ſocordia eſt, vt neque cogitare neque intelligere velitis eos tales eſſe, quales natos ſiue genitos legitis, videlicet homines. Et quidem deorum, ſi modo nati fuere, fœcunda & copioſa reperitur generatio. At vbi nunc deos gignere, oſtendi poteſt? Nam ſi tum genuere & geniti ſunt, oportebat eorum generationem hucvſque porrigi. Sin ſecus ſeres haber, certe, infirmum deorum genus reputabitur. Aut enim ſenio confecti generare deſierunt, aut mortui ſunt, aut è viuentium numero penitus ſunt ſublati, & in nihilum redacti. Si enim aliquando dij nati ſunt, eorum generationem hucvſque protendi neceſſarium erat, quemadmodum & hominum

De generatione deorum gentium.

generatio

A generatio ex quo cœpta eſt, non eſt intermiſſa. Hinc tandem illud conſequiturn, colligeretur, plures eſſe deos quam homines, ſicuti & Sibylla perhibet. Nam ſi generationi dant operam & immortales permanent, profectò maior nunc deorum quam hominum foret affluentia. Siquidem quæ fati crudelitas ipſis immortalitatem adimere valeret? At hominum mortalium, qui modico tempore durant, proles eſſe hucuſque demonſtratur, nec inter homines quicquam à generandi ordine ceſſatum eſſe liquido conſtat. Quapropter plurimæ vrbes ſubinde conduntur, vici conſtituuntur, regiones inhabitantur. Qui fit igitur quod non eadem ratione deos, quos poetæ immortales canunt, oportebat & gignere & gigni, cum aſſeueretis, eos etiam generationi incumbere, & eorum genealogias litterarum monumentis mandetis? Præterea

Olympus. mons ille, quem Olympum nominant, iam plane occupatus & infeſſus à diis foret. Cæterum is mons nunc deſertus eſt. At qua de cauſa? Ea tempeſtate Iupiter in Ida

Iupiter. B monte domicilium habebat, & apud omnes conſtabat ex teſtimonio Homeri aliorumque Poetarum, cum ibi morari. Nunc vbi ſit ignoratur. Qui fit autem quod non vbique erat, ſed ſaltem in vno terræ angulo reperiebatur? Aut enim reliquos negligebat, aut non poterat ſimul vbique eſſe, & omnium prouidentiam agere. Nam ſi erat (exempli gratia) in loco orientali, non inueniebatur in occidentali. Sin verſabatur in occidente, eius præſentia deſiderabatur in oriente. Cæterum Dei altiſſimi

Dei proprium vbique eſſe. qui omnia regit, reque vera exiſtit, hoc quaſi proprium eſt, vt non ſolum vbique ſit, verum omnia præſens inſpiciat & audiat. Præterea nec loco capitur: alioqui locus qui ipſum capit, eo maior inueniretur. Nam id quod capit, eo quod capitur maius eſt. Deus loco nequaquam circumſcribitur, verum ipſe eſt omnium locus. In dubio eſt, vtrum Iupiter morte præuentus, aut quia locus non perinde placebat, Idam dereliquerit? At quo abiit? in cœlos? nequaquam. Quo igitur? in Cretam profectus

C eſt, quod quidem eo comprobatur, quod ſepulchrum eius ibidem adhuc hodie viſitur. Verum ais Pallas concelſit, vbi hucuſque Phidiæ manum concelebrat. Veniamus nunc, his relictis, ad Philoſophorum & Poetarum ſcripta. Stoici quidem Deum eſſe in vniuerſum abnegant:

Stoici negant Dei prouidentiam. aut ſi ſit, aſſerunt eum nullius quam ſui curam gerere. Hæc quidem Epicurus & Chryſippus deliriunt. Quidam aſſerunt omnia fortuito ſiue caſu ſubſiſtere: præterea mundum non eſſe, genitum, verum eſſe naturam quandam perpetuam: & (vt ad pauca redeam) dicere auſi

Conſcientia. fuerunt, Dei prouidentiam non eſſe, verum vniuſcuiuſque conſcientiam Deum conſtituunt. Quidam aſſeuerant ſpiritum per omnia diffuſum & contentum Deum eſſe. Plato cum ſuis aſſeclis Deum quidem conſitetur ingenitum, Patrem præterea & conditorem omnium: at deinde ſubiicit ſiue ſupponit Deo materiam quoque ingenitam quæ ſimul cum Deo prodierit ſeſe extiterit. Verum ſi Deus cenſetur ingenitus, & materia perhibetur

Platonici materiam coæquant Deo. ingenita, iam nec amplius Deus conditor & creator eſt omnium etiam ſecundum Platonicos: nec quod vnus & ſolus ſit ab iis vere demonſtratur. Quemadmodum Deus

D ingenitus, ita etiam immutabilis eſt. At hac ratione ſi

Materia non ingenita. materia ingenita foret, nulli mutationi ſiue alterationi obnoxia foret, nec quicquam differret a Deo. Nam id quod gignitur, mutationi & alterationi ſuccumbit. Cæterum illud quod ingenitum eſt, nullam mutationem vel alterationem agnoſcit. Quod inſigne & præclarum

Dei potentia in materia operari. opus foret, ſi Deus ex ſubiecta materia mundum creaſſet? Et enim & homo, qui artificium aliquod callet, ſi materiam ab aliquo accipiat, quæ vult, ex ea conficere poteſt. Dei potentia in hoc oſtenditur, cum abſque materia ſuppoſita, quæ vult operatur. Animam infundere & motum aſſignare, nullius alterius eſt, quam ſolius Dei. Homo quidem ſimilitudinem aliquam ſtatuere aut effigiem effingere valet, at operi ſuo vel rationem vel reſpirationem vel ſenſum ingenerare nequit. At hac prærogatiua gaudet Deus. Nouit enim rationem, ſpiraculum & ſenſus formare. Quemadmodum igitur in his omnibus potentior oſtenditur Deus homine: ſic etiam in eo

excellit, quod ex non exiſtentibus producit, & produxit entia quotquot voluit & quomodo voluit. Ex quibus colligitur parum inter ſeſe conuenire Philoſophorum & reliquorum ſcriptorum ſententias. Cum hæc ad finem deduxerimus, ecce occurrit Homerus, alio quodam modo non ſolum mundi, ſed & deorum generationem introducens. Inquit enim alicubi: Oceani deorumque generationem & matrem Thetim, ex quo omnes fluuij & E

Thetis Deorum mater. vniuerſum mare, &c. At quæ recenſet nequaquam Deum conſtituunt. Quis enim neſcit, Oceanum eſſe aquam? At ſi aqua eſt, non igitur Deus. Si autem Deus, vt nemo ita inficias, vniuerſorum eſt conditor, condidit ergo aquam & maria. Heſiodus non ſolum deorum generationem, verumetiam mundi explanauit. Cum autem diceret mundum eſſe genitum, adeo imbecillus fuit, vt non auſus ſit eius conditorem nominare. Etenim ipſos deos eloquutus eſt, videlicet Saturnum, eiuſque filium Iouem, nec non Neptunum & Plutonem, quos quidem iuniores F

Dij mundo iuniores. Saturnus vinctus à filio. Muſæ. mundi generatione nouimus. Tradit inſuper Saturnum à Ioue filio ſuo eſſe debellatum. Sic enim canit: Perdura, quia viciſti patrem Saturnum. Bene attamen ſingula immortalibus diſpoſuit & honores diſtribuit. Poſtea infert compellans Iouis filias, quas & Muſas nominat, quibus ſupplex fit, cupiens ex ipſis diſcere quo modo omnia facta ſint, & ait:

Salucte liberi Iouis, date vero amabilem cantilenam.
Celebrate quoque immortalium diuinum genus ſemper exiſtentium.
Qui tellure prognati ſunt, & cœlo ſtellato,
Nocte caliginoſa, quos item ſalſus nutriuit pontus.
Dicite inſuper, vt primum dij & terra fuerint,
Et flumina, & pontus immenſus æſtu feruens,
Aſtraque fulgentia, & cœlum latum ſuperne:
Et qui ex iis nati ſunt dij, datores bonorum:
Atque opes diuiſerint, & quomodo honores diſtinxerint.

Atque etiam quomodo, primum multis implicatum ſphæris tenuerint cœlum.

Hæc mihi dicite Muſæ cœleſtes domos inhabitantes,
Ab initio: & dicite quodnam primum fuerit illorum.

G Cæterum quomodo hoc norunt Muſæ, cum multo iuniores ſint mundi creatione?

At quomodo iſta explicare potuere Heſiodo, cum pater earum non dum foret genitus? Verum Heſiodus quodam modo teſtatur materiam cauſam eſſe mundi creationis, dum mundi creationem exponit, Ait enim:

Primo omnium quidem chaos fuit, atque deinde
Tellus lato pectore prædita, omnium fundamentum ſolidum ſemper
Immortalium, qui tenent iuga niuoſi Olympi,
Tartaraque tenebricoſa in receſſu terræ ſpatioſæ:
Atque Amor, qui pulcherrimus inter immortales deos,
Soluens curas & omnium deorum, & omnium hominum,
Domat in pectoribus animum, & prudens conſilium.
Ex Chao vero Erebus, nigraque Nox editi ſunt.
Nocte porro tam Æther, quam dies prognati ſunt,
Quos peperit, vbi conceperat Erebo amore mixta.
Terra vero primum quidem genuit parem ſibi,
Cœlum, ſtellis ornatum, vt ipſam totam obtegat.
Vtque eſſet beatis diis ſedes tuta ſemper.
Genuit præterea montes altos, dearum gratas ſpeluncas
Nympharum, quæ habitant per montes concauos.
Atque etiam infrugiferum pelagus peperit, vnda concitatum.

H Quamuis autem Heſiodus hæc pronuntiauit, nondum tamen demonſtrauit a quo condita ſint. Si in principio erat Chaos, liquet materiam quandam ingenitam iſta anteceſſiſſe. Quem igitur, cedo, dabis qui hanc diſpoſuit, temperauit, formauitque. Num materia ſemetipſam & formauit & exornauit? Iupiter enim, tempore longo interiecto, materiam ipſam, mundumque, & hominum multitudinem ſequutus eſt. Præterea magis pater eius Saturnus dicendus erat, materiam ordine debito temperaſſe, ſiquidem ſenior erat. Aut fortitan aliud quippiam eſt, maiore virtute præditum, quod eam fecit. Deum

autem

autem dico, qui eam quam pulcherrime exornauit. Ad hæc manifeſtum eſt, Heſiodum omnia illa ineptiſſime tradere, & ſibi contraria proferre. Dum enim inquit, Terram, cœlum & mare, &c. quid aliud ſentit, quam ex his prodiiſſe & natos eſſe Deos? Inde recenſet homines potentiſſimos ex diis prognatos, videlicet Pitanum & Cyclopum proſapiam, nec non multitudinem Gigantum, qui quodam modo deorum cognati reputantur. Deorum dæmonumque Ægyptiorum, nec non vanorum hominum meminit Apollonides cognomento Horapius, in libro cui titulus eſt, Semenuthi. Præterea & in reliquis, quas ſcribit, hiſtoriis mentionem facit ſuperſtitionis circa cultum diuinum Ægyptiorum, & regnum, vanitatemque in his declarat. Quid neceſſe eſt Græcorum repetere fabulas? Plutonem videlicet tenebrarum regem, Neptunum ſub mari incedentem, & Menalippæ in complexus ruentem, ex quo congreſſu naſcitur filius homines deuorans? Quid commemorem Iouis filios, & quæ tragice admodum de his ſcriptores memoriæ prodidere? Cæterum vt conſtet eos non deos ſed homines fuiſſe, non abs re ſcriptores ethnici genera ſiue gentilitatem eorum pandunt. Ariſtophanes in ea Comœdia, quæ Aues inſcribitur, exordiens ſermonem de mundi creatione ait: In principio omnium conſtitutio mundi fuit, primum pariens nigris ſuffulta pennis aurora. Satyrus, qui compoſuit hiſtoriam populorum Alexandrinorum, initium faciens à Philopatre, qui & Ptolomæus nuncupatus eſt, eius generis ſiue gentilitatis caput, Bacchum extitiſſe indicat. Quamobrem eam tribum Ptolomæus, primã deſignauit. Cæterum verba Satyri hæc ſunt: Ex Baccho & Althea, quæ Theſtij fuit filia, orta eſt Deianeira: ex hac & Hercule Iouis filio genitus eſt Hyalus: ex hoc Cleodinus, ex hoc Ariſtomachus, ex hoc Temenus, ex hoc Ceſon, ex hoc Maron, ex hoc Theſtius, ex hoc Acous, ex hoc Ariſtomidas, ex hoc Caranus, ex hoc Cœnus, ex hoc Tyrimmas, ex hoc Perdicca, ex hoc Philippus, ex hoc Æropus, ex hoc Alceta, ex hoc Amyntas, ex hoc Boetus, ex hoc Meleager, ex quo Arſinoe. Hæc & Lagus procrearunt Ptolomæum cognomento Sotera: ex hoc & Berenice deſcendit Ptolomæus Philadelphus: ex quo & Arſinoe exortum habet Ptolomæus Euergetes: ex quo, & Berenice quæ ſimul cum eo Cyrenem gubernauit originem trahit Ptolomæus Philadelphus. Regum Alexandrinorum cum Hercule cognatio in hunc modum ſe habet. Quapropter in Dionyſiaca tribu populi inter ſeſe ſunt diſcreti. Althes ab ea quæ iuncta fuit Baccho, initium ſumit, & extitit filia Theſtij. Althea Deianeiræ ex filia Bacchi & Althea, vxore vero Herculis. Hinc tribus, quæ penes ipſos ſunt inſtitutæ, adhuc ea nomina retinent. Ariadne nomen habet à filia Minois, quæ fuit vxor Bacchi filij. Hinc adamans patrem, ſub aliena forma cum eo concubuit: Theſtis nominatur à Theſtio Altheæ parente. Thoantis dicitur à Thoante Bacchi filio. Staphylis nominatur in hunc modum à Staphylo Bacchi filio. Eunœiſis vero ab Eunoe filio Bacchi appellatur, Maronis nomen tenet à Marone Ariadnes & Bacchi filio. Nam hi omnes traduntur eſſe filij Bacchi. Cæterum & aliæ plurimæ denominationes factæ ſunt, quæ adhuc durant, Ab Hercule, Heraclidæ: ab Apolline, Apollonidæ & Apollonij: à Neptuno, Neptunij, à Ioue Ionij & Ioue geniti ſua nomina ſunt adepti. At quid neceſſum eſt abundantiam huiuſcemodi nominum & genealogiarum repetere? Apparet igitur magnopere decipi ſcriptores omnes, poetas & Philoſophos: præterea illuduntur & falluntur illi omnes, qui huiſce audiunt. Nam neſcio quas fabulas & quæ deliramenta cõſuerunt de ſuis diis. Interim nos haud deos eſſe docent, verum homines: quoſdam ebrios, alios ſcortatores, alios vero vt homicidas inducunt. Præterea & de mundi generatione pugnantia tradidere. Primo, quidam mundum ingenitum aſſerere auſi fuerunt, quemadmodum ſupra ſignificauimus. Illi qui mundum ingenitum & peculiarem quandam dixere naturam, nequaquam conſentiunt cum iis qui mundum genitum eſſe proponunt. Nam ſequuti rerum ſimilitudines & mentem humanam, nec ipſam veritatem, huiuſcemodi ſententias protulere. Sunt qui prouidentiam agnoſcunt, at alij horum dogmata ſubuerunt. Aratus ait: Ex Ioue incipiamus, hunc nequaquam ſinamus, ô viri, inexplicatum. Plenæ ſunt Iouis omnes plateæ, omnia etiam hominum fora. Plenum eſt & mare, pleni ſunt & portus. Vbique Ioue fruimur omnes. Huius enim genus ſumus. Ipſe benignus hominibus dextera nuntiat. Populos ad opus excitat faciens eos meminiſſe vitæ. Dicit præterea quando gleba optima bubus & ligonibus. Indicat quoque quando dextræ ſint horæ, vt plantæ virides flectantur & tranſplantentur, & quando omnia ſunt ſpargenda ſemina. Cui igitur fidem dabimus? Arato, an Sophocli qui clamat: Nullius eſt prouidentia, ſed caſu quodam, vt quilibet poteſt, viuitur? Huic præterea Homerus non concinit, inquit enim: Iupiter virtutem viris auget minuitque. Similiter & Simonides ait: Nemo abſque diis virtutem accepit, non vrbs, non homo, non prudens Deus. Nihil autem integrum ineſt eis. Euripides: Nihil hominibus abſque Deo eſt. Menander: Non igitur quiſquam noſtri curam gerit quam ſolus Deus. Euripides iterum: Saluare quando viſum fuerit Deo, multas occaſiones ad ſalutem ſuggerit Deus: & Theſtius: Deo volente ſaluabitur etiamſi in Euripo nauigarit. Talia quidem multa canentes, pugnantia inter ſe pronuntiarunt. Sophocles in quodam loco aperte teſtatur, citra prouidentiam omnia geri: deinde inquit: Dei autem pœnam non effugiet mortalis. Præterea hoc vniuerſum à multis, quidam ab vno adminiſtrari docuere. Cum quidam prouidentiam crederent, fuere alij qui eam è medio tollerent. Quapropter Euripides dicit: Occupati ſumus quidem circa multa, præter ipſum fruſtra quidem laborantes. Quæ cum ita ſe habeant, liquet eos plane ignorare veritatem. Si quid autem in medium produxere, id fecerunt à dæmonibus inſpirati & inflati. Quapropter & ſi Homerus & Heſiodus, aut alij Poëtæ, quidpiam eloquuti ſunt, afflari à Muſis, id nequaquam eſt credendum. Nam phantaſia quadam rapti, & errore nec ſpiritu puro ducti vaticinati ſunt, vt vel hinc eluceſcit. Siquidem obſeſſi, interdum ſanantur adiurationibus quæ fiunt in virtute re vera exiſtentis Dei. Et ſeductores ſpiritus, qui expelluntur, ad eum modum confitentur eos eſſe dæmones, qui tum temporis & in illis vires ſuas exercebant & operabantur. Verum quidam ex Poëtarum cœtu, animo vigilantes deprompſere interdum & Prophetarum oraculis conſona, videlicet de vnitate Dei eiuſque iudicio: nec non de reliquis, quæ in ipſorum operibus videntur. At ea tum ipſis tum reliquis mortalibus in teſtimonium vergunt. Cæterum Dei homines pleni ſpiritu ſancto & à Deo inſpirati inſtitutique, Prophetæ ordinati ſunt. Proinde fuere à Deo docti, ſancti, iuſtique. Quapropter digni habiti ſunt vt eſſent organa Dei, à quo accipientes ſapientiam, vaticinati ſunt de creatione mundi, & de reliquis omnibus. Siquidem eorum Prophetiæ habentur, de fame, de peſte, & de bellis. Nec eſt vt quis putet vnum ſolum aut duos fuiſſe: ſed plurimi fuere ſuis temporibus, vt commodum videbatur, apud Hebræos. Nec interim Græci Sibyllis caruere. Prophetæ profecto omnes adeo conſonantia inter ſe dixerunt de præteritis, & de præſentibus quæ nunc fiunt, vt non dubitemus de futuris, quin ſint euentura, quemadmodum priora contigere omnia. Iam primum omnium, conſenſu magno nos docuerunt, Deum ex nihilo omnia creaſſe. Nihil enim cum Deo floruit aut vixit: ſed ipſe ſibi locus erat, nullius indigens & ante ſæcula ſubſiſtens. Hinc ductus, hominem a quo cognoſceretur, condere voluit. Hinc præparauit mundum. Is genitus, proinde egens eſt: ipſe vero ingenitus, nullius rei eget. Deus igitur habens ſuum ſermonem in ſuis viſceribus, genuit eum cum eum produceret cum ſua ſapientia ante hæc vniuerſa. Hoc ſermone vſus eſt in mundi creatione, & omnia quæ condidit per ipſum fecit. Hic principium dicitur, quia omnium eſt principium, dominatorque omnium quæ per ipſum facta ſunt. Hic igitur ſpiritus Dei, principium & ſapientia, altiſſimique potentia, deſcendit in Prophetas, per quos ceu, organa,

Arati de Prouidentia ſgmat.

Sophocles negat prouidentiam.

Poetæ à Dæmonibus inſpirati.

Poeta ex Prophetis quædam decerpſerunt.

Prophetarum doctrina.

A organa, de mundi creatione, nec non de reliquis loquutus eſt. Non enim erant Prophetæ cum mundus crearetur: ſed ſapientia Dei, quæ in ipſo eſt, ſermoque eius ſanctus ſemper præſto erat. Quapropter per Salomonem Prophetam ſic fatur: Cum ipſe præparatet cœlos, aderam: & cum firmaret terræ fundamenta, aderam: ſimul cum eo diſponens & ordinans. Moſes vero; qui multis annis præceſſit Salomonem, inquit, immo ſermo

Gen. 1.

Dei per Moſen: *In principio creauit Deus cœlum & terram.* Primo quidem principium & eius creationem nominauit: deinde ipſum Deum poſuit. Non enim fas eſt, Deum temere & otioſe nullo opere ſubiecto nominare. Nam diuina ſapientia prænouerat fore qui ineptias effutirent, & multitudinem deorum introducerent: vt igitur Deus, qui vere eſt, ex operibus ſuis deprehenderetur, & conſtaret, Deum ſermone ſuo creaſſe cœlum & terram, ſcriptum eſt: In principio creauit Deus cœlum & terram. Poſtea vt eorum creatio pateret, ait: Terra autem erat informis & inanis, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, & ſpiritus Dei mouebat ſe ſuper faciem

Mundi materia.

B aquarum. Hæc in primis ſcriptura ſacra agit & monet, vt doceat materiam à Deo eſſe quodammodo factam, ex qua mundum conſtituit, & in decentem ordinem redegit. Cæterum principium creationis lux eſt. Siquidem exornata & in mundum producta, lux manifeſtat. Quapropter teſtatur Moſes: & dixit Deus, *Fiat lux*, vt quæ plurimum eſſet profutura homini: *& diſtinxit Deus inter lucem & tenebras. Vocauitque Deus lucem, diem, & tenebras vocauit noctem: & fuit veſpera, fuitque mane dies vnus. Et dixit Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & faciat diſtinctionem inter aquas & aquas. Et fecit Deus firmamentum, diſtinxitque inter aquas quæ erant ſub firmamento, & inter aquas quæ erant ſupra firmamentum, factumque eſt ita. Et vocauit Deus firmamentum, cœlum: & fuit veſpera, fuitque mane dies ſecundus. Et dixit Deus, Congregentur aquæ ſub cœlis in locum vnum vt videri poſſit arida: factumque eſt ita. Et vocauit Deus aridam, terram, & collectionem aquarum vocauit maria,*

C *& vidit Deus quod eſſet bonum. Et dixit Deus, germinet terra herbam virentem, quæ ſeminificet ſemen, lignum fructiferum, faciens fructum iuxta ſpeciem ſuam cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram: & factum eſt ita. Et produxit terra herbam virentem, ſeminificantem ſemen iuxta ſpeciem ſuam, & arborem facientem fructum, cuius ſemen ſuit in ſemetipſa iuxta ſpeciem ſuam, & vidit Deus quod eſſet bonum. Factaque eſt veſpera, & factum eſt mane dies tertius. Dixit vero Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, & diſtinctionem faciant inter diem & inter noctem: & ſint in ſigna, & in certa tempora, & in dies atque in annos: & ſint luminaria in firmamento cœli, vt lumen præbeant ſuper terram, & factum eſt ita. Fecit autem Deus duo luminaria magna, luminare maius, in dominium diei: & luminare minus, in dominium noctis, & ſtellas. Poſuitque eas Deus in firmamento cœli, vt lucem præberent ſuper terram: & vt dominarentur in diem atque noctem, & diſtinctionem facerent inter lucem &*

D *inter tenebras: & vidit Deus quod eſſet bonum: Et fuit veſpera, fuitque mane dies quartus. Et dixit Deus: Reproducant aquæ reptile animæ viuentis, & auem quæ volitet ſuper terram, in facie firmamenti cœli. Et creauit Deus cetos magnos: & omnem animam viuentem & motabilem, quæ repere fecerant aquæ iuxta ſpeciem ſuam, & omnem auem pennatam, iuxta ſpeciem ſuam: & vidit Deus quod eſſet bonum. Et benedixit illis Deus, dicens: Fructificate & augeſcite, & implete aquas in fretis, & aues multiplicentur in terra. Et fuit veſpera, fuitque mane dies quintus. Et dixit Deus: Producat terra animam viuentem ſecundum ſpeciem ſuam, iumentum, reptile & beſtiam terræ ſecundum ſpeciem ſuam: & factum eſt ita. Et fecit Deus beſtiam terræ iuxta ſpeciem ſuam, & iumentum ſecundum ſpeciem ſuam, & omne quod repit ſuper terram iuxta ſpeciem ſuam: & vidit Deus quod eſſet bonum. Dixitque Deus: Faciamus hominem in imagine noſtra, ſecundum ſimilitudinem noſtram, & dominetur in piſcem maris, & in volucrem cœli, & in iumentum, & in omnem terram: & in omne reptile quod repat ſuper terram. Creauit itaque Deus hominem in imagine ſua, in imagine Dei creauit eum, maſculum & fœminam creauit eos. Et*

E *benedixit illis Deus, dixitque ad eos Deus: Fructificate, & augeſcite, implete terram, atque ſubijcite eam: & dominamini in piſcem maris, & in volucrem cœli; & in omni animante quod repat ſuper terram. Et dixit Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam ſeminantem ſemen, quæ eſt in ſuperficie vniuerſa terræ, & omnem arborem, in qua eſt fructus arboris & quæ ſemen ſeminet, vt ſint vobis in eſcam. Sed & omni beſtiæ terræ & cuncto volatili cœli, atque omni illi quod repat ſuper terram, in quo eſt anima viuens, dedi vniuerſum viorem herbæ in cibum: & factum eſt ita. Et vidit Deus omne quod fecerat, & ecce erat valde bonum: & facta eſt veſpera, fuitque mane dies ſextus. Et perfecti ſunt cœli & terra, & omnis exercitus illorum. Conſummauitque Deus in die ſeptimo opus ſuum quod fecerat, & quieuit in die ſeptimo ab omni opere ſuo quod fecerat. Et benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificauit eum, eo quod in eo quieuiſſet ab omni opere ſuo, quod creauit Deus vt faceret.*

Ornat…

F Cæterum Hexaëmeri nullus homo poteſt vel ordinem: vel diſpoſitionem pro dignitate eloqui, nec ſi quis haberet decies mille ora, totidemque linguas: neque ſi totidem annis in hoc mundo peregrinans, viueret vel ſic quippiam tanta materia dignum profari poſſet. Tanta eſt excellentia magnitudoque, & tantæ ſunt diuitiæ diuinæ ſapientiæ quæ latet in præſcripto Hexaëmero. Plurimi Scriptores imitati ſunt prædicta ſex dierum opera, & de iis ſermonem facere inſtituerunt. Accepta igitur inde occaſione diſſeruere, de mundi creatione, de hominis natura: ſed eorum ſermone vel ſcintillulam quidem veritatis complectitur: Ea quæ Hiſtorici, Philoſophi aut Poëtæ tradidere, nonnihil probabilia videntur: at verborum lenocinium tolle, ſtulta & vana eorum ſcripta apparebunt. Siquidem ſcripta eorum, quid aliud quam infinitas nugas continent, nec in iis vel particulam veritatis quis cernere poteſt. Præterea ſi quando credis aliquid quod veritate nititur, ab ipſis prolatum, attamen ſemper errore & mendacio corruptum eſt. Quemadmodum pharmacum aliquod mortiferum, ſi melle, vino, aut alio quodam liquore amabili temperetur, totum inutile & noxium redditur. Sic loquacitas, quæ in prædictis ſcriptis reperitur, vanus & irritus labor eſt, & maxima incommoda fert iis, qui garrulitati illorum fidem habent.

Mun creationem p dignit eloqui ne pot

G

Præterea de die ſeptimo, qui inter omnes mortales celebris eſt, magna apud pleroſque ignorantia eſt. Hic enim dies, qui ab Hebræis Sabbatum vocatur, Græce ſiquis nomen interpretetur, ſeptimus dicitur. Hoc nomine mortales omnem diem iſtum appellant, at nominis cauſam neſciunt plerique. Quod Heſiodus Poëta canit ex Chaos proceſſiſſe Erebum, terram & amorem qui diis hominibuſque imperat, quis neſcit eius ſententiam planiſſime eſſe vanam & frigidam, & plurimum ab ipſa veritate exorbitare? Deum etenim voluptate vinci nequaquam oportet: Siquidem homines quidam inueniuntur tanta modeſtia prædici vt abſtineant ab omni inhoneſta voluptate ſuperentque malam cupidinem. Præterea

Sab…

H quod à terreſtribus & infimis telam creationis vniuerſorum exorditur, humano more facit. Siquidem ea omnia plane humilia & infima ſunt reſpectu Dei. Nam homo qui in vna mundi regione eſt, ſuper terra ædificium ponere ſolet: nec niſi fundamento iacto, faſtigium ædificio imponere poteſt. Cæterum Dei potentia hinc innoteſcit. Nam ex iis quæ non ſunt, facit, vt libitum eſt, quæ vult. Quæ enim apud homines ſunt impoſſibilia, apud Deum poſſibilia habentur. Quapropter Prophetia teſtatur, creationem cœli factam eſſe primo, non, vt hominum more fit, ſed in modum faſtigij. Dicit enim: *In principio creauit Deus cœlum*, id eſt, per principium conditum eſt cœlum, quemadmodum ſupra edocuimus. Terram dicens, intelligit fundamentum & quaſi pauimentum: Abyſſum nominans, aquarum multitudinem & abundantiam repræſentat. Tenebras pronuncians, ob oculos ponit caliginem, quæ cœlum creatum obſcurarunt & contexerunt, quemadmodum aquæ potu ſalubres ope-

Mu… …

A ruere ſuperficiem terræ. At ſpiritum, qui *ferebatur ſuper aquas*, largitus Deus creaturæ vt eius opera poſſit producere viuentia, non ſecus ac homini animam attribuit, tenue tenui commiſcens: Spiritus namque ſua natura tenuis eſt, itidem & aqua. Cæterum aqua addita ſpiritui nutrit & conſeruat creaturam vniuerſam, per omnia means. Vnum quidem ſpiritum lucis qui formam obtinet, inter aquam & cœlum conſtituit medium, ne tenebræ communicarent cum cœlo quod proximum Deo eſt, antequam ipſe diceret: Fiat lux. Verum non ſecus ac fornix cœlum, terram glebæ aſſimilatam complectitur.

Pſal 103. Iſai. 40. Nam propheta quidam nomine Eſaias de cœlo ad hunc modum fatur: Deus qui fecit cœlum & fornicem ſiue cameram, & extendit vt tabernaculum ad inhabitandum. Hæc vero Dei ordinatio eſt, nempe ſermonis accendentis lucem quaſi in domo quæ illuminat orbem ſub cœlo vniuerſum. Lucem Deus vocauit, diem: tenebras nominauit noctem. Nullus enim mortalis potuiſſet luci aut

B tenebris, vt par erat, nomina imponere. Alij aliis nomina indidere, at illa à ſolo Deo nomina ſua acceperunt, vt qui ea creaſſet. Primo autem loco, vbi ſcriptura ſacra tractat creationem ſeu mundi generationem, non loquitur de iſto firmamento viſibili, ſed aliud quoddam

Cœlum quiddam inuiſibile. cœlum nobis inuiſibile proponit, ſecundum quod viſibile hoc firmamentum nuncupatum eſt, quod quidem aquæ dimidium ſurſum rapuit, vt in hominum vſum, pluuiam, imbres & rorem funderet. Reliqua aquarum dimidietas relicta eſt terræ, vt ſint flumina, fontes atque ſtagna, mariaque. Cæterum cum aqua adhuc teneret ſuperficiem terræ, maxime tamen ſe recepiſſet in cauernas eius, Deus per ſermonem ſuum id præſtitit, vt aqua in vnum abiret locum, & terra, quæ prius haud cernebatur, appareret. Verumenimuero terra quamuis oculis eſſet ſubiecta, attamen ornatu ſuo, vt quæ foret informis, carebat. Quapropter Deus id negotij ſibi deſumpſit, & eam quampulcherrime exornauit omnigenis ſeminibus, floribus plantiſque. In his obſerua, ô homo,

C vatiam & diuerſam tum pulchritudinem tum multitudinem. *Reſurrectionis exempla.* Per hæc manifeſtiſſime vniuerſalis hominum reſurrectio demonſtrari quit, quaſi apertiſſimo & euidentiſſimo exemplo. Quis enim, ſi modo aduertat animum non miretur ex paruo ficus ſemine naſci arborem ficum? aut quem non admiratio defigat cernentem ex reliquis ſeminibus & quidem minimis arbores creſcere maximas? Cæterum mundus ſi rem recte reputare volumus comparatur veriſſima ratione, mari. Quemadmodum mare, ni ſubinde ſentiret & experiretur fontium fluminumque fœcundum influxum, & alimentum caperet ex ſalſugine ſua vſque dulcibus aquis diluta, iamdudum interciſiſſet: Sic & mundus ni haberet legem & prophetas manantes & ſubinde ſcaturientes dulcedinem, miſericordiam, iuſtitiam & doctrinam ſanctorum Dei præceptorum, propter peccatum & malitiam, quæ duo in eo potenter & copioſe regnans, certe iamdudum interiiſſet. Quemadmodum in

D mari inſulæ quædam prominent habitabiles, frugiferæ, & quibus eſt aqua ſalubris: nec non naualia & portus commodi, quo ſe naufragi recipient: *Eccleſiæ ... ſalutis.* Sic Deus dedit mundo qui peccatorum tempeſtatibus & naufragiis iactatur, ſynagogas, quas Eccleſias nominamus, in quibus veritatis doctrina ſeruet, ad quas confugiunt veritatis ſtudioſi omnes quot quot ſaluari, Deiq; iudiciū & irā euitare volunt. Vt vero & aliæ ſunt inſulæ ſaxoſæ, aqua potabili vacuæ ſteriles, effetatæ & inhabitabiles, quæq; plurimum damni tū nauigantibus cum naufragis afferunt, in his etiā naues atteruntur, & quotquot ad eas appellunt, extrema pericula ſubeunt: Ita ſunt doctrinæ erroris, dico autem hæreſes, *Hæretici ... ta.* quæ ſuos ſectatores perdunt. Non enim à veritate præuia ducuntur, verum, quemadmodum piratæ, vbi impleuerunt ſuas naues, penetrant ad prædicta loca vt exitium apportent: Sic accidit his qui relicta veritate in hæreſes abeunt, à quibus tandem perduntur. Dies quartus erat quo luminaria creata ſunt. Deus etenim præſciuerat nugas vanorū Philoſophorum, quod dicturi eſſent (vt irritum Deū facerent) omnia quæ terra profundit fieri ex cauſis elemētorū.

4. At vt rei veritas omnibus conſpicua foret, oſtēdit plantas & ſemina creatione ſua anteueniſſe elemēta, quæ poſteriora cum ſint, quis adeo delirus eſt, vt credat ea potuiſſe facere ea quæ creatione ſunt priora? Cæterum aſtra hæc typum magni myſterij præ ſe ferunt. Sol etenim Deū quo-

E dammodo repræſentat, Luna vero hominē. *Sol. & Luna, Dei & hominis typus.* Vt Sol multis (quod dicitur) paraſangis antecedit lunam potētia & gloria: Sic Deus plurimum excellit hominem. Vt Sol plenus ſemper conſpicitur, nec vnquā diminuitur: Sic Deus perpetuo perfectus exiſtit, plenus potentia, intellectu, ſapientia, immortalitate & reliquis bonis omnibus. Luna ſingulis menſibus occumbit, eiuſque potentia emoritur, hominis conditionem oſtentans: deinde regeneratur & augetur ad deſignandam reſurrectionem conctorū futuram. Tres dies, qui præceſſere creationem duorum luminarium, Trinitatis myſteriū ſacroſanctū repræſentat, videlicet Deum, ſermonem, ſapientiam. Quare dies, typus eſt hominis qui lumine indiget, nempe vt ſit Deus, ſermo, ſapientia, homo. Atque hæc eſt cauſa, quare quarto die luminaria ſunt con-

F dita. *Aſtra Myſtica quid.* Verum aſtrorum poſitio & ordo, iuſtos & pios qui ſeruant legem & Dei præcepta, denotant. Nam illuſtriora aſtra ſuo ſplēdore imitantur Prophetas. Quapropter nullo modo inclinantur, nec ex vno in alterum tranſcendunt locum. Aſtra, quæ ſecundū ab his locum dignitatis obtinēt, referunt quaſi typus quidam, populū iuſtum. *Planetæ.* Aſtra mobilia, quæ vaga ex vno in alterum locum abeunt, & Planetæ nominantur, oſtendunt eos homines, qui à Deo deficiunt, eiuſque legem & præcepta deſerūt. *Opus 5. diei.* Dies quintus produxit animalia quæ ex aqua Dei iuſſu procreata ſunt, in quibus mirabilis quoque Dei ſapientia eluceſcit. Quis enim horū multitudinem variamque ſobolem enumerare valet? Præterea animalia, quæ humor profert, benedictionem Dei conſequuntur. Quare autem id fit? Vt notum ſit mortalibus, fore vt pœnitentiam apprehendāt & peccatorum remiſſionem nanciſcantur per aquam, regenerationis lauacrum, quotquot accedunt ad veritatē, & regenerātur accipientes benedictionem à Deo. *Ceti, & aues carniuoræ, Myſticè quid.* Ceti & volucres carniuoræ in memoriā nobis redigunt homines auaros & præuaricatores. Sūt etenim ab vna radice tam aquatilia quam volatilia procreata, & quædam naturale ius obſeruāt nulli imbecilliori iniuriam inferendo, verum decenter legem Dei

G cuſtodiunt, & victitant ſeminibus terræ. Quædam verò ex iſtorum grege tranſgrediuntur Dei legem, carnes vorāt & infirmiora iniuriis afficiunt. Ad eum modum quotquot ſunt in iuſtorum album relati, legem Dei ſedulo obſeruāt, neminem lædunt, neminique iniuriam faciunt, ſancte & iuſte vitam agentes. *Auari.* Cæterū raptores, homicidæ & impij nihil differunt à cetis, feris & carniuoris auibus. Potentes enim deuorant infirmiores. Et quidem aquatilium & reptilium ſoboles nacta benedictionem Dei, nihil proprij prorſus acquiſiuit. *Opus 6. diei.* Sexto die cum Deus conderet quadrupedia, beſtias, & reptilia terreſtria, reticet benedictionem, eamq; reſeruat homini, quem ſexto die creare inſtituerat. Cæterum quadrupedia & beſtiæ quædam pulchrè nobis depingunt homines quoſdam qui Deum ignorant, impia patrant, terrena ſapiunt, nec vnquam ad pœnitentiā con-

H uolant. Nam qui conuertūtur ab iniquitatibus & iuſte viuunt, animo quemadmodum aues ſurſum volitant, cœleſtia & ſuperna curantes, Deoq; placere ſatagētes. Qui verò voluntatem Dei neſciunt, & impia facinora committūt ſimiles ſunt auibus, quæ pennas quidem habent, ſed onere corporis preſſæ nequeūt ſurſum volare: Sic & hi peccatorum ſaburra degrauati, non poſſunt ad ſuperiora contendere, & altiora deitatis, humi repentes, animo percurrere. *Feræ Hominis peccato efferata.* Feras autem Græci nominant, θῆρα ἀπὸ τοῦ θηρεύεσθαι, id eſt, quod venando capiantur. Nec tamen à rerum primordio noxiæ & exitiales creatæ ſunt. Nam nihil noxiū ab initio à Deo conditum eſt. Sed hominis delictum conditionem creaturarum deteriorem reddidit, Vbi primum homo legem Dei tranſgreſſus eſt, etiam reliqua præuaricata ſunt & degenerarunt. Vt enim ſi pater familias ſapienter vitam inſtituit ſuam etiam domeſtici & reliqui familiares ordinate & decorè viuent ſequitur haud inconuenienter. Sin autem herus peccarit & negligentiæ ſe corrumpendum dederit, hei! dubiumne eſt quin & ſerui delinquant & ſocordiam amplectantur? Pari ratione contigit in præ-

ſenti

Digitized by Google

A ſenti negotio, vt peccante homine, etiam reliqua quæ in hominis miniſterium creata erant, præuaricarentur. Vbi autem homo ad ſuam naturam & priſtinum ingenium nec non dignitatem redierit ceſſans malefacere, etiam aliqua animalia in primitiuam reſtituentur manſuetudinem. Quod attinet ad hominis creationem, ſcias eam ab homine non poſſe ſufficienter enarrari, quamuis breuibus & paucis ſcriptura ſacra eam pronunciet. Nam cum

Hominis Creatio.

dicit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram* &c. hominis excellentiam & dignitatem prodit. Cum enim cætera omnia ſermone nudo conſtitueret Deus, & ea quaſi obiter nulla peculiari adhibita diligentia conderet, hominem exiſtimauit ſolum eſſe opus ſempiternum, ſuiſque manibus dignum. Præterea,

Gen. 1.

dum hæc loquimur, videtur ea proferre quaſi auxilio aliquo egeat: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem*, &c. At hæc verba ad neminem alium, quam ad ſuum ſermonem ſapientiamque dixerit. Creato homini

B benedictionem impartitus eſt, vt augeſceret & impleret terram. Omnia eius manui & poteſtati ſubiecit. Ordinauit quoque primitus, vt victum haberet à fructibus terræ, ſeminibus, herbis & glandibus quibus vna veſceretur cum reliquis animalibus quibus eadem alimenta conſtituit. Cum in hunc modum conſummaſſet Deus creationem cœli & terræ, maris & omnium quæ in ipſis continentur, die ſexto, ab omnibus operibus die ſeptimo conquieuit. Deinde, his expoſitis, ſcriptura ſacra omnia quaſi in quandam ſummam contrahens, inquit: *Iſta ſunt generationes cœlorum & terræ cum crearentur, in die cum faceret Dominus Deus terram & cœlos. Et omnem plantulam agri antequam eſſet in terra, & omnem herbam agri antequam germinaret, quia non pluere fecerat dominus Deus ſuper terram, nec erat homo qui coleret humum*, &c. His verbis manifeſtiſſime docet vniuerſam terram primitus irrigatam eſſe à diuino fonte. Nec terra poſtulabat laborioſas hominum manus, ſua ſponte ex præcepto Dei

C proferebat fructus, ne homo operando laſſaretur. Ne autem quæſtio inter mortales moueretur imperueſtigabilis ſuper hominis formatione, cum dixiſſet: *Faciamus hominem* &c. quia creatio eius nondum patefacta erat: ideo infert ſcriptura nos omnia docens: *Fons ſiue vapor aſcendebat de terra, & irrigabat vniuerſam faciem humi. Formauit quoque Dominus Deus hominem, puluerem de humo, & inſfflauit in nares eius flatum vitæ, factuſque eſt homo in animam viuentem.* Inde anima à pleriſque dicitur immortalis. Condito homini Deus elegit regionem in locis orientalibus, amœnitate eximiam: lumine coruſcantem, & ſplendido aere illuſtrem, plantis variis fœcundam. Et in hac collocauit hominem. Verum verba ſacræ hiſtoriæ ſic habent: *Plantauit inſuper dominus Deus hortum in Eden ab oriente, & poſuit illic hominem quem finxerat. Fecit etiam germinare Dominus Deus de humo omnem arborem, quæ concupiſcibilis erat viſui & commoda in cibum: & arbor vitæ erat in medio horti, atque arbor*

Anima immortalis.

Paradiſus terreſtris.

D *ſcientiæ boni & mali: Et flumen egrediebatur de Eden ad irrigandum hortum, & inde diuidebatur, & erat in quatuor capita. Nomen vnius Piſon: ipſe eſt qui circuit totam terram Hauilach, vbi eſt aurum. Et aurum terræ illius eſt bonum, eſt quoque ibi bdellium & lapis Onychinus. Nomen vero fluuij ſecundi Gihon: ipſe eſt qui circuit totam terram Æthiopiæ. Porro nomen fluuij tertij Hidekel, & hic vadit ad orientalem plagam Aſſyriæ: & quartus fluuius eſt Euphrates. Tulit itaque Dominus Deus ipſum Adam, & poſuit eum in hortum Eden, vt coleret & cuſtodiret ipſum. Præcepitque Dominus Deus ipſi Adam, dicens: De omni ligno horti comedendo comedes, de arbore vero ſcientiæ boni & mali, nequaquam comedes ex illa: alioqui quacunque die comederis ex ea, moriendo morieris. Et rurſum dixit dominus Deus. Non eſt bonum vt ſit Adam ſolus faciamus illi adiutorium quod ſit coram eo. Itaque formauit Dominus Deus de humo omnem beſtiam agri, & omne volatile cœli, adduxitque ad ipſum hominem, vt videret quomodo appellaret illud: Omne enim quod ipſe homo vocabat in anima viuente, illud nomen eius erat: Igitur vocauit ipſe homo nomina cuique iumento & volatili cœli,*

Flumina 4. ex Paradiſo terreſtri profluentes Hidekel, flumen.

E *omnique beſtiæ agri: & pro homine non inuenit adiutorium quod eſſet coram eo. Et fecit illabi dominus Deus ſoporem in Adam, & obdormiuit, tulitque vnam ex coſtis illius & clauſit carnem pro ea. Et ædificauit dominus Deus coſtam quam acceperat de homine in mulierem, & adduxit eam ad hominem illum, Et ait homo ille: Hæc vice os de oſſibus meis, & caro de carne mea. Hinc vocabitur virago, eo quod de viro ſumpta ſit ipſa. Propterea deſeret vir patrem ſuum & matrem ſuam, & hærebit cum vxore ſua, eruntque in carnem vnam. Erant autem ambo illi nudi, homo inquam ille & vxor eius, & non erubeſcebant. Serpens vero fuit callidior omni beſtia agri, quam fecit dominus Deus, & dixit ad mulierem: Etiam ſi dixit Deus non comedetis de omni ligno horti? Et dixit mulier ad ſerpentem: De fructu ligni horti comedimus, de fructu vero arboris quæ eſt in medio horti dixit Deus, nequaquam comedetis ex ea, neque contingetis illam, ne forte moriamini. Et dixit ſerpens ad mulierem: Non moriendo moriemini. Sed ſcit Deus, quod ipſa die quando comederitis ex ipſa, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. Videns itaque mulier quod bona eſſet arbor illa in cibum, & oculis concupiſcibilis, deſiderabilis quoque eſſet ipſa arbor ad prudentiam comparandam, tulit de fructu illius & comedit, deditque viro ſuo exiſtenti ſecum, qui & ipſe comedit. Et aperti ſunt oculi amborum, & cognouerunt quod nudi eſſent, & conſuerunt folia ficulnea, feceruntque ſibi cinctoria. Et audierunt vocem Domini Dei deambulantis in horto ad ventum diei, & abſcondit ſe Adam & vxor illius a facie Domini Dei inter arbores horti, Et vocauit Dominus Deus ipſum Adam, & ait illi: Vbi es tu? Qui ait: Vocem tuam audiui in horto, & extimui, quia nudus ego, & abſcondi me ſum. Et ille dixit: Quis indicauit tibi quod nudus eſſes? nunquid de ipſa arbore, de qua præcepi tibi vt non comederes ex ipſa, comediſti? Et dixit Adam: Mulier ipſa quam dediſti vt mecum eſſet, ipſa dedit mihi de arbore, &*

Gen. 2. Matth. 19.

Gen. 3.

F

Eua tentata à ſerpente.

G *comedi. Et dixit Dominus Deus ad mulierem, Cur hoc feciſti? Et dixit mulier: Ipſe ſerpens ſeduxit me, & comedi. Et dixit Dominus Deus ad ſerpentem: Quia feciſti hoc, maledictus es præ omni iumento, & præ omni beſtia agri: ſupra ventrem tuum gradieris, & puluerem comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Et inimicitias ponam inter te & inter ipſam mulierem, inter ſemen tuum, & inter ſemen illius: ipſum conteret tibi caput, & tu conteres eius calcaneum. Ad mulierem vero dixit: Multiplicando multiplicabo dolorem tuum & conceptum tuum in dolore paries filios, & ad virum tuum erit deſiderium tuum, & ipſe dominabitur tibi. Ad Adam vero dixit: Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de arbore, de qua præcepi tibi, dicens, non comedes ex ea, maledicta eſt humus propter te, in dolore comedes eam omnibus diebus vitæ. Et ſpinam atque tribulum faciet creſcere tibi, & manducabis herbam agri. In ſudore vultus tui veſceris pane, donec reuertaris in humum, ex ea enim ſumptus es, quandoquidem puluis ſis, & in puluerem reuerſurus ſis.* Verba ſacræ ſcripturæ, quantum

H attinet ad hiſtoriam hominis & Paradiſi, ſic ſe habent. Obiicias igitur mihi: Supra tradidiſti Deum loco non comprehendi, nunc vero ais eum in Paradiſo ambulare? Audi reſponſum: Deus quidem vniuerſorũ pater, loco nec includitur, neque in loco inuenitur. Non enim eſt locus in quo ipſe quieſcat. Cæterũ ſermo eius per quem omnia creauit, exiſtens potentia & ſapientia patris, aſſumit perſonam patris & domini vniuerſorũ, is venit in paradiſum ſub perſona Dei & colloquebatur cum Adamo. Siquidem ſcriptura ſacra diſerte ponit Adamum dixiſſe, vocẽ tuam audiui. At vocem quid aliud dixeris, quam ſermonem Dei, qui eius filius eſt? Nec arbitreris, vt poetæ & fabularum ſcriptores perhibent: Dei filios ex concubitu eſſe natos: ſed intellige hoc loco enarrari ſermonem perpetuo exiſtentem & intimum in corde patris Dei. Antequam enim quicquam eorum quæ facta ſunt, fieret, hunc conſiliarium habuit, vt qui mens & prudentia eius foret. Cùm vero iam condere, quæ deliberauerat, inſtituiſſet, hunc ſermonem genuit prolatum, primogenitum vniuerſæ creaturæ, nec interim Deus exinanitus eſt ſermone, ſermonem gignens, & ſermone alloquens quæ volebat ſemper. Hæc

Chriſtus cum Adamo colloquitus. Filius Dei Patri coæternus.

Coloſſ.

nos docent ſacræ literæ & omnes ſancto ſpiritu afflati, quorum de numero eſt Ioannes ad huoc modum diſſerens: In principio erat ſermo, & ſermo erat apud Deum, &c. Significans in principio ſolum fuiſſe Deum & in eo ſermonem. Poſtea infert. *Deus erat ille ſermo. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine eo factum eſt nihil.* Deus itaque exiſtens ſermo, & ex Deo progenitus, quando vult pater vniuerſorum, mittit eum ſermonem ad aliquem locum. Qui adueniens, auditur & videtur ab eo miſſus, & in loco reperitur. Deus, vt ex præmiſſis apparet, hominem die ſexto creauit. Eius tamen creationem patefecit poſt ſeptimum demum diem, cum & paradiſum paraſſet, in quo, vt in meliore & excellentiore regione, homo degeret. Cæterum eorum, quæ tradidimus, veritatem res ipſa declarat. An non animaduertimus grauiſſimos dolores, quos in partu perpetiuntur mulieres? Horum deinde leui momento obliuiſcuntur, vt multiplicetur & incrementa ſumat mortalium genus. Annon videmus condemnationem ſerpentis, quam exorſus ſit humi ſerpens & terram vorans? Quæ quidem omnia plurimum faciunt ad comprobandam prædictorum veritatem. Præterea Deus exoriri fecit ex terra omnem arborem viſu pulchram & bonam ad comedendum. Quare hoc? In primis namque ſemina, plantæ, herbæque ſolæ habebantur, quas imperio domini tertius produxerat dies. Atque Paradiſus proferebat, amœniſſima & pulcherrima erant, ſiquidem eorum plantatio ab ipſo nec ab alio Deo peracta eſt. Reliquas quidem plantas haud abſimiles habuit mundus, at duas illas arbores, arborem vitæ, alteram cognitionis, nulla alia terra tenuit quam ſola paradiſus. Verum vt ſciamus paradiſum eſſe terram, & ſuper terra excultam, docemur à ſcriptura ſacra, quæ inquit: *Et plantauit Deus paradiſum in Eden in regione Orientali, & in eo poſuit hominem. Et prodire fecit Deus ex terra omnem arborem, pulchram viſu & bonam ad comedendum.* Quod igitur ait: Ex terra, & in Orientali plaga, &c. diſerte nos docet ſcriptura ſacra paradiſum eſſe ſub hoc cœlo, ſub quo Oriens & terra conſpiciuntur. Dictio Eden, quæ Hebraica eſt, ſi trãsferatur in noſtram linguam, verſionem ſignificat. Præterea indicat ſcriptura ſacra fluuium procedere ex Eden ad irrigandum paradiſum, qui inde in quatuor diſpeſcitur capita, quorum duo vocantur Phiſon & Geon, & humectant Orientales regiones, maximè tamen Geon, qui quaſi circulo vndique alluit vniuerſam Æthiopiæ regionem. Hunc perhibent generare Nilum flumen Ægyptiacum. Reliqui duo fluuij manifeſto a nobis cognoſcuntur, & nominantur Tigris & Euphrates. Hi vſque ad noſtra climata accedunt. Hominem autem Deus perduxit in paradiſum, vt eum operaretur & cuſtodiret, eique præcepit vt ederet de omnibus fructibus, nec etiam arborem vitæ excepit. Cæterum vetuit ne guſtaret quidem fructum arboris cognitionis. In hunc modum tranſtulit Deus hominem in paradiſum, ei vndique occaſiones ſuggerens vt creſceret & perfectus redderetur, & declaratus tandem Deus, in aſtra aſcenderet. Mediam etenim conditionem obtinuit homo, nec totus mortalis, nec totus immortalis exiſtens, verum vtriuſque extitit particeps. Sic quoque paradiſus æternitate donatus in medio cœli & terræ conſtitit, quantum ad amœnitatem & pulchritudinem attinet. Quod inquit, vt eum operaretur, &c. nullum aliud opus nullumque laborem præcipit, quam vt ſedulo ſeruet mandatum Dei, ne impingens ſeipſum perdat, quemadmodum accidit ei propter peccatum. Arbor quidem cognitionis erat bona, erat bonus & eius fructus. Non enim, vt quidam opinantur, aliquid noxij vel letiferi ea arbor tulit, ſed inobedientia mortis cauſa fuit. Nam fructus nihil aliud habebat, quam cognitionem ſolam. Verum cognitio bona & pulchra eſt, ſi quis ea rectè vtatur. Eo tempore adhuc infans ſeu puer erat Adam. Quapropter eam cognitionem digne percipere nequiuit. Nam etiamnum infans recenter natus pane veſci nequit, at prouectiore ætate etiam ad ſolidiorem cibum procedit. Idem euenit vt in Adamo. Quapropter non inuidens (vt quidam ſentiunt) Deus Adamo, eum ab arbore cognitionis abſtinere iuſſit. Præterea hominem probare volebat Deus, an dicto audiens eſſe vellet. Ad hæc cupiebat vt homo tempore longo ſimplex & ſincerus maneret quaſi puer. E Id enim ſanctum & laudabile cenſetur, non ſolum apud Deum, ſed & apud homines, videlicet in ſimplicitate, & abſque omni malitia ſubiici parentibus. Præterea ius naturale poſtulat, vt liberi ſint parentibus ſubditi.

Puerorum ſapientia, & ſubiectio.

Si autem liberos parentibus ſubiectos eſſe oportet, quanto magis conuenit vt Deo patri omnium pareamus? Indecorum eſt pueros, antequam puerilem egreſſi fuerint ætatem, ſupra ætatem ſapere. Quemadmodum enim ætas & ſtatura incrementum ſumit paulatim, ſic etiam prudentia pedetentim augetur. Cum lex aliquid vetat, nec homines legi poſitæ obtemperant, iam pœnam non lex, verum hominum inobedientia gignit. Nam & pater interdum filio edicit, vt ab aliquibus abſtineat: ſi paternum imperium reſpuit & in vetita nititur, virgis cæditur, pœnamque non paternum edictum, verum inobedientia meretur. F Nec res ipſæ verbera ſeu pœnas continent, ſed inobedientia inobedienti pœnam & ignominiam imponit. Ad eum modum, Protoplaſtum noſtrum inobedientia ex paradiſo expulit. Nec propterea, quaſi aliquid mali ſcientiæ ſiue cognitionis arbori ineſſet, homo primæuus in labores, triſtitiam, & poſtremo in mortem prolapſus eſt, ſed inobedientiam potius culpet; quæ horum malorum cauſa extitit. At Deus maximum beneficium homini præſtitit, ne perpetuum in peccatorum ſordibus hærere cogeretur. At quod eſt illud beneficium? Nempe quod eum eiecit paradiſo, ſolum vertere quaſi exulem iubens, vt ſtatuto ſiue determinato tempore peccatum exoluens, & probe omnia edoctus & inſtitutus, poſtremò reuocaretur. Quapropter cum homo iam recens in mundo conditus foret, quaſi ſub ænigmate, & myſterio in Geneſi ſcriptum reperitur; hominem bis in paradiſum eſſe collocatum.

Homo bis in paradiſo collocatus à principio.

Prima in paradiſum inductio contigit: altera eueniet poſt vniuerſalem reſurrectionem & extremum iudicium. Quemadmodum vas aliquod, modo factum artificis manu, ſi non reſpondit ad animam artificis, denuò fingitur & funditur vt ſit nouum & integrum, G ſic homini accidit per mortem. Nam eius potentia confractus eſt vt inueniatur in reſurrectione ſanus, id eſt mundus, iuſtus, immortalis. Quod Deus vocat hominem, & ait, Vbi es Adam? &c. ne tu factum intelligas, quaſi rerum fuerit ignarus.

Adã cur à Deo vocatus.

Deus longanimis exiſtens, ei occaſionem pœnitentiæ & confeſſionis ſubminiſtrabat. Sed dicat quis: Mortaliſne creatus eſt homo? Nequaquam. Quid igitur? num immortalis? Ne hoc quidem. Nam à primordio ſuæ creationis nec mortalis nec immortalis conditus eſt.

Adã initio nec mortalis nec immortalis.

Si immortalem ab initio eum feciſſet, Deum eum conſtituiſſet. Si mortalem eum formaſſet ab initio, Deus ſanè poſſet author hominum mortis videri. Apparet igitur hominem à Deo nec mortalem nec immortalem eſſe factum, ſed quemadmodum ſupra ſignificauimus, vtriuſque quodammodo participem, vt reperet ad immortalitatem ſeruans mandatum Dei, & vt hanc caperet mercedem tandem & ipſe Deus factus: H Sin autem conuerſus fuerit (inobedientiam ſectatus) ad peccatum, & reliquerit Deum, ſibi ipſi vt author foret mortis. Nam liberum & ſui iuris creauit Deus hominem. Quod autem ſibi per iniuriam & inobedientiam accerſiuerat, id ei nunc donat Deus per ſuam humanitatem & miſericordiam faciens homines ſibi obedientes. Quemadmodum enim ſua inobedientia quaſi proprio iumento mortem ſibi apportauit homo: Sic qui Dei voluntati non recuſat obtemperare, ſibi æternam poteſt parare vitam. Nam legem & præcepta ſancta communicauit nobis Deus, quæ ſi homo ſeruarit, ſalutem conſequi: & reſurgens hæreditate incorruptibilem nanciſci poterit. Adam paradiſo eiectus cognouit Euam vxorem, ſuam, quam ei formauerat Deus ex coſta. Cæterum ex coſta mulierem finxit non ideo, quaſi ex alia materia præſtare id non valeret, ſed alia cauſa eſt.

Eua cur formata ex coſta.

Deus prænouerat homines Deorum multitudinem introducturos. Eius igitur rei præſcius exiſtens, & quaſi certò ſciens ſerpentem, per multitudinem Deorum (qui non ſunt) errorem allaturum (nam cum ſub idem tempus vnus foret Deus, iam tum meditabatur error

A ſiue diabolus multitudinem deorum ſubſerere, & dicere: Eritis vt dij) ne exurgerent cui dicerent: Hic Deus virum, alius format mulierem, &c. Euam ex coſta compegit & duos fecit ambos. Simus per hæc, quaſi in myſterio, ſuã monarchiam ſiue vnitatem demonſtrari voluit, dum ſimul vtrumque creat. *Et erunt duo in carne vna.* Hoc quidem in nobis experimur completum. Quis enim legitimas nuptias contrahens, non contemnat matrem, patrem, vniuerſam cognationem, propinquos & amicos, vt ſuo compari adhæreat? Et quo maiore inuicem deuincirentur beneuolentia, ad Euam dixit Adam: *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea.* Præterea vaticinatus eſt, dicens. *Huius rei gratia deſeret homo patrem ſuum & matrem, & adglutinabitur vxori ſuæ, eruntque duo in carne vna* Hoc quidem in nobis vſuuenire quis eſt qui non videat? Quis enim legitimis nuptiis ſeſe committens, non ſpernit matrem & patrem, omnem cognationem, atque adeo omnes propinquos, & adglutinatur & coadunatur magis vxori, quam prædictis omnibus? Hinc videre eſt B quoſdam propter ſponſas ſuas non cunctari extrema ſubire vitæ diſcrimina. Hanc Euam principem & caput peccati (quia ſeducta eſt à ſerpente, per quem maleficus diabolus loquutus eſt, qui diabolus & Satan vocatur & vſque ahuc operatur in iis qui ipſius ſpiritu aguntur) diabolus non ceſſat vocare. Diabolus quoque draco nominatur. At eius nominis etymologia deriuatur *ἀπὸ τῦ ἀδρακέναι*, id eſt, qui fugerit, ceu fugitiuus à Deo. Siquidem in principio ſuæ creationis Angelica fulgebat dignitate. Et hæc quidem de diabolo, cuius alias multam fecimus mentionem in aliis noſtris ſcriptis. Quapropter nolumus nunc ea in re eſſe prolixiores. Adam vbi cognouit vxorem ſuam, ea concipiens peperit tandem filium nomine Cain, & dixit: *Acquiſiui hominem à Domino.* Deinde denuo concipiens & alterum filium enixa eſt, cui parentes nomen dixere Ahel. Abel rem pecuariam exercebat: Cain erat agricola & agriculturæ dabat operam. Quod ad hos pertinet, hiſtoria ſacra complectitur plura, & alio, quam nos enarramus, modo. Quapropter ſi quis cupit hæc C exactius & quaſi ad vnguem nouiſſe, conſulat librum, qui inſcribitur, Generatio mundi: & omnia perfectius addiſcet. Diabolus videns non ſolum Adamum & Euam vita frui, verum & liberos procreare, quos cum nó poſſet perimere, inuidia ſtimulatus inſtigauit Cain, vt fratrem ſuum Abel, qui gratus & acceptus erat Domino, crudeliter enecaret. Hoc pacto diabolus principium & origo fuit mortis quæ poſtmodum late vſque ad noſtra tempora in vniuerſum genus mortalium euagata eſt. Deus ductus miſericordia ſua, voluit pœnitentiæ & confeſſionis Cain, ſicut & Adæ præbere occaſionem, & dixit: *Vbi eſt Abel frater tuus?* Cain reſpondet, admodum præfractè inobediens exiſtens Deo & inquit, *neſcio, num ego cuſtos ſum fratris mei?* Hinc iratus Deus, dixit: *Quare feciſti hoc? vox ſanguinum fratris tui clamat ad me de humo. Et nunc maledictus es tu è terra, quæ aperuit os ſuum ad ſuſcipiendum ſanguines fratris tui de manu tua. Mobilis & vagus eris in ipſa terra.* Ex hoc tempore, terra timore perculſa non amplius hominis nec etiam alterius animalis ſanguinem fudit. At homi- D cidij culpam non hærere in terra, verum in homine tranſgreſſore, omnibus manifeſtum reor. Sed & Cain natus eſt filius, cui nomen erat Enoch. Pater dehinc extruxit vrbem, quam nomine filij ſui appellauit Enoch. Eo tempore cœptæ ſunt vrbes condi, & quidem ante diluuium. Proinde falſum & mendax eſt teſtimonium Homeri canentis: Nec enim dum vrbs poſita erat hominum diſtinctas linguas habentium. Enoch natus eſt filius nomine Gaidas, qui genuit Meel, qui genuit Mathuſalem, qui genuit Lamech. Lamech accepit vxores duas, quarum nomina Ada & Sela. Eo enim demum tempore inoleuit mos multas habendi vxores. Hoc eodem tempore & muſica inuenta eſt. Nam Lamech nati ſunt filij tres, quorum nomina, Obel, Iubal, Thobel. Iubal inuentor Pſalteri & Citharæ eſt. Thobel fuit faber æris & ferri. Hucuſque excurrit genealogiarum catalogus, quæ ſequuntur oblinio aboleuit, quod commiſit fratricidium. At Deus, vt alius in locum Abel perempti ſubſtitueretur, dedit

Adam Propheta.

Diabolus.

Cain. Diabolus origo mortis.

Vrbes condi cœptæ.

Polygamia. Muſica quando inuenta.

E vt Eua conciperet & filium ederet qui nominatus eſt Seth, à quo ad noſtra vſque tempora mortalium genus propagatum eſt. Sed ſi qui cupidine aguntur & reliquas audiendi genealogias, quas quidem ſcriptura ſacra tradit, ſcripturam ſacram adeant, & rem omnem inuenient. Nam etiam nos conſcripſimus, vt ſupra teſtati ſumus orationem quæ continet genealogiarum ſeriem. Cæterum genealogiarum ordo eſt in primo ſacræ hiſtoriæ libro. Hæc omnia, quæ hactenus tradidimus, docet nos Spiritus ſanctus per Moſen & reliquos Prophetas. Ex quibus conſtat, noſtra ſcripta, qui pij ſumus & veram religionem tenemus, eſſe antiquiſſima: præterea demonſtrantur vetiora eſſe omnium poëtarum & authorum ſcriptis. Quod ad Muſicam attinet, eius inuentorem quidam nugati ſunt eſſe Apolliuem. Alij hoc inuentum Orpheo acceptum referunt, vt qui Muſicam ex ſuaui auium concentu venatus ſit. Verum quis non intelligit horum F rationes vanas & mendaces eſſe? Nam Apollo & Orpheus longo poſt diluuium tempore vixerunt. De Noë, quem nonnulli Deucalionem vocant, in libro quem ſupra oſtendimus, loquuti ſumus: quem, ſi lubet, ipſe inſpicere potes. Poſt diluuium denuò vrbes cœptæ ſunt extrui, & regna diſtingui. Vrbs prima fuit Babylon, banc ordine ſubſecutæ ſunt, Orech, Archat, & Chalanæ conditæ in regione Sanaar. His, vt rex præfuit Nembruth. Inde originem ſumpſit Aſſur, vnde Aſſyrij ſuum nomen ſunt adepti. Nembrothica opera ſunt Niniue, Rhoboon, Calac & Daſan, quæ in medio Niniues & Calars ſita eſt. Niniue primitus, vrbs admodum fuit magna. Alter filius Sem filij Noe, nomine Meſtain, genuit Laudonim, Euemigim, Labiim, Nephthalim, Patroſoniim & Chaſloim, vnde progreſſus eſt Philiſtim. Verum, quod attinet ad trium filiorum Noë conſummationem & genealogiam, quid refert plura commemorare, cum omnia iſta prolixè tractata ſint in Epitome eius libri de quo ſupra? Nunc, quod supereſt, recordabimur vrbium & Regum, G qui eo tempore fuere, quo hominibus adhuc ignotæ erant variæ linguarum dialecti. Vrbes, quas modo diximus, ædificatæ ſunt ante linguarum diuiſionem. Cum autem tempus diuidendarum linguarum inſtaret, homines conſilium cepere, at non ex Deo, extruendæ vrbis & excitandæ turris, cuius faſtigium cœlum attingeret. Et hoc pacto ſibi immortalitatis famam parare nitebantur. At quia præter Dei conſilium, adeò temerarium exorſi ſunt opus, factum eſt vt Deus eorum opus diſſiparet, turrimque ſterneret. Eo tempore hominum linguas Deus mutauit, dans ſingulis propriam dialectum. At hæc quidem Sibylla ſignificauit, mundo iram futuram annuncians, & ſic fatur: Sed quando magni Dei perficiuntur minæ quas comminatus eſt mortalibus, quando turrim fabricarunt regione in Aſſyria: Omnes erant eiuſdem linguæ, & parabant in cœlum ſcandere ſtelligerum. At Deus immortalis magnam iniecit neceſſitatem ventis: Verum venti deinceps magnam & excelſam illam turrim deiecerunt præcipitatam ex alto, & inter mortales contentionem excitarunt. Sed vbi turris corruit, linguæ hominum in multas mortalium diuiſæ ſunt dialectos, &c. Hæc quidem euenere in Chal- H dæorum. Cæterum in terra Chanaan condita eſt vrbs nomine Charra. Sub idem tempus primus Ægypti rex fuit, quem vocarunt Pharaonem, qui idem Nechaoth ſecundum Ægyptios appellatus eſt, & ab hoc mutua ſucceſſione aliorum regum Ægyptus adminiſtrata eſt. In terra Senaar: quam tenebant Chaldei, rex primus extitit Arioch. Huic ſucceſſit Ellaſar, in cuius locum ſubſtitutus eſt Chodollagomor rex Ælan, in cuius locum ſurrogatus eſt Thargan rex gentium quæ dicebantur Aſſyriorum. Fuere & aliæ quinque vrbes in ea terræ parte, quam ſibi vendicarant filij Cham, quem genuit Noe. Harum nomina hæc ſunt, Sodoma, Gomorrha, Adama, Saboim, quæ & Segor nuncupata eſt. Nomina regum, qui iſtis vrbibus præfuere, ſic habent: Ballas rex Sodomorum. Barſas rex Gomorrhæ, Senaar rex Adamæ, Hymar rex Seboim, Balach rex Segor, quam vrbem alio nomine vocarunt Cephalam. Prædicti reges tributarij

Noë, qui & Deucalion.

Vrbes antiquiſſima.

Niniue

Turris Babel. Gen. 11

Sibylla

Pharao Nechao.

A

fuere Aſſyrio Chodollagomor, annis 12. Anno verò 13. defecerunt ab Aſſyrio. Hæc defectio peperit bellum quod geſtum eſt quatuor regibus Aſſyriorum cum quinque regibus qui tenebant regionem Cham filii Noe. Eo tempore cæſi ſunt gigantes Carnain, nec non cædem ſenſerunt gentes robuſtæ: eadem cædes trauit Ommaos habitantes in vrbe, & Chortæos colentes montana Seyr vſque ad Terebinthum Pharam, quæ viſitur in deſerto. Ea tempeſtate floruit rex iuſtus nomine Meſchiſedech domicilium habens in vrbe Salem, quæ nunc Ieroſolyma dicitur. Hic primus omnium ſacerdos Dei altiſſimi fuit. Ab hoc Salem Ieruſalem dicta eſt, cum antea nominaretur Hieroſolyma. Hic cum fuiſſet primus ſacerdos, factum eſt vt ab eo ſacerdotes initium ſumentes, peruaſerint vniuerſam terram. In huius locum ſucceſſit Abimelech, qui regnauit in Geraris. Huius ſucceſſor fuit alter Abimelech. Poſt hunc regni gubernacula cepit Ephron cognomento Chettæus. Nomina eorum regum qui illa tempeſtate viguerunt, ſic ſe habent. Aſſyriorum reges, qui multis annis intertectis regnarunt, ſilentium & obliuio oppreſſit. Omnes enim ſaltem poſtremorũ meminere temporum. Aſſyriorum, quod ſcimus, reges fuere Theglaphaſar, Selamanaſar Senacherib. Huius tetarchus fuit Adramelech Æthiops, qui etiam Ægyptiaci tenuit gubernacula regni, quamuis hæc, quod ad noſtra ſcripta attinet, recentiora ſint. Hinc videre, & nuſpiam alibi, hiſtoriarum & antiquitatis ſtudioſi poſſunt, an ea quæ à nobis traduntur per Prophetas ſanctos ſint nupera. Cum primis temporibus pauci forent homines in Arabia & Chaldæa, poſt linguarum diuiſionem aucti & multiplicati paulatim ſunt. Hinc quidam abierunt verſus Orientem, quidam conceſſere ad partes maioris continentis: alii porrò profecti ſunt ad Septentrionem, ſedes quæſituri. Nec prius deſierunt terram vbique occupare, quam etiam Britannos in Arcticis climatibus acceſſerint. Fuere qui ſibi ſubiicerent Iudæam, Phœniciam & regiones Æthiopiæ, Ægypti, Libyæque, nec non eam regionem quæ torrida dicitur, & loca quæ in Occidentem porriguntur. Fuere qui incipientes a regione maritima & Phamphylia, Aſiam Græciam, & Macedoniam ſibi aſſignarent. Reliqui porro Italia, Gallias, Hiſpania & Germania ſunt potiti. Atque adeò vniuerſi terræ ſuperficies abundat habitatoribus ſeu incolis. Primò quidem loca Orienti, Meridiei & Occidentis ſubiecta inhabitata ſunt. Poſtmodum inde progreſſi paulatim homines, etiam reliquas orbis partes inuaſerunt. Hæc dum ethnici ſcriptores neſciunt, attamen audent aſſerere mundi formam eſſe inſtar globi, propter ſoliditatem & ſuum ad centrum receſſum, non cunctantur eam cubo comparare. At qua fronte audent horum veritatem adſtruere, cum mundi creationem ignorent, præterea non conſtat penes ipſos, vt paulatim, ſicuti prædiximus, homines diſperſi ſunt habitandi gratia per vniuerſam terram: Ad eum modum cœptæ ſunt habitari inſulæ maris, nec non reliqua orbis climata. Quis igitur ex iſto magno Philoſophorum, Poetarum & ſcriptorum grege potuit verum pronuntiare, cum multo ſint creatione mundi iuniores, & Deorum multitudinem docuerint, quos liquido clarect natos eſſe longo demum tempore poſt vrbes conditas, regna diſtincta, gentes diuiſas, & bellorum exortum. Si ſanè voluiſſent veritatem rerum demonſtrare, oportebat eos quæ præceſſere diluuium, tradere videlicet mundi & hominis creationem, deinde etiam reliqua quæ contigere, non ſilentio præterire. Ad hæc conueniebat, vt & Ægyptiorum & Chaldæorum vates & reliqui ſcriptores quotquot diuino & puro ſpiritu illuminati fuere, non ſolum præterita aut inſtantia prædicerent veritate ſubnixi, ſed & futura quæ eſſent, mundo magna veritate prænuntiare. Ex quibus omnibus apparet omnes ſcriptores cæteros errore tractos, ſolos vero Chriſtianos veritatis factos eſſe compotes. Docemur etenim & inſtruimur à ſancto Spiritu, qui loquutus per Prophetas, iam olim omnia quæ mundo euentura eſſent, prædemonſtrauit. Et tibi quidem in facili eſt ſcrutari ea quæ ſunt Dei, id eſt, ea quæ per Prophetas iam olim prædicta ſunt. Quæ ſi diligenter inſpexeris, collatione facta eorum quæ à vobis & ab reliquis prophanis Rhetoribus feruntur, veritatem facilè aſſequi poteris. Nomina eorum quos deos dicitis, ſatis liquet ex illis quæ ſupra annotauimus, & ex reliquis hiſtoriis, eſſe nomina hominum demortuorum. Horum imagines ſubinde adhuc hodie finguntur, quas quid aliud, quam ſimulachra, humanarum manuum opera dixeris? Iſta ſuppliciter colit vanorum hominum multitudo. Cæterum Creatorem & opificem altoremque omnis ſpiritus irritum faciunt & vilipendunt mortales, nec recuſant obtemperare vanis dogmatibus ſequuti ſtultam à patribus traditam ſententiam. Verum Deus non derelinquit humanum genus, imo pater & conditor huius vniuerſi legem dedit, miſit & Prophetas ſanctos vt annuntiarent & demonſtrarent efficaciter hominibus vt euigilent, atque vnum ſolum eſſe Deum cognoſcant. Prophetæ docuerunt abſtinere ab nephario idolorum cultu: iuſſerant quoque vitare adulterium, cædem ſcortationem, furtum, auaritiam, periurium, iram mendacium, nec non omnem laſciuiam & immunditiem. Præterea ſedulò cauere præceperunt, ne quis faciat alteri, quæ ſibi minimè fieri velit. Quare vt homo ad eum modum opera bona faciens pœnas ſempiternas effugiat, & dignos ſempiterna vita à Deo pronuncietur. Nec ſolum idolorum cultum lex diuina inhibet, ſed interdicit quoque, ne quis elementa, ſolem, lunam, & reliqua aſtra adoret. Præterea prohibet colere cœlum, terram, mare fonteſque: ſed ſedulo inculcat vt reuera exiſtẽs Deus, qui creator eſt vniuerſorum, in ſanctitate cordis, puroque animo adoretur. Quapropter ſancit ſancta lex; *Non adulterium committas, Non occidas, Non furtum facias, Non falſum teſtimonium dicas, Non concupiſcas vxorem proximi tui*, Idem docent & Prophetæ. Salomon ita nos inſtruit, vt ne nutu quidem nos peccare velit, dicens: *Oculi tui in directum Aſpiciant, & palpebræ tuæ rectum teneant iter ante te.* Moſes qui & ipſe Propheta eſt, de vnitate Dei in hunc modum diſſerit: *Hic Deus veſter qui firmauit cœlum & creauit terram, cuius manus oſtendit vniuerſam militiam cœli, Non eam vobis monſtrauit vt poſt eam abiretis.* Eſaias inquit, *Sic dicit Dominus Deus qui firmauit cœlum, & creauit terram, & ea quæ ſunt in ipſa: qui dat ſpirationem populo ſuper ea, & ſpiritum iis qui calcant eam: Hic Dominus Deus veſter.* Iterum per eundem ait: *Ego feci terram & hominem ſuper ea. Ego manu mea firmaui cœlum.* Item in alio capite: *Hic noſter Deus, qui parauit extremitates terræ. Non eſuriet nec fatigabitur, nec prudentia eius veſtigari poteſt.* Similiter & Hieremias dicit: *Qui fecit terram in virtute ſua, & parauit orbem in ſapientia ſua, atque intelligentia ſua extendit cœlos. Qui per vocem ſuam dat copiam aquarum in cœlis, & leuat nubes ab extremitate terræ: ipſe fulgura in pluuiam facit, & educit ventum de theſauris ſuis.* Videre eſt quam conſona loquuti ſint omnes Prophetæ vno eodemque ſpiritu afflati, explanantes vnitatem Dei, mundi hominiſque generationem. Præterea grauiter dolucre deplorantes impium mortalium genus, nec non obiurgarunt, & reprehenderunt magna ſeueritate eos qui ſibi ſapientiam arrogabant, cum eſſent interim erroribus & tenebris immerſi: Hieremias clamat: *Infatuatus eſt omnis homo a ſcientia: & confuſus eſt omnis conflator propter ſculptile, eo quod conflatile eius mendacium ſit, & non ſit ſpiritus in eis. Vanitas ſunt & opus eorum, in tempore viſitationis eorum peribunt.* Idem ſentit & Dauid, dicens: *Corrupti & abominabiles facti ſunt ſuis ſtudiis, Non eſt qui faciat bonum, Non eſt vſque ad vnum. Omnes declinarunt ſimul & inutiles facti ſunt.* Aſſentitur his & Abachuch, inquiẽs: *Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus vt eſſet conflatile, & quod annuntiat mendacium? & tamen fiduciam habent in eo, fictor ſcilicet in figmento ſuo, vt faceret idola muta, Væ, qui dicit ligno, euigila: & lapidi inſenſibili, excitare.* His adſtipulati ſunt in ſuis propheticis & reliqui ſacroſãcti veritatis vates. At quid neceſſe eſt multitudinem enumerare Prophetarum qui plurimi extitere: & omnia inter ſe conſona, adeò vt nulla cõtrarietas deprehẽdi poſſit, protulêre? Si quis ea ſcire geſtit, Prophetarum ianuæ patent: Hos legat, accedens mente pura, & exactè, veritatem ipſam cognoſcet. Cæterum Prophetæ illi, quorum mentio facta eſt, fuere in populo Iſraëlitico illiterati,

Melchiſedech à quo omnes ſacerdotes.

Abimelech.

B

Adramelech.

C

D

E

Prophetarũ doctrina.

F

Exod. 20.

Prou. 4. Deut. 17 Iſai. 45.

G

Hier. 10 & 52. Pſal. 134.

H

Hier. 51. Pſal. 52.

Abac. 2.

Prophetæ illiterati.

A *Sibylla.*

paſtores & idiotæ. Verum etiam Sibylla Græcorum & reliquarum gentium propheteſſa, in principio ſuæ prophetiæ inuehitur in mortalium genus, dicens:

Viri mortales & carnei, nihil exiſtentes,
Quomodo ſtatim exaltamini, vitæ finem non inſpicientes?
Dei deſcriptio. *Nec contremiſcitis, nec timetis Deum inſpectorem veſtri,*
Altiſſimum cognitorem & omnium ſpeculatorem, teſtem omnium,
Nutritorem omnium, & creatorem, qui dulcem ſpiritum omnibus.
Indidit, & ducem mortalium omnium ſtatuit.
Vnus Deus, ſolus regnat, magnitudine excedens, & ingenitus,
Omnipotens, inuiſibilis, videns ipſe ſolus omnia,
Ipſe non videtur mortali à carne vniuerſa.
Quæ enim caro poteſt cæleſtem & verum
Oculis cernere Deum, immortalem qui vrbem habitat?
B *Verum nec ex aduerſo radiorum ſolis*
Homines ſtare poſſunt: mortales genití
Viri, oſſa, venæ & carnes exiſtentes,
Ipſum ſolum exiſtentem colite ducem mundi,
Qui ſolus in ſæculum, & ex ſæculo natus eſt:
Ex ſe genitus, ingenitus, omnia tenens, ſemper
Cunctis mortalibus ſignificans iudicium in luce communi.
Stultitiæ dignam accipietis mercedem.
Quod Deum omittentes, verum, ſempiternum
Laudare, eique immolare ſacras hecatombas,
Dæmonibus ſacrificaſtis, qui ſunt in inferno.
Superbia & furore percitis inceſſiſtis, & callem
Rectum deſerentes abiiſtis per ſpinas,
Et per vepres erraſtis: Mortales ceſſate vani,
Errantes in tenebris & in obſcura nocte atraque,
Relinquite tenebras noctis & lucem apprehendite:
C *Cognoſcite ponentes ſapientiam in præcordiis veſtris,*
Dei prouidentia. *Hic, ecce, omnino verus & errore vacuus exiſtit.*
Venite, nec tenebras ſectemini & caliginem ſemper,
Solis dulce viſu ecce lumen ſplendet:
Vnus Deus eſt, imbres, ventos, terræmotus immittens,
Fulgura, famem, peſtem, & curas triſtes,
Et niuem glaciemque: Quid omnia ſingulatim commemoro?
Cælum gubernat, terram tenet, ipſe exiſtit,
Et ad eos qui geniti dicuntur, loquutus eſt:
Si genitum omnino & corrumpitur, non poteſt ex viri
Semine & matrice formatus Deus eſſe,
Sed Deus ſolus, vnus excelſiſſimus,
Qui creauit cælum, ſolem, aſtra; atque lunam,
Fertilem terram, & marinas ponti procellas.
Homo omnium princeps conditus. *Montes excelſos, & perennes fontium ſcaturigines?*
Etiam aquatilium generat innumerabilem multitudinem,
Reptilia terra ſe mouentia, & quæ frigido nutriuntur,
Varia animalia ſuauiter ſonantia voceque turbantia,
Pulchra, alis dulce crepantia, turbantiaque aërem alis.
In ſaltibus montium ſylueſtrem prolem poſuit ferarum:
D *Nobis iumenta ſubiecit omnia mortalibus.*
Omnium principem conſtituit hominem à Deo conditum
Viro ſubiecit admodum pulchra captuque facilia.
Quæ etenim caro poteſt cognoſcere hæc omnia?
Sed ipſe ſolus nouit, qui fecit hæc ab initio,
Immortalis, conditor ſempiternus, æthera inhabitans,
Bonis bonam proferens & multiplicem mercedem:
At malis, iniuſtis, bilem, & furorem excitans,
Et bellum, & peſtem, & dolores lugubres.
Gentilium Idololatria reprehenditur. *Homines, quid fruſtra exaltamini; eradicabimini,*
Erubeſcite, muſtelas & beſtias conſecrantes,
Non furor eſt, & rabidorum hominum vanaque opera?
Boues furantur dij, rapiuntque ollas
Circa aureum polum & fæcundam terram.
Vermibus exeſa aſpexiſtis, & denſis araneis velata
Timuiſtis, adorantes ſerpentes, canes, feles: ſtulti
Etiam liberos colitis & reptilia animalia terræ,
Et lapideas ſtatuas, & ſimulachra manufacta,
Et in itineribus lapidum aceruos: hæc adoratis
Et alia multa vana, quæ ſane turpe fuerit prædicare.
Sunt enim dij hominum deceptores ſtultorum;
E *Horum ex ore funditur lethale venenum.*
Neque eſt vita, & incorrupta ſempiternaque lux,
Et melle dulciorem viris riſum
Profundit. Huic ſoli ceruicem flecte,
Et ſemitam in piis ſeculis inclina.
Illa relinquentes omnia, iniuſtitia plenum poculum
Parum forte preſſum admodum bene temperans
Traxiſtis imprudentia tota ſola: quia ſpiritu omnes
Et noluiſtis euigilare, & ad prudentem mentem reuerti,
Et cognoſcere regem Deum omnia inſpicientem.
Ignis Gehennæ. *Huius rei gratia ardentis ignis ſplendor venit ad vos,*
Flammis comburemini in ſeculum quotidie.
Falſis confiſi idolis & inutilibus.
Piorum vita æterna. *Qui vero Deum colunt verum & ſempiternum,*
Vitam hæreditabunt in ſempiternum, ipſi
Panis cæleſtis. *Inhabitantes paradiſi amœnum hortum,*
Edentes dulcem panem à cælo ſtellato.

F *Poëtarum teſtimonia de pœnis impiorum.*

Quod autem hæc vera, vtilia, iuſta, grataque ſint omnibus mortalibus, manifeſtum eſſe reor. Præterea quod malefactores neceſſariò ſuorum ſcelerum pœnas perſoluant, etiam Poetæ quaſi oracula quædam cecinerunt. Sed ea in teſtimonium cedunt iis qui ſcelera committunt, vt qui propter ea ſint pœnis ſubdendi. Nam Æſchylus inquit: *Patranti ſcelus & pœna debetur.* Pindarus ait: *Eum qui iniuriam infert, & pœnas dare (vt videtur) oportet.* Euripides dicit: *Æquo animo pœnas patere: nam delinquens gaudebas.* Legis eſſe puto, hoſtem male mulctare, virum, vbi eum ceperit: idem, hoſtem male multare virum, viri iudico eſſe partes. Ab his non diſſentit Archilochus, dicens: *Vnum noui, & illud quidem magnum, malefacta malefactori grauiſſimis compenſatum iri malis.* Ad hæc Deum nihil latere, ſed omnia ipſius oculis eſſe ſubiecta, & eſſe longanimem, vt poſſit conniuere vſque dum iudicaturus ſit vniuerſum mundum, ſatis euidenter Dionyſius docuit: *Iuſtitiæ oculus placida forma veniens, vt fax ſplendens, quam proximè accedit ſi videat.* Quod Deus mundum ſit iudicaturus, & mala ſubitò ſint deinde impios & ſceleratos apprehenſura, teſtatur Æſchylus his verbis: *Malum quidem celere venit mortalibus, inueniunt & delicta eum qui negligit Themin, Vides iuſtitiam tacitam & occultam dormienti, incedenti, & ſedenti.* Inde proponit decretum, *aliud deinceps non inoluet nox delictum. Cum igitur quid feceris mali, inſpectorem aliquem præſto eſſe credito.* Non his & Simonides concinit ſcribens: *Non eſt malum, quod præter expectatum obueniat hominibus. Breui momento viciſſitudinem inducit Deus,* Euripides: *Nunquam felicitatem mali viri & ſuperbas diuitias ſtabiles fore conijcere oportet, nec etiam felicitatem nouam, iniquè partam. Tempus enim in lucem protrahit hominum vitia.* Idem iterum inquit; *Non enim intellectu caret Numen: imò intelligere poteſt ſiqui male ſint poſiti & vi oppreſſi.* Sophocles inquit: *Si cupiuiſti ſiue feciſti mala, etiam mala te perpeti oportet.* Præterea quod Deus iudicium ſit redditurus in extremo die de periurio & aliis peccatis, Poëtæ quoque ferè prædixerunt. Quod pertinet ad conflagrationem mundi, nolentes volentes conſentiunt cum Prophetis, quamuis temporis reſpectu his multò ſint iuniores. Attamen ea ex Lege & Prophetis, vt ſupra monuimus, ſuffurati ſunt. Sed quid refert, priores vel poſteriores fuerint Prophetis? In hoc negotij cardo vertitur, quod haud abſimilia Prophetarum oraculis prædixere. De mundi conflagratione vaticinatione eſt Malachias Propheta: *Ecce dies Domini venit vt clibanus ardens, & incendet omnes impios.* Similiter & Eſaias; *veniet enim ira Dei veluti inundans grando, & turbo ſubuertens, veluti impetus aquarum validarum & inundantium, qui omnia fortiter deijcit ad terram.* Hæc quidem Sibylla & reliqui Prophetæ vaticinati ſunt. Verum & Poetæ Philoſophique ſcripſerunt de iuſtitia, de iudicio, de æterna condemnatione, necnon de Prouidentia. Nam non ſolum ſua prouidentia Deus, nos qui adhuc vita fruimur, ſed & mortuos curat, quicquid tamen alij garriant. At eorum oratio à veritate ſubuertitur & redarguitur. Salomon vnus è Prophetarum ſanctiſſi-

De Prouidentia. G *De iudicio extremo.* *Diuitiæ ſuperbæ, inſtabiles.* *Mundi conflagratio.* H *Poëtæ multa ſuffurati ex Prophetis.*

mo choro de mortuis loquutus eſt, dicens. *Erit ſanatio carnibus, & curatio oſſium.* Idem teſtatur & Dauid: *Exultabunt quæ ſunt humiliata.* His haud incongrua pronunciauit Timocles dicens, mortuis impertitur miſericordiam æquus Deus. Præterea ſcriptores, quotquot tradidere deorum multitudinem, tandem ad Dei vnitatem deuenere: qui docuere non eſſe prouidentiam Dei, tandem eam confeſſi ſunt: qui voluere Deum non iudicaturum orbem, tandem credidere iudicium futurum, etiam illi qui negabant poſt mortem eſſe ſenſum. Homerus quidem dixit: *Anima inſtar ſomni auolauit.* Et alibi: *Anima ex membris auolans ad inferos deſcendit.* Et alibi: *Sepelito me, vt quam primum portas Plutonis tranſeam.* De reliquis puto te melius noſſe, vt qui legeris authores qui ea tradidere. Hæc omnia intelliget qui Dei ſapientiam exquirit ſtudens ei placere per fidem, iuſtitiam, & per buna opera. Nam quidam eorum Prophetarum, quos ſupra oſtendimus, nomine Oſeas ait: *Quis ſapiens & intelliget iſta, & prudens cognoſcet ea? quoniam recta ſunt viæ Domini, & iuſti ambulabunt in eis: iniqui autem corruent in eis.* Oportet igitur te, ſi es diſcendi cupidus, frequentius accedere ſcripturam ſacram vt viuas: & audiens vocem Dei, ad vnguem (quod aiunt) veritatem conſequere.

THEOPHILI AD Autolycum.

LIBER TERTIVS.

THEOPHILVS Autolyco ſalutem dicit. Scriptores cæteri auent multos libros conſcribere, quibus vanam venentur gloriam: libros itaque componunt, aut de diis, aut de bellis, aut de temporibus dum annales condunt. Alij fabulis inutilibus & aliis deliramentis opera ſua complent. Et tu quidem hactenus multum in fabulis fingendis deſudaſti, nec nunc ab iſto labore recedis, & quamuis nobiſcum ſis congreſſus & diſputaris, attamen adhuc arbitraris veritatis ſermonem eſſe nugas. Nam exiſtimas noſtra ſcripta eſſe recentia & nupera. Proinde ego nihil cunctabor (adſit modo Deus) à prima origine repetere noſtrarum literarum antiquitatem, breue & ſuccinctam Hypomnema conficiens, ne verborum multitudine deterritus, ſi prolixior forem, id legere morateris. Hinc autem cognoſces reliquorum ſcriptorum, qui circa prophana verſantur: ineptias & nugas. Oportebat enim ſcriptores teſtes eſſe oculatos eorum quæ tradunt, aut rerum veritatem exactè didiciſſe ex iis qui rebus geſtis interfuere. Nam qui incerta quæ ipſi ignorant, ſcribunt, quodammodo (quod dicitur) aërem cædunt. Quid Homero profuit bellum Iliacum deſcripſiſſe, & multis eo opere fucum feciſſe, dum falſa commemorat? Quos fructus percipit Heſiodus ex catalogo genealogiæ deorum, quos ipſe fingendo congeſſit? Quæ vtilitas manauit ad Orpheum ex eo quod trecentos & ſexaginta deos confeſſus eſt, quos tandem reiecit in teſtamento ſuo cum obiret mortem, aſſerens Vnum eſſe Deum? Quem fructum conſequutus eſt Aratus ex ſua ſphærographia mundani cycli? Aut quem fructum ſenſere alij qui iiſdem incubuere ſtudiis. Certè, nullus alius laborum fructus ad eos deuenit, quam vana gloria hominum, quam ne quidem ipſi condignè conſequi quiuerunt. Sed quid veri ex ipſorum ſcriptis aut verbis elici poteſt? Quid vtilitatis Euripides, Sophocles, & reliqui Tragici ſcriptores ex ſuis cepere tragædiis? Aut quem fructum Menander, Ariſtophanes, aliique Comici tulere ex ſuis comœdiis? Herodotum & Thucydidem hiſtoriæ non iuuerunt, nec Pythagoram occulta & arcana, nec etiam Herculis columnæ. Diogeni, quid Cynica philoſophia; Epicuro, aſſerere non eſſe prouidentiam, Empedocli, docere non eſſe Deos, contulit? Socrati quid commodi attulere dæmonia, quæ inuocabat? Quid præterea, quod iuraret per quam ſanctè, Canem, Anſerem, Platanum, & Æſculapium fulmine tactum? Nam quid iſta viro conduxerunt? Præterea quod voluntario animo nihil trepidans mortuus eſt, quam ſperat poſt obitum mercedem nanciſci? Quid Platoni profuit ſua diſciplina & Philoſophia; Quid vtilitatis pepererunt reliquis ſua dogmata Philoſophis, qui plurimi fuere? Nolo enim omnes nunc, quia plurimi fuerunt, reſencere. Hæc quidem enumeramus, vt demonſtremus, & quaſi ob oculos homini ponamus impias & inutiles eorum eſſe ſententias: nec ipſi veritatem aſſequuti ſunt, nec alios ad veritatem cohortati ſunt. Nam ex ſuis ipſorum, dum contraria ſibi proferunt, ſcriptis mendacij arguuntur. Quidam etiam ſua ſcripſerunt dogmata. Nec ſolum ſemetipſos ſubuerterunt, verum nonnulli Philoſophi etiam propria dogmata, infirma & irrita fecere. Itaque gloria eorum ceſſit in infamiam & ſtultitiam, vt inde habiti ſint ſtulti & inglorij. Nam intellectu præditi facile eorum ſcripta intelligunt, eorumque vanitatem perſpiciunt. Aut enim loquuti ſunt de diis, & deinceps docuere non eſſe deos. Aut ſi de mundi generatione diſſeruerunt, poſtremò omnia fortuito, & caſu quodam ſua ſponte facta eſſe confeſſi ſunt. Aut de prouidentia ſermocinantes: tandem ſtatuere mundum fortuito, nec prouidentia gubernari. Quid præterea de moribus inſtituendis dicam? An non dum conantur de morum grauitate ſcribere, docuere adulteria, ſcortationem atque omnem immundiciem perpetrare? Ad hæc exoſam & deteſtandam maſculam Venerem introduxerunt. Et vt hæc magis grata & accepta ſint mortalibus, canunt & Deos vſos concubitu non dicendo. Præterea vetitos & nepharios inducunt cibos. Saturnum ſuos liberos vorare perhibent. Aiunt Iouem huius filium, Prouidentiam in illia demiſiſſe. Scribunt & ſcelerata conuiuia diis apparata. Vulcanum quendam claudum & fabrum diis miniſtrare docent. Proponunt Iunonem vxorem Iouis & ſororem non ſolum propter nuptias inceſtas, ſed ore quoque patrare impuro quæ minimè dicere expediat. Flagitia eorum omnia quæ poëtæ celebrant, omitto commemorare. Siquidem ipſe ea per te nouiſti, Quid attinet commemorare Neptunum, Apollinem, Bacchum, Herculem, Mineruam ſinus amantem, Veneremque impudicam, cum abunde de his loquuti ſimus in alia noſtra oratione? Nec oportebat ſane nos nunc iſta confutare. Sed quia te adhuc ambiguum, quod ſpectat ad veritatis ſermonem, video, confutationem apprehendo. Cum enim ſis prudens, æquo animo ſtultos pateris. Siquidem nequaquam moueris à ſtultis hominibus, qui te à vera religione vanis verbis auertere moliuntur, neque iis obtemperare ſtuduiſti, qui falſo nos qui Chriſtiani nominamur, calumniis onerant. Aiunt enim noſtras vxores eſſe communes, & promiſcuo concubitu nos vti criminantur. His accedit, quod crimini nobis vertunt, quaſi necne à propriis ſororibus nobis temperemus, verum & has inceſta libidine, temerario auſu violemus. Illud præterea & crudeliſſimum & immaniſſimum eſt, quod nobis intendunt crimen, dum impio ore garriunt, nos humanis veſci carnibus: nec ceſſant noſtram religionem ſeu doctrinam maledictis inceſſere vt nuperam, & omni veritate vacuam quam nec nos, ſi controuerſia exoriatur, ſatis luculentis demonſtrationibus tueri poſſimus. Adhæc noſtram doctrinam nihil aliud quam ſtultitiam eſſe & meras nugas cauillantur. Verum enimuero maximè te admiror, qui præ reliquis ſtudioſius omne ſcientiæ genus inquiris, nos tamen noſtraque negligentius audis. Nam, ſi facultas datur, etiam noctu non cunctaris in Bibliothecis morari. Cùm igitur plurima ſcriptorum monumenta perlegeris, cedo quid tibi videntur quæ Zenonis aut Diogenis aut Cleanthis continent & docent libri? Nam tradunt morem veſcendi carnibus humanis, & patres quidem à propriis filiis aſſari & deuorari. Præterea ſi quis nolit aut abominetur deteſtandum illum cibum, aut abiiciat membrum oblatum, reliquis licere & hunc mactare & edere. At ſermo Diogenis magis impius eſſe deprehenditur, dum docet liberos cædere in ſacrificiis ſuos parentes atque eorum carnes in

E

Socratis iuſiurandum. Socratis obitus nil ei profuit.

Platonis Philoſophia inutilis.

F

Philoſophi vani, & inconſtantes.

Philoſophorum fabulæ.

G

Deorum gentilium flagitia.

Autolyci prudentia.

Paganorum calumnia in Chriſtianos.

H

Autolycus ſtudioſus.

Philoſophorum doctrina.

ventrem

A *Herodotus fabulator.*

ventrem demittere. Herodotus quoque hiſtoricus an non fabulatur Cambyſem Harpagi filios necaſſe, occiſos & coctos patri appoſuiſſe; Fabulatur, etiam apud Indos eſſe morem, vt patres à ſuis comedantur liberis. O impiam (exclamare libet) doctrinam eorum qui talia ſcribunt, non ſcribunt, imò docent! O impietatem & ſcelera! ô mentem peruerſam eorum qui ad hunc modum ſe perfectè philoſophari putant, & veram philoſophiam ſe docere profitentur! An non hæc & talia docentes mundum impietate complerunt? Etenim quod ad impium adulterij & ſcortationis vitium attinet, pulchrè illi qui circa philoſophiam errarunt, inter ſe conſencere. Et primus, immò princeps philoſophorum, Plato, ſtatim in primo libro, qui de Republica inſcribitur, quodammodo lege ſanciri vult, vt omnium vxores ſint communes, ſequutus nimirum exemplum Iouis, & Cretenſium legiſlatorem, vt hoc ſub prætextu, frequentior & abundantior prouenitet ſoboles: & vt triſtitia affecti ob communem vxorum concubitum, conſolationem aliquam inde caperent.

Plato Philoſophorum princeps.

B *Epicuri impietas.*

Epicurus, vt ſatis euidenter impietatem doceret, ſuadet inceſtos concubitus, videlicet, vt quis cum matre & ſorore coëat, quamuis eo tempore extiterint leges quæ hanc impietatem prohibebant. Nam etiam Salomon legem tulit, quæ iubet vt ex matrimonio, liberi legitimè naſcantur, legitimo, præuenire volens, ne liberi ex ſcortatione aut ex adulterio exoriantur. Quod ſi fieret, periculum eſſet, ne filius eum qui non eſt pater, vt patrem honoraret: ei autem qui reuera eſt pater, nullam paternam deferret, ignorantia ductus, reuerentiam, quemadmodum Romanorum Græcorumque leges & cæteræ poſtulare videntur. Quare igitur Epicurus & Stoici introducunt inceſtus qui cum ſororibus committuntur, & maſculam Venerem, quibus omnibus Bibliothecas repleuerunt? Huius ego nullam aliam cauſam reddere poſſum, quam vt pueri ſtatim ab ineunte ætate addiſcant impias & deteſtandas coniunctiones. Et quid attinet diutius hic immorari, cùm & ſuis diis eadem flagitia adſcribant? Præterea dum aſſerunt eſſe deos, continuo ad nihilum eos deducunt. Quidam enim tradidere, eos ex atomis conſiſtere, quidam vero eos in atomos procedere, & nihil amplius quàm homines poſſe docuerunt. Plato, dum de diis loquitur, eos materiales ſiue ex materia conſtare perhibet. Idem ſentiunt Platonici omnes. Pythagoras magno labore, ſumma itaque perſcrutatus, [illegible] Deum eſſe autumat. Adſtruit quoque omnia fortuito fieri, & deos mortalium nullam curam gerere: nec non & illa quæ Clitomachus Academicus protulit, dicens deos non eſſe. Quid præterea Critias aut quid Protagoras Abderites pronunciauit in hunc modum de diis? Si enim dij ſunt, neque de iis diſſerere, neque quales ſint poſſum demonſtrare. Nam multæ ſunt cauſæ quæ me prohibent. Nam quæ impuriſſimus Euhemerus commemorat, ea ſuperuacaneum reor in medium afferre. Cum enim plurima de diis [illegible] fuiſſet proponere, poſtremo deos prorſus è rerum natura tollit, & hoc vniuerſum caſu & fortuitò [illegible] prouidentia regi confirmat. Dum autem de Veritate Dei & de hominis anima diſputat, quam immortalem credit, an non rurſum ſibi contraria infert? Oſtendens etenim animas defunctorum in alios tranſire homines, quorumdam etiam animas illabi in bruta animalia, quis non mente ſana præditus, horrendum & impium hoc dogma exſibilabit videlicet, vt is qui quandoque fuit homo, nunc lupus, canis, aſinus aut aliud quodpiam [illegible] iumentum. Huic haud diſſimilia inanium nugari Pythagoras, præter id quod prouidentiam non agnoſcit. Cui igitur iſtorum fidem dabimus? num Philemoni Comico qui ait: Nam hi qui Deum colunt, ſpes bonas habent ad ſalutem, &c. An hiis quos prædiximus, credemus, Euimero, Epicuro, Pythagoræ & reliquis pietatem negantibus, & prouidentiam e medio propulſantibus: De Deo quidem & prouidentia ſic inquit Ariſto: Bono animo ſis, opitulari conſueuit omnibus bonis Deus. Hanc quidem prærogatiuam habent omnes, quotquot ſancte ſuam vitam inſtituunt. Itaque pia vita excellit impiam. Sic quidem res ſe

Stoicorũ inceſtus. *Philoſophi.* C *Pythagoras Deum negat (?).* *Euhemerus (?).* D *Philemon Comicus de Deo.*

E

habet, confiteor: verum eos qui ſanctè vitam agunt, video innumeris obnoxios eſſe malis: è regione, illos, qui nil niſi priuatam vtilitatem ſectantur, honoratius & felicius cerno in præſenti ſæculo viuere. At, ſi me audias, te porrò proſpicere, & omnium finem te expectare iubeo. Nec animus adiiciendus eſt huic opinioni, quæ apud quoſdam inoleuit, videlicet viuendum eſſe vt lubet: Hæc enim omnia indicant eſſe viatica mali ad malos ſuos mores. Eſt autem (ſi verum fateri velimus) ſanctè viuentibus, ſuus honor: & impiè viuentibus, ſua pœna. Nam abſque prouidentia nihil prorſus fit. Cæterùm videre eſt, vt illi ferè omnes aut plures qui verba facere inſtituerunt de Deo & prouidentia, inter ſeſe pugnantia dixerint. Quidam enim Deum & prouidentiam in vniuerſum è medio ſubtraxerunt. Quidam porrò deos conſtituerunt, & omnia prouidentia gubernari confeſſi ſunt. Intelligentem itaque lectorem & auditorem diligenter attendere oportet ea quæ dicuntur, quemadmodum & Symylus teſtatur. Nam eodem nomine ſuperfluos natura & pulchros Poëtæ nominare conſueuerunt. Oportet enim indicare ex quo quid ſit, quemadmodum etiam Philemon inquit: Difficilis res eſt auditor non intelligens & ſedens; Nam propter dementiam, ſeipſum non culpat. Proinde neceſſe eſt vt is qui Philoſophos & Poëtas audit legitque, ſingula cum iudicio examinet & perpendat.

Prouidentia. *Philoſophi quàm varij inter ſe de prouidentia.* F *Auditor non intelligens.*

Nam dum negant deus eſſe, continuo eoſdem iterum eſſe confitentur, nec non eos impia facinora committere demonſtrant. Et primum quidem magna voce decantant Poëtæ, Iouis flagitia. Chryſippus quomodo non inuenitur multa impuro ore ineptiens, ſignificans Iouem cum Iunone concumbere? Præterea omitto recenſere laſciuiam matris Deum & Iouis Latearij ſitientis humanum ſanguinem. Prætereo quoque Attim caſtratum, & Iouem cognomento Tragœdum, qui inundans manum ſuam (vt perhibent) nunc a Romanis diuinos honores accipit. Silentio tranſmitto: Antinoi Lucus, & reliquos qui cæteris diis dedicati ſunt: etenim cum ſint iſtæc litterarum monumentis prodita & legantur, profecto fieri non poteſt, quin intelligenti lectori illum moneant: ſiue quis legat eos negare deos, & tandem ſibiipſis contraria dicere: aut promiſcuos & illegitimos ipſorum cognoſcat concubitus. Etiam ex ipſorum monumentis quis elicere poteſt, humanis carnibus veſci eſſe licitum: & deos, quos præcipuo cultu venerati ſunt, primos id factitaſſe produnt. Cæterum nos Deum confitemur vnum conditorem, creatorem & opificem huius vniuerſi mundi. Præterea non ambigimus omnia diuina adminiſtrari prouidentia, & ex ipſo ſolo legem ſacroſanctam didicimus. Immo nullum alium habemus legiſlatorem quàm illum qui reuera Deus eſt: qui nos piè, iuſte & honeſtè viuere docet. Quod ad piam vitam attinet, ſic præcipit: *Non erunt tibi dij alij præter me. Non facies tibi ſculptile, atque omnem ſimilitudinem quæ eſt in cælis deſuper, & quæ in terra deorſum, & quæ in aquis ſub terra. Non adorabis ea, neque coles ea. Quia ego Dominus, Deus tuus*, &c. Vt bona opera faciamus ſic nobis imperat: *Honora patrem tuum, vt & matrem tuam, vt prolongentur dies tui ſuper terram (quam Dominus Deus tuus dat tibi.)* Quod ad honeſtam & piam vitam ſpectat, ſic inquit: *Non mœchaberis. Non occides. Non furaberis, non reſpondebis contra proximum tuum falſum teſtimonium. Non concupiſces domum proximi tui, nec deſiderabis vxorem proximi tui, aut ſeruum eius, aut ancillam eius aut, bouem eius, aut aſinum eius, aut quodcunque fuerit proximo tuo. Non euertes iudicium pauperis tui, in cauſa ſua. A verbo falſo longe aberis, nec innocentem & iuſtum occides. Nec impium iuſtificabis. Munus ne acceperis, quia munera excæcant videntes & peruertunt verba iuſtorum.* Huius diuinæ Legis miniſter fuit Moſes famulus Dei, cuius miniſterio & opera vniuerſus mundus, præcipue tamen Iudæi, Legem acceperunt. Hos cùm etiam Hebræi, nuncuparentur, primus in ſeruitutem redegerat rex Ægypti. Fuerunt autem prædicti Hebræi ſoboles piorum, iuſtorum & ſanctorum virorum, deſcendentes ex Abraham, Iſaac, & Iacob, Verum Deus recordatus Hebræorum, multis miraculis & prodigiis editis per Moſen, eos in liberta-

Philoſophi & Poëtæ caute legendi. *Antinoi lucus.* G *Fides Chriſtianorum.* *Decalogi 3 Partes.* Exod. 20 Leuit 19. Deut 5. M. *Hebræi.*

tam

tem aſſeruit & ex Ægypto eduxit. His per deſertum ductis teſtituit terram Chananæam, poſtmodum Iudæam appellatam. Legem quoque eis dedit, & per eam eorum inconditos mores reformauit. At Lex cum in multa præcepta ſit diffuſa & admirabiliter vniuerſam iuſtitiam contineat, ſcias ex quæ ſupra dedimus, ſaltem eſſe Legis decem capita, ſiue decem articulos. Hebræi in Ægypto aduenæ & peregrini fuere, Nam Hebræi ex Chaldæa oriundi ſunt. Eo autem tempore, famis vehementia cogebantur tranſire in Ægyptum vt frumentum coëmerent, vbi & aliquanto tempore habitarunt. Cæterùm id ipſis accidit cum iam dudum id prædixiſſet Deus. Cùm igitur morati fuiſſent in Ægypto annis quadringentis & triginta, eo anno quo eos inde ducere parabat Moſes per deſertum in terram promiſſam, Deus legem poſuit, ſtatuens: *Peregrinum ne afflixeritis aut triſtitia affeceritis. Vos enim noſtis animum peregrini, ipſi enim peregrini fuiſtis in terra Ægypti.* Legem, quam Deus tulerat, præuaricati ſunt. Cæterum Deus bonus & miſericors exiſtens, eos perdere noluit: & præterquam quod legem iis communicauit, etiam Prophetas non peregrinos, ſed ex ipſorum corpore miſit: qui eos docerent legem, eamq́ue in memoriam iis redigerent, & ad pœnitentiam peccatores conuerterent, portò abſtinentes à peccato. Sin autem in peccatis & vitiis perſeuerarent, interminatus eſt fore, vt diſpergerentur in omnia orbis regna. Hoc quidem ijs eueniſſe, nemo eſt qui neſciat. Cæterùm Eſaias Propheta communiter omnes, in primis tamen Iudæos compellat, vt ad pœnitentiam conuolent, dicens: *Quærite Dominum, quando ille inueniri poteſt: inuocate eum, quando ille prope eſt. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrum, quoniam abundabit vt remittat.* Alius præterea Propheta Ezechiël, inquit: *Quòd ſi impius auerſus fuerit ab omnibus peccatis ſuis quæ fecit, & cuſtodierit omnia ſtatuta mea, feceritque iudicium & iuſtitiam, viuendo viuet & non morietur. Omnes iniquitates eius quas fecit non venient in recordationem eius, ſed in iuſtitia ſua quam fecit, viuet. Nunquid deſidero aut volo mortem impij, dicit Dominus Deus? an non magis vt conuertat ſe à vijs ſuis & viuat?* Eſaias iterum inquit pœnitentiam inculcans: *Conuertimini qui profundum conſilium initis & iniquum, vt ſaluemini.* Similiter Hieremias: *conuertimini ad Dominum Deum veſtrum quemadmodum vindemiam ad cartallum, & miſericordiam conſequemini.* Plurima ſunt & numerum ferè omnem excedunt, quæ in ſcriptura ſacra de pœnitentia agenda comprehenduntur. Nam ſemper Deus hoc egit vt humanum genus ad pœnitentiam conuerteret, quo liberarentur ab omnibus peccatis. Præterea de iuſtitia cum lex ſuggerit non diſſimilia videre eſt in Prophetis & Euangeliſtis. Quia vtriuſque Teſtamenti miniſtri, vno eodemq́ue ſpiritu inſpirati, loquuti ſunt. Eſaias ſic clamat: *Auferte malitiam conatuum veſtrorum à conſpectu oculorum meorum, ceſſate malefacere, diſcite benefacere, quærite iudicium, ſaluate oppreſſum, agite in iudicio cauſum pupilli & viduæ.* Idem alibi dicit: *diſſolue impias colligationes, ſolue faſciculos onerosos, dimitte confractos, liberos, & vt dirumpatis omne onus. Nunquid vt partiaris eſurienti panem tuum, & pauperes vagos introducas in domum? Si videris nudum, operies eum, & à propinquo tuo te non abſcondes: Tunc proferetur quaſi aurora lux tua, & ſanitas tua velociter creſcet, & ibit ante te iuſtitia tua.* His aſtipulatur Hieremias dicens: *State iuxta vias & circumſpicite, interrogate de ſemitis antiquis, & quæ via melior fuerit, in ea ambulate, vt inueniatis requiem pro animabus veſtris. Iudicium iuſtum iudicate. Quia in his conſiſtit voluntas Domini Dei veſtri.* Huic conſentit Moſes, qui ait: *Cuſtodite iudicium, & appropinquate ad Dominum Deum veſtrum, qui firmauit cœlum, & condidit terram.* His haud contraria fatur Ioel: *Congregate populum, ſanctificate Eccleſiam, coadunate ſenes, colligite paruulos & eos qui ſugunt vbera: egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo. Inter veſtibulum & altare plorent ſacerdotes, vt miſereantur veſtri Deus, & delebit peccata veſtra.* Ab his non diſſentit Zacharias, dicens: *Sic ait Dominus exercituum, dicens: Iudicate iudicium veritatis,* E *& facite pietatem atque miſericordiam vnuſquiſque cum fratre ſuo. Viduam & pupillum, peregrinum & pauperem nolite calumniari, neque cogitetis in corde veſtro vnuſquiſque malum fratris ſui.* Quod ſpectat ad morum grauitatem atque adeò ad vniuerſam virtutem, docemur diuinis oraculis non ſolum opere non peccare, ſed ne mente quidem. Similiter ſcriptura ſacra vetat, ne vel animo aut *Etiã lex vetus cohibet mẽtem.* cogitatione aliquod vitium concipiamus: præterea ne videntes alienam vxorem eandem concupiſcamus. Nam Salomon, qui rex & Propheta extitit, tradit: *Oculi tui* Prou. 4. *in directum aſpiciant, & palpebra tua rectum teneant iter ante te. Stude librare ſemitam pedis tui; & cuncta vita tua rectè diſponantur.* Præterea Euangelica vox maiore vehe- Matth. 5. mentia & authoritate caſtitatem docet, in hunc modum ſonans: *Quicumque aſpexerit vxorem alterius ad concupiſcendum eam, iam adulterium cum ea commiſit in corde ſuo. Et quicunque repudiatam duxerit, adulterium committit. Et quicunque repudiauerit vxorem ſuam, niſi cauſa* F *ſtupri, efficit vt illa ſit adultera.* Nam Salomon ſic teſtatur: *Nunquid fouebit aliquis ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta ſua non comburantur? Aut ſi gradietur quis ſupra carbo-* Prou. 6. *nes, vt pedes eius non adurantur? Sic qui accedit ad vxorem proximi ſui: non innoxius erit quiſquis acceſſerit ad eam.* Præterea quod non ſolum noſtri generis homines, verum & alienos amore complecti debeamus, in hunc modum monet Eſaias; *Dicite his qui oderunt vos & his qui execrantur vos, fratres noſtri eritis, vt nomen Domini glorificetur & videatur in lætitia eorum.* Adhæc Euangelica hiſtoria ſic habet: *Diligite inimicos veſtros, bene* Matth. 5. *precemini deuouentibus vos benefacite his qui vos odio proſequuntur. Orate pro his qui lædunt & inſectantur vos. Nam ſi dilexeritis eos qui diligunt vos, quod præmium habetis? nonne latrones & Publicani idem faciunt?* Ne præterea ſua bona opera, boni glorioſius iactent, docet Euange- Matth. 6. lium: *Neſciat manus tua ſiniſtra, quid faciat dextra.* Etiam magiſtratibus & poteſtatibus vt pareamus, diuina ſcriptura monet: præcipit quoque vt pro his preces fun- G damus ad Dominum, vt tranquillam & quietam tranſigamus vitam. Iubet omnibus diuina ſapientia reddere omnia: *cui honorem, honorem: cui timorem, timorem: cui* Rom. 13. *tributum, tributum: nemini quicquam debeatis, niſi vt vos mutuo diligatis.* Nunc vide an hi qui talia docentur, *Monomachia interdicta, & cur.* taliaq́ue diſcunt, poſſint morte brutorum animalium viuere, & pollui nephariis commixtionibus: aut poſſint, quod quidem omnium immaniſſimum eſt, carnes humanas attingere? præſertim cum etiam monomachias ſpectare nobis interdictum ſit, ne videlicet participes huiuſmodi cædium reddamur. Nec cætera ſpectacula ſpectare audemus, ne oculi noſtri inquinentur, & aures noſtræ hauriant, prophana, quæ ibi decantantur, carmina, nempe dum Thyeſtis tragica facinora commemorat, & Terei liberos deuoratos recitant. Nec fas nobis eſt audire *Spectacula cur interdicta Chriſtianis.* adulteria deorum, hominumq́ue, quæ ſuaui verborum modulantur mercede, & præmiis inducti celebrant. Verùm abſit, abſit inquam à Chriſtianis, penes quos modeſtia & temperantia florent, continentia viget, vnius vxo- H *Vita Chriſtiana.* ris legitimum matrimonium ſeruatur, caſtitas colitur, iniuſtitia expellitur, peccatum eradicatur, iuſtitia exercetur, lex regnat diuina, religio tractatur vera, quos veritas gubernat, gratia ſeruat, pax protegit, diuinum verbum ducit, ſapientia docet, Chriſtus qui vera eſt vita regit, Deuſq́ue ſolus imperio temperat, abſit, inquam, vt talia facinora vel cogitemus, nedum faciamus. Certè multa ſuperſunt nobis, quæ de noſtra religione & viuendi conſuetudine, nec non de Dei iuſtificationibus & mundi opifice, in medium adducere poſſemus, verum hæc ſufficere putamus. Nam ſatis arbitror hæc ſufficere quantum attinet ad id, vt prædicta omnia tibi in mentem reuocentur. Non dubito quin inde diſcendi noſtra cupidior factus, pura quemadmodum hactenus feciſti, addiſcas. Cæterum nunc inſtituo, adſit modo Deus cœ- *Chriſtiana Hiſtoria veritatem demonſtrat.* ptis, exactius temporum computationem demonſtrare, vt cognoſcas non eſſe nuperam nec fabuloſam noſtram hiſtoriam, verum quod pertinet cùm ad antiquitatem

A

À conſtāti temporū ſupputatione.

cum ad veritatem, eſſe vetuſtiorem & veriorem poëtis & hiſtoricis, qui omnes incerta ſcripſere. Nam quidam eorum mundum ingenitum ponentes, in infinitum proceſſere Alij, qui mundum genitum eſſe affirmarunt, dixerunt ab eius creatione myriades annorum tranſiiſſe quindecim, & annos ter mille & ſeptuagintaquinque. Horum quidem author eſt Apollonius Ægyptius. Plato, qui videtur ſapientia & eruditione Græcos omnes excelluiſſe, ad quas ineptias & nugas deuoluitur? In libris enim, qui de Republica inſcribuntur, diſertè ponit: Quomodo enim, ô vir optime, ſi hæc in ſempiternum, ita ſe, (ait) vt modo habentia, permanſiſſent, nouum alicui eſſet inuentum Nempe, quia innumerabilis quædam multitudo annorum ignorabatur ab illis. Mille autem tali vel duo millia interceſſere, ex quo quicquam dicitur partim Dædali, partim Orphei, partim Palamedis inuentum. Dum autem hæc ſcribit, teſtatur decies mille myriades annorum interceſſiſſe à diluuio vſque ad Dædalum.

Philoſophorum inconſtans Chronologia.

B

Platonis temporū ſupputatio.

Verum cum multa diſſeruiſſet, de vrbium exornatione, habitatione, gentibuſque, tandem confitetur, ſe hæc ſub ſimilitudine quadam expoſuiſſe. Inquit enim: O hoſpites, quis nobis ſuggerat Deus, vt aggrediamur legumlationis ſpeculationem, eorum inquam nunc nimirum ſub ſimilitudine, ſi ſimilitudine quadam ſcripta ſunt quæ tradidit Plato, non ergo vera ſunt. Oportet igitur nos magis diſcipulos eſſe legiſlationis diuinæ, quemadmodum etiam Plato confitetur, dicens: Non exactè poſſe diſci, niſi Deus docuerit per legem.

Poetæ fatentur ſe à Prophetis doctos.

Quid? Non Homerus, Heſiodus & Orpheus Poetæ teſtati ſunt, ſe à diuina prouidentia ſeu inſpiratione, quæ literarum monumentis prodiderunt, didiciſſe? Perhibent quoque vates & prophetas priſcis temporibus extitiſſe, ex quibus cognouerint ſcriptores, quæ literarum monumenta retulerunt. Quæ cum ita ſint, quantò magis nos ipſa veritate potimur, qui eam didicimus ex oraculis Prophetarum ſanctorum, qui diuino ſpiritu afflati vaticinati ſunt?

C

Quapropter hoc ſpiritu impulſi, conſona & nullo modo pugnantia prædixere quæ euentura ſunt mundo vniuerſo. Nam diſcendi cupidos, imò veritatis ſtudioſos certus rerum prædictarum euentus docere poteſt vera eſſe quæ per Prophetas annuntiata ſunt, tum quæ ſpectant ad tempora quæ a diluuio ad noſtra vſque excurrerunt, tùm quæ ſpectant ad tempora quæ præceſſere diluuium. Nec cunctabor à condito mundo vſque ad noſtra tempora certam proponere temporum computationem, vt demonſtrem & quaſi ob oculos ponam ineptias & nugas ſcriptorum, qui omnes falſa tradidere.

Plato [illegible] de [illegible] diluuio.

Plato enim, cum incideret in mundi diluuium, ait non vniuerſam terram, ſed ſaltem campos inundatione aquarum: eſſe occupatos: Eos vero qui effugerint, in ſummis montibus eſſe ſaluatos Alij loquuntur ſeruatos eſſe ab vndis diluuij Deucalionem & Pyrrham in arca conſtitutos.

Deucalionis fabula.

Deucalionem autem ferunt, poſtquam ex arca progreſſus eſt, retro iactaſſe lapides, ex quibus homines exorti ſunt. Hinc aiunt multitudinem hominum λαὸν, id eſt populos, eſſe dictam. Alij porrò memoriæ prodiderunt Clymenum in ſecundo diluuio extitiſſe.

D

Quod igitur miſeri & prorſus impij ſtultique ſint qui talia commemorarunt, ſiue Philoſophi ſiue alij ſcriptores, ex prædictis conſtare arbitror. At noſter Propheta Moſes, qui fuit miniſter Dei, de mundi generatione hiſtoriam contexens, dilucide expoſuit quo tempore diluuium acciderit. nec non enarrat, quo pacto aquæ vniuerſam terræ ſuperficiem operuerint: nihil tamen de Pyrrha vel de Deucalione, vel de Clymeno [illegible] præterea non ſolum campos, verum & montes [illegible] quem quam mortalium in his [illegible] eſſe conſeruatum. Nullam quoque mentionem [illegible] ſecundi diluuij fecit: imo apertè ſignificat, nullum aliud quam prædictum, fuiſſe, nec aliud mundo euenturum. Docet autem ſolos homines octo incolumes euaſiſſe, qui continebantur in arca quæ Dei iuſſu non à Deucalione, verum a Noe (cuius nomen ſi interpreteris requiem denotat) comparata & extructa fuerat, quemadmodum alias commemorauimus.

Noe prædixit diluuium.

Noe mortalibus diluuium prædixit, [illegible]: Venite, Deus ad pœnitentiam nos vocat. Inde propriè Deucalion [illegible], id eſt vocando, dictus eſt.

E

Noë cur à Græcis dictus Deucalion.

Huic Noë tres fuere filij, quorum nomina ſunt, Sem, Cham, Iaphet, quibus totidem fuerunt vxores. Hunc virum quidam Eunuchum nominarunt. Omnes igitur homines in arca inuenti, quos octonarius numerus comprehendit, abiere diluuio intacti & inuiolati.

Gen. 7.

Idem Moſes manifeſtat diluuium quadraginta diebus totidemque noctibus ſæuiſſe cœli cataractis abruptis, & fontibus abyſſi fortiter manantibus, adeò vt inundationis aquæ exaltatæ ſint ſuper vniuerſum montem excelſum, cubitis quindecim. Hoc modo vniuerſum mortalium propemodum interiit genus. Octo ſaltem, quos arca tenebat, incolumes enarrauit.

Reliquiæ Arcæ Noe.

Arcæ huius reliquiæ adhuc durare perhibentur in montibus Arabicis, & ibi oſtendi. Cæterum vt ſummatim dicam, diluuij hiſtoria ſic ſe habet quemadmodum prædiximus.

Pharao Tethmoſes.

Moſes dux fuit Iudæorum, qui eiecti ſunt ex terra Ægypti à rege Pharaone, cuius nomen fuit Tethmoſes. Hic poſt exactum populum, regnauit annis 25. & menſibus 4. vt ſupputat, Manethos.

F

Forte Manethon qui hodie circumfertur.

Huic ſucceſſit Chebron, qui regnauit annis 13. Huic ſucceſſit Amenophis, qui regnauit annis 20. & menſibus 7. Huic ſucceſſit ſoror nomine Ameſſa quæ regnauit annis 21. & menſe 1. Huic ſucceſſit Mephres, qui regnauit annis 12. & menſibus nouem. Huic ſucceſſit Methrammuthoſis, qui regnauit annis 20. & menſibus 10. Huic ſucceſſit Tythmoſes, qui regnauit annis 9. & menſibus 8. Huic ſucceſſit Damphenophis, qui regnauit annis 30. & menſibus 10. Huic ſucceſſit Otus, qui regnauit annis 35. & menſibus 5. Huic ſucceſſit filia, quæ regnauit annis 10. & menſibus 3. Huic ſucceſſit Machares, qui regnauit annis 12. & menſibus 3. Huic ſucceſſit filius nomine Armes, qui regnauit annis 4. & menſe vno. Huic ſucceſſit Meſſes Miammi filius, qui regnauit annis 6. Huic ſucceſſit Rhameſſes, qui regnauit anno vno & menſibus 4. *. & menſibus 2.

Hic deſunt quædam.

Huic ſucceſſit Amenophis, qui regnauit annis 19. & menſibus 6.

G

Huic ſucceſſere Thoſſus & Rhamaſſes, qui regnarunt annis 10. Hos ferunt habuiſſe illis temporibus plurimas copias equeſtres & nauales. Hebræi ſub idem tempus incolentes Ægyptum in ſeruitutem redacti ſunt à rege, vt præmonuimus, Tethmoſi. Hinc extruxere vrbes munitas Peitho videlicet & Rhameſen, quarum altera eſt Heliopolis.

Exod. 1.

Itaque conſtat Hebræos antiquiores eſſe vrbibus, quæ apud Ægyptios tum erant famoſiſſimæ. At his Hebræis, vt noſtris maioribus gloriamur. Ab his accepimus ſacros libros, qui vetuſtate ſuperant omnes profanos ſcriptores, quemadmodum ſupra declarauimus.

Ægyptus [illegible] dicta.

Ægyptus autem ſuum nomen ſortita eſt à rege Sethos. Nam aiunt Sethos, ſi quis hoc nomen exponat, ſignificare Ægyptum. Huius, quem modo nominauimus Sethos, frater erat Armæus.

Danaus.

Hic idem & Danaus vocatus eſt, qui relicta Ægypto Argos adueniens, ibi moratus eſt. Eius meminere reliqui ſcriptores, vt qui fuerit antiquiſſimus pene omnium qui vetuſtate celebrantur. Manethos plurima de Ægyptiis fabulatus eſt, etiam blaſphemam linguam ſoluit in Moſen, & Hebræos quorum ductor extitit. Nam ait eos ex Ægypto propter lepram, qua infecti fuerint, eſſe eiectos.

H

Dum autem teſtatur eos fuiſſe paſtores & bellum geſſiſſe cum Ægyptiis, nequit exactã temporum computationem aſſignare. Quod autem eos paſtores fuiſſe calumniatur, præter voluntatem profeſſus eſt veritatem. Nam maiores noſtri, cum incolerent Ægyptum, reuera, ne quis erret, paſtores fuere: interim tamen mentitur, dum eos leproſos fuiſſe comminiſcitur.

Iudæi [illegible]

Cùm enim veniſſent Ieruſalem, & Iudæam cœpiſſent inhabitare, ſatis conſtat quomodo eorum ſacerdotes permanentes in templo & exequentes cultum diuinum ex præſcripto Dei ſanarint omnem morbum. Itaque non ſolum leproſos curarunt, verum omnem languorem. At templum excitauit Iudææ rex Salomon. Quod autem Manethos plurimum aberrauit in temporum computatione, ex prædictis apparet: nec non ex rege Pharaone, a quo ſunt Ægypto pulſi, non enim amplius ipſis imperauit. Nam hic perſequutus hoſtiliter abeuntes Hebræos, ſubmerſus eſt in mari rubro cum vniuerſo exercitu ſuo.

Exod. 15.

Præterea quod ſcribit eos, quos ipſe paſtores nuncupat, debellaſſe Ægyptios, egregiè mentitur. Nam trecentis & ſexdecim annis ante egreſſi ſunt

tem aſſecuit & ex Ægypto edoxit. His per deſertum ductis reſtituit terram Chananæam, poſtmodum Iudæam appellatam. Legem quoque eis dedit, & per eam eorum inconditos mores reformauit. At Lex cum in multa præcepta ſit diffuſa & admirabiliter vniuerſam iuſtitiam contineat, ſcias ea quæ ſupra dedimus, ſaltem eſſe Legis decem capita, ſiue decem articulos. Hebræi in Ægypto aduenæ & peregrini fuere, Nam Hebræi ex Chaldæa oriundi ſunt. Eo autem tempore, famis vehementia cogebantur tranſire in Ægyptum vt frumentum coëmerent, vbi & aliquanto tempore habitarunt. Cæterùm id ipſis accidit cum iam dudum id prædixiſſet Deus. Cùm igitur morati fuiſſent in Ægypto annis quadringentis & triginta, eo anno quo eos inde ducere parabat Moſes per deſertum in terram promiſſam, Deus legem poſuit, ſtatuens: *Peregrinum ne afflixeritis aut triſtitia affeceritis. Vos enim noſtis animum peregrini, ipſi enim peregrini fuiſtis in terra Ægypti.* Legem, quam Deus tulerat, præuaricati ſunt. Cæterum Deus bonus & miſericors exiſtens, eos perdere noluit: & præterquam quod legem iis communicauit, etiam Prophetas non peregrinos, ſed ex ipſorum corpore miſit: qui eos docerent legem, eamque in memoriam iis redigerent, & ad pœnitentiam peccatores conuerterent, porrò abſtinentes à peccato. Sin autem in peccatis & vitiis perſeuerarent, interminatus eſt fore, vt diſpergerentur in omnia orbis regna. Hoc quidem ijs euenisse, nemo eſt qui neſciat. Cæterùm Eſaias Propheta communiter omnes, in primis tamen Iudæos compellat, vt ad pœnitentiam conuolent, dicens: *Quærite Dominum, quando ille inueniri poteſt: inuocate eum, quando ille propè eſt. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrum, quoniam abundabit vt remittat.* Alius præterea Propheta Ezechiël, inquit: *Quòd ſi impius auerſus fuerit ab omnibus peccatis ſuis quæ fecit, & cuſtodierit omnia ſtatuta mea, feceritque iudicium & iuſtitiam, viuendo viuet & non morietur. Omnes iniquitates eius quas fecit non venient in recordationem eius, ſed in iuſtitia ſua quam fecit, viuet. Nunquid deſidero aut volo mortem impij, dicit Dominus Deus? an non magis vt conuertat ſe à vijs ſuis & viuat?* Eſaias iterum inquit pœnitentiam inculcans: *Conuertimini qui profundum conſilium initis & iniquum, vt ſaluemini.* Similiter Hieremias: *conuertimini ad Dominum Deum veſtrum quemadmodum vindemians ad cartallum, & miſericordiam conſequemini.* Plurima ſunt & numerum ferè omnem excedunt, quæ in ſcriptura ſacra de pœnitentia agenda comprehenduntur. Nam ſemper Deus hoc egit vt humanum genus ad pœnitentiam conuerteret, quo liberarentur ab omnibus peccatis. Præterea de iuſtitia cum lex ſuggerit non diſſimilia videre eſt in Prophetis & Euangeliſtis. Quia vtriuſque Teſtamenti miniſtri, vno eodemque ſpiritu inſpirati, loquuti ſunt. Eſaias ſic clamat: *Auferte malitiam conatuum veſtrorum a conſpectu oculorum meorum, ceſſate malefacere, diſcite benefacere, quærite iudicium, ſaluate oppreſſum, agite in iudicio cauſam pupilli & viduæ.* Idem alibi dicit: *diſſolue impias colligationes, ſolue faſciculos onroſos, dimitte confractos, liberos, & vt dirumpatis omne onus. Nunquid vt partiaris eſurienti panem tuum, & pauperes vagos introducas in domum? Si videris nudum, operies eum, & à propinquo tuo te non abſcondes: Tunc proferetur quaſi aurora lux tua, & ſanitas tua velociter creſcet, & ibit ante te iuſtitia tua.* His aſtipulatur Hieremias dicens: *State iuxta vias & circumſpicite, interrogate de ſemitis antiquis, & quæ via melior fuerit, in ea ambulate, vt inueniatis requiem pro animabus veſtris. Iudicium iuſtum iudicate. Quia in his conſiſtit voluntas Domini Dei veſtri.* Huic conſentit Moſes, qui ait: *Cuſtodite iudicium, & appropinquate ad Dominum Deum veſtrum, qui firmauit cœlum, & condidit terram.* His haud contraria fatur Ioël: *Congregate populum, ſanctificate Eccleſiam, coadunate ſenes, colligite paruulos & eos qui ſugunt vbera: egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo. Inter veſtibulum & altare plorent ſacerdotes, vt miſereatur veſtri Deus, & deleat peccata veſtra.* Ab his non diſſentit Zacharias, dicens: *Sic ait Dominus exercituum, dicens: Iudicate iudicium veritatis, & facite pietatem atque miſericordiam vnuſquiſque cum fratre ſuo. Viduam & pupillum, peregrinum & pauperem nolite calumniari, neque cogitetis in corde veſtro vnuſquiſque malum fratris ſui.* Quod ſpectat ad morum grauitatem atque adeò ad vniuerſam virtutem, docemur diuinis oraculis non ſolum opere non peccare, ſed ne mente quidem. Similiter ſcriptura ſacra vetat, ne vel animo aut cogitatione aliquod vitium concipiamus: præterea ne videntes alienam vxorem eandem concupiſcamus. Nam Salomon, qui rex & Propheta extitit, tradit: *Oculi tui in directum aſpiciant, & palpebra tua rectum teneant iter ante te. Stude librare ſemitam pedis tui; & cuncta vita tua rectè diſponantur.* Præterea Euangelica vox maiore vehementia & authoritate caſtitatem docet, in hunc modum ſonans: *Quicumque aſpexerit vxorem alterius ad concupiſcendum eam, iam adulterium cum ea commiſit in corde ſuo. Et quicunque repudiatam duxerit, adulterium committit. Et quicunque repudiauerit vxorem ſuam, niſi cauſa ſtupri, efficit vt illa ſit adultera.* Nam Salomon ſic teſtatur: *Nunquid fouebit aliquis ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta ſua non comburantur? Aut ſi gradietur quis ſupra carbones, vt pedes eius non adurantur? Sic qui accedit ad vxorem proximi ſui: non innoxius erit quiſquis acceſſerit ad eam.* Præterea quod non ſolum noſtri generis homines, verum & alienos amore complecti debeamus, in hunc modum monet Eſaias; *Dicite his qui oderunt vos & his qui execrantur vos, fratres noſtri eſtis, vt nomen Domini glorificetur & videatur in lætitia eorum.* Adhæc Euangelica hiſtoria ſic habet: *Diligite inimicos veſtros, bene precemini deuouentibus vos benefacite his qui vos odio proſequuntur. Orate pro his qui lædunt & inſectantur vos. Nam ſi dilexeritis eos qui diligunt vos, quod præmium habetis? nonne latrones & Publicani idem faciunt?* Ne præterea ſua bona opera, boni glorioſius iactent, docet Euangelium: *Neſciat manus tua ſiniſtra, quid faciat dextra.* Etiam magiſtratibus & poteſtatibus vt pareamus, diuina ſcriptura monet: præcipit quoque vt pro his preces fundamus ad Dominum, vt tranquillam & quietam tranſigamus vitam. Iubet omnibus diuina ſapientia reddere omnia: *cui honorem, honorem: cui timorem, timorem: cui tributum, tributum: nemini quicquam debeatis, niſi vt vos mutuo diligatis.* Nunc vide an hi qui talia docentur, taliaque diſcunt, poſſint more brutorum animalium viuere, & pollui nephariis commixtionibus: aut poſſint, quod quidem omnium immaniſſimum eſt, carnes humanas attingere? præſertim cum etiam monomachias ſpectare nobis interdictum ſit, ne videlicet participes huiuſmodi cædium reddamur. Nec cætera ſpectacula ſpectare audemus, ne oculi noſtri inquinentur, & aures noſtræ hauriant, prophana, quæ ibi decantantur, carmina, nempe dum Thyeſtis tragica facinora commemorat, & Terei liberos deuoratos recitant. Nec fas nobis eſt audire adulteria deorum, hominumque, quæ ſuaui verborum modulantur mercede, & præmiis inducti celebrant. Verùm abſit, abſit inquam a Chriſtianis, penes quos modeſtia & temperantia florent, continentia viget, vnius vxoris legitimum matrimonium ſeruatur, caſtitas colitur, iniuſtitia expellitur, peccatum eradicatur, iuſtitia exercetur, lex regnat diuina, religio tractatur vera, quos veritas gubernat, gratia ſeruat, pax protegit, diuinum verbum ducit, ſapientia docet, Chriſtus qui vera eſt vita regit, Deuſque ſolus imperio temperat, abſit, inquam, vt talia facinora vel cogitemus, nedum faciamus. Certè multa ſuperſunt nobis, quæ de noſtra religione & viuendi conſuetudine, nec non de Dei iuſtificationibus & mundi opifice, in medium adducere poſſemus, verum hæc ſufficere putamus. Nam ſatis arbitror hæc ſufficere quantum attinet ad id, vt prædicta omnia tibi in mentem reuocentur. Non dubito quin inde diſcendi noſtra cupidior factus, pura quemadmodum hactenus feciſti, addiſcas. Cæterum nunc inſtituo, adſit modo Deus cœptis, exactius temporum computationem demonſtrare, vt cognoſcas non eſſe nuperam nec fabuloſam noſtram hiſtoriam, verum quod pertinet cùm ad antiquitatem

Eiſd. lex vetus cohibet mētem. Prou. 4. Matth. 5. Prou. 6. Matth. 5. Matth. 6. Rom. 13. *Monomachia interdicta & cur.* *Spectacula cur interdicta Chriſtianis.* *Vita Chriſtiana.* *Chriſtiana Hiſtoria veritatem demonſtrat.*

E F G H

tum

A

à conſtãti temporũ ſupputatione.

rum ad veritatem, eſſe vetuſtiorem & veriorem poëtis & hiſtoricis, qui omnes incerta ſcripſerè. Nam quidam eorum mundum ingenitum ponentes, in infinitum proceſſere Alij, qui mundum genitum eſſe affirmarunt, dixerunt ab eius creatione myriades annorum tranſiiſſe quindecim, & annos ter mille & ſeptuagintaquinque. Horum quidem author eſt Apollonius Ægyptius. Plato, qui videtur ſapientia & eruditione Græcos omnes excelluiſſe, ad quas ineptias & nugas deuoluitur? In libris enim, qui de Republica inſcribuntur, disertè ponit: Quomodo enim, ô vir optime, ſi hæc in ſempiternum, ita ſe, (ait) vt modo habentia, permanſiſſent, nouum alicui eſſet inuentum Nempe, quia innumerabilis quædam multitudo annorum ignorabatur ab illis. Mille autem tali vel duo millia interceſſere, ex quo quicquam dicitur partim Dædali, partim Orphei, partim Palamedis inuentum. Dum autem hæc ſcribit, teſtatur decies mille myriades annorum interceſſiſſe à diluuio vſque ad Dædalum. Verum cum multa diſſeruiſſet, de vrbium exornatione, habitatione, gentibuſque, tandem confitetur, ſe hæc ſub ſimilitudine quadam expoſuiſſe. Inquit enim: O hoſpites, quis nobis ſuggerat Deus, vt aggrediamur legumlationis ſpeculationem, eorum inquam nunc nimirum ſub ſimilitudine, ſi ſimilitudine quadam ſcripta ſunt quæ tradidit Plato, non ergo vera ſunt. Oportet igitur nos magis diſcipulos eſſe legiſlationis diuinæ, quemadmodum etiam Plato confitetur, dicens: Non exactè poſſe diſci, niſi Deus docuerit per legem. Quid? Non Homerus, Heſiodus & Orpheus Poëtæ teſtati ſunt, ſe à diuina prouidentia ſeu inſpiratione, quæ literarum monumentis prodiderunt, didiciſſe? Perhibent quoque vates & prophetas priſcis temporibus extitiſſe, ex quibus cognouerint ſcriptores, quæ literarum monumenta retulerunt. Quæ cum ita ſint, quantò magis nos ipſa veritate potimur, qui eam didicimus ex oraculis Prophetarum ſanctorum, qui diuino ſpiritu afflati vaticinati ſunt? Quapropter hoc ſpiritu impulſi, conſona & nullo modo pugnantia prædixere quæ euentura ſint mundo vniuerſo. Nam diſcendi cupidos, imo veritatis ſtudioſos certus rerum prædictarum euentus docere poteſt vera eſſe quæ per Prophetas annuntiata ſunt, tum quæ ſpectant ad tempora quæ à diluuio ad noſtra vſque excurrerunt, tùm quæ ſpectant ad tempora quæ præceſſere diluuium. Nec cunctabor à condito mundo vſque ad noſtra tempora certam proponere temporum computationem, vt demonſtrem & quaſi ob oculos ponam ineptias & nugas ſcriptorum, qui omnes falſa tradidere. Plato enim, cum incideret in mundi diluuium, ait non vniuerſam terram, ſed ſaltem campos inundatione aquarum: eſſe occupatos: Eos vero qui effugerint, in ſummis montibus eſſe ſaluatos Alij loquuntur ſeruatos eſſe ab vndis diluuij Deucalionem & Pyrrham in arca conſtitutos. Deucalionem autem ferunt, poſtquam ex arca progreſſus eſt, retro iactaſſe lapides, ex quibus homines exorti ſunt. Hinc aiunt multitudinem hominum λαὸς, id eſt populos: eſſe dictam. Alij porro memoriæ prodiderunt Clymenum in ſecundo diluuio extitiſſe. Quod igitur miſeri & prorſus impij ſtultique ſint qui talia commemorarunt, ſiue Philoſophi ſiue alij ſcriptores, ex prædictis conſtare arbitror. At noſter Propheta Moſes, qui fuit miniſter Dei, de mundi generatione hiſtoriam contexens, dilucide expoſuit quo tempore diluuium acciderit: nec non enarrat, quo pacto aquæ vniuerſam terræ ſuperficiem operuerint [illegible] vel de Pyrrha vel de Deucalione, vel de Clymeno [illegible] præterea non ſolum campos, verùm & montes [illegible] quem quam mortalium in his [illegible] eſſe contemptum. Nullum quoque mentionem [illegible] ſecundi diluuij facere: imo apertè ſignificat, nullum aliud quam prædictum, fuiſſe, nec aliud mundo euenturum. Docet autem ſolos homines octo incolumes euaſiſſe, qui continebantur in arca quæ Dei iuſſu non à Deucalione, verum a Noë (cuius nomen ſi interpreteris requiem denotat) comparata & extructa fuerat, quemadmodum alibi memorauimus. Nam mortalibus diluuium prædixit, [illegible] Venite, Deus ad pœnitentiam nos vocat. Inde propriè Deucalion [illegible],

Philoſophorum inconſtans Chronologia.

B

Platonis temporũ ſupputatio.

Poëtæ fatentur ſe à Prophetis doctos.

C

Platonis doctrina de diluuio.

Deucalionis fabula.

D

Noë prædixit diluuium.

id eſt vocando, dictus eſt. Huic Noë tres fuere filij, quorum nomina ſunt, Sem, Cham, Iaphet, quibus totidem fuerunt vxores. Hunc virum quidam Eunuchum nominarunt. Omnes igitur homines in arca inuenti, quos octonarius numerus comprehendit, abiere diluuio intacti & inuiolati. Idem Moſes manifeſtat diluuium quadraginta diebus totidemque noctibus ſæuiſſe cœli cataractis abruptis, & fontibus abyſſi fortiter manantibus, adeò vt inundationis aquæ exaltatæ ſint ſuper vniuerſum montem excelſum, cubitis quindecim. Hoc modo vniuerſum mortalium propemodum interiit genus. Octo ſaltem, quos arca tenebat, incolumes euaſerunt. Arcæ huius reliquiæ adhuc durare perhibentur in montibus Arabicis, & ibi oſtendi. Cæterum vt ſummatim dicam, diluuij hiſtoria ſic ſe habet quemadmodum prædiximus. Moſes dux fuit Iudæorum; qui eiecti ſunt ex terra Ægypti à rege Pharaone, cuius nomen fuit Tethmoſes. Hic poſt exactum populum, regnauit annis 25. & menſibus 4. vt ſupputat, Manethos. Huic ſucceſſit Chebron, qui regnauit annis 13. Huic ſucceſſit Amenophis, qui regnauit annis 20. & menſibus 7. Huic ſucceſſit ſoror nomine Ameſſa quæ regnauit annis 21. & menſe 1. Huic ſucceſſit Mephres, qui regnauit annis 12. & menſibus nouem. Huic ſucceſſit Methrammuthoſis, qui regnauit annis 20. & menſibus 10. Huic ſucceſſit Tythmoſes, qui regnauit annis 9. & menſibus 8. Huic ſucceſſit Damphenophis, qui regnauit annis 30. & menſibus 10. Huic ſucceſſit Orus, qui regnauit annis 35. & menſibus 5. Huic ſucceſſit filia, quæ regnauit annis 10. & menſibus 3. Huic ſucceſſit Machares, qui regnauit annis 12. & menſibus 3. Huic ſucceſſit filius nomine Armæs, qui regnauit annis 4. & menſe vno. Huic ſucceſſit Meſſes Miammi filius, qui regnauit annis 6. Huic ſucceſſit Rhameſſes, qui regnauit anno vno & menſibus 4. *. & menſibus 2. Huic ſucceſſit Amenophis, qui regnauit annis 19. & menſibus 6. Huic ſucceſſere Thoſſus & Rhamaſſes, qui regnarunt annis 10. Hos ferunt habuiſſe illis temporibus plurimas copias equeſtres & nauales. Hebræi ſub idem tempus incolentes Ægyptum in ſeruitutem redacti ſunt à rege, vt præmonuimus, Tethmoſe. Hinc extruxere vrbes munitas Peitho videlicet & Rhameſen, quarum altera eſt Heliopolis. Itaque conſtat Hebræos antiquiores eſſe vrbibus, quæ apud Ægyptios tum erant famoſiſſimæ. At his Hebræis, vt noſtris maioribus gloriamur. Ab his accepimus ſacros libros, qui vetuſtate ſuperant omnes profanos ſcriptores, quemadmodum ſupra declarauimus. Ægyptus autem ſuum nomen ſortita eſt a rege Sethos. Nam aiunt Sethos, ſi quis hoc nomen exponat, ſignificare Ægyptum. Huius, quem modo nominauimus Sethos, frater erat Armæs. Hic idem & Danaus vocatus eſt, qui relicta Ægypto Argos adueniens, ibi moratus eſt. Eius meminere reliqui ſcriptores, vt qui fuerit antiquiſſimus pene omnium qui vetuſtate celebrantur. Manethos plurima de Ægyptiis fabulatus eſt, etiam blaſphemam linguam ſoluit in Moſen, & Hebræos quorum ductor extitit. Nam ait eos ex Ægypto propter lepram, qua infecti fuerint, eſſe eiectos. Dum autem teſtatur eos fuiſſe paſtores & bellum geſſiſſe cum Ægyptiis, nequit exactã temporum computationem aſſignare. Quod autem eos paſtores fuiſſe calumniatur, præter voluntatem profeſſus eſt veritatem. Nam maiores noſtri, cum incolerent Ægyptum, reuera, ne quis erret, paſtores fuere: interim tamen mentitur, dum eos leproſos fuiſſe comminiſcitur. Cùm enim veniſſent Ieruſalem, & Iudæam cœpiſſent inhabitare, ſatis conſtat quomodo eorum ſacerdotes permanentes in templo & exequentes cultum diuinum ex præſcripto Dei ſanarint omnem morbum. Itaque non ſolum leproſos curarunt, verum omnem languorem. At templum excitauit Iudææ rex Salomon. Quod autem Manethos plurimum aberrarit in temporum computatione, ex prædictis apparet: nec non ex rege Pharaone, a quo ſunt Ægypto pulſi, non enim amplius ipſis imperauit. Nam hic perſequutus hoſtiliter abeuntes Hebræos, ſubmerſus eſt in mari rubro cum vniuerſo exercitu ſuo. Præterea quod ſcribit eos, quos ipſe paſtores nuncupat, debellaſſe Ægyptios, egregiè mentitur. Nam trecentis & ſexdecim annis ante egreſſi ſunt

E

Noë cur à Græcis dictus Deucalion.

Gen. 7.

Reliquiæ Arcæ Noë.

Pharao Tethmoſes.

F

Forte Manethon qui hodie circũfertur.

Hic deſunt quædam.

G

Exod. 1

Ægyptus a rege [illegible] dicta.

Danaus.

H

Iudæi ſacerdotes [illegible]

Exod. 15.

Ægypto,

Ægypto, & eam regionem occuparunt, quæ etiamnum Iudæa appellatur, antequam Danaus quoque in Græciam perueneri. Hunc quoque plurimi credunt, Græcorum eſſe antiquiſſimum, vt manifeſtum eſſe cunctis reor. Itaque Manethos in ſuis ordinibus quos deſcripſit, inuitus veritatem pronuntiauit, quamuis ab ea aberrarit: Primum quidem quod eos paſtores confeſſus eſt: deinde, quod poſtmodum inquit eos ex Ægypto abiiſſe. Quapropter etiam ex his ſcriptis liquet, Moſen & Hebræos nongentis aut mille annis vetuſtiores eſſe Iliaco bello. Præterea Tyrij quoque annotarunt quomodo & quando ædificatum ſit templum à Salomone in Iudæa, quingentis, & ſexaginta annis demum poſt exitum ex Ægypto. Et quidem in antiquitatibus eorum ſeruantur monumenta, quæ apertè euincunt templum Salomonis eſſe poſitum ferè centum & triginta annis & menſibus quatuor, antequam Carthago a Tyriis ſit condita. Octo annotati ſunt nimirum menſes ab Hieromo qui rex fuit Tyriorum & filius Abeimali. Nam Hieromus amicus fuit & familiaris Salomoni propter paternam amicitiam. Etiam ſapientia, qua cunctos mortales infra ſe reliquit Salomon, hanc amicitiam conciliauit. Nam quæſtionibus & interrogationibus propoſitis ſe frequenter exercuerunt. Eius rei manifeſtum ſignum perhibent literæ & epiſtolæ, quæ feruntur adhuc hodie apud Tyrios ſeruari. Etiam mutuis literis ſe inuicem compellarunt, quemadmodum meminit Menander Epheſius, qui conſcripſit hiſtoriam Tyriorum regni, & ſic loquitur: Mortuo Abelmalo rege Tyriorum, regni gubernacula ſuſcepit filius eius Hieromus, qui vixit annis 53. In huius locum ſubrogatus eſt Bazorus, qui vixit annis 43. & regnauit annis 17. In huius locum ſubſtitutus eſt Methuaſtatius, qui vixit annis 54. & regnauit annis 12. Huic ſucceſſit frater Atharymatus, qui vixit annis 58. & regnauit annis 9. Hunc interfecit frater nomine Helles, qui vixit annis 50. & regnauit menſibus 8. Hunc peremit Iuthobalus Aſtarnæ ſacerdos, qui vixit annis 40. & regnauit annis 12. Huic ſucceſſit filius nomine Bazorus, qui vixit annis 45. & regnauit annis 7. Huic ſucceſſit filius nomine Mettin, qui vixit annis 32, & regnauit annis 29. Huic ſucceſſit Pygmalion Pygmalij filius, qui vixit annis 56. & regnauit annis 7. At in ſeptimo anno eius regni in Libyam fugiens, vrbem condidit quæ adhuc hodie Carthago appellatur. Decurrit igitur omne tempus ab Hieromi regno vſque ad conditam Carthaginem ad annos 155. & menſes octo. Duodecimo anno regis Hieromi ædificatum eſt templum Ieroſolymitanum. Itaque vniuerſum tempus ab conſtructo templo vſque ad conditam Carthaginem complectitur annus 533. & menſes 8. Quod autem attinet ad Phœnicum & Ægyptiorum teſtimonium, ſicuti ſcripſere de temporibus quæ ad nos ſpectant: Manethos Ægyptius & Menander Epheſius, necnon Ioſephus, qui contexuit hiſtoriam belli Iudaici cum Romanis geſti, iſta ſufficere in præſentiarum reor. Nam ſatis euidenter inde demonſtratur, dum ea quæ à Moſe nobis allata ſunt, etiam illis antiquiſſimis ſcriptis antiquiora ſunt: non falſum videri etſi aſſeratur Moſaica ſcripta, reliqua quoque ſcripta quæ longo demum tempore vulgata ſunt, vetuſtate excellere. Etiam quæ reliqui Prophetæ nobis tradidere, vetuſtate, profanorum ſcriptorum monumenta ſuperant. Nam Zacharias, qui inter Prophetas nouiſſimus cenſetur, attigit tempora regis Darij. Præterea ſatis conſtat, poſt Moſen & Prophetas, demum omnes reliquos legumlatores viguiſſe & leges poſuiſſe. Si quis dicat Solonem Athenienſem vt antiquum legiſlatorem: reſpondeo eum extitiſſe temporibus Cyri & Darij regum, quo tempore & Zacharias prædictus floruit. Sanè multi intercesſere anni vſque ad legiſlationem Solonis. Sin autem quis adiiciat Lycurgum, Draconem, aut Minoa legumlatores, ſanè reperiet factos libros etiam his antiquiores eſſe, cùm ſatis manifeſtum ſit ſcripta diuinæ legis per Moſen oblata, præcedere Iouem Cretenſium regem & Troianum bellum. Attamen vt exactiorem temporum computationem edoceamus (auxiliante Deo) non ſolum quæ diluuium præceſſere, ſed & quæ diluuium ſequuta ſunt enucleabimus: vt quatenus poſſibile eſt, omnium certum teneamus numerum. Id verè præſtabimus recurrentes ad primordia conditi mundi, quemadmodum ea commemorat Moſes Dei famulus ſancto Spiritu afflatus. Nam dum creationem mundi, primique hominis, & cætera quæ ſequuta ſunt, magna fide docet, etiam annos qui anteceſſere diluuium commemorauit. Verum enim vero ego gratiam peto à ſolo Deo, vt veri compos fiam, & ſecundum voluntatem eius exactè rerum veritatem explanem: vt tu & quiuis alius hæc noſtra legens, à veritate Deique gratia ducatur, nec tenebris & errori inuoluatur. Principium autem ſumam à generationis libro, quemadmodum, in eo, genealogiæ à primo homine condito comprehenſæ ſunt: verum initium à primo homine faciam: E

Adam natus annos †330. genuit filium nomine Seth. *Chronologia Biblica.*
Seth natus aonns † 205. genuit filium nomine Enos.
Enos vixit annis † 190. & genuit filium nomine Cainan. F
Cainan natus annos † 170. genuit filium nomine Malaleel. † 130. † 105.
Malaleel natus annos † 165. genuit filium nomine Iared. † 90. † 70.
Iared natus annos † 192. genuit filium nomine Enoch. † 65. † 62.
Enoch natus annos † 175. genuit filium nomine Mathuſala. † 162.
Mathuſala natus annos † 187. genuit filium nomine Lamech. † 65.
Lamech natus annos † 188. genuit filium nomine Noë † 182.
Noë natus annos † 500. genuit filium nomine Sem. 500.
Sub Noë, cum annos natus eſſet † 600. contigit diluuium. † [illegible]
Itaque ab condito homine vſque ad diluuium reperiuntur anni, vt ex prædictis liquet, 2322. Gen. 11.
Sem natus annos † 100. genuit filiom nomine Arphaxat ſtatim, poſt diluuium. G
Arphaxat natus annos † 135. genuit filium nomine Cainan. *Scriptura non meminit Cainam sed immediate ponit Salem, patrem Heber, genitum ex Arphaxat natu annos 35.*
Cainam natus annos 130. genuit filium nomine Sala. 130.
Sala natus annos 130. genuit filium nomine Heber: ab hoc vniuerſum ipſorum genus Hebræi dicuntur. 30.
Heber natus annos † 134. genuit filium nomine Phaleg.
Phaleg natus annos † 130. genuit filium nomine Rhageu.
Rhageu natus annos † 132. gennit filium nomine Seruch. † 32.
Seruch natus annos † 130. genoit filium nomine Nachor. Gen. 11. † 29.
Nachor natus annos † 79. genuit filium nomine Tharra. † 39.
Tharra natus annos † 70. genuit filium nomine Abraham. † 70.
Abraham Patriarcha noſter natus annos 100. genuit filium nomine Iſaac. Gen. 21.
Itaq; anni numerantur à condito homine vſque ad Abraham 3592. H
Iſaac natus annos 60. genuit Iacob. Gen. 25.
Iacob natus fuit annos 130. cum proficiſceretur in Ægyptum. Gen. 47.
Hebræi in Ægypto morati ſunt annis 430.
Egreſſi Ægypto, hæſere in deſerto annis 40.
Hi anni, ſi addantur ſupra poſitis, faciunt 4252. annos, qui elapſi ſunt vſque dum ingrederentur in terram promiſſam.
Hoc tempore deceſſit Moſes. Quo mortuo, imperij adminiſtrationem ſuſcepit Ieſus filius Naue, qui præfuit populo annis 27. Ieſu defuncto cum Hebræi defeciſſent à præceptis Domini, ſeruierunt regi Meſopotamiæ cui nomen Chuſarathon, annis 8. Iud 3.
Deinde ad pœnitentiam conuerſi, Iudices à quibus gubernarentur, nacti ſunt. *† Othoniel ſeruierunt filij Iſrael.*
† Gonothoel iudicauit Hebræos annis 40.
† Eglon iudicauit Hebræos annis 18. *† Eglon Regi Moabit.*
Aioth iudicauit Hebræos annis 80. † 8. *ann.*
Dehinc præuaricati legem Domini alienigenis ſeruierunt annis 20.

Debbora

Debbora poſtmodum iudicauit Hebræos annis 40.
Deinde ſeruierunt Madianitis annis 7.
Deinceps Gedeon redemptos iudicauit annis 40.
Abimelech Hebræos iudicauit annis 30.
Thola Hebræos iudicauit annis 23. & 22.
Iair Hebræos iudicauit annis 22.
Poſtea Hebræi ſeruierunt Philiſtinis & Ammonitis annis 18.
Iephthe in libertatem antiquam aſſertos iudicauit annis 9.
† Eſbon Hebræos iudicauit annis 7.
† Ailon Hebræos iudicauit annis 10.
Abdon Hebræos iudicauit annis 8.
Poſtea ſeruierunt alienigenis annis 40.
Samſon deinde iudicauit Hebræos annis 20.
Deinceps pax Hebræis fuit annis 40.
Inde Samira iudicauit Hebræos anno 1.
Elis iudicauit Hebræos annis 20.
Samuel iudicauit Hebræos annis 12. †
Iudicibus ſucceſſere reges, quorum primus fuit Saul qui regnauit annis 20.
Dauid pater noſter regnauit annis 40.
Inueniuntur itaque anni 495. decurrete ab Iſaac vſque ad regnum Dauidis.
Dauid (vt diximus) regnauit annis 40.
Salomon templi ex Dei præſcripto conditor regnauit annis 40.
Roboam regnauit annis 17.
† Abias regnauit annis 7.
Aſa regnauit annis 41.
Ioſaphat regnauit annis 25.
† Ioram regnauit annis 8.
Ochozias regnauit anno 1.
† Gothoniel regnauit annis † 6.
Ioas regnauit annis † 40.
Amaſias regnauit annis † 39.
† Ozias regnauit annis 52.
† Iotham regnauit annis 17.
† Achaz regnauit annis 16.
† Ezechias regnauit annis 29.
† Manaſſe regnauit annis 55.
† Amos regnauit annis 2.
† Ioſias regnauit annis 31.
Ochas regnauit menſibus tribus.
Ioachim regnauit annis 11.
Ioachim alter regnauit menſibus tribus, & diebus decem.
Sedechias regnauit annis 11.

Sub idem tempus cum populus Iudaicus perſeueraret in peccatis, nec pœnitentiam vllo modo cogitaret, quamuis ſubinde ad pœnitentiam vocaretur a Propheta Ieremia, venit rex Babylonis in Iudæam, nomine Nabuchodonoſor. Hic populum in Babylona tranſtulit, & templum, quod Salomon extruxerat, deſtruxit.

In Babylone fuerunt Iudæi annis 70.

Tempus igitur vniuerſum à condito homine vſque ad tranſmigrationem Babylonicā complectitur annos 5035. menſes ſex & dies decem.

Vt Deus per Ieremiam prædixit captiuitatem Babylonicam, ita etiam ſignificauit completis annis ſeptuaginta, eos ex captiuitate in patriam reuerſuros.

Conſummatis igitur quinquaginta annis, Perſarum rex declaratus Cyrus, qui eundem Prophetam Ieremiæ ſecundo ſui regni anno pronunciauit per præcones & reſcripta, vt omnes Iudæi, qui in ipſius regno agerent, redirent in Iudæam, & templum quod demolitus fuerat Nabuchodonoſor, reædificarent. Præterea idem Cyrus (ſic enim ferebat Dei voluntas) imperauit ſuis ſatellitibus fideliſſimis Sabellaro & Mithridati, vt ſacra vaſa quæ abſtulerat prædictus Nabuchodonoſor, reportarent Ieruſalem & in templum reponerent. Secundo Darij regni anno, complentur anni ſeptuaginta ab Ieremia prædicti. Hinc videre licet antiquiora & veriora eſſe ſacra ſcripta, quibus nos innitimur, quam Græcorum, & Ægyptiorum ſcriptorum, quamuis plurima extiterint, monumenta. Herodotus, Thucydides, Xenophon, aliique ſcriptores complures, initium ferè ſcribendi ab Cyri & Darij regno fecerunt, attamen nequiuerunt exactè antiqua & priora commemorare tempora. Quid enim magni de Cyro & Dario Barbarorum regibus recenſuerunt? aut de Græcorum regibus Zopyro & Hippia? Nam literarum monumentis mandarunt, Athenienſium & Spartanorum bella, aut Xerxis res geſtas, aut Pauſaniæ geſta, qui in Mineruæ templo, famis mortiferæ periculum adiit: aut Themiſtoclem, aut bellum Peloponneſiacum, aut Alcibiadem; aut Thraſybulum in ſua monumenta retulere. At nolo nunc ſingula iſta enumerare, haud enim loquacitatis ſtudioſi. In animo eſt, ſignificare numerum annorum à condito mundo vſque ad noſtra tempora, & redarguere vaniſſimas profanorum ſcriptorum nugas. Nec enim ſunt, vt Plato perhibet, viginti mille myriades annorum à diluuio ad ſua vſque tempora. Nec interuenere quindecim myriades annorum & 375. anni, quemadmodum prædiximus annotaſſe Apollonium Ægyptium. Nec etiam mundus ingenitus eſt, & omnia ſponte ſubſtitere, ſicuti Pythagoras & reliqui nugati ſunt. Genitus eſt, & Prouidentia Dei qui ipſum creauit, adminiſtratur & regitur. Vniuerſum tempus & anni exactè traduntur volentibus obtemperare veritati. At ne videamur ſaltem tempora quæ ad Cyrum vſque excurrunt, enarraſſe, & reliquos annos qui interuenere neglexiſſe, quaſi non potuerimus eos demonſtrare, conabimur nunc (adſit modo Deus) ſequentium temporum ordinem, quatenus poſſibile eſt, enucleare.

Cyrus cum regno præfuiſſet annis 38. interfectus eſt à † Myriade in Meſangia, Olympiade ſexageſima ſecunda. Ea tempeſtate etiam Romanorum res creſcebant non citra auxilium Dei, condita vrbe à Romulo qui fuit filius (vt aiunt) Martis & Iliæ, Olympiade ſeptima, ante decimum ſeptimum calendas Maij, eius anni qui tum decem numerabantur menſibus. Cyro defuncto, ſicuti prædiximus Olympiad. 62. fuit conditæ vrbis annus 220. Eo tempore regnauit Tarquinius cognomento Superbus. Is primus in exilium quoſdam Romanos relegauit, pueros corrupit, ſpadones fecit quoſdam Romani ſoli incolas: virgines quas vitiauerat, elocabat aliis. Quapropter merito vocatus eſt Superbus. Id enim nomen, Romanorum lingua, faſtuoſum & clarum ſignificat. Primus hic decreuit, vt ſi a quo ſalutatus foret, ab alio reſalutaretur. Regale ſceptrum tenuit annis 25.

† Tomyride.

Cyri mors Annus decē menſium.

Romanorum reges.

Tarquinij ſuperbia.

Huic ſucceſſit annuus magiſtratus Conſules, Tribuni & Ædiles, quorum nomina recenſere ſuperuacaneum reor. Sub annuis magiſtratibus fuere Romani, annis 453. Si quis horum nomina ſcire auet, legat Chryſorum & Cratorem libertum M. Aurel. Veri. Crator a condita vrbe vſque ad obitum patroni ſui Veri manifeſte & exacte annotauit cùm nomina, tum tempora. Annui igitur magiſtratus, vt modo diximus, præfuere Romanis annis 453.

His ſucceſſere Cæſares ſeu Imperatores. Caius Iulius ordine primus eſt, qui imperauit annis 3. menſibus 4. diebus 6.

Cæſares.

Auguſtus imperauit annis 56. menſibus 4. & die 1.
Tiberius imperauit annis 22.
Caius alter, imperauit annis 3. menſibus 8. diebus 7.
Claudius imperauit annis 23. menſibus 8. diebus 24.
Nero imperauit annis 13. menſibus 6. diebus 28.
Galba imperauit annis 2. menſibus 7. diebus 6.
Otho imperauit menſibus 3. diebus 5.
Vitellius imperauit menſibus 6. diebus 22.
Veſpaſianus imperauit annis 9. menſibus 11. diebus 22.
Titus imperauit annis 2. diebus 22.
Domitianus imperauit annis 15. menſibus 5. diebus 6.
Nerua imperauit anno vno, menſibus 4. diebus 10.
Traianus imperauit annis 19. menſibus 6. diebus 16.
Adrianus imperauit annis 20. menſibus 10. diebus 28.
Antoninus imperauit annis 22. menſibus 7. diebus 6.
Verus imperauit annis 19. diebus 10.
Tempus igitur vniuerſum Cæſarum, qui imperarunt à Iulio vſque ad mortem Veri imperatoris continet annos 237. & 5. dies.

Vniuerſum tempus, quod decurrit à morte Cyri, & à regno Tarquinij Superbi vſque ad obitum Imperatoris Veri, contrahitur in annos 744.

At omne tempus à condito mundo vſque ad mortem Imperatoris Veri, ſummatim in hunc ſupputatur modum.

A condito mundo vſque ad diluuium numerantur anni 2242.

A diluuio vſque dum gigneret liberos Abraham Patriarcha noſter, decurrunt anni 1036.

Ab Iſaac filio Abrahæ vſque ad mortem Moſis, qui in deſerto mortuus eſt, computantur anni 660.

A Moſis morte & Ieſu filij Naue imperio, vſque ad obitum Patriarchę noſtri Dauidis inueniũtur anni 498.

A morte Dauidis & regno Salomonis vſque ad tranſmigrationem Babylonicam reperiuntur anni 518. menſes 8. dies 10.

A Cyri regno vſque ad mortem imperatoris Aurelij Veri ſunt anni 744.

At vniuerſum tempus à condito mundo vſque ad mortem imperatoris Veri habet annos 5695.

Ex temporum itaque computatione, & ex reliquis quæ prædiximus, liquido conſtare iudico, doctrinam & religionem noſtram non eſſe nuperam, imò quæ ſupra dedimus, manifeſtè deſignant antiquitatem litterarum propheticarum & diuinitatem noſtræ religionis. Neque ea, quæ nos tradimus, fabuloſa & falſa ſunt, quemadmodum quidam calumniantur, imò antiquitate & veritate, noſtra ſcripta ſuperant longe, prophanorum ſcriptorum monumenta. Meminere quidam profani ſcriptores, Beli Aſſyriorum regis & Croni, dicentes, Belum bellum geſſiſſe Titanis, adiunctum cum Ioue & cum reliquis diis qui ſtetere à Iouis partibus. Aiunt hoc in bello Gygum extenſum, fuga euaſiſſe in Tarteſſum. Hæc regio tum temporis Acte nominabatur, nunc Attica dicitur, cui Gygus præfuit ea tempeſtate. At reliquæ regiones & vrbes vnde nomen ſint ſortitæ, nunc dicere non eſt noſtri inſtituti, in primis cum ad te ſcribam qui alioqui hiſtorias omnes ferè ad vnguem tenes. Apparet quoque non ſolum Moſen, ſed & reliquos prophetas vetuſtiores eſſe omnibus profanis ſcriptoribus. Moſen quoque antiquiorem eſſe Crono, & Belo, & Iliaco bello ſatis euidenter demonſtratur. Nam etiam Thali hiſtoria edocet Belum antiquiorem eſſe Troiano bello annis 322. At Moſen præcedere Troianum bellum maximè annis 938. ſatis ſupra oſtenſum eſſe arbitror. Plurimi præterea ignorant Belum & Cronum contemporaneos extitiſſe: etiam plurimi neſciunt quis Cronus, quiſve Belus fuerit. Quidam diuinos honores Crono deferunt eúmque Belum & Bal nominant, maximè tamen id factitant homines qui orientalia climata inhabitant neſcij quis Cronus & quis ſit Belus. Cronus à Romanis Saturnus appellatur, qui nec ipſi ſatis nouere, Saturnus quem colunt, ſit Cronus, aut ſit Belus. Si quis reſpiciat Olympiad. initium, facile aſſequetur Cronum ab Iphito primitus cœptum coli. Sunt qui perhibent a Lino introductum eſſe cultum qui defertur Crono, inde cognomen alij nactus eſt. Quis verò ſit ordo & quantus ſit numerus annorum & Olympiadum ſatis ſupra quam exactiſſime dabatur oſtendimus. Quantum igitur pertinet ad refellendas calumnias, quibus nos hactenus Chriſtiani ſumus impetiti, & quantum pertinet ad computationem annorum, ſatis vobis dictum pro ingenij noſtri viribus opinor. Nam etiamſi nos latuit tempus fortè annorum 50. aut 100. aut 200. non tamen exorientur ſiue excreſcent, myriades aut chiliades annorum quemadmodum Plato & Apollonius nec non reliqui profani ſcriptores falsò commentati ſunt. Nec nos fortitan exactè omnium annorum numerum tenemus. Nam in ſacris libris non annotati ſunt ſuperflui menſes & redundantes dies. Verùm quod attinet ad noſtram computationem, bene nobis conuenit cum Beroſo qui apud Chaldæos philoſophatus eſt, & Chaldæas literas Græcis oſtendit. Hic quoque quædam Moſi conſona dixit de Diluuio & de reliquis multis. Etiam quædam tradidit in quibus non diſſentit à prophetis Ieremia & Daniele. Nam conſcripſit ea quoque, quæ Iudæi perpeſſi ſunt à Babyloniorum rege quem ipſe Abobaſſarum vocat, Hebræi eum Nabuchodonoſor nuncupant. Idem declarauit quomodo Chaldæorum rex ſolo æquauerit Ieroſolymitanum templum: præterea vt ſecundo Cyri regis anno noui templi fundamenta ſint iacta, & vt ſecundo Darij regis anno, templum conſummatum ſit, ſatis magna claritate docuit. Cæterum ſacrarum literarum veritatis haud meminere Græci ſcriptores. Eius rei cauſa prima eſt, quod nuper admodum literarum ſcientiam aſſequuti ſunt. Nam & ipſi confitentur literas quidam eſſe Chaldæorum, quidam Ægyptiorum, quidam Phœnicum inuentum. Secundam cauſam aſſigno, quod plurimum à Deo vero aberrarunt & adhuc aberrant. Eius enim nullam mentionem faciunt, ſed ſubinde verſantur circa res vanas & inutiles. Et quidem Homeri, Heſiodíque & reliquorum Poëtarum magna voluptate recordantur: at Dei, qui nulli corruptioni obnoxius eſt, gloriam non ſolùm ſilentio prætereunt, ſed etiam conuitiis lacerant. Præterea Chriſtianos qui verum Deum venerantur hactenus ſunt perſequuti, nec adhuc hodie perſequi ceſſant, imò iis qui verborum quibuſdam illecebris Deum conuitiantur, præmia & honores decernunt: quoſdam eorum qui feſtinant ad virtutem capeſſendam, & ſanctam vitam agunt, lapidibus obruere: quoſdam interfecere. Adhuc hodie non ceſſant Chriſtianos crudeliſſimè & immaniſſimè virgis cædere. Quapropter neceſſariò amiſerunt ſapientiam Dei, & veritatem ipſam inuenire nequiuerunt. At ſi tu cupis veritatem ad vnguem (quod aiunt) noſſe, hæc lege, quæ tibi vt ſymbolum & veluti arrabonem veritatis proponimus.

TATIANI ASSYRII

Oratio ad Græcos, quod nihil eorum quibus græci gloriantur ſtudiorum apud ipſos natum, ſed omnia à Barbaris inuenta ſint.

D. HIERON. IN CATALOGO Scriptorum Eccleſiaſticorum.

TATIANVS, qui primum oratoriam docens, non paruam ſibi ex arte Rhetorica gloriam comparauerat, Iuſtini Martyris ſectator fuit, florens in Eccleſia quandiu ab eius latere non diſceſſit. Poſtea vero inflatus eloquentiæ tumore, nouam condidit hæreſim, quæ Encratitarum dicitur, quam poſtea Seuerus auxit, a quo eiuſdem partis hæretici, Seueriani vſque hodie appellantur. Porro Tatianus infinita ſcripſit volumina, è quibus vnus contra Gentes florentiſſimus extat liber, qui inter opera eius fertur inſignis. Et hic ſub Imperatore M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo floruit. De eodem plura extant apud Irenæum lib. 1. cap. 31. Euſebium lib. 4. hiſt. cap. 16. 28. 29. Epiphanium contra hæreſ. 46. & Rhodiginum lib. 3. cap. 10.

Sed de Tatiano multa quoque inuenies apud Tertullianum de præſcriptionibus cap. 52. Clementem Alexandrinum lib. 3. Stromatum, & lib. 2. pædagogi, cap. 2. ad finem, S. Philaſtrium lib. de hæreſibus lib. 1. hæreticarum fabularum. Sanctum Ioannem Damaſcenum lib. 6. de hæreſibus, qui omnes ipſum inter hæreticos numerant, & hæreſis Encratitarum principem fuiſſe tradunt. Cæterum hoc opus aduerſus gentes, quod hic ponitur, præter S. Hieronymum, plurimum etiam laudat Origenes lib. 1. contra Celſum. Veruntamen, quia ſcriptio eſt auctoris damnati, cum iudicio & cautela legenda, nam inſunt, in quæ lector pius poſſit, ni moneatur, impingere.

A

DE TATIANO,

Ex Bellarmino, de ſcript. Eccleſ.

TAtianus ſancti Iuſtini auditor, ſcripſit infinita volumina, *ex quibus (inquit ſanctus Hieronymus de Script. Eccleſ.) vnus contra gentiles florentiſſimus extat liber, qui liber nuper eſt inuentus, & editus in 4. tomo Bibliotheca ſanctorum Patrum ſecunda editionis. Porro Tatianus poſt martyrium ſancti Iuſtini à Fide Catholica defecit, & in ſuperbiam elatus hæreſiarcha factus eſt.*

TATIANI ASSYRII ORATIO, contra Græcos.

NOn decet vos, ô Græci, odio tanto proſequi Barbaros, & ipſorum placitis inuidere. Quod enim B apud vos ſtudium, non à barbaris traxit originem? Etenim excellentes quidam in Telmeſo viri, diuinationem quæ ab inſomniis fit inuenere: Cares præſagium ex ſyderibus: Phryges & Iſaurorum antiquiſſimi auſpicia: Cyprij haruſpicinam: Babylonij aſtronomiam: Perſæ magiam: Ægyptij geometriam: Phœnices denique literarum diſciplinam. Ergo definite imitationes veſtras pro inuentis vſurpare. Siquidem poeticæ ſtudium & canendi docuit vos Orpheus, ſicut etiam initiatorios ritus: Tuſcani figlinæ: ſcribendis hiſtoriis Ægyptiorum Annales initium dederunt. A Marſya & Olympo tibiarum modulationem didiciſtis. Phryges autem vtrique homines agreſtes fiſtulæ concentum excogitarunt. Tuba Tyrrhenis, fabrilis ars Cyclopibus: Atoſtæ mulieri, quæ Perſis olim imperauit, Hellanico teſte, epiſtolarum conſcriptio debetur. Remittite igitur faſtum illum, neque verborum elegantiam oſtentare, veſtri laudatores, domeſticis teſtibus & defenſoribus adhibitis: cum oporteret illum qui ſapit, aliorum expectare C teſtimonium, ac teſtes ipſos inter ſe conſentire. Nunc vero vobis contigit ſolis, ne colloquio quidem conuenire. Alius enim Doricus, alius eſt Atticus ſermo: & Æoles non loquuntur vt Iones. Cum vero diſſidij tantum ſit apud illos, vbi minime decet, quem potiſſimum præ cæteris Græcum appellem, dubito. Quod namque abſurdiſſimum eſt, dictiones minime natiuas colitis, & barbaris aliquando vocibus abutentes promiſcuam veſtram linguam efficitis. Quamobrem ſapientiæ veſtræ valediximus, licet non parum exiſtimationis per eam adepti. Nam, vt Comicus inquit,

Artium origo à barbaris.

Dialecti.

Epiphyllides hæ ſunt, & arguta nugæ,
Muſæ hirundinum, artis, & corruptores,
Hanc affectantes mire dilatant guttur,
Et voce crocitant.

Quippe Rhetoricam iniuſtitiæ calumniæque inſtrumentum effeciſtis, dum libertatem ſermonis veſtri mercede venundatis, & ſæpius eandem rem nunc iuſtam, alias iniuſtam ſtatuitis. Poeticam verò colitis, vt pugnas, & D amores Deorum & animæ perniciem conſcribatis. Quid enim philoſophia veſtra produxit egregium? aut quis illorum etiam qui excellere viſi ſunt, expers arrogantiæ fuit: Diogenes dolio ſuo iactabundus, tanquam ſorte ſua & ſeipſo contentus, cum polypum deuoraſſet crudum, inteſtinorum gracilium affectu, ileon vocant, mortem obiit. Ariſtippum quis non vel ex purpurea veſte, qua indutus incedebat, vtcunque grauiter compoſito vultu luxurioſum coniiciat? Platonem Philoſophum, quod nimis guloſus eſſet Dionyſius vendidit. Ariſtoteles terminum prouidentiæ imprudenter præfixit, & felicitatem earum rerum quibus ipſe afficiebatur copia imperitiſſime circumſcripſit, & Alexandro adoleſcenti aſſentatus eſt: qui poſtea prorſus quidem Ariſtotelicè, amicum nolentem eum adorare, tanquam vrſum aut pantheram incluſam circumferebat. Quin etiam in conuiuiis, vt præceptoris ſui placita ſequeretur, egregium ſcilicet fortitudinis & virtutis ſpecimen edidit, intimum & chariſſimum ſuum amicum haſtili transfigens, deinde inedia ſe macerans ſimulata triſtitia, ne amicorum E odium incurreret. Certe riſu dignos iudico, qui hodieque placitis illius abuntur & res omnes quæ infra lunam ſunt prouidentia regi negant, ipſi vero terræ affixi, & longe inferiores orbe lunari, ſolicite iis rebus prouident quas prouidentiæ expertes aiunt. Cæterum illi quibus aut pulchritudo, aut diuitiæ aut corporis robur, aut nobilitas deeſt, felices ſecundum Ariſtotelis ſententiam eſſe non poſſunt: ſed illi ſuo more philoſophentur. Heraclitum quoque non approbarim, qui per ſuperbiam non alio ſe magiſtro quàm ſeipſo edoctum gloriatur: neque hoc in eo laudauerim, quod carmina ſua in fano Dianæ occultauit, vt olim veluti per myſterium ederentur. Nam quibus iſta curæ ſunt? Euripidem poetam tragicum ædem Dianæ frequentaſſe, & paulatim tenebras iſtas Heracliti relegendo memoriæ prorſus infixiſſe produnt. Atqui huius viri imperitiam mors redarguit: affectus enim aqua intercute, & medicinæ tanquam philoſophiæ vacans, vniuerF ſum corpus fimo bubulo illeuit, quo indurato, rigentibus conuulſiſque membris, interiit. Iam quis non auerſetur Zenonis ſententiam, mundo per conflagrationem renouato, eodem rurſus homines ad eandem vitam eademque facinora reſurgere, vt Anytum & Melitum ad Socratis accuſationem, Buſiridem ad hoſpites tollendos, Herculem ad repetendos certaminum labores? Etenim hac ratione incendij poſita, plures malos quàm iuſtos introducit: cum vnus tantum Socrates fuerit, vnus Hercules, & alij ſimiles pauci, non ſanè multi: Improbi vero plures bonis reperientur. Deus quoque malorum author erit iuxta ipſius ſententiam, vtpote cloacis etiam, & vermibus & aliis rebus nefandis inſitus. Cæterum Empedoclis arrogantiam, Ætnæ crateres in Sicilia coarguerunt, quod cum homo eſſet, Deum ſe ab hominibus credi falſo moliretur. Aniles etiam Pherecydis fabulas rideo, & Pythagoræ dogmatum hæreditariam ſucceſſionem, & Platonicam illius imitationem, licet quidam id negent. Quis autem ſubſcribat communibus nuptiis, G quas Crates probauit: & non potius reiecta eius & ſimilium ſuperba inſanaque loquacitate, ad inquirenda vere bona ſtudioque digna ſe conuertat? Ne traducant nos igitur ſapientium iſtorum, non ſapientium conciliabula, qui cum ſibi contraria decernunt, tum quiſque prout aliquid in mentem ei venit eloquitur. Multæ inſuper offenſiones inter eos oboriuntur, dum alter odit alterum, & gloriæ cauſa æmulus eſt, & præſtantiorem quiſque locum arrogantiæ ſuæ quærit. Atqui par erat vt neque regum maieſtatem colerent, neque principibus adularentur, ſed exſpectarent donec principes ipſi adirent eos. Quid obſecro eſt, ô Græci, quod adminiſtrationes noſtras tanquam pugno concludere velitis? Et cur ſi veſtris legibus ſuffragari nolo, tanquam ſceleratiſſimus exponor odio omnium? Atqui rex ſi iubeat tributum pendere, paratus ſum: ſi dominus, inſeruire & miniſtrare, ſeruitutem agnoſco. Quandoquidem homo humano more colendus eſt, timendus autem ſolus Deus; qui non conſpicitur oculis hominum, nec arte vlla comH prehenditur. Hunc ſolum ſi quis negare iubeat, non obediam, ſed potius moriar, ne mendax & ingratus efficiar. Deus noſter non conſtitit intra tempus, ſolus ſine principio, cum ipſe ſit principium rerum omnium quæ inceperunt. Deus eſt ſpiritus non inſinuans ſe materiæ, ſed ſpirituum materialium & formarum in materia opifex, inuiſibilis, intactilis, omnium autem pater, quæ vel ſenſu percipiuntur, vel viſum fugiunt. Hunc ex opere quod condidit agnoſcimus, & potentiam eius inuiſibilem ex factis æſtimamus. Opus equidem ab ipſo noſtri gratia conditum adorare nolo. Solis & lunæ ſydera propter nos producta ſunt, & ego miniſtros adorarem? Quomodo ligna & lapides pro Diis haberem? Nam qui materiam penetrat ſpiritus, diuino ſpiritu multum inferior eſt: Et quod nihil quam ſimilitudinem vitæ habet, non eodem honore, quo perfectus Deus, coli debet. Sed neque ineffabilem Deum muneribus affici exiſtimandum eſt, nam qui nullius omnino rei indigus eſt, non tanquam egenus apud nos traduci debet. Nunc manifeſtius religionis noſtræ

Heraclitum.

Zenonē.

Empedoclem.

Pherecydem.

Cratem.

Vnus Deus vniuerſorum opifex, ex operibus agnoſcitur.

arcana pandam. Deua erat in principio, principium autem verbi potentiam eſſe accepimus. Quippe dominus mundi cum ipſe ſit vniuerſorum ſubſtantia, nondum condito mundo ſolus erat: ſi vero reſpicias potentiam eius, in qua viſibilia & inuiſibilia cuncta conſiſtunt, omnia cum ipſo erant. In ipſo enim per potentiam verbi, tum ipſe, tum verbum quod in eo erat, exiſtit: Cum voluit autem ipſe, verbum ex eius ſimplicitate proſiliit. Et verbum non inaniter prolatum, primogenitum opus fit ipſius ſpiritus. Hoc ſcimus eſſe principium mundi: natum eſt autem per diuiſionem, non auulſionem. Quod enim auellitur, à primo ſeparatur: quod vero diuiditur, id functione donatum propria, nihil imminuit illum à quo vim ſuam ſumpſit. Quemadmodum enim ab vna face aliæ multæ accenduntur, nec tamen primæ facis lux minuitur propter plures inde ſuccenſas: Sic etiam † verbum è patris potentia progreſſum, non relinquit genitorem * verbi expertem. Nam & ego ſi loquar, & vos audiatis, non tamen propter tranſitum ſermonis, ego qui vobiſcum loquor ſermone vacuus fio, ſed vocem meam proferens incultam in vobis materiam excolere mihi propono. Et quemadmodum verbum in principio genitum, mundum & nos viciſſim genuit, cum ſibimet materiam produxiſſet: ſic ego quoque ad imitationem verbi tegenitus, & veritatis illuſtratus cognitione materiæ mihi cognatæ confuſionem emendo. Haud etenim principij immunis eſt materia, & cum aliquando incœperit patem Deo potentiam habere nequit: ſiquidem genita eſt, & non ab alio facta, ſed ab vno omnium architecto producta. Quamobrem corporum quoque reſurrectionem fore credimus poſt conſummationem vniuerſorum: non ſanè vt Stoicis placet, ſecundum quoſdam orbium cœli circuitus, iiſdem ſemper rebus ad nullum vtilem finem naſcentibus & pereuntibus: ſed euolutis ſemel ſæculis noſtris, ſolam hominum in integrum reſtitutionem iudicij cauſa futuram. Iudices autem noſtri ſunt, nun Minos, neque Rhadamanthus, ante quorum obitum, vt fabulantur, anima nulla iudicabitur: verum ipſe Deus opiſex iudicabit. Hoc ita futurum credimus, nihil interim curantes vtcunque nugari nos & blaterare vos arbitremini. Quoniam ſicut ignorabam quis eſſem antequam naſcerer, cum nullus adhuc eſſem, ſolum autem in * ſubiecto materiæ carnis exiſtebam, deinde genitus qui olim non eram, ex ipſa generatione eſſentiæ meæ fidem habeo: ita natus & per mortem ad non eſſe redactus, atque iterum conſpicuus oculis denuo exiſtam, quamuis enim caro tota incendio conſumatur, materiam tamen euaporatam mundus excipit: quanquam aut in fluuiis aut mari contabeſcam, aut à feris dilanier, condor tamen in penu prædiuitis domini: quod licet pauperes & impij neſciant, Deus tamen qui regnat, ſubſtantiam ſibi ſoli conſpicuam, quando voluerit ad priſtinam integritatem reducet. Verbum enim illud cœleſte, ſpiritu à patre genitus, & * ratio ex rationali potentia, hominem immortalitatis imaginem fecit ad imitationem ſui genitoris: vt quemadmodum immortalitas apud Deum eſt, eodem modo diuinam portionem nactus homo, immortalis quoque euaderet. Verbum igitur ante creatos homines, produxit Angelos: Vtraque vero creatura, arbitrij ſui libertati permiſſa eſt, boni rationem non ſibi natiuam; ſed apud Deum ſolum repoſitam habens. Relicta eſt autem humano generi voluntas libera, vt in improbos iure animaduertatur, vtpote ſua culpa tales: iuſti contra laudes de præclaris actionibus meritò auferant, qui liberè & ingenuè Dei voluntatem non aſpernati ſint. Hæc de hominibus & angelis dixerim. Portò verbi potentia cum ſecum præcoſcer quid euenturum eſſet, non ex neceſſitate & fato, ſed libero eligentium propoſito, rerum futurarum exitus prædicebat: & malitiam interdictis vetabat, & fructum in boni permanentem capiendum demonſtrabat. Poſtquam verò homines callidiorem quendam, vtpote prouectiorem ætate ſecuti ſunt, & diuinæ legi ſe opponentem pro Deo habuerunt: tum verbi potentia & huius dementiæ authorem, & obſequutos ei homines, commercio ſuo priuauit: Et qui ad imaginem Dei factus erat homo, potentiore ſpiritu iam exutus, mortalis fit: Angelus autem ille primogenitus in dæmonem mutatur, & alij phantaſmata eius ſecuti, dæmonum exercitui deputantur, & propter arbitrij libertatem ſtultitiæ ſuæ permittuntur. Defectionis autem occaſio & ſcopus ipſi ſunt homines. Figuras enim poſitionis ſyderum hominibus oſtendentes, tanquam in teſſerarum ludo, fatum rem prorſus iniquam introduxerunt. Nam & qui accuſat & qui accuſatur vterque fato iuxta illos inducitur, & qui occidunt & qui occiduntur, & diuites & pauperes eiuſdem fati effectus ſunt. Immò tota mundi inferioris natura tanquam in theatro, oblectamenti vicem præſtat illis, de quibus inquit Homerus, * Riſus inextinctus mulcebat in æthere diuos. Qui namque monomachos ſpectant, * & alter alteri fauent, apud quos fiunt nuptiæ & pueri violantur, adulteria committuntur, riſus & ira, fuga & vulnera deprehenduntur, quomodo non mortales eſſent? Quibus enim rebus ſeipſos, quales nam eſſent, hominibus aperuerunt, per eas auditorum animos ad ſimilia vitia excitarunt. Imò dæmones ipſi cum duce ipſorum Ioue, iiſdem quibus homines obnoxij vitiis, fato ſubeſſe feruntur. Præterea quomodo illi merentur cultum, quorum ſtudia longe diuerſa & contraria ſunt? Rhea enim, quam in Phrygiis montibus Cybelem vocant, pudendorum exactionem, propter Atyn amatum ei puerum, inſtituiſſe fertur. Venus nuptiarum complexibus gaudet, Diana magiam exercet, Apollo medicinam. Item reſecto capite Gorgonis, quam Neptunus amauerat, * vnde Pegaſus equus & Chryſaor, originem duxerunt, ſanguinis guttas Minerua & Æſculapius diſtribuerunt, quibus hic pro remedio hominum vſus eſt, illa vero eodem cruore ad bella hominúmque cædes abuſa. Athenienſes ſanè mihi videntur, ne criminis inſimularent Mineruam, filium ex Vulcani coitu natum, Terræ attribuiſſe, ne ſicut Atalanta per Meleagrum, ſic iſta per Vulcanum virilitate priuata exiſtimaretur. Nam hic vtrinque claudus fibulis & flexis inauribus, puellarum ornamentis à ſe fabricatis, orphanam & ſine matre virginem facile decepiſſe videtur. Neptunus nauigat. Mars gaudet prœliis, Apollo cithara ludit, Bacchus Thebanos tyrannide premit, Saturnus crudeliter occidit, Iupiter etiam filiæ miſcetur, & filia ex eo concipit. Teſtimonium mihi adferent Eleuſis & Draco myſticus, & Orpheus huius carminis author: Fas quibus eſt audire loquar, vos turba prophana, obturate fores. Pluto rapit Proſerpinam, quod eius facinus myſteriis celebrant. Ceres filiam luget. Nonnulli per Athenienſes in Latoidæ templo decipiuntur. Eſt & Omphalus loci nomen in quo ſepultus ſit Dionyſius. Laudo te nunc ô Daphne, * quæ Apollinis intemperantiam viciſti, diuinationem eius redarguiſti, ſiquidem euenturi tibi caſus ignarus, nihil ex arte ſua fructus percepit. Dicat mihi nunc iaculator Apollo, quomodo Hyacinthus à Zephyro ſit necatus: Vicit eum Zephyrus: & cum Tragicus poeta dicat: Aura deorum pretioſiſſimum vehiculum, ipſe ab exigua victus aura perdidit ſuos amores. Huiuſmodi quidem ſunt dæmones; hi ſunt qui fatum determinarunt: cuius prima eis occaſio fuit animalium in cœlo collocatio. Eiecti enim cœlis, diuerſas animantes, quæ vel repunt in terra, vel natant in aquis, aut in montibus degunt quadrupedes, quibus cum familiariter verſati fuerant, cœleſti honore dignati ſunt, vt & ipſi ſcilicet in cœlis agere viderentur, & a ratione alienam ipſorum in terra vitam, per ſtellarum collocationes commendarent. Iracundus igitur, & laborioſus, & continens & incontinens, & pauper & diues iiſdem naturæ gubernatoribus ſubiiciuntur. Quoniam Zodiaci circoli pictura, deorum opus eſt. Quod ſi vnius eorum lux præcellat, pluribus cæteris honorem præripit: & qui alias vincitur, nunc vincere ſolet. Delectantur autē his Zodiaci picturis Planetæ ſeptem, veluti qui ſe teſſerarum ludo oblectant. Eiuſmodi perſuaſio veſtra eſt. Cæterum nos & fato ſuperiores ſumus, & pro planetis, hoc eſt, erraticis dæmonibus, vnum erroris

neſcium Dominum accepimus, & cum fato non regamur, gubernatores eius contemnimus. Dic age per Deum, Triptolemus ne frugibus ſatis poſt luctum, Athenienſibus hoc beneficij præſtitit? At cur non potius Ceres ipſa, cum filiam non amiſiſſet, bene merita eſt de hominibus? Canis Erigones, Scorpius auxiliator Dianæ, Chiron Centaurus, Argo dimidiata, Calliſto in vrſam verſa, in cœlo oſtenduntur. Quomodo igitur antequam ea contigiſſent, quæ de ipſis feruntur, ſine vllo ornatu cœlum fuit? Iam quod Deltorum ſydus alij propter Siciliam, alij ad exprimendam primam literam Iouis, quem Dia Græci nominant, in cœlo fixum volunt, quis non ridiculum fateatur? Cur enim non Sardinia & Cyprus etiam inſulæ, in cœlo honoratæ ſunt? Quare non alij quoque fratres Iouis, qui inter ſe regna diuiſerunt, nominum ſuorum literis ſyderibus adſcripti ſunt? Sed quomodo Saturnus victus, & eiectus regno, adminiſtrator fati conſtituitur? Vel quomodo regna largitur qui ipſe non amplius regnat? Quin igitur has nugas relinquite, neque præ iniquo noſtri odio peccare ſuſtineatis. Neſcio quæ hominum transformatio fabulis inducitur, imò Dij apud vos transformantur. Rhea arboreſcit, * Iupiter Proſerpinæ cauſa draco fit, Phaëthontis ſorores in populos nigras mutantur: Latona in animal vile, à qua Ortygiæ inſulæ Deli nomen inditum eſt. Sicine deus olor fit, & aquilæ formam ſuſcipit, & vt puerum à poculis habeat Ganymedis amore turget? Egone colam Deos, qui muneribus afficiuntur, & niſi acceperint, ſuccenſent? Habent illi fatum ſuum: ego ſtellas erraticas adorare nolo. Quid eſt quod de crine Berenices traditur? Aut vbi ſtellæ illius erant, antequam ipſa moreretur? Quomodo item Antinous ſpecioſus adoleſcens in Luna collocatus eſt? Aut quis eum eò leuauit? Aliquis ſcilicet Deos irridens, hunc etiam in cœlum aſcendiſſe fingendo, ſicut Reges olim quoſdam, mercede nimirum conductos & periuros, homines qui id crederent inuenit, & Homericam Theologiam imitatus honore muneribuſque affectus eſt. Cur eſtis in Deum ſacrilegi? Cur eiuſdem opus ignominioſe tractatis? Tu mactas ouem, & eandem adoras. Taurus in cœlo eſt, tu ſimile ei animal obtruncas. Is quem vocant Engonaſin animal premit noxium. Aquila vorans hominum opificem Prometheum cœlo dignatur. Egregius ſcilicet olor eſt, quoniam adulter erat. Egregij ſunt Caſtor & Pollux (quos alternis diebus inferos ſuperoſque ſeu vitam & mortem commutare fabulantur) quoniam Leucippi filias rapuerunt. His ſcilicet præſtantior eſt Helena, quæ relicto flauicomo Menelao, mitrigerum & abundantem auro Paridem ſecuta eſt: Et ille ſcilicet probus & honeſtus vir fuit, qui hanc meretricem in campos Elyſios tranſtulit. Atqui minime immortalis facta eſt Helena Tyndari filia, & rectè Euripides ab Oreſte eam occiſam tradit. Quomodo igitur fatum in natura & rerum euentibus recipiam, cum tales eius Dominos videam? Nolo regnare, non libet diteſcere, Imperatoris dignationem aſpernor, ſcortationem odi, nauigare per auaritiam non cupio, certaminum coronas non deſidero, liber ſum ab inſana ambitione, mortem contemno, quouis morborum genere ſuperior ſum, triſtitia non angit animum meum; ſi ſeruus ſim, ſeruitutem ſuſtineo: ſi liber ſim, de ingenuitate non glorior. Solem vnum omnibus ſplendere video & omnibus communem mortem quæ tam in affluentia rerum & luxu, quàm inopia contingit. Locuples ſeminat, & pauper eadem ſemente fruitur. Moriuntur ditiſſimi, & eundem exitum vitæ mendici experiuntur. Pluribus indigent diuites, & quia plerique fidem eis habent, inde glorioſi euadunt: pauper autem & moderatiſſimus aliquis, ea tantum quæ ſuæ ſorti conueniunt deſiderans facilius aſſequitur. Quid eſt quod præter fatum vigilas propter auaritiam? Quid dum ſæpe multa præter fatum deſideras, ſæpe moreris? Eia potius mundo moritor, inſaniam eius reiiciens, & Deo viue, per cognitionem tui veterem ſtatum repudians. Non nati ſumus vt moreremur, morimur autem noſtra culpa. Perdidit nos libera voluntas, & qui liberi eramus in ſeruitutem redacti, & propter peccatum venditi ſumus. Nihil mali factum eſt à Deo, nos ipſi produximus improbitatem: eam vero qui produxerunt, denuò etiam repudiare poſſunt. Duo ſpirituum genera nos agnoſcimus, quorum alterum anima vocatur; alterum verò præſtantius eſt anima, imago ſcilicet & ſimilitudo Dei: vtrumque autem priſcis hominibus datum erat, vt partim materia conſtarent, partim eam ſuperarent. Sic autem res habet: Vniuerſam mundi machinam, & quicquid in ea conditum extat, è materia conſtitutum eſſe patet, ipſam vero materiam à Deo productam, ita vt partim rudis & informis intelligatur antequam diſcerneretur: partim conformata & digeſta poſt peractam eius diſcretionem. Ergo cœlum quoque & ſtellæ cœleſtes in mundo, materia participant: ſimilem etiam terra, & quæuis alia mundi pars, conſtitutionem ſortitur, ita vt vna ſit omnium communis generatio. Hæc cum ita ſe habeant, diuerſa genera ſunt eorum quæ ex materia conſtant, & aliud quidem pulchrius eſt, aliud licet pulchrum, vincitur tamen ab aliquo præſtantiori. Quemadmodum enim corporis animalis conſtitutio, vnius gubernationis eſt, & ad vnum finem, cuius gratia genitum eſt, efficitur, nihilominus diſtinctos in ſe dignitatis gradus habet cum aliud ſit oculus, aliud auris, aliud capillorum ornatus, & interaneorum digeſtio, & medullarum, oſſiumque, & neruorum concretio: & licet hæc inter ſe differant ſingillatim, vniuerſa tamen gubernatio ad vnam ſymphoniam conuenit. Mundus itidem cum partes alias ſplendidiores, & alias his diſſimiles ex opificis ſui potentia habeat, inſinuatum toti materiæ ſpiritum per architecti quoque voluntatem accepit. Et hoc in ſingulis rebus intelligi poteſt ab illo, qui non ſuperbè reſpuerit diuina eloquia, quæ paulatim è ſacris literis obſeruata, prorſus Deo acceptos reddunt illos, qui animum eis applicauerint. Quia etiam dæmones (vt vos vocatis) ex materia concreti, & ſpiritu ex ea ſumpto luxurioſi & * delicati euaſerunt, alij quidem ex ipſis ad puriorem vitam conuerſi: alij vero vilioris materiæ ratione aſſumpta & pro eius modo agentes, Iſtos adoratis, ô Græci, qui ex materia geniti procul à laudabili diſciplina diſceſſerunt. Etenim per ſtultitiam ſuam vana gloria impulſi, & effrenes facti, latrones diuinitatis fieri ſibi propoſuerunt: Dominus autem vniuerſorum permiſit eos hominibus illudere, donec mundus conſummatus olim diſſoluatur, & iudex adueniat, & omnes homines, qui perfectè Dei cognitionem, licet à dæmonibus oppugnati, deſiderant, locupletius propter certamina teſtimonium in die iudicij accipiant. Spiritus igitur ineſt * ſtellis, Angelis, ſtirpibus, aquis, hominibus, animalibus: & quamuis vnus ac idem ſit, differentias tamen in ſe habet. Hæc quidem cum à nobis dicantur, non ſuminis, vt aiunt, labris, neque probabilibus rationibus, aut ſophiſtico ſermonis apparatu, ſed ex diuinis eloquiis proferantur, qui diſcere vultis, feſtinate: Et qui Anacharſin Scytham non reiicitis, nunc etiam non indignemini inſtitui ab illis qui barbaram diſciplinam ſequuntur. Recipite dogmata noſtra, & ſaltem nos dicentes audite, vt diuinationem ſecundum Babylonios, vel ſaltem vt quercum vaticinantem auditis. Certe quæ ſupra recenſui dementium dæmonum aduerſus homines doli ſunt, noſtra autem religio auguſtior eſt quam vt mundana mente comprehendi queat. Non immortalis eſt anima, ô Græci, ſuapte natura, ſed mortalis: eadem tamen ne moriatur fieri poteſt. Moritur enim & diſſoluitur cum corpore quæ veritatis ignara eſt, reſurgit autem poſtea in conſummatione mundi vna cum corpore, mortem in ipſa immortalitate per cruciatum & pœnam ſentiens. Et rurſus anima quæ Dei cognitione inſtructa eſt licet ad tempus ſoluatur, non moritur. Siquidem anima per ſe tenebræ eſt, & nihil habet lucis: hinc illud in ſacris literis pronuntiatum: Tenebræ non comprehendunt lucem. Non enim ſpiritus ab anima ſeruatus eſt, ſed ipſe animam ſeruauit, & lux comprehendit tenebras. Eſt autem ratio lux diuina, & anima imperita tenebræ. Quæ cum ſola

E

Non nati ſumus, vt moreremur.

Omnium vna fuit materia à Deo producta.

F

Dæmon[illegible]

G

aſſumption[illegible] [illegible] ſtare eiſque ineſſe [illegible] ſum [illegible] aliarumque materialium affectionum, qua [illegible]

H

à Theologis temeraria cenſetur.

* [illegible] *quæ[illegible]*

Perſpicuus error Tatiani exiſtimantis humanam animam ſuapte natura non eſſe immortalem, niſi Dei conſpectu, niſi intelligat non eſſe

A *natura ſua immortalis, hoc eſt à ſe abſque eo, quod à cauſa efficiente alia pendeat, vt Deus, cũ & ipſa natura anima aliqui immortalis, lata loquendi forma dici poſſit Dei beneficium, cũ Deus auctor cuiuſque natura. Peius quod ſubdit animas impiorũ ſimul cũ corpore interire, reſurgere autem poſtea in conſummatione mundi æternum cruciandas, quæ* C *eſt hæreſis manifeſta.* Ioan. 1.

degit deorſum ad materiam vergit, carni commoriens: Spiritui autem diuino coniuncta, noo caret auxilio, verum aſcendit illuc quo deducitur à Spiritu, huius enim ſedes eſt ſublimis, at illius generatio inferne. Et factus eſt quidem ab initio Spiritus animæ familiaris ſed cum non vellet Spiritum ſequi, ab eo deſerta eſt. Adhuc igitur reliquias & fomitem quendam ſpiritualis virtutis ſibi retinens, ſed propter eius ſeparationem, quæ perfecta ſunt perſpicere non ſufficiens, inquirendo Deum, multos errore ducta Deos cunfinxit, aduerſariorum dæmonum fraudes ſequuta. Porrò ſpiritus Dei non contigit, ſed apud nonnullos qui iuſtè viuebant diuertens & animas complectens per prædictiones cæteris animabus ſecreta reuelabat: quæ quidem obediendo ſapientiæ cognatum ipſæ ſibi ſpiritum attrahebant: vel non obediendo, & miniſtrum Dei pro nobis paſſi ſpernendo, impugnare Deum potius quam venerari ſe declarabant. Tales vos etiam, ô Græci, verbis quidem diſerti, ſed mente abſurdi, multos principes quam vnum maluiſtis, vt-pote robuſtos dæmones ſequi ſtatuentes. Quemadmodum enim latro, cum humanitatem omnem exuerit, per audaciam ſimiles ſibi homines ſuperare ſolet: ſic dæmones quoque nimia improbitate aucti, fatuas animas veſtras, erroribus falſiſque vitiis decepetunt. Non facile autem moriuntur iſti, cum carnei non ſint, ſed viuentes negotia mortis exercent: toties nimirum & ipſi morientes, quoties illos quibus præeunt, peccatis imbuerint. Quocirca quod in præſentia peculiare habent, nempe non ſimiliter vt homines mori, id quoque punitionis ipſorum tempore habebunt, neque pro morte commutata immortalitate vita fruentur æterna. Quemadmodum nos autem quibus nunc facile mors ſuperuenit, futuro ſæcolo vel immortalitatem cum voluptate, vel triſtitiam cum immortalitate aſſequemur: ſic dæmones qui præſenti vita ad peccandum abutuntur, & perpetuo etiam in hac vita moriuntur, eandem in poſterum immortalitatem habebunt, ſimilem priori qua cum viuebant, quod ad eius conſtitutionem ſiue eſſentiam: quod vero punitionem attinet, ſimilem illorum hominum conditioni, qui cum viuerent, pro animi ſui ſententia perfecerunt quicquid eis placuiſſet. Imo conſentaneum eſt hominibus pauciora genera peccatorum enaſci, quum vita breui circumſcribantur: dæmonibus autem peccata latius ſe extendunt, propter longæuam ætatem. Cæterum oportet nos id nunc inquirendo repetere, quod olim amiſimus, & animam ſpiritui ſancto coniungere, & ſolicitè procurare coniunctionem cum Deo perficiendam. Atqui hominum anima non eſt ſimplex, ſed ex multis partibus conſtat: componitur enim, vt manifeſtè apparet, ex corpore. Nam nec ipſa ſine corpore poſſet apparere, neque caro ſine anima reſurgit. Siquidem homo eſt, non vt quidam crocitant, animal rationale mentis & ſcientiæ capax: nam bruta quoque ſecundum ipſos, mentis & ſcientiæ capacia oſtenduntur: ſolus autem homo imago eſt & ſimilitudo Dei. Hominem accipio, non qui ſimiliter cæteris animantibus viuat, ſed qui longe ſupra humanam naturam ad ipſum Deum acceſſerit. Sed hæc in libro de animalibus accuratius explicaui: præſentis verò argumenti eſt, qualiſnam imago & ſimilitudo Deum referat, exponere. Quod igitur incomparabile dicitur, aliud nihil eſt quam ipſum ens, quod autem comparatur enti, aliud eſt præter ipſum, ſed ei ſimile. Cæterum perfectus Deus expers eſt carnis, homo carne conſtat, anima carnis vinculum eſt, & caro per animam continetur. Corpus autem ita conſtitutum, ſi fuerit inſtar templi, libenter à Deo ſpiritu conciliante inhabitatur, ſin tale non ſit, ſola voce articulata differt homo à brutis, cætera ſimilis eis quoad viuendi rationem, noo exiſtens ſimilitudo Dei. Porrò dæmones omnes, non carnea, ſed ſpiritali concretione conſtant, qualis eſt ignis & aëris: quæ corporum conſtitutio à ſolis illis perſpici poteſt, qui ſpiritu Dei muniuntur, non item à cæteris hominum, quos anima regit. Dignius enim ab indigniore comprehendi non poteſt, quocirca dæmonum ſubſtantia pœnitentiæ locum non habet: ma-

Dæmones non moriuntur, cum carnei non ſint.

B

[illegible]

D

Dæmonibus non eſt reliclus pœnitentia locus.

teria enim & improbitas in eis relucet: materia autem voluit imperare animæ. Et hi quidem pro arbitrio ſuo leges mortis hominibus tradiderunt: homines vero poſt immortalitatem amiſſam, morte per fidem ſuperauere mortem, & propter pœnitentiam diuina vocatio eis donata eſt, iuxta hoc dictum: Parum ab Angelorum ſtatu imminutus eſt homo. Cæterum quicunque victus eſt, denuo repodiata conditione mortis vincere poteſt. Quæ vero mortis cauſa & conditio ſit, homines immortalitatis cupidi facile videbunt. Porrò dæmones qui hominibus imperant, non ſunt animæ hominum. Quomodo enim illæ poſt mortem ſeparatæ, efficaces ad agendum eſſent, niſi viuus homo, inſipiens & inualidus dicatur, à morte vero efficaciorem demum vim aſſumere exiſtimetur? Verum neque hoc ita ſe habet, vt alibi demonſtrauimus & durum eſt opinari, animam immortalem à corpore eiuſque membris impeditam, poſtea demum cum inde migrauerit ſagaciorem fieri. Enimvero dæmones pro ſua malignitate in homines debacchando, variis & ementitis figmentis ingenia ipſorum deorſum nutantia luxant & labefactant, quò minus ad viam cœlorum erigi queant. Et nos etiam non ignari ſumus rerum mundi, & diuinitas quoque accedente nobis potentia quæ noſtras animas immortalitate donat, noo obſcure percipitur. Verumtamen aliquando videntur dæmones etiam ab iſtis qui anima reguntur, non ſpiritu, cum ipſi ſponte conſpectui ſe offerunt, vel vt aliquid eſſe exiſtimentur: vel vt noceant hominibus, vtpote inimicis, amicitiam ſimulantes ex ingenij malignitate: vel vt ſui ſimilibus conferendi in ſe cultus occaſionem exhibeant. Etenim ſi poſſent, cœlum ipſum cum reliquis omnibus à Deo conditis detraherent & ſubuerterent: Nunc cum id efficere nequeant, inferiorem ſaltem & ſimilem ſibi materiam impugnant. Hos vincere qui velit, materiam repudiet, armatus enim thorace cœleſtis ſpiritus, quicquid ſuum eſt ſeruare poterit. Atqui ſiunt etiam morbi, & tumultus quidam oboriuntur in materia noſtra: & eorum cauſas cum contingunt, dæmones ipſi ſibi adſcribunt, eodem tempore accedentes quo morbus inuadit: Interdum etiam ipſi tempeſtate vecordiæ ſuæ habitum corporis concutiunt, qui perculſi verbo virtutis diuinæ territi diſcedunt, & æger ſanatur. Nam de occulta rerum inter ſe conſenſione & diſſenſione, ſecundum Democritum, quid diceremus? nonne quod, vt vulgo aiunt, Abderiloquus ſit homo genere Abderita? Quemadmodum autem ille à quo ciuitas cognominata eſt, Herculis, vt fertur, amicus, ab equis Diomedis deuoratus eſt: ſic etiam qui de magno Oſtane gloriatur * in die conſummationis æterno igni depaſcendus tradetur. Quin & vos ſi ridere pergitis, eadem quæ magi iſti ſupplicia luetis. Quocirca, ô Græci, me tanquam è ſublimi clamantem auſcultate, nec irridendo in præconem veritatis dementiam veſtram transferte. Nullus affectus per occultam alterius rei diſſenſionem tollitur, nec inſanus aliquis curatur amuletis, vt pelliculis appenſis. Dæmonum iſtæ aggreſſiones ſunt: & qui ægrotat, vel amat, vel odit, vel appetit vltionem, iſtos ſibi auxiliatores aſciſcunt. Vtuntur autem dæmones hoc artificij modo: Quemadmodum figuræ litterarum, & verſus qui inde conſcribuntur, non per ſe poſſunt indicare quod ſcribitur, ſed hæc ſibi cogitationum ſuarum ſigna homines conſtituerunt, ex certa ipſorum coniunctione, ita vt ordo literarum definitus eſt, rem intelligentes: ſic etiam variæ radices, & neruorum & oſſium adhibitio, non ſua natura aliquid efficiunt, ſed tanquam elementaris inſtitutio ſunt improbitatis dæmonum, qui ad quid ſingula valere debeant præſcripſerunt. Vbi verò vſurpari ab hominibus viderint miniſterium vel curationem ipſorum, ſuperueniunt & eos ad ſeruitutem ſuam redigunt. Quomodo autem decet adulteriis inſeruire? Quomodo conuenit hominum inter ſe odia promouere? Aut quo iure inſanorum reſtitutio materiæ, & non Deo tribuitur? Enimvero per dolum abducunt homines à cultu diuino, dum herbis & radicibus eos fidem habere moliantur. Porrò Deus, vt ſi res huiuſmodi, creaſſet, vt

E

F

Dæmonũ artes retectæ.

G

Democritum intelligit. Vide Laertiũ.

H

Amuleta philtraq; alia magica dãnat.

earum

Google

A

earum ope fieret quod hominibus libet, malarum ſanè rerum eſſet opifex. Verum ipſe nihil non bonum in ſuo genere produxit: dæmonum autem luxuria rebus in mundo inuentis: ad mala facinora abutitur, & iſtis, non Deo perfecto, idea malitiæ debet adſcribi. Quo pacto enim fieret, vt ego viuus quidem mali nihil agerem, me autem defuncto & quieſcente reliquiæ mei corporis, nec mobiles amplius, neque ſenſibiles, quidquam ſenſui manifeſtum efficerent? Aut quomodo aliquis morte miſerrima mortuus, ad alterius vindictam adminiſtrandam ſuffecerit? Nam ſi ita ſe haberet, multo potius ſuum ipſe hoſtem vlciſceretur, qui enim iuuare poteſt alios, is longè magis ſui ipſius foret vindex. Veneficium autem, & omne genus veneficij, eandem rationem habet, & ſimili dæmonum calliditate conficitur. Etenim ſi quis materiæ credens per eam curatur, is diuinæ poteſtati animum applicans magis curaretur. Nam ſicut venena è materia conſtant, ſic & remedia eorum ex eadem conſiſtunt. Qui vero à deteriori materia abhorrent: ſæpius enim aliqui melioribus admixtis conantur mederi morbis illi quoque bonis rebus ad bonum, vt exiſtimant, effectum abutentur. Quippe ſicut is qui cum latrone conuiuatus ſit, licet ipſe non fuerit latro, tamen propter conuiuij communionem punitur: ita quoque non malus aliquis, ſi malo ſe coniungat, eoque ad bonum, vt putat, effectum abutatur, propter commercium Deo iudici pœnas dabit. Cur enim qui adminiſtrationi materiæ credit, & eo credere dedignatur? Cur vero non accedis potentiorem Dominum? Sed tu potius teipſum medicaris, vt canis gramine, vipera ceruus, ſus cancris fluuialibus, leo denique ſimiarum cibo, ſibi medentur. Cur quæſo res in mundo conditas diuinis honoribus afficis? Cur tute alium curans beneficium te nominari pateris, ſi verbi potentiam, & Deum authorem ſequeris? Non ſanant dæmones, ſed dolo capiunt homines, & rectè Iuſtinus ille maxima dignus admiratione, dæmones latronibus eſſe ſimiles edocuit. Siquidem vt illi viuos aliquos capere ſolent, deinde pacta mercede familiaribus eos reſtituere: ſic etiam qui à vobis exiſtimantur Dij, quorundam membris hominum ſe inſinuantes, deinde per ſomnum ſuam in illis gloriam fabricantes in publicum prodire iubent, & in conſpectu omnium, poſtquam deſideratis ex mundo rebus ſe expleuerunt, ab ægris auolant, & morbum ſuo dolo productum obliterantes priſtinæ valetudini homines reddunt. Cæterum vos cum non poſſitis ingenio veſtro hæc intelligere, diſcite ab intelligentibus: vtcumque mortis contemptum, & animi tranquillitatem nihil extra ſe ſuamque ſortem deſiderantis exercere vos gloriemini. Atqui tantum ab hoc ſtudio philoſophi veſtri abſunt, vt nonnulli ſexcentos in annum aureos ab Imperatore Romano ad nullum vtilem finem accipiant, ne ſcilicet vel barbam fruſtra prolixam alant. Creſcens denique ille Megalopoli nidulatus, maximè omnium puerorum inceſto amori deditus, & pecuniæ ſtudio addictiſſimus erat: mortem verò cum cæteris contemnendam ſuaderet, ipſe tam male de ea ſentiebat, vt Iuſtinum ſicut & me, tanquam extremo malo morti traderetur, eo quod ille veritatem prædicans voluptuoſos & impoſtores Philoſophos argueret.* Quod ſi mortem non metuendam dicitis, ſententiæ noſtræ accedite, neque propter inſanam humanæ gloriæ affectationem, vt olim Anaxarchus, moriamini; ſed potius cognoſcendi Dei gratia, mortis eſtote contemptores. Etenim conſtitutio mundi bona eſt, malæ autem in eo viuentium ſunt actiones; & tanquam in aliquo ſolemni conuentu illis applaudi ſolere videmus, qui Deum neſciunt. Quid enim eſt diuinatio? Cur per eam ſeducimini? Nihil quam ad auaritiam & arrogantiam mundi tibi confert. Bellum initurus, Apollinem de cædibus conſulis. Virginem rapturus, Deum aliquem tibi auxiliari deſideras. Ægrotans tua culpa, vt decem conſiliarios Agamemnon, ita tu Deos vis tecum eſſe. Eſt quæ potu aquæ inſanit, vel thure adhibito demens fit, hanc tu vaticinari dicis. Præſcius futurorum Apollo naturæque magiſter, circa Daphnem puellam falſus eſt. Veruntamen quercus diuinat, & aues præſagiunt, tu vero animalibus & plantis ignobilior eſt: Præſtaret igitur te fieri lignum præſagum & volucrum alas ſumere. Qui te facit auarum, idem tibi de cumulandis diuitiis vaticinatur. Qui ſeditiones & pugnas ciet, idem tibi de victoria in prælio præcedit. Quod ſi affectus & perturbationes animi vinceres, quicquid hic mundus habet contemneres. Quales cum nos ſimus, nolite nos odio proſequi: quin repudiatis dæmonibus Deum vnum ſectemini, à quo facta ſunt omnia, & abſque eo nihil omnino. Quod autem in rerum natura venenatum eſt, id ex peccatis noſtris ſuperuenit. Habeo quæ hiſce de rebus clarius vos edoceam, auſcultate tantum, & qui fidem dictis adhibuerit, negotium intelliget. Etiamſi pharmacis adhibitis, Deo concedente, curemini, teſtimonium tamen curationis Deo tribuere decet. Atqui mundus ad ſe nos detrahit, & propter infirmitatem mentis materiam quærimus. Ab initio quidem perfecto ſpiritu anima tanquam alis erigebatur, quibus amiſſis peccati culpa pulli inſtar volauit, & humipeta euaſit: & cum à diuina familiaritate receſſiſſet, inferiorum rerum deſiderauit commercium. Dæmones emigrauerunt, eiecti ſunt primi generis humani parentes: illi cælo pulſi, hi terra, non hac quidem, ſed alia vbi præſtantiorem vitam degebant. Deinceps igitur nos oportet, impedimentis omnibus reiectis, priſtinam conditionem magno deſiderio repetere. Haud enim infinitus eſt mundus, ſed finitus & terminis circumſcriptus. Eſt autem ſupra eum aliud æuum præſtantius, cui nulla partium accidit mutatio, ex qua varij morbi naſcuntur: ſed iucundiſſima temperie præditum diem extendit perpetuam, & lucis terrenis hominibus inacceſſa reſplendet. Illi ſanè qui geographiam excoluere, quantum ingenio hominis perfici poterat, locorum deſcriptiones elaborauerunt: vbi verò ingenij acumen eos deficiebat, ne nihil dicerent, æſtuantes maris acceſſus receſſuſque, & ipſa maria vel alga vel luto plena cauſati ſunt: item ex locis alios feruidos, alios frigidos & gelu concretos. Nos vero ea quæ ignoramus per Prophetas didicimus, qui quidem credentes quod ſimul cum anima ſpiritus cœleſtis immortalem pro mortali conditione acquiſiturus ſit, ea quæ cæteras animas latebant, prædixerunt. Poteſt autem quilibet nudatus hunc ornatum ſibi comparare, & ad veterem cogitationem redire. Non deſipimus, ô Græci, neque nugas vobis profitemur, Deum ſub hominis forma natum nunciantes. Vos qui conuitiis nobiſcum agitis, fabulas veſtras noſtris narrationibus conferte. Mineruam aiunt Deiphobi formam ſumpſiſſe propter Hectorem, & intonſus Apollo propter Admetum flexipedes boues paſcebat, & Iouis coniunx Semelen adit anui ſimilis. Talis cum ſit religio veſtra, quomodo nos irridetis? Æſculapius veſter obiit, & * qui Theſpij filias quinquaginta violauit vna nocte, flammis conſumendum ſe tradidit. Prometheus affixus Caucaſo monti, propter beneficium hominibus exhibitum, ſupplicium tulit, Iupiter veſter inuidet hominibus, & ſomnum abſcondit, cupiens eos perdi. Ergo reſpicite ad veſtras narrationes, & ſaltem veluti ſimiliter fabulantes nos admittite. Atqui nos non deliramus, veſtra vero plena ſunt nugis. Si Deorum generationem memoratis, mortales eos oſtenditis. Cur non amplius parit Iuno? Conſenuitne? aut qui rem vobis aperiat habetis neminem? Adhibete mihi nunc fidem ô Græci, neque fabulas, neque Deos veſtros ad allegoricum ſenſum trahatis. Nam licet hoc etiam facere conemini, vos ipſi numina veſtra ad nihilum redigetis. Etenim ſi verè tales apud vos dæmones ſunt, quales feruntur, improbis moribus ſunt: ſin ad naturæ rationem allegoriis trahantur, iam non ſunt quod dicuntur. Ego vero elementorum naturam eſſe colendam, nec ipſe crediderim, nec alij cuiquam ſuaſerim. Certè Lampſacenus ille Metrodorus in libro de Homero, prorſus ſtolidè diſſeruit, nihil non ad allegoriam referens. Nam neque Iunonem, neque Mineruam, neque Iouem, id eſſe fatetur, quod exiſtimant qui ædes & lucos ipſis conſtituerunt: ſed res quaſdam in natura, & elementorum digeſtiones. Quinimo Hecto-

Marginal notes (left): B; C; D; *Non Deo, ſed dæmoni malitia aſcribenda.* — *Bruta ſibi medētur.* — *Euſeb. lib. 4. hiſt. Iuſtini dæmonibus ſententia.* — *Creſcens.* — *Hic verba quædā omiſimus in Græco corrupta.* — *Laërtius lib. 9. Aduerſus oracula & auſpicia.*

Marginal notes (right): F; *χαμαιπε-τής* — *Lapſus hominum & dæmonum.* — G; *Iliados 22.* — *Ouidius Meta.* — *Herculē intelligit.* — H; *Dilemma argutū.*

A tem; Achillem, Agamemnonem, & omnes in vniuer-
ſum cum Græcis,tum Barbaros, cum Helena & Paride,
ad eandem naturam referendos ait, & artificij tantum
diſpoſitioniſque gratia in poëſi introduci, cum nullus ex
prædictis hominibus reuera extiterit. Hæc nos argu-
mento ſermonis inuitati protulimus: noſtram enim de
Deo cognitione nullo modo vel conferre fas eſt illis,
qui per materiam & cœnum volutantur. Quales tan-
Creſcentē notat dem ſunt diſciplinæ veſtræ? Quis non irrideat populares
& ſolemnes conuentus veſtros, qui malorum dæmo-
num occaſione celebrati, ad ignominiam redigunt ho-
mines? Vidi quendam ſæpenumero, & viſum ſum ad-
miratus, poſtea contempſi, vtpote qui aliter in animo
ſentit, foris aut quod non eſt mentitur, perquam deli-
catè gloriantem, & variis modis luxuriantem, dum par-
tim oculis micat, partim manibus geſticulatur, lutoſo
vultu inſaniens, nunc Veneri,nunc Apollini ſimilis,vnus
omnium Deorum accuſator, ſuperſtitionis epitome,præ-
B claratum actionum calumniator, hypocryta cædium,
adulterij promotor, inſanæ auaritiæ commendator, ci-
nædorum doctor, condemnandorum author: talem in-
quam, vidi, qui interim à nemine non laudabatur. Ego
verò mendaciſſimum hominem, & impietatem eius &
ſtudia abominatus ſum. At vos ab iſtis duci regique ſu-
ſtinetis, & alios qui non probant quæ facitis, indignè
calumniamini. Hiare nolo, licet multis canentibus: nec
inclinantem & mouentem ſe præter naturam imitari
πιθανῶς τὰ αἰσχρά. volo. Quid obſecro fit apud vos egregium, aut admira-
tione dignum? * Obſcœna verba naſo reſonante effu-
tiunt, & motus indecentes mouentur, & adulteriorum
in ſcena magiſtros filiæ & filij veſtri ſpectant. Honeſta
ſcilicet auditoria veſtra ſunt. Omnes nequitiæ noctur-
næ; & quid obſcœnè dictum demulcere poteſt audito-
Athletas, & gladiatores arguit. res, alta voce promulgantur. Egregij vero ſunt poëtæ
veſtri, mendaces, & figurato ſermone auditoribus impo-
nentes. Vidi quoſdam athletico corporis ſtudio grauatos,
& molem carnis ſuæ gerentes: illis præmia & co-
C ronæ per agonothetas, munerarios vocant, proponun-
tur, non virtutis ergò, ſed diſcordiæ & contumeliæ: &
qui verberando præualuerit, coronatur. Et hæc quidem
minora ſunt mala, maiora quis vel nominare non eru-
beſcat? Sunt qui propter luxuriam ſectantur otium, ſe-
que vendendos præbent ad cædem. Hic ſe venundat
pauper, diues emit occiſores, horum deinde teſtes futuri
ſedent, & gladiatores inter ſe ſingulari certamine nul-
lam ob cauſam committuntur, nec auxiliaturus accedit
quiſquam. Iſtáne rectè à vobis fiunt? Aliquis inter vos
excellens manipulum latronum colligit, gladiatorum ſe
nutritorem profeſſus: poſt illum gladiatores procedunt,
& omnes ad ſpectaculum ceu iudices conuenitis, huius
rei cauſa partim ad munerarij partim ad gladiatorum
improbitatem pertinet. Qui autem non interfuit cædi,
triſtatur, quod ſibi non contigerit immanis & ſceleroſi
facinoris ſpectatorem eſſe. Animalia carnis veſcendæ
cauſa mactatis, & homines emitis vt animo ſitis anthro-
pophagi, id eſt cæſis membris humanis & impiiſſima
D ſanguinis effuſione eam paſcatis. Gladiator itaque cæ-
dem perpetrat muneris accipiendi gratia, munerarius
eundem emit vt occidatur. Quid me iuuaret inſaniens
Oreſtes ſ. dicit. aliquis † ſecundum Euripidem, & Alcmæonis matrici-
dium nuncians? qui vultus ſui formam non habet, & la-
bris hiat diductis, & enſe accingitur, & clamore turget,
& ſtolam homine indignam gerit. Valeant etiam He-
geſilai fabulæ, & Menander ille verſificator. Quid eſt
quod tibicinem in fabulis admirer? Aut quid mirer An-
tigenidem illum Thebanum tibicinem Philoxeni diſci-
pulum? Concedimus vobis hæc inutilia: Vos autem vel
credite religioni noſtræ, vel ſimiliter nobis à veſtris nu-
Cynicos notat: Deinde alias ſectas. gis decedite. Quid magnum aut admirandum agunt Phi-
loſophi veſtri? Incedunt enim altero ex humeris negle-
cto, capillitium demittunt copioſum, barbam alunt, vn-
gues ſeros gerunt, & cum nihil ſe deſiderare dicant,
indigent tamen ſecundum Proteum, coriario propter
peram, textore propter tunicam, lignario propter bacu-
lum, diuitibus denique & coquo propter gulam. Qui

Deum ignoras; canem colis, & hominem ſine ratione E
tibi imitandum putas. Tu verò Cynice dum grauitate
clamans publicè, teipſum vlciſceris, & niſi aliquid ac-
ceperis, conuitia dicis. Platonicam Philoſophiam artem
lucrandi facis: & alius Epicuri ſophiſticam ſecutus alta
voce tibi reſiſtit: & iterum alias Ariſtotelicus eſſe vis, &
aliquis tibi conuitiatur ſecundum Democritum. Pytha-
goras Euphorbum olim ſe fuiſſe inquit. Ariſtoteles Phe-
recydis ſapientiæ hæres eſt, & animæ immortalitatem
criminatur. Denique in eadem ſecta dogmatum ſucceſ-
ſiones à diſcordibus turbantur, & conſenſum profeſſi
diſſentiendo pugnant. Eſt qui Deo corpus attribuat, ego *Deus corporis expers.*
nullum: alius mundum indiſſolubilem, ego ſoluendum
teor: alius per temporum vices incendium expectat, ego
ſemel duntaxat: alius iudices Minoem & Rhadaman-
thum agnoſcit, ego ipſum Deum: alius animam ſolam
immortalem fieri perſuaſus eſt,ego carnem quoque cum
anima. Quid lædimus vos, ô Græci? Cur nos qui ver-
bum Dei ſequimur, tanquam ſceleratiſſimos odiſtis?
Apud nos non inuenitur Anthropophagia; falſi teſtes F
hoc crimine contra nos confictæ deprehenſi eſtis. Apud
vos autem Pelops Deorum epulis apponitur, & amatus
Neptuno puer, & Saturnus filios, & Iupiter Metin de-
uorat. Deſinite vos alienis verbis iactate, & ſicut gra-
culus Æſopi non propriis pennis ornari. Si vnaquæque
ciuitas dictiones proprias vobis auferat, veſtra vos ſo-
phiſmata deficient. Dum de Deo inquiritis, quid in vo-
bis lateat ignoratis: & cœlum verſus hiantes, in foueas
delabimini. Labyrinthis ſimiles ſunt editiones librorum *Thales.*
veſtrorum, & qui eos legunt à Danaidum dolio non dif-
ferunt. Quid mihi tempus diuiditis? dicentes, aliam
eius partem præteriiſſe, aliam inſtare ſeu præſentem eſſe,
aliam futuram. Quomodo enim conuenit præterito cum
futuro vel inſtante? Imò ſicut nauigantes cum nauis mo-
uetur, præ imperitia ſenſuum,montes currere imaginan-
tur: ita vos quoque non agnoſcitis vos tranſire, tempus
autem ſtare tamdiu, quamdiu ipſum durare architectus G
voluerit. Cur me dicentem ea quæ meæ religionis ſunt
accuſatis, & omnia mea euertere contenditis? An vos
non ſimili nobis modo nati eſtis, cum eadem circa vos
cœli reuolutio vertatur? Siccine ſapientiam vobis ſolis
vſurpatis, cum non alius apud vos ſol ſplendeat, non
alia ſydera oriantur, nec peculiaris ſit generatio veſtra,
nec diuerſam quam cæteri mortales mortem expetiami-
ni? Initium nugandi Grammatici præbuerunt, & dum
ſapientiam partimini, à vera ſapientia abſtracti eſtis.Cæ-
terum nomina ſapientiæ partium attribuiſtis hominibus,
& cum ignoretis Deum, vos ipſi mutuis contentionib[us]
atteritis. Quocirca omnes nihil eſtis, & licet eruditio-
nem vobis arrogetis, non aliter tamen quàm cæcus cum
ſurdo diſſeritis. Quorſum tenetis inſtrumenta fabrilia
imperiti fabricandi? Quid vſurpatis verba, tantum ab
operibus diſſiti? Nam gloria vobis animum inflat, cala-
mitates deiiciunt. Temere abutimini habitu: etenim in
publico ſuperbiam oſtentatis, eruditionem in angulis
occultatis. Huiuſmodi ingenia veſtra cognita reliqui-
mus, nec amplius attingimus ſtudia veſtra, ſed Dei ver- H
bum ſectamur. Dic mihi bone vir, cur litteris bellum
excitas? cur pronuntiationes earum veluti pugno con-
ſtringis, & per balburiem Atticam in anguſtum redigis,
cum te potius pro tuæ linguæ natura loqui deceret?
Nam ſi Athenis non natus Atticiſſas, dic mihi cur non
Doricè loquaris? hoc fortè tibi barbarum videtur, illud
vero amœnius in colloquio. Ergo ſi tu illorum inſtitu-
tioni faues, cur mihi opiniones dogmatum, quibus fa-
ueo, deligenti reſiſtis? Nonne abſurdum eſt, cum latro
non ſtatim propter nomen ei intentatum puniatur, priuſ-
quam rei veritas exquiſitè noſcatur, nos conuitia pati &
odium veſtrum non examinata cauſa? Diagoras Athe- *Diagoras.*
nienſis erat, ſed quod myſteria apud Athenienſes pro-
phanaſſet, punitus eſt: huius Phrygios libros cum lega-
tis, nos odiſtis: & cum Leonis commentarios ſeneris,
noſtras redargutiones ægrè fertis. Item cum Apionis
opiniones de Diis Ægyptiis vobiſcum habeatis, nos *Act. 17.*
tanquam impiiſſimos relegatis. Sepulchrum Olympij

Iouis apud vos oſtenditur, licet quidam Cretenſes mentiri dicat. Nihil eſt illa multitudinis Deorum congregatio, licet contemptor eorum Epicurus faces in Deorum feſtis principibus præferat. Ego quam de Deo & rerum vniuerſitate cognitionem habeo, illam non celo. Cur mihi conſulis mentiri & diſſimulare meum viuendi genus? Cur tu qui mortis contemptum profiteris, eius mihi callidè declinandæ author es? At ego non ceruino ſum corde: veſtri verò ſermonis ſtudia loquaciſſimum Therſiten imitantur. Qui credam dicenti * ſolem eſſe glebam ignitam, & lunam eſſe terram? Talia enim dicta, verborum contentio ſunt, non veritatis inſtructio. Quomodo non ſtultum fuerit fidem habere Herodori ſcriptis de Hercule, vbi legitur terram eſſe ſuperius, vnde leo ab Hercule occiſus deſcenderit? Quid mihi ſtylus Atticus profuerit, & Philoſophorum accumulatio, & ſyllogiſmorum probabiles rationes, & menſora terræ, & ſyderum poſitus, & ſolis curſus? Nam his quæſtionibus implicari ad illum pertinet, qui ſibi ipſe dogmata præſcribit. Quapropter & leges veſtras contempſi. Etenim oportebat vnam vbique & omnibus communem reipub. rationem eſſe: nunc verò quot ciuitates, tot legum diſcrimina reperias, adeo vt quæ alicubi vt turpia ducuntur, eadem alibi laudentur. Græcis abominandum videtur coniungi cum matre, apud magos autem Perſarum in primis laudabile. Barbari puerorum amores damnant, iiſdem apud Romanos dignantur, qui pueros ſibi quamplurimos tanquam equos gregales colligere ſtudio habent. Hæc cum viderem, & inſuper myſteriorum particeps factus, omnes vbique, Deorum cultus per effœminatos & androgynos conſtitui experimento nouiſſem, item apud Romanos Latialem Iouem humano cruore, & ſanguine per homicidia fuſo placari: Dianam vero non procul Megalopoli ſimilibus gaudere, & alium alibi dæmonem malorum authorem facinorum deprehenderem: in me deſcendens quomodo tandem veritatem potiter inquirebam. Et cum diligenter circumſpicerem, in libros quoſdam Barbaros incidere mihi contigit, antiquiores multo quàm Græcorum Philoſophia, ſi ſpectes ætatem: & anguſtiores, ſi illorum errores. His ego fidem adhibui, quod ſtylus non eſſet phaleratus, nec vlla ſcriptorum affectatio, & ſermo nuſquam obſcurus: futurorum item euentuum prænotione, & magnitudine promiſſionum, & quod vnum vniuerſorum monarcham ſtatuerent, impulſus. Itaque mente mea diuinitus edocta intellexi, quod verba quædam in his libris condemnationis iuſtæ proferantur, alia vero a ſeruitute mundi nos abſoluant, & à multis principibus ac infinitis tyrannis nos abſtrahant: & conferant in nos, non quidem nouum aliquid, ſed quod olim acceptum erroris culpa retinere nequiuimus. Hic igitur cognitione initiatus atque perſuaſus, improbitatem priſtinam exuere volo, vt nudus & infantibus ſimilis reddar. Naturam enim improbitatis, minimorum ſeminum naturæ ſimilem eſſe ſcimus: vtpote parua occaſione corroborato peccato, ſed iterum diſſoluendo, ſi verba Dei complectamur, neque nos ipſi diſſipemus. Occulto enim theſauro quodam nos ſibi conciliauit, quem fodiendo veſtigantes, puluere quidem opplemur, ſed improbitati quominus radices agat occaſionem ſubtrahimus. Nam cui ſua omnia placent, is acquirendi meliora poteſtate ſe priuat. Hæc quidem noſtræ religionis conſortibus dixerim: vobis autem Græcis hoc potiſſimum, nec præſtantioribus conuitiemini, neque Barbarorum nomen latratum pro ludibrio habeatis. Quid enim cauſæ ſit quominus omnes gentes mutuo ſermone ſe intelligant, vobis quærendum relinquo, quamuis ſi noſtram hiſtoriam excutere velim, facilè copioſéque id edocerem. Nunc illud ago vt Philoſophiam noſtram multo Græcorum ſtudiis antiquiorem oſtendam, ad quod efficiendum, Moſen & Homerum, quorum vterque in ſua natione vetuſtiſſimus eſt, nobis proponamus: hic enim poëtas & hiſtoricos omnes ætate præit: Ille totius Barbaricæ ſapientiæ author eſt. Eos igitur ſi inuicem conferamus, religionem noſtram non modo Græcorum diſciplinis, ſed etiam litterarum inuentione ſuperiorem deprehendemus. Cæterum teſtes non domeſticos, ſed ipſos potius Græcos, qui mihi ſuffragentur, adhibebo: ne quid vobis ſuſpectum vel merito reiiciendum eſſe poſſit. Nam ſi è veſtris ſcriptoribus, quorum authoritati nemo veſtrum contradicit, ab omni ſuſpicione aliena argumenta protulero, erit quod merito admiremini. Itaque de poëſi Homeri, eiuſque genere & tempore quo claruit, antiquiſſimi viri inueſtigarunt; nempe Theagenes Rhegius, qui ſub Cambyſe claruit, Steſimbrotus Thaſius, Antimachus Colophonius, Herodotus Halicarnaſſeus, Dionyſius Olynthius, poſt quos Ephorus Cumanus, Philochorus Athenienſis, & Megaclides Chamalæenſis Peripaterici: deinde grammatici, Zenodotus, Ariſtophanes, Callimachus, Crates, Eratoſthenes, Ariſtarchus, Apollodorus. Ex iſtis Crates, ante Heraclidarum deſcenſum Homerum floruiſſe tradit intra octoginta annos poſt bellum Trojanum: Eratoſthenes verò poſt centeſimum annum ab Ilio capto: Ariſtarchus circa Ionicam migrationem, quæ annis centum & quadraginta res Iliacas ſecuta eſt: Philochorus, poſt Ionicam migrationem præſidente Athenis Arcippo, poſt Ilij captiuitatem annis centum & octoginta: Apollodorus poſt eandem migrationem annis centum, id eſt, ab Ilio capto annis ducentis & quinquaginta: ſunt qui ante Olympiades eum vixiſſe aſſerant, hoc eſt poſt Trojam captam annis quadringentis & nonaginta. Alij longius deſcendentes, Archilochi ſæculo Homerum coniungunt. Claruit autem Archilochus circa Olympiadem viceſimam tertiam, tempore Gygis Lydi, annis à bello Trojano quingentis. Hæc de Homeri ætate, & ſcriptorum ſuper ea diſſenſione, aliis diligentius inquiſituris breuiter & per ſumma capita, tanquam ſatis à me explicata relinquo, etſi poſſem illorum de temporibus opiniones ceu falſas refellere. Vbi namque temporum ratio non cohæret, ibi ne hiſtoria quidem vera eſſe poteſt. Nam vnde errores ſcriptorum oriuntur, ſi non ex componendo quæ vera non ſunt? Cæterum apud nos inanis gloria non affectatur, neque ſententiis vtimur diuerſis: ſed à rebus vulgaribus & terrenis ſeiuncti, & Dei præceptis addicti, & legem Patris immortalitatis ſequentes, quicquid humanæ gloriæ coniungitur auerſamur. Non diuites ſolum nobiſcum philoſophantur, ſed etiam pauperes gratis inſtituuntur. Maior enim eſt doctrina de Deo, quam vt humanis muneribus compenſari queat. Eodem modo quoſuis audiendi cupidos admittimus, & anus, & adoleſcentes: omnis denique ætas ſimpliciter apud nos honoratur procul autem laſciuia relegatur. Dicendo præterea non mentimur, vtinam verò pertinax incredulitas veſtra tandem circumſcriberetur: quod ſi non fiat, noſtra tamen religione Dei iudicio confirmata fruemur: vos interim, ſi libet, ridete: olim enim tempus erit lugendi. Nonne abſurdum eſt Neſtorem quidem iam imbecillem & grauem ſenecta, equorum lora quamuis inualide & tardè abſcindentem, eo quod non minus quàm iuuenes in prælio ſe ſtrenuum præbere conaretur, admirationem apud vos mereri: eos verò qui apud nos iam ſenes diuina tractant rideri? Quis non rideat quando Amazones & Semiramin, & alias neſcio quas bellicoſas mulieres celebratis, noſtris autem virginibus conuitiamini? Adoleſcens erat Achilles, & maximæ fortitudinis exiſtimationem habuit: & iunior Neoptolemus, ſed fortis erat. Philoctetem licet inualidum Trojæ capiendæ intereſſe oportere dæmon quidam reſpondit. Qualis fuit Therſites? exercitum tamen ducebat: & niſi loquacitatis vitio laboraſſet; non de acuminata depiliique calua conuitium audiuiſſet. Nullum qui Philoſophari nobiſcum velit ex vultu probamus, neque accedentes ad nos ex habitu iudicamur. Vires enim ingenij omnibus ſuppetere poſſe arbitramur, illis etiam quorum corpora infirma ſunt. Veſtra verò vita inuidiæ & ſtultitiæ plurimum habet. Quapropter à rebus illis, quas vos in magno pretio ducitis, recedere decreui: quoniam vitam nos caſtam & frugi degimus, at veſtri mores mollitie & luxu diffluunt. Vos enim qui inter mulieres & adoleſcentes, & virgines & ſenes, nugati nos dicitis, & quia

Homeri ætas.

Vide Euſeby Chronicon.

Diſciplina Chriſtiana.

non

A non vobiſcum coniungimur ſubſannatis, nugas audiris Græcanicas. Namque prorſus delira ſunt quæ tanti æſtimatis, ſtudia veſtra circa Deorum religionem? indecenter etiam circa gynæconitim & muliebrem ſexum vos geritis.

Poetria.

Lyſippus enim Praxillæ, quæ nihil vtile ſuis carminibus docuit, ſtatuam æream fabricauit. Learchidis ſtatuam Meneſtratus fecit, Sapphus meretricis Silanion, Erinnæ Lesbiæ Naucydes, Myrtidis Boiſcus, Myrus Byzantiæ Cephiſodorus, Praxigoridis Gomphus, Clitus Amphiſtratus, Anytæ Euthycrates & Cephiſodorus, Teleſillæ Niceratus, Myſtidis Ariſtodotus, Mneſarchidis Epheſiæ Euthycrates, Corinnæ Silanion, poſtremo Thalarchidis Argiuæ Eutychrates ſtatuam reliquit. Has omnes enumerare volui, vt apud nos etiam nihil nouum fieri exiſtimetis, & mulierum veſtrarum ſtudia conferentes, eas etiam quæ nobiſcum philoſophantur non irrideatis. Veſtra eſt meretricia muliercula Sappho, quæ inſano amore capta ſuam ipſa laſciuiam cantat: noſtræ verò omnes pudicæ ſunt, & intentæ lanificio virgines diuinos ſermones ediſſerunt, multo honeſtiore quàm veſtra puella ſtudio.

Virginum Chriſtianarum verecitia.

B

Quin igitur erubeſcite, qui cum ipſi muliercularum diſcipuli ſitis, eas quæ nobis coniunctæ ſunt ſubſannatis. Honeſtam verò prolem veſtra vobis peperit Glaucippe. Quis pater illud monſtrum genuit; ſi verum eſt quod eius imago per Niceratum Athenienſem Euctemonis filium fabricata repræſentat. Nam ſi elephantum enixa eſt, ideone publicum honorem commeruit? Phrynen meretricem Praxiteles & Herodotus ſtatuarij fecerunt, Panteuchydem è ſcortatore grauidam Euthycrates ex ære fabricauit: Beſantidem Pæonum reginam, quod infantem nigrum peperiſſet, Dinomenes arte ſua poſterorum memoriæ tradidit. Ego etiam Pythagoræ ſtatuatij Europam tauro impoſitam improbo, & vos qui Iouis accuſatorem artis tantummodo gratia honoraris. Meconis quoque ſcientiam rideo, qui buculam effinxit, & victoriam ſuper impoſuit, eo quòd Iupiter Agenoris filia rapta adulterij & luxuriæ præmium reportauerit. Glyceram ſcortum, & Argiuam pſaltriam Herodotus Olynthius expreſſit. Bryaxis Paſiphaën erexit, cuius vos libidinem commemorando, tantum non noſtri quoque temporis mulieres ei ſimiles euadere velle videmini. Melanippe quædam ſapiens erat mulier, cuius gratia Lyſiſtrati artem ſubiit. At vos mulieres nobiſcum nullas ſapere creditis. Egregius ſcilicet fuit tyrannus ille Phalaris, qui lactentes adhuc infantes vorauit, & expreſſus ingenio Polyſtrati, tanquam vir aliquis admirandus, etiamnum oſtenditur. Et cum Agrigentini faciem eius Anthropophagia contaminatam intueri abhorreant, non deſunt literati homines qui imaginem eius vidiſſe gloriantur. Quis non vitio vobis vertat, quod Polynicis & Eteoclis imagines ſpectando, mutuam fratrum cædem probare videamini, & non potius eas vna cum ipſarum artifice Pythagora peſſunderis? Pereant iſta; vndè vitiorum memoria menti renouatur. Quid ad me Periclymeni opus, muliercula, quæ vno partu infantes triginta peperit, quod pleri que miraculum putant, cum potius magnæ intemperantiæ fructus hic exiſtimari deberet, & illa abominabilis videri, vtpote ſimilis ſcrophæ Romanæ, quæ itidem propter euentum ſimilem factum quendam cultum conſequuta fertur. Harmoniam ex Martis & Veneris adulterio natam Andron vobis effinxit. Sophron, qui nugas & nequitias literis mandauit, ærea ſtatua clarior euaſit, quæ etiamnum durat. Æſopo fabulatori perpetuam memoriam, non fabulæ ſolum eius, ſed Ariſtodemi quoque ars celebritatem conciliauit. Ergo qui tot inutiles poëtrias, meretrices innumeras, & tot improbos viros habetis, honeſtam noſtrarum mulierum vitam calumniari non erubeſcitis? Quid operæpretium fecerim ſi Euanthem in Peripato Calliſtrati arte hiantem, aut Nearam ſcortum Calliadæ opus ſpectem? Inſignis meretrix erat Lais, hanc pro ſcortationis monumento Turnus fabricauit. Cur non pudet vos Hephæſtionis ſcortatoris, vtcunque eleganter à Philone repræſentati? Cur

C

D

propter Leocharis ſculptoris artificium, Ganymedem illum effœminatum, tanquam eximium aliquid habentes, colitis? Spilumenen, id eſt, contaminatam quandam mulierculam Praxitelis fecit. Arqui oportebat vos quicquid huiuſmodi eſt repudiare, déque bonis reuera & ſeriis rebus inquirere: non autem Philænidis & Elephantidis neſanda facinora vobis vendicantes, noſtrum viuendi genus exectari. Hæc equidem non aliunde audita narraui, qui magnam terræ partem peragraui, & tum veſtra ſtudia profeſſus ſum, tum artes & inuentiones multas exercui, & tandem Romæ verſatus, varias à vobis illuc delatas ſtatuas inſpexi, ne quis me putet, quod plerique ſolent, alienis opinionibus niti: verùm omnia illa, quorum oculatus teſtis ſum conſcribere inſtituo. Vale dixi igitur Romanorum iactantiæ, Athenienſium frigido ſermoni, & diſſentientibus illorum ſtudiis: & Barbaricam noſtram Philoſophiam complexus ſum: quæ quomodo veſtris diſciplinis antiquior ſit (quod ſupra ſcribere incœpi, ſed propter aliud neceſſarium orationis argumentum non abſolui) nunc explicare pergam. Vos quæſo noſtram eruditionem non ægrè ferte, neque nugis & ſcurrilibus dictis plenam aduerſus nos contradictionem moliamini, dicentes fortè: Tatianus contra Græcos, contra infinitam philoſophorum multitudinem noua Barbarorum dogmata defendit. Arqui non mirum eſt, homines imperitos, ab homine eiuſdem naturæ coargui. Itáne abſurdum exiſtimatis ſophiſtam veſtratem imitari? cuius hoc dictum fertur: Semper ego addiſcens multa ſeneſco ſimul. Cæterum Homerus mox à bello Troiano vixiſſe ſtatuatur, aut etiam eiuſdem belli tempore, atque ſub Agamemnone militaſſe, aut ſi liber ante literas inuentas. Moſem enim ſupra nominatum, non ipſa modo Ilij captiuitate, ſed etiam eius vrbis conſtructione & Troë & Dardano regibus multis annis antiquiorem fuiſſe conſtabit. Vtar autem ad id probandum Chaldæis, Phœnicibus, & Ægyptiis teſtibus. Quid multa? Decet eum qui perſuadere velit rem ipſam quàm breuiſſimè proponere. Beroſus igitur Babylonius, Beli, in Babylone Sacerdos, qui Alexandri ætate vixit, & Antiocho poſt Alexandrum tertio, Chaldæorum hiſtoriam tribus libris perſcripſit, & regum geſta expoſuit; cuiuſdam Nabuchodonoſor nomine, qui Phœnicibus & Iudæis bellum intulerit, mentionem facit: quæ quidem à Prophetis noſtris commemorata ſic eueniſſe ſcimus, ſed multò poſt Moſis ætatem, annis ante Perſarum regnum ſeptuaginta. Beroſum certè locupletiſſimum eſſe teſtem, vel ex Iubæ de Aſſyriis ſcripta conſtat hiſtoria, quam ſe ab illo accepiſſe fatetur. Poſt Chaldæorum autem hiſtoriam res Phœnicum ita ſe habet. Fuerunt apud eos tres viri, Theodorus, Hypſicrates & Mochus: horum libros in Græcam linguam tranſtulit Chætus, qui & Philoſophorum vitas accuratè conſcripſit: Et in hiſtoriis eorum indicatur, ſub rege quodam raptum Europæ contigiſſe, & Menelaum in Phœniciam aduenisſe: item Chirami regis mentio fit, qui Salomoni Iudæorum regi filiam collocauit, & omne genus lignorum ad extructionem templi donauit. Meander etiam Pergamenus hæc eadem ſcriptis teſtatur. Ætas autem Chirami vicina eſt Iliaco bello, & Solomon Chiramo coæuus longè inferior eſt ſæculo Moſaico. Extant etiam annales Ægyptiorum diligentiſſimè concinnati, & rerum in eis contentarum interpres eſt Ptolemæus, non quidem rex, ſed Mendeſius Sacerdos. Is vbi regum geſta narrat, ſub Amaſi Ægyptiorum rege Iudæos ex Ægypto migraſſe teſtatur in ſuam regionem, Moſen ducem ſequutos: ſic autem ſcribit. Amaſis fuit tempore regis Inachi. Appion item Grammaticus, vir celeberrimus libro quarto hiſtoriæ Ægypriacæ (ſcripſit enim quinque libros) inter cætera inquit, quòd Mariam perfoderit Amaſis rex, qui Inachi Argiui ſæculo vixit, vt in ſuis annalibus author eſt Mendeſius Ptolemæus. Cæterum tempus ab Inacho vſque ad Ilij captiuitatem ætates implet viginti. Hæc igitur probatio noſtra eſt.

Argiuorum rege hi fuerunt, Inachus, Phoroneus, Apis, Criaſis, Triopas, Argius, Phorbas, Crotopas, Sthe-

E

Tatiani peregrinationes & ſtudia.

F

Beroſus.

G

Moſis ætas.

Res Phœnicum.

Solomon.

H

Ptolemæus Sacerdos.

Appion.

nelaus, Danaus, Lynceus, Prætus, Abas, Acriſius, Perſeus, Sthonelaus, Euryſtheus, Atreus, Thyeſta, Agamemnon, cuius imperij anno decimo octauo capta eſt Troja. Debet autem qui ſapit diligenter obſeruare, quod vt ipſi de ſe Græci teſtantur, nulla olim apud ipſos hiſtoriarum annotatio fuerit. Caducus enim qui Græcis literas è Phœnicia attulit, multis pòſt annis Bœotiam ingreſſus eſt. Poſt Inachum autem vix tandem ſub Phoroneo ferina & paſtoralis hominum vita mitior & elegantior facta eſt. Quamobrem ſi Moſes Inacho ſit æqualis, Trojano bello quadringentis annis antiquior erit. Quod ita ſe habere demonſtratur per ſucceſſiones Atticorum regum & Macedonicorum & Ptolemaicorum & Antiochicorum. Ergo ſi poſt Inachum elata Græcorum geſta annotari demum & cognoſci cœperunt, nimirum etiam poſt Moyſen. Nam Photoneo qui ſucceſſit Inacho, Ogygus apud Athenienſes æqualis fuit, ſub quo primum diluuium contigit: Phorbanti autem Actarus, à quo attica regio actæa dicta, Coætaneus fuit: Triopæ ſæculo Prometheus & Epimetheus vixerunt & Atlas & Cecrops ille Diphyes, & Io: Cecropis tempore Phaëthonteum illud incendium, & deucalionis diluuium contigere: ſub Stenelo regnum Amphictyonis & Danai in Peloponeſum aduentus, & Dardania à Dardano Condita, & Europæ & Phœnicia in Cretam reſtitutio celebrantur. Lynceo regnante, Proſerpina rapta eſt, templum in Eleuſine Coëditum, Triptolemus fruges ſeminauit, Caducus aduenit Thebas, & Minos imperauit in Creta: Proëti ſæculo, Euucolpo & Athenienſibus bellum interceſſit, ſub Acriſio, Pelops ex Phrygia tranſiuit, Ion Athenas peruenit, Cecrops item ſecundus clatuit, & Perſei liberique patris geſta floruerunt, & Orphei diſcipulus Muſaris: Deinde Agamemnone duce captum eſt Ilium. Sic iam apparet ex prædictis quod Moyſes priſcis heroïbus antiquior ſit, & ex bellorum temporibus, quod Gentilium etiam Dæmonum ætatem præceſſerit: & æquum eſt vt ætate majori fides habeatur, potius quam Græcis qui illius dogmata non rectè intellecta è fonte hauſerunt. Multi namque Græcorum ſophiſtæ, curioſitate quadam inducti, quæcunque à Moyſe & ſimilibus ei ſapientibus viris didicerunt, deprauare & ſecus efferre conantur: partim vt ipſi proprium aliquid promere videantur partim vt ea quæ non intelligunt, fictâ quadam ſermonis compoſitione velantes, veritatem ſuis commentis vitient. Sed de adminiſtratione noſtra, & religionis noſtræ hiſtoria, quæcunque dicta ſunt ab eruditis Græcorum, & qui quotque numero eius meminerint, in libro ad eos qui rebus diuinis ſimplicem fidem detrahunt, demonſtrabitur. In præſentia vero diligentiſſimè declarabo, quod non Homero ſolum Moyſes antiquior ſit, ſed inſuper aliis qui Homerum anteceſſerunt ſcriptores, Lino inquam, Philammone, Thamyride, Amphione, Muſæo, Orpheo, Demodoco Phemio, Sibylla, & Epimenide Cretenſi, qui ſpartam venit, item Ariſteo Proconneſio, qui de Arimaſpiis ſcripſit, Asbolo Centauro, Iſatide, Drymone, Eumiclo, Cyprio, Horoſamio, Proſantide Athenienſi. Si quidem Linus Herculis eſt diſcipulus: Hercules autem vnius hominis ætate res Trojanas præcedit, quod ex filio eius Tlepolemo liquet, qui contra Trojanos militauit. Orpheus vna cum Hercule vixit: nam quæ attribuuntur ei poëmata Onomacritus Athenienſis Piſiſtradis imperantibus circa quinquageſimam Olympiadem compoſuiſſe fertur. Orphei diſcipulus fuit Muſæus: de Amphione non opus eſt plura dicere, quod conſtet eum duabus ætatibus autem bellum Trojanum clatuiſſe. Porro Demodocus & Phemius ſub ipſo bello Trojano celebres fuerunt; hic enim Procis, ille Phæacibus conuerſabatur. Thamyris autem & Philammon non multo fuit his antiquiores. Sed de temporibus & eorum annotatione diuerſas ſententias abundè vobis explicatas puto. Reliquum eſt, ne quid deeſſe videatur, vt de nonnullis etiam ſapientiæ nomine claris quando vixerint aperiam. Minos igitur, quis omni ſapientiæ genere excellere viſus eſt, & ingenio clarus & legalibus latis, ſub Lynceo qui poſt Danaum regnauit, vndecima poſt Inachum ætate floruit. Lycurgus multò poſt Ilij captiuitatē natus, annis centum ante Olympiades Lacedemoniis leges præſcripſit. Draco circiter triceſimam nonam Olympiadem naſcitur, Solon circa quadrageſimam, Pythagoras circa ſexageſimam ſecundam. Olympiades autem poſt bellum Trojanum annis quadringentis & ſeptem inſtitutas oſtendimus. Hæc ergo cum ita ſe habeant, paucis adhuc ſeptem quoque ſapientum ætates commemoremus. Illorum autem vetuſtiſſimus Thales, cum circiter quadrageſimam Olympiadem vixerit, non eſt quod plura de reliqois afferantur. Hæc vobis, ô Græci, Tatianus ego barbaræ Philoſophiæ ſectator compoſui, natus apud Aſſyrios, & veſtris primùm ſtudiis imbutus, deinde vero illis, quæ nunc ſouere me profiteor. In poſterum vero, quoniam Deum & opus eius agnoſco, firma mihi & nunquam neganda remanente diuina inſtitutione, paratum me vobis ad examinanda mea dogmata præbeo.

EIVSDEM TATIANI ASSYRII SS. Euangeliorum Diateſſaron, id eſt, Vnum ex quatuor.

EX INDICE LIBRORVM Expurgandorum Ioann. Mariæ Braſſichellenſis Magiſtri ſacri Palatij.

EX his quæ inferius tertio ſæculo ad Epiſtolam Victoris Capuani ante harmoniam Ammonij poſitam annotabimus, facilè conſtabit ſequens opus eſſe Tatiani Syrij, & non Ammonij Alexandrini ſub cuius nomine hactenus vulgarum fuerat: In hoc ſi quidem exactè omnia competunt, quæ Euſebius & Theodoretus de Diateſſaro Tatiani prodiderunt. Quo circa vt probè noſcas, & cuius authoris & qua authoritate hic liber ſit habendus, ab hæretico authore fraude & impoſtura compactus, accipe qui de ipſo ſcribat Euſebius libro 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 27. In hæc verba. Tatianus ille qui erat primus author & princeps Encratitarum, coniunctionem quandam & collectionem Euangeliorum neſcio quomodo compoſuit, illudque opus Diateſſaron, id eſt, vnum Euangelium *ex quatuor collectum*, nuncupauit. Hæc Euſebius. At quid ſibi vult illud, neſcio quomodo, niſi fraudem & dolum hæretici authoris opus concinnantis. Id quod Theodoretus palam expoſuit libro 1. hæret. fabularum hiſce verbis, Tatianus compoſuit etiam Euangelium quod dicitur Diateſſaron, id eſt, ex quatuor vnum, amputatis genealogiis, & aliis quæcunque oſtendunt Dominum natum eſſe ex Dauid ſecundum. Eo autem vſi non ſolum ſunt, qui ſunt illius ſectæ, ſed hi etiam qui dogmata Apoſtolica ſequuntur, compoſitionis fraudem non agnoſcentes, ſed ſimplicius eo tanquam libro compendioſo vtentes. Ego quoque inueni pluſquam ducentos huiuſmodi libros qui in honore habebantur in noſtris Eccleſiis, quos cum omnes ſimul coëgiſſem, depoſui, & in eorum loco repoſui quatuor Euangeliſtarum Euangelia. Hactenus Theodoretus. Cernis apertè in hoc ipſo opere reciſas genealogias Domini, & alia quæ Chriſtum ex Dauid ſecundum carnem genitum demonſtrant, vt illudit & Tatiani opus eſſe non dubites totum, dulo & impoſturâ ad ſtabilimentum hæreſis conferruminatum. Quo circa inſcriptio ita mutanda videtur: SS. Euangeliorum Diateſſaron, id eſt vnum ex quatuor, Tatiano Syro hæreſiarcha Encratitarum principe authore.

NOTA.

Zacharias Chryſopolitanus Epiſcopus ignoraſſe videtur ſuperſtitem fuiſſe Tatiani concordiam hanc, dum

hæc in tertia ſua ad Monoteſſaron Ammonij præfatione ſcriberet non prætermittenda. Tatianus etiam vir eruditiſſimus & eleganti Eloquentia præditus, cuius commendationem B. Hieronymus io libro de viris illuſtribus non tacuit, & vnum ex quatuor (vt Eccleſiaſtica narrat hiſtoria) compaginauit Euangelium & Magnificos contra Gentiles libros edidit. Hic B. Iuſtini Philoſophi & Martyris dum adhuc viueret diſcipulus fuit: deinde vero doctrinæ ſupercilio elatus ad hæreſes conuolauit. Sanè ſi huius hæreſiarchæ ſupereſſet opus Euangelicum, quod S. Iuſtini Martyris lateri adhærens fortaſſis caplicuit, in eo Domini. Ieſu verba diligenter amplecti, ſecurè legere ouibus eius vocem cognoſcentibus nihil prohiberet. Nam ſicut Sacramenta ſine ſuis corruptione participantur & à malis; ſic veritatis verba ſiue dicta, ſiue facta, ab hæreticis ſuo proprio tenore minimè priuati poſſunt. Quo fit quod Origenis errorum peruerſitas, eius ſtudium in qua parte clatuit nequaquam decolorauit. Vitæ quoque Salomonis enormitas eius, imo Dei in eo ſapientiam nullatenus obnubilauit, &c.

In principio erat Verbum, per quod condita ſunt omnia, iu fine tandem temporum Caro factum. Ioan.1. Idque nouo naſcendi modo, ex Virgine Maria Ioſeph Cuidam Neptui traditâ: Matth. 1. Sed Gabrielis Paranymphi Cœleſtis Nuntio grauida. Lucæ 1. Quæ res maritum Ioſeph Sacramenti neſcium traxit in admirationem, vt niſi diuino fuiſſet edoctus oraculo, conſilium de Virgine deſerenda, ita vt conceperat animo, haud dubiè impleſſet. Matth. 1. Cenſi capite ſunt tum fortè Octaui Auguſti edicto, omnes qui Romano parebant imperio: quum Ioſeph, betlotum quæ ciuitas erat Dauid ad quem genus referebat, ſimul cum Virgine proficiſcitur, vbi illa partu ſoluta, enixa eſt Chriſtum aderat moa Angelus è Cœlo delapſus præco, agmine Cœleſtium ſpirituum longo ſtipatus, qui paſtoribus noctu eo loci excubias agentibus, natum hominibus ſeruatorem nuntiaret. Lucæ 2. Neque latuit Magos ad ſolis ortum longis terrarum ſpatiis etiam diſſitos, ea natiuitas. Matth. 2. Quippe poſt circunciſum octauo die infantem, Ieſúmque vocatum, Luc.2. Ipſi tertio decimo, Hieroſolymam, noua quadam ſtella duce venientes, Regem Iudæoruum prædicant natum. Ac communicato cum Herode principe & Scribis conſilio in Bethleem inuentum adorant, ac venerantur muneribus. Matth.2. Sed & iuſtus ille Simeon, Annáque Phanuelis filia Prophetico ſpiritu afflati, oblatum poſt dies quadraginta in Templo agnouerunt Chriſtum, lætis prædicationibus fauſta terris ominantes. Luc. 2. Iniquo animo hæc tulit Herodes, natumque recens puellum conatur extinguere. Itaque Ioſeph rediens Nazareth. Luc.2. Oraculo admonetur vt fuga in Ægyptum, infantis vitæ conſulat, ídque io tempore: nam non multo poſt ita ſuccenſus Rex, bimulos omnes ac natu minores gladio ſuſtulit. Matth.2. Creſcebat interea puer & confortabatur ſpiritu, continuum ſeptennium agens in Ægypto vſque poſt Herodis interitum. Quem vbi Ioſeph cœlitus per quietem didicerat, reducem ſeſe tum patriæ Nazareth protinus cahibuit. Luc.2.

Porrò annum agens Ieſus duodecimum, parentes Hieroſolymam ſequutus, quò illi ſtatis quibuſdam anni diebus ſacrorum gratia confluebant, Patris cœleſtis agens negotium, diuinæ legis doctorum cœtui, toto triduo permixtus, parentes paululum declinauit. Deinde inuentus ab his, diuinámque voluntatem cauſatus quia ſe ſubduxerat, domum redit morigerus in omnibus. Luc. 2. Ioannes aliquanto pòſt, Zachariæ filius Chriſti anteambulo, prædicationis munere clarus fuit. Matth.3. Marc.1. Luc.3. Acceſſit prædicationi pœnitentiæ, iuncto baptiſmo, tanta vitæ ſanctimonia, cultuſque auſteritas, vt à Iudæorum primoribus dubitatum ſit num eſſet ille Chriſtus, legatione adſciſcitandum veritatem in id decreta. Verùm Ioannes faſſus planè quod erat, Eſaiæ de ſe affert vaticinium, quo clarius delegata ſibi à Deo prouincia intelligeretur. Ioan.1.

Ieſus interea trigeſimum fermè ætatis annum attigerat, quum Galilæam relinquens, Iordanis peteret fluenta:
vbi à Ioanne lauacro tinctus, multum primò reluctante, E
quaſi præpoſterum illud eſſet officium: auditáque vox
Patris Cœleſtis, hunc dilectum ſibi filium atteſtantis.
Matth.3. Marc.1. Luc.3. Subductus hinc in deſertum, poſt
quadraginta dierum inediam, Tentatoris ſuſtiouit graſ-
ſantis inſidiantis. Matth.4. Marc.1. Luc.4. Ioannes deinde
viſo Ieſu, agnum Dei hunc eſſe apertè indicat, qui totius
mundi auferat delicta. Atque eo teſtimonio primùm ille-
cti, Bariona, cum fratre Andrea Ieſum ſequitur, Philip-
pus mox vocatus addit ſe ſocium. Ioan.1. Tertio die vo-
catus ad nuptias, virtutem diuinam aquâ in vinum
commutatâ prodidit, ſimulque eiectis è templo merca-
toribus. Ioan.2. Huic acceſſit copioſa piſcium captura
in Ieſu verbo, quum vano labore Petrus totam noctem
conſumpſiſſet. Vnde ſtupor ille, verbaque: Exi à me Do-
mine, quia peccator ego ſum. Luc.5. Baptizabant interea
paſſim & Ieſu, & Ioannis diſcipuli. Ioann.4. Quæ res
materiam orti poſt inter illos liuoris ſuppeditabat. Ve-
rùm Ioannes de Ieſu rebus fœliciùs promouendis ita lo-
quebatur: Illum oportet creſcere, me autem minui. Qui F
de cœlo venit ſuper omnes eſt. Ioann.3. Atque ita futu-
rum breui indicauit euentus: Ioanne per Herodem
(quod ſe admonuiſſet errati) primùm coniecto in vin-
cula, deinde capitis damnato. Matth.14. Marc.6. Quæ
crudelitas Ieſu, è Galilæa migrandi in fines Zabulum
& Nephtalim, occaſio fuit. Vbi primum pœnitentiam,
regníque cœleſtis confinitatem prædicauit. Matth.4.

Annus primus Dominicæ prædicationis.

FIrmatâ de ſe, editis miraculis, diuinitatis opinione,
ad doctrinam Euangelicam longè lateque diuulgan-
dam, Ieſus animum conuertit. Locumque Eſaiæ quo Eſai.
ait: Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit me:
Euangelizare pauperibus miſit me: cum his, quæ ſe-
quuntur, palàm ſuæ functioni congruere indicauit. Luc.
4. Elegit autem diſcipulos duodecim Matth.10. Marc.3.
Luc.6. quibus conſcenſo monte ſeparatim propoſuit bea- G
titudinis quaſdam formulas, longè diuerſas ab his quas
vulgus hominum ſectatur. Proinde definiuit arma qui-
bus velit eſſe inſtructos cœleſtis doctrinæ præcones, po-
teſtate illis factâ, impuros dæmones pellendi, ſimulque
curandi morbos. Matth.5. Nec minor illi fuit ſollicitudo
docendi plebem, poſtquam relicto monte in latè paten-
tes campos deſcenderat. Luc.6. Doctrinam ſequuta ſunt
miracula, aut ſi quis malit appellare, varia in miſeros
collata beneficia. Leprâ vitiatum corpus ſuæ puritati re-
ſtituitur. Matth.8. Marc.1. Vexatus à Cacodæmone, in
Synagoga, ſibi reſtituitur. Marci & Luc.4. & 5. Centu-
rionis famuli paralyſis conſolidatur. Marc.8. Luc.7. Ioan.
4. Viduæ natus vnicus à morte ad vitam reuocatur, ad
portam ciuitatis Naim. Luc.7. Quid multa? omnes cor-
pore affecti, quos fama per vniuerſam Syriam diſperſa de
Ieſu coëgerat, bonæ valetudini reducuntur. Matth. 4.
Marc.3. Luc.4. Ioan.6. Nec contentus his beneficiis cor-
poralibus, mulierem in Phariſæi conuiuio malè actæ H
vitæ conſcientia ægram abſoluit. Luc.7. Multos tum cu-
pido inceſſerat illum ſequendi: verùm affectus terrena-
rum rerum obſtitit. Alius enim fortunæ ſtrepitum ſibi
pollicetur, & audit Filium hominis ne tantillum qui-
dem habere ditionis vt caput eò reponat, quum alitibus
nidi ſint & vulpibus ſuæ ſpecus. Alius paterni funeris
curationem præfert Chriſti contubernio, cui dicitur:
Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Matth. 8. Luc. 9.
Alius proinde domeſticorum ac neceſſariorum curam
prætexuit vt non protinus ſequeretur: quem aranti ſi-
milem facit, vultu in tergum verſo. Luc.9. Cæterum re-
gionem petituro Geraſenorum, traiiciendus erat lacus in
quo naui vectus dormiebat, ac coorta interim tempe-
ſtate, ventos maréque compeſcuit. Matth.8. Marc.4.
Luc.8. Porrò ad portum vbi appulit, ſpiritibus immun-
dis obnoxios, præter modum ſæuientes liberans, porco-
rum gregem rapi in præceps permiſit. Matth.8. Luc.8.
Marc.5. Rediens inde Capharnaum Paralyticum per te-
gulas dimiſſum alienæ fidei reſpectu ſanat. Matth. 4.

Marc.2.

Marc.2. Lucæ.5. Et pauculos poſt dies Iudæam repetit, atque in Teloneo conſpectum Mathæum Publicanum vocat ad Apoſtolici muneris functionem. Matth.9. Marci 2. Luc.5. Rurſus in Galilæam profectus per mediam Samariam, in colloquium incidit cum muliercula prope puteum. Vnde illa edocta, Meſſiam veniſſe qui dicitur Chriſtus, palàm fatetur. Ioan.4. Deinde in Canam Galilææ ſe contulit inter eundum regij cuiuſdam viri filium iam moribundum, ea hora qua ille ſalutem petebat, viuere prædicauit. Ioan.4. Succedit mox conuiuium Leui, quo receptus Ieſus ſimul cum Publicanis, à Phariſæis reprehenditur. Verùm ille medicum ſe eſſe teſtatus, morbo laborantes potiſſimum ſua ope indigere indicauit. Proinde miſericordiam qua agentibus ſuccurreret, longè præſtare ſacrificio. Vertunt item vitio diſcipulis Ieſu, Ioannis ſectatores, quòd ſe non ad Phariſæorum morem ieiuniis macerarent. Et audiunt iniquum videri vt ſe ſponſo præſente, lugeant filij: nouumque viuendi inſtitutum, veterum permiſſione confundatur. Perinde ac in communi rerum vſu, deſipere dicitur qui veteri veſtimento particulam noui panni aſſuat, nouumque vinum vtribus annoſis audeat committere. Matth.9. Marc.2. Lucæ 5. Nec contenti Phariſæi obtrectatione, qua omnia Chriſti facta calumniabantur: ſed ſignum quoque nouum expetunt, quaſi verò ille nullum exhibuerit. Et reportant aptum malignitati ſuæ reſponſum. In filios videlicet degeneres & ſceleratos, Ionæ ſignum rectè competere, aluo piſcis triduo olim incluſi, cuius monitis, Niniuitiæ etiam deploratæ improbitatis homines, reſipuerint. Atque ea ratione damnationem manere incredulos. Subiecit mox Reginæ Auſtri exemplum, quam Salomonis ſapientia ab vltimis terrarum oris attraxerat. Et quod omnium aptiſſimè quadrabat, impuri ſpiritus ad hominem, vnde paulo ante exierat, reditum longè infœliciſſimum. Quando, quod ad prædicationem attinet veritatis, Ionas & Salomon multis partibus ſe eſſent inferiores. Matth.12. Luc.11. Necdum ſermonem inſtitutum finierat, & mulier quædam è medio turbæ, beatum exclamat ventrem Chriſti Genitricis, ac fœlicia vbera. Sed ille quod potius eſſet, magiſque ex re noſtra, malebat expendi; Beatos videlicet haud dubiè futuros qui verbum Dei conciperent animo, generarent benè factis. Luc.11. Denique in prædicationis Euangelicæ negotio, quemadmodum abeſſe debeat cognationis & alterius cuiuſuis neceſſitudinis affectus matre ac fratribus ſe quærentibus, diffiniuit; dum illos repudiat, & diuinæ voluntati morigeros, parentes & fratres ſuos agnoſcit. Matth.12. Mat.3. Luc.8.

Sermo autem Domini cum iam confirmandus eſſet miraculis, commodum à Iairo ſynagogæ præfecto inuitatur ad beneficium defunctæ filiæ præſtandum, id quod facilè obtinuit. Matth. 9. Mar. 5. Luc. 8. Cæci item duo Ieſum ſequentes, viſum precibus impetrarunt. Matth.9. Mutus dæmoniacus eiecto immundo ſpiritu loquitur, ita vt turbam non mediocris caperet inſolitæ rei admiratio. Verùm Phariſæi, dona Dei non agnoſcentes, Beelzebub dæmoniorum principi accepta Chriſti opera referunt. Matth.9. Luc.11. Qua in re tam atrox piaculum eſt admiſſum, vt neque hîc dilui queat, nec in futuro ſæculo. Matth.12. Mat.3. Luc.11. Quanquam nihil eſt cur miremur, natura improbus in maledicta prorumpere, quòd vir bonus de bono theſauro bona proferat: malignus, pernitioſa, verumque ſit quod dicitur: Ex arbore fructum dignoſci. Atqui proſpiciendum erat ne lingua peccaremus, de quocunque verbo otioſo coram Deo iudice exactam rationem reddituri. Matth.12.

Sub hæc ingreſſus Ieſus oppidulum quoddam, à Martha hoſpes excipitur: quæ dum ſedulò in apparando conuiuio occupata, ſororem Mariam ab ore Domini pendentem incuſaret, mox diſcit ſe negotiis, non quidem negligendis, ſed fluxis tamen incumbere, ſorore interim quæ ſunt optima, complectente. Luc.10. Deſignauit præterea alios ſeptuaginta duos diſcipulos, quos in meſſem Euangelici negotij tum impendio copioſam, ante ambulones præmitteret, nihil omittens præceptorum ſalubrium quæ ad Apoſtolicam integritatem venandam his conducerent. Denique præceptis, dotes additæ ſunt curandorum languorum, ſimulque eiiciendorum dæmonum. Cœptis fœlix non defuit ſucceſſus: atque inde in arrogantiam lapſi diſcipuli, Dominico ſermone, quo ſe vidiſſe ait, Satanam ceu fulgur è cœlo decidentem, ad modeſtiam reuocantur. Luc. 10 Eadem fermè hora commendatur à Chriſto lætitia geſtiente, Patris ſui cœleſtis benignitas, quæ magnates, Euangelij Sacramenta celaſſet, infimæ ſortis hominibus illa aperuiſſet. Matth. 11. Luc.10. Cæterum fœlicitatis comes inuidia Phariſæos tum extimulabat, vt Chriſto ac ſuis vndique obturbarent. Flectebat ille fortè iter ſabbatho per ſegetes, & famem ſpicis manu conuulſis ſolabantur, quod opus à ſuperſtitioſulis iſtis veluti impium carpebatur. At Ieſus, Dauidis exemplo Scripturæque diuinæ permiſſum, & innoxios eſſe diſcipulos oſtendit, ſeque tamquàm ſabbatho ſuperiorem, eius legibus handquaquam aſtringi. Matth.12. Marc.2. Luc. 6. Proximo dein ſabbatho arentem hominis dexteram in Synagoga ad vigorem reduxit. Veritum vtique non eſſe Sabbatho conteſtans, vt beneficus exiſtas. Quando in puteum collapſam pecudem impune extraxeris, Vt nephas quoque videri poſſit, tunc hominis ſalutem negligere. Matth. 12. Marc .3. Luc.6. Quæ res prima æmulis occaſio fuit vt de perdendo Ieſu conſilium ceperint. Matth.7. Verum ille ad tempus cedens improborum maleuolentiæ, montem conſcendit, in quo ſolidam eam noctem precibus vacauit: Matth.12. Luc.6. Poſtero die verbi cœleſtis eminentiam ac fructum, è naui ad plebem in littore collectam exponit, parabolis in eam rem variis atque adeò aptiſſimis adductis. Nempe ſeminantis, cuius ſeges partim in iter publicum, petram, & ſpinas: partim in fertile ſolum inciderat. Matth.13. Mar.4. Luc.8. Confinis huic parabolæ erat illa de ſeminante zizaniam in agrum, dormiente eo qui bonum ſemen in eundem ſparſerat. Matth.13. Mar.4. Tum illa de grano ſinapis minimo, in iuſtam arboris magnitudinem ſuccreſcente. Cui acceſſit ea de fermento quod mulier abſcondit in ſatinæ ſatis tribus. Matth.13. Luc.13. Deinde dimiſſa plebe, in ædium penetralibus explicat diſcipulis parabolarum ſuperiorum myſteria, adiectis inſuper aliis, puta de theſauro in agro reperto, ac negociatore margaritas pulchras quærente: quæ vtraque non niſi diuenditis omnibus potuerint acquiri: Latenter indicans verbi cœleſtis ſublimitatem. Ac ne quis huſtium illius veritus inſidias, defectionem meditetur, aut de tollendis è medio improbis cogitet, eoque differat ſuum in re Euangelica ſtudium, proximus reticulo in mare iacto piſcibuſque extractis, pro eo quod boni fuerint aut vitioſi, retentis aut abiectis, tolerandum hoc tædium quamdiu viuas, oſtendit, Mat.13. Id quod fermè ſuperiore quoque de zizaniis parabola non obſcure docuit.

De verbi Dei, dignitate & fructu.

Dominica prædicationis annus ſecundus.

ANni autem ſecundi initium, Ieſus docendæ patriæ dedicauit. Porrò frequentia & familiaritas prorſus contemptibilem reddidere, vt diceret ſibi commune eſſe cum Prophetis qui in patria dumtaxat expertes gloriæ fuiſſent. Matth.13. Luc. 4. Marc .6. Heliæ exemplum ac Helizei non abſurde huc trahebatur, quorum neuter in gentem ſuam impendio beneficus extitiſſet. Cæterum hic ſermo quantum exagitauerit municipes Ieſu, euentus planè docuit. Conati enim ſunt, illum ex edito vrbis loco præcipitare, eamque dictis parum creduli, vt nullo illic prodito miraculo, diuina virtute è manibus illorum laberetur. Mar. 13. Luc.4. Herodes interim Tetrarcha, necato Ioanne quum fama de Chriſti miraculis per omnē finitimam regionem dimanaret, ſuſpicans Ioannem reuixiſſe, deſiderio videndi illius tenebatur. Matth.14. Marc.6. Luc. 9. At Ieſus agnita fraude, in ſolitudinem ſe abdidit, quò ſequuta ingens turba, commeatu iam deficiente, de quinque panibus & piſcibus duobus paſcitur. Quo beneficio Ieſus adeo ſibi multitudinis animos concilia-

A uit vt, dignum iudicarent principatu. Sed is alienus ab
omni ambitione, clanculum fugit in montem, vbi ſo-
lus perpetuis precibus noctem ad quartam vſque caſtren-
ſem vigiliam protraxit. Matth. 14. Mar.6. Luc. 9. Ioan.6.
Erant tum diſcipuli in ſummo marinæ tempeſtatis diſ-
crimen, ventis præter modum ſæuientibus, & nauim
qua vehebantur in diuerſum agitantibus, cùm Ieſus in
vndis perinde atque in ſolida terra deambulans, præſen-
tia mœſtos ſua ſolatur. Verùm illi nouitate rei deterriti,
ſpectrum eſſe inane quod viderant, putabant Matth. 14.
Mar.6. Ieſu autem loquente, Petrus fide in Chriſtum ſu-
per mare ambulat, incredulitate mergitur. Matth. 14.
Conquieuit autem illicò ventus Domino nauim in-
greſſo. Matth. 14. Marc. 6. Et traiecit in terram Ge-
nezaret. Matth. 14. Vbi variis languoribus affectos,
qui vel fimbriam veſtis illius optabant contingere,
ſanauit. Matth. 14. Marc. 6. Poſtere inuentus ab his
quos pauit in ſolitudine, cauſam intelligens cur ſe lon-
B gis ambagibus quæſiiſſent, cibum corporalem ad cœ-
leſtem alimoniam comparandam longo ſermone co-
hortatus, Manna, illo cibo longè eſſe inferius edo-
cuit. Proinde quum de verbo vitæ æternæ loquens
iam panem nominaret, modo carnem & ſangui-
nem, multi horrore rei perperam intellectæ concepto, à
Chriſto deſciuêre. At Petrus contrà, quòd verba hæc ſint
vitæ æternæ, per durandum ſuadebat. Ioan. 6. Deinde
quum vocatus ad Phariſæi cuiuſdam prandium neglecto
lauacro diſcubuiſſet, & is plurimum eo fuiſſet offenſus:
Stultos vocat qui nimium anxiè maiorum obſeruarent
traditiones, iudicio Dei & charitate interim omiſſis.
Luc.11. Decimabant illi mentham, rutam & olus quod-
uis, in vaſis quoque mundandis quæ ad victum pertine-
bant plus iuſto erant curioſi. Cæterum ambitioſi in affe-
ctandis primis in ſynagoga cathedris, Hypocritæ in ex-
trinſeco cultu, vereque ſepulchra foris dealbata. Impij de-
C nique in ſenes valetudinarios, quibus oblationem præ-
textu ſubtrahebant alimoniam, circumuentis falſa do-
ctrina. Vnde cæcos vocat illos Chriſtus, & plantatio-
nem quam Pater cœleſtis minimè agnoſcat, ideoque
breui interituram. Rectè proinde in iſtos competere Eſa-
iæ vaticinium, quo ait: Populus hic me labiis honorat,
cor autem eorum longè eſt à me. Sine cauſa autem colunt
me docentes doctrinas & mandata mortalium. Oſtendit
autem hominem minime contaminari ab his quæ per os
immittenentur, ſed magis adulterio, fornicatione, ho-
micidio, furto, auaritia, impoſtura, dolo impudicitia,
obtrectatione, ſuperbia & ſtultitia, quæ omnia in cor-
dis officina clàm concepta, magno malo foras prodi-
rent in publicum: eſſéque ſimplex genus expiandarum
impuritatum, ſi eleemoſyna in fratrem beneficus caritas.
Matth.15. Marc.7. Luc.11.

Dimiſſa inde Iudæa, Ieſus in oras finitimas Tyri per-
rexit & Sidonis. Vnde Chananæa quædam mulier egreſ-
ſa, fidei magnitudine iugique precum inſtantia filiæ à dæ-
mone vehementer afflictæ ſalutem impetrauit, Mathæi
D decimoquinto, Marci ſeptimo. Et illico cæcos, claudos.
ac quoſuis imbecilles ac valetudinarios ad pedes Domini
proiectos ille ſanitati reſtituit, magnaque hinc populum
cepit admiratio, Matth. 15. Longe autem maior, ſurdo
mutoque audiendi ac loquendi officiis redditis, dum re-
lictis Tyri finibus, Decapoleos peragrat oras: acclama-
bant enim etiam prohibente Domino: Benè omnia fecit,
& ſurdos audire, & mutos loqui, Marci ſeptimo. Con-
tulit autem ſe eo itinere Hieroſolymam ad ſolennia Pen-
tecoſtes, vbi ad Probaticam piſcinam capoſitum duode-
quadraginta annorum languidum, Sabbatho (mitum in
modum ſæuientibus Phariſæis) ſanum fecit. Porro cau-
ſam ſciſcitantibus, dixit ſe Patris cœleſtis Dei opera in
omni ſua functione hactenus fuiſſe adiutum. Scipturas di-
uinas, in quibus illi vitam æternam conſtituebant, de ſe
certum præbere teſtimonium. Denique quod omnium
maius acceperit à Deo: Id quod Ioannes quoque non ob-
ſcurè firmaſſet. Verùm incredulos viciſſim ſibi gloriam
tribuere, quæ quàm ſit vana, abundè perſpicuum ex eo vi-
deri, quòd à ſolo Deo omnis gloria procedat. Incitauit
hic ſermo magis atque magis iſtorum in Ieſum animos, vt E
& illius non mediocre ſeminarium is extiterit, Ioannis
quinto. Aliquantò pòſt, tranſmiſſo mari Galilææ, ſeptem
panibus & pauculis piſcibus quaterna millia hominum ci-
bauit in ſolitudine, Matth. 5. Marc. 8. Vnde digreſſus,
nauigio venit in oras Dalmanutha, vbi laceſſitus à Phari-
ſæis accuratè docui impoſturas illorum prorſus fugien-
das, fermentum appellans, eò quòd multi ſenſum lupum
mentientes, ouilia huiuſmodi corrumperent, Matthæi 7.
Marci 8. Lucæ duodecimo. Ac mox in Cæſareæ Philippi
partes conceſſit, & confeſſionem Petri de ſe recipiens, ea
occaſione claues regni cœleſtis ei promiſſit: ita ſuam ſtabi-
liendo Eccleſiam, vt portæ inferorum nihil vitium aduer-
ſus illam ſint habituræ. Indicat autem quanta ſe maneat
calamitas, denique mors ipſa, in quam conſpiraturi ſint
Iudæorum Scribæ & Antiſtites. Sed tertio mox die ſit re-
uicturus, Matthæi decimoſexto, Marci octauo, Lucæ no-
no. At Petrus mortem audiens, increpuit occultè Domi-
num, ceu parum conſultè acturus ſit, ſi illam ſponte ſuſci-
piat. Quo contrà Ieſus à ſe abegit Petrum, Satanam eum F
vocans, qui diuinæ voluntati repugnet, & in humanis dū-
taxat rebus ſit occulatus, Matthæi decimoſexto, Marci
octauo. Qui magis domandos oſtendit humanos affectus,
ſeſe prorſus abnegato, & cruce ſua ipſius ſuſcepta, quo li-
beriùs illum ſequi nobis liceat, Matth.16. Marc. 8. Lu-
cæ 6. Contemptum autem ſe in humana ſpecie, ali-
quando in gloria Patris, inter Angelorum agmina viſen-
dum ait, quando ius ſit redditurus, & præmia cuique pro
meritis. Sed quid ego, inquit, vos longiùs moror? Quan-
do ex hoc præſenti cœtu quidam ſunt, quibus maieſtas
mea etiamnum viuis palàm reddetur conſpicua? Matthæi
decimoſexto, Marci nono, Lucæ nono. Et interiectis ſex
fermè diebus, planè contigit hæc promiſſio, præſentibus
in monte quodam excelſo, Petro, Ioanne, & Iacobo
diſcipulis, qui mirabili luce coruſcum viderunt, cum
Moſe & Helia ſermones miſcentem, Patre cœleſti rum
denuò Filium hunc eſſe dilectum, teſtante. Atque hæc
viſio tam grata fuit Apoſtolis, vt cogitarint de ſedibus G
illic conſtituendis: placuit enim nunquam ab immenſo
hoc gaudio diuelli, Matthæi decimo ſeptimo, Marci, no-
no, Lucæ nono. Quanquam quod ad fidem attinet, quæ
his rebus geſtis debebat accendi, Apoſtoli adhuc mirè
frigebant. Id quod obſtitit, quo minus à dæmone arre-
ptum potuerint liberare. Nam Ieſus ſanato homine pro-
tinus incredulitatem taxat, & fidem ſummo præconio ex-
tollit, Matth.17. Marci 9. Lucæ 9. Venit deinde Caper-
naum, vbi tributum ſoluit, Petro ad mare piſcatum miſ-
ſo, fore enim, ait, vt ſtaterem, id eſt, quatuor drachmas,
in ore piſcis, quem primum prehendiſſet, inueniret. Etiam-
ſi oſtenderet ſe tanquam terræ Dominum minimè ad
hoc teneri, Matthæi decimoſeptimo. Inuaſerat autem di-
ſcipulos, ex viſis miraculis & auditis de regno cœlorum
ſermonibus, partim liuor, quo ægrè ferebat quiſque alte-
rum ſibi præferri: partim ambitio, qua honores, his qui
in terris ſunt ſimiles animo conceperant. Sed præceptor
vtrunque damnans, accerſito puello, regnum cœleſte ad H
illos duntaxat pertinere dixit, qui prorſus in alium homi-
nem mutati, ſeſe ad paruuli modum ſcirent demittere.
Matthæi decimooctauo, Marci nono, Lucæ nono. De-
nique qualiter Deus erga huiuſmodi eſſet affectus, para-
bola oſtenditur ouis centeſimæ, quam amiſſam reperiens,
humeris lætus imponat, vocatis ad epulandum eius rei
gratia amicis. Confinis eſt huic parabolæ, quam de dra-
chma perdita recenſuit, magno cum gaudio inuenta. Et
quæ omnium maxime indulgentem in nos Patrem cœle-
ſtem piumque, modò reſipiſcamus, expreſſit, de Filio
prodigo, cui parens obuiam vadens in illius cupidè ruit
amplexus. Stola adhæc priori ſimul cum annulo & cre-
pidis afferri iuſſis, opiparum mox apparando conuiuium,
Lucæ decimoquinto. Cœleſtis autem parentis circa nos
benignitatem oſtendit modis omnibus formulam, eſſe
agendi cum lapſis fratribus, quò animas illorum lucre-
mur, dum ſolicitè primò arguimus ſoli, deinde adhi-
bitis arbitris, ac mox Eccleſia, poſtremo tantiſper abici-
mus, dum illos pudeat delicti, ratum deinde ac firmum

A ſe in cœlis habiturum, quicquid illi in terris ſuo nomine collecti ſtatuerent. Cæterùm incondonando errato noluit Petro normam aut modum præſcribere, ſeptuagies ſepties abſoluendum peccantem, docendo, Matthæi decimo octauo, Lucæ decimoſeptimo. Quò autem clariùs intelligamus ob inclementiam noſtram, non ſolùm à Deo nobis non remitti, ſed etiam redire eam, quæ remiſſa eſt ſemel, parabolam dixit de rege, qui ſeruum, cui condonata erant debita, ad carcerem & pœnas repetiit, quia parem benignitatem conſeruo non impertierat, Matthæi decimooctauo.

Cap. 9.

Finito hoc ſermone digreſſus à Galilæa Ieſus, in Iudæam, quæ ſita eſt trans fluenta Iordanis, profectus eſt, magna ſe comitante hominum multitudine, quorum ille primò languidos curat, deinde ad doctrinam animum conuertit. At Phariſæi, quibus mos erat in deteriorem omnia torquere partem, captioſè ſciſcitabantur: Num liceat marito ex quauis cauſa vxorem abiicere; futurum rati, vt ſi permitteret, ſecum pugnare videretur, qui repudium vetuiſſet, ſin negaret, in legem Moſaicam delinqueret. *De repudio.* B Verùm Chriſtus reſpondit, Moyſen ad duritiem Iudæorum reſpexiſſe, quum diuortiis frena laxaſſet. Cæterùm diligentiùs expendenda erat vel ex Geneſeos libro diuina in hac re voluntas. Matthæi 19. Marci 10. Difficultate autem attenta, quæ incidit in re vxoria, cœlibatum prætulit, Eunuchos eſſe nonnullos teſtatus, qui ſe caſtrarent regni cœleſtis gratia. Verùm id negotij ad pauciſſimos quibus conceſſum ſit, pertinere, Matthæi decimonono. Affertur ſubita occaſione idoneum puritatis & abſolutæ modeſtiæ exemplum, improbitate matrum adducti infantes. Apoſtolis impendio prohibentibus, quos omnes ad ſe vocans, Dominus complexus eſt, & exoſculatus, talium eſſe comprobans regnum cœlorum, Matthæi 19. Marci 10. Lucæ decimooctauo. Ruſus deinde relinquens Iudæam, quia in perniciem illius Iudæi conſpirauerant, Galilæam petit, Ioannis ſeptimo. *Pilati crudelitas.* C Vbi cùm audiſſet Pilatum præſidem extrema crudelitate in quoſdam Galilæos animaduertiſſe, adeo vt ſanguinem quoque necatorum cum ſacrificiis miſceret, ad reſipiſcentiam omnes cohortatur, ſi ab interitu velint ſeſe vindicare. Ad pauciores enim plerumque pœnam pertingere, veluti illis quoque contigiſſet, quos duo de viginti turris in Siloë olim compreſſerat, quum multò plures culpæ fuiſſent obnoxij. Et vt tenacius memoriæ inſideret quod maximè omnium vellet, parabolam ſubiecit de arbore fici, cui ſucciſionem comminatur paterfamilias, quia fructum de ſe non ediderat, atque ſic feciſſet niſi vinitor ſuaſiſſet dilationem, ſpe quadam de frugibus etiamnum concepta, Lucæ decimotertio. Docebat forte tunc in ſynagoga ſabbatho, & verba comprobans miraculis, mulierem decem & octo annis dæmonio obnoxiam ſanat, quanquam vitio ſibi verteret illud princeps ſynagogæ. Chriſtus autem legem non, ait, ſoluis, ſi ſabbatho bouem aut aſinum ligatum vinculis expedias, & aquatum ducas. Cæterùm multò minus quit Abrahæ filiam D quis ab immundi ſpiritus poteſtate exemerit. Phariſæi hunc felici ſucceſſui inuidentes Euangelici negotij, ſummouere loco Dominum conati: Abi hinc (aiunt) quo necem, cui te Herodes deſtinauit, euadas: atqui Ieſus fraude cognita, reſpondit, quòd iſtos vehementer morderet [illegible], inquit, dicite vulpi huic: Ecce eiicio dæmonia, & perficio ſanitates, hodie & cras, & tertia die conſumor, Lucæ decimotertio.

Cap. 10.

Subiecit mox ſeminarium odij & maleuolentiæ illorum, teſtimonium perhibens malignitati. Et quando quidem in propinquo tum erat Scenopegiæ celebritas, contulit ſe Hieroſolymam, vbi poſt diuerſam vulgi de ſe opinionem (Quidam enim virum bonum eſſe Ieſum prædicabant, alij impoſtorem.) ipſe in longum protracto ſermone, non ſuum agere ſe negotium, ſed Patris, qui ſe miſiſſet, indicat. Mirabantur enim qui illum audiebant, quomodo literas probe calleret, quas nunquam didiciſſet. Ac mox ſecreta cordium illorum prodit, quod pertinaci propoſito eſſent ſupplicium de ſe ſumendi. Et iniecissent plane illi manus, niſi remoratas illos fuiſſet Dominus, eò quòd hora ſua nondum adeſſet. Ioan. 7. E Neque ita multò pòſt acceſſit Ieſum quidam, fratrem ſuum incuſans cupiditatis, quod hæreditatem ſecum non partiretur. At ille ad ſe minimè pertinere, ait, forenſe iudicium. Admonuit tamen auaritiam modis omnibus eſſe fugiendam, propoſita in hoc diuitis parabola, cuius opes magnis ſudoribus per improbitatem partæ, ad incertum veniſſent hæredem, ſtulti illius anima, noctu, dum minimè ita fore cogitaſſet, ablata, Lucæ duodecimo. Exorſus mox alium ſermonem deinde in templo, degenerare Iudæos ab auitis moribus probabat, quandoquidem Abraham factis non referentes, diabolum imitarentur, cuius verè eſſent filij. Illi contrà Samaritanum appellant & dæmoniacum, lapidum iactu (niſi abiens ſibi proſpiciat) perniciem allaturi, Ioannis octauo. Prætereiens tum forte quendam ex eo tempore, quo natus fuerat, cæcum, omnibus mendicitate cognitum, videndi tribuit facultatem, atque ea res multum Phariſæos vrebat, Ioannis nono. F Quum protinus adoleſcens quidam accedens: Magiſter, inquit, bone, quid boni faciam, vt conſequar vitam æternam? At Ieſus præceptorum Dei obſeruationem commendauit: Ita tamen vt meritis propriis diffideremus, quòd non ſit bonus niſi vnus, nempe Deus. Verùm iuuene arrogantiùs ſeſe iactante, quod diuinis iuſſibus ſedulò paruiſſet: Chriſtus, quem nihil latebat, intuitus cor æris aliquantò appetentiùs, ad vendenda omnia, quæ mox eroget, in pauperes, ſeque ſequendum inuitat. Verum quum ille in diuerſum ſe torqueret, rectè, ait Dominus, ex iis motibus conſequitur, Faciliùs camelum per acus foramen, quàm diuitem regnum cœleſte ingredi. Proinde Petro res Chriſti amore dimiſſæ fiduciam ſperandæ mercedis fecerant, & protinus audit: In maieſtate Domini, proximas ſedes, ſui ſimiles habituros, denique centuplum ſimul cum gloria cœleſti recepturos, Matthæi decimonono, Marci decimo, Lucæ decimooctauo. Cæterùm opibus & potentia præſtantes, hæc quæ de terrenarum rerum contemptu diſſeruerat, ceu propoſito ſuo repugnantia effusè ridebant, G quum Ieſus parabolam minime ridiculam effert de Lazaro, id eſt, in ſolum Deum ſpem omnem collocante, qui ex fame & ſqualore ereptus in ſinum Abrahæ, cuius verè erat filius, recipitur. Epulone quodam diuite contra, qui omnes vitæ delitias ſectatus, Lazarum prædictum non alimonia, & ne micis quidem panis dignatus eſſet, in tartara deiecto, vbi perpetuo pœnas acerbiſſimas ac penitus intolerabiles ſit daturus, Lucæ decimoſexto. Proximam parabolam diſcipulis propoſuit de iniquo diſpenſatore, qui in rem ſuam dominica bona cautus profuderat, latenter indicans, nihil hic noſtrum eſſe, ſed Domini, qui tamen prudentiam laudat miniſtri, ex bonis alienis in egentes benefici, vnde illum viciſſitudo quædam maneat officij, Lucæ decimoſexto. Aliam item ſuperioribus connexuit parabolam patris familias, qui variis diei horis operarios in vineam ſuam mercede pacta conduxit, imparem laborem pari præmio remunerans, H quo ſignificare voluit iam olim futurum, vt gentes fide Iudæos anteuerterent, Matthæi decimo. *Hydropicus ſanatus.* Conquieuit autem paulisper a ſermone Ieſus, & Phariſæi cuiuſdam ingreſſus ædes ſabbatho vt cibum caperet, hydropicum ſanauit. Ac mox docuit perperam agere, qui inuitati ad conuiuium, primos accubitus curioſè ambirent. Optimates enim verè eſſe, ac aliorum antelignanos, qui ſeſe ſcirent animo demittere. Proinde in conuiuiis apparandis inopum voluit haberi rationem, qui ad reddendas vices, quanquam eſſent impotes, tamen illius præmij, quod ſperandum ſit in reſurrectione iuſtorum, certa videretur occaſio, Luc. 14. Et hæ quidem res geſtæ, finem ſecundo dominicæ prædicationis anno imponunt.

Digitized by Google

TERTIVS ANNVS DOMInicæ Prædicationis

EXtremus annus dominicæ prædicationis, idem illi planè qui & vitæ finis fuit. Deambulabat tum fortè Ieſus in porticu templi Salomonis, in Iudæorum encæniis, & cingebant illum Iudæi, improbis conatibus fermè vrgentes, vt palàm Chriſtum ſe eſſe fateretur. Verùm ille ex operibus facilè iudicandum oſtendens quis eſſet, Vnum nihilominus ſe eſſe cum Patre ingenuè confitetur. Quo dicto lapidibus, ni fugiat, obruere Dominum adorti ſunt, Ioannis decimo. Fugit igitur in vlteriorem ripam Iordanis, & triſte accipit nuntium de Lazari morbo, dormire hominem ſignificans, qui iam fato conceſſerat. Præbuit ea mors repetendæ Iudææ occaſionem, etiamſi diſcipuli, cauendam Domino eam regionem, ob necem, quam illi Iudæi machinarentur, apertè prædicerent. Venit igitur Bethaniam quarto die, ex quo Lazarus in monumentum reconditus fuerat, & deploratum iam penituſque deſperatum, ſe reuocaturum ad vitam pollicetur. Nec mirum, ſi Lazaro præſtaret, quod omnes in illo expectamus, ait enim: Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me etiamſi mortuus fuerit, viuet? & omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Nec mora, dicto fides certa adfuit, prodit è monumento, qui quartum iam diem mortuus fuerat. Quare permoti ex Iudæis complures, fidei Chriſti colla ſubdiderunt. Porrò Phariſæi vbi hæc reſciuere, coacto concilio, in foribus eſſe periculum, niſi vnus Ieſus multorum vice pereat, Caiphæ Pontificis ſententia cognoſcunt. Itaque mox decernitur, quò celeriùs fieri poſſit, quoque commodiùs è medio tollatur, Ioannis vndecimo. Ceſſit furori Dominus, Efreni profectus, quæ vrbs non longè à vaſta ſolitudine aberat, vbi in tuto manſit cum diſcipulis ſuis, Ioannis vndecimo, Matthæi duodecimo, Marci tertio. Poſtquam autem ita viſum eſt illi, vt mortem ſuſciperet, declinauit latibula, & iter flexit Hieroſolymam. Eundum autem illi erat per mediam Samariam & Galilæam, in qua oppidum quoddam ingreſſus, decem viros à lepra mundauit, è quibus vnus duntaxat, & ille Samaritanus rediens à Sacerdotibus gratias egit, Lucæ 17. Præmiſit autem nuntios, quos auerſati ſunt Samaritani, Iacobo & Ioanne vindictam expetentibus, vt flamma cœleſtis contumaces abſorbeat, ad eum modum, quo Helia orante contigit. Sed increpuit concitatos in iram Dominus, ſpiritum cœleſtem & verè Apoſtolicum, eſſe ſpiritum lenitatis, manſuetudinis & patientiæ indicans. Séque haudquaquam veniſſe vt perdat animas, ſed vt ſeruet, Lucæ nono. Ait autem ad illos ſecretò: Ecce aſcendimus Hieroſolymam, prodeturque illic filius hominis primariis Sacerdotibus & Scribis, qui illum damnantes capitis, gentibus tradent, quò illuſum ac flagris cæſum cruci affigant. Cæterùm tertia die reſurgens à morte, reuiuiſcet, Math. 20. Marc. 10. Luc. 18. Diſcipuli iis verbis in ſpem erecti, futuri cuiuſdam regni ditionem affectabant, ac primi omnium Iacobus & Ioannes, filij Zebedæi ſimul cum matre prima loca dominici regni ambiebant, Ieſu hanc mentis elationem paucis verbis confutante, quippe facta mentione de calice, id eſt, pœna crucis, & dona Dei, quibus vtriuſque via aperitur ad ſumma contendendi. Denique cæteros monet, principatum non cogitent, cuius inter Ethnicos reſpectus quidem habeatur. Verùm ſuo exemplo, qui aliorum neceſſitatibus inſeruiturus aduenerit, rectiùs facturos, qui animi faſtum deponant, Matthæi 20. Marc. 10. Lucæ vigeſimo ſecundo.

Rectà autem Hieroſolymam petens, delatus Hiericho, inter eundum nano illo Zachæo, vt ſe hoſpitio reciperet, accerſito. Qui poſtquam res per nefas aliquando partas quadruplo redderet, dimidio nihilominus in pauperes, concepto cœleſtium amore, diſpenſato, ſalutem eo die huic domui contigiſſe ait Ieſus, veréque Zachæum Abrahæ eſſe filium, quippe quem benefactis refert, Lucæ decimonono. Et mox cæcis vehementi clamore miſericordiam poſcentibus, viſum reddidit. Suſcitatus tamen priùs, num id gratum haberent, quòd multi cæcutiant, qui tamen lucem penitus execrantur, Matthæi vigeſimo, Marci decimo, Lucæ decimooctauo. Diuertit proinde eodem itinere in ædes Simonis cuiuſdam cognomento leproſi, Bethaniæ, & inibi conuiuans cum Lazaro, Martham habuit miniſtram, & Mariam eius ſororem plus ſolito officioſam. Nam alabaſtrum vnguento refertum pretioſo fregit, liquore toto in caput Dominicum diffuſo. Id cùm malè haberet diſcipulos, qui diuenditum vnguentum maluiſſent, & inopia laborantibus pretio conſultum: Fore, ait, vt nunquam deſint pauperes quos foueamus, ſed vnctionem hanc in mortis ac ſepulturæ ſuæ gloriam merito impendi. Quod eius rei geſtæ memoriam nulla vnquam eſſet obliteratura obliuio, Matthæi vigeſimoſexto, Marci decimoquarto, Ioannis duodecimo. Vicinus inde Hieruſalem Dominus, nouam aduentus ſui pompam inſtruit. Miſſos enim à Betphage ad oppidum, quod è regione ſitum erat, diſcipulos iubet, aſinam ſimul cum pullo abducere, quibus inſideat. Ac ſic iumentorum vectus tergis, ſtrata viam ſibi veſtibus ac arborum frondibus paſſus eſt, & à pueris promiſcuáque multitudine acclamari lætis gratulationibus: O ſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini rex Iſraël, Matthæi vigeſimoprimo, Marci vndecimo, Lucæ decimonono Ioannis duodecimo. Cæterùm propiùs intuitus ciuitatem, defleuit illius cladem omnium miſerrimam, quam à Romanis Principibus Tito & Veſpaſiano eſſet acceptura, Lucæ decimonono. Iámque erat intra vrbis mœnia, quum ſubitus omnes occupat motus, quo nouarum rerum cupidi ſcire geſtiebant, quis ouationibus vſque adeo inſolitis Hieroſolymam ingrederetur, Matthæi vigeſimoprimo, Ioannis duodecimo. Ac protinus templum inuiſens, primum ſtudium domui paternæ, ſceleſtis negotiatoribus purgandæ adhibuit, flagello ex funibus ad eam rem parato, Matthæi 21. Marc. 11. Luc. 19. Proximum cæcis ac claudis, ſenſuum integritati reſtituendis, Matthæi vigeſimoprimo. Quærebant Iudæi ſignum acerbæ illius caſtigationis, & audiunt fore vt templum ab iis diruendum ſua virtute reſtauretur, Ioannis ſecundo. Sedens autem è regione gazophylacij Dominus, viduam pauperculam duo minuta æris, id eſt, quadrantem iniicientem contemplatus, quum nihil illi eſſet reliqui, plus omnibus inieciſſe eam oſtendit, Marci 12. Lucæ vigeſimoprimo. Ac mox docendæ multitudini intentus, elationem Phariſaicam damnat, quà nimium plerique de ſuis benefactis præſumerent, omnibus præ ſe aliis, veluti nihil videantur contemptis. Seruiebat huic negotio parabola Phariſæi iactantis bona ſua, & publicani nihil horum agnoſcentis, ſed totum quod aſſequi poſſet boni, diuino beneficio tribuentis. Quorum poſterior iuſtitiæ dotes à Deo acceperit, Lucæ decimooctauo. Appetebat autem veſpera, & redit Ieſus Bethaniam, Math. 21. Marc. 11. vbi Nicodemus nocturno congreſſu arcana cœleſtis generationis didicit, cauſamque dominici aduentus, & imminentis iam exitij, vt videlicet omnis qui credit in Chriſtum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Poſtero die rediens Hieroſolymam famelicus, & accedens ficum arborem, quum nihil præter folia in ea reperiſſet, execratus eſt illam, quia fructum non edidiſſet, imprecatus vt perpetuo ſterilis permaneret, Matthæi vigeſimoprimo, Marci vndecimo. Ingreſſo autem templum Domino, Scribæ & Phariſæi adulteram in opere nefario deprehenſam producunt, captioſè quærentes quid fieri ſtatueret. Porro Ieſus ita reſponſum temperauit, vt neque illam abſoluens Moſis legem abrogare neque condemnans, in tanta peccantium multitudine, vindictam à ſola hac paupercula ex petere videretur, Ioannis octauo. Oſtendit autem, mox fore, vt gloria ſua ethnicis à patre cœleſti reuelaretur, commodam nactus occaſionem ethnicorum quorundam aduenarum, qui Philippi & Andreæ vſi patrocinio, Ieſum videre deſiderabant. Qua hora patrem inuocauit, vt ſe clarum gentibus redderet, id quod facilè impetrauit, voce cœlitùs audita:

Et

Et clarum reddidi, & poſthac reddam, Ioannis duodecimo. Rediit eo die, quum adueſperaſceret, Bethaniam, Marci vndecimo, poſtridie Hieroſolymam repetiturus. Et diluculo videntes ficum execratam à Domino, aruiſſe, trahuntur in admirationem. Verùm Ieſus fidei pertinaci maiora tribuit, Matth. viceſimoprimo. Marci vndecimo, preces parùm efficaces eſſe prædicans, quæ fide careant, Matthæi viceſimoprimo. Cui hoc addidit, inſtantes quoque eſſe preces, & tenaci propoſito fixas oportere, parabolam afferens iniqui iudicis, quam vidua precibus tandem vrgentibus, ad ius reddendum induxerit, alioqui in rebus agendis remiſſum. Vnde appareat deſperati eſſe hominis, ne tantillum quidem de Deo præſumere; Lucæ decimooctauo. At quum veniſſet in templum, à Sacerdotum anteſignanis ac plebis ſenioribus interrogatur, quis illi feciſſet poteſtatem docendi? Ieſus autem hanc quæſtionem alteram retulit de baptiſmo Ioannis: Num è cœlo eſſet, an ex hominibus, Matthæi vigeſimoprimo, Marci vndecimo, Lucæ vigeſimo. Publicano ait, & meretrices in cœlis præferri incredulis, quòd Ioanni obſequentes reſipuerint. Ad quod mirè congruebat parabola de duobus filiis, quorum vterque iuſſus à parente vineam colere, qui operam eſſet pollicitus, ceſſator fuit, qui illam negauit, reſipiſcens tandem præſtitit, Matthæi vigeſimoprimo. Proxima huic parabola erat de patrefamilias vineam colonis locante, qui miniſtros ſimul cum herili filio fructus poſcentes trucidaſſent, quam adduxit, vt ſententiam rogati, ſeipſos damnarent, qui pari ſcelere cum colonis notarentur. Verùm quò meritas ob id pœnas intelligerent euidentiùs, lapidem ſe eſſe reprobatum ab ædificantibus teſtatus eſt, cuius meminit Propheta. In quem lapidem aut impingenti, aut ab eodem illiſo, haud dubiè ſit pereundum, Matthæi vigeſimoprimo, Marci duodecimo, Lucæ vigeſimo. Huc pertinebat & illa parabola, quam de rege nuptias filio apparante recenſuit. Inuitati enim toties Iudæi, obſtinato animo varias cauſas errori prætexuerunt, Matth. 22. Luc. 14. Subornant tum Phariſæi diſcipulos, qui ſimul cum Herodianis ad Ieſum profecti, de tributo Cæſari pendendo interrogarent, vt ſi licere id affirmaret, Iudæos offenderet, qui profano principi parere indignum putabant: ſin fas non eſſe, Cæſareanos infenſos haberet. Sed Dominus verſutiam ſubodoratus, numiſmatis inſcriptionem ab aliis diſcere cupit, quaſi ipſe ignoraret, quæ ad veram pietatem non eſſent maximopere conducibilia quorum vſus quoque ceu promiſcuus videretur, Matthæi vigeſimo ſecundo, Marci duodecimo, Lucæ vigeſimo. Verùm dum nihil hinc acceſſerat Phariſæis victoriæ, videntes, Saducæos quoque ſuccubuiſſe, qui reſurrectionem non credebant dum arguuntur inſcitiæ ſcripturarum, quæ crebrò Deum appellant Abraham, Iſaac & Iacob: Neque conſentaneum ſit Deum rectè dici mortuorum, Matth. 22. Marc. 12. Lucæ 20. Ruſus alium ſubornant legis doctorem, qui quæreret de magno mandato, & reſponſum accipit liuori, odio & maleuolentiæ iſtorum non indignum, de proximo videlicet poſt Deum diligendo, parabola, vnde id perſpicuum fieri poſſet, de vulnerato à latronibus in medium allata, qui à Sacerdote & Leuita prætereuntibus neglectus, Samaritani tandem cuiuſdam pietatem ſenſiſſet. Hoc aptum eſſe ait exemplum, quod alieni à charitate imitarentur, Lucæ decimo. Miſſi ſunt protinus ab æmulis miniſtri, qui captum afferrent, ſed deterruit illos ſermo, cui parem nunquam audiſſent, deinde quod dixerat: Quæretis me, & non inuenietis. Denique varius in plebe rumor de Ieſu ſubortus eſt: quidam Prophetam eſſe prædicabant; quidam verò Chriſtum, alij ex Bethleem oppido naſci Chriſtum, non ex Galilæa originem trahere contendebant, Ioannis ſeptimo. Porrò Ieſus Phariſæos in hac controuerſia acceſſit in vnum collectos, & interrogauit: Cuius tandem filium crederent Chriſtum? Et quum incunctanter reſponderent, Dauid: clam notauit impiam illorum de ſe opinionem. Quippe qui hominem confitebantur, Deum ignorarent. Niſi enim Deus ſit, abſurdum videri, quod Dauid in pſalmis Dominum appellet, qui illi ſit filius, Matthæi viceſimoſecundo, Marci duodecimo. Deinde plebem intuitus docebat ſanam doctrinam, quam Deo authore à Moſe recepiſſent, patienter à Scribis & Phariſæis in cathedra Moſi conſidentibus recipiendam: Atqui vitæ exemplum, eò quòd eſſet turpiſſimum; haud quaquam vt ſequaris proponendum. Nam onerant, inquit, ſarcinis imperitiores, quas digito ipſi dedignantur attingere. Omnia agunt ad oſtentationem, ambiunt loca honorificentiora, Rabbi ab hominibus ſalutari geſtientes, quando vnus eſt Rabbi & pater, nempe qui agit in cœlis. Deinde ad Phariſæos verſus, comminatus eſt illis exitium: Væ, ait, vobis Phariſæi, Scribæ & hypocritæ, qui regnum cœlorum aliis clauditis, ipſi perpetuò extorres: Voratis domos viduarum, longum precamini, vagamini terra marique, vt in ſuperſtitionem veſtram pertrahatis ſimpliciores. Væ vobis duces cæci, qui ex patribus homicidis nati, vt illi Prophetas, ita vos Apoſtolos trucidabitis, quo verè reatum contrahatis omnis innoxij ſanguinis. Futurum vobis auguror, vt me aliquando videatis in gloria, quem iam habetis deſpectui, Matth. 23. Marc. 12. Lucæ 21.

E

F

De extremo iudicio. Cap. 14.

Exeunti autem templum Domino, diſcipuli præclara & ſumptuoſa eius phani ædificia, admiratione quadam capti oſtendunt. Sed ille vanitatem mentibus eximit, prædicens, breui futurum, vt ne vllus quidem lapis alteri cohæreat lapidi, Math. 14. Marc. 13. Lucæ 21. Ac mox abiens in monte Oliuarum vrbem intuitus pauliſper conſedit. Vbi ſecretò huic congreſſi diſcipuli, initia futuræ huius cladis condiſcunt, videlicet Antichriſtos, bella, ſeditiones, terræmotus, peſtilentiam, famem, terrifica de cœlo ſigna, idolum abominabile Danielis vaticiniis celebre, extremam denique calamitatem eorum, qui docebunt Euangelium. Quanquam ne vnus quidem capillus è capite illorum ſit periturus: fore enim, vt in patientia ſua animas aſſeruent. Hieruſalem verò, captis habitatoribus, & quaquauerſum abductis, à gentibus tantiſper calcatum iri, dum Euangelium vniuerſos illarum fines occupauerit: tum enim finem inſtare mundi, quem & ipſum portenta quædam præcedent in ſole, luna, ſtellis, & pelago, Matth. 24. Marc. 13. Luc. 21. Solicitè autem cauendum, ait, ne crapula, ebrietate aut curis hujus vitæ detineamur, ita vt improuidos opprimat ex inopinato dies illa, Lucæ 21. vſque adeo incerta, vt nec Angeli cœleſtes eam poſſint prædicere Math. 23. Veniet enim ſubitò ceu fulgur coruſcans à cœlo, Luc. 7. Et ad eum fermè modum, quo diluuium, quod contigit Noë temporibus, edentes enim & bibentes, ac nuptiis incumbentes, inexpectatum corripuit. Itaque prudenti cuique vigilandum eſt, boni patriſfamilias exemplo, qui furibus nocturnis domum ſuam patere non ſinit. Itidem frugi miniſter non indulget potationibus, rixis aut ſomno, ſub id tempus, quo domini ſuſpectum habet aduentum, Math. 24. Sic videntur deſipere virgines in occurſum ſponſi venturæ cum incenſis lampadibus, ſi noctu excitatæ è ſomno, oleum, quod in promptu eſſe illis debuerat, iam primùm emptum ierint. Et ſeruus ille parùm frugi traditur extitiſſe, qui acceptam à Domino pecuniam, per incuriam, domi otioſam iacere paſſus eſt, quam ille cum fœnore ſe recepturum ſperauerat. Separari autem tunc à bonis, ait Ieſus, eos, qui fuerint noxij homines & ſcelerati, non aliter quàm paſtor ab ouibus hœdos ſegregat, bonorum numero cenſeri eos, qui ſuo nomine miſeris charitatis opera impenderint: malorum contrà, qui hæc pertinaciter negauerint. Hos execrabiles igni & cruciatibus nunquam finiendis tradi, illos benedictos ad cœleſte regnum vocari, Math. 25.

Dan. 9.

G

H

De initiis passionis Christi. Cap. 15.

Cæterùm profectò poſt hunc ſermonem in Bethaniam Domino (vbi conſentaneum eſt illum ſequentem egiſſe diem,) interea ſacerdotum Antiſtites & Scribæ coacto concilio in Caiphæ atrio, capiendum per inſidias Ieſum morteque plectendum ſtatuunt. Inuentus eſt huic negocio idoneus Iudas diſcipulus, qui pecunia corruptus, decem argenteos ſtipulatur à Iudæis, vt prodat magiſtrum, Mat. 29. Marc. 14. Luc. 22. Poſtero die, quæ prima erat earum, quibus à fermento abſtinebant Iudæi, præmiſit

Ieſus duos ex diſcipulis, qui Paſcha in ciuitate pararent, ipſe ſecutus, vnà cœnans, Matth,26. Marc. 14. Luc. 22. Lauit pedes diſcipulis, tanto exemplo ad animi demiſſionem & modeſtiam illos inuitans. Simul ex eo cœtu, quem tanto ardore dilexerat, quemdam eſſe ſubindicans, qui ſe eſſet Iudeæis proditurus, Matth. 26. Ioan. 13. Et mox accepto pane, deinde vini calice, corpus eſſe ſuum ac ſanguinem teſtatus, manducare illos iuſſit & bibere, quòd ea ſit futuræ calamitatis ſuæ mortiſque memoria. Fore proinde, vt omnibus ea res fieret offendiculo, Petro contrà, neque carceres, nec mortem ſe formidaturum conſtanter pollicente. Sed Ieſus trinam de ſe illius abnegatio nem prædixit, Matth.26. Marc.14. Lucæ 22. Ioan.13. Commendat autem protinus nouum illud de mutua dilectione mandatum, ſymbolum id eſſe ſignificans, quo diſcipuli ſui ab exteris dignoſcantur, Ioan. 13. Deinde ad proxima pericula inſtruens animos, iubet mœrorem ac metum omnem deponere, iterum ſe, præparatum ſuis locum, quò illos ad ſe recipiat. Et planè ſe viam eſſe, veritatem ac vitam: argumentum præterea videri quòd ſe magiſtrum ament, ſi præceptis ſint morigeri. Nunquam ſe comiſſurum, vt deſertos omni ſolatio relinquat, quando ſpiritum cœleſtem conſolatorem in hoc illis mittendum deſtinarit, pacem interea ſuam impertiens, Ioan.14. Denique vt omnem ſpem ſalutis non aliò, ſed in ſe duntaxat collocent, vitem ſe eſſe prædicat, à qua ſemotus palmes ſterilis reddatur, & mox in flammas, poſtquam aruerit, videatur conſiciendus. Non ſe item electum ab iis fuiſſe, ſed eum delectu factos fuiſſe Apoſtolos. Magiſtro proinde hunc mundum tendere inſidias, vt Prophetæ oraculo continetur, Odio, inquit, habuerunt me gratis Itaque non mirum videri, ſi idem accidat diſcipulis, qui dignitate cenſeantur inferiores, Ioan 15. Cæterùm ſpiritum conſolatorem, cuius paulò antè meminit, ſuo aduentu incredulum hunc mundum de peccato condemnaturum: breuem eſſe triſtitiam, & parientis fœminæ ſimillimam. Vt enim hanc ingens finit gaudium recens nati infantis, ita diſcipulorum corda poſt præſentem mœrorem lætitia perpetua exhilarabit. Poſtremò pacem Ieſus diſcipulis in ſeſe habituros ſpondet, modò ſuo exemplo animentur, qui mundum vicerit, Ioan. 16. Fixis deinde in cœlum oculis, patrem orat, vt ſe clarum mundo reddat, diſcipulos & eos quoque, qui illorum verbo crediruri ſunt, à malo ſeruet, vnumque faciat per dictionem, ad eum modum, inquit, quo ego & tu, vnum, Ioan.17. Et eueſtigiò quum hymnum abſoluiſſet cum diſcipulis Ieſus, vrbem inegreſſus in prædum Gethſemani, quod eſt ſitum vltra torrentem, qui à cedris nomen habet, vnde hortus erat, Iudæ proditori non ignotus. Solebat enim ſe plerumque Dominus in ſemotum ab vrbano ſtrepitu receſſum hunc, cum ſuis recipere. Illic acceſſito ad ſe Petro cum duobus Zebedæi filiis, cæteros iubet quietos paululum ſe expectare, qui precibus velit inſiſtere. Et progreſſus inde, mœſtum ſe eſſe indicat, talique triſtitia teneri, quæ ſola morte ſit finienda, iubens item illis, vt conſideant & ſecum vigilent. Ipſe ſolus non admodum longo ſpacio diſiunctus, ſed quod iactu lapidis poſſis attingere, humi pronus conſternitur, patrem orans, ſi qua fieri poſſit, immunem ſe reddat ab imminente ærumnarum calice, ne hunc deguſtet. Quanquam ſi omnino ita viſum ſit, nihil detrectaturum ſe, verum in omnibus morem geſturum. Et ſurgens à precibus, quos vigilare iuſſerat ſomno oppreſſos inuenit. Itaque rurſus admonet, ne dormiant, ſed orent magis Deum, ne ſinat illos labi in tentationem: quod ſpiritus nihil equidem non moliatur, at caro perquam eſt fragilis. Ac mox rediens ad preces, tertiò eoſdem repetiit, toties ſomnolentos increpans. Laborabat autem angore tanto Dominus, vt ſudore eius ſanguinolento tellus etiam maderet, quum protinus è cœlo vox Angelica auditur, quæ animum ac robur addidit. Iamque aderat Iudas proditor cum cohorte ac miniſtris Pharisæorum & Pontificis: quibus in occurſum veniens Dominus, oſcitantibus diſcipulis inquit, Dormite iam & requieſcite, quaſi verò tempore tam periculoſo quies apta videatur. Sic compellans multitudinem tertiò, quem quærant, ſciſitatur. Illis toties reſpondentibus Ieſum Nazarenum, Dominoque ſubiiciente: Ego ſum, in terram dilabuntur. Ac protinus vt diſcipulos abire paterentur, ſi ſe quærerent, iuſſit. Quo dicto, Iudas exoſculatus Magiſtrum (nam id ei ſymbolum fuit proditionis, quam cum Iudæis pactus fuerat.) Et confeſtim illi hoſtiles manus iniiciunt, vinculis membra ſtringentes. At petrus prolato in medium gladio, miniſtro pontificis, cui Malcho nomen erat, dextram abſcidit auriculam, quam confeſtim Dominus loco ſuo reſtituit, vetans gladio ferire eum, qui nolit ferro ſuccumbere. Verſus inde ad capientes, cauſam reddidit, cur ſe veluti latronem caperent, id quod prius crebrò docenti in templo nunquam contigiſſet: Nimirum quia iam permiſſa videretur tenebris poteſtas quiduis audendi, atque ita futurum prophetarum oracula præcinuerint. Diſcipuli interea omnes fuga ſaluti ſuæ conſuluere, quum magno impetu in ædes Annæ, qui Caiphæ pontifici ſocer erat, Ieſus deducitur. Interrogatus ibi de diſcipulis & doctrina. Verùm ille potiùs quærendum dixit ab auditoribus, quorum ingens erat numerus, quidnam illos docuiſſet. Ad quæ verba pontificis miniſter alapam Domino, non aliter quàm fuiſſent contumelioſa, impegit. Et audiuit: Si perperam loquutus ſum, de hoc profer teſtimonium, ſin rectè, cur abs te vapulo? Miſſus deinde Caiphæ, vbi omne Iudæorum conſilium teſtes iniquos aduerſus Dominum conquiſierat, reiectis quibuſdam ceu friuolis ac prorſus ineptis, quum ſæpe interrogatus, nihil ad obiecta reſponderet, quærit pontifex, Num Chriſtum Dei filium ſe eſſe fateretur? At ille: Tu, inquit, ita dixiſti, fore ſignificans, vt aliquando multa luce conſpicuum in nubibus cœli Dei filium viderent, quem modò humilem aſpernarentur. Ad quam vocem pontifex ceu exectabilem concitatus, veſtem ſcidit, & morti obnoxium eſſe Ieſum toto cœtu acclamante pronuntiat. Illudebant illi interea miniſtri, velato capite membra ferientes ac fœdantes ſputo. Prophetam inſuper inſalutabant, ſedulò exigentes vt illum proderet qui ſe verberaſſet, multis quoque aliis huiuſmodi in hunc collatis conuitiis. Interea Petrus in Annæ atrio ſemel atque iterum ab ancilla aliiſque interrogatus de Ieſu: Num illius eſſet diſcipulus, conſtanter ac deinde ſanctè iurans, illum abnegauit. Id quod in Caiphæ quoque ædibus ad eum modum accidit, Et cùm uocem edidiſſet gallus, meminit Petrus verbi Dominici: Priuſquam gallus bis cecinerit, tu me ter abnegabis. Atqui Ieſus intuitus Petrum, mœſtum reddidit, vt ſic foras cum ingenti fletu proriperet, Matth.26. Marc. 14. Lucæ 22. Ioan.18.

Porro vbi primùm diluxerat dies Paraſceues, vinctum omnis Iudæorum multitudo Ieſum in prætorium ducit ad Pilatum præſidem, non tamen euntes intrò, ne contaminarentur, ſed Paſcha manderent. Id cùm vidiſſet Iudas, pœnituit eum proditionis, & coniectis in templum triginta argenteis, (vnde illi agrum in peregrinorum ſepulturam mercati ſunt.) Peccaui, inquit, ſanguinem iuſtum vobis tradens: ac mox abiens, laqueo vitam finiit. Exiit autem foras ad Iudæos Pilatus accuſationem in Ieſum recepturus: ſed illi opinione ſeipſos commendabant, quò grauiùs reum premerent. Si hic, aiunt, immunis eſſet à ſcelere, non vtique conſpectui tuo illum obtuliſſemus. Verùm accuſationem, ne in ea parte te moremur, paucis accipe: Subuertit populum noſtrum; vetuit tributa pendi Cæſari dxitque ſe Chriſtum regem eſſe. Præſes recepta accuſatione, interrogauit ſecretò Ieſum, rexne eſſet: & ſubodoratus accuſationis Iudæorum vanitatem, abſoluere Dominum conſtituit. At illi ſeditioſum eſſe hominem prodiderunt, qui à Galilæa exorſus doctrina ſua motûs in populo ad Hieroſolymam vſque pertingentes ſuſcitauerit. Audita autem Galilæa, præſes Ieſum Galilæum eſſe edoctus, ad Herodem tetrarcham, qui tum Hieroſolymis fortè agebat, eum miſit. Vbi expectatus, vt portenta ederet, conticuit. Itaque indutus veſte alba ludibrio habetur ab Herode omnique exercitu, atque ad Pilatum præſidem remittitur. Qui innocuum liberare pro virili adnitens, conſuetudinem Iudæis ſolemnem, qua in paſchali celebritate vinctum aliquem illis dimittere ſo-

E

F

G

Cap.16.

H

lebat, fauori ſuo prætexuit. At illi in diuerſum nitentes, Barrabam quendam vinculis eximi homicidam cupiunt: Ieſum verò voce increbreſcente cruci affigi deſiderant. Præſes autem lenire illorum ſæuitiam volens, nudatum veſte flagris cædi iuſſit. Corona ex ſpinis mox ceruici impreſſa, & arundo dextræ tradita; corpus multis atque adeo horrendis plagis contuſum eſt, ſalutariq́ue à militibus rex Iudæorum cœptus per ludibrium. Vnde Pilatus eum eripiens, iam ſatis ſuperq́ue caſtigatum Iudæis oſtendit, quoad commiſerationem eos commoueret. Innocentiam viri etiam atque etiam inculcans, quam vxor quoque eius in ſomnis multa ob Ieſum paſſa de illo palàm prædicabat. Cæterùm obſtinati eiuſdem tenaces propoſiti cruci affigendum clamant. Niſi enim ita faceret præſes, Cæſari illum aduerſari. Lauit mox manus Pilatus, immunem ſe eſſe ab innoxio ſanguine conteſtatus. Verùm illi ſibi & filiis hunc imprecari, ad condemnandum cruci Ieſum, præſidem impulerunt.

7. Itaque lata hac ſententia, eductus inter duos latrones
Dominus, crucem ipſe ſibi geſtare cogitur. Sed & Simonem quendam Cyrenenſem adigunt ad opem in ea re ferendam. Sequebatur ingens multitudo, & inter eam matronæ quædam à Galilæa, Ieſu ſermone attractæ. Hæ iunctæ Hieroſolymitanis miſerè Domini vicem deplorabant. Sed is Hieroſolymitanis iuſſit, vt ſe ac ſuos lugerent liberos, qui ceu lignum aridum pœnis eſſent digniſſimi. Affixus autem cruci in caluariæ loco, inter duos latrones medius pendebat, omnium iniuriis & probris expoſitus. Quum ille ne tunc quidem ſolitæ in omnes beneuolentiæ poterat obliuiſci. Ac primò patrem cœleſtem
9. precatus, vt errori illorum daret veniam: Latroni mox orantii, vt in regno cœleſti non grauaretur ſui vel meminiſſe, Paradiſum eo die ſe præſtiturum, quam non fuerat rogatus pollicetur. Titulus præterea à Pilato ceruici Dominicæ appoſitus eſt, Iudæis multùm repugnantibus, ad eum, qui ſequitur, modum:

ΙΗΣΟΥΣ ΝΑΖΑΡΙΟΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM.

VEſtes militum voluntari ceſſere, vt prophetæ oraculo continetur, ſorte in iis partiendis iacta. Commendabat Ieſus Mariam genitricem cruci vicinam Ioanni diſcipulo, mulierem appellans, ne quid affectibus humanis tribuere videretur, qui patris cœleſtis iam ageret negotium. Filium inſuper ſe eſſe negans, dum illum in vicem ſuam ſubſtituit. Congruebant mirè hæ res geſtæ cum Dauidis vaticinio, vt videri poſſit, ad illud reſpexiſſe Dominus, dum voce Hebræa clamaret, id eſt: Deus, Deus meus, cur me deſeruiſti? Huc item pertinebat, quod ſiti affici ſeſe clamabat, felle mox & aceto potatus. Eueniſſe tum omnia dixit, quæ oraculis olim vates futura de Chriſto præcinuiſſent. Itaque demiſſo in pectus capite, patrem affatus: In manus, inquit, tuas commendo ſpiritum meum. Quæ vox illi vitam linquenti extrema fuit.

Mortem extemplò ſequuta ſunt prodigia. Sol caligine obducitur, tellus tremit, velum templi dirumpitur, petræ diſſiliunt, & monumenta aperiuntur, prodeuntibus inde quibuſdam perſpectæ ſanctitatis hominibus. Quæ res Centurioni, qui tum aderat aliiſque compluribus fidem de Chriſto faciebant: pulſis enim pectoribus domum redeuntes, verè hunc eſſe Dei filium fatebantur. Rogabant protinus Pilatum Iudæi, vt corpora condemnatorum eo die pateretur auferri, ob ſequens ſabbathum, quoque celeriùs quoque extinguerentur, latronibus crura comminuta ſunt, Chriſto iam exanimi, latus cuſpide confoſſum, cruoris & aquæ vbertim riuos edidit. Veſperi Ioſeph decurionis precibus à Pilato conceſſum corpus Dominicum honorificè ſepelitur, obſeruato etiam Iudæorum in vngendo ritu, qua in re Nicodemus, cuius paulò
ſuperiùs facta mentio allatis myrrhæ & aloes libris plus E
minus centum, ſuo non defuit officio. Sed & mulieres è regione monumenti ſedentes, ac locum tacitè ſecum conſiderantes, ægrè diuelli inde poterant, Matth. 27. Marc. 16. Luc. 23. Ioan. 9.

Cap. 19. Poſtero die Iudæi, ne corpus dominicum clàm à diſcipulis auferretur, veriti, à præſide Pilato excubias ſepulchro dominico adhiberi impetrarunt. Nondum enim exciderat illorum mentibus, quod de reſurrectione ſua peracto triduo aliquando prædixerat Chriſtus; itaque in muniendo ſepulchro, magna lapidis mole, conſignandoq́ue oſtio nihil prætermiſſum, Matth. 27. Sed quid ſunt ad Deum humana conſilia? Tertia die terræ motus ingens ad Domini reſurrectionem, aſpectuſq́ue angelicus ceu fulgur cuſtodum animos vſque adeò exterruit, vt à mortuis nihil viderentur differre. Quod vbi reſciuere Iudæi, excogitato commento ſubornarunt pecunia, qui dicerent furtim Ieſum è monumento noctu ſublatum, F
Matth. 28. Interea Maria Magdalene, Iacobi, & Salome dum ſabbato legis præcepto obſequentes quieuiſſent, diluculo præparatis ad vngendum corpus dominicum aromatis, ad ſepulchrum properant, Lucæ 23. Vbi quum lapidem oppidò ingentem ab oſtio motum cernerent, ac corporis Dominici veſtigium, id quod referebant faſciæ, iubentur ab Angelis Chriſti reſurrectionem diſcipulis illius prædicare, metum deponere, cum qui viuat, inter mortuos minimè quærere, denique meminiſſe quid prædixerit adhuc in Galilæa agens Dominus, iam de proditione, modò de pœnis, ac mox de morte, à qua tamen

Chriſti reſurrectio. tertia die reſurrecturus, Matth. 28. Marc. 16. Luc. 24. Mulieres dicto audientes, reſurrexiſſe quidem diſcipulis narrabant Dominum, ſed illi vera eſſe negabant quæ dicebantur, ac mulierculas planè aiebant deſipere, Matth. 24. Quanquam Ioannes & Petrus conſpecto ſepulchro, veraces fuiſſe mulieres deprehendere poterant, Luc. 24. Ioan. 20. Mariam autem Magdalenam mœror paulìſper circa monumentum, diſcipulis abeuntibus, retinuerat, G
quæ mora illi primo conſpiciendi Domini occaſio fuit, Ioan. 20. Ac mox eodem die in Emaus ab Hieruſalem profectis duobus apparuit diſcipulis, dum in longum de Domino ſermonem protraherent, ipſe quàm obtuſo eſſent ingenio, productis à Moſe ac Prophetis Scripturis oſtendit. Quippe omninò videri neceſſarium, vt Chriſtus pœnis plecteretur, ita demum gloriam ſibi æternam pararet, Luc. 24. Marc. 26. Neque ita multò pòſt apparuit diſcipulorum cœtui, dum fores eſſent clauſæ veſperi, pacem illis imprecatus. Deinde rei nouitate obſtupeſcentibus latus, manus ac pedes præbuit contrectandos, iuſſitque afferri, ſi quid haberent, quod eſſet eſui, atque ibi coram piſcis aſſi partem comedit ac fauum mellis, id quod ſpiritus nulla ratione poſſit efficere. Aperuit protinus Scripturæ arcana ſenſa, fierique non potuiſſe dixit, vt quæ de ſe in lege Moſi, Prophetis ac Pſalmis ſint conſcripta, irrita prorſus videantur. Commonefecit item eos verborum, quæ ſuper hac re crebro habuerit, quo pacto videlicet extrema quæque ferenda fuerint Chriſto, H
& tertia die reſurgendum à morte. Iamq́ue fore, vt in illius nomine pœnitentia etiam in gentibus prædicetur, iuncta peccatorum condonatione, Luc. 24. Viſo autem Domino, ingens lætitia perfudit diſcipulos. Et ille denuo pacem comprecatur, ſuo tum nomine ad Apoſtolicam cohortatus functionem, ad eum ſanè modum, quo ipſe patris legationem obiiſſet. Nec mora, ſpiritum cœleſtem afflatu ſuo impertit, in quo errata aut diluantur, aut certè diuinitùs conſtringant, Ioan. 20.

Ruſus poſt dies octo, clauſo oſtio diſcipulis viſus, ſolito pacis ſymbolo conſalutat. Thomæ ibi diſcipuli caſtigans pertinacem de ſe dubitationem, quòd condiſcipulis ea quæ ſuperius memorauimus, ſe abſente, parùm credulus fuiſſet. Digiti tum in latus cuſpide iam pridem apertum immiſſi, ac manus Chriſti membris clauis nuper perfuſſis admoti. Vbi beatitudinis præconio commendantur à Domino quicunque non viſa pietatis ſtudio crediderint, Ioan. 20. Tertiò, in mari Tyberiadis piſcantibus diſcipulis, manifeſtum ſe reddidit, dum præcipe-

A ret in dextram iactati verticulum. Vbi pranſus vnà poſt tertiò confeſſum ſui amorem Petro paſcendos concredidit ſuos agnos, ſub quodam verborum inuolucro adijciens, quis illum maneret pro ſuo nomine vitæ exitus, Ioan. 21. Poſtremò in Galilæa viſendum ſe præbuit Dominus, in monte quem ad hoc deſtinarat, confluentibus eò diſcipulis & adorantibus, vbi parum ſinceræ fidei homines reprehendit, quia eos, qui ſe reſurrexiſſe viderant, vanos reputaſſent. Traditam autem ſibi mox indicat, omnium quæ cœlo terraque continentur, ditionem, conteſtatus, eam eſſe veræ & ſalutaris doctrinæ formulam, quam ſe doctore auribus hauſiſſent. Iamque nihil reſtare aliud, quàm vt ea gentibus longè lateque innoteſceret, id quod veſtrarum, inquit, poſthac erit partium. Doctrinæ huius comitem voluit eſſe baptiſmum, qui in Patris, Filij, & Spiritus ſancti nomine credituris imperti-
B retur. Ad hæc non defutura miracula & veletudinis reſtituendæ varia beneficia. Quanquam quid hæc attinet commemorare, quum ipſe ſuo negocio ſe præſtò affuturum certò definierit? Ecce, inquit, vobiſcum ſum vſque ad ſæculi conſummationem, Math. 28. Marc. 16. Hæc dicens, receptus eſt in cœlum, ſedetque ad dexteram Dei. At diſcipuli dominicis obtemperantes iuſſibus, cœleſtem doctrinam in orbem vniuerſum diuulgarunt, & dominicam opem ſemper circa ſe, ad eum modum, quo prædixerat ille præſentem ſenſerunt Matthæi 16.

SANCTI MELITONIS Epiſcopi Sardenſis de tranſitu Virginis Mariæ, Liber.

DE SANCTI MELITONIS
C *Libello, de tranſitu Sanctiſſimæ Virginis DeiParæ.*

Ex Margarino de la Vigne.

INIECIT *mihi ſcrupulum, initio, Gelaſij P. M. Decretum, ac deinde me permouebat venerabilis Bedæ cenſura, vt S. Melitonis Libellum hunc de Virginis Deiparæ tranſitu, ex hac Bibliotheca expungerem: quod ille quidem (D. D. Hieronymum & Auguſtinum opinor, ſequutus) non indicato authore, libellum de Mariæ tranſitu, inter Apocrypha ſcripta reijceret; hic vero, ex Apoſtolicorum Actuum hiſtoria, inſcitiæ mendaciique damnaret nominatim; quia nonnullos noui, inquit, præfato volumini* contra authoritatem B. Lucæ, in cauta temeritate præbere *aſſenſum. At cùm dici poſſit permulta eo decreto reiecta, tolerari ab Eccleſia magnoque commodo*
D *perlegi à Theologis, ne fortè etiam non huius libri damnari doctrinam, ſed ementitum eſſe Authoris nomen, deſignari tantum: Quod vero ad venerabilis Bedæ cenſuram attinet; cum nullus in hoc libello ſit lapſus ille, ex quo totam illius corpus infamat (huius enim hiſtoriæ tempus, non in ſecundum, ſed in 22. annum à Chriſti in cœlos Aſcenſu reijcit) ne proinde non hunc reprehendi, ſed fortè illum alterum, in quem D. Ioannis Euangeliſtæ adſcriptum, ſe incidiſſe, aut Iacobus Archiepiſcopus Genuenſis, ſuſpicio ſit: facile perſuaſit mihi antiqua multorum Latinorum, in ſanctiſſimam Deiparam pietas, vt hiſtoriam hanc de illius tranſitu ſancto Melitoni Sardinia Epiſcopo, à Trithemio attributam, (additis Græcorum Patrum teſtimoniis, quibus eius fides magis ac magis conſtat) legendi ſtudioſis, in hac Bibliotheca proponerem amplectendam.*

Ex Magiſtro Sacri Palatij.

His tamen non obſtantibus, certum eſt librum hunc eſſe falſo S. Melitoni adſcriptum, apocryphum, nullius auctoritatis, immixtis nonnullis planè reijciendum. In Hiſpanico indice iubentur expungi omnia à cap. 8. vſque in finem operis. E

EX BELLARMINO, DE SCRIPtoribus Eccleſiaſticis.

SAnctus Melito Sardenſis Epiſcopus M. Aurelij Imper. tempore floruit: cui etiam Apologiam pro Chriſtianis obtulit, vt refert Euſeb. lib. 4. hiſt. cap. 25. Multa ſcripſit, quorum fragmenta extant apud Euſebium loco notato. Inter quæ fragmenta continetur *catalogus librorum Teſtamenti veteris*, in quo liber Sapientiæ tribuitur Salomoni: & hic ſolus liber recenſetur à Melitone ex iis, qui in Hebraicis codicibus non habentur: vt etiam ſolus liber Eſther omittitur ex iis, qui ſunt in Hebræo. F

NOTA.

Plura reperiuntur fragmenta operum S. Melitonis, tom. 2. Scriptorum Eccleſiæ Orientalis P. Halloix S. I. in ſolatium deperditorum omnium huius Sancti Epiſcopi operum.

Liber etiam eiuſdem, qui clauis à S. Hieronymo inſcribitur, manuſcriptus reperitur in Bibliotheca PP. S. I. Pariſiis, ſi tamen Germanus ſit fœtus. Vide Labbe tom. 2. diſſertationum in Bellarminum verbo Molito Sardenſis, & etiam in ſpecimine antiquarum lectionum pag. 21.

CAPVT PRIMVM.

MElito, ſeruus Chriſti, Epiſcopus Eccleſiæ Sardenſis, venerabilibus in Domino fratribus, Laodiceæ conſtitutis, in pace, ſalutem. Sæpe ſcripſiſſe me memini de quodam Leucio, qui nobiſcum cum Apoſtolis conuerſatus, alieno ſenſu & animo temerario diſcedens à via iuſtitiæ plurima de Apoſtolorum Actibus in libris ſuis inſeruit: & de virtutibus quidem eorum multa & varia G
dixit; de doctrina verò eorum plurima mentitus eſt, aſſerens eos aliter docuiſſe, & ſtabiliens quaſi ex eorum verbis ſua nefanda argumenta. Nec ſolùm ſibi ſufficere arbitratus eſt, verumetiam tranſitum beatæ ſemper Virginis Mariæ genitricis Dei, ita impio deprauauit ſtylo, vt in Eccleſia Dei non ſolùm legere, ſed etiam nefas ſit audire. Nos ergo, vobis petentibus, quæ ab Apoſtolo Ioanne audiuimus: hæc ſimpliciter ſcribentes, veſtræ fraternitati direximus: credentes, non aliena dogmata ab hæreticis pullulantia, ſed Patrem in Filio, Filium in Patre, Deitatis & indiuiſæ ſubſtantiæ Trina manente perſona: neque duas hominis naturas conditas; bonam ſcilicet & malam, ſed vnam naturam bonam à Deo bono conditam, quæ dolo ſerpentis eſt vitiata per culpam, & Chriſti eſt reparata per gratiam.

CAPVT II. H

IGitur cùm Dominus noſter & Saluator Ieſus Chriſtus pro totius Seculi vita confixus clauis, Crucis penderet in ligno: vidit circa Crucem Matrem ſuam ſtantem, & Ioannem Euangeliſtam, quem præ cæteris Apoſtolis peculiarius diligebat, eò quòd ipſe ſolus ex ipſis virgo degeret in corpore. Tradidit igitur ei curam ſanctæ Virginis matris Mariæ, dicens ad eum: *Ecce mater tua*: & ad illam inquit, *Ecce filius tuus*: Et ex illa hora ſancta Dei Genitrix in Ioannis cura ſpecialius permanſit, quamdiu vitæ iſtius incolatum tranſegit. Et dum Apoſtoli mundum ſuis ſortibus in prædicatione ſumpſiſſent, a ipſa domo parentum illius, iuxta montem Oliueti conſedit.

S. Ioannes ſupra cæteris dilectus ſit Chriſto.

a Ipſa in domo parentum illius, &c.] *Virginem ergo dilecto diſcipulo commendatam habebat domus eius, quæ erat in Sion, illic degentem, & huic tanquam matri Dei honor ab omnibus exhibebatur. Simon Metaph.*

Videor mihi videre Sanctis ſanctiorem mammam tuam ſuper aliquem lectum recumbentem in inclyta ciuitate Dauidis,

dit,

dis, in qua typiter paſcha peregit Chriſtus, &c. Hac eſt arx Eccleſiarum, hac eſt habitaculum Apoſtolorum: In hac cum ille Theologus accepiſſet Deiparam ſubminiſtrabat ei quibus opus habebat. Hac eſt mater Eccleſiarum: In hac vitam egit Dei mater, poſtquam ſurrexit filius à mortuis: In ea ergo B. Virgo iacebat ſuper aliquem lectum: feliciſſimum lectum! Damaſc. ſerm. de dorm. Deip.

CAPVT III.

SEcundo itaque & viceſimo anno poſtquam Chriſtus deuicta morte cœlum conſcenderat, dum die quadam deſiderio Chriſti ſuccenſa Maria, ſola intra domus iſtius receptaculum lacrymaretur: ecce Angelus, magni luminis habitu reſplendens, ante eam aſtitit, & ſalutationis verba perſoluit, dicens: Aue benedicta Domino? ſuſcipe illius ſalutem, qui mandauit ſalutem Iacob, per Prophetas ſuos: Ecce, inquit, ramum palmæ, de Paradiſo Dei attuli tibi, quem portare facies ante feretrum tuum, cùm in die tertia aſſumpta fueris de corpore. Ecce enim expectat te Filius tuus, cum Thronis & Angelis, & vniuerſis cœli Virtutibus. Tunc Maria dixit ad Angelum: Peto abs te ergo, vt congregentur ad me omnes Apoſtoli Domini mei Ieſu Chriſti. Cui Angelus dixit: Ecce, inquit, hodie per virtutem Domini mei Ieſu Chriſti, omnes Apoſtoli aſſumpti huc ad te venient. Et ait illi Maria: Rogo vt mittas ſuper me benedictionem tuam, vt nulla poteſtas inferni occurrat mihi in illa hora, qua anima mea fuerit egreſſa de corpore, & ne videam Principem tenebrarum. Ait Autem Angelus ad eam: Poteſtas quidem inferni non nocebit tibi? benedictionem autem æternam dedit tibi Dominus Deus tuus, cuius ego ſeruus ſum, & nuntius: non videndi autem Principem tenebrarum, effectum non à me tibi dandum exiſtimes, ſed ab illo, quem tu in ſancto tuo vtero baiulaſti: ipſius enim eſt poteſtas omnium in ſæcula ſæculorum. Et hæc dicens Angelus, cum magno ſplendore diſceſſit. Palma autem illa fulgebat nimia luce. Tunc Maria exuens ſe prioribus indumentis, induit meliora. Et accipiens palmam, quam ſuſceperat de manu Angeli, egreſſa eſt in montem Oliueti, & cœpit orare, & dicere: Non ego fueram digna, Domine, ſuſcipere te, niſi tu miſertus fuiſſes mei? ſed tamen ego cuſtodiui theſaurum tuum, quem commendaſti mihi: Ideoque peto à te, rex gloriæ, vt non noceat mihi poteſtas gehennæ. Si enim cœli & Angeli ante te tremunt quotidie, quantò magis homo de terra conditus, cui nihil reſidet boni: niſi quantum acceperit à tua bonitate? Tu es enim Dominus Deus ſemper benedictus in ſæcula! Et cùm hæc dixiſſet, reuerſa eſt in hoſpitium ſuum.

Secundo itaque & viceſimo anno.] *Cum ætate prouecta ad multam ſenectutem perueniſſet, & eſſet præſens peregrinationis tempus, per Angelum ſe migraturam eſſe, edocta eſt à filio: vt & antea, quo tempore in eius ventrem ingreſſurus erat, fuerat illi nuntiatum. Cum igitur exceſſus ſui myſterium didiciſſet, eam rem lætitia tanta, quanta verbis explicari non poteſt, materiam inducens, ſtatim iuſſis luminis plurima domum deferri, idque factum eſt, &c. Simon Metaph.*

CAPVT IV.

ET ecce ſubitò, dum prædicaret beatus Ioannes in Epheſo, die Dominica, hora diei tertia, terræ motus factus eſt magnus: & nubes eleuauit eum, & ſuſcepit eum ab oculis omnium, & adduxit eum ante oſtium domus, vbi erat Virgo Deipara Maria. Et pulſans oſtium, ſtatim ingreſſus eſt. Cùm videret autem eum ſanctiſſima Virgo maria, exultauit in gaudio, & dixit: Rogo te, fili Ioannes, memor eſto verborum Domini Ieſu Chriſti, magiſtri tui, quibus me commendauit tibi. Ecce enim die tertio diſceſſura ſum de corpore: audiui autem conſilium Iudæorum dicentium: Expectemus diem, quando moriatur quæ portauit illum ſeductorem, & corpus eius igni comburamus. *a* Vocauit ergo ſanctum Apoſtolum Ioannem, & introduxit eum in ſecretarium domus, & oſtendit ei veſtimentum ſepulturæ ſuæ, & palmam illam luminis, quam acceperat ab Angelo, præmouens eum vt illam faceret ferri ante lectum tuum, cùm duceretur ad ſepulturam, *& iret ad monumentum.*

a Vocauit ergo ſanctum Apoſtolum, &c.] *Tota domus mundata eſt, lectus, item thalamus ornabatur, & conuocabantur quotquot erant cognati & vicini, vt cum ea lætitiæ fierent participes. Domum parata erant omnia ad exceſſum. Significans itaque iis, qui conuenerunt, id quod filius ei per Angelum nuntiauerat: Oſtendit autem brauium, quod ſibi fuerat datum ab eo: Id verò erat ramus palmæ, vt lingua aſſueſacta vera loqui de eo dixerant, Signum victoriæ mortis, & vitæ imago mortalis. Sicut etiam Hebræorum pueri id faciebant eius filio, inſpirati diuinitus. Simon Metaph. ſerm. de dorm. Deip.*

CAPVT V.

CVi beatus & dilectus Apoſtolus Ioannes ait: Quomodo ego ſolus parabo tibi, Domina, exequias; niſi venerint fratres mei, diſcipuli & coapoſtoli Domini noſtri Ieſu Chriſti, ad reddendum honorem corpuſculo tuo? Et factum eſt: & ecce ſubitò, per imperium Dei, omnes Apoſtoli de locis, in quibus prædicabant verbum Dei, *a* eleuati in nube rapti ſunt, & depoſiti ante oſtium domus, in qua habitabat Maria Domini mater, & ſalutantes ſe inuicem, mirabantur, dicentes: Quæ cauſa eſt, ob quam Dominus nos hic in vnum congregauit? Aduenit autem cum eis Paulus, ex Circumciſione conuerſus, qui aſſumptus fuerat cum Barnaba in miniſterium gentium. Cumque inter eos eſſet pia contentio, quis ex eis prior oraret ad Dominum, vt oſtenderet illis cauſam ipſorum, & Petrus Paulum hortaretur, vt prior oraret, Paulus reſpondit, dicens: tuum eſt iſtud officium, primum inchoare, maximè cùm ſis electus à Deo columna Eccleſiæ, & tu præcedis omnes in Apoſtolatu; meum autem minimè: nam ego minimus ſum omnium veſtrûm, & tanquam abortiuo viſus eſt mihi Chriſtus, nec me vobis æquare præſumo, tamen gratia Dei ſum id quod ſum.

Omnes Apoſtoli de locis, &c.] *Cum autem adeſſet iam tempus exceſſus; illa quidem vera vita mater in Sion iacebat in grabbato: Aderat verò is, qui domo eam exceperat Ioannes, aderant etiam quicunque erant electi in Hieruſalem, vnicuique & cognatæ ſimul aſtabant. Virgo igitur ad Ioannem virginem aſpiciens, cum pauca loquuta eſſet cum eo: Demum, duas, inquit, tunicas, quas toto vitæ tempore habui tegumentum mei corporis, eas dari iubeo huic duabus mulieribus, &c. Deinde è cœlo deſcendit quidem eius filius, diuinam illius aſſumpturus animam: Per nubem autem congregat ſuos diſcipulos, vt venerandum eius corpus mandarent ſepulturæ, &c. Ne autem videatur inane eſſe quod dictum eſt de congregatione Apoſtolorum, quæ facta eſt in dormitione Virginis, ſatius fuerit ſummatim addere, quæ à Dionyſio Areopagita dicuntur in libro de diuinis nominibus. cap. 3. &c. Sim. Metaph.*

Apoſtolos, iuſſus diuinus, nempe nubes tanquam quoddam rete vrgebat ex finibus terræ, veluti quaſdam aquilas cogens, vt Matth. 24. Aderant ergo ii, vt Verbo, ſic matri eius miniſtraturi, & vt precioſam hæreditatem hauſturi ab ea benedictione: Simul autem aderant eorum aſſeclæ ſucceſſores, benedictionis & miniſterii futuri participes: Sed neque cœtus Patriarcharum & Angelorum aberat, &c. Damaſc. ſerm. de dorm. Deip.

CAPVT VI.

TVnc omnes Apoſtoli gaudentes ſuper humilitate Pauli, vnanimiter conſummauerunt orationem ſuam. Et cùm finem orationis feciſſent, & dixiſſent, Amen? Ecce ſubitò venit ad eos Deo dignus Apoſtolus Ioannes, & indicauit eis omnia hæc. Ingreſſi ergo Apoſtoli domum, inuenerunt matrem Domini noſtri Mariam, & ſalutauerunt eam dicentes, Benedicta tu à Domino, qui fecit cœlum & terram. Quibus illa ait: Pax vobiſcum

Google

ſit, fratres electi à Domino: & interrogauit eos dicens: Quomodo huc veniſtis? Qui illico narrauerunt ei, quomodo vnuſquiſque ex ipſis à ſpiritu Dei eleuatus in nube, & depoſitus ibidem aduenisſent. Quibus ipſa dixit: Dominus vos huc adduxit in ſolatium ferendum anguſtiis, quæ venturæ ſunt mihi. Nunc ergo deprecor vos, vt ſine intermisſione omnes vnanimiter vigilemus, vſque in illam horam, qua Dominus venturus eſt, & ego de corpore hoc ſum receſſura.

Anguſtiis quæ venturæ ſunt, &c.] *Hodie vitæ theſaurus gratiæ abyſſus (neſcio quomodo dicam audacibus & non trementibus labris) morte vitali tegitur, & ad eam ſine metu accedit illa quæ peperit eum, qui ipſam fregit ac diſſoluit; ſi tamen mortem vocare oportet eius ſacratiſſimum & vitalem è vita diſceſſum.* Damaſcenus ſermone de dormitione ſanctæ Deiparæ. *Quomodò audebit interitus, in corpus quod vitam ſuſcepit: Sunt hæc aliena & omnino remota à diuina anima & corpore. Hanc mors tantum aſpicitas extimuit: eius enim Filium agreſſa, didicit ex iis quæ paſſa eſt: & cum ipſa experientia didiciſſet, fuit caſtigata &c. Damaſc. ibidem.*

CAPVT VII.

CVmque conſediſſent, & conſolantes eam, triduo in Dei laudibus perſtitiſſent, ecce die tertia circa horam tertiam diei, ſuper omnes, qui erant in domo illa repente ſopor irruit, & nullus omnino vigilare potuit, niſi ſoli Apoſtoli, & tres tantummodò virgines, quæ ſanctæ virgini comites erant. Et ecce ſubito aduenit Dominus Ieſus cum magna multitudine Angelorum, & ſplendor magnus in locum illum deſcendit, & erant Angeli hymnum dicentes, & collaudantes Dominum. Tunc Saluator locutus eſt dicens: *Veni electa mea*, precioſiſſima margarita, intra in receptaculum vitæ æternæ.

CAPVT VIII.

TVnc Maria proſtrauit ſe in pauimento, adorans Dominum, quæ dixit. Benedictum nomen gloriæ tuæ Domine Deus meus, qui dignatus es me humillimam ancillam tuam eligere, & arcanum tui myſterij mihi commendare. Memor igitur eſto mei rex gloriæ. Tu enim ſcis quia in toto corde meo dilexi te, & cuſtodiui theſaurum a te mihi creditum. Suſcipe itaque me Domine ancillam tuam, & libera me à poteſtate tenebrarum, vt nullus Satanæ impetus occurrat mihi, nec videam terros ſpiritus occurſantes, cui Saluator reſpondit: Cum ego miſſus a Patre pro ſalute mundi fuiſſem ſuſpenſus in cruce; ad me princeps tenebrarum venit: Sed dum nullum ſui in me operis veſtigium inuenire præualuit, victus, & conculcatus abſceſſit: Vidi, & tu ergo videbis eum quidem communi lege humani generis, per quam ſortitis finem mortis, nocere autem non poterit tibi, quia nihil in te habet, & quia tecum ſum, vt eruam te. Veni igitur iam ſecura, quia expectat te cœleſtis vitæ militia, vt te introducam in Paradiſi gaudia. Et hæc dicente Domino exurgens beatiſſima virgo de pauimento, accubuit ſuper lectum ſuum, & gratias agens Domino Deo, emiſit ſpiritum. Viderunt autem Apoſtoli tantum lucis candorem, vt nulla mortalium lingua digne poſſit effari. Vincebat enim omnem candorem niuis, & vniuerſi metalli, & argenti radiantis magna claritate.

CAPVT IX.

TVnc Saluator locutus eſt, dicens: Surge Petre, tu & reliqui Apoſtoli, & corpus Mariæ dilectæ meæ accipite, & deferte illud in dexteram partem ciuitatis ad orientem, & inuenietis monumentum nouum, in quo ponentes eam, expectate donec veniam ad vos. Et hæc dicens Dominus tradidit animam ſanctæ matris noſtræ Mariæ, Michaëli Archangelo ſuo, qui eſt præpoſitus Paradiſi, & princeps gentis Hebræorum: & Gabriel Archangelus ibat cum ea. Dominus autem Saluator noſter, ſtatim in cœlum cum Angelis receptus eſt.

CAPVT X.

TRes autem virgines quæ ibidem erant, & vigilabant; ſuſceperunt corpus beatiſſimæ parentis Mariæ, & lauerunt illud funerum more. Cumque exuiſſent illam veſtibus ſuis; ſacrum corpus illud tanta claritate reſplenduit, vt tangi quidem poſſet pro obſequio, videri autem ſpecies præ nimia luce coruſcante, non poſſet: & ſplendor apparuit magnus, & nihil ſentiebatur, dum lauarent corpus mundiſſimum, *& nullo horrore, ſordis infectum.* Cumque veſtiſſent eam linteis & indumentis mortalibus, paulatim lux illa euanuit. Et erat facies beatæ genetricis Dei Mariæ ſimilis floribus lilij, & odor ſuauitatis magnæ egrediebatur ex ea, ita vt ei ſimilis ſuauitas inueniri nulla poſſet.

Cadauerũ abluendorum mos.

CAPVT XI.

TVnc igitur ſanctum corpus impoſuerunt feretro, dixeruntque ad inuicem Apoſtoli: Quis Palmam hanc ante feretrum eius portabit? Tunc Ioannes ait ad Petrum: Tu qui præcedis nos in Apoſtolatu, debes palmam hanc ante feretrum merito ferre. Cui Petrus reſpondit: Tu ſolus ex nobis virgo es electus à Domino: & tantam gratiam inueniſti, vt ſuper pectus eius recumberes. Inſuper dum ipſe pro ſalute noſtra in crucis ſtipite penderet, hanc tibi ore proprio commendauit: Tu igitur portare debes hanc palmam, & ego ſuſcipiam ad ſuſtinendum ſacroſanctum hoc & venerabile corpus vſque ad locum monumenti. Cui Paulus ait: Et ego qui iunior ſum omnium veſtrum, portabo tecum. Cumque conſenſiſſent omnes, Petrus eleuans à capite feretrum cœpit pſallere, & dicere: *Exiit Iſraël de Ægypto*, Alleluia. Suſtinebat autem cum eo Paulus, ſacrum beatæ ſemper virginis Mariæ corpus, & Ioannes ante feretrum præferebat palmam luminis. Cæteri vero Apoſtoli pſallebant voce ſuauiſſima.

Pſalmus in funere Deiparæ.

Exiit Iſraël, &c.] *Iudæa congrega filios tuos: Hieruſalem exclama, ſubula, deduc Dei Metropolim, canta Dauidice, dic aperte; In exitu Iſraël de Ægypto, &c. Andr. Arch. Cret. in Enc. de dorm. Deip.*

CAPVT. XII.

ET ecce nouum factum eſt miraculum. Apparuit enim corona nubis ſuper feretrum magna valde, ſicut apparere ſolet magnus circulus iuxta ſplendorem Lunæ. Et Angelorum exercitus erat in nubibus, canticum ſuauitatis emittentium, & reſonabat terra ſonitu dulcedinis magnæ. Tunc egreſſus de ciuitate populus fere quindecim millia hominum, mirabantur, dicentes: Quis eſt ſonitus tantæ ſuauitatis? Tunc ſtetit vnus, qui diceret illis: Maria mater Ieſu exiit modo de corpore, & diſcipuli Ieſu circa eam laudes dicunt. Et reſpicientes viderunt coronatum feretri lectulum magna gloria, & Apoſtolos cantantes voce magna. Et ecce vnus ex illis, qui erat princeps ſacerdotum Iudæorum in ordine ſuo repletus eſt furore & ira, & dixit ad reliquos: Ecce tabernaculum illius qui nos turbauit & omne genus noſtrum, qualem gloriam nunc accipit: Et accedens voluit euertere feretrũ, & corpus ad terram deiicere. Et ſtatim aruerunt manus eius a cubitis, & adhæſerunt lectulo. Et eleuantibus Apoſtolis feretrum, pars eius pendebat, & pars hærebat ad feretri lectulum, & torquebatur ſupplicio vehementi, ambulantibus Apoſtolis, & pſallentibus Domino: *Angeli vero qui erant in nube percuſſerunt populum cæcitate.*

Et ecce, vnus ex illis, &c.] *Aiunt, cum in deſcenſu montis fuiſſent ij qui tollebant beatum corpus matris Dei; Hebræum quendam ſeruum peccati, & qui fædus inerat cum errore, incantorem ſeruum Caiphæ, cum effectus eſſet diaboli inſtrumentum, audaci & inconſiderato impetu, & infælici impreſſione irruiſſe in diuiniſſimum illud tabernaculum; & cum ambabus manibus grabbatum furioſe apprehendiſſet; &c. amaram collegit vuam, &c. Damaſc. Serm. de dorm. Deip.*

Cum hoc ſacrum & impollutum corpus in Gethſemane efferretur, Iudæis qui inuidia ſemper repleti fuerunt, ne in hoc quidem ſuccurrit tacere, ſed ad eius quod fiebat, ſplendorem claudere oculos, & ad innatum eius motum animi erumpere. Qui ergo erat aliis inſanior & impudentior, is cum venerandum portaretur grabbatum, in id irruit plenus inconſiderato impetu & furore. Eius autem ſcopus erat hunc ſacrum lectum allidere in terram, & tali afficere iniuria, vt qui vir audacia eſſet inſigni: Non neglexit autem diuina iuſtitia, ſed manus quæ grabbatum apprehenderant, ex vlnis protinus fuerunt abſciſſæ. Verum quæ in partu totum orbem terrarum gaudio repleuerat, non erat in morte illi omnino moleſtiæ cauſa futura, &c. Et quoniam ille carebat manibus, nec poterat eas extendere ad preces, emittit lacrymas ex oculis, & ſic petit curationem. Diſciplinam autem ſimul vide & medicationem: Statim enim qui lectum ferebant, conſtiterunt; accedit vero is qui paſſus fuerat ſectionem, & partibus quæ amputata fuerant vlnis applicatis (hoc autem iuſſerat Petrus) ſtatim conſecuta eſt manuum curatio. Sim. Metaph.

CAPVT. XIII.

TVnc princeps ille clamabat dicens: Deprecor te dilecte Deo Petre, ne me deſpicias in tanta neceſſitate, quia tormentis magnis crucior valde. Memor eſto quod quando in prætorio ancilla oſtiaria te recognouit, & dixit cæteris, vt calumniarentur tibi, tunc ego locutus ſum pro te bona. Tunc reſpondens Petrus ait: Non eſt meum auxiliari tibi; ſi autem credideris toto corde in Dominum Ieſum Chriſtum, quem in ſuo ſancto vtero hæc cui calumniatus es, virgo portauit, & poſt partum virgo permanſit, clementia Domini & larga eius pietas, quæ ſaluat indignos, dabit tibi ſalutem. Ad hæc ille reſpondit: Nunquid non credimus? ſed quid faciemus, quia inimicus humani generis excæcauit corda noſtra, & confuſio operuit vultum noſtrum ne confiteamur magnalia Dei, maxime cum ipſi maledicimus contra Chriſtum palam clamantes, Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros? Tunc Petrus ait, hæc maledictio iis ſolis, nocebit, qui infideles permanſerint. Conuertentibus autem ſe ad Deum, miſericordia non negatur. Et ille ait, omnia credo quæ, dicis, tantum precor miſerere, ne moriar.

CAPVT. XIV.

TVnc Petrus fecit ſtare lectulum, & ait illi: Si credideris toto corde in Dominum Ieſum Chriſtum ſoluentur à feretro manus tuæ. Et cum dixiſſet, hoc credo: ſtatim ſolutæ ſunt manus eius à feretro, & cœpit ſtare pedibus ſuis, ſed erant brachia eius arida, & non diſceſſit ab eo ſupplicium. Tunc Petrus ait illi: Accede ad corpus, & oſculare lectulum quoque, & dic Credo in Deum, & in Dei filium, quem iſta portauit Ieſum Chriſtum, & credo omnia quæcumque locutus eſt mihi Petrus Apoſtolus Dei. Et accedens, oſculatus eſt lectulum, & ſtatim omnis dolor abſceſſit ab eo, & ſanatæ ſunt manus eius. Tunc cœpit laudare & benedicere Deum largiter, & de libris Moyſi teſtimonium reddere laudibus Chriſti: ita vt etiam ipſi Apoſtoli mirarentur, & flerent præ gaudio laudantes ſub illa nomen Domini.

CAPVT XV.

PEtrus vero dixit ad eum: Accipe palmam hanc de manu fratris noſtri Ioannis: & ingrediens ciuitatem inuenies populum multum cæcatum, & annuntia eis magnalia Dei, & quicumque crediderint in Dominum Ieſum Chriſtum: impones palmam hanc ſuper oculos eorum, & videbunt cæci: Qui autem non crediderint permanebunt cæci. Qui cum feciſſet ita, inuenit populum multum plangentem, & dicentem: Væ nobis, quia ſimiles facti ſumus Sodomitis cæcitate percuſſis. Nil ſupereſt iam nobis niſi vt pereamus. Cum autem audiſſent verba principis loquentis, qui ſanus fuerat, crediderunt in Dominum Ieſum Chriſtum: & imponente eo palmam ſuper oculos eorum, receperunt viſum. *Quicunque* tantum ex eis permanentes in duritia cordis, cæci mortui ſunt. Et egreſſus princeps ſacerdotum Ad Apoſtolos, retulit, palmam, referens omnia quæ fuerant facta. E

CAPVT XVI.

MAriam autẽ portantes Apoſtoli peruenerunt ad locum vallis Ioſaphat, quem oſtenderat illis Dominus. Et poſuerunt eam in monumento nouo, & clauſerunt ſepulchrum. F Ipſi vero ſederunt ad oſtium monumenti, ſicut mandauerat eis Dominus: Et ecce ſubito aduenit Dominus Ieſus cum innumerabili exercitu Angelorum magnæ claritatis radio coruſcante, & dicit Apoſtolis; Pax vobiſcum. At illi reſpondentes dixerunt: Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te. Tunc Saluator locutus eſt eis, dicens: Antequam aſcenderem ad Patrem meum, pollicitus ſum vobis dicens, quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper Thronos duodecim, iudicantes duodecim Tribus Iſraël. Hanc ergo ex Tribubus Iſraël elegit iuſſio Patris mei, vt habitarem in ea, *quid ergo vultis vt faciam ei?* Tunc Petrus, & alij Apoſtoli dixerunt: Domine præelegiſti hanc ancillam tuam fieri immaculatum tibi thalamum, & nos ſeruulos tuos in miniſterium tuum. Omnia ante ſecula præſciuiſti cum Patre, & Spiritu ſancto, cum quibus tibi eſt vna deitas, G æqualis & infinita poteſtas, Sic ergo viſum nobis fuerat famulis tuis etiam rectum eſſe, vt ſicut tu deuicta morte regnas in gloria, ita reſuſcitans Matris corpuſculum, tu tecum duceres eam lætam in cœlum.

CAPVT XVII.

TVnc Saluator ait: fiat ſecundum verbum veſtrum, *Et præcepit Michaël Archangelo, vt animam ſanctæ Mariæ deferret.* Et ecce repente Gabriel Archangelus reuoluit lapidem ab oſtio monumenti, & ait Dominus. *Surge amica mea*, & proxima mea, quæ non ſenſiſti corruptionem per viri contactum, non patieris reſolutionem corporis in ſepulchro. Et ſtatim ſurrexit Maria de tumulo, & benedicebat Dominum, & prouoluta ad pedes Domini, adorabat eum, dicens: Non ego tibi condignas gratias poſſum rependere Domine pro impenſis beneficiis tuis, quæ mihi ancillæ tuæ conferre dignatus es. Sit nomen tuum, Redemptor mundi, Deus Iſraël, H benedictum in ſecula.

Et ſtatim ſurrexit Maria, &c.] *Gethſemane ſuſcipe nouam Reginam, &c. Caute & diligenter ſanctam cuſtodiatur. Si corpus enim quidem, manens in ipſo, erit communis poſſeſſio quæ adorabatur ab Angelis & hominibus: Si quid autem contigerit admirabile & præter opinionem, & translatum fuerit id quod eſt impollutum; eſto prædicans miraculum narratio tranſlationem iis quæ poſtea ſunt conſequuturæ generationibus, ſuperis quidem Spiritibus concedens ſpiritum Dei matris, nobis autem dans quaſi ex perenni fonte inſtar vnguenti ſanctificationem corporis: Accurramus ſimul omnes ad Deiparam chori Patrum & Patriarcharum. &c. Andr. Arch. Cret. Serm. de dormit. Sanctiſſ. Deip.*

Talia ſunt, ô Deip. ſupermundanæ tuæ dormitationis myſteria, &c Hæc quæ ante & poſt ſepulturam ſunt monumenta, ad proſequendam eã quæ plane ignoratur tranſlationem, &c. Andr. Cret. ibidem.

ſit, fratres electi à Domino: & interrogauit eos dicens: Quomodo huc veniſtis? Qui illico narrauerunt ei, quomodo vnuſquiſque ex ipſis à ſpiritu Dei eleuatus in nube, & depoſitus ibidem adueniſſent. Quibus ipſa dixit: Dominus vos huc adduxit in ſolatium ferendum anguſtiis, quæ venturæ ſunt mihi. Nunc ergo deprecor vos, vt ſine intermiſſione omnes vnanimiter vigilemus, vſque in illam horam, qua Dominus venturus eſt, & ego de corpore hoc ſum receſſura.

Anguſtiis quæ venturæ ſunt, &c.] *Hodie vita theſaurus gratiæ abyſſus (neſcio quomodo dicam audacibus & non trementibus labris) morte vitali tegitur, & ad eam ſine metu accedit illa quæ peperit eum, qui ipſam fregit ac diſſoluit; ſi tamen mortem vocare oportet eius ſacratiſſimum & vitalem è vita diſceſſum.* Damaſcenus ſermone de dormitione ſanctæ Deiparæ. *Quomodo audebit interitus, in corpus quod vitam ſuſcepit: Sunt hæc aliena & omnino remota a diuina anima & corpore. Hanc mors tantùm aſpiciens extimuit: eius enim Filium agreſſa, didicit ex iis quæ paſſa eſt: & cum ipſa experientia didiciſſet, fuit caſtigata &c. Damaſc. ibidem.*

CAPVT VII.

CVmque conſediſſent, & conſolantes eam, triduo in Dei laudibus perſtitiſſent, ecce die tertia circa horam tertiam diei, ſuper omnes, qui erant in domo illa repentè ſopor irruit, & nullus omnino vigilare potuit, niſi ſoli Apoſtoli, & tres tantummodò virgines, quæ ſanctæ virgini comites erant. Et ecce ſubitò aduenit Dominus Ieſus cum magna multitudine Angelorum, & ſplendor magnus in locum illum deſcendit, & erant Angeli hymnum dicentes, & collaudantes Dominum. Tunc Saluator locutus eſt dicens: *Veni electa mea*, precioſſima margarita, intra in receptaculum vitæ æternæ.

CAPVT VIII.

TVnc Maria proſtrauit ſe in pauimento, adorans Dominum, quæ dixit. Benedictum numen gloriæ tuæ Domine Deus meus, qui dignatus es me humillimam ancillam tuam eligere, & arcanum tui myſterij mihi commendare. Memor igitur eſto mei rex gloriæ. Tu enim ſcis quia in toto corde meo dilexi te, & cuſtodiui theſaurum à te mihi creditum. Suſcipe itaque me Domine ancillam tuam, & libera me à poteſtate tenebrarum, vt nullus Sathanæ impetus occurrat mihi, nec videam teteros ſpiritus occurſantes, cui Saluator reſpondit: Cum ego miſſus à Patre pro ſalute mundi fuiſſem. ſuſpenſus in cruce; ad me princeps tenebrarum venit: Sed dum nullum ſui in me operis veſtigium inuenire præualuit, victus, & conculcatus abſceſſit: Vidi, & tu ergo videbis eum quidem communi lege humani generis, per quam ſortiris finem mortis, nocere autem non poterit tibi, quia nihil in te habet, & quia tecum ſum, vt eruam te. Veni igitur iam ſecura, quia expectat te cœleſtis vitæ militia, vt te introducam in Paradiſi gaudia. Et hæc dicente Domino exurgens beatiſſima virgo de pauimento, accubuit ſuper lectum ſuum, & gratias agens Domino Deo, emiſit ſpiritum. Viderunt autem Apoſtoli tantum lucis candorem, vt nulla mortalium lingua digne poſſit effari. Vincebat enim omnem candorem niuis, & vniuerſi metalli, & argenti radiantis magna claritate.

CAPVT IX.

TVnc Saluator locutus eſt, dicens: Surge Petre, tu & reliqui Apoſtoli, & corpus Mariæ dilectæ meæ accipite, & deferte illud in dexteram partem ciuitatis ad orientem, & inuenietis monumentum nouum, in quo ponentes eam, expectate donec veniam ad vos. Et hæc dicens Dominus tradidit animam ſanctæ matris noſtræ Mariæ, Michaëli Archangelo ſuo, qui eſt præpoſitus Paradiſi, & princeps gentis Hebræorum: & Gabriel Archangelus ibat cum ea. Dominus autem Saluator noſter, ſtatim in cœlum cum Angelis receptus eſt.

CAPVT X.

TRes autem virgines quæ ibidem erant, & vigilabant; ſuſceperunt corpus beatiſſimæ parentis Mariæ, & lauerunt illud funerum more. Cumque exuiſſent illam veſtibus ſuis; ſacrum corpus illud tanta claritate reſplenduit, vt tangi quidem poſſet pro obſequio, videri autem ſpecies præ nimia luce coruſcante, non poſſet: & ſplendor apparuit magnus, & nihil ſentiebatur, dum lauaretur corpus mundiſſimum, *& nullo horrore, ſordis infectum.* Cumque veſtiſſent eam linteis & indumentis mortalibus, paulatim lux illa euanuit. Et erat facies beatæ genetricis Dei Mariæ ſimilis floribus lilij, & odor ſuauitatis magnæ egrediebatur ex ea, ita vt ei ſimilis ſuauitas inueniri nulla poſſet.

CAPVT XI.

TVnc igitur ſanctum corpus impoſuerunt feretro, dixeruntque ad inuicem Apoſtoli: Quis Palmam hanc ante feretrum eius portabit? Tunc Ioannes ait ad Petrum: Tu qui præcedis nos in Apoſtolatu, debes palmam hanc ante feretrum merito ferre. Cui Petrus reſpondit: Tu ſolus ex nobis virgo es electus à Domino: & tantam gratiam inueniſti, vt ſuper pectus eius recumberes. Inſuper dum ipſe pro ſalute noſtra in crucis ſtipite penderet, hanc tibi ore proprio commendauit: Tu igitur portare debes hanc palmam, & ego ſuſcipiam ad ſuſtinendum ſacroſanctum hoc venerabile corpus vſque ad locum monumenti. Cui Paulus ait: Et ego qui iunior ſum omnium veſtrum, portabo tecum. Cumque conſenſiſſent omnes, Petrus eleuans à capite feretrum cœpit pſallere, & dicere: *Exiit Iſraël de Ægypto*, Alleluia. Suſtinebat autem cum eo Paulus, ſacrum beatæ ſemper virginis Mariæ corpus, & Ioannes ante feretrum præferebat palmam luminis. Cæteri vero Apoſtoli pſallebant voce ſuauiſſima.

Exiit Iſraël, &c.] *Iudæa congrega filios tuos: Hieruſalem exclama, iubila, deduc Dei Metropolim, canta Dauidice, dic aperte; In exitu Iſraël de Ægypto, &c. Andr. Arch. Cret. in Enc. de dorm. Deip.*

CAPVT. XII.

ET ecce nouum factum eſt miraculum. Apparuit enim corona nubis ſuper feretrum magna valde, ſicut apparere ſolet magnus circulus iuxta ſplendorem Lunæ. Et Angelorum exercitus erat in nubibus, canticum ſuauitatis emittentium, & reſonabat terra ſonitu dulcedinis magnæ. Tunc egreſſus de ciuitate populus fere quindecim millia hominum, mirabantur, dicentes: Quis eſt ſonitus tantæ ſuauitatis; ? Tunc ſtetit vnus, qui diceret illis: Maria mater Ieſu exiit modo de corpore, & diſcipuli Ieſu circa eam laudes dicunt. Et reſpicientes viderunt coronatum feretri lectulum magna gloria, & Apoſtolos cantantes voce magna *a*. Et ecce vnus ex illis, qui erat princeps ſacerdotum Iudæorum in ordine ſuo repletus eſt furore & ira, & dixit ad reliquos: Ecce tabernaculum illius qui nos turbauit & omne genus noſtrum, qualem gloriam nunc accipit? Et accedens voluit euertere feretrũ, & corpus ad terram deiicere. Et ſtatim aruerunt manus eius à cubitis, & adhæſerunt lectulo. Et eleuantibus Apoſtolis feretrum, pars eius pendebat, & pars hærebat ad feretri lectulum, & torquebatur ſupplicio vehementi, ambulantibus Apoſtolis, & pſallentibus Domino: *Angeli vero qui erant in nube percuſſerunt populum cæcitate.*

Et ecce, vnus ex illis, &c.] *Aiunt, cum in deſcenſu montis fuiſſent ij qui tollebant beatum corpus matris Dei, Hebræum quendam ſeruum peccati, & qui fœdus inierat cum errore, incantorem ſeruum Caiphæ, cum effectus eſſet diaboli inſtrumentum, audaci & inconſiderato impetu, & infælici impreſſione irruiſſe in diuiniſſimum illud tabernaculum; & eum ambabus manibus grabbatum furioſe apprehendiſſet; &c. amaram collegit vuam, &c. Damaſc. Serm. de dorm. Deip.*

Cum

Cum hoc ſacrum & impollutum corpus in Gethſemane efferretur, Iudæis qui inuidia ſemper repleti fuerunt, ne tu hoc quidem ſuccurrit tacere, ſed ad eius quod fiebat, ſplendorem claudere oculos, & ad inanem eius motum animi erumpere. Qui ergo erat aliis inſanior & impudentior, is cum venerandum portaretur grabbatum, in id irruit plenus inconſiderato impetu & furere. Eius autem ſcopus erat hunc ſacrum lectum allidere in terram, & tali afficere iniuria, vt qui vir audacia eſſet inſignis: Non neglexit autem diuina iuſtitia, ſed manus quæ grabbatum apprehenderant, ex vlnis protinus fuerunt abſciſſæ. Verum quæ in partu totum orbem terrarum gaudio repleueras, non erat in morte villi omnino moleſtiæ cauſa futura, &c. Et quoniam ille carebat manibus, nec poterat eas extendere ad preces, emittit lacrymas ex oculis, & ſic petit curationem. Diſciplinam autem ſimul vide & medicationem: Statim enim qui lectum ferebant, conſtiterunt; accedit vero is qui paſſus fuerat ſectionem, & partibus quæ amputatæ fuerant vlnis applicatis (hoc autem iuſſerat Petrus) ſtatim conſecuta eſt manuum curatio. Sim. Metaph.

CAPVT. XIII.

TVnc princeps ille clamabat dicens: Deprecor te dilecte Deo Petre, ne me deſpicias in tanta neceſſitate, quia tormentis magnis crucior valde. Memor eſto quod quando in prætorio ancilla oſtiaria te recognouit, & dixit cæteris, vt calumniarentur tibi, tunc ego locutus ſum pro te bona. Tunc reſpondens Petrus ait: Non eſt meum auxiliari tibi; ſi autem credideris toto corde in Dominum Ieſum Chriſtum, quem in ſuo ſancto vtero hæc cui calumniatus es, virgo portauit, & poſt partum virgo permanſit, clementia Domini & larga eius pietas, quæ ſaluat indignos, dabit tibi ſalutem. Ad hæc ille reſpondit: Nunquid non credimus? ſed quid faciemus, quia inimicus humani generis excæcauit corda noſtra, & confuſio operuit vultum noſtrum ne confiteamur magnalia Dei, maxime cum ipſi maledximus contra Chriſtum palam clamantes, Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros? Tunc Petrus ait, hæc maledictio iis ſolis, nocebit, qui infideles permanſerint. Conuertentibus autem ſe ad Deum, miſericordia non negatur. Et ille ait, omnia credo quæ, dicis, tantum precor miſerere, ne moriar.

CAPVT. XIV.

TVnc Petrus fecit ſtare lectulum, & ait illi: Si credideris toto corde in Dominum Ieſum Chriſtum ſoluentur à feretro manus tuæ. Et cum dixiſſet, hoc credo: ſtatim ſolutæ ſunt manus eius à feretro, & cœpit ſtare pedibus ſuis, ſed erant brachia eius arida, & non diſceſſit ab eo ſupplicium. Tunc Petrus ait illi: Accede ad corpus, & oſculare lectulum quoque, & dic Credo in Deum, & in Dei filium, quem iſta portauit Ieſum Chriſtum, & credo omnia quæcunque locutus eſt mihi Petrus Apoſtolus Dei. Et accedens, oſculatus eſt lectulum, & ſtatim omnis dolor abſceſſit ab eo, & ſanatæ ſunt manus eius. Tunc cœpit laudare & benedicere Deum largiter, & de libris Moyſi teſtimonium reddere laudibus Chriſti: ita vt etiam ipſi Apoſtoli mirarentur, & flerent præ gaudio laudantes ſub illa nomen Domini.

CAPVT XV.

PEtrus vero dixit ad eum: Accipe palmam hanc de manu fratris noſtri Ioannis: & ingrediens ciuitatem inuenies populum multum cæcatum, & annuntia eis magnalia Dei, & quicunque crediderint in Dominum Ieſum Chriſtum: impones palmam hanc ſuper oculos,
eorum, & videbunt cæci: Qui autem non credide- E
rint permanebunt cæci. Qui cum feciſſet ita, inuenit populum multum plangentem, & dicentem: Væ nobis, quia ſimiles facti ſumus Sodomitis cæcitate percuſſis. Nil ſupereſt iam nobis niſi vt pereamus. Cum autem audiſſent verba principis loquentis, qui ſanus fuerat, crediderunt in Dominum Ieſum Chriſtum: & imponente eo palmam ſuper oculos eorum, receperunt viſum. *Quicunque* tantum ex eis permanentes in duritia cordis, cæci mortui ſunt. Et egreſſus princeps ſacerdotum Ad Apoſtolos, retulit, palmam, referens omnia quæ fuerant facta.

CAPVT XVI.

MAriam autẽ portantes Apoſtoli peruenerunt ad locum vallis Ioſaphat, quem oſtenderat illis Domi-
nus. Et poſuerunt eam in monumento nouo, & clauſe- F
runt ſepulchrum. Ipſi vero ſederunt ad oſtium monumenti, ſicut mandauerat eis Dominus: Et ecce ſubito aduenit Dominus Ieſus cum innumerabili exercitu Angelorum magnæ claritatis radio coruſcante, & dixit Apoſtolis; Pax vobiſcum. At illi reſpondentes dixerunt: Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te. Tunc Saluator locutus eſt eis, dicens: Antequam aſcenderem ad Patrem meum, pollicitus ſum vobis dicens, quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper Thronos duodecim, iudicantes duodecim Tribus Iſraël. Hanc ergo ex Tribubus Iſraël elegit iuſſio Patris mei, vt habitarem in ea, *quid ergo vultis vt faciam ei?* Tunc Petrus, & alij Apoſtoli dixerunt: Domine præelegiſti hanc ancillam tuam fieri immaculatum tibi thalamum, & nos ſeruulos tuos in miniſterium tuum. Omnia ante ſecula præſciuiſti cum Patre, & Spiritu ſancto, cum quibus tibi eſt vna deitas,
æqualis & infinita poteſtas, Sic ergo viſum nobis fuerat G
famulis tuis etiam rectum eſſe; vt ſicut tu deuicta morte regnas in gloria, ita reſuſcitans Matris corpuſculum, tu tecum duceres eam lætam in cœlum.

CAPVT XVII.

TVnc Saluator ait: fiat ſecundum verbum veſtrum, *Et præcepit Michaël Archangelo, vt animam ſanctæ Mariæ deferret.* Et ecce repente Gabriel Archangelus reuoluit lapidem ab oſtio monumenti, & ait Dominus *Surge amica mea*, & proxima mea, quæ non ſenſiſti corruptionem per viri contactum, non patieris reſolutionem corporis in ſepulchro. Et ſtatim ſurrexit Maria de tumulo, & benedicebat Dominum, & prouoluta ad pedes Domini, adorabat eum, dicens: Non ego tibi condignas gratias poſſum rependere Domine pro impenſis beneficiis tuis, quæ mihi ancillæ tuæ conferre dignatus
es. Sit nomen tuum, Redemptor mundi, Deus Iſraël, H
benedictum in ſecula.

Et ſtatim ſurrexit Maria, &c.] *Gethſemane ſuſcipe nouam Reginam; &c. Caute & diligenter ſanctam cuſtodiatur. Si conſeruetur quidem, manens in ipſo, erit communis poſſeſſio quæ adorabatur ab Angelis & hominibus: Si quid autem contigerit admirabile & præter opinionem, & tranſlatum fuerit id quod eſt impollutum, eſto prædicans miraculum. narrato tranſlationem iis quæ poſtea ſunt conſequuturæ generationibus, ſuperis quidem Spiritibus concedens ſpiritum Dei matris, nobis autem dans quaſi ex perenni fonte inſtar vnguenti ſanctificationem corporis: Accurramus ſimul omnes ad Deiparam chori Patrum & Patriarcharum: &c. Andr. Arch. Cret. Serm. de dormit. Sanctiſſ. Deip.*

Talia ſunt, ô Deip. ſupermundanæ tuæ dormitationis myſteria, &c Hæc quæ ante & poſt ſepulturam ſiunt monumenta, ad proſequendam eã quæ plane ignoratur tranſlationem, &c. Andr. Cret. ibidem.

A *Sic igitur ſanctiſſimum corpus præclariſſimo imponitur monumento, ſed hinc tertio ad cæleſtes rurſus in cæleſtia curricula transfertur: non enim hoc: diuinum habitaculum &c. coerceri in ſinu terræ: Sed quomodo, quod ex ea conſtitit verbi corpus integrum tertia die ſurrexit ex monumento, ſic decebat eam eripi è ſpulchro, & ad filium transferri; &c. Hanc eius dormitionem nocturnis oblectemus ſtationibus, &c. Tu vero ô ſacrorum ſepulchorum ſacratiſſimum, poſt Domini quidem ſepulchrum, vbi eſt aurum purum quod Apoſtolorũ manus in te recõdiderũt; vbi eſt pelagus curationum, deſiderabile & amabile corpus Deiparæ. Quid in ſepulchro quæritis eam quæ ad cæleſtia trãſlata eſt tabernacula? Non licet mihi iuſſis diuinis reſiſtere. Corpus ſacrum & ſanctum relictis ſyndonibus cum me ſãctificatione impertiiſſet, abijt raptum in ſublime comitantibus Angelis & cæleſtibus omnibus: nunc diuina in me habitat gratia: Ego fons perennis curationum, remedium aduerſus dæmones, ægrotantibus officina medicinæ. Videtis, fratres, quæ vobis*
B *porrigit ſepulchrum glorioſiſſimum? Quod autem hæc ita ſe habeant, ſcriptum eſt Euthymiacæ Hiſt. lib. 3. cap. 40. Iuuenalem Hieroſolymitanum interrogatum à Marciano & Pulcheria in Concilio Chalced. de reliquiis Deip. Conſtantinopolim aduehendis, reſpondiſſe, Apoſtolos momento temporis ſublime ſublatos conueniſſe Hieroſolymam ad eius dormitionem, extitiſſe illis viſionem Angelicam; & auditam præſtantiorem prælatam hymnodiam. Poſt depoſitum vero corpus in Gethſemane, Angelorum choream & hymnodiam manſiſſe tres dies perpetuos; poſt quos ceſſante hymnodia, cum Apoſtolorum vnus qui abfuerat, corpus adorare vellet; aperuerunt quidem loculum ex omniparte intemeratum, ſed ea tantum in quibus compoſitum fuerat corpus miro odore fragrantia reperierunt. Tunc autem aderant, cum Apoſtolis Sanctiſſimus Timotheus; & magnus Dionyſius Areopagita, ſicut ipſe teſtatur; &c. Damaſc. Serm. de dormit. Deip. Niceph. Hiſt. lib. 2. cap. 23. cuius ſcripta Iuuenalis Epiſcopi; & apoſtololum ab exequiis abſentem ait fuiſſe D. Thomam.*

CAPVT XVIIII.

ET oſculatus eam Dominus receſſit, & tradidit eam Angelis, vt deferrent eam in Paradiſum. Et ait Apoſtolis: Accedite ad me. Et cum acceſſiſſent, oſculatus eſt eos, & ait; *Pax vobis*; quoniam ego ſemper vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi. Et ſtatim cum hæc dixiſſet Dominus, eleuatus in nube receptus eſt in cœlum, & Angeli cum eo, deferentes beatiſſimam Dei genitricem Mariam in Paradiſum Dei. Apoſtoli autem ſuſcepti ſunt à nubibus, & reuerſi ſunt vnuſquiſque in ſortem prædicationis ſuæ, narrantes diuina magnalia, & laudantes Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui viuit & regnat cum Patre, & Spiritu ſancto, in vnitate perfecta & in vna diuinitatis ſubſtantia, in ſæcula ſæculorum amen.

C

D

A E

SANCTI IRENÆI, LVGDVNENSIS EPISCOPI, ET MARTYRIS ADVERSVS VALENTINI, Et ſimilium Gnoſticorum Hæreſes, Libri quinque: F

Iam ſecundò diligenti editorum Codicum collatione, vetuſtiſſimi etiam magnæque fidei manuſcripti Codicis, atque alterius Vaticani, ab innumeris mendis repurgati, & aliquot capitibus aucti; Præterea, omnibus, quæ apud veteres exſtant, fragmentis vniuerſis denique aliorum eiuſdem operum, quæ reperire licuit, partibus locupletati.

Omnia ſtudio & operâ Fr. FRANCISCI FEV-ARDENTII, Ordinis Fr. Minorum, in S. Facultate Pariſienſi Doctoris Theologi.

G

DE ISTA QVINQVE LIBRORVM D. Irenæi editione ad Lectores, Fratris Franciſci Feu-Ardentij Commonitio.

EN Beatiſſimi Patris & Martyris Irenæi quinque Libros, denuò collatos, emendatos, & locupletatos noua editione, in publicam ſtudioſorum vtilitatem emittimus. Quos etſi quidam adhuc ſubdubitent, Græcè ab auctore eleganter, idque ante mille & quadringentos annos, conſcriptos, & in rem totius Eccleſiæ Catholicæ vulgatos fuiſſe, non dubitamus tamen id cunctis perſuaſum iri, qui tot longa egregiaque fragmenta, ab Epiphanio, Euſebio, Theodoreto, & aliis Græcè ad verbum ex authore tranſcripta, & ſcriptis ſuis quondam inſerta attentis animis expenderint. Accedit grauiſſimi D. Hieronymum teſtimonium, qui Græcis librorum Inſcriptionibus ab Authore editis, & à ſuperioribus Patribus probatis, Ελέγχου καὶ ἀνατροπῆς τῆς ψευδωνύμου γνώσεως Βιβλία πέντε, *Reprehenſionis ac euerſionis falsò nominatæ ſcientiæ Libri quinque, aliiſque permotus rationibus eum inter Scriptores Græcos annumerat, & Græcè ſcripſiſſe non ambigit. Accedunt phraſis planè Græca: innumeræ dictiones, formæque loquendi Latinis non vſitatæ: Græci authores tam diuini quam humani perſæpe ad verbum citati, nunquam verò Latini: vt etiam à Græcis frequenter citetur, raro à Latinis. Teſtentur denique nonnulli pij & docti viri ſe Græcum exemplar in Veneta bibliotheca legiſſe: alij quoque in Vaticana viſum ferunt: quæ tamen ibi poſtea fruſtra quæſita ſint.*

De primo horum Librorum interprete nondum ſatis mihi apparet quod pro certo ſtatuam, cum nullus ad hoc vſque tempus illum quod ſciam, indicauerit. Si de re tam ancipite & obſcura ſententiam ferre licuerit, citra cuiuſquam animi offenſionem, lubens affirmem Authorem & Interpretem eundem eſſe: qui quod Græcè pereleganter & ſcienter primò ſcripſerit; Latinè poſtea non pari licet ſermonis felicitate, & lepore, Latinis, inter quos verſabatur, impertiuerit. Quid ni, cum & Tertullianus eidem ferè æqualis Græco Latinoque ſermone ſtylum exercuerit? Athanaſius quoque, ac plurimi alij religionis noſtræ proceres vtraque lingua, non pauca ediderint? Sic enim & horum Librorum authoritas nulla parte vacillabit: ſed erit ſemper auguſtior & firmior: & quod de ſeipſo ait, quod in barbara lingua (nam ſola Græca ei natiua & propria erat) inter Celtas degens, plurimam operam collocaret, apertius euadet. Nec parum ſententiam iſtam confirmant, duo citati per D. Auguſtinum ex hoc Authore loci, eadem ferè, qua hactenus prodiit vetuſtiſſima certè tralatione. Aut profectò Presbyterum quendam ad manum Irenæus habuit, qui eius iuſſu de verbo ad verbum coràm, Latinæ orationis ſplendore, artificioque neglecto, tranſtulerit: aut, vt idem H *de ſcripto ſuo teſtatur, ſimpliciter, & verè, ac vulgari tunc inter Latinos ſermone tranſlatos ſeparatim poſtea communicauerit, & mentem ſenſaque authoris fideliter expreſſerit. Quis firmioribus coniecturis aut teſtimoniis certioribus productis, aliam primumque interpretem indicauerit, nos ſibi magno beneficio gratos & deuinctos habebit. Atque hæc de ſermonis genere, ac interprete dicta ſint.*

Ex Tomo 1. diſſertationum P. Labbe S. I. in Bellarminum.

SAnctus Irenæus, vir Apoſtolicorum temporum, à S. Polycarpo Smyrnæorum Antiſtite, cuius in iuuentute fuerat auditor, cum pluribus aliis in Gallias miſſus, Lugduni ſubſtitit, vbi Pothinus, dictus vulgo Photinus, Gallicanam regebat Eccleſiam; poſt cuius glorioſam mortem à Martyribus in carcere adhuc detentis miſſus eſt Romam ad Eleutherium Pontificem. Vnde reuerſus eidem Pothino cum aliis pluribus ob Chriſti fidem mar-

A tyrio Coronato ſucceſſor anno 178. aut ſequenti datus, cum præfuiſſet annis 23. paſſus eſt diem 28. Iunij ſeueri Imperatoris anno nono Chriſti 201. cum omni fere ciuitatis ſuæ populo. Baronius in annum Chriſti 205. reiicit. De eo Sancti Patres &c.

ENCOMIA B. IRENÆI EX *Priſcis Patribus collecta.*

VIginti & ſex contra doctrinam S. Irenæi, hæreticorum criminationibus; totidem obiſcimus veterum Theologorum certiſſima de inſigni eius pietate, ſapientia, & ſanctitate teſtimonia, quibus eum condignis elogiis appellant & laudibus concelebrant: vt ex his nemo non videat quanti fieri debeant huius ſanctiſſimi merita & opera.

B 1. In primis enim MARTYRES illi Galliarum, qui ſub Marco Aurelio, circa annum Chriſti 170. id eſt, ante mille & quadringentos annos, Lugduni ac Viennæ pro pietate Chriſtiana tenebantur in vinculis, B. IRENÆVM tunc adhuc Eccleſiæ Lugdunenſis Presbyterum, literis ſuis ad B. Eleutherum Epiſcopum Romanum inſcriptis plurimum commendant: permultáque illi virtutis perhibent teſtimonia, ſicut ipſa literarum verba declarant in hunc modum: *TE in Deo omnibus in rebus perpetuò, Pater Eleuthere, valere optamus. Has literas ad te perferre fratrem noſtrum IRENÆVM, & miniſterij conſortem, rogauimus: téque obſecramus, vt illum, vtpote STVDIO INCREDIBILI ERGA TESTAMENTVM CHRISTI FLAGRANTEM, gratia & beneuolentia complectaris. Quòd ſi locum & gradum Eccleſiaſtici miniſterij vim & facultatem habere iuſtitia cuiquam impertiendæ animaduerteremus: hunc vt Presbyterum Eccleſiæ (hoc namque munus obtinet) in primis tibi commendaſſemus.* Hucuſque ex epiſtola MARTYRVM Euſebius, ſimul & Nicephorus. (Euſeb. lib. 5. hiſt. c. 4.)

C 2. Scribit & de illo AVTHOR reſponſionum ad quæſtiones Orthodoxorum, apud Iuſtinum illuſtrem Philoſophum & Martyrem, quæſt. 115. *Conſuetudo non flectendi genua tempore Chriſti reſurrectionis, ab Apoſtolorum temporibus cœpit, quemadmodum ait B. IRENÆVS MARTYR, ET LVGDVNENSIS PONTIFEX, in Libro de Paſcha, &c.*

3. TERTVLLIANVS, lib. adu. Valentinianos, cap. 5. *Nec vndique decemur ipſi nobis finxiſſe materias, quas tot iam viri SANCTITATE ET PRÆSTANTIA INSIGNES, nec ſolum noſtri anteceſſores, ſed ipſorum hæreſiarcharum contemporales INSTRVCTISSIMIS VOLVMINIBVS & prodiderunt & retulerunt, vt Iuſtinus Philoſophus & martyr, vt Miltiades Eccleſiarum ſophiſta, vt IRENÆVS OMNIVM DOCTRINARVM CVRIOSISSIMVS EXPLORATOR.*

D 4. & 5. EVSEBIVS, & eum imitatus NICEPHORVS, frequenter eum laudant, & nunquam ſine honorifica præfatione, velut hæ ſententiæ manifeſtant. *Quod in hæc vſque tempora* (Traiani, imp. nimirum) *manſerit Ioan. Apoſt. in vita duorum certorum & fidelium teſtium, IRENÆVM dico, & Clementem Alexandrinum, ſententia licet confirmare. Quibus quidem propter VERÆ RECTÆQVE OPINIONIS ECCLESIASTICÆ PATROCINIVM, merito fides adiungenda eſt.* Et alibi viri ſubtile demirantes & prædicantes ingenium, aiunt: *IRENÆVS Valentini de materia profundum & immenſum antrum erroris, qui erat in tam multiplices & tortuoſas formas diuiſus, ACVTISSIMA MENTIS ACIE tanquam effodiens, in lucemque educens, occultam eius perniciem, & inſtar ſerpentis ſe inter latebras occultantis inuentimus receſſibus abditam denudauit.* Alibi rurſum commemorantes eiuſdem & labores ſcribunt: *IRENÆVS librum de Ogdoade ſcripſit: in quo ſatis apertè declarat; SE APOSTOLORVM TEMPORIBVS PROXIME SVCCESSISSE.* (Lib. 3. hiſt. c. 17. Niceph. lib. 3. & 4. Lib. 4. hiſt. c. 10. Lib. 5. cap. 19.)

6. EPIPHANIVS contra hæreſim 24. quæ eſt Baſilidianorum ait: *Porrò B. IRENÆVS APOSTOLORVM SVCCESSOR de hoc ſubtiliter tractans, improbitatem ac inefficaciam huius redarguit.* Et poſtea: *Reliquam ipſius* (Valentini) *nugacitatem non volui à meipſo componere, cùm repererim apud SANCTISSIMVM IRENÆVM priſcum illum, &c.* Et multò poſt: *Haſtenus IRENÆVS. Et hæc quidem atque huiuſcemodi prædictus vir ſenex IRENÆVS, PER OMNIA EX SPIRITV SANCTO ORNATVS, VELVT GENEROSVS ATHLETA A DOMINO PROLATVS, ET COELESTIBVS GRATIIS AC DONIS ILLITVS, SECVNDVM VERAM FIDEM AC SCIENTIAM LVCTATVS, contra vniuerſum ipſorum delirum argumentum decertauit, & ea quæ vanè ab ipſis proferuntur ad verbum recenſuit.* Et rurſum alibi: *Contentum eſſe oportere duxi, his quæ à BEATISSIMO AC SANCTISSIMO IRENÆO contra ipſos* (Marcoſios) *tractata ſunt. Dicit enim de ipſis IRENÆVS ILLE SANCTVS declarando quæ ab ipſis dicuntur, &c.* Et poſt multa: *Hanc vniuerſam & exactam perſcrutationem B. SENEX IRENÆVS fecit, &c.* E (Contra hær. 31. Contra hær. 34.)

F 7. & 8. BASILIVS magnus, & ex eo repetit EVTHYMIVS, inter veteres ac beatos viros, quorum teſtimoniis probat Spiritum ſanctum verè Deum eſſe, IRENÆVM recenſens, ita ſcribit: *IRENÆVS autem ILLE, QVI VICINVS FVIT APOSTOLORVM TEMPORIBVS, quomodo mentionem Spiritus faciat, diſputans aduerſus hæreſes, audiamus, &c.* (Lib. de Spiritu ſancto, cap. 19. In Panopl. Catech. 16.)

9. CYRILLVS Ieroſol. *Impiiſſimi omnium hæretici, etiam contra Spiritum ſanctum acuerunt linguam, & auſi ſunt dicere nefanda, quemadmodum IRENÆVS interpres in inſtitutionibus contra hæreſes ſcripſit.*

10. 11. 12. & 13. HIERONYMVS, & Græcus interpres eius SOPHRONIVS, in Catalogo, & poſt vtrunque TRITHEMIVS, & SIXTVS Senenſis B. IRENÆI vitam & opera ita contexerunt: *IRENÆVS, Pothini Epiſcopi, qui Lugdunenſem in Gallia regebat Eccleſiam, Presbyter a Martyribus eiuſdem loci ob quaſdam Eccleſiæ* G *quæſtiones legatus Romam miſſus, honorificas ſuper nomine ſuo ad Eleutherum Epiſcopum perfert litteras. Poſtea, iam Pothino prope nonagenario, ob Chriſtum martyrio coronato, in locum eius ſubſtituitur. Conſtat autem, Polycarpi ſacerdotis & martyris, hunc fuiſſe diſcipulum. Scripſit quinque aduerſus hæreſes Libros: & contra Gentes, volumen breue: & de diſciplina aliud: & ad Marcianum fratrem, de Apoſtolica prædicatione: & Librum variorum tractatuum: & ad Blaſtum, de Schiſmate: Et ad Florinum, de Monarchia, ſiue, Quod Deus non ſit conditor malorum: & περὶ τῆς ὀγδοάδος egregium commentarium, in cuius fine ſignificans ſe Apoſtolorum temporum vicinum fuiſſe, ſic ſubſcripſit, Adiuro te, &c. Feruntur eius & aliæ ad Victorem Epiſcopum Romanum, de quæſtione Paſchæ epiſtolæ, in quibus commonet eum, non facile debere vnitatem collegij ſcindere. Siquidem Victor multos Aſiæ, & Orientis Epiſcopos, qui à decima quarta luna, cum Iudæis, Paſcha celebrabant, damnandos crediderat. In qua ſententia ij, qui diſcrepabant ab illis, Victori non dederunt manus. Floruit maximè ſub Commodo principe, qui M. Antonino Vero in imperium ſucceſſerat.* H (Vide fragm. in fine oper.)

Idem rurſum HIERONYMVS de eodem ſic alibi ſcribit: *De quibus* (Valentinianorum confictis Æonibus) *DILIGENTISSIME VIR APOSTOLICVS ſcribit IRENÆVS, EPISCOPVS LVGDVNENSIS ET MARTYR. multarum origines explicant hæreſeon &c.* Et rurſum alibi: *Refert IRENÆVS VIR APOSTOLICORVM TEMPORVM, ET PAPIÆ AVDITORIS EVANGELISTÆ IOANNIS, EPISCOPVS LVGDVNENSIS, quod Marcus quidam primum ad Gallias venerit, & eas partes, per quas Rhodanus & Garumna fluunt, ſua doctrina maculauerit, &c. Hoc ille ſcripſit ante annos ferè trecentos. Et ſcripſit in his Libris, quos aduerſus hæreſes DOCTISSIMO ET ELOQVENTISSIMO SERMONE compoſuit.* (In c. 64. Iſa. Epiſt. ad Theodoram viduam.)

24. AVGVSTINVS eum cum aliis, Pelagianis obiecturus, ita præfatur: *Tu qui tam crebrò nobis Manichæ-*

rum nomen opponis. QVOS ET QVALES VIROS, ET nium hæreticorum expugnatorem, fortiſſimum marty- E
1.7. QVANTOS FIDEI CATHOLICÆ DEFENSO-
cont. RES tam execrabili criminatione appetere audeas, ſi eorum
Pe. gilias intuere, &c. IRENÆVS LVGDVNENSIS EPISCOPVS NON LONGE A TEMPORIBVS APOSTOLORVM fuit. Iſte ait, Non aliter ſaluari homines ab antiqua ſerpentis plaga, &c. Videſne ANTIQVVM HOMINEM DEI, quid de antiqua ſerpentis plaga ſentiat? Et poſt multa: Si aſſertores eos flagitas, quorum aliquid etiam literarum inueniri poteſt ILLVSTRISQVE DOCTRINA EST, en adeſt aſſertorum MEMORABILIS ET VENERABILIS CONSESSVS. SANCTVS IRENÆVS dicit, Antiquam ſerpentis plagam fide Chriſti & cruce ſanari, & quòd protoplaſti peccato fuimus tanquam vinculis alligati, &c.

15. GREGORIVS Papa lib. 9. Regiſtri, cap. 50. ad Ætherium Viennenſem Epiſcopum: Geſta vel ſcripta B. IRENÆI iam diu eſt quod ſolicitè quæſiuimus, ſed hactenus ex eis inueniri aliquid non valuit.

3
pg. 1. 16. THEODORETVS eum cum quibuſdam aliis citaturus, ſic præfatur: *Audi viros Apoſtolicam ſonantes doctrinam, Noſti IRENÆVM, qui Polycarpi auditor & diſcipulus fuit, & præcipuum lumen Gallorum Occidentalium, & Hippolytum, & Methodium, Archiepiſcopos & Martyres, & alios, quorum doctrinam coniungam.* Et poſt multa ſic concludit: *Succeſſores diuorum Apoſtolorum fuerunt hi viri, quorum aliqui ſanctam ipſorum vocem audiuerant, & conſuetudine eorundem, qua nihil melius, nihil optabilius cogitari poteſt, vſi ſunt. Plurimi verò martyrij coronis ornati ſunt. An non tibi piaculum videtur, contra hos blaſphemam agitare linguam?*

17. & 18. ANDREAS Cappadox, referente ARETHA etiam Cappadoce, Comment. in cap. 4. Apocalypſeos, ait: *Septem lampades, ſeptem ſpiritus, id eſt, diuina Spiritus dona oportet intelligere, nempe, ſapientiæ, fortitudinis, conſilij, & quæ ſequuntur: aut ſicut IRENÆVS & Clemens τριμαλῶς miniſtrantes & eminentes ſuprà cæteros ordines.* Iidem cap. 6. *Per cœlum ſicut liber inuolutum intelligi admonemur, quod corpus cœli non ſuſtineat perfectam abolitionem quemadmodum ait IRENÆVS LVGDVNENSIS quinto redargutionis libro aduerſus electionem falsò dictæ ſapientiæ.*

19. 20. 21. 22. 23. ANASTASIVS Nicænus Patriarcha, Libro quæſtionum & reſponſionum in ſacram Scripturam, quæſt. 88. DAMASCENVS in Parallelis: ANTONIVS Meliſſa in ſermonibus: PROCOPIVS Gazæus Comment. in Geneſim: NICETAS Choniates, in Theſauro orthodoxiæ, omnes Græci & antiqui Scriptores Eccleſiaſtici, ſemper cum eximiæ laudis & venerationis Præfatione illum citant.

24. OECVMENIVS quoque in caput ſecundum Epiſtolæ 2. Beati Petri, de veteribus Gnoſticis diſputans ait: *Quod ſi quiſpiam de his diſcere velis, ſumpto in manus Libro, à B. VIRO IRENÆO GALLO COMPOSITO, quem aduerſus falsò dictam ſapientiam inſcripſit, inueniet horum immunditias, &c.*

25. & 26. VSVARDVS in Martyrologio, & ADON Viennenſis ætate ſexta, de illuſtri martyrio eius tradunt: *Apud Lugdunum Galliæ, SANCTI IRENÆI EPISCOPI ET MARTYRIS, QVEM CONSTAT B. POLYCARPI SACERDOTIS ET MARTYRIS FVISSE DISCIPVLVM, vt ſcribit Hieronymus, & Apoſtolicorum temporum vicinum. Poſtea perſecutione Seueri, cum omni ferè ciuitatis ſuæ populo, GLORIOSO coronatus eſt martyrio.*

Prætereo quæ cum omni laude & veneratione de eodem ſanctiſſimo & Apoſtolico viro ſcriptis ſuis reliquerunt Simeon Metaphraſtes, Gregorius Turonenſis, venerabilis Beda, & alij, qui deinceps aut de Sanctorum vitis, aut de claris Scriptoribus, aut denique de Eccleſiaſticis hiſtoriis monumenta reliquerunt: quorum ne vnus quidem de IRENÆI noſtri præcellenti doctrina & pietate ſilendum ſibi induxit in animum. Sed vniuerſi eum Apoſtolicorum temporum virum, Apoſtolicæ pietatis & doctrinæ ſedulum imitatorem & propagatorem, omnium hæreticorum expugnatorem, fortiſſimum martyrem, & beatiſſimum Epiſcopum, appellant, ſpectant, mirantur: ſoli nouiſſimi Gnoſtici ſpiritu afflati blaſphemiæ, eum aſpernantur & traducunt. Et de his hactenus.

INTERPRETATIO LATINA Vocabulorum Græcorum quæ in Irenæo paſſim obuia ſunt, per F. Franc. Feu-ardent.

A.

Αἰών, *Æon.* Sæculum, Æuum, vita. *Hieronymus* in 26. Ezech. αἰών, inquit, id eſt, ſæculum ſeptuaginta annorum continet.

Αἶνος *Ænos,* laus, gloria.

Ἀκατάληπτος, *Acatalepʹtus.* Cicero lib. 11. Academic. Quod comprehendi & percipi non poteſt. F

Ἀκίνητος, *Acinetus.* Cic lib. de vniuerſ. immobilis.

Ἀγάπη, *Agape.* Charitas, dilectio, beneuolentia.

Ἀγέννητος, *Agennetus.* Ingenitus, ortu carens, increatus, non natus, non factus, cui nulla eſt origo.

Ἀγήρατος, *Ageratus.* Cicero de vniuerſ. qui omni ſenio caret. Innaſcibilis, æternus, ſenij ignarus.

Ἀγώγιμον, *Agogimon.* Vectura, onus: adject. vtile, operæpretium, præſtabile.

Ἀεινοῦς, *Ainus.* Perpetuò fluens, vti Mens eſt, quæ ab Ariſtot. appellatur Entelechîa.

Ἀλήθεια, *Alethia.* Veritas.

Ἄνθρωπος, *Anthropus.* Homo.

Ἀνεννόητος, *Anennoëtus.* Incogitabilis, Inexplicabilis, Indoctus, inexercitatus, apud Polyb.

Ἀνονόμαστος, *Anonomaſtus.* innominabilis.

Ἀόρατος, *Aoratus.* Cic. lib. de vniuerſ. oculorum effugiens obtutum. Qui cerni non poteſt. Cæcus, Occultus, Oculos fallens.

Ἀπάτωρ, *Apator.* Hebr. 7. Qui patris eſt ignari. Carens patre. A patre alienus. Non paternus. G

Ἀφθαρσία, *Aphtharſia.* Conditio immunis ab interitu, æternitas, perpetuitas, incorruptio, integritas.

Ἀποκατάστασις, *Apocataſtaſis.* Act. 3. finis ſęculorum, reſtitutio in priſtinum ſtatum, vel turbulentæ & commotæ compoſitio. Polybius lib. 4. hiſt.

Ἀπορία, *Aporia.* Conſilij inopia, indigentia, difficultas, dubitatio, controuerſia, periclitatio, hæſitatio, deſperatio.

Ἀποτέλεστος, *Apoteleſtus.* Abſolutus, perfectus.

Ἀλλόφυλος, *Allophylus.* Hieron. in cap. 2. Iſaiæ, Nomen pro proprio, ſignificans hodie gentem Palæſtinorum. Alienigena, inuſitatus, peregrinus.

Ἀρχή, *Arche.* Cicero 1. Tuſcul. Principium: lib. de vniuerſ. cauſa, exordium. Item magiſtratus, imperium, principatus.

Ἀρχέγονος, *Archegonus.* Priſcus: Primigenius, prior natus, author generis. H

Arotheas. Nomen fictum à Gnoſticis. ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id eſt, à virtute, quamuis addita ſit h.

Αὐτοφυής, *Autophyes.* Suapte natus, ſpontè per ſe naturalis, non arte.

Αὐτογενής, *Autogenes.* Spontè natus, per ſe genitus, qualis Deus ab Orpheo & Sybillis dicitur, id eſt, ingenitus.

B.

Βυθός, *Bythus.* Profunditas, profundum, imus, gurges.

C.

Κακία, *Cacia.* Cic. 4. Tuſcul. Vitioſitas: & lib. de vniuerſ. fraus aut vitium. Item ſcelus & maleficium, culpa, dedecus.

Καλαμίσκος, *Calamiſcus.* Parua harundo, exiguus calamus.

Καρπιστής, *Carpiſtes.* Fructificator.

Κένωμα, *Cenoma.* Enacuatio, inanitas, exinanitio, purgatio, dejectio.

Κοσμοκράτωρ, *Coſmocrator.* Princeps mundi rector, aut Dominus mundi.

Κωμῳδεῖν, *Comœdiſare.* Reprehendere, objurgare, mordere, ſuggillare.

Κυνικὸς, *Cynicus.* Caninus, mordax, inuerecundus.

Χάρις, *Charis.* Gratia, feſtiuitas, beneficium, ſtudium, meritum, fauor, ſuauitas, &c.

Χοϊκὸς, *Choicus.* Terrenus.

D.

Δημιουργὸς, *Demiurgus.* Cic. lib. de vniuerſ. Artifex, effector & genitor. Conditor, fabricator mundi.

Δυὰς, *Dyas.* Dualitas binarius numerus.

Δύναμις, *Dynamis.* Cic. lib. de vniuerſ. vis. Orat. ad Quint. Fratr. Poteſtas, Imperium, magiſtratus, vis, robur, exercitus.

Διάστημα, *Diaſtema.* Intercapedo, ſpatium, interuallum, dimenſio.

E.

Ἐκκλησιαστικὸς, *Eccleſiaſticus.* Ad concionem pertinens, concionalis, deliberatiuus.

Ἐλπὶς, *Elpis.* Cic. 1. Tuſcul. Spes, fiducia, credulitas, metus expectatio.

Ἐννοία, *Ennœa.* Cic. in Top. Notio. 3. de Finib. intelligentia, cogitatio, intentio, prudentia, intellectus, ſenſus.

Ἐνθύμησις, *Enthymeſis.* Cogitatio, inuentio.

Ἐπιθυμία. *Epithymia.* Cic. 4. Tuſcul. libido vel cupiditas effrœnata, Concupiſcentia, auiditas, animus, affectio, voluntas, cupedia.

Ἐριννὺς *Erinnys.* Furia.

Ἐπίσημον, *Epiſemon.* Vmbilicus clypei, nota, ſignum, macula, inſigne.

Ἑπτάμυχος, *Heptamychus.* Septem habens calyculos.

G.

Γένεσις, *Geneſis.* Natiuitas, generatio.

Γνῶσις, *Gnoſis.* Cognitio, familiaritas, conſilium, decretum, fama, iudicium, conſideratio, ſententia.

Γνωστικὸς, *Gnoſticus.* Peritus, vi cognoſcendi prædirus. Gaza lib. 4. γνωστικοὶ, Hæretici erant ſic dicti ob inſignem eruditionem, quam ſibi vendicabant, cùm nihil iſtis nec indoctius, nec ſtultius eſſet.

H.

Ἁγνὴ, *Hagne.* Caſta, pura.

Ἁρμογὴ, *Harmoge.* Coniunctio, commiſſura & coagmentatio commiſſurarum.

Ἡδονὴ, *Hedone.* Cic. 4. de Finibus, voluptas: & 3. de Finibus. Corporis & animi lætitia, quaſi geſtientis animi elatio voluptaria. Idem 4. Tuſcul. lætitia geſtiens vel nimia, ſine ratione animi elatio.

Ἡδύοσμος, *Hedyoſmus.* Gaza lib. 7. Mentaſtrum, dicitur autem ſic ab odoris gratia.

Ἕν, *Hen.* Vnum.

Ὁμοσύγκρασις, *Homoſyncraſis.* Contemperamentum.

Ἕνωσις, *Henoſis.* Vnitas, conjunctio, ſolitudo, ſingularitas, concurſus in vnum.

Ἑνότης, *Henotes,* Vnitas.

Ὁροθέτης, *Horothetes.* Finium poſitor, aut deſignator.

Ὅρος, *Horus.* Terminus, meta, limes, definita linea.

Ὑλικὸς, *Hylicus.* Materialis, materiam exhibens, carnalis, craſſus.

Ὑστέρα, *Hyſtera.* Vulua, vterus.

Ὑπερβατὸν, *Hyperbaton.* Verborum & conſtructionis ordo turbatus.

Ὑποκριτὴς, *Hypocrita.* Mimus, ſimulator, actor, pronuntiator, hiſtrio.

L.

Λητὼ, *Leto.* Latona, filia Cæi & Phœbes, huius hymnum habes apud Heſiod.

Λόγος, *Logos.* Verbum, ſermo, ratio.

Λόγιον, *Logion.* Oraculum, reſponſum diuinum, vaticinium.

Λυτρωτὴς, *Lytrotes.* Redemptor.

M.

Μακαρία, *Macaria.* Beata, Cic. 2. de Finibus. Beatus dies.

Μακαριότης, *Macariotes.* Beatitudo, fœlicitas.

Μεταγωγεὺς, *Metagogeus.* Qui in vlteriora ducit, transferens, tranſmutans, deducens.

Μητρικὸς, *Metricus.* Materuus.

Μητροπάτωρ, *Metropator.* Auus maternus, aut ſimul pater & mater.

Μίξις. *Mixis.* Mixtio, temperamentum, coïtus.

Μονογενὴς, *Monogenes.* Vnigenitus, vnicus, genere ſimplex.

Μονὰς, *Monas.* Vnitas, Solitas, ſi permitteret Latinus ſermo.

Μονότης, *Monotes.* Singularitas, ſolitas.

N.

Νοητὸς, *Noetus.* Cic. de vniuerſ. Sub intelligentiam cadens. Intelligibilis, mente perceptibilis.

Νοῦς, *Nus.* Cic. de vniuerſ. Intelligentia: libro de Senect. Animus, Ingenium, aſtus, pars animæ, præcipua. 1. Cor. 14. affectus animi ſeu ſenſus.

O.

Ὀγδοὰς, *Ogdoas.* Octonarius numerus.

Ὀφῖται, *Ophita.* Serpentini, à ſerpente quem colebant.

P.

Παράκλητος, *Paracletus.* Conſolator, patronus, Ioan. 14. accerſitus & rogatus.

Πάρεδρος, *Paredrus.* Aſſeſſor, conſiliarius, cuſtos.

Πατρικὸς, *Patricus.* Paternus.

Πάρεργον, *Parergum.* Operis appendix, acceſſio, & quaſi auctarium quoddam. Quod oſcitanter & negligenter fit.

Πεντὰς, *Pentas.* Numerus quinarius.

Πέπων, *Pepo.* Et per tranſlationem, fractus, effœminatus, ignauus.

Πίστις, *Piſtis.* Fides, certitudo, perſuaſio.

Πιθανολογία, *Pithanologia.* Sermo veriſimilis & perſuaſorius. Coloſ. 2.

Πλάσμα, *Plaſma.* Figmentum, ſimulachrum.

Πλήρωμα, *Pleroma.* Rom. 11. Supplementum, expletio, plenitudo, conſummatio.

Προανεννόητος, *Proanennoetus.* Qui nulla præcogitatione comprehendi poteſt.

Προαρχὴ, *Proarche.* Ante principium.

Προανυπόστατος, *Proanypoſtatos.* Qui ante non ſubſtiterit.

Προκυλινδουμένη, *Procylindomene.* Quæ prius adoratur.

Προβολὴ, *Probole.* Hic ſignificat emiſſiones, projectiones, productiones.

Προπάτωρ, *Propator.* Prior patre.

Προὼν, *Proon.* Qui prius fuit.

Προύνικος, *Prunicus.* Velox, acer, terribilis.

Πρόγνωσις, *Prognoſis.* Præſcientia, prænotio.

Πρόβλημα, *Problema.* Obex, vallum, agger, quæſtio, propoſitio.

Φίλτρον, *Philtron.* Amatorium veneficium, res ad amorem inducens.

Φρόνησις, *Phroneſis.* Cic. lib. de vniuerſ. Prudentia, ſapientia, intelligentia.

Ψυχικὸς, *Pſychicus.* Animalis, humanus, Epheſ. 2.

Σωθ,

S.

Σιγὴ, *Sige.* Silentium.
Σοφία, *Sophia.* Sapientia.
Σωτὴρ, *Soter.* Cic. 4. in Verrem, qui ſalutem dedit.
Σκαρίζω, *Scarizo.* Salto, palpito, turbor, bullico.
Σταυρὸς, *Stauros.* Crux.
Συμφωνὴ, *Symphone.* Concentus.
Σύνεσις, *Syneſis.* Intelligentia.
Συζυγία, *Syzygia.* Coniugatio.

T.

Τετρὰς, *Tetras.* Quaternio.
Τελετὴς, *Teletus.* Perfectus.
Τριὰς, *Trias.* Ternio.
Τύπος, *Typus.* Figura.
Θέλημα, *Thelema.* Voluntas.
Θέλησις, *Theleſis.* Voluntas.

Z.

Ζηλωτὴς, *Zelotes.* Æmulator.
Ζῆλος, *Zelus.* Æmulatio. Cic. 4. Tuſc.
Ζωὴ, *Zoe.* Vita.

D. IRENÆI LVGDVNENSIS Epiſcopi, Capita Libri Primi contra Hæreſes.

1 *NARRATIO omnis argumenti diſcipulorum Valentini.*
2 *Expoſitio prædicationis veritatis, quam ab Apoſtolis Eccleſia † percipiens cuſtodit.*
3 *Oſtenſio neque plus, neque minus de ea quæ eſt, fide poſſe quoſdam dicere.*
4 *Secundum quid fiat, putare alios quidem plus, alios verò minus agnitiones habere.*
5 *Quæ † eſt Valentini ſententia, in qua diſcrepant aduerſus eum diſcipuli eius.*
6 *Quæ ſunt in quibus non conſonant aduerſus inuicem hi qui ſunt à Valentino omnes.*
7 *Qualis conuerſatio ipſorum, & quæ eſt figuratio vitæ.*
8 *Quæ † eſt Colarbaſeorum & Marci doctrina.*
9 *Quæ eſt induſtria Marci, & quæ ſunt quæ ab eo fiunt.*
10 *Quemadmodum quidam ex eis per numeros, & per ſyllabas, & per litteras conantur conſtituere eam, quæ eſt ſecundum eos † argumentationem.*
11 *Quomodo ſoluunt parabolas.*
12 *Quemadmodum conuerſationem ſecundum figuram eius, † qui apud eos eſt Pleroma, exponunt † factum.*
13 *Quemadmodum ea quæ ſunt in lege, in ſuum transferunt figmentum.*
14 *Quemadmodum incognitum hominibus conantur inducere Patrem.*
15 *Quibus ex ſcripturis teſtimoniis vtuntur.*
16 *De redemptione ſua quanta dicunt, & faciunt.*
17 *Scripturas tam canonicas quàm apocryphas ad figmentorum ſuorum aſſertionem detorquebant.*
18 *Quot modi ſunt apud eos regenerationis: & quemadmodum imbuant eos qui ſibi credunt, & quibus ſermonibus vtuntur.*
19 *Quod eſt propoſitum omnibus hæreticis, & quò tendunt.*
20 *Quæ Simonis Samaritæ magi doctrina.*
21 *Quæ eſt Menandri ſententia, & quæ operationes ipſorum.*
22 *Relatio eius quæ eſt ſecundùm Saturninum doctrina.*
23 *Quæ eſt Baſilidis argumentatio.*
24 *Quæ eſt Carpocratis doctrina, & quæ operationes ipſorum qui ab eo ſunt omnium.*
25 *Qualis eſt doctrina Cerinthi.*
26 *Quæ eſt Ebionitarum doctrina.*
27 *Quæ ſunt Nicolaitarum opera.*
28 *Quæ eſt Cerdonis ſententia.*
29 *Quæ ſunt quæ Marcion docuerit.*
30 *Quæ eſt Continentium auerſatio.*
31 *Qualis Tatiani doctrina.*
32 *Vnde hi, qui differentias induxerunt, acceperunt occaſionem.*
33 *Quibus temporibus fuerint omnes qui prædicti ſunt, & à quibus initia & doctrinas acceperunt.*
34 *Quæ genera Gnoſticorum, & quæ ſecundum nos ſententia.*
35 *Quæ eſt Ophitarum & Caianorum irreligioſitas & impudentia, & vnde conſcripta ipſorum.*

E

F

DIVI IRENÆI EPISCOPI Lugdunenſis, & Martyris, † aduerſus hæreſes Valentini ſimiliumque.

† CONTRA OMNES HÆRESES LIBRI QVINQVE.

LIBER PRIMVS.

PRÆFATIO.

QVONIAM veritatem refutantes quidam inducunt verba falſa, & genealogias infinitas, quæ quæſtiones magis præſtant, quemadmodum Apoſtolus ait, quàm ædificationem DEI, quæ eſt in fide: & per eam quæ eſt ſubdolè exercitata veriſimilitudo, tranſducunt ſenſum eorum, qui ſunt inexpertiores, & in captiuitatem ducunt eos, falſantes verba Domini, interpretatores mali eorum, quæ benè dicta ſunt, effecti: & multos euertunt, attrahentes eos ſub occaſione agnitionis ab eo, qui hanc vniuerſitatem conſtituit & ordinauit; quaſi altius aliquid & maius habentes oſtendere, quàm eum, qui cœlum & terram, & omnia quæ in eis ſunt, fecit; ſuadentes quidem illi illiciunt per verborum artem ſimpliciores ad requirendi modum, malè autem perdunt eos in eo quod blaſphemam & impiam ipſorum ſententiam faciant in Fabricatorem, non diſcernere valentium verum à falſo. Error enim ſecundùm ſemetipſum non oſtenditur, ne denudatus fiat comprehenſibilis, ſuaſorio autem cooperimento ſubdole adornatus, & ipſa veritate (ridiculum eſt dicere) veriorem ſemetipſum † præſtat, vt decipiat exteriori phantaſmate rudiores: quemadmodum à meliore nobis dictum eſt de huiuſmodi. † Quomodo lapidem pretioſum ſmaragdum magni pretij apud quoſdam, vitreum in eius contumeliam per artem aſſimilatum, quoadvſque non adeſt, qui poteſt probare, & artificium arguere, quod ſubdolè ſit factum. Quum enim commixtum fuerit æramentum argento, quis facilè poterit, rudis cùm ſit, hoc probare? Igitur ne fortè & cum noſtro delicto abripiantur quidam quaſi oues à lupis, ignorantes eos propter exterius ouilis pellis ſuperindumentum, à quibus cauere denuntiauit nobis Dominus, ſimilia quidem nobis loquentes, diſſimilia verò ſentientes: neceſſarium duxi, cum legerim Commentarios ipſorum, quemadmodum ipſi dicunt, Valentini diſcipulorum, quibuſdam autem ipſorum & congreſſus, & apprehendens ſententiam ipſorum, manifeſtare tibi, Dilectiſſime, portentuoſiſſima & altiſſima myſteria eorum, quæ non omnes capiunt, quia non omnes cerebrum habent, vt & tu cognoſcens ea omnibus his, qui ſunt tecum, manifeſta facias, & præcipias eis obſeruare ſe à profundo inſenſationis, & eius quæ eſt in DEVM blaſphemationis. Et quantum nobis virtutis adeſt, ſententiam ipſorum, qui nunc aliud docent, dico autem eorum, qui ſunt circa Ptolemæum, qui eſt velut floſculus Valentini ſcholæ, compendioſè, & manifeſtè oſtendemus & aliis occaſiones dabimus ſecundum noſtram mediocritatem ad euertendum eam, non † conſtantia,

1.Tim.1.4.
2.Tim.2.23.
G
Pſal.145.6.
Apoc.14.7.
† *præſert.*
† *Quoniam*
H
Matth.7.15.
Act.20.29.
Scopus authoris & operis.
† *ſtantia.*

A neque apta veritati oſtendentes ea, quæ ab iis dicuntur: neque conſcribere conſueti, neque qui ſermonum arti ſtuduerimus: dilectione autem nos adhortante, & tibi & omnibus qui ſunt tecum manifeſtare, quæ vſque adhuc erant abſconſa, iam autem ſecundùm gratiam Dei, in
att.10. manifeſtum venerunt doctrinæ ipſorum. Nihil enim eſt opertum, quod non manifeſtabitur; & nihil abſconſum,
c.8. & 12. quod non cognoſcetur. Non autem exquires à nobis, qui apud Celtas commoramur, & in barbarum ſermonem plerumque auocamur, orationis artem quam non didicimus, neque vim conſcriptoris, quam non affectauimus; neque ornamentum verborum, neque ſuadelam quam neſcimus, ſed ſimpliciter & verè & idioticè ea, quæ tibi cum dilectione ſcripta ſunt, cum dilectione percipies, & ipſe augeas ea penes te, vt magis idoneus quàm nos, quaſi ſemen & initia accipiens à nobis: & in latitudine ſenſus tui in multum fructificabis ea, quæ in paucis à nobis dicta ſunt, * & potenter aſſeres iis, qui tecum ſunt ea, quæ inualidè à nobis relata ſunt. Et quemadmodum nos elaborauimus olim, quærenti tibi diſcere ſententiam eorum, non ſolùm facere tibi manifeſtam, ſed & ſubminiſtrationem dare, vti oſtenderemus eam falſam: ſic & tu efficaciter reliquis miniſtrabis ſecundùm gratiam, quæ tibi à Domino data eſt, vt iam non abſtrahantur homines ab illorum ſuadela, quæ eſt talis.

ADVMBRATIO QVÆDAM QVINDECIM

B Copulationum, ſeu coniugationum triginta Æonum pleromatis Gnoſticorum, quas primo capite deſcribit Irenæus.

C Pleromatis vniuerſi Æones 30. diuiduntur in

- Ὀγδοάδα, quam *Octonationem* vocat: in qua copulantur,
  - 1. Βυθὸς ϗ Σιγὴ, id eſt, Profunditas & Silentium: quæ etiam Propatorem & Charin: Proarchen & Ennœam appellant.
  - 2. Νοῦς ϗ Ἀλήθεια, id eſt, Mens & Veritas.
  - 3. Λόγος ϗ ζωὴ, id eſt, Verbum & Vita.
  - 4. Ἄνθρωπος ϗ ἐκκλησία, id eſt, Homo & Eccleſia.
- Δεκάδα, id eſt, decennarium numerum. Nam ex λόγῳ ϗ τῇ ζωῇ, id eſt, Verbo & Vita, ortum ducunt, & copulantur ad inuicem hi Æones decem:
  - Βύθιος ϗ Μίξις, id eſt, Profundum & Mixtura.
  - Ἀγήρατος ϗ Ἕνωσις, id eſt, Qui omni ſenio caret, & Voio.
  - Αὐτοφυὴς ϗ Ἡδονὴ, id eſt, Ex ſe natus & Voluptas.
  - Ἀκίνητος ϗ Σύγκρασις, id eſt, Immobilis & Temperatura.
  - Μονογενὴς ϗ Μακαρία, id eſt, Voigenitus & Beata.
- D Δωδεκάδα, id eſt, duodenarium numerum. Nam ex Ἀνθρώπῳ ϗ τῇ ἐκκλησίᾳ, id eſt, Homine & Eccleſia prodeunt & coniunguntur duodecim Æones iſti.
  - Παράκλητος ϗ Πίστις, id eſt, Conſolator & Fides.
  - Πατρικὸς ϗ Ἐλπὶς, id eſt, Paternus & Spes.
  - Μητρικὸς ϗ Ἀγάπη, id eſt, Maternus & Charitas.
  - Αἶνος ϗ Σύνεσις, id eſt, Laus & Intelligentia.
  - Θελητὸς ϗ Σοφία, id eſt, Perfectus & Sapientia.
  - Ἐκκλησιαστικὸς ϗ Μακαριότης, id eſt, Eccleſiaſticus & Beatitudo.

De his verò figmentis quid ſtatuendum ſit, cùm alibi, tum maximè libro ſecundo, cap. 6. 7. 14. 15. 16. 18. 19. 20. 24. docet fuſiſſimè Irenæus: & nos ſuis locis indicabimus.

E

VALENTINI PLEROMA TRICENARIÆ Diuinitatis, ſiue xxx. Æonum, per tria tabulata à Rhenano & Pamélio, iuxta Tertulliani mentem, diſpoſitum.

TABVLATVM SVPERIVS.

- *Ogdoas Æonum.*
  - *Tetras prima:*
    - *Bythos & Syge*
    - *Nus & Veritas*
      - *Chriſtus. & Spiritus Sanctus.* — *Duo Æones poſteriores.*
  - *Tetras ſecunda:*
    - *Sermo & Vita* — *Decas*
      - *Bythios & Mixis*
      - *Ageratos & Henoſis*
      - *Autophyes & Hedone*
      - *Acinetos & Syncraſis*
      - *Monogenes & Macaria.*
    - *Homo & Eccleſia* — *Dodecas*
      - *Paracletus & Piſtis*
      - *Patricos & Elpis*
      - *Metricos & Agape*
      - *Ainos & Syneſis*
      - *Eccleſiaſticus & Macariotes*
      - *Theletus & Sophia.*

F

Æon ex omnibus conflatus: IESVS qui & SOTER

G

Heros cuſtos Pleromatis ex ſolo Bythio productus.
Angeli ſatellites.

TABVLATVM MEDIVM, QVI ET LOCVS MEDIETATIS, & vacuum dicitur Epicuri.

- *Ex Sophia XXX. Æone.*
  - *Achamoth*
    - *Materialis Subſtantia ex eius paſſione.*
    - *Animalis Subſtantia ex eius conuerſione.*
    - *Spiritalis Subſtantia ex eius imaginatione.*

H

TABVLATVM INFIMVM, QVOD ET SABBATHVM, ſiue ſolium Demiurgi.

- *Ex Achamoth & animali Subſtantia,*
  - *Demiurgus cum Chriſto filio ſuo.*
  - *Cælum I.*
  - *Cælum II.*
  - *Cælum III.*
  - *Cælum IV. ſeu Paradiſus.*
  - *Cælum V.*
  - *Cælum VI.*
  - *Cælum VII.*
- *Item*
  - *Ignis*
  - *Aër*
  - *Aqua*
  - *Terra*
  - *Mundus*
    - *Diabolus*
    - *Homo.*

CAPVT PRIMVM.

Narratio omnis argumenti Valentini diſcipulorum.

DIcunt eſſe quendam in inuiſibilibus, & inenarrabilibus altitudinibus perfectum Æonem, qui antè fuit. Hunc autem & Proarchen, & Propatora, & Bython vocant: eſſe autem illum inuiſibilem, & quem nulla res capere poſſit. Cùm autem à nullo caperetur, & eſſet inuiſibilis, ſempiternus, & ingenitus, in ſilentio & in quiete multa fuiſſe, in immenſis Æonibus. Cum ipſo autem fuiſſe & Ennœan, quam etiam Chario, & Sigen vocant, & aliquando voluiſſe à ſemetipſo emittere hunc Bythum initium omnium, & velut ſemen prolationem hanc, quam præmitti voluit, & eam depoſuiſſe quaſi in vulua eius, quæ cum eo erat Sige. Hanc autem ſuſcepiſſe ſemen hoc, & prægnantem factam generaſſe Nun, ſimilem & æqualem ei qui emiſerat, & ſolum capientem magnitudinem Patris. Nun autem hunc, Vnigenitum vocant, & Patrem, & Initium omnium. Vnà autem cum eo emiſſam Veritatem, & hanc eſſe primam & primogenitam Pythagoricam quaternationem, quam & radicem omnium dicunt. Eſt enim Bythus & Sige, deinde Nus & Alethia. Sentientem autem Vnigenitum hunc in quæ prolatus eſt, emiſiſſe & ipſum Logon, & Zoen patrem omnium eorum, qui poſt ſe futuri eſſent, & initium & formationem vniuerſi Pleromatis. De Logo autem & Zoe emiſſam ſecundam coniugationem, Hominem & Eccleſiam, & eſſe hanc primogenitam Octonationem, radicem & ſubſtantiam omnium, quatuor nominibus apud eos nuncupatam, Bython & Nun, & Logon, & Anthropon. Eſſe enim illorum vnumquemque maſculo fœminam. Sic initio Propatorem illum coiſſe ſecundùm coniugationem ſuæ Ennœæ, id eſt, cogitationi, quam Gratiam & Silentium vocant, Vnigenitum autem, hoc eſt Nun, Alethiæ; id eſt, Veritati. Logon autem Zoæ, id eſt, vitæ, & Antrophun cum Eccleſia.

Hos autem Æonas in gloriam Patris emiſſos, volentes & ipſos de ſuo clarificare Patrem, emiſiſſe emiſſiones in coniugationem, Logon quidem & Zoen poſteaquam emiſſus eſt Homo & Eccleſia, alteros decem Æonas, quorum nomina dicunt hæc: Bythius & Mixis, Ageratos & Henoſis, Autophyes & Hedone, Acinetos & Syncraſis, Monogenes & Macaria. Hi decem Æones, quos dicunt ex Logo & Zoe emiſſos. Anthropon autem & ipſum emiſiſſe cum Eccleſia Æonas duodecim, quibus nomina hæc donant Paracletus & Piſtis, Patricos & Elpis, Metricos & Agape, Ænos & Syneſis, Eccleſiaſticos & Macariotes, Theletos & Sophia. Hi ſunt triginta erroris eorum Æones, qui tacentur & non agnoſcuntur. Hoc inuiſibile & ſpiritale ſecundum eos Pleroma, tripartitè diuiſum in octonationem & decada & duodecada: & propter hoc Saluatorem dicunt (nec enim Dominum eum nominare volunt) per triginta annos in manifeſto nihil feciſſe, oſtendentem myſterium horum Æonum. Sed & in parabola eorum operariorum, qui in vineam mittuntur, dicunt manifeſtiſſimè triginta hos Æonas declaratos. Mittuntur enim alij quidem circa primam horam: alij circa tertiam, alij circa ſextam, alij circa nonam, alij circa vndecimam. Compoſitæ igitur prædictæ horæ in ſemetipſas, triginta numerum adimplent. Vna enim, & tres, & ſex, & nouem, & vndecim, triginta ſunt. Per horas autem, Æonas manifeſtari voluni, & hæc eſſe magna & admirabilia & abſcondita myſteria, quæ ipſi fructificant: & ſicubi quid eorum quæ dicuntur in ſcripturis poterunt adaptare & adſimilare figmento ſuo. Et propatorem quidem eorum cognitum ſoli dicunt ei, qui ex eo natus eſt Monogeni, hoc eſt No. Reliquis verò omnibus inuiſibilem & incomprehenſibilem eſſe. Solus autem Nus, ſecundum eos delectabatur videns Patrem, & magnitudinem immenſam eius conſiderans exultabat, & excogitabat reliquis quoque Æonibus communicare magnitudinem Patris, quantus & quam magnus exiſteret, & quemadmodum erat ſine initio, & incapabilis, incomprehenſibilis ad videndum. Continuit autem eum Sige voluntate Patris, quoniam vellet omnes hos in intellectum & deſiderium exquiſitionis Patris ſui adducere. Et reliqui quidem Æones omnes tacitè quodammodo deſiderabant prolatorem ſeminis ſui videre, & eam quæ ſine initio eſt radicem contemplari.

Præſiliit autem valdè vltimus & iunior de duodecade ea, quæ ab Anthropo & Eccleſia emiſſa fuerat, Æon, hoc eſt, Sophia: & paſſa eſt paſſionem ſine complexu coniugis Theleti, quæ exorſa quidem fuerat in iis quæ ſunt erga Nun & Alethiam. Deriuauit autem in hunc Æonem, id eſt, Sophiam demutatam ſub occaſione quidem * dilectionis; temeritatis autem, quoniam non communicauerat Patri perfecto, quemadmodum & Nus. Paſſionem autem eſſe exquiſitionem Patris: voluit enim, vt dicunt, magnitudinem eius comprehendere. Dehinc quum non poſſet, quoniam impoſſibilem rem aggrederetur, in magna agonia conſtitutum propter magnitudinem altitudinis, & propter quod inueſtigabile Patris eſt, & propter eam quæ erat erga eum dilectionem, quum extenderetur ſemper in propria à dulcedine eius, nouiſſimè * fortè abſorptum fuiſſe & reſolutum in vniuerſam ſubſtantiam, niſi ei, quæ confirmat extra inenarrabilem magnitudinem, & cuſtodit omnia, occurriſſet virtuti. Hanc autem virtutem Horon vocant, à qua abſtentum & confirmatum vix reuerſum in ſemetipſum & credentem iam, quoniam incomprehenſibilis eſt Pater depoſuiſſe priſtinam intentionem cum ea quæ acciderat paſſione, ex illa ſtuporis admiratione.

Quidam autẽ ipſorũ huiuſmodi paſſionẽ & reuerſionẽ Sophiæ, velut fabulã narrant, impoſſibilẽ & incõprehenſibilẽ rem eam aggreſſam, peperiſſe ſubſtantiam informem, qualem naturam habebat fœmina parere: in quam cum intendiſſet, primò quidem contriſtatam, propter inconſummationem generationis, poſt deinde timuiſſe ne hoc ipſum finem habeat, dehinc expauiſſe, & aporiatam, id eſt, confuſam quærentem cauſam & quemadmodum abſconderet id quod erat natum. In iis autem paſſionibus factam, accepiſſe regreſſionem, & in Patrem regredi conati. Et aliquandiu auſam, tamen defeciſſe, & ſupplicem Patri factam. Vnà autem cum ea rogaſſe & reliquos Æonas, maximè autem Nun. Hinc dicunt primum initium habuiſſe ſubſtantiam materiæ, de ignorantia, & tædio, & timore, & ſtupore. Pater autem prædictum Horon ſuper hæc per Monogenem præmittit in imagine ſua, ſine coniuge maſculo fœmina. Patrem enim aliquando quidem cum coniuge Sige, modò verò & pro maſculo & fœmina eſſe volunt. Horon verò hunc & Stauron, & Lytroten, & Carpiſtem, & Horothetem, & Metagogea vocant. Per Horon autem hunc dicunt mundatam & confirmatam Sophiam, & reſtitutam coniugi. Separata enim intentione ab ea cum appendice paſſione, ipſam quidem infra Pleroma perſeueraſſe. Concupiſcentiam verò eius cum paſſione ab Horo ſeparatam & crucifixam, & extra eum factam eſſe quandam ſpiritalem ſubſtantiam, & naturalem quendam Æonis impetum, informem verò & ſine ſpecie, quoniam nihil apprehendiſſet, & propter hoc fructum eius inualidum & fœmineum dicunt.

Poſtea verò quàm ſeparata ſit hæc extra Pleroma Æonum, & mater eius redintegrata ſuæ coniugationi, Monogenem iterum alteram emiſiſſe coniugationem, ſecundùm prouidentiam Patris, Chriſtum & Spiritum ſanctum, à quibus conſummatos eſſe dicunt Æonas. Chriſtum enim docuiſſe eos coniugationis naturam, innati comprehenſionem cognoſcentes, ſufficientes ſibi illos idoneos eſſe: declaraſſe quoque in eis Patris agnitionem, quoniam incapabilis eſt, & incomprehenſibilis, & non eſt neque videre, neque audire eum niſi per ſolum Monogenem. Et cauſam quidem æternæ perſeuerationis, iis omnibus incomprehenſibile Patris eſſe: generationis autem & formationis comprehenſibile eius, quod quidem Filius eſt. Et hæc quidem qui nunc emiſſus erat Chriſtus

in eis operatus eſt. Spiritus verò ſanctus adæquans eos omnes gratias agere docuit, & veram requiem induxit, & ſic forma & ſententia ſimiles factos Æonas, dicunt vniuerſos factos Noas & Logos, & omnes Anthropos, & omnes Chriſtos: & fœminas ſimiliter omnes Alethias, & Zoas, & Spiritus, & Eccleſias. Confirmata quoque in hoc omnia, & requieſcentia ad perfectum cum magno gaudio dicunt hymnizare Propatorem magnæ exultationis participantem, & propter hoc beneficium vna voluntate, & ſententia vniuerſum Pleroma Æonum conſentiente Chriſto, & Spiritu, vnumquemque Æonum, quòd habebat in ſe optimum & florentiſſimum conferentes, collationem feciſſe.

Et hæc aptè compingentes, & diligenter in vnum adaptantes, emiſiſſe problema & honorem, & in gloriam Bythi perfectiſſimum decorem quendam, & ſidus Pleromatis perfectum fructum Ieſum, quem & Saluatorem vocari, & Chriſtum, & Logon, patronimicè, ac omnia, quoniam ab omnibus eſſet. Satellites quoque ei in honorem ipſorum eiuſdem generis, Angelos cum eo prolatos. Hæc igitur eſt quæ intra Pleroma ipſorum dicitur negotiatio & paſſi Æonis, & penè perditi, & quaſi in multa materia propter inquiſitionem Patris calamitas, & Hori, & Crucis ipſorum, & Redemptoris, & * Carpiſtæ, & Horothetæ, & Metagogei, & Æonum compago, & primi Chriſti cum Spiritu ſancto, de pœnitentia à Patre ipſorum. Poſtrema Æonum geneſis, & ſecundi Chriſti, quem Soterem dicunt ex collatione compoſita fabricatio. Hæc autem manifeſtè quidem non eſſe dicta, quoniam non omnes capiant agnitionem ipſorum, myſterialiter autem à Saluatore per parabolas oſtenſa iis, qui poſſunt intelligere: ſic triginta Æonas ſignificari per triginta annos, ſicut prædiximus, in quibus nihil in manifeſto dicunt feciſſe Saluatorem, & per parabolam operariorum vineæ. Et Paulum manifeſtiſſime dicunt Æonas nominare ſæpiſſimè. Adhuc etiam & ordinem ipſorum ſeruare, ſic dicentem, In vniuerſas generationes ſæculi ſæculorum. Sed & nos ipſos denique in gratiarum actionibus dicentes, Æonas Æonum, illos Æonas ſignificare: & vbicumque Æon aut Æones nominatur, in illos id referri volũt.

Duodecadis autem Æonum emiſſionem ſignificatam per id quod duodecim annorum exiſtens Dominus, diſputauerit cum legis doctoribus: & per Apoſtolorum electionem: duodecim enim Apoſtolos elegit. Et reliquos octodecim Æonas manifeſtari per id, quod poſt reſurrectionem à mortuis octodecim menſibus dicant conuerſatum eum cum diſcipulis. Sed & præcedentes nominis eius duas litteras Iota & Eta, octodecim Æonas ſignificanter manifeſtare. Et decem autem Æonas ſimiliter per Iota litteram quod præcedit, in nomine eius ſignificari dicunt, & propter hoc dixiſſe Saluatorem, Iota vnum, aut vnus apex non * præteriet, quoadusque omnia fiant.

Hanc autem paſſionem quæ circa duodecimum Æonem facta eſt, ſignificari dicunt per apoſtaſiam Iudæ, qui duodecimus erat Apoſtolorum, & quoniam duodecimo menſe paſſus eſt. Vno enim anno volunt eum poſt baptiſma prædicaſſe. Adhuc etiam in ea quæ profluuium ſanguinis patiebatur, manifeſtiſſimè hoc ſignificari. Duodecim enim annis paſſam, eam per Domini aduentum eſſe ſanatam, cùm tetigiſſet fimbriam veſtimenti eius, & propter hoc dixiſſe Saluatorem: Quis me tetigit? docentem diſcipulos quod factum * eſt inter Æonas myſterium, & curationem paſſi Æonis. Per illam enim quæ paſſa eſt duodecim annis, illa virtus ſignificatur, eò quod extenderetur, & in immenſum flueret eius ſubſtantia, quemadmodum dicunt. Et niſi tetigiſſet veſtimentum, hoc eſt illius Filij, qui eſt veritas primæ tetradis, quæ per fimbriam manifeſtata eſt, adueniſſe in omnem ſubſtantiam ſuam. Sed ſtetit & quieuit à paſſione per egreſſam virtutem Filij. Eſſe autem hunc Horum volunt, qui curauit eam, & paſſionem ſeparauit ab ea.

Quòd autem Saluatorem ex omnibus exiſtentem, omne eſſe, per hoc reſponſum, Omne maſculinum aperiens vuluam, manifeſtari dicunt. Qui cùm omnia ſit, aperuit vuluam excogitationis paſſi Æonis, & ſeparata ea extra Pleroma quam etiam ſecundam Ogdoadem vocant, de qua paulò pòſt dicemus. Et à Paulo autem manifeſtè propter hoc dictum dicunt, Et ipſe eſt omnia. Et rurſus, Omnia in ipſum, & ex ipſo omnia. Et iterum, in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Et illud, Recapitulata eſſe omnia in Chriſto per Deum. Sic & interpretantur dicta, & quæcunque alia ſunt talia.

E
De Saluatore omni.
Exod.13.2.
Luc.2.23.
Rom.11.36.
Coll.1.19.& 20.

Adhuc etiam de Horo ſuo (quem etiam plurimis nominibus vocant) duas operationes habere eum oſtendunt, confirmatiuam & ſeparatiuam, & ſecundùm id quidem, quod firmat & conſtabilit, Crucem eſſe: ſecundùm id verò quòd diuidit, Horon. Saluatorem autem ſic manifeſtaſſe operationes eius. Et primò quidem confirmatiuam, in eo quod dicit, Qui non tollit crucem ſuam, & ſequitur me, diſcipulus meus eſſe non poteſt, & item, Tollens crucem, ſequere me. Separatiuam autem in eo quod dicit, Non veni mittere pacem, ſed gladium. Et Ioannem dicunt hoc ipſum manifeſtaſſe, dicentem, Ventilabrum in manu eius, & emundabit aream, & colliget frumentum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inextinguibili, & per hæc operationem Hori ſignificaſſe. Ventilabrum enim illud crucem interpretantur eſſe, quæ ſcilicet conſumit materialia omnia, quemadmodum paleas ignis: emundat autem eos qui ſaluantur, ſicut ventilabrum triticum. Paulum autem Apoſtolum & ipſum reminiſci huius crucis dicunt, ſic, Verbum enim crucis iis qui pereunt, ſtultitia eſt: iis autem qui ſaluantur, virtus Dei, & iterum, Mihi autem non eueniat in vllo gloriari, niſi in Chriſti cruce, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Talia igitur de Pleromate ipſorum, & pſalmate vniuerſorum dicunt, adaptare cupientes ea quæ benè dicta ſunt, iis quæ malè adinuenta ſunt ab ipſis.

De Termino.
Matt.10.38.
Mar.8.34.
F
Matt.10.34.
Matth.3.12.
Luc.3.16.
1.Cor.1.18.
Galat.6.14.

Non ſolùm autem ex Euangelicis & Apoſtolicis tentant oſtenſiones facere, conuertentes interpretationes, & adulterantes expoſitiones: ſed etiam ex Lege & Prophetis, cùm multæ parabolæ & allegoriæ ſint dictæ, & in multa trahi poſſint, ambiguum per expoſitionem propenſius ad figmentum ſuum & doloſè adaptantes, in captiuitatem ducunt à veritate eos, qui non firmam fidem in vnum Deum Patrem omnipotentem & in vnum Ieſum Chriſtum Filium Dei conſeruant.

Deprauant Scripturas.
G

Ea verò quæ extra Pleroma dicuntur ab iis, ſunt talia: Enthymeſin illius ſuperioris Sophiæ, quam & Achamoth vocant, ſeparatam à ſuperiore Pleromate cum paſſione dicunt in vmbræ, & vacuitatis locis deferbuiſſe per neceſſitatem: extra enim lumen facta eſt, & extra Pleroma, informis, & ſine ſpecie quaſi abortus, ideo quia nihil apprehendit. Miſertum autem eius ſuperiorem Chriſtum, & per crucem extenſum ſua virtute formaſſe formam, quæ eſſet ſecundùm ſubſtantiam tantùm, ſed non ſecundùm agnitionem: & hæc operatum recurrere ſubtrahentem ſuam virtutem, & reliquiſſe illam, vti ſentiens paſſionem, quæ erga illam eſſet per ſeparationem Pleromatis, concupiſcat eorum quæ meliora eſſent, habens aliquam odorationem immortalitatis relictam in ſemetipſa à Chriſto & Spiritu ſancto. Quapropter ipſam duobus nominibus vocari, Sophiam paternaliter (Pater enim eius Sophia vocatur) & Spiritum ſanctum ab eo, qui eſt erga Chriſtum Spiritus, formatam autem eam & ſenſatam factam. Statim autem euacuatam ab eo qui inuiſibiliter cum ea erat Verbo, hoc eſt Chriſto, in exquiſitionem egreſſam eius luminis, quod ſe dereliquiſſet; & non potuiſſe apprehendere illud, quoniam coercebatur ab Horo. Et ſic Horon coercentem eam ne anterius irrueret, dixiſſe Iao vnde & Iao nomen factum dicunt: & cùm non poſſet pertranſire Horon, quoniam complexa fuerat paſſionem, & ſola fuiſſet derelicta foris, omni parti paſſionis ſuccubuiſſe multifariæ & variæ exiſtentis: & paſſam eam triſtitiam quidem, quoniam non apprehendit, timorem autem ne quemadmodum eam lumen, ſic & vita relinqueret. Conſternationem autem ſuper hoc. Ignorans autem omnia, non quemadmodum

Quid extra Pleroma.
Enthymeſis.
H

mater eius prima Sophia Æon, demutationem in paſſionibus habuit, ſed contrarietatem. Super hæc autem euenisſe ei & alteram adfectionem conuerſionis ad eum qui viuificauit eam, collectionem & ſubſtantiam fuiſſe materiæ dicunt, ex qua hic mundus conſtat. De conuerſione enim mundi & Demiurgi omnem animam geneſim accepiſſe. De timore autem & triſtitia reliqua initium habuiſſe. A lacrymis enim eius factam vniuerſam humidam ſubſtantiam, à riſu autem lucidam, à triſtitia autem & pauore corporalia mundi clementa. Aliquando enim plorabat & triſtis erat, quomodo dicunt, quòd derelicta ſola eſſet in tenebris & in vacuo. Aliquando autem in cogitationem veniens eius quòd dereliquerat eam lumen, diffundebatur & ridebat. Aliquando autem rurſus timebat. Aliquando conſternabatur, & ecſtaſin patiebatur. Et quidem enim tragœdia multa eſt iam hic, & phantaſia vniuſcuiuſque illorum aliter & aliter grauiter exponentis, ex quali paſſione, & ex quali elemento ſubſtantia generationem accepit. Quæ etiam conuenienter videntur mihi non omnes velle manifeſtò docere, ſed ſolos illos qui etiam grandes mercedes pro talibus myſteriis præſtare poſſunt. Non enim iam dicunt ſimilia illis, de quibus Dominus noſter dixit: Gratis accepiſtis, gratis date: ſed ſeparata & portentuoſa, & alta myſteria cum magno labore exquiſita fallacibus. Quis enim non eroget omnia quæ ſunt eius, vti diſcat quoniam à lacrymis Enthymeſeos, quæ ex paſſione Æonis, maria & fontes, & flumina, & vniuerſa humida materia generationem acceperunt? De riſu autem eius lumen, de pauore autem & inconſtabilitate corporalia mundi elementa? Volo autem aliquid & ego conferre fructificationi eorũ. Quoniam enim video dulces quidem quaſdam aquas, & fontes, & flumina, & imbres, & alia, quæ autem ſunt in mari ſalſas, adinuenio non omnia à lacrymis eius emiſſa, quoniam lacrymæ ſalſæ ſunt qualitate. Manifeſtum eſt igitur, quoniam ſalſæ aquæ hæ ſunt à lacrymis. Opinor autem eam in agonia & in inconſtantia grandi conſtitutam & ſudaſſe. Vnde etiam ſecundùm argumentationem ipſorum ſuſpicari oportet, fontes & flumina, & ſi quæ ſunt aliæ aquæ dulces generationem habuiſſe à ſudoribus eius. Non eſt enim ſuadibile, cùm ſint vnius qualitatis lacrymæ, alteras quidem ſalſas, alteras dulces aquas ex eis exiſſe. Hoc autem magis ſuadibile, alteras quidem eſſe à lacrymis, alteras verò à ſudoribus. Quoniam autem & calidæ & auſteræ quædam ſunt aquæ in mundo, intelligere * debemus quid faciens, & ex quo membro emiſit has. Apti ſunt enim huiuſmodi fructus argumento ipſorum.

Cùm igitur peragraſſet omnem paſſionem mater ipſorum, & vix cùm clata eſſet, ad obſecrationem conuerſa eſt eius luminis, quod dereliquerat eam, hoc eſt, Chriſti, dicunt: qui regreſſus in Pleroma, ipſe quidem vt datur intelligi pigritatus eſt ſecundò deſcendere: Paracletum autem miſit ad eam, hoc eſt, Saluatorem, præſtante ei virtutem omnem Patre, & omnia ſub poteſtate tradente. Et Æonibus autem ſimiliter, vti in eo omnia conderentur, viſibilia & inuiſibilia, throni, diuinitates, dominationes. Mittitur autem ad eam cum coætaneis ſuis Angelis. Hanc autem Achamoth reueritam eum dicunt, primò quidem coopertionem impoſuiſſe ei propter reuerentiam. Deinde autem cùm vidiſſet eum cum vniuerſa fructificatione ſua accurriſſe ei, virtute accepta de viſu eius, & illum formaſſe eam formationem, quæ eſt ſecundùm agnitionem, & curationem paſſionum feciſſe eius, ſeparantem eas ab ea, & non eas neglexiſſe. Nec enim erat poſſibile eas exterminari quemadmodum priores, eò quòd iam habilia & poſſibilia eſſent. Sed ſegregantem ſeparatim commiſcuiſſe & coagulaſſe, & de incorporali paſſione in corporalem materiam tranſtuliſſe eas, & ſic aptabilitatem & naturam feciſſe in eis, vt in congregationes & corpora venirent, vti fierent duæ ſubſtantiæ, vna quidem mala ex paſſionibus, altera autem conuerſionis paſſibilis, & propter hoc virtute Saluatorem fabricaſſe dicunt. Hanc autem Achamoth extra paſſionem factam concepiſſe, & de gratulatione eorum quæcunque ſunt luminum viſionem, id eſt, Angelorum qui erant cum eo, & delectatam in conſpectu eorum peperiſſe fructus, ſecundùm illius imaginem docent, partum ſpiritualem ſecundùm ſimilitudinem factam ſatellitum Saluatoris.

Tria igitur hæc cùm ſubſiſtant ſecundùm eos, vnum quidem ex paſſione, quod erat materia, alterum verò de conuerſione, quod erat animale: alterum verò quod enixa eſt, quod eſt ſpirituale, ſic conuerſa eſt in formationem ipſorum. Sed ſpiritale quidem non potuiſſe eam formare, quoniam eiuſdem ſubſtantiæ ei erat. Conuerſam autem in formationem eius, quæ facta erat de conuerſione eius animalis ſubſtantiæ, emiſiſſe quoque à Saluatore doctrinas. Et primò quidem formaſſe eam de animalis ſubſtantia dicunt, Deum Patrem & Saluatorem & Regem omnium eiuſdem ſubſtantiæ, ei, id eſt, animalium, quas dextra vocant: & eorum quæ ex paſſione & ex materia, quas ſiniſtra dicunt. Ea enim quæ poſt eum ſunt, eum dicunt formaſſe latenter motum à matre ſua. Vnde & Metropatorem, & Apatorem, & Demiurgum eum, & fratrem vocant. Dextrorum quidem Patrem dicentes eum, id eſt, Pſychicorum: Siniſtrorum verò, id eſt, Hylicorum, Demiurgum: omnium autem Regem. Hanc enim Enthymeſin colentem in Æonum honorem omnia facere, imagines dicunt feciſſe ipſorum, magis autem Saluatorem per ipſam. Et ipſam quidem in imagine inuiſibilis Patris conſeruaſſe incognitam à Demiurgo: Hunc autem vnigeniti Filij: reliquorum verò Æonum, eos qui ab hoc facti ſunt, & Angeli & Archangeli. Patrem itaque & Deum dicunt factum eorum quæ ſunt extra Pleroma, fabricatorem eſſe omnium Pſychicorum & Hylicorum: ſeparantem enim duas ſubſtantias confuſas, & de incorporalibus corporalia facientem, fabricaſſe quæ ſunt cœleſtia & terrena, & factum Hylicorum & Pſychicorum, dextrorum & ſiniſtrorum fabricatorem, leuium & grauium, ſurſum aduolantium, & deorſum deuergentium: ſeptem quoque cœlos feciſſe, ſuper quos Demiurgum eſſe dicunt, & propter hoc Hebdomadam vocant eum. Matrem autem Achamoth Ogdoada, ſeruantem numerum primogenitæ, & primariæ Pleromatis Ogdoadis.

Septem autem cœlos, quos intellectuales eſſe dicunt. Angelos autem eos tradunt & Demiurgum, & ipſum Angelum: Deo autem ſimilem, quemadmodum & Paradiſum ſupra tertium cœlum exiſtentem virtutem Archangelum quartum dicunt eſſe, & ab hoc aliquid accepiſſe Adam conuerſatum in eo. Hæc autem Demiurgum dicunt à ſemetipſo quidem putaſſe in totum fabricaſſe; feciſſe autem eà Achamoth. Cœlum enim feciſſe neſcientem ſolum, & hominem plaſmaſſe ignorantem hominem, terram autem oſtendiſſe non ſcientem terram, & in omnibus ſic dicunt ignoraſſe eum figuras eorum, quæ faciebat, & ipſam matrem, & ſemetipſum putaſſe omnia eſſe. Cauſam autem ei fuiſſe matrem eius talis operationis dicunt, quæ ſic voluerit producere eum: caput quidem & initium ſuæ ſubſtantiæ, Dominum autem vniuerſæ operationis. Hanc autem matrem & Ogdoadem vocant, & Sophiam, & Terram, & Hieruſalem, & Spiritum ſanctum, & Dominum maſculiniter. Habere autem medietatis locum eam, & eſſe quidem ſuper Demiurgum, ſubtus autem ſiue extra Pleroma vſque ad finem. Quoniam quidem materialem ſubſtantiam ex tribus paſſionibus conſtare dicunt, timore, & triſtitia, & aporia. De timore quidem & de conuerſione animalia ſubſiſtentiam accepiſſe. De conuerſione quidem, Demiurgum volunt geneſim habuiſſe. De timore autem reliquam omnem animalem ſubſtantiam mutorum animalium, & hominum: & propter hoc ſuperiorem eum exiſtentem præſcire quæ ſunt ſpiritalia, & ſe putaſſe ſolum Deum, & per Prophetas dixiſſe: Ego Deus, & præter me nemo.

De triſtitia autem ſpiritalia militiæ docent facta. Vnde & diabolum geneſim habuiſſe, quem & Coſmocratorem vocant, & dæmonia, & omnem ſpiritalem malitiæ ſubſtantiam. Sed Demiurgum quidem Pſychicum filium

matris

matris ſuæ dicunt. Coſmocratorem verò creaturam Demiurgi: & Coſmocratorem quidem intelligere ea quæ ſunt ſupra eum, quoniam ſit ſpiritalis malitia; Demiurgum verò ignorare, cum ſit animalis. Habitare autem matrem quidem ipſorum in eo qui ſit cœleſtis locus, hoc eſt in medietate: Demiurgum verò in eo qui ſit in cœlo locus, hoc eſt hebdomade: Coſmocratorem verò in eo qui ſit ſecundum nos mundo.

De expaueſcentia verò & aporia quaſi de veſaniori, corporalia, quemadmodum prædiximus, mundi elementa facta eſſe. Terram verò ſecundum expaueſcentiæ ſtatum, aquam verò ſecundum timoris motum, aërem verò ſecundum materiæ fixionem, ignem verò omnibus iis ineſſe mortem & corruptelam, quemadmodum & ignorantiam omnibus tribus paſſionibus inabſconſam docent.

Cùm fabricaſſet igitur mundum, fecit & hominem Choicum, non autem ab hac arida terra, ſed ab inuiſibili ſubſtantia & ab effuſibili, & fluida materia accipientem: & in hunc inſufflaſſe Pſychicum definiunt, & hunc eſſe ſecundum imaginem & ſimilitudinem factum: ſecundum imaginem quidem Hylicum eſſe, proximum quidem, ſed non eiuſdem ſubſtantiæ eſſe Deo. Secundum ſimilitudinem verò Pſychicum, vnde & ſpiritum vitæ ſubſtantiam eius dictam, cùm ſit ex ſpiritali defluxione. Poſt deinde circundatam, dicunt ei dermatinam tunicam. Hanc autem ſenſibilem carnem eſſe volunt. Partum verò matris ipſorum, quæ eſt Achamoth, quem ſecundùm inſpectationem eorum Angelorum qui ſunt erga Saluatorem generauit, exiſtentem eiuſdem ſubſtantiæ matri ſuæ ſpiritalem. Et ipſum enim ignoraſſe Demiurgum dicunt, & latenter depoſitum eſſe in eum, neſciente eo, vti per eum in eam quæ ab eo eſſet animam ſeminatum, & in materiale hoc corpus, geſtatumque velut in vtero in iis & amplificatum, paratum fiat ad ſuſceptionem perfectæ rationis.

Latuit igitur, quemadmodum dicunt, Demiurgum conſeminatus in ſufflatione eius à Sophia ſpiritalis homo, inenarrabili virtute & prouidentia. Quemadmodum enim Matrem ſuam ignorauit, ſic & ſemen eius. Quod etiam ipſum Eccleſiam eſſe dicunt, exemplum ſuperioris Eccleſiæ: & hunc eſſe in ſemetipſis hominem volunt, vti habeant animam quidem à Demiurgo, corpus autem à limo, & carnem à materia. Spiritalem verò hominem à matre Achamoth.

Cùm ſint igitur tria, alterum materiale (quod etiam ſiniſtrum vocant) ex neceſſitate perire dicunt, quipe cùm nullam inſpirationem incorruptelæ recipere poſſit. Animale verò (quod etiam dextrum appellant) cùm ſit medium ſpiritalis & materialis, illud redigi quocunque declinauerit. Spiritale verò emiſſum eſſe vti hic animali coniunctum formetur coeruditum ei in conuerſatione. Et hoc eſſe dicunt, ſalem, & lumen mundi. Opus erat enim animali ſenſibilibus diſciplinis. Ob quam cauſam & mundum fabricatum eſſe dicunt, & Saluatorem ad hoc veniſſe animalem; quia ſuæ poteſtatis eſt, vt id ſaluet. Quæ enim ſaluaturus erat, eorum primitias eum ſuſcepiſſe dicunt. Ab Achamoth quidem ſpiritale, à Demiurgo autem indutum pſychicum, id eſt animalem Chriſtum, à diſpoſitione autem circundatum corpus, animalem habens ſubſtantiam. Paratum verò inenarrabili arte, vt & viſibile & palpabile & paſſibile fieret. Et Hylicum autem nihil omnino ſuſcepit. Non enim eſſe Hylicum capacem ſalutis.

Conſummationem verò futuram, cùm formatum & perfectum fuerit ſcientia omne ſpiritale, hoc eſt, homines qui perfectam agnitionem habent de Deo, & hi qui ab Achamoth initiati ſunt myſteria: eſſe autem hos, ſemetipſos dicunt. Erudiuntur autem Pſychica, id eſt animalia, Pſychici, id eſt animales homines, qui per operationem & fidem nudam firmantur, & non perfectam agnitionem habent. Eſſe autem hos, nos qui ſumus ab Eccleſia, dicunt. Quapropter & nobis quidem neceſſariam eſſe bonam conuerſationem reſpondent: aliter enim impoſſibile eſſe ſaluari. Semetipſos autem non per operationem, ſed eò quòd ſunt naturaliter ſpiritales, omnino ſaluari dicunt. *E* Quemadmodum enim Choicum impoſſibile eſt ſalutem percipere, non enim eſſe illum capacem ſalutis dicunt: ſic iterum quod Spiritale, (quod ſemetipſos eſſe volunt) impoſſibile eſſe corruptelam percipere, licet in quibuſcumque fuerint factis. Quemadmodum enim aurum in cœno depoſitum non amittit decorem ſuum, ſed ſuam naturam cuſtodit, cùm cœnum nihil nocere auro poſſit: ſic & ſemetipſos dicunt, licet in quibuſcumque materialibus operibus ſint, nihil ſemetipſos noceri, neque amittere ſpiritalem ſubſtantiam.

Heretici gula ac libidini dediti. Gal. 5. 21. Quapropter & intimoratè omnia quæ vetantur, hi qui ſunt ipſorum perfecti, operantur. De quibus Scripturæ confirmant, quoniam qui faciunt ea, regnum Dei non hæreditabunt. Etenim idolothyta indifferenter manducant, nihil inquinari ab iis putantes; & in omnem diem feſtum Ethnicorum pro voluntate in honore idolorum factum primi conueniunt; vti in nihilo quidem abſtineant, quod eſt apud Deum & apud homines odioſum muneris homicidiale ſpectaculum. *F* Quidam autem & carnis voluptatibus inſatiabiliter inſeruientes, carnalia carnalibus, ſpiritalia ſpiritalibus reddi dicunt. Et quidam quidem ex ipſis clàm eas mulieres quæ diſcunt ab eis doctrinam hanc, corrumpunt: quemadmodum multæ ſæpè ab iis ſuaſæ, pòſt conuerſæ mulieres ad Eccleſiam Dei, cum reliquo errore & hoc confeſſæ ſunt. Alij verò & manifeſtè, ne quidem erubeſcentes, quaſcunque adamauerint mulieres, has à viris ſuis abſtrahentes, ſuas nuptas fecerunt. Alij verò valdè modeſtè initio, quaſi cum ſororibus fingentes habitare, procedente tempore manifeſtati ſunt, grauida ſorore à fratre facta, & alia multa odioſa & irreligioſa facientes. *Matt. 12.* Nos quidem qui per timorem Dei timemus etiam vſque in mentibus noſtris, & ſermonibus peccare, arguunt quaſi idiotas, & nihil ſcientes; ſemetipſos extollunt, perfectos vocantes, & ſemina electionis. *G* Nos enim in vſu gratiam accipere dicunt, quapropter & auferri à nobis: ſemetipſos autem propriè poſſidere, deſurſum ab inenarrabili & innominabili ſyzygia deſcendentem habere gratiam, & propterea * adiici eis. ** addici* Quapropter ex omni modo oportere eos ſemper ſyzygiæ meditari myſterium. Et hoc ſuadent inſenſibilibus; iis ſermonibus dicentes ſic: Quicunque in ſæculo eſt, & vxorem non amat, vt ei coniungatur, non eſt de veritate, & non tranſiet in veritatem: Qui autem de ſæculo eſt mixtus mulieri, non tranſit in veritatem: quoniam in concupiſcentia mixtus eſt mulieri. Quapropter nobis quidem, quos Pſychycos vocant, & de ſæculo eſſe dicunt, neceſſariam continentiam, & bonam operationem, vti per eam veniamus in medietatis locum. Sibi autem, ſpiritalibus, & perfectis vocatis, nullo modo. Non enim operatio in Pleroma inducit, ſed ſemen quod eſt inde puſillum quidem emiſſum, hic autem perfectum factum.

Coniugia Saluatoris, Achamoth & Angelorum. H Cùm autem vniuerſum ſemen perfectum fuerit, Achamoth quidem matrem ipſorum tranſire de medietatis loco dicunt, & intra Pleroma introire, & recipere ſponſum ſuum Saluatorem, qui eſt ex omnibus factus, vti ſyzygia fiat Saluatoris & Sophiæ, quæ eſt Achamoth, & hæc eſſe ſponſum & ſponſam: Nymphonem verò vniuerſum Pleroma, Spiritales verò expoliatos, animas, & ſpiritus intellectuales factos inapprehenſibiliter & inuiſibiliter intra Pleroma ingreſſos ſponſas reddi, iis qui circa Saluatorem ſunt Angelis. Demiurgum verò tranſire ipſum in matris ſuæ Sophiæ locum, hoc eſt, in medietatem. Iuſtorum quoque animas refrigerari & ipſas in medietatis loco. Nihil enim pſychicum intra Pleroma tranſit. His autem factis ita, is qui latet in mundo ignis exardens, comprehendens vniuerſam materiam conſumit, & ipſum ſimul conſumptum, abire in id, vt iam non ſit. Demiurgum autem nihil horum cognouiſſe oſtendunt ante Saluatoris aduentum. Sunt autem qui dicunt miſiſſe eum Chriſtum filium ſuum, ſed animalem, & hoc per Prophetas locutum eſſe. Eſſe autem hunc qui per Mariam tranſierit, quemadmodum aqua

per

per tubum tranſit, & in hunc in baptiſmate deſcendiſſe illum qui eſſet de Pleromate ex omnibus Saluatorem in figura columbæ, fuiſſe autem in eo & illud quod eſt ab Achamoth ſemen ſpiritale.

Dominum igitur noſtrum ex quatuor iis compoſitum fuiſſe dicunt, ſeruantem typum primogenitæ & primæ quaternionis; de ſpiritali, quod erat ab Achamoth, & de animali quod erat de Demiurgo, & de diſpoſitione, quod erat factum inenarrabili arte, & de Saluatore, quod erat illa, quæ deſcendit in eum columba: & hunc quidem impaſſibilem perſeuerаſſe. Non enim poſſibile erat pati eum, cùm eſſet incomprehenſibilis & inuiſibilis, & propter hoc ablatum eſſe, cùm traheretur ad Pilatum, illum qui diſpoſitus erat in eum ſpiritus Chriſti. Sed ne id quidem quod à matre erat ſemen, paſſum eſſe dicunt. Impaſſibile enim & illud, quippe ſpiritale & inuiſibile, etiam ipſi Demiurgo. Paſſus eſt autem, ſecundùm hos, animalis Chriſtus, & ille qui ex diſpoſitione fabricatus in myſterio, vt oſtendat per eum mater typum ſuperioris Chriſti, illius qui extenſus eſt cruci, & formauit Achamoth formationem ſecundùm ſubſtantiam. Omnia enim hæc exempla illorum eſſe dicunt: eas verò quæ habuerunt ſemen id quod eſt ab Achamoth, animas meliores dicunt fuiſſe quàm reliquas. Quapropter & plus eas dilectas à Demiurgo non ſciente cauſam, ſed à ſemetipſo putante eſſe tales. Quapropter & in prophetas, aiunt, diſtribuebat eas & ſacerdotes, & reges, & multa de hoc ſemine dicta per prophetas exponunt: quippe eum altioris naturæ eſſe. Multa autem & matrem de ſuperioribus dixiſſe dicunt. Sed & per hunc, & per eas, quæ ab hoc factæ ſunt animæ.

Ac deinceps diuidunt prophetias, aliquid quidem à matre dictum docentes, aliquid à ſemine, aliquid autem ab ipſo Demiurgo: & Ieſum tantumdem aliquid quidem Saluatorem dixiſſe, aliquid à matre, aliquid à Demiurgo, quemadmodum oſtendemus procedente nobis ſermone. Demiurgum autem, quippe ignorantem quæ eſſent ſuper eum, moueri quidem in iis quæ dicuntur: contempſiſſe verò ea, aliam atque aliam cauſam putantem, quàm ſpiritus qui prophetat, habens & ipſe ſuam aliquam motionem, ſiue hominem, ſiue perplexionem peiorum, & ſic ignorantem conſeruaſſe vſque ad aduentum Saluatoris. Cùm veniſſet autem Saluator, didiciſſe eum ab eo omnia dicunt, & in gaudium ei ceſſiſſe cum omni virtute ſua, & eum eſſe illum in Euangelio Centurionem dicentem Saluatori: Et ego enim ſub poteſtate mea habeo milites & ſeruos, & quod iuſſero faciunt. Perfecturum autem eum eam quæ ſecundùm ipſum eſt mundi creationem, vſque ad id tempus quod oportet, maxime autem propter Eccleſiæ diligentiam atque curam, & propter agnitionem præparati præmij, quoniam in locum matris tranſibit. Hominum autem tria genera dicunt, Spiritalem, Pſychicum, Choicum, quemadmodum fuit ille, Cain, Abel, Seth; vt oſtendant & ex his tres naturas iam non ſecundum vnumquemque, ſed ſecundùm genus. Et Choicum quidem in corruptelam abire: Animales verò, ſi meliora elegerit, in loco medietatis refrigeraturum: ſi verò peiora, tranſire & ipſum ad ſimilia. Spiritalem verò inſeminat Achamoth, ex illo tempore vſque nunc, propter quod & animæ erudientur quidem hic & ſemina enutrita, quia puſilla emittantur, poſt deinde perfectione digna habita, ſponſas reddi Saluatoris Angelis reſpondent, animabus eorum ex neceſſitate in medietate cum Demiurgo refrigeraturis in æternum. Et ipſas autem animas rurſus ſubdiuidentes, dicunt quaſdam quidem natura bonas, quaſdam autem natura malas. Et bonas quidem has eſſe, quæ capaces ſeminis fiunt. Alias verò natura nequam, nunquam capere illud ſemen.

Cum ſit igitur tale illorum argumentum, quod neque Prophetæ prædicauerunt, neque Dominus docuit, neque Apoſtoli tradiderunt, quod abundantius gloriantur plus quàm cæteri cognouiſſe, de iis quæ non ſunt ſcripta, legentes, & quod ſolet dici, plus quàm cæteri cognouiſſe, de iis quæ non ſunt ſcripta, legentes, & quod ſolet dici, de arena reſticulas nectere adfectantes, fide digna aptare conantur iis quæ dicta ſunt, vel parabolas dominicas, vel dictiones propheticas, aut ſermones Apoſtolicos, vt figmentum illorum non ſine teſte eſſe videatur. Ordinem quidem & textum Scripturarum ſupergradientes, & quantum in ipſis eſt, ſoluentes membra veritatis. Transferunt autem & transfingunt, & alterum ex altero facientes, ſeducunt multos ex iis quæ aptant ex dominicis eloquiis malè compoſito phantaſmati. Quomodo ſi quis Regis imaginem bonam fabricatam diligenter ex gemmis pretioſis à ſapiente artifice, ſoluens ſubiacentem hominis figuram transferat gemmas illas, & reformans faciat ex iis formam canis, vel vulpeculæ, & hanc malè diſpoſitam, dehinc confirmet & dicat hanc eſſe Regis illam imaginem bonam, quam ſapiens artifex fabricauit, oſtendens gemmas quæ bene quidem à primo artifice in Regis imagine compoſitæ erant, malè verò à poſteriore in canis figuram tranſlatæ ſunt, & per gemmarum phantaſiam decipiat idiotas, qui comprehenſionem Regalis formæ non habeant, & ſuadeat quoniam hæc turpis vulpeculæ figura, illa eſt bona Regis imago. Eodem modo & hi anicularum fabulas aſſumentes, poſt deinde ſermones, & dictiones, & parabolas hinc inde aufferentes, vt aptare volunt fabulis ſuis eloquia Dei. Et quanta quidem iis qui ſunt intra Pleroma aptant, diximus. Quanta autem de iis, qui extra Pleroma ſunt ipſorum, ad ſuos inſinuare conantur ex Scripturis, ſunt talia. Dominum in nouiſſimis mundi temporibus propter hoc veniſſe ad paſſionem dicunt, vt oſtendat quæ circa nouiſſimum Æonum facta eſt, paſſionem, & per hunc finem manifeſtet finem eius, quæ eſt circa Æonas diſpoſitionis. Duodecim autem annorum virginem illam Archiſynagogi filiam, quam inſiſtens Dominus à mortuis liberauit, typum eſſe narrant Achamoth, quem extenſus Chriſtus eorum figurauit, & ad ſenſibilitatem adduxit eius, quod dereliquerat eam, luminis. Quoniam autem ei manifeſtauit ſemetipſum Saluator exiſtenti extra Pleroma in abortionis partu, Paulum etiam dicunt dixiſſe in prima ad Corinthios epiſtola, Nouiſſimè autem tanquam abortiuo viſus eſt & mihi: & illam quæ eſt cum coætaneis Saluatoris aduentationem ad Achamoth, ſimiliter manifeſtaſſe eum in eadem epiſtola, dicentem, Oportet mulierem velamen habere in capite propter Angelos, quoniam & aduentante Saluatore ad eam, propter verecundiam velamen impoſuit Achamoth in faciem ſuam. Et paſſiones autem quas paſſa eſt, ſignificaſſe Dominum dicunt: in hoc quidem, quod derelicta eſt à lumine; in eo, cum dicit in cruce: Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquiſti? manifeſtaſſe eum quoniam derelicta eſſet à lumine Sophia, & prohibita eſt ab Horo in priora impetum facere. Tædium autem eius in eo quod dixiſſet. Quàm triſtis eſt anima mea: Timorem autem in eo quod dixerit: Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Et aporiam autem, id eſt, conſternationem ſimiliter in eo quod dixerit: Et quid dicam neſcio.

Tria autem genera hominum oſtendiſſe docent eum, Hylicum quidem in eo quod reſponderit dicenti, Sequar te, non habet filius hominis vbi caput reclinet. Animale autem, in eo quod dixerit dicenti, Sequar te, permitte autem mihi ire & renuntiare domeſticis: Nemo ſuper aratrum manum imponens, & in poſteriora reſpiciens, aptus eſt regno cœlorum. Hunc autem dicunt de mediis eſſe: & illum autem ſimiliter, qui multas partes iuſtitiæ confitebatur ſe feciſſe: poſt deinde noluiſſe ſequi, ſed à diuitiis victum, vt ne fieret perfectus, & hunc de Pſychico genere fuiſſe volunt. Spiritale verò, in eo quod dicit, Remitte mortuos ſepelire mortuos ſuos, tu autem vade & annuntia regnum Dei. Et Zachæo publicano, dicens, Properans deſcende, quoniam hodie in domo tua oportet me manere. Et in fermenti parabola quod mulier abſcondiſſe dicitur in farinæ ſata tria, tria genera manifeſtare dicunt: mulierem quidem Sophiam dici docent, farinæ verò ſata tria, tria genera hominum, ſpiritale, animale, choicum; fermentum verò ipſum Saluatorem dictum dicunt. Et Paulum autem manifeſtè dixiſſe, choicos, animales, ſpiritales. Alibi quidem. Qualis Choicus

tales & choïci. Alibi autem, animalis homo non percipit quæ ſunt ſpiritus. Alibi autem, Spiritalis examinat omnia. Animalis autem non percipit quæ ſunt ſpiritus, de Demiurgo dictum dicunt, qui cùm Pſychicus ſit, non cognouerit neque matrem ſpiritalem exiſtentem, neq; ſemen eius, neque eos qui ſunt in Pleromate Æones.

Quoniam autem eorum quos ſaluaturus erat Saluator initia accepit, Paulum dixiſſe: Etſi delibatio ſancta, & maſſa. Delibationem quidem, quod eſt ſpiritale dictum docentes, conſperſionem autem nos, id eſt Pſychicam Eccleſiam, cuius ſubſtantiam adſumpſiſſe dicunt eum, & cum ſemetipſo erexiſſe, quoniam erat ipſe fermentum. Et quoniam errauit Achamoth extra Pleroma, & formata eſt à Chriſto, & quæſita eſt à Saluatore, manifeſtare eum dicunt, in eo quod dixit ſemetipſum veniſſe ad eam quæ errauerat ouem. Ouem enim errantem matrem ſuam referunt dici, ex qua eam quæ ſit hic volunt eſſe ſeminatam Eccleſiam. Errorem autem, eam quæ eſt extra Pleroma in omnibus paſſionibus immorationem, ex quibus factam materiam tradunt. Mulierem autem illam quæ mundat domum, & inuenit drachmam, ſuperiorem Sophiam narrant dici. Quæ cum perdidiſſet intentionem ſuam, poſt deinde mundatis omnibus per Saluatoris aduentum inuenit eam: quoniam & hæc reſtituitur ſecundum eos, intra Pleroma. Simeon autem eum qui in manus ſuas accepit Chriſtum, & gratias egit Deo, & dixit, Nunc * dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum ſermonem tuum in pace, typum Demiurgi dicunt, qui veniente Saluatore didicit tranſpoſitionem ſuam, & gratias egit Bytho. Et per Annam, quæ in Euangelio dicitur ſeptem annis cum viro vixiſſe, reliquum autem omne tempus vidua perſeueraſſe, donec vidiſſet Saluatorem, & agnouiſſet eum, & loqueretur de omnibus, manifeſtiſſimè Achamoth ſignificari, dicunt: quæ cum ad modicum vidiſſet tunc Saluatorē, cum coætaneis ſuis poſtero omni tempore perſeuerans, in medietate ſuſtinebat eum, quando iterum veniat & reponat eam ſuæ coniugationi. Et nomen autem eius ſignificatum à Saluatore, in eo quod dixerit, Iuſtificata eſt Sapientia à filiis eius: & à Paulo autem ſic, Sapientiam autem loquimur perfectis.

Et coniugationes autem quæ ſunt intra Pleroma Paulum dixiſſe dicunt, in vno oſtendentem. De ea enim coniugatione, quæ eſt ſecundum hanc vitam ſcribens ait, Hoc enim myſterium magnum eſt, dico autem in Chriſto & Eccleſia. Adhuc autem Ioannem diſcipulum Domini docent primam Ogdoadem, & omnium generationem ſignificaſſe ipſis dictionibus. Itaque principium quoddam ſubiecit, quod primum factum eſt à Deo: quod etiam Nun vocat & filium: & vnigenitum Domini vocat, in quo omnia Pater † dimiſit ſeminaliter. Ab hoc autem aiunt Verbum emiſſum, & in eo omnem Æonum ſubſtantiam, quam ipſum poſtea formauit Verbum. Quoniam igitur de prima Geneſi dicit, bene à principio, hoc eſt, à Filio & Verbo doctrinam facit dicit autem ſic: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum, prius diſtinguens in tria, Deum & Principium, & Verbum; iterum ea vnit, vti & emiſſionem ipſorum vtrorumque oſtendat, id eſt, Filij, & Verbi, & eam quæ eſt ad inuicem ſimul & ad Patrem vnionem. In Patre enim & ex Patre principium, in principio autem & ex principio Verbum. Bene igitur dixit, In principio erat Verbum, erat enim in Filio: & Verbum erat apud Deum, etenim principium & Deus erat Verbum, conſequenter. Quod enim ex Deo natum eſt, Deus eſt. Hic enim erat in principio apud Deum, oſtendit emiſſionis ordinem. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Omnibus enim iis qui poſt eum ſunt Æonibus, formationis & generationis cauſa Verbum factum eſt. Sed quod factum eſt in eo, inquit, vita. Hic enim ſyzygias manifeſtauit: omnia enim (ait) per ipſum facta ſunt, vita autem in ipſo. Hæc ergo quæ in eo facta eſt, proximior eſt quàm ea quæ per ipſum facta ſunt: cum ipſo eſt enim, & per ipſum fructificat. Quoniam infert, Et vita erat lux hominum. Homines autem nunc & Eccleſiam ſimili nomine ſignificauit, vt per vnum nomen manifeſtet ſyzygiæ communionem. Ex Logo enim & Zoë homo generatur & Eccleſia. Lumen autem dixit hominum vitam, quoniam illuminati ſunt ab ea, quod eſt formatum & manifeſtatum. Hoc autem & Paulus dicit, Omne enim quod manifeſtatur lumen eſt. Quoniam igitur vita manifeſtauit & generauit Hominem & Eccleſiam, lumen dicta eſt eorum. Apertè igitur manifeſtauit Ioannes per ſermones hos, & alia, & quaternationem ſecundam Logon & Zoën, Anthropon & Eccleſiam. Sed & primam ſignificauit Tetradem. Narrans enim de Saluatore, & docens omnia quæ extra Pleroma ſunt, per eum formata, fructum quoque eum eſſe dicens intra Pleroma: etenim lumen dixit illum quod in tenebris lucet, & non comprehenditur ab eis, quoniam omnia quæ facta ſunt ex paſſione formans, ignoratus eſt ab eis: & Filium & Veritatem & Vitam dicit eum, & Verbum carnem factum. Cuius gloriam vidimus, ait, & erat gloria eius quaſi vnigeniti, quæ à Patre data eſt ei, plena gratia & veritate. Dicit autem ſic, Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plena gratia & veritate. Diligenter igitur oſtendit primam quaternationem, Patrem dicens, & Gratiam, & Monogenem, & Veritatem. Sic Ioannes de prima & matre omnium Æonum Ogdoade dixit: Patrem enim dixit, & Gratiam & Monogenem, & Veritatem, & Verbum, & Vitam, & Hominem, & Eccleſiam. Et Ptolemæus quidem ita.

E
Ioan 1.5.
Eph.5.13.
F
Ioan.1.5.
Ioan.1.14.

Vides igitur dilectiſſime adinuentionem, qua vtentes ſeducunt ſemetipſos, calumniantes ſcripturis, fictionem ſuam ex eis conſtare adnitentes. Propter hoc enim & ipſas eorum appoſui aſtutias & dictiones, vt ex eis conſideres malitiam inuentionis & nequitiam erroris. Primò enim ſi propoſitum eſſet Ioanni illam, quæ ſurſum eſt Octonationem oſtendere, ordinem cuſtodiſſet vtique emiſſionis, & primam quaternationem, cùm ſit venerabilior (quemadmodum dicunt) in primis vtique poſuiſſet nominibus, & ſic adiunxiſſet ſecundam, vt per ordinem nominum, ordo oſtenderetur Octonationis. Et non vtique poſt tantum interuallum quaſi oblitus deinde commemoratus in nouiſſimo, primæ memoratus fuiſſet quaternationis. Deinde autem & coniugationes ſignificare volens, & Eccleſiæ non prætermiſiſſet nomen, ſed aut & in reliquis coniugationibus contentus fuiſſet maſculorum appellatione, ſimiliter cum poſſent & illa ſimul ſubaudiri, vt vnitatem per omnia eſſet cuſtodiens. Aut ſi reliquorum coniugationes enumerabat, & Anthropi, id eſt, Hominis, vtique manifeſtaſſet coniugem, & vtique non remiſiſſet de diuinatione nos accipere nomen ipſius. Manifeſta igitur expoſitionis eorum transfictio. Ioanne enim vnum Deum exponente, & vnum Vnigenitum Chriſtum Ieſum adnunciante, per quem omnia facta eſſe dicit, hunc Verbum Dei, hunc vnigenitum, hunc factorem omnium, hunc lumen verum illuminans omnem hominem, hunc mundi fabricatorē, hunc in ſua veniſſe, hunc eundem carnem factum, & habitaſſe in nobis: Hi transuertentes ſecūdum veriſimilem expoſitionem, alterum quidem Monogenem volunt eſſe, ſecundùm emiſſionē, quam ſcilicet & Principium vocant: alterum autem Soterem, id eſt, Saluatorem fuiſſe volunt, & alterum Logon, id eſt, Verbū filiū Monogenis, id eſt, vnigeniti, & alteru Chriſtum, id eſt, ad emendationē Pleromatis emiſſum: & vnumquodq; eorū quæ dicta ſunt auferentes à veritate, & abutētes nominibus in ſuam argumentationem tranſtulerunt: vt ſecūdum eos in tantis Ioannes Domini Chriſti Ieſu memoriā non fecerit. Si enim Patrem dixiſſet, & Charin, & Monogenē, & Alethian, & Logon, & Zoën, & Anthropon, & Eccleſiā, ſecundum illorum argumentationem de prima Ogdoade dixit, in qua nondū Ieſus: nōdum Chriſtus Ioannis magiſter. Quia autem non de ſyzygiis ipſorum Apoſtolus dixit, ſed de Domino noſtro Ieſu Chriſto, quem & Verbum ſcit eſſe Dei, idem ipſe fecit manifeſtum. Recapitulans

Oppugnat impias illorum interpretationes.
G
Ioan.1.
Errores contra unicam Chriſti perſonā.
H

enim de eo Verbo quod ei in principio dictum eſt, inſuper exponit, & Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Secundùm autem illorum argumentationem, non Verbum caro factum eſt, quod quidem nec venit vnquam extra pleroma: ſed qui ex omnibus factus eſt,* ſic poſterior Verbo, Saluator. Diſcite igitur inſenſati, quoniam Ieſus, qui paſſus eſt pro nobis, qui inhabitauit in nobis, idē ipſe eſt Verbū Dei. Si enim alius ex Æonibus pro noſtra ſalute caro factus eſt, æſtimandum erat de altero dixiſſe Apoſtolum. Si autem Verbum Patris qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit, & ab vno Deo Vnigenitus Filius ſecundùm Patris placitum incarnatus pro hominibus non de alio aliquo, neque de ogdoade Ioannes ſermonem fecit, ſed de Domino Chriſto Ieſu. Neque enim Verbum ſecundùm eos principaliter caro factum eſt. Dicunt enim Sotera induiſſe corpus animale, de diſpoſitione aptatum inenarrabili prouidentia, vt viſibile & palpabile fieret. Caro eſt autem illa vetus, de limo ſecundum Adam facta plaſmatio à Deo, quam verè factum Verbum Dei manifeſtauit Ioannes, & ſoluta eſt illorum prima & primogenita octonatio. Cùm enim vnus & idem oſtenditur Logos & Monogenes, & Zoë, & Phos, & Soter, & Chriſtus filius Dei, & hic idem incarnatus pro nobis, ſoluta eſt octonationis illorum compago. Hac autem ſoluta, decidit illorum omnis argumentatio, quam falſo nomine ſomniantes infamant Scripturas ad propriam argumentationem confingendam. Poſt deinde dictiones & nomina diſperſim poſita colligentes transferunt, ſicut prædiximus, ex eo quod eſt ſecundum naturam, in id quod eſt contra naturam: ſimilia facientes iis, qui controuerſias ſibimetipſis quaſlibet proponunt, poſt deinde conantur & Homericis verſibus meditari eas: ita vt idiotæ putent ex illa temporali declamata controuerſia, Homerum verſus feciſſe, & multi abducuntur per compoſitam conſequentiam verſuum, ne fortè hæc ſic Homerus fecerit, quemadmodum Herculem ab Euryſtheo ad eum qui apud inferos eſt canem miſſum, ex Homericis verſibus ſcribens ita, (Nihil enim prohibet exempli gratia commemorari, & horum, cùm ſit ſimilis & eadem vtriſque argumentatio.)

Hæc vbi dicta dedit, emiſit limine flentem
Herculem inuictum, magnarum non inſcium rerum,
Euryſtheus natus Sthenelo proſapio Perſei,
Ducturum ex Erebo canem atri ditis ad auras.
Vadit at ille, velut leo nutritus montibus acer,
Vrbem per mediam: noti ſimul omnes abibant,
Et ſenes, & pueri, & nondum nupta puella.
Plorantes multùm ac ſi mortem iret ad ipſam.
Mercurius præmittit & caſia Pallas euntem:
Fratrem etenim ſciebat quatenus dolor exagitaret.

Quis non ex ſimplicibus abripiatur ab huiuſmodi verſibus, & putet ſic illos Homerum in hoc argumento feciſſe? Qui autem ſcit Homerica, cognoſcet quidem verſus, argumentum autem non cognoſcet, ſciens quoniam aliquid quidem eorum etiam de Vlyſſe dictum, aliud verò de Hercule, aliud verò de Priamo, aliud de Menelao, & Agamemnone. Si autem tulerit illos, ac vnumquemque ſuo libro reddiderit, auferet de medio præſens argumentum. Sic autem & qui regulam veritatis immobilem apud ſe habet, quam per baptiſmum accipit, hæc quidem quæ ſunt ex Scripturis, nomina, & dictiones, & parabolas cognoſcet: blaſphemum autem illorum argumentum non cognoſcet. Etenim ſi gemmas agnoſcet, ſed vulpem pro regali imagine non recipiet. Vnumquemque autem ſermonum reddens ſuo ordini, & aptans veritatis corpuſculo, denudabit, & in ſubſtantiuum oſtendet figmentum ipſorum. Quoniam autem ſcenæ huic deeſt redemptio, vt quis Mimum ipſorum explicans, deſtructorem ſermonem inferat, bene habere putauimus, oſtendere primò in quibus ipſi Patres huius fabulæ diſcrepant, aduerſus ſe inuicem, quaſi qui ſint ex variis ſpiritibus erroris. Et ex hoc enim diligenter cognoſcere eſt: & ex oſtenſione, eam firmam, quæ ab Eccleſia prædicatur veritatem, & ab iis id quod fingitur falſiloquium. E

CAPVT II.

*Expoſitio prædicationis veritatis, quam ab Apoſtolis Eccleſia * percipiens cuſtodit.* *Prædicans.

ECcleſia enim per vniuerſum orbem vſque ad fines terræ ſeminata, & ab Apoſtolis & à diſcipulis eorum accepit eam fidem quæ eſt in vnum Deum Patrem omnipotentem, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt; & in vnum Ieſum Chriſtum Filium Dei, incarnatum prò noſtra ſalute; & in Spiritum ſanctum, qui per prophetas prædicauit diſpoſitiones Dei, & aduentum, & eam quæ eſt ex Virgine generationem, & paſſionem, & reſurrectionem à mortuis, & in carne in cœlos aſcenſionem dilecti Ieſu Chriſti Domini noſtri, & de cœlis in gloria Patris aduentum eius, ad recapitulanda vniuerſa, & reſuſcitandam omnem carnem humani generis, vt Chriſto Ieſu Domino noſtro, & Deo, & Saluatori, & Regi, ſecundum placitum Patris inuiſibilis omne genu curuetur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur ei, & iudicium iuſtum in omnibus faciat. Spiritalia quidem nequitiæ, & Angelos tranſgreſſos, atque apoſtatas factos, & impios, & iniuſtos, & iniquos, & blaſphemos homines in æternum ignem mittat. Iuſtis autem & æquis, & præcepta eius ſeruantibus, & in dilectione eius perſeuerantibus quibuſdam quidem ab initio, quibuſdam autem ex pœnitentia, vitam donans, incorruptelam loco muneris conferat, & claritatem æternam circundet. Pſ.145.6. Act.14.15. Apoc.14.7. F Eph.1.10. Phil.2.10. G

CAPVT III.

Oſtenſio neque plus, neque minus de ea quæ eſt fide poſſe quoſdam dicere.

HAnc prædicationem, cùm acceperit, & hanc fidem, quemadmodum prædiximus, Eccleſia, & quidem in vniuerſum mundum diſſeminata diligenter cuſtodit, quaſi vnam domum inhabitans, & similiter credit iis, videlicet quaſi vnam animam habens & vnum cor, & conſonanter hæc prædicat, & docet, & tradit, quaſi vnum poſſidens os. Nam etſi in mundo loquelæ diſſimiles ſunt, ſed tamen virtus traditionis vna & eadem eſt. Et neque hæ quæ in Germania ſunt fundatæ Eccleſiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt: neque hæ quæ in Hiberis ſunt, neque hæ quæ in Celtis, neque hæ quæ in Oriente; neque hæ quæ in Ægypto, neque hæ quæ in Libya, neque hæ quæ in medio mundi ſunt conſtitutæ: ſed ſicut ſol creatura Dei in vniuerſo mundo vnus & idem eſt, ſic & lumen, prædicatio veritatis, vbique lucet, & illuminat omnes homines, qui volunt ad cognitionem veritatis venire. Et neque qui valdè præualet in ſermone, ex iis qui præſunt Eccleſiis, alia quàm hæc ſunt, dicet. Nemo enim ſuper magiſtrum eſt, neque infirmus in dicendo deminorabit traditionem. Cùm enim vna & eadem fides ſit, neque is qui multum de ea poteſt dicere ampliat neque is qui minus, deminorat. Act.4.32. H 2.Cor.8.15. Exod.16.18.

A

CAPVT IV.

Secundum quid fiat putare alios quidem plus, alios verò minus habere agnitionis.

PLus autem aut minus ſecundùm prudentiam noſſe quoſdam intelligentiam, non in eo quod argumentum mutetur, efficitur; & alius Deus excogitetur præter fabricatorem, & factorem, & nutritorem huius vniuerſitatis, quaſi non ipſe ſufficiat nobis, aut alius Chriſtus, aut alius Monogenes: ſed in eo quòd omnia quæ in parabolis dicta ſunt exquirere, & adiungere veritatis argumento, & in eo vt inſtrumentum & diſpoſitionem Dei in genere humano factam enarret. Et quoniam magnanimus extitit Deus, & in tranſgreſſorum Angelorum apoſtaſia, & inobedientia hominum, ediſſerere: B & quare alia quidem temporalia, alia verò æterna, & quædam cœleſtia, quædam terrena vnus & idem fecit annunciare. Et quare cùm inuiſibilis ſit, apparuit Prophetis Dei, non in vna forma, ſed aliis aliter adeſſe, & H. 5.1.1. quare Teſtamenta multa tradita humano generi, annun- Galat. 4. ciare: & quis ſit vniuſcuiuſque Teſtamentorum character, docere: & quare concluſit omnia in incredulitatem Deus, vt vniuerſis miſereatur, exquirere; & quare Rom. 11. Verbum Dei caro factum eſt, & paſſus eſt, gratias age- Ioan. 1. 14. re: & quare in nouiſſimis temporibus aduentus Filij Dei, hoc eſt in fine apparuerit, & non initio, annuntiare: & de fine, & de futuris quæcunque poſita ſunt in Scripturis reuoluere: & quare deſperatas Gentes cohæredes & Eph. 6. concorporatas & participes Sanctorum fecit Deus, non tacere: & quemadmodum mortalis hæc caro induet immortalitatem, & corruptibile incorruptelam, annun- 1. Cor. 15. tiare: & quemadmodum factus eſt, qui non erat popu- 15. lus, populus: & non dilecta, dilecta: & quemadmo- Oſee 2. dum plures filij eius quæ deſerta eſt, magis quàm eius 24 C quæ habet virum, præconiare. In talibus enim & in ſi- Rom. 9. milibus eis exclamauit Apoſtolus, O altitudo diuitia- 25. rum ſapientiæ & agnitionis Dei, quàm inſcrutabilia iu- Gal. 4. 28. dicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Sed non in eo, vt Rom. 11. 33. ſupra Creatorem & fabricatorem, matrem eius & illorum Enthymeſin Æonis errantis adinueniret, & ad tantum perueniret blaſphemiam: neque in eo quod eſt ſuper hanc rurſus Pleroma, aliquando quidem xxx. aliquando vero innumerabiles multitudines Æonum mentiri. Quemadmodum dicunt hi qui verè ſunt deſerti à diuina ſententia magiſtri: cùm ea quæ eſt Eccleſia vniuerſa vnam & eandem fidem habeat in vniuerſo mundo, quemadmodum prædiximus.

CAPVT V.

* ſit D

Quæ eſt Valentini ſententia, in quibus diſcrepant aduerſus eum diſcipuli eius.*

VIdeamus nunc & eorum inconſtantem ſententiam, cùm ſint duo vel tres, quemadmodum de eiſdem non eadem dicunt: ſed & nominibus, & rebus contraria reſpondent. Qui enim eſt primus ab ea quæ dicitur Gnoſtica hæreſis, antiquas in ſuum characterem doctrinas transferens Valentinus, ſic diffiniuit Dualitatem quandam innominabilem, cuius quidem aliquid vocari inenarrabile, aliud autem Sigen. Poſt deinde, ex hac dualitate, ſecundam dualitatem emiſſam, cuius aliud quidem Patrem vocat, aliud autem Aletheiam. Ex hac autem quaternatione fructificari Logon & Zoen, Anthropon & Eccleſiam. Eſſe autem hanc octonationem primam, & à Logo quidem & Zoe decem virtutes dicit emiſſas, ſicut prædiximus. Ab Anthropo autem & Eccleſia xii. ex quibus vnam diſcedentem & deſtitutam, reliquam diſpoſitionem feciſſe. E Terminos autem duos adhibet. Vnum quidem inter Bythum & Pleroma, determinantem natos Æones ab infecto patre. Alterum verò ſeparantem illorum matrem à Pleromate. Et Chriſtum autem non ab his qui Errores de Chriſti ac Spiritus ſancti emiſſione. ſunt in Pleromate Æonibus emiſſum, ſed à matre foris facta ſecundum memoriam meliorum enixam eſſe cum quadam vmbra. Et hunc quidem, quippe cùm eſſet maſculus, abſcidiſſe à ſemetipſo vmbram, & regreſſum ad Pleroma. Matrem autem ſubrelictam ſub vmbra, vacuata autem ſpiritali ſubſtantia, alterum filium emiſiſſe. Et hunc eſſe Demiurgum, quem & omnipotentem dicit eorum quæ ei ſubiacent. Coemiſſum autem ei & ſiniſtrum principem, ſimilem iis qui dicentur à nobis falſi nominis Gnoſtici. Et Ieſum autem aliquando quidem ab eo qui ſeparatus à matre eorum, & coadunatus eſt cum reliquis, emiſſum dicit, id eſt, à Theleto: aliquando autem ab eo qui recurrit ſurſum in Ple- F roma, hoc eſt à Chriſto: aliquando autem ab Anthropo & Eccleſia. Et Spiritum autem ſanctum à veritate dicit emiſſum, in examinationem & fructificationem Æonum, inuiſibiliter in eos introëuntem, per quem Æones fructificarent folia veritatis. Hæc quidem ille.

Secundus autem primam Ogdoadem ſic tradit, dicens: Quaternationem eſſe dextram, & quaternationem ſiniſtram, & lumen & tenebras, & diſcedentem autem deſtitutam virtutem, non à triginta Æonibus dicit fuiſſe, ſed à fructibus eorum.

Alius verò quidam, qui & clarus eſt magiſter ipſorum, in maius ſublime, & quaſi in maiorem agnitionem extenſus, primam quaternationem, dixit ſic: Eſt quidem ante omnes Proarche, Proanennoëtos, & Inenarrabilis, & Innominabilis, quam ego Monotetem voco. Cum hac Monotete eſt virtus, quam & ipſam voco Henotetem. Henotetes & Monotes cùm G ſint vnum, emiſerunt, cùm nihil emiſerint, principium omnium noëton & agenneton aoraton, quam Archen ſermo monada vocat. Cum hac monade eſt virtus eiuſdem ſubſtantiæ ei, quam & eam voco Hen. Hæ autem virtutes, id eſt, Monotes, & Henotes, & Monas, & Hen, emiſerunt reliquas emiſſiones Æonum. Iu iu! & Pheu, pheu! Tragicam verò dicere oportet, ſuper hanc nominum fictionem & tantam audaciam quemadmodum ſine rubore mendacio ſuo nomina poſuit. In eo enim quod dicit, eſt ante omnia Proarche. Proanennoëtos, quam ego Monoteta voco: Et iterum: Cum hac Monotete eſt virtus, quam & ipſam voco Henotetem. Manifeſtum eſt quoniam figmenta ſunt quæcunque ab eo dicta ſunt: confeſſus eſt, quoniam ipſe nomina poſuit figmento, quæ à nemine altero poſita ſunt: qui niſi hæc auderet, hodie veritas ſecundum eum non habuiſſet nomina. Nihil igitur prohibet & alterum quemdam in tali argumento ſic præfinire nomina. Eſt quædam Proarche regalis Proanennoetos, Proanypoſtatos virtus Proprocylindomene. Cum illa autem eſt virtus, quam ego cu- H Ironia. curbitam voco: cum hac cucurbita autem eſt virtus, quam & ipſam voco perinane: hæc cucurbita, & perinane cum ſit vnum emiſerunt. Cùm non emiſiſſent fructum, in omnibus viſibilem, manducabilem & dulcem, quem fructum ſermo cucumerem vocat. Cum hoc cucumere eſt virtus eiuſdem poteſtatis ei, quam & ipſam peponem voco. Hæ virtutes cucurbita, & perinane, & cucumis, & pepo emiſerunt reliquam multitudinem Valentini deliriorum peponum. Si enim eum ſermonem qui de vniuerſis ſit, transfigurari in primam quaternationem oportet, & quemadmodum vult aliquis ipſe ponere nomina, quis prohibet his nominibus, & multo credibilioribus, & in vſu poſitis, & ab * omnibus cognitis. * hominibus.

Alij autem rurſus ipſorum primam & archegonon octonationem his nominibus nominauerunt. Primu Proarchen, deinde Anennoeton, tertiam autem Arrheton,

& quartam Aoraton. Et de prima quidem Proarche emiſſum eſſe primo & quinto loco Archen, ex Anennoeto ſecundo & ſexto loco Acatalepton, & de Arrheto autem tertio & ſeptimo loco Anonomaſton, de Aorato autem quarto & octauo loco Agenneton. Pleroma hoc primę Ogdoadis, has volunt virtutes fuiſſe ante Bython & Sigen, vt perfectorum perfectiores appareant, & Gnoſticorum magis gnoſtici viri, ad quos iuſtè quis hoc dicat. O pepones, ſophiſtæ vituperabiles, & non viri.

Etenim de ipſo Bytho variæ ſunt ſententiæ apud eos. Quidam enim ſine coniugatione dicunt eum neque maſculum, neque fœminam, neque omnino aliquid eſſe. Alij autem & maſculum & fœminam dicentes eſſe, hermaphroditi geneſim ei donant. Sigen autem alij coniugem ei addunt, vt fiat prima coniugatio.

CAPVT VI.

Quæ ſunt in quibus non conſonant aduerſus inuicem hi, qui ſunt à Valentino omnes.

HI verò qui ſunt circa Ptolemæum ſcientiores, duas coniuges habere Bython dicunt, quas & diſpoſitiones vocant, Ennœam & Theleſin. Primò enim mente concepit quid emittere, (ſicut dicunt) poſt deinde voluit. Quapropter duobus his affectibus & virtutibus, id eſt, Ennœæ, & Theleſeos, velut commixtis inuicem, emiſſio Monogenis & Aletheiæ ſecundum coniugationem facta eſt. Quos typos & imagines duorum affectuum Patris egreſſas eſſe inuiſibilium viſibiles, Thelematis quidem Nun, Ennœas autem Alethеian: & propter hoc aduentitiæ voluntatis maſculus eſt imago, innatæ verò Ennœæ fœmininus, quoniam voluntas velut virtus facta eſt Ennœæ. Cogitabat enim Ennœa ſemper emiſſionem, non tamen & emittere ipſi per ſemetipſam poterat quæ cogitabat. Cum autem voluntatis virtus aduenit, tunc quod cogitabat, emiſit.

Non videntur tibi hi, ô dilectiſſime, Homerici Iouis, propter ſollicitudinem non dormientis, ſed curæ habentis quando poſſit honorare Achillem, & multos perdere Græcorum, apprehenſionem habuiſſe, magis quam eius qui eſt vniuerſorum Deus? Qui ſimul vt cogitauit, perficit id quod cogitauit: & ſimul ac voluit, & cogitat hoc quod voluit: tunc cogitans cùm vult, & tunc volens cùm cogitat: cùm ſit totus cogitatus, & totus ſenſus, & totus oculus, & totus auditus, & totus fons omnium bonorum.

Qui autem prudentiores putantur illorum eſſe, primam octonationem non gradatim, alterum ab altero * Æonem emiſſum dicunt, ſed ſimul & in vnum Æonum emiſſionem à Propatore, & Ennœa eius, cumque crearentur, ipſi ſe obſtetricaſſe affirmant. Et iam non ex Logo & Zoë Anthropon & Eccleſiam, ſed ex Anthropo & Eccleſia Logon & Zoën dicunt generatos in hunc modum dicentes, Quando aliquid emittere voluit Propator, hoc Pater vocatus eſt; at vbi quæ emiſit, vera fuerunt, hoc Aletheia vocatum eſt. Cùm autem voluit ſemetipſum oſtendere, hoc Anthropos dictus eſt. Quos autem præcogitauerat poſteaquam emiſit, hoc Eccleſia vocata eſt. Locutus eſt Anthropos Logon, hic eſt primo genitus Filius, ſubſequitur autem Logon, Zoë, & ſic prima octonatio completa eſt.

CAPVT VII.

Qualis conuerſatio ipſorum, & quæ eſt figuratio vitæ.

MVlta autem pugna apud eos, etiam de Saluatore. Quidam enim eum ex omnibus generatum dicunt, quapropter beneplacitum vocari, quoniam vniuerſum Pleroma bene ſenſit per eum glorificare Patrem. Alij autem ex ſolis decem Æonibus, qui ſunt à Logo & Zoë emiſſi, & propter hoc Logon & Zoën dici eum, parentum nomina cuſtodientem. Alij autem ex duodecim Æonibus his qui ſunt ab Anthropo & Eccleſia facti: propter hoc Filium hominis ſe confiteri, velut poſtgenitum Anthropi. Alij à Chriſto & Spiritu ſancto iis qui ad firmamentum Pleromatis emiſſi ſunt, factum eum dicunt, & propter hoc Chriſtum vocari, Patris ſui, à quo emiſſus eſt, cuſtodientem appellationem. Alij autem ſunt qui ipſum Propatorem omnium & Proarchen, & Proanennoëton, Anthropon dicunt vocari, & hoc eſſe magnum & abſconditum myſterium, quoniam quæ eſt ſuper omnia virtus, & continet omnia, Anthropos vocatur, & ideo Filium hominis ſe dicere Saluatorem.

CAPVT VIII.

*Quæ * eſt colabraſeorum & Marci Doctrina.*

ALius verò quidam ex iis qui ſunt apud eos, magiſtri emendatorem ſe eſſe glorians, Marcus eſt autem illi nomen, magicæ impoſturæ peritiſſimus, per quam & viros multos, & non paucas fœminas ſeducens, ad ſe conuertit, velut, ad ſcientiſſimum & perfectiſſimum, & virtutem maximam ab inuiſibilibus & ab inenarrabilibus locis habentem fecit, præcurſor quaſi verè exiſtens Antichriſti. Anaxilai enim ludicra, cum nequitia eorum qui dicuntur magi commiſcens, per hæc virtutes perficere putatur apud eos, qui ſenſum non habent, & a mente ſua exceſſerunt.

CAPVT IX.

Quæ eſt induſtria Marci, & quæ ſunt, quæ ab eo fiunt.

PRo calice enim vino mixto fingens gratias agere, & in multum extendens ſermonem inuocationis, purpureum & rubicundum apparere facit poculum, vt putetur ea gratia ab iis quæ ſunt ſuper omnia, ſuum ſanguinem ſtillare in illius calicem, per inuocationem eius, & valde concupiſcere præſentes ex illo guſtare poculo, vt & in eos ſtillet quæ per magum hunc vocatur gratia. Rurſus mulieribus dans calices mixtos, ipſas gratias agere iubet, præſente ſe: & vbi hoc factum eſt, ipſe alium calicem multo maiorem quàm eſt ille in quo illa ſeducta Euchariſtiam facit, proferens, & transfundens à minori qui eſt à muliere Euchariſtia factus, in illum qui eſt ab eo allatus multo maiorem, ſtatim dicens ita. Illa quæ eſt ante omnia inexcogitabilis & inenarrabilis gratia, adimpleat tuum intus hominem, & multiplicet in te agnitionem ſuam, inſeminans granum ſinapis in bonam terram. Et talia quædam dicens, & in inſaniam mittens illam infelicem, admirabilia faciens apparuit, quando maior calix adimplens eſt de minori calice, vt & ſupereffunderet ex eo. Et alia quædam his ſimilia faciens, exterminauit multos, & abſtraxit poſt ſe.

Datur autem intelligi eum & dæmonem quendam paredrum habere, per quem ipſe quoque prophetare videtur. Et quotquot dignas putat fieri participes ſuæ gratiæ, prophetare facit. Maximè enim circa mulieres vacat, & hoc circa eas quæ ſunt honeſtæ, & circum purpuratæ, & ditiſſimæ, quas ſæpe adducere tentans, dicit blandiens eis, Participare te volo ex mea gratia, quoniam Pater omniũ Angelũ tuum ſemper videt ante faciẽ ſuã: locus autẽ tuæ magnitudinis in nobis eſt, oportet nos in vnum conuenire. Sume primum à me, & per me gratiam, adapta te vt ſponſa ſuſtinens ſponſum ſuum, vt ſis

quod

quod ego, & ego quod tu. Conſtitue in thalamo tuo ſemen luminis. Sume à me ſponſum, cape eum, & capere in eo. Ecce gratia deſcendit in te, aperi os tuum, & propheta. Cùm autem mulier reſponderit; Nunquam prophetaui, & neſcio prophetare: inuocationes quaſdam faciens denuo ad ſtuporem eius quæ ſeducitur, dicit ei. Aperi os tuum, & loquere quæcunque, & prophetabis. Illa autem ſeducta & elata ab his quæ prædicta ſunt, concalefaciens animam à ſuſpicione quod incipiat prophetare, cùm cor eius multo plus quàm oporteat palpitet, audet, & loquitur deliriosa, & quæcunque euenerint, omnia vacuè & audaciter, quippe calefacta ſpiritu, ſicut melior nobis de talibus prophetis exequitur, quod audax & inuerecunda eſt anima quaſi è vacuo aëre excalefacta eſt, & exinde Prophetidem ſemetipſam putat, & gratias agit Marco ei, qui participauit ei ſuam gratiam: & remunerare eum geſtit, non ſolum ſecundùm ſubſtantiæ ſuæ dationem, vnde diuitiarum copiam magnam collegit, ſed & ſecundum corporis copulationem, & ſecundum omnia vniri ei cupit, vt cum eo deſcendat in vnum. Iam verò quædam ex fideliſſimis mulieribus, quæ habent timorem Dei, & non ſeducibiles, quas ſimiliter vt reliquas affectauit ſeducere, iubens eas prophetare, exſufflantes & anathematizantes eum, ſeparauerunt ſe ab huiuſmodi Inſano, qui ſe diuinum ſpirare ſimulabat, pro certo ſcientes, quoniã prophetare non à Marco mago inditur hominibus, ſed quibuſcunq; Deus deſuper immiſerit gratiam ſuam, hi à Deo traditam habent prophetiam, & tunc loquuntur vbi, & quando Deus vult: ſed non quando Marcus iubet. Quod enim iubet, eo quod iubetur maius eſt & dominantius, quoniam illud quidem principatur, illud autem ſubiectum eſt. Si ergo Marcus quidem iubet, vel alius quis, ſicut ſolent in cœnis ſortibus hi omnes ludere, & ſibimetipſis inuicem imperare vt prophetent, & ſecundum ſuas concupiſcentias eos ſibi prophetare, erit ille qui iubet & maior & dominantior prophetico ſpiritu, cùm ſit homo: quod eſt impoſſibile. Sed tales quidem qui iubentur ab ipſis ſpiritibus & loquuntur quando volunt ipſi, terreni & infirmi ſunt, audaces autem & impudentes à ſatana immiſſi ad ſeductionem & perditionem eorum, qui non firmam fidem, quam ab initio per Eccleſiam acceperunt, cuſtodiunt.

Adhuc etiam & amatoria & allectantia efficit, vt & corporibus ipſarum contumeliam inroget hic idem Marcus quibuſdam mulieribus, etſi non vniuerſis. Hæ ſæpiſſimè conuerſæ ad Eccleſiam Dei, confeſſæ ſunt, & ſecundum corpus exterminatas ſe ab eo velut cupidine, & inflammatas, valdè illum ſe dilexiſſe, vt & Diaconus quidam eorum qui ſunt in Aſia, ſuſcipiens eum in domum ſuam, inciderit in huiuſmodi calamitatem. Nam cùm eſſet vxor eius ſpecioſa, & ſententia & corpore corrupta eſſet à mago iſto, & ſecuta eum eſſet multo tempore, poſt deinde cum magno labore fratres eam conuertiſſent, omne tempus in exhomologeſi conſummauit, plangens & lamentans ob hanc quam paſſa eſt ab hoc mago corruptelam. Et diſcipuli autem eius quidam circum obuerſati in iiſdem, ſeducentes mulierculas multas corruperunt, perfectos ſemetipſos vocantes, quaſi nemo poſſit exæquari magnitudini agnitionis ipſorum, nec ſi Paulum aut Petrum dicas, vel alterum quendam Apoſtolorum: ſed plus omnibus ſe cognouiſſe, & magnitudinem agnitionis illius, quæ eſt inenarrabilis virtutis, ſolos ebibiſſe. Eſſe autem ſe in altitudine ſuper omnem virtutem. Quapropter & liberè omnia agere, nullum in nullo timorem habentes: propter enim redemptionem & incomprehenſibiles & inuiſibiles fieri iudici. Si autem & apprehenderit eos, aſſiſtentes ei cum redemptione hæc dicent: O aſſeſſor Dei & myſticæ illius pro Æonon Siges, quam magnitudines ſemper vident faciem Patris, te viæ duce & adductore vtentes, abſtrahunt ſurſum ſuas formas, quas valdè audax illa ducta phantaſmate propter bonum Propatoris emiſit nos imagines illorum, tunc intentionem illorum quæ ſunt ſurſum, quaſi ſomnium habens. Ecce, iudex in proximo, & præco me iubet meæ defenſioni adeſſe, tu autem quaſi quæ ſcias vtrorumque noſtrorum rationem, tanquam vnum exiſtentem, iudici aſſiſte. Mater autem citò audiens hæc, Homericam Inferiorum galeam eis ſuper impoſuit, vt inuiſibiliter effugerent iudicem, & ſtatim eripiens eos in thalamum duxit, & reddidit ſuis ſponſis. Talia autem dicentes, & operantes, & in iis quoque, quæ ſecundum nos regiones Rhodanenſes, multas ſeduxerunt mulieres, quæ cauteriatas conſcientias habentes, quædam quidem etiam in manifeſto exhomologeſin faciunt, quædam autem reuerentes hoc ipſum; in ſilentio ſenſim ſemetipſas retrahunt, deſperantes à vita Dei; quædam quidem in totum abſceſſerunt; quædam autem inter vtrumque dubitantes, & quod eſt prouerbij, paſſæ ſunt, neque intus, neque foris exiſtentes, hunc fructum habentes ſeminis filiorum agnitionis.

CAPVT X.

*Quemadmodum quidam ex eis per numeros, & ſyllabas, & per literas conantur conſtituere eam, quæ eſt ſecundum eos, * argumentationem.*

* *agnitionem.*

HIc igitur Marcus vuluam & ſuſceptorium Colarbaſi ſilentij ſemel ſolum fuiſſe dicens, quippe vnigenitus exiſtens defectus ſemen, quod depoſitum eſt in eum, ſic enixus eſt. Illam quæ eſt à ſummis, & ab inuiſibilibus, & innominabilibus locis quaternationem deſcendiſſe figura muliebri ad eum. Quoniam, inquit, eius maſculinum mundus ferre non poterat, & oſtendiſſe quoque ſemetipſam quæ eſſet, & vniuerſorum geneſim, quam nemini vnquam neque deorum neque hominum reuelauit, huic ſolo enarraſſe, ita dicentem. Quando primum Pater, cuius Pater nemo eſt, qui eſt incogitabilis & inſubſtantiuus, qui neque maſculus neque fœmina eſt, voluit ſuum inenarrabilem, narrabilem fieri, & quod inuiſibile ſibi eſt, formari; aperuit os, & protulit Verbum ſimile ſibi, quod adſiſtens oſtendit ei quod erat ipſe cùm inuiſibilis forma apparuiſſet. Enuntiatio autem nominis facta eſt talis: Loquutus eſt Verbum: verbum primum nominis eius fuit ἀρχὴ, & ſyllabæ eius literarum quatuor. Coniunxit & ſecundam, & fuit hæc literarum quatuor. Poſt loquutus eſt & tertiam, & fuit hęc literarũ x. Et eam quæ eſt poſt hęc locutus eſt, & fuit ipſa literarum xII. Facta eſt ergo enuntiatio vniuerſi nominis, literarum xxx. ſyllabarum autem quatuor. Vnumquodque autem elementorum ſuas literas, & ſuum characterem, & ſuam enuntiationem, & figurationes, & imagines habere: & nihil eorum eſſe, quod illius videat formam, cuius elementum eſt. Sed nec cognoſcere eum, ſed ne quidem proximi eius vnumquodque enuntiationem ſcire, ſed quod ipſe enuntiat, ita omne quod enuntiat, illud quod eſt totum nominet. Vnumquemque enim ipſorum, pars exiſtens totius, ſuum ſonum quaſi omne nominare: & non ceſſare ſonantia, quoadúſque ad nouiſſimam literam nouiſſimi elementi ſingulariter enuntiata deueniant.

Error de nomine tetragrãmaton.

Tunc autem & redintegrationem vniuerſorum dicit futuram, cùm omnia deuenientia in vnam literam, vnam & eandem conſonationem ſonent, cuius exclamationis imaginem eſſe, Amen, ſimul dicentibus nobis tradidit eſſe. Sonos autem eos eſſe qui formant inſubſtantiuum & ingenitum Æona, & eſſe has formas, quas Dominus Angelos dixit, quæ ſine intermiſſione vident faciem Patris. Nomina autem elementorum communia & enarrabilia Æonas & verba & radices & ſemina & plenitudines & fructus vocauit, ſingula autem ipſorum & vniuſcuiuſque propria in nomine Eccleſiæ contineri, & intelligi ait. Quorum elementorum nouiſſimi elementi vltima litera vocem emiſit ſuam, cuius ſonus exiens ſecundum imaginem elementorum elementa propria generauit,

De reſtitutione omnium.

De Angelis.

De elementis.

nerauit, ex quibus & quæ ſunt hic, diſpoſita dicit, & ea quæ ſunt ante hæc generata: ipſam quidem literam, cuius ſonus erat conſequens ſonum deorſum à ſyllaba ſua ſurſum receptam dicit, ad impletionem vniuerſi. Remanſiſſe autem deorſum ſonum quaſi foras proiectum, elementum autem ipſum ex quo litera cum enunciatione ſua deſcendit deorſum, literarum ait eſſe xxx. & vnamquamque ex his xxx. literis in ſemetipſa habere alias literas, per quas nomen literæ nominatur. Et rurſus alias per alias nominari literas, & alias per alias, ita vt in immenſum decidat multitudo literarum.

Sic autem planius diſces quod dicitur. Delta elementum literas habet in ſe quinque, ipſum Δ, & Ε, Λ, & Τ, & Α, & hæ rurſus literæ per alias ſcribuntur literas, & aliæ per alias. Si ergo vniuerſa ſubſtantia deltæ in immenſum decidit, aliis alias literas generantibus & ſuccedentibus alterutrum, quanto magis illius elementi maius eſſe pelagus literarum? Et ſi vna litera ſic immenſa eſt, vide totius nominis profundum literarum, ex quibus Propatora Marci ſilentium conſtare docuit. Quapropter & Patrem ſcientem incapabile ſuum, dediſſe elementis, quæ & Æonas vocat vnicuique eorum ſuam enuntiationem exclamare, eò quòd non poſſit, vnum illud quod eſt totum enunciare. Hæc itaque exponentem ei quaternationem dixiſſe. Volo autem tibi & ipſam oſtendere veritatem. Depoſui enim illam de ſuperioribus ædificiis, vt circunſpicias eam nudam, & intuearis formoſitatem eius. Sed & audias eam loquentem, & admireris ſapientiam eius. Vide quid igitur caput eius ſurſum primum Α & Ω. Collum autem Β & Ψ. Humeros cum manibus Γ & Χ. Pectus Δ & Φ. Cinctum Ε & Υ. Ventrem Ζ & Τ. Verenda Η & Σ. Femora Θ & Ρ. Genua Ι & Π. Tibias Κ & Ο. Crura Λ & Ξ. Pedes Μ & Ν. Hoc eſt corpus eius, quæ eſt ſecundum Magum, Veritatis; hæc figura elementi, hic character literæ, & vocat elementum hoc, Hominem. Eſſe autem fontem ait, eum omnis verbi & initium vniuerſæ vocis, & omnis inenarrabilis enarrationem, & taciti ſilentij, & hoc quidem corpus eius.

Tu autem ſublimius alleuans ſenſus intelligentiam, Autogenitora & Patrodotora, verbum ab ore Veritatis audi. Hæc autē cum dixiſſet illa, attendentē ad eum Veritatem, & aperiētem os, locuta eſt Verbum: Verbum autē nomen factū, & nomē eſſe hoc quod ſcimus & loquimur Chriſtum Ieſum, quod nūm nominaſſet, ſtatim tacuit. Cum autem putaret Marcus plus aliquid eam dicturam, rurſus Quaternatio veniens in medium ait, Tanquam contemptibile putaſti eſſe Verbum quod ab ore Veritatis audiſti, non hoc quod ſcis & putas habere, olim eſt nomen. Vocem enim tantum habes eius, virtutem autem ignoras. Ieſus autem, eſt inſigne nomen, ſex habens literas, ab omnibus qui ſunt vocationis cognitum. Illud autem quod eſt apud Æonas Pleromatis, cùm ſit multifarium exiſtens, alterius eſt formæ, & alterius typi. Quod intelligitur ab ipſis qui ſunt cognati eius, quorum magnitudines apud eum ſunt ſemper. Has igitur, quæ apud nos ſunt viginti quatuor literæ, emanationes eſſe intellige trium virtutum imaginales earum, quæ continent vniuerſum, quæ ſunt ſurium elementorum, numerum. Mutas enim literas nouam puta eſſe, Patris & Veritatis, quoniam ſine voce ſint, hoc eſt, & inenarrabiles & ineloquibiles. Semiuocales autem cùm ſint octo, Logi eſſe & Zoës, quoniam quaſi mediæ ſint inter mutas & vocales, & recipere eorum quidem quæ ſuperſint, emanationem, eorum verò quæ ſubſint eleuationem. Vocales autem & ipſas ſeptem eſſe, Anthropi & Eccleſiæ: quoniam per Anthropum vox progrediens formauit omnia. Sonus enim vocis, formam eis circumdedit. Eſt igitur Logus habens & Zoë VIII. Anthropos autem & Eccleſia VII. Pater autem & Alethia IX. Ex minori autem computatione, qui erat apud Patrem deſcendit emiſſus illuc vnde fuerat ſeparatus ad emendationem factorum, vt Pleromatum vnitas æqualitatem habens, fructificet vnam in omnibus quæ eſt ex omnibus virtus: & ſic is qui eſt numeri * VII. eorum qui ſunt octo accepit virtutem, & facta ſunt tria loca ſimilia numeris, cùm ſint octonationes quæ ter in ſe venientia viginti quatuor oſtenderunt numerum: & tria quidem elementa, quæ dicit ipſe trium in coniugatione virtutum exiſtere, quæ ſiunt VI. ex quibus emanauerunt viginti quatuor literæ, quadripertita inenarrabilis Quaternationis ratione eundem numerum faciunt, quæ quidem dicit illius qui eſt innominabilis exiſtere. Indui autem eas à tribus virtutibus, in ſimilitudinem illius qui eſt inuiſibilis. Quorum elementorum imagines imaginum eſſe eas quæ ſunt apud nos duplices literæ, quas cum XXIV. literis adnumerantes, virtute quæ eſt ſecundùm analogiam, XXX. faciunt numerum. Huius rationis & diſpoſitionis fructum dicit in ſimilitudinem imaginis apparuiſſe, & illum qui poſt VI. dies quartus aſcendit in montem, & factus eſt VI. qui deſcendit & detentus eſt in hebdomade cùm eſſet inſignis octonatio, & haberet in ſe omnem elementorum numerum, quem manifeſtauit, cùm ipſe veniſſet ad baptiſ- Ma
mum, columbæ deſcenſio, quæ eſt Ω & Α. Numerus 1.
enim ipſius vnum & DCCC. & propter hoc Moſen in ſexta die dixiſſe hominem factum, diſpoſitionem autem Ma 16.
in ſexta die quæ eſt in cœna pura: nouiſſimum homi- Ge
nem in regenerationem primi hominis apparuiſſe. Cuius 26.
diſpoſitionis initium & finem ſextam horam, in qua affixus eſt ligno: perfectum enim ſenſum ſcientem eum numerum qui eſt ſex, virtutem fabricationis & regenerationis habentem, manifeſtaſſe filiis luminis eam generationem quæ facta eſt per eum, qui manifeſtatus eſt inſignis in eum numerū. Hinc etiam & duplices literas numerum inſignem habere ait. Inſignis enim numerus commixtus viginti quatuor elementis, literarum nomen explicuit. Vſus eſt autem Diacono VII. numerorum magnitudine, quemadmodum dicit Marci Sige, vt ab ſe cogitatæ cogitationis manifeſtetur fructus: & inſignem quidem hunc numerum in præſenti, ait eum qui ab inſigni figuratus eſt, intellige eum qui quaſi in partes diuiſus eſt, aut præciſus & foris perſeuerauit, qui ſuâ virtute & prudentia per eam quæ eſt ab eo emiſſionem, hunc qui ſeptem virtutum ſecundum imitationem hebdomadis virtutis animauit mundum, & animam poſuit eſſe huius vniuerſi quod videtur. Vtitur autem & ipſe hic hoc opere quaſi ſpontaneè ab ipſo facto: reliqua verò miniſtrant, cùm ſint imitationes imitabilium, enthymeſin matris. Et primum quidem cœlum ſonat Α quod autem eſt poſt illum Ε, tertium autem Η, quartum verò & medium numeri VII. Iota virtutem enarrat, quintum verò Ο, ſextum autem Υ, ſeptimum autem & IV. à medio Ω elementum exclamat quemadmodum Marci Sige, quæ multa quidem loquacius exequitur, nihil autem verum loquitur, affirmat. Quæ virtutes, ait, omnes ſimul in inuicem complexæ ſonant & glorificant illum à quo emiſſæ ſunt, gloria autem ſoni mittitur in Propatorem. Huius autem glorificationis ſonum in terram delatum ait plaſmatorem factum, & generatorem eorum quæ ſunt in terra.

CAPVT XI.

Quomodo ſoluunt Parabolas.

OStenſionem autem affert ab iis qui nunc naſcuntur infantibus, quorum anima, ſimul vt de vulua progreſſa eſt, exclamat vniuſcuiuſque elementi hunc ſonum. Sicut ergo ſeptem virtutes (inquit) glorificant Verbum, ſic & anima in infantibus plorans & plangens Marcum, glorificat eum. Propter hoc autem & Dauid dixiſſe, Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem: & iterum. Cœli enarrant gloriam Dei. Et propter hoc quan- Pſ.
do in doloribus & calamitatibus anima fuerit, in reue- Pſ.
lationem ſuam dicit Ω, in ſignum laudationis, vt cognoſcens illa quæ ſurſum eſt anima, quod eſt cognatum ſuum, adiutorium ei deorſum mittat. Et de omni quidem nomine quod eſt xxx. literarum, & de Bytho, qui

augmentum accepit ex huius literis, adhuc etiam de Veritatis corpore, quod eſt duodecim membrorum, vnoquoque membro ex duabus literis conſtante, & de voce eius quam locuta eſt non locuta, & de reſolutione eius nominis, quod non eſt enarratum; & de mundi anima, & hominis ſecundùm quæ habent illam quæ eſt ad imaginem, diſpoſitionem ſic delirauit. Dehinc autem quemadmodum ex nominibus æquiparatam virtutem oſtendit eorum Quaternatio, referemus: vt nihil lateat te Dilectiſſime, eorum quæ ad nos peruenerunt ex iis, quæ ab iis dicuntur, quemadmodum ſæpè poſtulaſti à nobis.

CAPVT XII.

*Quemadmodum conuerſationem ſecundùm figuram eius * qui apud eos eſt, pleroma exponunt * factum.*

SIc autem annuntiat perquam ſapiens eorum Sige, generationem XXXIV. elementorum cum ſolitate eſſe vnitatem ex quibus duæ ſunt emiſſiones, ſicut prædictum eſt, monas & hen, quæ duplicatæ, IV. factæ ſunt: bis enim duo quatuor, & turſus duo & quatuor in idipſum compoſitæ, ſex manifeſtauerunt numerum. Hi autem quadruplicati viginti quatuor generauerunt figuras. Et quidem quæ ſunt primæ quaternationis nomina ſancta ſanctorum intelliguntur, quæ non poſſunt enarrari, intelliguntur autem à ſolo Filio, quæ Pater ſcit quænam ſunt. Alia verò quæ cum grauitate, & honore, & fide nominantur apud eum ſunt hæc, Ἄῤῥητος & σιγὴ, πατὴρ & ἀλήθεια. Huius autem quaternationis vniuerſus numerus eſt literarum viginti quatuor: ἄῤῥητος enim nomen literas habet in ſe ſeptem, σιγὴ quinque, πατὴρ quinque, ἀλήθεια VII. quæ compoſita in ſe bis quinque, & bis ſeptem, XXIV. numerum adimpleuerunt. Similiter & ſecunda quaternatio Logos & Zoë, Anthropos & Eccleſia eundem numerum elementorum oſtenderunt & Saluatoris quoque narrabile nomen Ἰησοῦς, literarum eſt ſex, inenarrabile autem eius, literarum viginti quatuor. Et χρειστὸς literarum VII. quod eſt autem in Chriſto inenarrabile, literarum XXX. Et propter hoc ait eum A & Ω vt περιστερὰ manifeſtet, cùm hunc numerum habeat hæc auis. Ieſus autem hanc habet inquit inenarrabilem Geneſim. A matre enim vniuerſorum, id eſt primæ quaternationis, in filiæ locum proceſſit ſecunda quaternatio, & facta eſt octouatio, ex qua proceſſa eſt decas, ſic factum decimo octauo decas: itaque adiuncta octonationi & decuplum eam faciens LXXX. fecit numerum, & turſus octuagies decies octingentorum numerum fecit, vt ſit vniuerſus literarum numerus ab octonatione in decadem progrediens octo & octuaginta & DCCC. quod eſt Ieſus. Ieſus enim nomen ſecundùm Græcarum literarum computum dat ſummam LXXXVIII. habens manifeſtè & ſuperccæleſtis Ieſu ſecundùm eos Geneſim. Quapropter & A B Græcorum habere monadas octo, & decadas VIII. hecatondas VIII. DCCC. LXXXVIII. numerum oſtendentia, hoc eſt, Ieſum qui eſt ex omnibus conſtans numeris, & propter hoc A & Ω nominari eum, cum ſignificet ex omnibus eius generationem. Et iterum ita primæ quaternationis ſecundùm proceſſionem numeri in ſemetipſam compoſitæ X. apparuit numerus. A enim & B & γ & δ in ſemetipſo compoſita X. faciunt, quod eſt I, & hoc eſſe volunt Ieſum.

Sed & Chriſtus (inquit) literarum eſt VIII. ex quibus primam octonationem ſignificari, quæ cum Iota applicata DCCC. LXXXVIII. numerum generauit. Dicitur autem (ait) & filius Chriſtus, hoc eſt duodecadas: υἱὸς enim nomen literarum quatuor eſt, χρειστὸς autem octo, quæ compoſita duodecadis oſtenderunt magnitudinem. Prius autem, inquit, quàm huius nominis inſignè appareret, hoc eſt, Ieſus filius, in ignorantia magna fuerunt homines & errore. Cùm autem manifeſtum eſt VI. literarum nomen, hoc quod eſt, ſecundùm carnem amictum eſt, vt ad ſenſibilitatem hominis deſcenderet, habens in ſemetipſo ipſum quoque VI. & viginti quatuor, tunc cognoſcentes eum, ceſſauerunt ab ignoratione, & à morte in vitam aſcenderunt, nomine eis facto ducatore ad Patrem veritatis. Voluiſſe enim Patrem vniuerſorum ſoluere ignorantiam, & deſtruere mortem. Ignorantiæ autem ſolutio, agnitio eius fiebat, & propter hoc dictum ſecundum voluntatem eius, eum qui eſt ſecundum imaginem eius, quæ ſurſum eſt virtus, diſpoſitum hominem: à quaternatione enim progreſſi ſunt Æones. Erat autem in quaternatione Anthropos & Eccleſia, Logos & Zoe. Ab iis igitur virtutes, ait, emanatæ generauerunt eum qui in terra manifeſtatus eſt, Ieſum; & Logi quidem locum adimpleſſe Angelum Gabriel, Zoes autem Spiritum ſanctum, Anthropi autem Altiſſimi virtutem, Eccleſiæ autem locum Virgo oſtendit, & ſic ille qui eſt ſecundùm diſpoſitionem, per Mariam generatur apud eum homo: quem Pater omnium tranſeuntem per vuluam elegit per Verbum ad agnitionem ſuam. Cùm autem veniſſet ipſe ad aquam, deſcendiſſe in eum quaſi columbam eum qui recurrit ſurſum, & impleuit XII. numerum, in quo inerat ſemen eorum qui conſeminati ſunt cum eo, & condeſcenderunt & coaſcenderunt. Ipſam autem virtutem quæ deſcendit, ſemen dicit eſſe Patris, habens in ſe & Patrem & Filium, & eam quæ per eos cognoſcitur innominabilis virtus Siges, & omnes Æonas; & hunc eſſe Spiritum qui locutus eſt per os Ieſu, qui ſe confeſſus eſt Filium hominis, & manifeſtauit Patrem, deſcendens quidem in Ieſum, vnitus eſt, & deſtruxit quidem mortem (ait) qui fuit ex diſpoſitione Saluator Ieſus. Agnouit autem Patrem Chriſtum Ieſum eſſe. Ergo Ieſum nomen quidem eius, qui eſt ex diſpoſitione homo dicit, poſitum autem eſſe in aſſimulationem & figurationem eius, qui incipit in eum deſcendere hominis quem capientem habere & ipſum hominem, & ipſum Logon, & Patrem, & Arrheton & Sigen, & Alethiam, & Eccleſiam, & Zoen.

E

Ioan. 1. 32.

F

G

Hæc iam ſuprà iu iu, & ſuper pheu, & ſuper vniuerſam tragicam exclamationem & doloris vociferationem ſunt. Quis enim non oderit eum, qui tantorum mendaciorum malus compoſitor eſt poeta; cùm videat veritatem idolum à Marco factam, & hoc Alphabeti literis ſtigmatam nuper, ſicut quod eſt ab initio, quod dici ſolet, Heri & ante? Græci confitentur a Cadmo ſe primùm ſedecim accepiſſe. Pòſt deinde procedentibus temporibus ſemetipſos adinueniſſe, aliquando quidem adſpiratas, aliquando autem duplices. Nouiſſime autem omnium Palamedem aiunt longas eis ad poſuiſſe. Prius igitur quàm apud Græcos hæc fierent, non erat veritas: Corpus enim eius ſecundùm te, Marce, poſterius eſt tempore quàm Cadmos, & ij qui ante eum ſunt, poſterius autem his, qui reliqua elementa addiderunt: poſterius autem tempore, quam & tu ipſe. Tu autem ſolus in idolum poſuiſti eam, quæ à te prædicatur Veritas Quis autem ſuſtinebit tuam illam, quæ tantùm verboſa eſt, Sigen, quæ innominabilem nominat Æonem, inenarrabilem exponit, & eum qui inueſtigabilis eſt enuntiat, & aperuiſſe os dicit eum quem incorporalem & infiguratum dicis, & emiſiſſe verbum quaſi vnum ex his quæ compoſita ſunt animalia? Verbum quoque eius ſimile eſſe ei qui eum emiſit, & formam inuiſibilis factum elementorum quidem eſſe triginta, ſyllabarum autem quatuor. Erit ergo ſecundùm ſimilitudinem verbi Pater omnium, ſicut tu ais elementorum quidem triginta, ſyllabarum autem quatuor. Aut iterum quis ſuſtinebit te in ſchemata & numeros, aliquando quidem triginta, aliquando autem viginti quatuor, aliquando ſex tantùm, concludentem vniuerſorum conditorem, & Demiurgum, & factorem verbum Dei, & minuentem eum in ſyllabas quidem quatuor, elementa autem triginta: & omnium Dominum qui firmauit cœlos, in DCCC. LXXXVIII. deducentem numeros ſimiliter atque Alphabetum? Et ipſum qui omnia capit Patrem, à nullo autem capitur, in quaternationem & octonationem &

H

duodecadem ſubpartientem, & per huiuſmodi multiplicationes illud quod eſt inenarrabile & incognoſcibile, quemadmodum tu dicis, Patris enarrantem? Et quem incorporalem & inſubſtantiuum nominas, huius materiam & ſubſtantiam ex multis literis aliis ex aliis generatis fabricas, ipſe Dædalus fictor & faber malus factus ſublimiſſimæ virtutis: & quem indiuiſibilem dicis ſubſtantiam, in mutas, & vocales, & ſemi vocales ſonos ſubdiuidens, id quod eſt mutum. In his omnium Patri & huius intentioni mentiens, in ſummam blaſphemiam & magnam impietatem immiſiſti omnes qui tibi credunt. Quapropter & iuſtè & aptè tali temeritati tuæ diuinæ adſpirationis Senior & præco veritatis verſibus inuectus eſt in te dicens ſic. Idolorum fabricator Marce, & portentorum inſpector, aſtrologiæ cognitor & magicæ artis, per quæ confirmas erroris doctrinas, ſigna oſtendens his qui à te ſeducuntur, apoſtaticæ virtutis operationes, quæ tibi præſtat tuus pater Satanas per Angelicam virtutem Azazel facere, habens te præcurſorem contrariæ aduerſus Deum nequitiæ. Et hæc quidem amator Dei Senior. Nos autem reliqua myſteria eorum, quæ ſunt longa, conabimur breuiter expedire, & ea quæ multo tempore ſunt occultata, in manifeſtum producere. Sic enim fit vt facilè argui & conuinci poſſint ab omnibus.

CAPVT XIII.

Quemadmodum ea quæ ſunt in lege, in ſuum transferunt figmentum.

GEnerationem itaque Æonum, & errorem ouis, & adinuentionem, adunantes in vnum: myſticè audent annuntiare hi qui in numeros omnia deduxerunt, de monade & dualitate dicentes omnia conſtare. & à monade vſque ad quatuor numerantes, ſic generant decadem. Vnum enim & duo, & tres, & quatuor in vnum compoſitæ, decem Æonum generauerunt numerum. Rurſus autem dualitas ab ea progreſſa vſque ad epiſemon duo & quatuor & ſex, duodecadem oſtendit, & rurſus à dualitate ſimiliter numerantibus nobis, vſque ad x. xxx. numerus oſtenſus eſt, in quo eſt Ogdoas & decas & duodecas. Duodecadem igitur eo quod epiſemon habuerit conſequentem ſibi, propter epiſemon paſſionem vocant. Et propter hoc circa duodecim numerum cum labes quædam facta fuiſſet, ouem luxuriatam aberraſſe. Quoniam apoſtaſiam, a duodecade factam dicunt. Similiter & a duodecade abſcedentem, vnam virtutem periſſe diuinant, & hanc eſſe mulierem quæ perdiderit drachmam, & accenderit lucernam, & inuenerit eam. Sic igitur & numeros reliquos in drachma, quæ ſunt nouem, in oue verò vndecim perplexos ſibimetipſis xcviii. numerum generare: quoniam nouies vndecim xcviii. fiant. Quapropter & Amen hunc habere dicunt numerum.

Non pigritabor autem tibi & aliter eos interpretantes annunciare, vt vndique conſpicias fructum eorum. Literam enim H cum epiſemo. Ogdoadem eſſe volunt cum ab alphabeta octauo ſit poſita loco, rurſus iterum ſine epiſemo computantes numerum ipſarum literarum, & componentes vſque ad H, triacontadem oſtendunt. Incipiens enim quis ab A, & perficiens in H, per numerus literarum, abſtrahens autem epiſemum; & inſuperconiungens incrementum literarum, inueniet tricenarium numerum. Vſque enim ad E, literæ xv. fiunt: poſt deinde, appoſitus eis vii. numerus, ii & xx. perficit. Cum autem appoſitum eſt eis, H, quod eſt viii. admirabilem triacontadem adimpleuit, & hinc oſtendunt Ogdoadem matrem triginta Æonum. Quoniam igitur ex tribus virtutibus vnitus eſt tricenarius numerus, ter idem factus xc. fecit. Et ipſa autem trias in ſe compoſita viiii. generauit. Sic Ogdoas xcix. generauit numerum. Et quoniam duodecim Æon abſiſtens reliquit. ſurſum xi. conſequentur dicunt typum literarum in figura Logi poſitum eſſe. Vndecimam enim in literis eſſe Λ, qui eſt numerus xxx. & ſecundùm imaginem poſitum eſſe ſuperioris diſpoſitionis, quoniam ab Alpha ſine epiſemo, ipſarum literarum numerus vſque ad Λ compoſitus ſecundum augmentum literarum cum ipſo, Λ, xc, & ix. facit numerum. Quoniam autem Λ, quæ eſt vndecimo loco in ordine, ad ſimilis ſui deſcendit inquiſitionem, vt impleret xii. numerum; & cùm inueniſſet eum, adimpleta eſt: manifeſtum eſſe ex ipſa figuratione litteræ: Λ enim quaſi ad ſui ſimilis inquiſitionem adueniens, & inueniens, & in ſemet rapiens ipſum, * duodecimi adimpleuit locum, M, litera ex duobus Lambdis ΛΛ. conſiſtente. Quapropter & fugere eos per agnitionem xcix. locum, hoc eſt, deminorationem, typum ſiniſtræ manus; ſectari autem vnum, quod additum ſuper xcix. in dexteram eos manum tranſtulit. di ci

Tu quidem hæc pertranſiens dilectiſſimè, optimè ſcio quoniam ridebis multum, tantam illorum in tumore ſapientem ſtultitiam. Sunt autem digni planctu qui tantam Dei religionem & magnitudinem verè inenarrabilis virtutis, & tantas diſpoſitiones Dei religionem & magnitudinem verè inenarrabilis virtutis, & tantas diſpoſitiones Dei per A & B, & per numeros tam frigidos, & ſic vi extorios enuntiant. Quotquot autem abſiſtunt ab Ecclesia, & iis anilibus fabulis aſſentiunt, verè à ſemetipſis ſunt damnati. Quos Paulus iubet nobis poſt primam & ſecundam correptionem deuitare. Ioannes enim Domini diſcipulus ſuperextendit damnationem in eos, neque Aue à nobis eis dici volens. Qui enim dicit, inquit, eis Aue, communicat operibus ipſorum nequiſſimis: & meritò. Non enim eſt gaudere impiis, dicit Dominus. Impij autem ſuper omnem impietatem hi ſunt, qui factorem cœli & terræ, vnum Deum omnipotentem, ſuper quem alius Deus non eſt, ex Labe, & ipſa ex altera Labe facta emiſſum dicunt: & ſic iam ſecundùm eos eſſe eum emiſſionem tertiæ Labis. Quam ſententiam dignè exufflantes & catathematizantes, oportet porrò alicubi & longè fugere ab eis: & quanto plus hæc affirmant & gaudent in iis adinuentionibus ſuis, tanto magis ſciamus plus eos agitari ab Ogdoadis nequiſſimis ſpiritalibus, quemadmodum hi qui in phreneticam paſſionem inciderunt, quanto plus rident & valere ſe putant, & quaſi ſani omnia agunt, quædam autem & quaſi plus quam ſani ſunt, tanto magis malè habent: ſimiliter autem & hi quo magis plus ſapere putantur, eneruantes ſemetipſos ſuper tonum ſagittantes, tanto magis non ſapiunt. Exiens enim immundus ſpiritus ignorantiæ, deinde vacantes eos non Deo, ſed mundi dibus quæſtionibus inueniens, aſſumens alios ſpiritus ſeptem nequiores ſemetipſo, & infatuans illorum ſententiam, quaſi poſſint quæ ſunt ſuper Deum adinuenire, & aptabiliter in exclutionem compoſitam Ogdoadem ignorantiæ nequiſſimorum ſpiritum in eos depoſuit.

T
2
9
10
2
L

CAPVT XIV.

Quemadmodum incognitum omnibus conantur inducere Patrem.

VOlo autem tibi referre quemadmodum & ipſam conditionem ſecundum imaginem inuiſibilium à Demiurgo quaſi ignorante eo, fabricatam per Matrem dicunt. Primò quidem quatuor elementa dicunt, ignem, aquam, terram & aerem, imaginem emiſſam eſſe ſuperioris quaternationis, & operationes eorum cum eis annumeratas, id eſt, calidum & frigidum, humectum & aridum, diligenter imaginare Ogdoadem, ex qua decem virtutes ſic enumerant. Septem quidem corpora circundata, quæ etiam cœlos vocant. Poſt deinde continentem eos circulum, quem octauum cœlum vocant, pòſt deinde ſolem & lunam. Hæc cùm ſint decem numero, imagines dicunt eſſe inuiſibiles decadis eius, quæ à Logo & Zoe progreſſa ſit. Duodecada autem oſten-

per

per eum, qui Zodiacus vocatur circulus. xii. enim ſigna, manifeſtiſſimè Hominis & Eccleſiæ filiam duodecadem, quaſi per quandam vmbram pinxiſſe dicunt, & è contrario ſuperiunctum, inquiunt, vniuerſorum oneri cum ſit velociſſimum quod ſuperpoſitum eſt cœlum, * qui ad ipſam concauationem adgrauat, & ex contrarietate moderatur illorum velocitatem ſua tarditate, ita vt in xxx. annis circuitum à ſigno in ſignum faciat, imaginem dicunt eum Hori eius, qui trigeſimam nominis illorum matrem circum continet. Lunam quoque rurſus ſuum cœlum circumeuntem xxx. diebus, per dies numerum xxx. Æonum ſignificare. Et ſolem autem in duodecim menſibus circumeuntem & perficientem circulatem ſuam apocaſtaſin, per duodecim menſes duodecadem manifeſtare. Et ipſos autem dies duodecim horarum menſuram habentes, typum non apparentis, duodecadis eſſe: ſed & horam dicunt, quod eſt duodecimum diei, ex triginta partibus adornatam propter imaginem triacontadis: & ipſius autem Zodiaci circuli circum commenſurationem eſſe partium ccclx. quodque enim ſignorum partes habere xxx. Sic quoque per circulum imaginem copulationis eorum quæ ſunt duodecim ad xxx. cuſtoditam dicunt. Adhuc etiam & terram in xii. climata diuiſam dicentes, & in vnoquoque climate vnamquamque virtutem ex cœlis ſecundùm demiſſionem ſuſcipientem, & ſimiles generantem ſibi filios ei virtuti quæ demiſerit diſtillationem, typum eſſe duodecadis & filiorum eius manifeſtiſſimum aſſeuerant. Adhæc autem violentem (aiunt) Demiurgum ſuperioris Ogdoadis interminabile, & æternum, & infinitum, & intemporale imitari, & cùm non potuiſſet perſeuerabile eius & perpetuum deformare, ideo quòd fructus ſit Labis; in temporum ſpatia, & tempora, & numeros multorum annorum, æternitatem eius depoſuiſſet exiſtimantem in multitudine temporum imitari eius interminatum. Hic dicunt, cùm effugiſſet eum veritas, ſubſequutum mendacium, & propter hoc deſtructionem adimpletis temporibus accipere eius opus.

CAPVT XV.

Quibus ex Scripturis teſtimoniis vtantur.

ET de conditione quidem talia dicentes, quotidie adinuenit vnuſquiſque eorum quemadmodum poteſt, aliquid noui. Perfectus enim nemo, niſi qui maxima mendacia apud eos fructificauerit. De prophetis autem quæcunque transformantes conpţant neceſſarium eſt manifeſtantes agnitionem his inferre. Moyſes enim, inquiunt, incipiens id quod eſt ſecundum conditionem opus, ſtatim in principio matrem omnium oſtendit, dicens: In principio fecit Deus cœlum & terram. Quatuor hæc nominans, Deum & principium, cœlum & terram, quaternationem ipſorum, quemadmodum ipſi dicunt, ſignauit. Et inuiſibile autem & abſconditum eius manifeſtantem dicere. Terra autem erat inuiſibilis & incompoſita. Secundam autem quaternationem progeniem primæ quaternationis, ſic eum dixiſſe volunt, Abyſſum nominantem & tenebras, in quibus ſunt & aquæ, & qui ferebatur ſuper aquas, Spiritus. Poſtquam decadis commemorantem lumen dicere, & diem, & noctem, & firmamentum, & veſperam, & quod vocatur mane, & aridam, & mare, adhuc etiam & herbam, & decimo loco lignum: ſic quoque per decem nomina, x. Æonas manifeſtaſſe.

Duodecadis autem ſic formatam apud eos virtutem. Solem enim dicere, & Lunam, ſtellas, & tempora, & annos, & cetos, adhuc etiam piſces & ſerpentia, & volatilia, & quadrupedia, feras quoque, & ſuper hæc omnia duodecimum hominem: ſic ab ipſo triacontadem per Moyſen dictam docent. Nec non & formatum hominem ſecundùm imaginem ſuperioris virtutis, habere in ſe eam quæ eſt ab vno fonte, virtutem. Conſtitu-

tam autem eam eſſe in eo, qui ſit in cerebro loco, ex qua defluant virtutes quatuor ſecundùm imaginem ſupernæ tetradis, quæ vocatur vna quidem viſio, altera autem auditus, tertia odoratus, & quarta guſtatio. E

Octonationem autem dicunt ſignificari per hominem, ſic: Aures quidem duas habentem, & totidem viſus, adhuc etiam odorationes duas, & duplicem guſtationem, amari & dulcis. Totum autem hominem omnem imaginem triacontadis ſic habere docent. In manibus quidem per digitos decadem baiulare: in toto autem corpore, cùm in xii. membra diuidatur, duodecadem. Diuidunt autem illud, quemadmodum Veritatis apud eos diuiſum eſt corpus, de quo prædiximus. Ogdoadem autem & enarrabilem & inuiſibilem, in viſceribus abſconditam intelligi. Solem quoque iterum, qui ſit magnum luminare, in quarta dierum fieri, propter quaternationis numerum, dicunt. Tabernaculi quoque quod à Moyſe compoſitum eſt, atria de byſſo, & hyacintho, & purpura, & coccino facta, eandem apud eos * oſtendere imaginem: Sacerdotis quoque poderem quatuor ordinibus lapidum pretioſorum adornatum, quaternationem ſignificare præfiniunt. Et ſi qua omnino talia ſunt poſita in ſcripturis, quæ quatuor poſſunt numerum deſignare: propter quaternationem ipſorum dicunt factum.

Octonationis. Cap. 10. Exod. 26. F * *oſtendunt.* Exod. 28. 8.

Octonationem rurſus oſtendi ſic. In octauo dierum formatum dicunt hominem. Aliquando enim * volunt eum ſexto die factum, aliquando autem octauo, niſi fortè choicum quidem in ſexto dierum dicunt formatum, carnalem autem in octauo: diſtincta ſunt enim hæc apud eos. Quidam autem & alterum eſſe volunt qui ſecundùm imaginem & ſimilitudinem Dei factus eſt homo maſculo-fœmineus, & hunc eſſe ſpiritalem: alterum autem qui ex terra plaſmatus ſit. Sed & arcæ diſpoſitionem in cataclyſmo, in qua octo homines liberati ſunt, manifeſtiſſimè dicunt ogdoadem oſtendere. Hoc autem idem & Dauid, cum octauus eſſet genitus inter fratres ſuos, ſignificare. Adhuc etiam & circumciſionem quæ octauo die fit, circumciſionem ſuperioris ogdoadis manifeſtare, & omnino quæcunque inueniuntur in Scripturis adduci poſſe ad numerum octauum, myſterium ogdoadis adimplere dicunt.

Gen 6. 19. 1. Reg. 16. Gen 17. 12. G

Sed & decadem ſignificari per decem gentes, quas promiſit Deus Abrahæ in poſſeſſionem dare, dicunt. Et diſpoſitio autem quæ eſt ſecundum Saram, quomodo poſt decem annos dat ei ancillam ſuam Agar, vt ex ea filium faciat, idem ſignificare. Et ſeruus autem Abraham miſſus ad Rebeccam, & ſuper puteum dans ei armillas aureorum decem, & fratres eius tenentes eam * diebus decem. Adhuc etiam Ieroboam, qui decem, ſceptra accepit, & tabernaculi decem atria, & columnæ decem cubitorum: & decem filij Iacob ad emptionem tritici prima vice in Ægyptum miſſi: & decem Apoſtoli, quibus manifeſtatur poſt reſurrectionem Dominus, cùm Thomas non eſſet præſens, inuiſibilem deſignabant, ſecundùm eos, decadem.

Decadis. Gen. 16. 3. Gen. 24. 15. * *in dec.* 3. Reg 11 31. 32. Ioan. 20, 24. H

Duodecadem autem, erga quam & myſterium paſſionis Labis fuiſſe, ex qua paſſione viſibilia fabricata eſſe volunt, ſignanter & manifeſtiſſimè poſitam vbique dicunt; vt duodecim filios Iacob, ex quibus duodecim quoque tribus, & Logium varium duodecim habens lapides, * & duodecim tintinnabula, & eos qui à Moyſe poſiti ſunt ſub monte duodecim lapides. Similiter autem & eos qui à Ieſu in flumine poſiti ſunt, & alteros qui tranſpoſiti ſunt, & portantes arcam teſtamenti, & eos qui ab Helia poſiti ſunt in holocauſto vituli. Et numerus quoque Apoſtolorum, & omnia omnino quæcunque duodecim numerum cuſtodiunt, duodecadem ipſorum ſignificare volunt. Horum autem vnitatem omnium, quæ vocatur triacontas, per arcam, cuius triginta cubitis altitudo fuit ſub Noë, & per Samuelem declinantem Saul, qui triginta diebus abſcondebatur in agro, & per eos qui cum eo intrauerunt in ſpeluncam, & propter id quod longitudo fuerit ſancti tabernaculi triginta cubitorum. Et quæcunque alia æqualia numeris his inueniuntur, triacontandi ipſorum per huiuſmodi oſtendunt adſeuerationes.

Duodecadis. Exod. 28 10 18, & 33. Ioſ 4. 3. 3. Reg. 18. 31. 1. Reg 9, 22. 2. Reg. 20 5. 2. Reg. 23. 13.

A

CAPVT XVI.

De Redemptione ſua quanta dicunt & faciunt.

NEceſſarium autem duxi addere iis, & quanta de Propatore ipſorum, qui incogoitus erat omnibus ante aduentum Chriſti, eligentes de Scripturis ſuadere contendunt, vt oſtendant Dominum noſtrum alterum annunciare Patrem præter fabricatorem huius vniuerſitatis, quem (ſicut prædiximus) impiè blaſphemantes, Labis fruſtrum eſſe dicunt. Prophetam igitur Eſaiam dicen-
Iſai.1.3. tem, Iſraël me aútem non cognouit, & populus me non
Oſeæ 4. 1. intellexit, inuiſibilis Bythi ignorantiam dixiſſe coaptant:
Pſal 13.3. & io Oſee, quod dictum eſt, Non eſt in eis veritas neque agnitio Dei, in hoc idem tendere conantur: &, Nun
Exod. 33.20. eſt intelligens aut requirens Deum: Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, in Bythi ignorantia apponunt. Et per Moyſem autem dictum, Nemo videbit
B Deum, & viuet; in illum habere ſuadent relationem. Et fabricatorem quidem à prophetis viſum dicunt, illud autem quod ſcriptum eſt, Nemo videbit Deum & viuet; de inuiſibili magnitudine & incognita omnibus dictum volunt. Et quoniam quidem de inuiſibili Patre factore omnium dictum eſt, Nemo videbit Deum omnibus nobis manifeſtum eſt quoniam autem non de hoc qui ab iis adinuentus eſt Bythus, ſed de Demiurgu, & ipſe eſt inuiſibilis Deus, oſtenditur, procedente ſermone. Et Danielem autem hoc idem ſignificare, in eo quod interrogat Angelum abſolutiones parabolarum, quaſi non ſcientem, ſed & Angelum abſcondentem ab eo magnum myſterium Bythi dicere ei Recurre Daniel. Hi enim ſermones obſtructi ſunt quoadusque intellectores intelligant; & albi inalbentur: & ſeipſos eſſe albos & intellectores gloriantur.

C

CAPVT XVII.

Scripturas tam Canonicas quam Apochryphas ad figmentorum ſuorum aſſertionem detorquebant.

SVper hæc autem inenarrabilem multitudinem apocryphorum & perperum ſcripturarum, quas ipſi finxerunt, adferunt ad ſtuporem inſenſatorum, & quæ ſunt veritatis non ſcientium literas. Aſſumunt autem in hoc & illam falſationem, quaſi Dominus cum puer eſſet, & diſceret literas, cum dixiſſet magiſter eius, quemadmodum in conſuetudine eſt, dic A, reſpondit A. Rurſum cum magiſter iuſſiſſet dicere eum B, reſpondiſſe Dominum, tu prior dic mihi quid eſt A, tunc ego dicam tibi quid eſt B. Et hoc exponunt quaſi ipſe ſolus incognitum
D ſcierit, quod manifeſtauit in typum A. Quædam autem eorum quæ in Euangelico poſita ſunt, in hunc characte-
Luc.2. 49. rem transfigurant. Sicut illud quod ad matrem ſuam, duodecim annorum exiſtens, reſpondit dicens: Non ſcitis quoniam in his quæ Patris mei ſunt oportet me eſſe:
* dicit. Hunc quem non ſciebant,* dicunt, Patrem annuntiabat eis: & propter hoc emiſiſſe Diſcipulos in duodecim
Luc. 9. & 12. tribus annuntiantes ignotum eis Deum. Et ei qui dixiſſet illi, Magiſter bone, eum qui verè bonus eſſet Deus
Matth. 19.17. confeſſum eſſe reſpondentem, Quid me dicis bonum? vnus eſt bonus, Pater in cœlis. Cœlos autem nunc Æo-
Matth. 21.23. nas dictos dicunt. Et propter hoc non reſpondiſſe eis, qui ei dixerunt, In qua virtute hoc facis? ſed è contrario interrogatione ſua conſternaſſe eos: inenarrabile Patris in eo quod non dixerit, oſtendiſſe eum interpretantur. Sed & in eo quod dixerit; Sæpius concupiui audire vnum ex ſermonibus iſtis, & non habui qui diceret mi-
* manifeſtantis. hi,* manifeſtantius dicunt eſſe per hoc vnum eum, qui
Luc 19. 42. ſit verè vnus Deus, quem non cognouerint. In eo quod appropinquauit ad Hieruſalem, plorauit ſuper eam, & dixit: Si cognouiſſes & tu, hodie quæ ſunt ad pacem, abſcondita autem ſunt à te, per eum ſermonem qui eſt, abſconditus apocryphon Bythi manifeſtaſſe. Et iterum dicentem, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati
M 11 eſtis, diſcite à me, Veritatis Patrem annuntiaſſe. Quod enim neſciebant, inquiunt, hoc eis promiſit ſe docturum. Oſtenſionem autem ſuperiorum, & velut finem regulæ
Lu ſuæ adferunt hæc, Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ, quoniam abſcondiſti ea à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Ita Pater meus, quoniam in conſpectu tuo placitum factum eſt. Omnia mihi tradita ſunt à Patre, & nemo cognouit Patrem niſi Filius: & Filium, niſi Pater, & cuicunque Filius reuelauerit. In his enim manifeſtiſſimè (aiunt) oſtendiſſe eum, quod ante aduentum eius nemo manifeſte cognouerit Patrem veritatis: & aptare volunt, quod quaſi fabricator & conditor ſemper ab omnibus cognitus ſit, & hæc Dominum dixiſſe de incognito omnibus Patre, quem ipſi annuntiant.

CAPVT XVIII.

Quot modi apud eos ſunt regenerationis: quemadmodum imbuunt eos qui ſibi credunt, & quibus ſermonibus vtuntur.

REdemptionis autem ipſorum traditionem euenit inuiſibilem eſſe & incomprehenſibilem: videlicet cùm ſit incomprehenſibilium & inuiſibilium mater, & propter hoc cùm ſit inſtabilis, non ſimpliciter, neque vno ſermone referendum eſt: quoniam vnuſquiſque illorum quemadmodum ipſi volunt, tradunt eam. Quanti enim ſunt huiuſmodi ſententiæ myſtici Antiſtites tot ſunt & redemptiones, & quia ad negationem Baptiſmatis, eius quæ eſt in Deum regenerationis & vniuerſæ fidei deſtructionem remiſſa eſt ſpecies hæc à Satana, arguentes eos referemus aptiori loco. Dicunt autem eam neceſſariam eſſe iis qui perfectam agnitionem acceperunt, vt in eam quæ eſt ſuper omnia virtutem, ſint regenerati. Aliter enim nobis impoſſibile eſſe intra Pleroma introire; quoniam hæc eſt quæ in profundum Bythi deducit eos. Et Baptiſma quidem apparentis Ieſu in remiſſionem eſſe peccatorum, redemptionem autem eſſe eius qui in eo deſcenderit Chriſtus ad perfectionem: & illud quidem animale, illam autem ſpiritalem eſſe repromittunt. Et M
Baptiſma quidem à Ioanne adnuntiatum in pœnitentia, 15
redemptionem autem eius qui in eo eſt Chriſti, poſitam Lu
eſſe ad perfectionem: & hoc eſſe de quo dicit. Aliud 12
baptiſma habeo baptizari, & valdè propero ad illud. Sed & filiis Zebedæi, matre ipſorum poſtulante vt ſedere faceret eos à dextris & à ſiniſtris cum eo in regno, hanc adpoſuiſſe redemptionem Dominum dicunt, dicentem:
Poteſtis baptiſmo baptizari, quo ego * debeo baptizari? *
Et Paulum manifeſtè dicunt eam, quæ ſit in Chriſto Ieſu redemptionem ſæpiſſimè oſtendiſſe: & eſſe hanc eam quæ ab ipſis variè & inconſonanter traditur.

Quidam enim ex ipſis ſponſale cubiculum quoddam adaptantes, & quaſi myſticum conficiunt cum quibuſdam profanis dictionibus iis qui ſacrantur, & ſpiritales nuptias dicunt eſſe, id quod ab ipſis fit ſecundùm ſimilitudinem ſupernarum coniugationum. Alij autem adducunt ad aquam, & baptizantes ita dicunt: In nomine ignoti Patris omnium, in Veritate matre omnium, & in nomine deſcendentis in Ieſu ad vnitionem & redemptionem & communionem virtutum. Alij autem & Hebraica nomina ſuperfantur, vt ſtupori ſint, vel perterreant eos qui ſacrantur, ſic: Baſyma cacabaſa canaa, irraumiſta dyarbada caëotaba fobor camelanthi.

Horum autem interpretatio eſt talis: Hoc quod eſt ſuper omnem virtutem Patris inuoco, quod vocatur lumen, & ſpiritus, & vita, quoniam in corpore regnaſti.

Alij autem rurſus redemptionem profantur ſic: Nomen quod abſconditum eſt ab vniuerſa deitate, & dominatione, & veritate, quod induit Ieſus Nazarenus

in zonis luminis, Chriſtus Dominus viuentis per Spiritum ſanctum in redemptionem angelicam. Nomen quod eſt reſtaurationis, meſſiah farmagno iu ſeenchaldia moſomeda eaacha fatonepſcha Ieſu Nazarene. Et horum interpretatio eſt talis: Chriſti non diuido ſpiritum, cor & ſupercœleſtem virtutem miſericordem, fruar nomine tuo Saluator veritatis. Et hæc quidem profantur ipſi qui ſacrant. Qui autem ſacratur reſpondet: Confirmatus ſum, & redemptus ſum, & redimo animam meam ab Æone hoc, & omnibus quæ ſunt ab eo in nomine Iao, qui redemit animam eius in redemptionem in Chriſto viuente. Dehinc ſuperfantur qui aſtant. Pax omnibus in quibus hoc nomen requieſcit. Poſt deinde vngunt ſacratum opobalſamo. Vnguentum enim hoc typum eſſe dicunt eius ſuauitatis, quæ ſit ſuper vniuerſa.

Quidam autem eorum adducere quidem ad aquam ſuperuacuum eſſe dicunt, admiſceutes autem oleum & aquam in vnum, cum quibuſdam prophanis dictionibus, ſimilibus quæ ſupra prædiximus, mitiunt ſuper eorum caput qui ſacrantur: & hoc eſſe redemptionem volunt: vngunt autem & ipſi opobalſamo. Alij autem hæc omnia recuſantes, dicunt non oportere inenarrabilis & inuiſibilis virtutis myſterium, per viſibiles & corruptibiles perfici creaturas: & ea quæ mente concipi non poſſunt, & incorporalia, & inſenſibilia, per ſenſibilia & corporalia. Eſſe autem perfectam redemptionem, ipſam agnitionem inenarrabilis magnitudinis: ea enim quæ ſunt de ignorantia Labis & paſſione facta, per agnitionem diſſolui vniuerſam ignorantiæ ſtatum, vti ſit agnitio interioris hominis & neque corporalem eſſe eam, corruptibile enim eſt corpus: neque animalem, quoniam anima de Labe eſt ſpiritus velut habitaculum: ſpiritalem ergo oportere & redemptionem eſſe. Redimi enim per agnitionem interiorem hominem ſpiritualem, & ſufficere eis vniuerſorum agnitionem: & hanc eſſe redemptionem veram. Alij ſunt qui mortuos redimunt ad finem defunctionis, mittentes eorum capitibus oleum & aquam ſiue prædictum vnguentum cum aqua, & cum ſupradictis inuocationibus, vt incomprehenſibiles & inuiſibiles principibus & poteſtatibus fiant, & vt ſuperaſcendat ſuper inuiſibilia, interior ipſorum homo, quaſi corpus quidem ipſorum in creatura mundi relinquatur, anima verò proiiciatur Demiurgo: & præcipiunt eis venientibus ad poteſtates hæc dicere: poſteaquam mortui fuerint. Ego filius à Patre, Patre qui ante fuit filius autem in eo qui ante fuit. Veni autem videre omnia quæ ſunt mea & aliena, non autem aliena in totum, ſed ſunt Achamoth, quæ eſt fœmina, & hæc ſibi fecit: deduco enim genus ex eo qui ante fuit, & eo ruſus in mea vnde veni: & hæc dicentem euadere & effugere poteſtates dicunt. Venire quoque ad eos qui ſunt circa Demiurgum, & dicere eis. Vas ego ſum precioſum, magis quam fœmina quæ effecit vos. Si mater veſtra ignorat radicem ſuam, ego autem noui meipſum, & ſcio vnde ſim; & inuoco incorruptibilem Sophiam, quæ eſt in Patre. Mater autem eſt matris veſtræ, quæ non habet patrem, neque coniugem maſculum, fœmina autem à fœmina nata effecit vos, ignorans, & matrem ſuam, & putans ſeipſam eſſe ſolam, ego autem inuoco eius matrem. Hæc autem eos qui circa Demiurgum ſunt audientes, valdè conturbari, & reprehendere ſuam radicem, & genus matris, ipſum autem abire in ſua, proiiciens nodum ipſorum, id eſt animam. Et de redemptione quidem ipſorum, hæc ſunt quæ quidem in nos venerunt. Cum autem diſcrepant adinuicem & doctrina, & traditione, & qui recentiores eorum agnoſcuntur, affectant per ſingulos dies nouum aliquid adinuenire, & fructificare quod nunquam quiſquam excogitauit, durum eſt omnium deſcribere ſententias.

E

CAPVT XIX.

Quod eſt propoſitum omnibus hæreticis, & quò tendant.

CVm teneamus autem nos regulam veritatis, id eſt, quia ſit vnus Deus omnipotens, qui omnia condidit per Verbum ſuum, & aptauit, & fecit ex eo quod non erat, ad hoc vt ſint omnia, quemadmodum Scriptura dicit, Verbo enim Domini cœli firmati ſunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et iterum: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Ex omnibus autem nihil ſubtractum eſt, ſed omnia per ipſum fecit Pater, ſiue viſibilia, ſiue inuiſibilia, ſiue ſenſibilia, ſiue intelligibilia; ſiue temporalia, propter quandam diſpoſitionem; ſiue ſempiterna: & ea omnia, non per Angelos, neque per virtutes aliquas abſciſſas ab eius ſententia: nihil enim indiget omnium Deus, ſed per Verbum & Spiritum ſuum omnia faciens, & diſponens, & gubernans, & omnibus eſſe præſtans. Hic qui mundum fecit, etenim mundus ex omnibus: hic qui hominem plaſmauit, hic qui Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, ſuper quem alius Deus non eſt, neque initium, neque virtus, neque pleroma. Hic Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, quemadmodum oſtendemus. Hanc ergo tenentes regulam, licet valdè varia & multa dicant, facilè eos deuiaſſe à veritate arguimus.

Pſal. 32. 6.
Ioan. 1. 3.
Coll. 1. 16.

F

Omnes enim ferè quotquot ſunt hæreſes, Deum quidem vnum dicunt, ſed per ſententiam malam immutant, ingrati exiſtentes ei, qui fecit eos, quemadmodum & gentes per idololatriam. * Pſalmata autem Dei contemnunt, contradicentes ſuæ ſaluti, ipſi ſui accuſatores amariſſimi, & falſi teſtes exiſtentes. Qui quidem reſurgent in carne, licet nolint, vti agnoſcant virtutem ſuſcitantis eos à mortuis: cum iuſtis autem non adnumerabuntur, propter incredulitatem ſuam. Cùm ſit igitur aduerſus omnes hæreticos derectio atque conuictio varia & multifaria, & nobis propoſitum eſt omnibus iis ſecundùm ipſorum characterem contradicere; neceſſarium arbitrari ſumus priùs referre fontem & radicem eorum, vti * ſublimiſſimum ipſorum Bythum cognoſcens intelligas arborem, de qua defluxerunt tales fructus.

* *Pſalma.*
Dan. 13.
Pſal. 1. 5.
G
* *ſubtiliſſimum.*

CAPVT XX.

Quæ eſt Simonis Samaritæ magi doctrina.

SImon enim Samarites, magnus ille, de quo diſcipulus & ſectator Apoſtolorum Lucas ait. Vir quidam autem nomine Simon qui antè erat in ciuitate magicam exercens artem ſeducens gentem Samaritanorum, dicens ſe eſſe aliquem magnum, quem auſcultabant à puſillo vſque ad magnum, dicentes, Hic eſt verè virtus Dei, quæ vocatur magna. Intuebantur autem eum propter quòd multo tempore magicis ſuis dementaſſet eos. Hic igitur Simon qui fidem ſimulauit, putans Apoſtolos & ipſas ſanitates per magiam, & non virtute Dei perficere, & per impoſitionem manuum Spiritu ſancto adimplere credentes Deo per eum, qui ab ipſis euangelizatur Chriſtus Ieſus? per maiorem quandam magicam ſcientiam & hoc ſuſpicans fieri, & offerens pecunias Apoſtolis, vt acciperet & ipſe hanc poteſtatem quibuſcunque velit dandi Spiritum ſanctum, audiuit à Petro, Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri; non eſt tibi pars, neque ſors in ſermone hoc: cor enim tuum non eſt rectum coram Deo. In felle enim amaritudinis, & obligatione iniuſtitiæ video te eſſe. Et cum adhuc * magis non credidiſſet Deo, & * cupidius intendit contendere aduerſus Apoſtolos, vti & ipſe glorioſus videretur eſſe, & vniuerſam magiam adhuc ampliùs inſcrutans, ita vt in ſtuporem cogeret multos hominum: quippe cum eſſet ſub Claudio Cæſare, à quo

Act. 8. 2.
H
Actor. 8. 20.
* *magus.*
* *cupidus.*

A etiam ſtatua honoratus eſſe dicitur propter magiam. Hic igitur à multis quaſi Deus glorificatus eſt, & docuit ſemetipſum eſſe qui inter Iudæos quidem quaſi Filius apparuerit, in Samaria autem quaſi Pater deſcenderit, & in reliquis verò gentibus quaſi Spiritus ſanctus aduentauerit. Eſſe autem ſe ſublimiſſimam virtutem, hoc eſt, eum qui ſit ſuper omnia Pater, & ſuſtinere vocari ſe quodcunque eum vocant homines. Simon autem Samaritanus, ex quo vniuerſæ hæreſes ſubſtiterunt, habet huiuſmodi ſectæ materiam. Hic * Selenen quandam, quam ipſe à Tyro ciuitate Phœnices quæſtuariam cùm redemiſſet, ſecum circumducebat, dicens hanc eſſe primam mentis eius Conceptionem, matrem omnium, per quam initio mente concepit Angelos facere & Archangelos. Hanc enim Ennoiam exilientem ex eo, cognoſcẽtem quæ vult pater eius degredi ad inferiora, & generare Angelos & poteſtates, à quibus & mundum hunc factum dixit. B Poſtea quàm generauit eos, hæc detenta eſt ab ipſis propter inuidiam, quoniam nollent progenies alterius cuiuſdam putari eſſe. Ipſum enim ſe in totum ignoratum ab ipſis. Ennoiam autem eius detentam ab iis, quæ ab ea emiſſæ eſſent poteſtates, & Angeli; & omnem contumeliam ab iis paſſam, vti non recurreret ſurſum ad ſuum patrem, vſque adeò vt & in corpore humano includeretur, & per ſæcula veluti de vaſe in vas tranſmigaret in altera muliebria corpora. Fuiſſe autem eam & in illa Helena, propter quam Troianum contractum eſt bellum: quapropter & Steſichorum per carmina maledicentem eam, orbatum oculis: pòſt deinde pœnitentem & ſcribentem eas, quæ vocantur Palinodias, & in quibus hymnizauit eam, rurſus vidiſſe, Tranſmigrantem autem eam de corpore in corpus, ex eo vt ſemper contomeliam ſuſtinentem, in nouiſſimis etiam in fornice proſtitiſſe: & hanc eſſe perditam ouem, quapropter & ipſum veniſſe, vti eam aſſumeret primam & liberaret eam à vinculis, hominibus autem ſalutem præſtaret per ſuam agnitionem. C Cùm enim malè moderarentur Angeli mundum, quoniam vnuſquiſque eorum concupiſceret principatum, ad emendationem veniſſe rerum, & deſcendiſſe eum transfiguratum, & aſſimilatum Virtutibus, & Poteſtatibus, & Angelis, vt & in hominibus homo appareret ipſe, cùm non eſſet homo; & paſſum autem in Iudæa putatum, cùm non eſſet paſſus.

Propheras autem à mundi fabricatoribus Angelis inſpiratos dixiſſe prophetias: quapropter nec vlterius curarent eos, hi qui in eum & in * Selenen eius ſpem habeant, & vt liberos agere quæ velint: ſecundùm enim ipſius gratiam ſaluari homines, ſed non ſecundùm operas iuſtas. Nec enim eſſe naturaliter operationes iuſtas, ſed ex accidenti, quemadmodum poſuerunt qui mundum fecerunt Angeli, per huiuſmodi præcepta in ſeruitutem deducentes homines. Quapropter & ſolui mundum, & liberari eos, qui ſunt eius, ab imperio eorum, qui mundum fecerunt, repromiſit. Igitur horum myſtici ſacerdotes libidinoſè quidem viuunt magias autem perficiunt, D quemadmodum poteſt vnuſquiſque ipſorum. Exorciſmis & incantationibus. vtuntur Amatoria quoque & agogima, & qui dicunt paredri, & oniropompi, & quæcunque ſunt alia parerga apud eos ſtudioſe exercentur. Imaginem quoque Simonis habent factam ad figuram Iouis, & Selenæ in figuram Mineruæ; & has adorant: haben. quoque & vocabulum à Principe impiiſſimę ſententiæ Simone, dicti Simoniani, à quibus falſi nominis ſcientia accepit initia, ſicut ex ipſis aſſertionibus eorum adeſt † dicere.

* Helenā. * Helenā. † diſcere.

CAPVT XXI.

Quæ eſt Menandri ſententia, & quæ operationes ipſorum.

HVius ſucceſſor fuit Menander, Samarites genere, qui & ipſe ad ſummum magiæ peruenit. Qui primam quidem virtutem incognitam ait omnibus; ſe autem eum eſſe, qui miſſus ſit ab inuiſibilibus ſaluatorem pro ſalute hominum. Mundum autem factum ab Angelis; quos & ipſe ſimiliter vt Simon, ab Ennoia emiſſos dicit. Dare quoque per eam quæ à ſe doceatur magiam ſcientiam addidit, vt ipſos qui mundum fecerunt, vincat Angelos. Reſurrectionem enim per id quod eſt in eum baptiſma accipere eius diſcipulos, & vltra non poſſe mori, ſed perſeuerare non ſeneſcentes & immortales.

CAPVT XXII.

Relatio eius quæ eſt ſecundùm Saturninum doctrina.

EX iis Saturninus qui fuit ab Antiochæa, quæ eſt apud Daphnem, & Baſilides, occaſiones accipientes, diſtantes doctrinas oſtenderunt, alter quidem in Syria, alter verò in Alexandria. Saturninus quidem ſimiliter vt Menander, vnum Patrem incognitum omnibus oſtendit, qui fecit Angelos, Archangelos, Virtutes, Poteſtates. A ſeptem autem quibuſdam Angelis mundum factum, & omnia quæ in eo. Hominem autem Angelorum eſſe facturam, deſurſum à ſumma poteſtate lucida imagine apparente, quam cùm * continere non potuiſſent, inquit, eo quod ſtatim recurrerit ſurſum, adhortati ſunt ſemetipſos, dicentes: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: qui cùm factus eſſet, & non potuiſſet erigi pſalma per imbecillitatem Angelorum, ſed quaſi vermiculus ſcarizaret, miſerantem eius deſuper Virtutem, quoniam in ſimilitudinem eius eſſet factus, emiſiſſe ſcintillam vitæ, quæ erexit hominem, & articulauit; & viuere fecit. Hanc igitur ſcintillam vitæ, poſt defunctionem recurrere ad ea, quæ ſunt eiuſdem generis, dicit. Et reliqua ex quibus facta ſunt illa reſolui. Saluatorẽ autem innatum demõſtrauit, & incorporalem, & ſine figura, putatiuè autem viſum hominem. Et Iudæorum Deum vnum ex Angelis eſſe dixit, & propter hoc quod diſſoluere voluerint Patrem eius omnes principes, adueniſſe Chriſtum ad deſtructionem Iudæorum Dei, & ad ſalutem credentium ei: eſſe autem hos, qui habent ſcintillam vitæ eius. Duo enim genera (hic primus) hominum plaſmata eſſe ab Angelis dixit, alterum quidem nequam, alterum autem bonum. Et quoniam dæmones, peſſimos adiuuabant, veniſſe Saluatorem ad diſſolutionem malorum hominum & dæmonum, ad ſalutem autem bonorum. Nubere autem & generare, à Satana dicunt eſſe. Multi autem ex iis, qui ſunt ab eo, & ab animalibus abſtinent, per fictam huiuſmodi continentiam ſeducentes multos. Prophetias autem quaſdam quidem ab iis Angelis, qui mundum fabricauerint dictas; quaſdam autem à Satana, quem & ipſum Angelum aduerſarium mundi fabricatoribus oſtendit, maximè autem Iudæorum Deo.

* n Ge

CAPVT XXIII.

Quæ eſt Baſilidis argumentatio.

BAſilides autem, vt altius aliquid & veriſimilius adinueniſſe videatur, in immenſum extendit ſententiam doctrinæ ſuæ, oſtendens Nun primò, ab innato natum Patre, ab hoc autem natum Logon, deinde à Logo, Phroneſin, à Phroneſi autem Sophiam & Dynamin, à Dynami autem & Sophia virtutes, & principes, & Angelos, quos & primos vocat, & ab iis primum cœlum factum. Dehinc ab horum deriuatione alios item factos, aliud cœlum ſimile priori feciſſe, & ſimili modo ex eorum deriuatione cùm alij facti eſſent, antitypi eis qui ſuper eos eſſent, aliud tertium deformaſſe cœlum, & à tertio deorſum deſcendentium quartum, & deinceps,

ſecundum eum modum alteros & alteros principes & angelos factos eſſe dicunt, & cœlos CCCLXV. quapropter & tui dies habere annum ſecundum numerum cœlorum. Eos autem qui poſterius continent cœlum angelos, quod etiam à nobis videtur, conſtituiſſe ea quæ ſunt in mundo omnia, & partes ſibi feciſſe terræ, & earum quæ ſuper eam ſunt gentium. Eſſe autem principem ipſorum eum, qui Iudæorum putatur eſſe Deus. Et quoniam hic ſuis hominibus, id eſt Iudæis, voluit † ſubigere reliquas gentes, reliquos omnes principes contra ſtetiſſe ei & contra egiſſe. Quapropter & reliquæ reſilierunt gentes eius genti. Innatum autem & innominatum Patrem videntem perditionem ipſorum, miſiſſe primogenitum Num ſuum, & hunc eſſe qui dicitur Chriſtus, in libertatem credentium ei, à poteſtate eorum qui mundum fabricauerunt. In gentibus ipſorum autem apparuiſſe eum in terra hominem, & virtutes perfeciſſe. Quapropter neque paſſum eum, ſed Simonem quendam Cyrenæum angariatum portaſſe crucem eius pro eo: & hunc ſecundum ignorantiam & errorem crucifixum transfiguratum ab eo, vti putaretur ipſe eſſe Ieſus: & ipſum autem Ieſum Simonis accepiſſe formam, & ſtantem iriſiſſe eos. Quoniam enim virtus incorporalis erat † æterna innati Patris, transfiguratum quemadmodum vellet, & ſic aſcendiſſe ad eum qui † miſit eum deridentem eos, cum teneri non poſſet, & inuiſibilis eſſet omnibus. Et liberatos igitur eos qui hæc ſciant à mundi fabricatoribus principibus, & non oportere confiteri eum, qui ſit crucifixus, ſed eum qui in hominis forma venerit & putatus ſit crucifixus, & vocatus ſit Ieſus, & miſſus, à Patre vti per diſpoſitionem hanc, opera mundi fabricatorum diſſolueret. Si quis igitur (ait) confitetur crucifixum, adhuc hic ſeruus eſt, & ſub poteſtate eorum qui corpora fecerunt: qui autem negauerit, liberatus eſt quidem ab iis, cognoſcit autem diſpoſitionem innati Patris. Animæ autem ſoli eſſe ſalutem: corpus enim natura corruptibile exiſtit. Prophetias autem & ipſas à mundi fabricatoribus fuiſſe ait principibus, propriè autem legem à principe ipſorum, eum qui eduxerit populum de terra Ægypti. Contemnere autem & idolothyta & nihil arbitrari, ſed ſine aliqua trepidatione vti eis. Habere autem & reliquarum operationum vſum indifferentem: & vniuerſæ libidinis. Viuntur autem & hi magia, & incantationibus, & inuocationibus, & reliqua vniuerſa parerga: nomina quoque quædam affingentes quaſi Angelorum annuntiant, hos quidem eſſe in primo cœlo, hos autem in ſecundo, & deinceps nituntur CCCLXV. ementitorum cœlorum & nomina, & principia, & angelos, & virtutes exponere. Quemadmodum & mundus nomen eſſe in quo dicunt deſcendiſſe & aſcendiſſe Saluatorem, eſſe Caulaucau. Igitur qui hæc didicerit, & Angelos omnes cognouerit, & cauſas eorum, inuiſibilem & incomprehenſibilem eum angelis & poteſtatibus vniuerſis fieri, quemadmodum & Calaucau fuiſſe. Et ſicut filium incognitum omnibus eſſe, ſic & ipſos à nemine oportere cognoſci, ſed cum ſciant ipſi omnes, & per omnes tranſeant, ipſos omnibus inuiſibiles & incognitos eſſe, Tu enim (aiunt) omnes cognoſce, te autem nemo cognoſcat. Quapropter & parati ſunt ad negationem qui ſunt tales, imò & magis ne pati quidem propter nomen poſſunt, cum ſint omnibus ſimiles. Non autem multos ſcire poſſe hæc, ſed vnum à mille, & duo à myriadibus, Et Iudæos quidem iam non eſſe dicunt, Chriſtianos autem nondum; & non oportere omnino ipſorum myſteria effari, ſed in abſcondito continere per ſilentium Trecentorum autem ſexaginta quinque cœlorum locales poſitiones diſtribuunt ſimiliter vt Mathematici. Illorum enim theoremata accipientes, in ſuum characterem doctrinæ tranſtulerunt: eſſe autem principem illorum † ἀβραξας, & propter hoc CCCLXV. numerum habere in ſe.

CAPVT XXIV.

Quæ eſt Carpocratis doctrina, & quæ operationes eorum, qui ab eo ſunt.

Carpocrates autem & qui ab eo, mundum quidem, & ea quæ in eo ſunt, ab Angelis multo inferioribus ingenito Patre, factum eſſe dicunt. Ieſum autem è Ioſeph natum, & qui ſimilis reliquis hominibus fuerit, diſtaſſe à reliquis ſecundùm id, quod anima eius firma & munda cùm eſſet, commemorata fuerit quæ viſa eſſent ſibi in ea † circumlatione quæ fuiſſet in ingenito Deo: & propter hoc † ab eo miſſam eſſe ei virtutem, vti mundi fabricatores effugere poſſet, & per omnes tranſgreſſa, & in omnibus liberata, aſcenderet † ad Deum, & ea, quæ ſimilia ei † amplecteretur ſimiliter. Ieſu autem dicunt animam in Iudæorum conſuetudine nutritam contempſiſſe eos, & propter hoc virtutes accepiſſe, per quas euacuauit, quæ fuerunt in pœnis paſſiones quæ inerant hominibus. Ea igitur, quæ ſimiliter atque illa Ieſu anima, poteſt contemnere mundi fabricatores archontas, ſimiliter accipere virtutes ad operandum ſimilia. Quapropter & ad tantum elationis prouecti ſunt, vt quidam quidem ſimiles † ſe eſſe dicant Ieſu: quidam autem adhuc & ſecundùm aliquid illo fortiores, qui ſunt diſtantes ampliùs quàm illius diſcipuli, vt puta quàm Petrus & Paulus, & reliqui Apoſtoli. Hos autem in nullo deminorari à Ieſu. Animas enim ipſorum ex eadem circumlatione deuenientes, & ideò ſimiliter contemnentes mundi fabricatores, eadem dignas habitas eſſe virtute, & rurſus in idem abire. Si quis autem plus quàm ille contempſerit ea, quæ ſunt hic, poſſe meliorem quàm illum eſſe. Artes enim magicas operantur & ipſi, & incantationes, philtra quoque & charitesia, & paredros & onitopompos, & reliquas malignationes, dicentes ſe poteſtatem habere ad dominandum iam principibus & fabricatoribus mundi huius. Non ſolum autem, ſed & his omnibus, quæ in eo ſunt facta.

† à Deo. † ad eum. † amplecteretur. † ſeſe.

Qui & ipſi ad † detrectationem diuini nominis & Eccleſiæ, quemadmodum & gentes à Satana præmiſſi ſunt; vti ſecundùm alium & alium modum, quæ ſunt illorum audientes homines, & putantes omnes nos tales eſſe, auertant aures ſuas à præconio veritatis. Aut vt videntes quæ ſunt illorum, omnes nos blaſphement, in nullo eis communicantes, neque in doctrina, neque in moribus, neque in quotidiana conuerſatione. Sed vitam quidem luxurioſam, ſententiam autem impiam ad velamen malitiæ ipſorum nomine † abutuntur, quorum iudicium iuſtum eſt, recipientium dignam ſuis operibus à Deo retributionem: & in † tantum inſania effrænati ſunt, vti & omnia quæcunque ſunt, irreligioſa & impia poteſtatem habere operandi ſe dicant. Sola enim humana opinione negotia mala & bona dicunt. Et vtique ſecundùm tranſmigrationes in corpora oportere in omni vita, & in omni actu fieri animas ſi non præoccupans quis in vno aduentu omnia agat ſemel ac pariter: quæ non tantùm dicere & audire non eſt fas nobis, ſed ne quidem in mentis conceptionem venire, nec credere ſi apud homines conuerſantes in his quæ ſunt ſecundùm nos ciuitates, tale aliquid agitatur, vti ſecundùm quod ſcripta eorum, dicunt in omni vſu vitæ factæ animæ ipſorum, exeuntes in nihilo adhuc minus habeant. Ad operandum autem in eo ne forte propter eam, quod deeſt libertati † aliqua recogantur iterum mitti in corpus propter hoc dicunt Ieſum hanc dixiſſe parabolam; Cùm es cum aduerſario tuo in via, da operam vt libereris ab eo, ne fortè te det iudici, & iudex miniſtro, & miniſter mittat te in carcerem. Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouiſſimum quadrantem. Et aduerſarium dicunt vnum ex Angelis, qui ſunt in mundo, quem diabolum vocant, dicentes factum eum ad id vt ducat eas quæ perierunt animas in mundo, ad principem.

† detrectationem diuini Eccleſiæ nominis. Rom. 1. † abutantur. † tantam inſaniã. † aliqua res. Matth. 5. 25.

A Et hunc dicunt eſſe primum ex mundi fabricatoribus, & illum altero Angelo, qui miniſtrat ei, tradere tales animas, vti in alia corpora includat: Corpus enim dicunt eſſe carcerem. Et id quod ait, Non exies inde quoad nouiſſimum quadrantem reddas, interpretantur, quaſi non exeat quis à poteſtate Angelorum eorum qui mundum fabricauerunt; ſed ſit tranſcorporatum ſemper quoaduſque in omni omnino operatione, quæ in mundo eſt, fiat: & quum nihil defuerit, ei tum liberatá eius animam eleuari ad illum Deum, qui eſt ſupra angelos mundi fabricatores. Sic quoque ſaluari & omnes animas, ſiue ipſæ præoccupantes in vno aduentu in omnibus miſceantur operationibus, ſiue de corpore in corpus tranſmigrantes, vel immiſſæ in vnaquaque ſpecie vitæ adimplentes & reddentes debita, liberari: vti iam non fiant in corpore.

Et, ſi quidem fiant hæc apud eos, quæ ſunt irreligioſa, & iniuſta, & vetita, ego nequaquam † credo. In conſcriptionibus autem illorum ſic conſcriptum eſt, & ipſi ita exponunt, Ieſum dicentes in myſterio diſcipulis ſuis & Apoſtolis ſeorſum locutum, & illos expoſtulaſſe, vt dignis & aſſentientibus, ſeorſum, hæc traderent, per fidem enim & charitatem ſaluari. Reliqua verò indifferentia cùm ſint, ſecundùm opinionem hominum quædam quidem bona, quædam autem mala vocari, cùm nihil natura malum ſit.

† credã.

B

Alij verò ex ipſis ſignant, cauteriantes ſuos diſcipulos in poſterioribus partibus extantiæ dextræ auris. Vnde & Marcellina, quæ Romam ſub Aniceto venit, cum eſſet huius doctrinæ, multos exterminauit. Gnoſticos ſe autem vocant, † etiam imagines quaſdam quidem depictas, quaſdam autem & de reliqua materia fabricatas habent dicentes formam Chriſti factam à Pilato, illo in tempore quo fuit Ieſus cum hominibus, & has coronant, & proponunt eas cum imaginibus mundi philoſophorum, videlicet cum imagine Pythagoræ, & Platonis, & Ariſtotelis, & reliquorum & reliquam obſeruationem circa eas ſimiliter vt Gentes faciunt.

† &

C

CAPVT XXV.

Qualis eſt doctrina Cerinthi.

CErinthus autem quidam in Aſia, non à primo Deo factum eſſe mundum docuit, ſed à virtute quadam valde ſeparata, & diſtante ab ea principalitate, quæ eſt ſuper vniuerſa, & ignorante eum qui eſt ſuper omnia Deum. Ieſum autem ſubiecit, non ex virgine natum, impoſſibile enim hoc ei viſum eſt. Fuiſſe autem eum Ioſeph & Mariæ filium ſimiliter, vt reliqui omnes homines, & plus potuiſſe iuſtitia, & prudentia, & ſapientia † præ omnibus; & poſt baptiſmum deſcendiſſe in eum, Chriſtum, ab ea principalitate, quæ eſt ſuper omnia, figura columbæ; & tunc annunciaſſe incognitum Patrem, & virtutes perfeciſſe; in fine autem reuolaſſe iterum Chriſtum de Ieſu, & Ieſum paſſum eſſe, & reſurrexiſſe: Chriſtum autem impaſſibilem perſeueraſſe, exiſtentem ſpiritalem.

† ab hominibus.

D

CAPVT XXVI.

Quæ eſt Ebionitarum doctrina.

QVi autem dicuntur Ebionæi, conſentiunt quidem mundum à Deo factum, ea autem quæ ſunt erga Dominum, non ſimiliter vt Cerinthus & Carpocrates opinantur. Solo autem eo quod eſt ſecundùm Matthæum Euangelio vtuntur, & Apoſtolum Paulum recuſant, apoſtatam eum legis dicentes. Quæ autem ſunt prophetica, curioſiùs exponere nituntur, & circumciduntur ac perſeuerant in his conſuetudinibus, quæ ſunt ſecundùm legem, & Iudaico charactere vitæ vti, & Hieroſolymam adorant, quaſi domus ſit Dei.

CAPVT XXVII.

Quæ ſint Nicolaitarum opera.

NIcolaitæ autem magiſtrum quidem habent Nicolaum, vnum ex VII. qui primi ad Diaconium ab Apoſtolis ordinati ſunt, qui indiſcretè viuunt. Pleniſſimè autem per Ioannis Apocalypſin manifeſtantur qui ſint, nullam differentiam eſſe docentes in mœchando, & idolothyton edere: quapropter dixit & de iis ſermo, ſed hoc habes quòd odiſti, opera Nicolaitarum, quæ & ego odi.

CAPVT XXVIII.

Quæ eſt Cerdonis ſententia.

ET Cerdon autem quidam ab iis, qui ſunt erga Simonem occaſionem accipiens, cùm veniſſet Romam ſub Hygino, qui nonum locum Epiſcopatus per ſucceſſionem ab Apoſtolis habuit, docuit, eum qui à Lege & Prophetis annunciatus ſit Deus, non eſſe Patrem Domini noſtri Chriſti Ieſu. Hunc enim cognoſci, illum autem ignorari: & alterum quidem iuſtum, alterum autem bonum eſſe.

CAPVT XXIX.

Quæ ſunt quæ Marcion docuerit.

SVccedens autem ei Marcion Ponticus, adampliauit doctrinam, impudoratè blaſphemans eum qui à Lege & Prophetis annuntiatus eſt Deus, malorum factorem, & bellorum concupiſcentem, & inconſtantem quoque ſententia, & contrarium ſibi ipſum dicens. Ieſum autem ab eo Patre qui eſt ſuper mundi fabricatorem Deum, venientem in Iudæam temporibus Pontij Pilati præſidis qui fuit procurator Tiberij Cæſaris, in hominis forma manifeſtatum, his qui in Iudæa erant diſſoluentem Prophetas, & Legem, & omnia opera eius Dei, qui mundum fecit, quem & Coſmocratorem dicit. Et ſuper hæc, id quod eſt ſecundùm Lucam Euangelium circuncidens, & omnia quæ ſunt de generatione Domini conſcripta auferens, & de doctrina ſermonum Domini multa auferens, in quibus manifeſtiſſimè Conditorem huius vniuerſitatis ſuum Patrem confitens Dominus, conſcriptus eſt: ſemetipſum eſſe veraciorem, quàm ſunt hi qui Euangelium tradiderunt Apoſtoli, ſuaſit diſcipulis ſuis, non Euangelium, ſed particulam Euangelij tradens eis. Similiter autem Apoſtoli Pauli epiſtolas abſcidit, auferens quæcunque manifeſtè dicta ſunt ab Apoſtolo de eo Deo, qui mundum fecit, quoniam hic Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, & quæcunque ex propheticis memorans Apoſtolus docuit prænuntiantibus aduentum Dei. Salutem autem ſolùm animarum eſſe futuram, earum quæ eius doctrinam * didiciſſent. Corpus autem videlicet, quoniam à terra ſit ſumptum, impoſſibile eſſe participare ſalutem. Super blaſphemiam autem quæ eſt in Deum adiecit & hoc, verè Diaboli os accipiens, & omnia contraria dicens veritati. Cain, & eos qui ſimiles ſunt ei, & Sodomitas, & Ægyptios, & ſimiles eis, & omnes omnino gentes, quæ in omni permixtione malignitatis ambulauerunt, ſaluatas eſſe à Domino, cùm deſcendiſſet ad inferos, & accurriſſent ei, & in ſuum aſſumpſiſſe regnum. Abel autem & Enoch, & Noë, & reliquos iuſtos, & eos qui *a

A ſunt erga Abraham * Patriarchas, cum omnibus Prophetis, & his qui placuerunt Deo, non participaſſe ſalutem, qui in Marcione fuit ſerpens præconiauit. Quoniam enim ſciebant, inquit, Deum ſuum ſemper tentantem eos, & tunc tentare * eum ſuſpicati, non accurrerunt Ieſu, neque crediderunt annuntiationi eius: & propterea remanſiſſe animas eorum apud inferos dixit. Sed huic quidem quoniam & ſolus manifeſtè auſus eſt circumcidere Scripturas, & impudoratè ſuper omnes obtrectare Deum; ſeorſum contradicemus, ex eius ſcriptis arguentes eum, & ex iis ſermonibus qui apud eum obſeruati ſunt Domini & Apoſtoli, quibus ipſe vtitur, euerſionem eius faciemus, præſtante Deo.

CAPVT XXX.

Quæ eſt continentium auerſatio.

NVnc autem neceſſariò meminimus eius, vt ſcires quoniam omnes qui quoquo modo adulterant veritatem, & præconium Eccleſiæ lædunt, Simonis Samaritani magi diſcipuli & ſucceſſores ſunt. Quamuis non confiteantur nomen magiſtri ſui ad ſeductionem reliquorum, attamen illius ſententiam docent, Chriſti quidem Ieſu nomen tanquam irritamentum † præferentes, Simonia autem impietatem varie introducentes mortificant multos, per nomen bonum, ſententiam ſuam malè diſperdentes, & per dulcedinem & decorem nominis amarum & malignum principis apoſtaſiæ ſerpentis venenum porrigentes eis.

An ab his autem qui prædicti ſunt, iam multæ propagines multarum hæreſium factæ ſunt, eo quod multi ex ipſis, imò omnes velint doctores eſſe, & abſcedere quidem ab hæreſi in qua fuerant. Aliud autem dogma ab alia ſententia, & deinceps alteram ab altera componentes, noua docere inſiſtunt, ſemetipſos adinuentores ſententiæ quamcunque compegerint, enarrantes. Vt exempli gratia dicamus, à Saturnino & Marcione, qui vocantur Continentes, abſtinentiam à nuptiis annuntiauerunt, fruſtrantes antiquam plaſmationem Dei, & obliquè accuſantes eum qui & maſculum & fœminam ad generationem hominum fecit: & eorum quæ dicuntur apud eos animalia abſtinentiam induxerunt, ingrati exiſtentes ei qui omnia fecit Deo. Contradicunt quoque eius ſaluti, qui primus plaſmatus erat, & hoc nunc adinuentum eſt apud eos.

CAPVT XXXI.

Qualis eſt Tatiani Doctrina.

TAtiano quodam primo hanc introducente blaſphemiam, qui cùm eſſet Iuſtini auditor, in quantum quidem apud eum erat, nihil enarrauit tale: poſt verò illius martyrium abſiſtens ab Eccleſia, & præſumptione magiſterij elatus & inflatus, quaſi præ cœteris eſſet, proprium characterem doctrinæ conſtituit. Æonas quoſdam inuiſibiles ſimiliter atque hi qui à Valentino ſunt, velut fabulam enarrans: nuptias autem corruptelas & fornicationes ſimiliter vt Marcion & Saturninus dicens. Adæ autem ſaluti ex ſe contradictionem faciens,

CAPVT XXXII.

Vnde ij, qui differentias induxerunt, acceperint occaſiones.

ALij autem rurſus à Baſilide & carpocrate occaſiones accipientes, indifferentes coitus, & multas nuptias induxerunt: & negligentiam ipſorum quæ ſunt idolothyta ad manducandum, non valde hæc curare dicentes Deum. Et quid? Etenim non eſt numerum dicere eorum qui ſecundùm alterum & alterum modum exciderunt à veritate. E

CAPVT XXXIII.

Quibus temporibus fuerunt omnes qui prædicti ſunt, & à quibus initia & doctrinas acceperint.

SVper hos autem ex his qui prædicti ſunt Simoniani, multitudo Gnoſticorum Barbelo exurrexit, & velut à terra fungi manifeſtati ſunt, quorum principales apud eos ſententias enarramus. Quidam enim eorum Æonem quendam nunquam ſeneſcentem in virginali ſpiritu ſubiiciunt, quem Barbelon nominant. Vbi eſſe patrem quendam innominabilem dicunt: voluiſſe autem hunc manifeſtare ſe ipſi Barbeloni: Ennœam autem hanc progreſſam ſtetiſſe in conſpectu eius, & poſtulaſſe Prognoſin. F Cùm prodiiſſet autem & Prognoſis, his rurſum petentibus prodiit Incorruptela: poſt deinde vita æterna: in quibus gloriantem Barbelon, & proſpicientem in magnitudine & conceptu delectatam in hanc generaſſe ſimile ei lumen. Hanc initium & luminationis, & generationis omnium dicunt: & videntem Patrem lumen hoc, vnxiſſe illud ſua benignitate, vt perfectum fieret. Hunc autem dicunt eſſe Chriſtum, qui rurſus poſtular, quemadmodum dicunt, adiutorium ſibi dari Nun, & progreſſus eſt Nus. Super † hæc autem emittit pater Logon. († hanc.) Coniugationes autem fient Ennœæ & Logi, & Aphtharſias & Chriſti, & Æonia autem Zoe, Thelemati coniuncta eſt: & Nus Prognoſi, & magificabant hi magnum lumen & Barbelon. Poſt deinde & de Ennœa, & de Logo Autogenem emiſſum dicunt ad repræſantationē magni luminis, & valde honorificatum dicunt, & omnia G huic ſubiecta. Coemiſſam autem ei Alethiam, & eſſe coniugationem Autogenis & Alethiæ. De lumine autem, quod eſt Chriſtus, & de incorruptela, quatuor emiſſa luminaria ad circunſtantiam Autogeni dicunt, & de Thelemate rurſus & Æonia Zoe quatuor emiſſiones factas ad ſubminiſtrationem quatuor luminatibus quas nominant, Charin, Theleſin, Syneſin, Phroneſin. Et Charin quidem magno & primo luminario adiunctam, hunc autem eſſe Sotera volunt, & vocant eum Harmogen. Theleſin autem ſecundo, quem & nominant Raguel. Syneſin autem tertio luminario, quem vocant Dauid. Phroneſin autem quarto, quem nominant Elelet.

Confirmatis igitur ſic omnibus, ſuper hæc emittit Autogenes hominem perfectum & verum, quem & Adamantem vocant: quoniam neque ipſe domatus eſt, neque ij ex quibus erat, qui & remotus eſt cum primo lumine ab Harmoge. Emiſſam autem cum homine ab Autogene agnitionem perfectam & coniunctam ei, vnde & hunc agnouiſſe eum qui eſt ſuper omnia, virtutem H quoque ei † inuictam datam à virginali ſpiritu, & refrigerant in hoc omnia hymnizare magnum Æona. († inuinctam.) Hinc autem dicunt manifeſtatam Matrem, Patrem, Filium. Ex Anthropo autem & Gnoſi natum lignum, quod & ipſum Gnoſin, vocant. Deinde ex primo angelo qui aſtat Monogeni emiſſum dicunt Spiritum ſanctum, quem & Sophiam & † Pronicum vocant. († Prunicum.) Hunc igitur videntem reliqua omnia coniugationem habentia, ſe autem ſine coniugatione, quæſiſſe cui adunaretur: & cùm non inueniret, aſſeuerabat, & extendebatur, & proſpiciebat ad inferiores partes, putans hic inuenire coniugem: & non inueniens, exiliit tædiata quoque, quoniam ſine bona voluntate patris impetum fecerat. Poſt deinde ſimplicitate & benignitate acta, generauit opus, in quo erat ignorantia & audacia. Hoc autem opus eius eſſe Proarchontem dicunt, fabricatorem conditionis huius: virtutem autem magnam † abſtuliſſe eum à matre narrant, & († abſtitiſſe.) abſtuliſſe ab ea in inferiora, & feciſſe firmamentum cœli, in quo & habitare dicunt eum. Et cum ſit ignorantia,

feciſſe eas, quæ ſunt ſub eo poteſtates & angelos, & firmamenta, & terrena omnia. Deinde dicunt adunitum eum Atabadiæ generaſſe Kakian, Zelon, & Phthonum, & Erinnyn, & Epithymiam. Generatis autem his, mater Sophia contriſtata refugit, & in altiora ſeceſſit, & fit deorſum numerantibus octouatio. Illa igitur ſecedente, ſe ſolum opinatum eſſe, & propter hoc dixiſſe: Ego ſum Deus zelotes, & præter me nemo eſt. Et hi quidem talia mentiuntur.

CAPVT XXXIV.

Quæ ſint Gnoſticorum genera, & quæ ſecundùm eos † ſententia.

ALij autem rurſus portentuoſa loquuntur, eſſe quoddam primum lumen in virtute Bythi, beatum, & incorruptibile, & interminatum. Eſſe autem & hoc Patrem omnium, & vocari primum hominem. Ennœam autem eius progredientem filium, dicunt emittentis, & eſſe hunc Filium hominis ſecundùm hominem. Sub his autem Spiritum ſanctum eſſe, & ſub ſuperiori ſpiritu ſegregata elementa aquam, tenebras, abyſſum, chaos, ſuper quæ ferri Spiritum dicunt, primam fœminam eum vocantes. Poſtea dicunt exultante primo homine cum filio ſuo, ſuper formoſitate ſpiritus, hoc eſt fœminæ: & illuminante eam generauit ex ea lumen incorruptibile tertium maſculum, quem Chriſtum vocant, Filium primi & ſecundi hominis, & Spiritus ſancti primæ fœminæ. Concumbentibus autem patre & filio fœminæ, quam & matrem viuentium, dicunt, cùm autem non potuiſſet portare nec capere magnitudinem luminum, ſuperrepletam & ſuperebullientem ſecundùm ſiniſteriores partes dicunt, & ſic quidem filium eorum ſolum Chriſtum, quaſi dextrum, & in ſuperiora alleuatitium, arreptum ſtatim cum matre in incorruptibilem Æonem. Eſſe autem hanc & veram & ſanctam Eccleſiam, quæ fuerit appellatio, & conuentio, & adunatio Patris omnium primi hominis, & Filij ſecundi hominis, & Chriſti filij eorum, & prædictæ fœminæ. Virtutem autem quæ ſuperebulliit ex fœmina † habente, humectationem luminis, à partibus decidiſſe deorſum docent, ſua autem voluntate habentem humectationem luminis, quem & Siniſtram, & Pronicon, & Sophiam maſculo fœminam vocant, & deſcendentem ſimpliciter in aquas, cùm eſſent immobiles, & ne mouiſſe quoque eas petulanter agentem vſque ad abyſſos, & aſſumpſiſſe ex eis corpus. Humectationi enim luminis eius omnia accurriſſe & adhæſiſſe dicunt, & circumtenuiſſe eam, quam niſi habuiſſet, tota abſorpta fortaſſe fuiſſet & demerſa à materia. Deligatam igitur hanc à corpore, quod erat à materia, & valde grauatam repſiſſe aliquando, & conatam eſſe fugere aquas, & aſcendere ad matrem. Non potuiſſe autem, propter grauedinem circumpoſiti corporis. Valdè autem malè ſe habentem machinatam eſſe abſcondere illud quod erat deſuper lumen, timentem ne & ipſum læderetur ab inferioribus elementis, quemadmodum & ipſa: & cùm virtutem accepiſſet ab humectatione eius quod erat ſecundùm eam lumen, reſiliit, & in ſublimitatem elata eſt, & facta in alto dilatauit, & cooperuit, & fecit cœlum hoc, quod apparet à corpore eius, & remanſit ſub cœlo quod fecit; adhuc habens aquatilis corporis typum, cum accepiſſet concupiſcentiam ſuperioris luminis, & virtutem ſumpſiſſet per omnia depoſuiſſet corpus & liberatam ab eo. Corpus autem hoc exuiſſe dicunt eam; fœminam à fœmina nominant, & filium autem eius dicunt habuiſſe & ipſum aſpirationem quandam in ſe † incorruptelæ à matre relictam ei, per quam operatur, & potens factus emiſit & ipſe, vt dicunt, ab aquis filium ſine matre. Neque enim cognouiſſe matrem eum volunt; & filium eius ſecundùm patris imitationem; alterum emiſiſſe filium.

Hic quoque tertius quartum generauit, & quartus ipſe generauit filium, de quinto ſextum filium generatum dicunt, & ſextus ſeptimum generauit: ſic quoque hebdomada perfecta eſt apud eos octauam matre habente locum: & quemadmodum generationibus, ſic & dignitatibus, & virtutibus præcedere eos ab inuicem: & nomina autem mendacio ſuo talia poſuerunt. Eum enim qui à matre primus ſit, Ialdaboth vocari: eum autem qui ſit ab eo, Iao; & qui ab eo Sabaoth magnum; quartum autem Adoneum, & quintum Eloeum, & ſextum Oreum, ſeptimum autem & nouiſſimum omnium Aſtapheum. Hos autem cœlos, & atotheas, & virtutes, & Angelos, & conditores ſubiiciunt per ordinem ſedentes in cœlo ſecundum generationem ipſorum † apparentes regere quoque cœleſtia & terreſtria, primo ipſorum Ialdaboth contemnente matrem in eo quòd filios & nepotes ſine vllius permiſſu fecerit, adhuc etiam Angelos, & Archangelos, & virtutes, & poteſtates, & dominationes: quibus factis ad litem & iurgium aduerſus eum conuerſos eſſe filios eius de principatu: propter quæ contriſtatum Ialdaboth & deſperatum conſpexiſſe in ſubiacentem fecem materiæ, & conſolidaſſe concupiſcentiam ſuam in eam, vnde natum filium dicunt. Hunc autem ipſum eſſe Nun in figura ſerpentis contortum, dehinc & Spiritum, & animam, & omnia mundialia: inde generatam omnem obliuionem, & malitiam, & zelum, & inuidiam, & mortem. Hunc autem ſerpeniformem & contortum Nun, eorum adhuc magis euertiſſe patrem dicunt tortuoſitate, cum eſſet cum Patre ipſorum in cœlo & in paradiſo. Vnde exultantem Ialdaboth in omnibus his quæ ſub eo eſſent gloriatum & dixiſſe: Ego & Pater, & Deus, & ſuper me nemo. Audientem autem matrem, clamaſſe aduerſus eum, Noli mentiri Ialdaboth: eſt enim ſuper te pater omnium primus Anthropus, & Anthropus filius Anthropi. Conturbatis autem omnibus ad nouam vocem, & inopinabili nuncupatione, & quærentibus vnde clamor, & ad vocandos eos, & ad ſeducendum dixiſſe Ialdaboth dicunt: Venite faciamus hominem ad imaginem noſtram.

Sex autem virtutes audientes hæc, matre dante illis excogitationem hominis, vti per eum euacuet eos à principali virtute, conuenientes formauerunt hominem immenſum latitudine & longitudine: ſcarizante autem eo tantum adduxerunt eum patri ſuo & hoc Sophia operante, vti & illum euacuet ab humectatione luminis, vti non poſſet erigi aduerſus eum qui ſurſum eſt, habens virtutem. Illo autem inſufflante in hominem ſpiritum vitæ, latenter euacuatum eum à virtute dicunt: hominem autem inde habuiſſe Nun, & Enthymeſin, & hæc eſſe quæ ſaluantur, vt dicunt: & ſtatim gratias agere eum primo homini, relictis fabricatoribus. Zelantem autem Ialdaboth, voluiſſe excogitare euacuare hominem per fœminam & de ſua Enthymeſi eduxiſſe fœminam, quam illa Prunicos ſuſcipiens inuiſibiliter euacuauit à virtute. Reliquos autem venientes & mirantes formoſitatem eius, vocaſſe eam Euam, & concupiſcentes eam hanc, generaſſe ex ea ſibi filios, quos angelos eſſe dicunt. Mater autem ipſorum argumentata eſt per ſerpentem ſeducere Euam & Adam, ſupergredi præceptum Ialdaboth. Eua autem quaſi à Filio Dei hoc audiens, facilè credidit, & Adam ſuaſit manducare de arbore, de qua dixerat Deus, non manducare. Manducantes autem eos cognouiſſe eam quæ eſt ſuper omnia virtutem, dicunt, & abſceſſiſſe ab his qui fecerant eos. Prunicum autem videntem quoniam & per † ſuam blaſphemiam victi ſunt valde, valde gratulatum, & rurſum exclamaſſe, quoniam cum eſſet Pater incorruptibilis, olim hic ſemetipſum vocans Patrem, mentitus eſt: & cum homo olim eſſet & prima fœmina, & hæc adulterans peccauit. Ialdaboth autem propter eam quæ circa eum erat obliuionem, ne quidem intendentem ad hæc proieciſſe Adam & Euam de paradiſo, quoniam tranſgreſſi erant præceptum eius. Voluiſſe enim filios ei ex Eua generari, & non adeptum eſſe, quoniam mater in omnibus contrairet ei, & latenter euacuans Adam & Euam ab humectatione luminis, vti neque maledictionem participaret, neque

E

De hebdomade filiorum, horumque nominibus.

† non apparentes.

F

De Nun ſerpentiformi.

G

De formatione hominis, & Euæ, eorumque lapſu.

H

† ſuum plaſma.

A opprobrium, is qui eſſet à principalitate ſpiritus. Sic quoque vacuos à diuina ſubſtantia factos, maledictos eſſe ab eo, & deiectos à cœlo in hunc mundum docent.

Sed & ſerpentem aduerſus patrem operantem deiectum ab eo in deorſum mundum: in poteſtatem autem ſuam redigentem Angelos qui hic ſunt, & ipſum ſex filios generaſſe, ſeptimo ipſo extante ad imitationem eius, quæ circa Patrem eſt hebdomadis. Et hos ſeptem dæmonas mundiales eſſe dicunt, aduerſantes & reſiſtentes ſemper generi humano, quoniam propter eos pater illorum proiectus eſt deorſum. Adam autem & Euam priùs quidem habuiſſe leuia & clara, & velut ſpiritualia corpora, quemadmodum & plaſmati ſunt; venientes autem huc, demutaſſe in obſcurius, pinguius, & pigrius. Sed & animam diſſolutam & languidam; quippe à factore tantummodo inſufflationem mundialem habentes, quoadusque iterum Prunicos miſerata eorum, reddidit eis odorem ſuauitatis humectationis luminis, per quam in B commemorationem venerunt ſuam ipſorum, & cognouerunt ſeipſos nudos, & corporis materiam, & cognouerunt quoniam mortem baiulant, & magnanimes extiterunt, cognoſcentes quoniam ad tempus corpus circumdatum eſt eis: & eſcas quoque inueniſſe eos, præeunte eos Sophia, & ſatiatos coiſſe inuicem carnaliter, & generaſſe Caïn, quem & deiectibilis ſerpens cum filiis ſuis ſtatim ſuſcipiens euertit, & adimpleuit mundiali obliuione, ſtultitiam & andiciam immittens, ita vt & dum fratrem ſuum Abel occideret, primus zelum & mortem oſtenderit. Poſt quos ſecundum prouidentiam Prunici dicunt generatum Seth, poſt Noream, ex quibus reliquam multitudinem hominum generatam dicunt, & ab inferiori hebdomade in omnem malitiam immiſſam, & apoſtaſiam † ſuperiori ſanctæ hebdomadæ, & idololatriam vniuerſam contentionem, cùm contraria eis eſſet ſemper mater inuiſibiliter, & proprium ſaluaret, hoc eſt, humectationem luminis. Sanctam autem hebdomadam, ſeptem ſtellas quas dicunt planetas, eſſe volunt, & proiectibilem ſerpentem duo habere nomina, Michaël & † Samuël, dicunt.

C Iratum autem Ialdaboth hominibus, quoniam eum non colebant, neque honorificabant, quaſi patrem & Deum, diluuium eis immiſiſſe, vt omnes ſimul perderet. Contra ſtante autem & hic Sophia ſaluatos eos eſſe qui circa Noë erant in arca, propter humectationem illius luminis quod ab ea erat, per quam iterum adimpletum eſſe mundum hominibus: ex quibus quendam Abraham elegiſſe ipſum Ialdaboth, & teſtamentum poſuiſſe ad eum, ſi perſeuerauerit ſemen eius ſeruiens ei, dare ei hæreditatem terræ. Poſt, per Moyſen eduxiſſe eos ex Ægypto qui ab Abraham eſſent, & dediſſe eis Legem, & feciſſe eos Iudæos, ex quibus elegiſſe ſeptem dies, quos & ſanctam hebdomadam vocant, & vnuſquiſque eorum ſuum præconem † ad ſemet glorificandum, & Deum annuntiandum, vti & reliqui audientes glorias, ſeruirent & ipſi his qui à prophetis annuntiantur dij.

D Sic autem prophetas diſtribuunt: huius quidem Ialdaboth Moyſen fuiſſe, & Ieſum Naue, & Amos, & Abacuc. Illius autem Iao, Samuel, & Nathan, & Ionam: & Michæam, illius autem Sabaoth, Heliam, & Ioel, & Zachariam. illius autem Adonai, † Eſaiam, & Ezechiel, & Ieremiam, & Daniel. Illius autem Eloi, Tobiam, & Aggæum. Illius autem Orei, Michæam & Nahum. Illius autem Aſtanfei, Heſdram & Sophoniam. Horum igitur vnuſquiſque glorificans ſuum patrem & Deum, Sophiam & ipſam per eos multa loquutam eſſe, de primo homine & incorruptibili Æone, & de illo Chriſto, qui ſit ſurſum, dicunt præmonentem, & rememorantem homines in incorruptibile lumen, & in primum hominem, & in deſcenſione Chriſti: in quibus conterritis principibus, & admirantibus nouitatem, in his quæ à prophetis annuntiabantur, operatam eſſe Prunicum per Ialdaboth neſcientem quid faciat, duorum hominum factas eſſe emiſſiones. Alterum quidem de ſterili Elizabeth, alterum autem ex Maria Virgine. Et quoniam non haberet eadem ipſa requiem, neque in cœlo, neque in terra, contriſtatam inuocaſſe in adiutorium matrem.

E Mater autem eius † prior fœmina miſerata eſt ſuper pœnitentia filiæ, & poſtulauit à primo homine adiutorium ei mitti Chriſtum: qui & deſcendit emiſſus ad ſororem ſuam, & ad humectationem luminis. Cognoſcentem autem eam, quæ deorſum eſt Sophiam deſcendere ad fratrem eius, & annuntiaſſe eius aduentum per Ioannem, & præparaſſe Baptiſmum pœnitentiæ & antè adaptaſſe Ieſum, vti deſcendens Chriſtus inueniat vas mundum, & vti per filium eius Ialdaboth fœmina à Chriſto annuntiaretur. Deſcendiſſe autem eum per ſeptem cœlos, aſſimilatum filiis eorum dicunt, & ſenſim eorum euacuaſſe virtutem. Ad ipſum enim vniuerſam humectationem luminis concurriſſe dicunt, & deſcendentem Chriſtum in hunc mundum, induiſſe primum ſororem ſuam Sophiam, & exultaſſe vtroſque refrigerantes ſuper inuicem, & hoc eſſe ſponſum & ſponſam definiunt. Ieſum quippe ex Virgine per operationem Dei generatum, ſapientiorem, & mundiorem, & iuſtiorem hominibus omnibus fuiſſe in F Chriſtum perplexum Sophiæ deſcendiſſe, & ſic factum eſſe Ieſum Chriſtum. Multos igitur ex diſcipulis eius non cognouiſſe Chriſti deſcenſionem in eum dicunt: deſcendente autem Chriſto in Ieſum, tunc † cœpiſſe virtutes perficere, & curare, & annuntiare incognitum patrem, & ſe manifeſtè filium primi hominis confiteri.

† *pro.*

† *cœnisse.*

In quibus iraſcentes principes & Patrem Ieſu operatos ad occidendum eum: & in eo cùm adduceretur, ipſum quidem Chriſtum cum Sophia abſtitiſſe in incorruptibilem Æonem dicunt. Ieſum autem crucifixum, non autem oblitum ſuum Chriſtum, ſed miſiſſe deſuper virtutem quandam in eum, quæ excitauit eum in corpore, quod & corpus animale & ſpirituale vocant: mundialia enim remiſiſſe eum in mundo. Videntes autem diſcipuli reſurrexiſſe eum, non eum cognouerunt, ſed ne ipſum quidem Ieſum, cuius gratia à mortuis reſurrexit. Et hunc maximum errorem inter diſcipulos eius fuiſſe dicunt, quoniam putarent eum in corpore mundiali reſurrexiſſe, ignorantes quoniam caro & ſanguis regnum Dei non G apprehendunt. Confirmare autem volunt deſcenſionem Chriſti & aſcenſionem, ex eo quod neque poſt Baptiſmum, neque poſt reſurrectionem à mortuis, aliquid magni feciſſe Ieſum dicant, diſcipuli ignorantes adunitum eſſe Ieſum Chriſto, & incorruptibilem Æonem hebdomadi, & mundiale corpus animale dicunt. Remoratum autem eum poſt reſurrectionem XVIII. menſibus, & † ſenſibilitatem in eum deſcendentem didiciſſe, quod liquidum eſt, & paucos ex diſcipulis ſuis, quos ſciebat capaces tantorum myſteriorum docuit hæc, & ſic receptus eſt in cœlum, Chriſto ſedente ad dexteram Patris Ialdaboth, vti animas eorum qui cognouerunt eos, poſt depoſitionem mundialis carnis recipiat in ſe, ditans ſemetipſum patre eius ignorante, ſed ne vidente quidem eum, vti in quantum Ieſus ſemetipſum ditat in ſanctis animabus, in tantum Pater eius in detrimentis factus deminoretur, euacuatus à virtute ſua per animas. Iam enim non habiturum eum animas ſanctas, vt rurſus demittat eas in ſæculum, ſed tantum eas quæ ſunt ex ſubſtantia eius, id eſt, quæ ſunt ex inſufflatione.

De paſſione, reſurrectione, & aſcenſione Chriſti.

† *ſenſibilitate in eum deſcendẽte.*

H Conſummationem autem futuram quando tota humectatio ſpiritus luminis colligatur, & abripiatur in Æonem incorruptibilitatis. Tales quidem ſecundum eos ſententiæ ſunt, à quibus velut Lernæa hydra multiplex capitibus fera, de Valentini ſchola generata eſt. Quidam etiam ipſam Sophiam ſerpentem factam dicunt, quapropter & contrariam extitiſſe factori Adæ, & agnitionem hominibus immiſiſſe, & propter hoc, dictum ſerpentem omnium ſapientiorem. Sed & propter poſitionem inteſtinorum noſtrorum per quæ eſca infertur, eo quod talem figuram habeant, oſtendentem abſconſam generatricem ſerpentis figuræ ſubſtantiam in nobis.

De conſummatione.

Gen 3.1.

CAPVT XXXV.

Quæ eſt Caianorum irreligioſitas, etiam impudentia: & vnde conſcripta ipſorum.

ALij autem rurſus Cain à ſuperiore principalitate dicunt, & Eſau, & Core, & Sodomitas, & omnes tales cognatos ſuos confitentur, & propter hoc à factore impugnatos neminem ex eis malè acceptos. Sophia enim illud quod proprium ex ea erat, abripiebat ex eis ad ſemetipſam: & hæc Iudam proditorem diligenter cognouiſſe dicunt, & ſolum præ cæteris cognoſcentem veritatem perfeciſſe proditionis myſterium, per quem & terrena & cœleſtia omnia diſſoluta dicunt, & confinctionem afferunt huiuſmodi, Iudæ Euangelium illud vocantes. Iam autem & collegi eorum conſcriptiones, in quibus diſſoluere opera Hyſteræ adhortantur. Hyſteram autem fabricatorem cœli & terræ vocant: nec enim aliter ſaluari eos niſi per omnia eant, quemadmodum & Carpocrates dixit, & in vnoquoque peccatorum & turpium operationum angelum aſſiſtere, & operantem accidere audaciam, & immunditiam inferre, id quod ineſt ei operationi angeli nomine dicere: O tu angele, abutor opere tuo: O tu poteſtas, perficio tuam operationem: & hoc eſſe ſcientiam perfectam, ſine tremore in tales abire operationes, quas ne nominare quidem fas eſt.

A talibus matribus & patribus & proauis eos qui à Valentino ſint, ſicut ipſæ ſententiæ & regulæ oſtendunt eos, neceſſarium fuit manifeſtè arguere, & in medium afferre dogmata ipſorum, ſi qui fortè ex iis pœnitentiam agentes, & conuertentes ad vnum ſolum conditorem & Deum factorem vniuerſitatis, ſaluari poſſint: reliqui autem non iam abſtrahantur à praua, quaſi veriſimili ſuaſione eorum, putantes maius & aliquid altius ab iis ſcituros ſe myſterium. Sed à nobis benè diſcentes quæ ab illis malè docentur, derideant quidem doctrinam eorum, illorum autem miſereantur, qui adhuc in his tam miſerrimis & inſtabilibus fabulis, tantam elationem aſſumpſerunt, vt meliores ſemetipſos reliquis propter talem agnitionem imo ignorantiam arbitrentur. Delectatio autem eorum hæc eſt; ſiue aduerſus eos victoria, eſt ſententiæ eorum manifeſtatio. Quapropter conati ſumus vniuerſum malè compoſitum vulpeculæ huius corpuſculum in medium producere, & apertum facere manifeſtum. Iam enim non multis opus erit ſermonibus ad euertendum doctrinam eorum, manifeſtam omnibus factam. Quemadmodum beſtiæ alicuius in ſylua abſconditæ, & inde impetum facientis, & multos vaſtantis, qui ſegregat & denudat ſyluam, & ad viſionem adduxit ipſam feram, iam non elaborauit ad capiendam, videntes quoniam ea fera eſt: ipſis enim adeſt videre & cauere impetus eius, & iaculari vndique & vulnerare, & interficere vaſtatricem illam beſtiam. Sic & nobis cum in manifeſtum redegerimus eorum abſcondita, & apud ſe tacita myſteria, iam non erit neceſſarium multis deſtruere eorum ſententiam. Adeſt enim & tibi, & omnibus qui tecum ſunt, ad hæc quæ prædicta ſunt exerceri, & † excutere nequam ipſorum doctrinas inconditas, & apta veritati oſtendere dogmata. Cùm igitur hæc ſic ſe habeant, quatenus promiſi, ſecundum noſtram virtutem inferemus euerſionem ipſorum, omnibus eis contradicentes in ſequenti libro. Enarratio enim in longum pergit, vt vides: & viatica quoque dabimus ad euerſionem ipſorum, occurrentes omnibus ſententiis ſecundùm narrationis ordinem, vt ſimus non tantùm oſtendentes, ſed & vulnerantes vndique beſtiam.

CAPITA LIBRI SECVNDI.

Hæc inſunt in ſecundo libro redargutionis & euerſionis falsò cognomine agnitionis.

1. OSTENSIO quòd neque extra pleroma ſit vniuerſorum Deus, neque extra plenitudinem eius eſſe aliquid, neque quidem duos eſſe deos immenſo interuallo ab inuicem diſtantes, neque virtutem aliquam mundi fabricatricem in immenſum ſeparatam à Patre ignorante eam.

2 *Neque † interim in iis, quæ continentur à Patre, alium quendam fabricaſſe hunc mundum, neque Patrem per alia adminicula eam, quæ ſecundum nos eſt, feciſſe conditionem, ſed tantùm per Verbum ſuum, eſſe autem conditorem eum, qui eſt ſuper omnia Deus, & ipſum Patrem eſſe Domini noſtri Ieſu Chriſti.* †

3 *Quoniam inuiſibilis quidem eſt Pater, ſed non incognitus: neque ignorare enim quidem poterant Angeli, licet plurimùm deorſum † deiecti eſſent ab eo.* †

4 *Quoniam inſtabile eſt Pleroma Valentini diſcipulorum.*

5 *Oſtenſio non eſſe eam, quæ eſt ſecundum nos creaturam, imaginem Pleromatis eorum, neque Demiurgum vnigeniti.*

6 *Quomodo † immenſus exeidit de imaginibus eorum ſermo.* †

7 *Quoniam non eſt veriſimile ea quæ ſunt hic, vmbram Pleromatis eorum eſſe.*

8 *Quàm falſa vmbra & vacua eorum oſtenditur.*

9 *Oſtenſio quoniam eſt & ſubſiſtit mundi Fabricator Deus, non conſtat autem, qui ſuper hunc adinuenitur pater.*

10 *De quæſtionibus & parabolis, quomodo oporteat ſoluere, ea quæ quæruntur.*

11 *Quoniam ſubſtantiam materiæ Labi adiungere non conſtat, voluntate autem & virtute Dei conſtat, & fidem habet.*

12 *Contradictiones his, qui ſunt à Valentino.*

13 *Quomodo is ſermo, qui eſt de triacontade illorum concidit in vtroque, & ſecundum id quod plus eſt, & ſecundum id quod minus.*

14 *Quoniam impoſſibile eſt ſeparatas eſſe ab inuicem, quæ infra plenitudinem dicuntur coniugationes: adunitus autem is, impoſſibile eſt Sophiam ſine coniuge aſſumpſiſſe Labem, aut etiam generaſſe aliquid.*

15. *Quoniam in eodem Pleromate non poterat verbum & ſilentium eſſe.*

16 *Quoniam nullius momenti oſtenditur primus ordo † emiſſionum ipſorum.*

17 *Quoniam ſenſus non potuiſſet emitti, † quia ipſe emittebat reliqua.*

18 *Quid eſt emiſſio, & quoniam hæ, quæ ab his dicuntur emiſſiones, hominibus congruunt magis quàm Deo.*

19 *De quæſtionibus, quomodo & hinc ethnici veriſimilius de vniuerſorum generatione reſponderunt & gratius: & quomodo ab ipſis † quæ ſunt à Valentino initia ſumpſerunt, eiuſque ſunt ſecundum eos regulæ.*

20 *Quæſtio de omni ſpecie emiſſionis, & de Pleromatis in conſequentia.*

21 *Quoniam quæ nobis, qui ſumus ab Eccleſia, imputant ij, qui ſunt à Valentino, illis rurſum imputant hi, qui ſunt à Baſilide, & illis iterum alij.*

22 *Quoniam ſi quis tranſmotus fuerit à Demiurgo, in multos deos & in infinitos mundos excidere eum neceſſe eſt.*

23 *Oſtenſio quoniam Logos in diminutione non eſt prolatus.*

24 *Quoniam ſecundum hæreticos, voluntas Patris inuenitur feciſſe ignorantiam & Labem.*

25 Quo

25 *Quoniam Sophia nunquam in ignorantia, & in deminoratione eſt.*
26 *Oſtenſio † quomodo neque enthymeſis ſine Æone propriam habuerit ſubſtantiam, neque paſſio ſine enthymeſi.*
27 *Quoniam neque diſſolui, neque pati Æon poterat, cùm eſſet ſpiritalis, & in his, quæ ſimilia erant conuerſans.*
28 *Quoniam patris exquiſitio & inueſtigatio magnitudinis eius, neque paſſionem, neque Labem, ſed † tantùm perfectiones faciebat in Æone.*
29 *Quoniam non capit Æonem infra Pleroma, deſiderium paſſionis percepiſſe.*
30 *Quomodo de ſemine ipſorum ſermo vniuerſus inſtabilis oſtenditur.*
31 *Quoniam non ignorauit Demiurgus in eum ſeminis depoſitionem.*
32 *Et quoniam ſi in eum depoſitum fuiſſet ſemen, non potuiſſet ignorare ea, quæ ſunt ſuper eum.*
33 *Quomodo contraria de matre & Labe eius conſilia decreuerunt.*
34 *Oſtenſio quòd neque conceptio, neque generatio ſeminis fuerit.*
35 *Quoniam ex ſolutione parabolarum impropriam & inconuenientem fictionem ſuam faciunt.*
36 *Quomodo omnis numerus conſtare poteſt ex Scripturis, & typus dici omnis argumenti.*
37 *Quomodo † deſtruetur, qui eſt de numeris ipſorum, & nominibus ſermo.*
38 *Quoniam ſecundùm Legem neque imagines, neque figura exiſtunt plenitudinis ipſorum: ſed neque figuræ eſſe poſſunt.*
39 *Oſtenſio, quòd non vno anno præconiauerit Dominus poſt Baptiſmum, ſed omnem habuiſſe eum ætatem.*
40 *De diebus & horis, & menſibus, & vocabulis, & ſyllabis: de amen, & de nonagintanouem ouibus, ex quibus vna periit, & inuenta eſt.*
41 *Oſtenſio quoniam neque ſecundùm formam Pleromatis eorum facta † ſint, quæ facta ſunt, neque rurſus vanè & prout euenit.*
42 *Quoniam non poſſit conſtare per numeros veritas.*
43 *Quæ ſunt, quæ à nobis poſſunt exſolui, & quæ ſunt, quæ remittuntur Deo fabricatori.*
44 *Oſtenſio quoniam Demiurgus non ſit ſupergreſſibilis mente, neque ſuper eum alteram diuinitatem eſſe.*
45 *Quid ſit, quod à Paulo dictum eſt, Scientia inflat, dilectio autem ædificat.*
46 *Quomodo oportet parabolas exſolui.*
47 *Quoniam omnem agnitionem non poſſumus habere in hac vita.*
48 *Quomodo de emiſſionibus eorum ſermo, compoſitum oſtendit Patrem, & non ſimplicem, nec vniformem.*
49 *Quoniam non eſt veriſimile Verbum Dei tertiam habere a Patre emiſſionem.*
50 *Oſtenſio quoniam Nus Logos, & Logos Nus, & Nus ipſe eſt Pater omnium.*
51 *Quomodo Dominus quædam concedit Patri, & quæ cauſa eſt propter quam diem & horam à nemine altero cognoſci ait, niſi à ſolo Patre.*
52 *De natura animæ, quoniam ſecundùm illorum ſermonem, cum animæ ſeruentur, neceſſe eſt & corpora participare ſalutem.*
53 *Quoniam in nullo poteſt interior illorum homo ſupergredi Demiurgum.*
54 *Quoniam non eſt veriſimile hos quidem ſpiritales eſſe, Demiurgum autem animalem.*
55 *Oſtenſio, quòd non ſit animalis Demiurgus.*
56 *De aſſumptione Apoſtoli vſque ad tertium cœlum, & cur dixit, ſiue in corpore, ſiue extra corpus.*
57 *Quomodo ea, quæ aduerſus Valentinum dicuntur, omnem euertunt hæreſim.*
58 *† Conuerſio hæreticorum omnium in his, quibus non communicant cum Valentino.*
59 *Oſtenſio quòd non tranſeant animæ in alia corpora.*
60 *Oſtenſio quòd non bibant ſecundum Platonem obliuionis poculum.*
61 *Oſtenſio quoniam corpus non eſt obliuio.* E
62 *Quoniam in corporis † communionem amittit ſuas † vires anima.* † *communione.* † *virtutes.*
63 *Oſtenſio, quòd vnuſquiſque noſtrûm ſuam habeat animam, ſicut & ſuum corpus.*
64 *Quomodo perſeuerant animæ corporis habentes figuram.*
65 *Quomodo animæ cùm ſint generabiles in futurum incorruptibiles perſeuerant.*
66 *Euerſio Baſilidis cœlorum fabricationis.*
67 *Oſtenſio quoniam prophetæ non à variis diis fecerint prophetationes, ſed ab vno & eodem.*
68 *Expoſitio Hebraicorum nominum eorum, quæ in Prophetis poſita ſunt.*

PRÆFATIO SECVNDI LIBRI.

IN primo quidem libro, qui ante hunc eſt, arguentes falſi nominis agnitionem, oſtendimus tibi delectiſſime, omne ab his qui ſunt à Valentino, per multos & contrarios modos adinuentum eſſe falſiloquium, & ſententias expoſuimus eorum, qui priotes extitetunt, diſcrepantes eos ſibimetipſis oſtendentes, multo autem prius ipſi veritati. Et Marci quoque magi ſententiam, cùm ſit ex his, cum operibus eius omni diligentia expoſuimus, & quanta ex Scripturis eligentes, adaptare conantur fictioni ſuæ, diligenter retulimus: iidem quonam modo per numeros, & per viginti quatuor elemeota alphabeti veritatem affirmare conantur & audent, minutatim perexiuimus. Et quemadmodum conditionem ſecundùm imagioem inuiſibilis apud eos Pleromatis factam dicunt, & quanta de Demiurgo ſentiunt ac doceot renuntiauimus, & progenitoris ipſorum doctrinam Simonis magi Samaritani, & omnium eorum, qui ſucceſſerunt ei, manifeſtauimus. Diximus quoque multitudinem eorum qui ſunt ab eo Gnoſtici, & differentias ipſorom, & doctrinas, & ſucceſſiones adootauimus, quæque ab eis hæreſes inſtitutæ ſunt, omnes expoſuimus. Et quoniam omnes à Simone hæretici initia ſumentes, impia & irreligioſa dogmata induxerunt in hanc vitam, oſtendimus, & redemptionem ipſorum, & quomodo initiant eos qui perficiuntur, & † factiones eorum & myſteria manifeſtauimus; & quia vnus DEVS conditor, & quia non poſtremitatis fructus, & quia neque ſuper illum, neque poſt eum eſt aliquid.

F ἀνακεφαλαίωσις eorũ, quæ lib. 1. habentur. — G — *† affectionis.*

In hoc autem libro inſtruemus, quæ nobis apta ſunt, & quæ permittit tempus, & euertemus per magna capitula omnem ipſorum regulam: quapropter quòd ſit detectio & euerſio ſententiæ ipſorum, operis huius conſcriptionem ita titulauimus. Oportet enim abſconditas ipſorum coniugationes, per manifeſtarum coniugationum indicium & euerſionem Bythum diſſoluere, & quoniam neque fuerit aliquando, neque ſit acipere oſtenſionem.

Propoſitio ſequentis libri. — H

CAPVT PRIMVM.

Oſtenſio quod neque extra Pleroma ſit vniuerſorum Deus, neque extra plenitudinem eius eſſe aliquid, neque quidem duos eſſe deos immenſo interuallo ab inuicem diſtantes neque virtutem aliquam mundi fabricatricem in immenſum ſeparatam à Patre ignorante eam.

BEne igitur habet à primo & maximo capitulo inchoare nos à Demiurgo Deo, qui fecit cœlum & terram, & omnia quæ in eis ſunt, quem ij blaſpheman-

nes extremitatis fructum dicunt: & oſtendere, quod neque ſuper eum, neque poſt eum eſt aliquid: neque ab aliquo motus, ſed ſua ſententia & † liberè fecit omnia, cum ſit ſolus Deus, & ſolus Dominus, & ſolus conditor, & ſolus pater, & ſolus continens omnia, & omnibus vt ſint, ipſe præſtans. Quemadmodum enim poterit ſuper hunc alia plenitudo, aut initium, aut poteſtas, aut alius Deus eſſe: cùm oporteat Deum horum omnium pleroma in immenſo omnia circumcontinere, & circumcontineri à nemine? Si autem extra illum eſt aliquid, iam non omninum eſt pleroma, neque continet omnia. Deerit enim pleromati, aut ei qui ſit ſuper omnia Deo, hoc quod extra eum dicunt. Quod autem deeſt, & delibatum eſt ab aliquo, hoc non eſt omnium pleroma: & terminum autem, & medietatem, & finem habebit, ad eos qui ſunt extra eum. Si autē finis eſt in ea quæ ſunt deorſum, initium eſt & in ea quæ ſunt ſurſum. Similiter autem & ex reliquis partibus neceſſitas eſt omnis in id ipsū experiri, & ab eis qui foris ſunt contineri, & determinari, & includi. Is enim qui eſt deorſum finis, neceſſariò omni modo circunſcribit, & circundat eum qui firmatur in eum. Et iterum ſecundùm eos, Pater omnium, quem videlicet, & Proonta, & Proarchen vocant, cum pleromate ipſorum. Et Marcionis bonus Deus in aliquo conditus, & † recluſus, & à foris circundatus ab altera principalitate, quam neceſſe eſt maiorem eſſe; quoniam id quod continet, eo quod continetur, maius eſt: quod autem maius eſt, id & firmius eſt, & magis Dominus: & quod maius eſt, & firmius, & magis Dominus, hoc erit Deus: Cùm enim ſit ſecundùm eos & aliud quid, quod quidem extra pleroma eſſe dicunt, in quod & ſuperiorem erraticam virtutem deſcendiſſe opinantur, neceſſe eſt omni modo & continere id quod extra eſt, contineri autem pleroma: alioquin non erit extra pleroma. Si enim extra pleroma eſt aliquid, intra hoc ipſum quod extra pleroma dicunt, erit pleroma, & continebitur pleroma ab eo quod eſt extra

Cum pleromate autem ſubauditur & primus Deus, aut rurſus in immenſum diſtare & ſeparata eſſe ab inuicem, ideſt & pleroma, & quod eſt extra illud. Si autem † hæc dixerint, tertium quid erit, quod in immenſum ſeparat pleroma, & hoc quod eſt extra illud, & hoc tertium circum definit & continebit vtraque & erit maius tertium hoc pleromate, & eo quod eſt extra illud, ſicut in ſuo ſinu continens vtraque: & in infinitum de his quæ continentur, & de his quæ continent incidet ſermo. Si enim tertium hoc initium habebit in ſuperiora, & finem in inferiora, omnino neceſſitas eſt, & à lateribus definiri illud, vel inchoans vel deſinens ad alia quædam, & illa rurſus, & alia quæ ſunt ſurſum & quæ deorſum ad alia quædam habebunt initia, & hoc vſque in infinitum, vt nunquam ſtet eorum cogitatio in vno Deo; ſed per occaſionem pluſquam eſt quærendi: in id quod non ſit, excidat & abſiſtat à vero Deo. Similiter autem hæc & aduerſus eos qui ſunt à Marcione, aptata ſunt. Continebuntur enim & circunfinientur & duo Dei eius, ab immenſo interuallo quod ſeparat eos ab inuicem. Si autem id excogitandi eſt neceſſitas, ſecùndum omnem partem multos deos immenſa ſeparatione diſtantes, ab inuicem quidem inchoantes, ad inuicem autem finientes, & illa ratione qua nituntur docere ſuper fabricatorem cœli & terræ eſſe aliquod pleroma aut Deum, eadem ratione vtens quiſque aſtruet ſuper pleroma, alterum eſſe pleroma, & ſuper illud rurſus aliud, & ſuper Bythum aliud pelagus Dei. Et à lateribus autem ſimiliter eadem eſſe, & ſic in immenſum excidente ſententia, & ſemper neceſſitas erit excogitare altera pleromata, & alteros Bythos, & nunquam aliquando conſiſtere, ſemper quærentes alios præter dictos. Et erit autem incertum vtrumnam hæc ſint deorſum, quæ ſunt ſecundùm nos, an hæc ipſa ſuperiora ſint; & quæ dicuntur ab eis, ſurſum, vtrumnam ſurſum, aut deorſum ſint: & nullus ſtatus, neque firmitas continebit ſenſum noſtrum, ſed immenſos mundos, & indeterminatos deos excedere neceſſitas erit.

Et cùm ſic ſe habeant, vnuſquiſque Deus ſuis contentus erit, non curioſè aget de alienis: ſi quo minus, iniuſtus erit, & auarus, & ceſſans eſſe quod Deus eſt. Et vnaquæque conditio ſuum fabricatorem glorificabit, & ipſo ſufficiens erit, & alterum non cognoſcet: ſi quò minus, apoſtata iuſtiſſimè ab omnibus iudicatus, digniſſimam concipiet pœnam. Oportet enim aut vnum eſſe qui omnia continet, & in ſuis fecit vnumquodque eorum quæ facta ſunt, quemadmodum ipſe voluit: aut multos rurſos & indeterminatos factores & deos, ab inuicem quidem incipientes, & ad inuicem autem deſinentes per omnem partem: & alios omnes à foris † ab alterutro quodammodo recontineri, & † vel incluſos & manentes in ſuis vnum quemque eorum conſiteri neceſſitas erit, neminem autem horum omnium eſſe Deum. Deerit enim vnicuique eorum partem minimam habenti, ad comparationem omnium reliquorum, & ſoluetur Omnipotentis appellatio, & neceſſitas erit in impietatem cadere talem ſenſum. B

† ab altero quodam maiore.
† volunt.

F

Qui autem ab Angelis mundum dicunt fabricatum, vel ab alio quodam mundi fabricatore, præter ſententiam eius qui ſuper omnia Pater eſt, primò quidē ex hoc ipſo peccant, præter voluntatem primi Dei talem & tantam conditionem Angelos feciſſe dicentes: quaſi efficaciores ſint Angeli quàm Deus aut rurſus quaſi ille negligens ſit, aut minor exiſtens, aut nullam curam habens eorum quæ in propriis ipſius fiant vtrumnam malè an benè fiant: vt illud quidem diſſipet & prohibeat, alterum autem laudet & gaudeat: hoc autem ne homini quidem ſolerti applicet quis, quanto magis Deo? Poſt deinde dicant nobis, Vtrumnam in his quæ ab illo continentur, & in propriis eius, fabricata ſunt hæc, an in alienis & extra eum poſitis? Sed ſi quidem dicant extra eum, ſimiliter omnia prædicta inconuenientia occurrent eis, & includetur primus Deus ab eo qui extra eum eſt, in quo & deſinere eum neceſſe erit. G

CAPVT II.

Neque iterum in iis quæ continentur à Patre, alium quendam fabricaſſe hunc mundum, neque Patrem, per alia adminicula eam, quæ ſecundùm nos eſt feciſſe conditionem: ſed tantùm per Verbum ſuum: eſſe autem Conditorem, eum qui eſt ſuper omnia Deus, & ipſum Patrem eſſe Domini noſtri Ieſu Chriſti.

SI autem in illius valdè vanum erit præter ſententiam eius, in eius propriis, ab Angelis, & ipſis qui ſunt poteſtatis eius, aut ab alio quodam dicere fabricatum eſſe mundum, aut quaſi non omnia reſpiciat ipſe, quæ ſint in ſuis, aut non ſciat quæ ab Angelis futura ſunt. Si autem non præter voluntatem eius, ſed volente & ſciente, quemadmodum quidem opinantur, iam non Angeli, vel mundi fabricator cauſæ erunt fabricationis iſtius; ſed voluntas Dei. Si enim mundi fabricator eſt, Angelos ipſe fecit, aut etiam cauſa creationis eorum ipſe fuit, & mundum ipſe videbitur feciſſe, qui cauſas fabricationis eius præparauit: licet per longam ſucceſſionem deorſum Angelos dicant factos, vel mundi fabricatorem à primo Patre, quemadmodum Baſilides ait, nihilominus id quod eſt cauſa eorum quæ facta ſunt, in illum qui prolator fuit talis ſucceſſionis recurret quemadmodum in Regem correctio belli refertur, qui præparauit ea quæ ſunt cauſa victoriæ: & Conditio huius ciuitatis, aut huius operis, in eum, qui præparauit cauſas ad perfectionem eorum, quæ deorſum facta ſunt. Quapropter non iam ſecurim dicimus † incidere ligna, vel ſerram ſecare, vel hominem concidere & ſecare rectiſſimè quis H

† concidere.

dicat

A dicat eum, qui ipſam ſecurim & ſerram adhoc fecit, & multo prius armamenta omnia, per quæ fabricata ſunt ſecuris & ſerra. Sic igitur iuſtè ſecundùm illorum rationem, Pater omnium dicetur fabricator huius mundi, & non Angeli, neque alius quis mundi fabricator, præter illum qui fuit prolator, & prius cauſa factionis huiuſmodi præparationis exiſtens.

Sit fortaſsè hic ſermo ſuaſorius aut ſeductorius apud eos, qui ignorant Deum, & qui hominibus aſſimilant eum inopibus, & his qui non poſſunt ſtatim aliquid ex parato fabricare, ſed indigentibus multis organis ad eorum fabricationem: non autem verbo condidit omnia, & fecit, neque Angelis indigens adiutoribus ad ea, quæ fiunt: neque virtute aliqua valdè inferiori ab illo, &
Ioan. 1. ignorante patre. Neque aliqua labe, neque ignorantia, vt is qui inciperet eum cognoſcere homo fieret: ſed ipſe in ſemetipſo, ſecundùm id quod eſt inenarrabile & inexcogitabile nobis, omnia prædeſtinans fecit quemadmo-
B dum voluit, omnibus conſonantiam, & ordinem ſuum, & initium creationis donans; ſpiritalibus quidem ſpiritalem & inuiſibilem, & ſupercœleſtibus cœleſtem, & angelis angelicam, & animalibus animalem, & natantibus aquarilem, & terrigenis terrigenam, omnibus aptam qualitatis ſubſtantiam; omnia autem quæ facta ſunt, infatigabili Verbo fecit. Proprium eſt enim hoc Dei ſupereminentiæ, non indigere aliis organis ad conditionem eorum, quæ fiunt, & idoneus eſt & ſufficiens ad formationem omnium proprium eius Verbum, quemadmodum & Ioannes Domini diſcipulus ait de eo,
Ioan. 13. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. In omnibus autem eſt & hic, qui eſt ſecundùm nos mundus. Et hic ergo à Verbo eius factus eſt, ſicut ſcriptura Geneſeos dicit, Omnia quæ ſunt ſecundum nos,
Pſ. 32. 9. feciſſe Deum per Verbum ſuum. Similiter autem &
Pſ. 148. 5. Dauid exequitur. Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Cui igitur magis credemus de mundi fabricatione, hiſne qui prædicti ſunt hæreticis,
C ſic fatua & inconſtantia garrientibus, an Diſcipulis Domini, & fideli famulo Dei Moyſi & Prophetæ: Qui &
Gen. 1. 1. primò geneſim mundi narrauit, dicens, In principio Deus fecit cœlum & terram, & deinceps reliqua omnia: ſed non, dij, neque Angeli.

CAPVT III.

Quoniam inuiſibilis quidem eſt pater, ſed non incognitus, neque ignorare eum quidem poterant Angeli, licèt plurimùm deorſum
† *ſuerit* *† deiecti eſſent ab eo.*

QVoniam autem hic Deus, eſt Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti. & † de hoc Paulus Apoſtolus dixit,
† *ideo* Vnus Deus Pater, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, &
D in omnibus nobis, iam quidem oſtendimus vnum eſſe
Rom. 9. 5. Deum: ex ipſis autem Apoſtolis, & ex Domini ſermonibus dome oſtendemus. Quale enim eſt Prophetarum, & Domini, & Apoſtolorum relinquentes nos voces, attendere his, nihil ſani dicentibus. Inſtabilis igitur qui ſecundùm eos Bythus, & id quod eſt huius Pleroma, & Marcionis Deus. Siquidem (quemadmodum dicunt) extra ſe habet ſubiacens aliquid, quod vacuum & vmbram vocant: & vacuum hoc magis Pleromate ipſorum oſtenditur inſtabile. Eſt autem & hoc dicere, infra se omnia continente eo, ab altero quodam [illegible] eſſe conditionem. Oportet enim illos neceſſario vacuum aliquid & informe confiteri, in quo fabricatum eſt hoc quod eſt vniuerſum, intra ſpiritale Pleroma, & informe hoc, vtrum ſciente Propatore, quæ in eo futura erant ex ſtudio ſic reliquiſſe, an ignorante: Et ſi quidem ignorante, iam non omnium erit præſcius Deus. Sed nec quidem; cauſam reddere habebunt, propter quam rem locum hunc temporibus tantis otioſum ſic reliquit. Si autem præſcius eſt, & mente contemplatus eſt eam

E conditionem, quæ in eo loco futura eſſet, ipſe fecit eam,
qui † & præformauit eam in ſemetipſo. Quieſcant igitur † *etia*
dicere ab alio factum eſſe mundum: ſimul enim ac mente cepit Deus, & factum eſt hoc, quod mente conceperat. Nec enim poſſibile erat alium quidem mente concipere, alium verò facere, quæ ab illo mente concepta fuerant. Sed aut æternum mundum mente concepit ſecundùm eos hæreticos Deus, aut temporalem: quæ vtraque incredibilia. Sed, ſi quidem æternum eum mente concepit, & ſpiritalem, & viſibilem; talis & factus fuiſſet. Si autem talis qualis eſt; & ipſe fecit eum talem, qui talem quidem mente conceperat, aut in præſentia Patris voluit eſſe eum ſecundùm mentis conceptionem talem, & compoſitum, & mutabilem, & tranſeuntem. Cùm autem ſit talis, qualem Pater deformauerat apud ſemetipſum, dignum eſſe Patris fabricatione. Quod autem à Patre vniuerſorum mente conceptum eſt & præ-
formatum, ſic quemadmodum & factum eſt, Labis eſſe F
dicere fructum, & ignorantiæ prolationem, magnæ blaſphemiæ eſt. Erit enim ſecundum illos, Pater omnium ſecundùm ſuam mentis conceptionem in pectore ſuo Labis emiſſiones & ignorantiæ fructus generans: quæ enim mente conceperat, hæc facta ſunt.

CAPVT IV.

Quoniam inſtabile pleroma Valentini diſcipulorum.

CAuſa igitur quærenda eſt huiuſmodi diſpoſitionis Dei, ſed non fabricatio mundi alteri adſcribenda: & ante præparata omnia dicenda ſunt à Deo, vt fierent, quemadmodum & facta ſunt. Sed non vmbra & vacuitas confingenda eſt. Cæterùm, vnde vacuitas quæretur, vtrum ab omnium Patre & prolatore, ſecundùm eos &
ipſum prolatum, & eſt æqualis honore & cognatum G
reliquis Æonibus, fortè autem & antiquius ipſis. Si autem ab eodem emiſſum eſt, ſimile eſt ei qui emiſit, & his cum quibus emiſſum eſt. Neceſſitas ergo erit omni modo, & Bythum ipſorum cum Sige vacuo ſimilem eſſe,
hoc eſt vacuum eſſe: & reliquos Æonas, cum ſint vacui *D. le na.*
fratres, vacuam & ſubſtantiam habere. Si autem non eſt emiſſum, à ſe natum eſt, & à ſe generatum eſt, & æquiparans in tempore ei qui eſt ſecundùm eos Bytho omnium Patri; & ſic eiuſdem naturæ, & eiuſdem honoris erit vacuum ei qui eſt ſecundùm eos, omnium Patri. Oportet enim illum aut emiſſum eſſe ab aliquo; aut à ſe generatum, & à ſe natum eſſe. Sed ſiquidem emiſſum eſt vacuum, vacuus & prolator eſt Valentinus, vacui & ſectatores eius. Si autem non prolatum eſt, ſed à ſe generatum eſt, & ſimile eſt, & fraternum, & eiuſdem honoris id quod eſt vacuum, ei Patri qui prædictus eſt à Valentino: antiquius autem & multo ante exiſtens, &
honorificentius reliquis Æonibus ipſius Ptolemæi & He- H
racleonis, & reliquis omnibus qui eadem opinantur.

Si autem & aperiati in his confiteantur continere omnia Patrem omnium, & extra Pleroma eſſe nihil: nam neceſſitas eſt omni modo definiri eum, & circumſcribi ab aliquo maiore, & id quod extra & quod intus, dicere eos ſecundum agnitionem & ignorantiam, ſed non ſecundùm localem † ſententiam: in pleromate † *ſu* [illegible]
autem vel in his quæ continentur à Patre facta à Demiurgo, aut ab angelis quæcunque & facta ſcimus, contineri ab inenarrabili magnitudine, velut in circulo centrum, aut velut in tunica maculam: primò quidem qualis Bythus erit ſuſtinens in ſinu ſuo maculam fieri; & permittens in ſuis, alterum quendam condere vel proferre, præter ſuam mentem: Quod quidem imbecillitatem vniuerſo Pleromati afferre inciperet, cùm poſſet ab initio abſcindere labem, & eas quæ ab eo initium acceperunt emiſſiones, neque in ignorantia, neque in paſſione, neque in labe conſtitutionem creationis permittere

accipere.

Digitized by Google

accipere. Qui enim poſtea emendat labem , & velut maculam emundat labem, multo prius poterat obſeruare ne quidem initio in ſuis fieri talem maculam. Vel ſi initio quidem conceſſit, quoniam aliter fieri non poterant, quæ facta ſunt ; oportet & ſemper ſic fieri illa. Quæ enim initio non poſſunt emendationem percipere, quemadmodum hanc poſtea percipient? Aut quemadmodum homines aduocari ad perfectum dicunt, cum illa ipſa quæ ſunt cauſæ ex quibus facti ſunt homines, vel ipſe Demiurgus, vel Angeli, in labe dicantur eſſe? Si ideo quòd benignus ſit, in nouiſſimis temporibus miſertus eſt hominum, & perfectum eis dat ; illorum primò miſereri debuit, qui fuerunt hominis factores, & dare eis perfectum. Sic vtique & homines miſerationem percepiſſent, de perfectis perfecti facti. Si enim operis ipſorum miſertus eſt, multo prius illorum miſereri debuit, & non ſinere in tantum cæcitatis venire eos.

Soluetur autem eorum & ille qui eſt de vmbra & vacuo ſermo, in quibus eam quæ eſt ſecundum nos factam dicunt conditionem, ſi in his quæ continentur à Patre facta ſunt, hæc. Si enim paternum illorum lumen tale opinantur, vt omnia adimplere poſſit quæ intra eum ſunt, & omnia illuminare: quemadmodum vacuum † & vmbra in his quæ à Pleromate & à paterno lumine continentur poterat eſſe? Oportet enim eos & locum oſtendere intra Propatorem, & intra Pleroma non illuminatum, nec retentum ab aliquo: in quo aut Angeli, aut Demiurgus fecit quæcunque voluit. Nec enim modicus locus eſt, in quo tanta & talis conditio facta eſt. Neceſſitas erit itaque vniuerſa, intra Pleroma, aut intra Patrem ipſorum localiter vacuum aliquid & informe & tenebroſum fieri, in quo fabricata ſunt, quæ fabricata ſunt. Incuſationem quoque recipiet paternum ipſorum lumen, quaſi non poſſit ea quæ intra ipſum ſunt illuminare, & implere. Adhuc autem & Labis fructus dicentes ea, & erroris operam, Labem, & errorem † adducent intra Pleroma, & in ſinum Patris.

CAPVT V.

Oſtenſio non eſſe eam quæ eſt ſecundùm nos creaturam, imaginem Pleromatis eorum, neque Demiurgum Vnigeniti.

ADuerſus eos igitur qui dicunt extra Pleroma, vel ſub bono Deo hunc mundum factum, ea quæ paulò ante dicta ſunt à nobis apta ſunt; & concludentur tales cum patre ſuo, ab eo, qui eſt extra Pleroma, in quo etiam & deſinere eos neceſſe eſt. Aduerſus eos autem qui dicunt in his quæ continentur à Patre, ab aliis quibuſdam factum hunc mundum, omnia quæ nunc dicta ſunt abſurda & inconuenientia occurrent; & cogentur aut omnia lucida, & plena, & operoſa, ea quæ ſunt intra Patrem confiteri: aut paternum lumen accuſare, quaſi qui non poſſit omnia luminare: aut ſicut pars, ſic & vniuerſum Pleroma ipſorum vacuum, & indiſpoſitum, & tenebroſum confitendum. Et reliqua omnia quæcunque ſunt conditionis accuſant, quaſi temporalia ſint, & æterna choica, aut † inaccuſabilia eſſe oportet, cùm ſint intra Pleroma & in ſinu patris: aut etiam in vniuerſum Pleroma ſimiliter venient incuſationes; & cauſa ignorantiæ † inuenietur Chriſtos eorum. Sic enim dicunt, cum formaſſet ſecundum ſubſtantiam, Matrem ipſorum foras proiecit extra Pleroma, id eſt ſeparauit ab agnitione. Ipſe igitur in ea ignorantiam fecit, qui ſeparauit eam ab agnitione. Quomodo igitur idem ipſe reliquis quidem Æonibus iis, qui eo anteriores erant, præſtare agnitionem poterat; Matri autem eius cauſa eſſe ignorantiæ? Extra agnitionem enim fecit eam, extra Pleroma eam proiiciens.

Adhuc quoque ſi ſecundum agnitionem & ignorantiam intra Pleroma & extra Pleroma dicent, ſicut quidam ex ipſis dicunt, quoniam qui † ignorantiæ eſt intra, id eſt quod agnoſcit ipſum Saluatorem (quem, omnia eſſe dicunt) in ignorantia fuiſſe conſentire eos neceſſe eſt. Dicunt enim eum cum foras extra Pleroma veniſſet, formaſſe Matrem ipſorum. Si igitur id quod extra ignorantiam dicunt vniuerſorum; exiit autem Saluator ad formationem Matris ipſorum; extra agnitionem vniuerſorum factus eſt, hoc eſt in ignorantia. Quomodo igitur illi agnitionem præſtare poterat, cum & ipſa extra agnitionem eſſet? Et nos enim extra agnitionem cùm ſimus ipſorum, extra Pleroma eſſe dicunt. Et iterum, Si igitur Saluator exiuit extra Pleroma ad inueſtigationem perditæ ouis, Pleroma autem eſt agnitio, extra agnitionem factus eſt, quod eſt ignorantia. Aut enim localiter quod eſt extra Pleroma conſentire eos neceſſe eſt: & omnia quæ prædicta ſunt contraria occurrent eis. Vel ſi ſecundum agnitionem dicunt quod eſt intus, & ignorantiam quod eſt extra: Saluator illorum, & multo ante Chriſtus in ignorantia facti erunt extra Pleroma, egreſſi ad formationem matris ipſorum, quod eſt extra agnitionem.

Hæc autem aduerſus omnes qui quolibet modo vel ab Angelis, vel ab alio quodam præter † Verbum Dei mundum factum eſſe dicunt, ſimiliter adaptabuntur. Quam enim incuſationem faciunt de Demiurgo, & de his, quæ facta ſunt materialia & temporalia, recurreret in Patrem. Siquidem quemadmodum in ventre Pleromatis facta ſunt, quæ inciperent mox demum diſſolui ſecundum conceſſionem & ad placitum Patris. Iam igitur non eſt fabricator cauſa huius operationis, valde bene putans ſemetipſum fabricare, ſed qui in ſuis concedit & probat Labis prolationes & erroris opera fieri, & in æternis temporalia, & in incorruptibilibus corruptibilia, & in his quæ veritatis ſunt, ea quæ ſunt erroris. Si autem non concedente neque approbante Patre vniuerſorum facta ſunt hæc, potentior, & fortior, & dominatior is qui fecit in iis, quæ propria illius ſunt, quæcunque ille non conceſſit. Si autem non approbans conceſſit Pater ipſorum, quemadmodum quidam dicunt, aut potens prohibere conceſſit † per neceſſitatem quandam, aut non potens. Sed ſiquidem non poterat, inualidus & infirmus eſt: ſi autem potens: ſeductor, & hypocrita, & neceſſitatis ſeruus: non conſentiens quidem, concedens autem quaſi non conſentiat & initio concedens ſiſtere errorem & creſcere illum, in poſterioribus temporibus ſoluere illum conatur, quando iam multi malè perierunt per labem. Non decet autem eum qui ſuper omnia ſit Deus, cùm ſit liber & ſuæ poteſtatis, neceſſitati ſeruiſſe dicere, vt ſit aliquid ſecundùm conceſſionem præter ſententiam eius. Alioquin neceſſitatem maiorem & dominatiorem facient quàm Deum, quando id quod magis poteſt, antiquius ſit omnibus. Et ſtatim in principio cauſas abſcidere neceſſitatis debuit, & non concludere ſemetipſum ad habendam neceſſitatem, concedendo aliquid præterquam deceat eum. Multo enim melius, & conſequentius, & magis deificum erat, vt in principio initium excideret huiuſmodi neceſſitatis, quàm poſtea quaſi de pœnitentia, conaretur tantam fructificationem neceſſitatis eradicare. Et ſi neceſſitati ſeruiens erit Pater vniuerſorum, & ſub fatum cadet modeſtè ferens in his quæ fiunt præter neceſſitatem autem & fatum nihil agere poſſit: ſimiliter atque Homericus Iupiter, qui per neceſſitatem dicit. Et ego enim tibi dedi velut volens, nolente animo: ſecundum igitur hanc rationem neceſſitatis & fati inuenietur ſeruus, Bythius ipſorum.

Quomodo autem & Ignorabant vel Angeli, aut mundi fabricator primum Deum, quando in eius propriis eſſent, & creaturæ exiſterent eius, & continerentur ab ipſo? Inuiſibilis quidem poterat eis eſſe propter eminentiam, ignotus autem nequaquam propter prouidentiam. Etenim licèt valdè per deſcenſionem multum ſeparati eſſent ab eo, quo modo dicunt, ſed tamen dominio in omnes extenſo, oportuit cognoſcere dominantem ipſorum: & hoc ipſum ſcire quoniam qui creauit eos, eſt

Dominus omnium. Inuiſibile enim eius cùm ſit potens, magnam mentis intuitionem & ſenſibilitatem omnibus præſtat potentiſſimæ & omnipotentis eminentiæ. Vnde etiam ſi nemo cognoſcit Patrem niſi Filius: neque Filium, niſi Pater; & quibus Filius reuelauerit, tamen hoc ipſum omnia cognoſcunt, quando ratio mentibus infixa moueat ea & reuelet eis, quoniam eſt vnus Deus omnium Dominus, & propter hoc Altiſſimi & Omnipotentis appellationi omnia ſubiecta ſunt: & huius inuocatione, etiam ante aduentum Domini noſtri ſaluabantur homines, & à ſpiritibus nequiſſimis & à dæmoniis vniuerſis, & ab vniuerſa apoſtaſia. Non quaſi vidiſſent eum terreni ſpiritus aut dæmones, ſed cùm ſcirent quoniam eſt, qui eſt ſuper omnia Deus, cuius & inuocationem tremebant, & tremit vniuerſa creatura, & principatus, & potentia, & omnis ſubiecta virtus. Aut nunquid hi qui ſub Romanorum imperio ſunt, quamuis nunquam viderint Imperatorem, ſed valdè & per terram, & per mare ſeparati ab eo, cognoſcent propter dominium, eum, qui maximam poteſtatem habet principatus? Qui autem ſuper nos erant Angeli, vel ille quem mundi fabricatorem dicunt, non cognoſcent omnipotentem? quando iam & muta animalia tremant & cedant tali inuocationi? Et vtique non viderunt eum, tamen Domini noſtri nomini ſubiecta ſunt omnia: ſic & † vnus qui omnia fecit & condidit vocabulo, cùm alter non ſit, quàm ipſe qui mundum fecit. Et propter hoc Iudæi vſque nunc, hac ipſa aduocatione dæmonas effugant, † quando omnia timeant inuocationem eius qui fecit ea. Si itaque mutis animalibus irrationabiliores noluerint Angelos eſſe, inuenient quoniam oportebat, licet non vidiſſent hi eum qui ſuper omnia Deus eſt, vti cognoſcerent potentatum & dominium eius.

Ridiculum enim verè apparebit, ſi ſe quidem, qui ſuper terram ſunt, cognoſcere dicunt eum qui ſuper omnia eſt Deus, quem nunquam viderunt; ei autem qui eos fecit, & vniuerſum mundum ſecundum eos, non permittant, cùm ſit in ſummis & ſuper cœlos, cognoſcere ea, quæ ipſi quum ſint in humilibus ſciunt, niſi ſi fortè ſub terra in tartaro eſſe Bythum ſuum dicunt. Quapropter & primos ſe cognouiſſe eum, quam hi qui in altitudine † habitant Angeli; in tantam amentiam venientes, vti dementem pronuntient mundi fabricatorem: quorum verè quidem eſt miſereri, cùm in tanta dementia dicant neque Matrem agnouiſſe eum, neque ſemen eius, neque Pleroma Æonum, neque Propatorem, neque quid eſſent quæ fabricauit.

CAPVT VI.

Quomodo immenſus excidit de imaginibus eorum ſermo.

Eſſe autem imagines eorum quæ intra Pleroma ſunt, latenter Saluatore operato ſic fieri in honorem eorum qui ſurſum ſunt, * ignorantéque Demiurgo vniuerſa Saluatorem dicunt honoraſſe Pleroma * in conditione per Matrem, ſimilitudines & imagines eorum quæ ſurſum ſunt emittentem. Sed quoniam quidem impoſſibile erat extra Pleroma eſſe aliquid, in quo imagines dicunt factas eſſe eorum qui ſunt intra pleroma, vel ab alio quodam præter primum Deum fabricari hunc mundum oſtendimus. Si autem ſuaue eſt vndique euertere eos, & mendaces arguere, dicemus aduerſus eos, quoniam ſi in honorem eorum, quæ ſurſum ſunt, facta ſunt hæc ſecundum illorum imaginem a Saluatore, ſemper ea oportet perſeuerare, vti & ſemper ſint in honore quæ ſunt honorata. Si autem tranſeunt, quæ vtilitas huius breuiſſimi temporis honoris, qui aliquando quidem non fuit, rurſus autem non erit? Vanæ igitur gloriæ appetitor magis erit Saluator, quàm honorans quæ ſunt ſurſum, arguitur à nobis. Quis enim honor eſt æternorum eorum quæ ſemper ſunt ea, quæ ſunt temporalia; eorum quæ ſtant, ea quæ prætereunt; incorruptibilium, corruptibilia? Quandoquidem & apud homines qui ſunt temporales, nulla gratia eſt eius honoris, qui celeriter præterit: ſed eius qui plurimum quantum poteſt perſeuerat. Quæ autem ſtatim vt facta ſunt exterminantur, in contumeliam magis eorum qui putantur honorati, facta eſſe iuſtè dicentur: & contumelioſè tractari id quod eſt æternum, corrupta eius & ſoluta imagine. Quid autem non plorallet, & riſiſſet & aporiata eſſet mater ipſorum, non habuiſſe Saluator per quæ honoraret plenitudinem extremæ confuſionis, non habentis propriam ſubſtantiam, per quam honoraret Propatorem? O vanæ gloriæ honor qui ſtatim præterit, & iam non apparet. Erit aliquis Æon! in quo in totum talis honor fuiſſe non reputabitur, & inhonorata erunt tunc quæ ſunt ſurſum: aut aliam iterum neceſſe erit Matrem emittere plorantem, & aporiatam, in honorem Pleromatis. O indiſſimilis, ſimul autem & blaſphemæ imaginis? Imaginem mihi dicitis emiſſam à mundi fabricatore Vnigeniti, quem & Nun vultis eſſe Patris vniuerſorum, & imaginem hanc ignorare quidem ſemetipſam, ignorare autem & conditionem, ignorare autem & Matrem, & omne quodcunque eſt ipſorum quæ ſunt, & eorum quæ ab eo facta ſunt: & non erubeſcitis aduerſus vos ipſos ignorantiam inducentes vſque ad ipſum Monogenen? Si enim ſecundum ſimilitudinem eorum quæ ſunt ſurſum, à Saluatore facta ſunt hæc, ignorante eo, tanta qui ſecundum ſimilitudinem factus eſt: neceſſe eſt & circa eum, & ſecundum eum, ad cuius ſimilitudinem factus es is, qui ignorat huiuſmodi ignorantiam, non extiterit ſpiritaliter. Non enim poſſibile eſt cùm ſint vtrique ſpiritaliter emiſſi, neque plaſmati, neque compoſiti, in quibuſdam quidem ſimilitudinem ſeruaſſe, in quibuſdam verò deprauaſſe † imaginem ſimilitudinis, quæ in hoc ſit emiſſa, vt ſit ſecundum ſimilitudinem eius, quæ ſurſum eſt emiſſionis. Quod ſi non eſt ſimile, Saluatoris erit incuſatio, qui diſſimilem emiſit imaginem, quaſi reprobabilis artifex. Nec enim dicere poſſunt, quaſi non haberet poteſtatem emiſſionis Saluator, quem Omnia eſſe dicunt. Si igitur diſſimilis eſt imago, malus eſt artifex, & eſt culpa Saluatoris ſecundùm eos. Si autem ſimilis eſt, eadem ignorantia inuenietur circa Nun Propatoris ipſorum, hoc eſt, Monogenem: & ignorauit quidem ſemetipſum Nus Patris, ignorauit autem & Patrem, ignorauit autem & ea quæ ab eo facta ſunt. Si autem cognoſcit ille & eum qui ad ſimilitudinem eius factus eſt a Saluatore, neceſſe eſt cognoſcere quæ ſunt ſimilia, & ſoluta eſt ipſorum, ſecundùm ſuam regulam, maxima blaſphemia.

Et ſine hoc autem, quonam modo ea quæ ſunt creaturæ, ſic varia, & multa, & innumerabilia, eorum Æonum qui ſunt intra Pleroma xxx. imagines eſſe poſſunt, quorum & nomina, quæ ſunt ſecundùm quod dicunt, in eo qui eſt ante hunc libro poſuimus? Et non tantùm vniuerſæ creaturæ varietatem, ſed ne quidem partis alicuius aut cœleſtium, aut ſuperterreſtrium, aut aquatilium poterunt adaptare pleromatis ipſorum paruitati. Quoniam enim Pleroma ipſorum xxx. Æones ſunt, ipſi teſtantur: quoniam autem in vna parte ipſorum quæ dicta ſunt non xxx. ſed multa millia ſpecierum eſſe adnumerant, eos oſtendere omnis quicunque confitebitur. Quomodo igitur ea, quæ tam multa ſunt conditionis & contrariis ſubſiſtentia, & repugnantia inuicem, & interficientia alia, imagines & ſimilitudines eſſe poſſunt xxx. Æonum Pleromati; ſiquidem vnius naturæ, quemadmodum dicunt, ex æquali & ſimili exiſtant, & nullam habeant differentiam? Oportebat autem, ſi hæc illorum imagines ſunt, quemadmodum natura nequam homines dicunt quoſdam, & natura rurſus bonos, & Æonum ipſorum oſtendere tales differentias, & quoſdam quidem ex ipſis natura bonos dicere emiſſos, quoſdam autem & natura malos, vt imaginis illorum adinuentio congruens eſſet Æonibus. Adhuc autem quoniam in mundo altera quidem ſunt manſueta, altera verò fera, & quædam quidem non nocentia, quædam no-

E

F

† imaginũ ſimilitudines.

G

Supra lib. 1. c. 1. 6 & 19. Dilima.

H

centia,

centia, & reliquorum corrumpentia; & quædam quidem ſuperterreſtria, quædam aquatilia: quædam vulatilia, quædam cœleſtia, ſimiliter & Æonas oſtendere debent tales habere affectiones, ſi quidem hæc illorum imagines ſunt.

5. Et ignis autem æternus, quem præparauit Pater Diabolo & angelis eius, cuius eorum qui ſunt ſurſum Æones imago ſit, interpretari debent: & ipſe enim in conditione numeratur. Si autem excogitationis eius qui paſſus eſt Æonis dicent imagines hæc eſſe, primùm quidem impiè agent aduerſus Matrem ſuam, malorum & corruptibilium imaginem initiatricem eſſe eam dicentes. Deinde autem ea quæ ſunt multa & diſſimilia, & contraria natura, † quo iam modo vnius & eiuſdem imaginis erunt? Et ſi Pleromatis angelos multos eſſe dicent, & horum, illa quæ ſunt multa imagines eſſe; nec ſic eis conſtat. Primò enim differentias Pleromatis angelorum contrarias inuicem debent oſtendere, quemadmodum & ſubiacentes imagines contrariæ naturæ inuicem ſunt. Deinde autem cùm ſint multi & innumerabiles circa factorem angeli, quemadmodum omnes confitentur prophetæ, dena millia denum millium aſſiſtere ei, & multa millia millium miniſtrare ei; & ſecundùm eos, Pleromatis angeli angelos factoris imagines habebunt, & manet conditio integra in imagine Pleromatis, iam non conſequentibus xxx. Æonis in multiformem conditionis varietatem. Adhuc etiam, ſi ſecundùm ſimilitudinem hæc illorum facta ſunt, illa rurſus, ad † quorum ſimilitudinem † erant facta? Si enim mundi fabricator non à ſemetipſo fecit hæc, ſed quemadmodum nullius momenti artifex, & quaſi primùm diſcens puer, de alienis archetypis tranſtulit Bythus ipſorum: vnde habuit ſpeciem eius, quam primùm emiſit diſpoſitionis? Conſequens eſt igitur illum ab altero quodam, qui ſuper eum eſt, exemplum accepiſſe: & illum rurſus ab altero. Et nihilominus in immenſum excidet de imaginibus ſermo: quemadmodum & de his, ſi non fixerimus ſenſum in vnum artificem, vt in vnum Deum, qui à ſemetipſo fecit ea quæ facta ſunt. Aut de hominibus quidem, aliquis permittit à ſemetipſis vtile aliquid ad vitam adinueniſſe: ei autem Deo qui mundum conſummauit, non permittit à ſemetipſo feciſſe ſpeciem eorum quæ facta ſunt, & adinuentionem ornatæ diſpoſitionis? Vnde autem & hæ illorum imagines, cùm ſint illis contrariæ, & in nullo poſſint eis communicare? Quæ enim ſunt contraria, eorum quorum ſunt contraria, eſſe quidem poſſunt exitioſa; imagines verò nullo modo, quemadmodum aqua igni, & rurſus lumen tenebris, & alia tanta nequaquam erunt inuicem imagines. Sic nec ea quæ ſunt corruptibilia, & terrena, & compoſita, & prætereuntia, eorum quæ ſecundùm eos ſunt ſpiritalium imagines erunt: niſi ſi & ipſa compoſita, & in circumſcriptione, & in figuratione confiteantur eſſe, & non iam ſpiritalia, & effuſa, & locupletia, & incomprehenſibilia. Neceſſe eſt enim ea in figuratione eſſe, & circumſcriptione, vt ſint imagines veræ: & abſolutum eſt ea non eſſe ſpiritalia. Si autem illa ſpiritalia, & effuſa, & incomprehenſibilia dicunt; quomodo poſſunt, quæ ſunt in figura & in circumſcriptione, imagines illorum eſſe, quæ ſunt ſine figuratione & incomprehenſibilia? Si autem ſecundùm figurationem, nec ſecundùm formationem, ſed ſecundùm numerum & ordinem emiſſionis imagines ea dicent eſſe; primò quidem non ſunt imagines dicenda hæc, & ſimilitudines eorum, qui ſurſum ſunt Æonum. Quæ enim nec habitum, nec figuram illorum habent, quemadmodum imagines ſunt ipſorum? Poſt deinde & numeros, & emiſſiones ſuperiorum Æonum eoſdem & ſimiles ad eos qui ſunt conditionis adaptent. Nunc autem triginta oſtendentes Æones, & tantam multitudinem eorum, quæ ſunt in conditione, imagines eorum † quæ ſunt triginta dicentes, iuſtè vt inſenſati arguentur à nobis.

CAPVT VII.

Quomodo non eſt veriſimile ea quæ ſunt hic, vmbram Pleromatis eorum eſſe.

SI autem hæc illorum vmbram dicent eſſe, quemadmodum quidam ipſorum audent dicere, aut ſecundùm hoc imagines eſſe, neceſſe erit & corpora ipſos ea quæ ſunt ſurſum confiteri. Ea enim quæ ſurſum ſunt corpora, vmbram faciunt, non autem iam ſpiritalia, quandoquidem nulli obſcurare poſſunt. Si autem & demus illis, hoc quod quidem eſt impoſſibile, eorum, quæ ſunt ſpiritalia & lucida vmbram eſſe, in quam Matrem ſuam deſcendiſſe dicunt: tamen cùm illa ſint æterna, & ea quæ ex ipſis efficitur Vmbra ſempiterna perſeuerat, & non iam tranſeunt hæc, ſed perſeuerant cum his, quæ ſe adumbrant. Si autem hæc tranſeunt, & illa neceſſe eſt, quorum hæc ſunt vmbræ, tranſire: illis autem perſeuerantibus, † perſeuerant & vmbræ ipſorum. Si autem non †p ra
ſecundùm id quod obumbretur † dicentes eam vmbram vn
eſſe, ſed ſecundùm id quod multo ab illis ſeparata ſunt, †.
paterni luminis ipſorum puſillitatem & infirmitatem accuſabunt, quaſi non attingat vſque ad hæc, ſed deficiat adimplere id quod eſt vacuum, & diſſoluere vmbram, & hoc quando nemo ſit impedimento: in caliginem enim conuertetur ſecundùm eos, & obcæcabitur paternum lumen eorum, & deficiet in his quæ ſunt vacuitatis locis, cùm minimè poſſit adimplere omnia. Non igitur iam dicant Pleroma eſſe omnium Bythum ipſorum.

Siquidem id quod eſt vacuum & vmbra, neque adimpleuit, neque illuminauit, aut iterum Vmbram & Vacuum prætermittant: ſiquidem adimplet omnia paternum ipſorum lumen. Neque igitur extra primum Patrem, † id eſt, qui ſuper omnia eſt Deus, aut Pleroma †i
aliquid eſſe poteſt, in quod Enthymeſin paſſi Æonis deſcendiſſe dicunt, vt non definiatur & circumſcribatur ab eo, qui eſt extra, & contineatur ipſum Pleroma, vel primus Deus: neque Vacuum eſſe, aut Vmbram capiet, cùm iam ante ſit Pater, vti ne deficiat lumen eius, & definiatur in Vacuum. Irrationale eſt autem & impium adinuenire locum in quo ceſſat, & finem habet, qui eſt ſecundùm eos Propator & Proarche, & omnium Pater, & huius Pleromatis. Nec rurſus in Patris ſinu, alterum quendam dicere tantam fabricaſſe conditionem fas eſt, vel conſentiente, vel non conſentiente eo, propter prædictas cauſas. Impium eſt enim ſimiliter & demens, dicere tantam conditionem ab Angelis, aut ab emiſſione quadam ignotante verum Deum, in his quæ ſunt ipſius, fabricaſſe: neque infra Pleroma ipſorum, cùm ſit vniuerſum ſpiritale, ea quæ ſunt terrena & choica poſſibile facta eſſe: ſed ne quidem ſecundùm illorum imaginem, cùm dicitur pauci & ſimilis formationis & vnum eſſe, poſſibile eſt, & quæ ſunt multæ conditionis, & contraria inuicem facta eſſe.

CAPVT VIII.

Quam falſa vmbra & vacua eorum oſtenditur.

FAlſus autem apparuit, & qui eſt de vmbra Cenomatis, id eſt, Vacui, ipſorum ſermo, ſecundùm omnia. Itaque vacuum oſtenſum eſt figmentum eorum, & inconſtans doctrina: Vacui autem & hi qui attendunt eis, verè in profundum perditionis deſcendentes. Quandoquidem eſt mundi fabricator Deus, conſtat † & ipſis, †e
qui multis modis contradicunt ei, & confitentur eum, fabricatorem eum vocantes, & Angelum dicentes: vt non dicamus quoniam omnes clamant Scripturæ, & Dominus hunc Patrem qui eſt in cœlis docet, & non alium; quemadmodum oſtendemus procedente ſermone.

CAPVT

CAPVT IX.

Oſtenſio quoniam eſt, & ſubſtitit mundi fabricator Deus, non conſtat autem eſſe qui ſuper hunc adinuenitur pater.

NVnc autem ſufficit id quod eſt ab eis, qui contraria nobis dicunt teſtimonium, omnibus hominibus ad hoc demum conſentientibus, veteribus quidem, & in primis à Primoplaſti traditione hanc ſuadelam cuſtodientibus, & vnum Deum fabricatorem cœli & terræ hymnizantibus: Reliquis autem poſt eos à prophetis Dei, huius rei commemorationem accipientibus: Ethnicis verò ab ipſa conditione diſcentibus. Ipſa enim conditio oſtendit eum qui condidit eam; & ipſa factura ſuggerit eum, qui eam fecit; & mundus manifeſtat eum qui ſe diſpoſuit. Eccleſia autem omnis per vniuerſum orbem, hanc accepit ab Apoſtolis traditionem. Conſtante igitur hoc Deo, quemadmodum diximus, & teſtimonium ab † omnibus accipiente, quoniam eſt ille ſine dubio: qui ſecundùm eos adinuenitur pater, inconſtans & ſine teſte eſt, Simone mago primò dicente ſemetipſum eſſe ſuper omnia Deum, & mundum ab Angelis eius factum: pòſt deinde his qui ſucceſſerunt ei, ſecundùm quod oſtendimus in primo libro, variis ſententiis impias & irreligioſas aduerſus fabricatorem circunducentibus doctrinas, quorum diſcipuli cùm ſint hi, Ethnicis peiores efficiunt eos, qui aſſentiunt eis. Illi enim creaturæ potiùs quàm Creatori ſeruientes, & his qui non ſunt dij; verumtamen primum Deitatis locum attribuunt fabricatori huius vniuerſitatis Deo. Hi autem, hunc quidem Labis fructum dicentes, & animalem eum vocantes, & non cognoſcentem eam quæ ſuper eum eſt virtutem, dicentem quoque, Ego ſum Deus, & præter me non eſt alius Deus, mentiri eum dicentes, ipſi mentientes, omnem malitiam copulantes ei; eum qui non eſt ſuper hunc, quod ſit fingentes, ſecundùm ſententiam ſuam deteguntur, eum quidem qui eſt Deus blaſphemantes, eum autem qui non eſt, Deum fingentes, in ſuam ipſorum condemnationem.

CAPVT X.

De quæſtionibus & parabolis, quomodo oporteat ſoluere ea quæ quæruntur.

ET qui dicunt ſemetipſos perfectos, & vniuerſorum habere agnitionem, Ethnicis peiores, & magis blaſphemi ſenſu etiam aduerſum ſuum factorem inueniuntur. Perquam itaque irrationale eſt, prætermittentes eum qui vere eſt Deus, & qui ab omnibus habet teſtimonium, quærere ſi eſt ſuper eum is qui non eſt, & qui a nemine vnquam adnuntiatus eſt. Quoniam enim manifeſte nihil dictum eſt de eo, & ipſi teſtimonium perhibent. Quia autem parabolas quæ quæruntur & ipſæ quomodo dictæ ſint, malè ad eum qui adinuentus eſt ab ipſis transfigurantes, alium nunc qui ante nunquam quæſitus eſt, generant, manifeſtum eſt. Per hoc enim quod velint ambiguas exoluere Scripturas, ambiguas autem non quaſi ad alteram Deum, ſed quaſi ad diſpoſitiones Dei, alterum Deum † prædicauerunt, (quemadmodum prædiximus) de arena reſticulas nectentes, & quæſtioni minori quæſtionem maiorem adgenerantes. Omnis autem quæſtio, non per aliud quod quæritur habebit reſolutionem, nec ambiguitas per aliam ambiguitatem ſoluetur, apud eos qui ſenſum habent, aut ænigmata per aliud maius ænigma: ſed ea quæ ſunt talia, ex manifeſtis, & conſonantibus, & claris accipiunt abſolutiones. Hi autem his quærentes exoluere Scripturas & parabolas, alteram maiorem & impiam quæſtionem introducunt, ſiquidem ſuper mundi fabricatorem Deum, quòd alius ſit Deus, non exoluentes quæſtiones, (vnde enim?) ſed minori quæſtioni magnam quæſtionem adnectentes, & nodum inſolubilem † inſerentes. Vt enim ſciant hoc ipſum ſcire, quid vtique triginta annorum Dominus venit ad Baptiſmum veritatis, hoc non diſcentes, ipſum Deum fabricatorem, qui miſit eum ad ſalutem hominum, impiè contemnunt: & vt putentur poſſe enarrare vnde ſubſtantia materiæ, non credentes quoniam Deus ex his quæ non erant, quemadmodum voluit, ea quæ facta ſunt vt eſſent omnia, fecit ſua voluntate & virtute ſubſtantia vſus, ſermones † varios collegerunt, verè oſtendentes ſuam † infirmitatem. Quoniam quidem his quæ ſunt, non credunt: in id quod non eſt, ceciderunt.

† *Inſeruntes*. Luc. 3. 23. † *varias* † *infidelitatem*.

Quod enim dicunt ex lacrymis Achamoth, humectam prodiiſſe ſubſtantiam, à riſu autem lucidam, à triſtitia autem ſolidam, & à timore mobilem; & in his altum ſapere, & inflatum eſſe, quomodo hæc non digna irriſione, & verè ridicula? qui non credunt quidem, quoniam ipſam materiam, cùm ſit potens & diues in omnibus Deus, creauit: neſcientes quantum poteſt ſpiritalis & diuina ſubſtantia, credentes autem quoniam Mater ipſorum, quam fœminam à fœmina vocant, à prædictis paſſionibus emiſit tantam conditionis materiam: † exquirentes quidem vnde ſuppeditauit fabricatori conditionis ſubſtantia; non quærentes autem vnde matri ipſorum, quam Enthymeſin & impetum Æonis errantis dicunt, lacrymas tantas aut ſudores, aut triſtitias, aut reliqua materiæ emiſſio.

Lib. 1. cap. 1. † *& quærentes*.

CAPVT XI.

Quoniam ſubſtantiam materiæ labi adtingere non conſtat, voluntate autem & virtute Dei conſtat, & fidem habet.

ATtribuere enim ſubſtantiam eorum quæ facta ſunt, virtuti & voluntati eius qui eſt omnium Deus, & credibile, & acceptabile, & conſtans, & in hoc bene † dicetur: quoniam quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum. Quoniam homines quidem de nihilo non poſſunt aliquid facere, ſed de materia ſubiacenti: Deus autem, quàm homines hoc primò melior, eo quòd materiam fabricationis ſuæ cùm antè non eſſet, ipſe adinuenit. Dicere autem de Enthymeſi Æonis errantis prolatam materiam, & longè quidem Æonem ab Enthymeſi eius ſeparatum, & hanc rurſus paſſionem & affectionem extra ipſam quidem eius eſſe materiam, & incredibile, & fatuum, & impoſſibile, & inconſtans: & non credentes quidem quoniam hic qui eſt ſuper omnia Deus, in his quæ ſunt eius, varia & diſſimilia verbo fabricauit, quemadmodum ipſe voluit, cùm ſit omnium fabricator, vt ſapiens architectus, & maximus rex.

† *dicetur*. Matt. 19. 26.

CAPVT XII.

Contradictiones his qui ſunt à Valentino.

CRedentes autem quoniam Angeli, aut virtus aliqua ſeparata à Deo, & ignorans eum, fecit hanc vniuerſitatem. Sic igitur & veritati non credentes in mendacio autem voluntates perdiderunt panem vitæ veræ, in vacuum & in profundum vmbræ incidentes, ſimiles Æſopi cani, ei qui panem quidem reliquit; in vmbram autem eius impetum fecit, & perdidit eſcam.

Et ex ipſius autem Domini verbis facilè eſt oſtendere, confiteotis vnum Patrem & † factorem mundi, & plaſmatorem hominis, qui à lege & propheris annuntiatus ſit, & alterum neſcientis, & hunc eſſe ſuper omnia Deum: † docentis autem & per ſe eam, quæ eſt ad Patrem adoptio filiorum, quæ eſt æterna vira omnibus iuſtis attribuentis. Sed quoniam amant incuſare & ea quæ ſunt ſine calumnia, vt calumnioſi † concutiunt, multitudinem parabolarum & quæſtionum inferentes nobis, bene hæc arbitrati ſumus primò interrogare eos è contrario de ſuis dogmatibus, & quod non eſt veriſimile ipſorum oſtendere, & temeritatem ipſorum excidere. Poſt deinde Domini ſermones † inſerere, vt non ſint tantùm ad proponendum † vacantes: ſed propter hoc quòd non poſſint ad ea quæ interrogantur ratiooe reſpondere, diſſolutam ſuam videntes argumentationem, aut reuertentes ad veritatem, & ſemetipſos humiliantes, & ceſſantes à multifaria ſua phantaſia, placantes Deum de his quæ aduerſus eum blaſphemauerunt, ſaluentur: aut ſi perſeuerarint in ea quæ præoccupauit animum ipſorum vana gloria, argumentatiunem ſuam immutent.

CAPVT XIII.

Quomodo is ſermo qui eſt de triacontade illorum concidit in vtroque, & ſecundùm id quod plus eſt, & ſecundùm id quod minus.

PRimò quidem de Triacontade ipſorum ſic dicamus, vniuerſam eam vtrinque † concidere, & ſecundùm id quod minus habet, & ſecundùm id quod plus, propter † quod dicunt triginta annorum Dominum ad Baptiſmum veniſſe. Hæc autem dicentes manifeſta erit vniuerſæ argumentationis ipſorum euerſio: & ſecundùm deminorationem quidem ſic. Primò quidem quoniam annumerant reliquis Æonibus Propatorem. Pater enim omnium † annumerari non debet cum reliqua emiſſione: qui non eſt emiſſus, cum ea quæ emiſſa eſt: & innatus, cum ea quæ nata eſt: & quem nemo capit, cum ea quæ ab eo capitur, & propter hoc incapabilis: qui figuratus non eſt, cum ea quæ figurata eſt: ſecundùm enim id quod melior quàm reliqui, non debet cum eis annumerari; & hoc cum Æone paſſibili, & in errore conſtituto, qui eſt impaſſibilis, & oon errans.

CAPVT XIV.

Quoniam impoſſibile eſt ſeparatas eſſe ab inuicem eas quæ infra plenitudinem dicuntur coniugationes: adunitis autem iis, impoſſibile eſt Sophiam ſine coniuge aſſumpſiſſe Labem, aut etiam generaſſe aliquid.

QVoniam enim à Bytho inchoantes, triacontada enumerant vſque ad Sophiam, quam Æooem errantem dicunt, oſtendimus in eo libro qui eſt ante hunc librum, & quæ dicunt nomina ipſorum poſuimus: hoc autem non annumerato, iam non ſunt xxx. ſecundùm eos emiſſiones Æonum, ſed xx. & nouem ſunt. Pòſt deinde primam emiſſionem Ennœam, quam Sigen vocantes, ex qua ruſum Nuo & Alethiam emiſſos dicunt: in vtriſque exorbitant. Impoſſibile eſt enim Ennœan alicuius, aut Silentium ſeparatim intelligi, & extra eum emiſſum propriam habere figurationem. Si autem noo dicent eſſe emiſſam illam extra, ſed adunatam Propatori; vt quid cum reliquis Æonibus annumerant eam his qui non ſunt adunati, & propter hoc ignorant magnitudinem eius? Si autem & vnita eſt, conſideremus & hoc: neceſſitas eſt omnis ab vnita coniugatione, & inſeparabili, & vna exiſtente, indiſcretam, & voitam eam quæ ex ea eſt emiſſionem fieri, vt non diſſimilis ſit ab eo qui emiſit.

Hoc autem ſe ſic habente, vnum & idem fiet, quemadmodum Bythus & Sige, ſic & Nus, & Alethia ſemper adhærentes inuicem, & quòd non poſſit alterum ſine altero intelligi: quemadmodum neque aqua ſine humectatione, neque ignis ſine calore, neque lapis ſioe duritia: vnita ſunt enim inuicem hæc: & alterum ab altero ſeparari non poteſt, ſed ſemper coëxiſtere. Sic & Bythum cum Ennœa adunitum eſſe oportet, & Nun cum Alethia, eodem modo ruſus & Logos & Zoe ab vnitis emiſſi, vnitos eſſe & vnum eſſe debent. Secundùm hæc autem, & Homo & Eccleſia, & vniuerſa reliquorum Æonum coniugationis emiſſio, vnita eſſe debet, & ſemper coëxiſtere alterum ab altero. Fœminam enim Æonum pariter eſſe oportet cum maſculo ſecundùm eos, cùm ſit velut affectio eius. Et hæc cùm ita ſe habeant, & cùm hæc dicantur ab ipſis, ruſus impudoratè audent docere iuniorem duodecadis Æonem, quem & Sophiam appellant, ſine permixtione coniugis, quem Teletum vocant, paſſam eſſe paſſionem, & ſeparatim ſine eo fructum generaſſe, quem & fœminam à fœmina nominant, io tantùm dementiæ progreſſi, ita vt manifeſtiſſimè duas contrarias de eodem ſententias cenſeant. Si enim Bythus adunitus eſt cum Sige, & Nus cum Alethia, & Logos cum Zoe, & reliqui deinceps, quemadmodum poterat Sophia ſine coniugis perplexione pati aliquid, vel generare? Si autem hæc ſine illo paſſa; neceſſe eſt & reliquas coniugationes abſceſſionem & ſeparationem à ſemetipſis accipere: quod eſt impoſſibile, ſicut prædiximus. Impoſſibile eſt ergo & Sophiam paſſam eſſe ſine Teleto: & ſoluta eſt ipſorum ruſus omnis argumentatio.

CAPVT XV.

Quoniam in eodem pleromate non poterat Verbum & Silentium eſſe.

DE paſſiooe enim quam ſine complexione coniugis paſſam eam dicunt, iterum reliquam voiuerſam velut tragœdiæ compoſitionem affinxerunt. Si autem impudoratè & reliquas coniugationes diſiunctas ab inuicem dixerint eſſe ſeparatas propter nouiſſimam coniugationem, vti non ſoluatur illorum vaniloquium: primò quidem impoſſibili inſiſtunt rei. Quemadmodum enim ſeparabunt Propatorem ab Ennœa eius, aut Nun ab Alethia, aut Logon à Zoe, & reliquos ſimiliter? Quemadmodum autem & ipſi ad vnitatem recurrere dicunt, & omnes vnum eſſe; ſiquidem hæ quæ ſunt intra Pleroma coniugationes, vnitatem non cuſtodiunt, ſed diſtantes ſunt ab inuicem, in tantum vti & patiantur, & generent ſine alterius complexu quemadmodum gallinæ ſine caponibus.

Poſt demùm & ſic ſoluetur illorum ruſum prima archegonos Ogdoas. Erunt enim ſpecialiter in eodem Pleromate Bythus & Sige, Nus & Alethia, Logos & Zoe, Anthropos & Eccleſia. Impoſſibile eſt autem Logo præſente Sigen eſſe, aut iterum Sige præſente Logon oſtendi. Hæc enim conſumptibilia ſunt inuicem, quemadmodum lumen & tenebræ in eodem nequaquam erunt, ſed ſi quidem lumen ſit, non ſunt tenebræ: vbi autem tenebræ ſunt, non erit lumen: veniente enim lumine, ſolutæ ſunt tenebræ. Sic vbi eſt Sige, non erit Logos; & vbi Logos, non vtique eſt Sige. Si autem Endiatheton Logon dixerint, Endiathetos erit & Sige; & nihilominus ſoluetur ab Endiatheto Logo. Quoniam autem non eſt Endiathetos, ipſa hæc ordinatio ipſorum emiſſiones ſignificat. Iam igitur non dicant primam & principalem Ogdoaden ex Logo & Sige conſtare, ſed aut Sigen aut Logon refutent, &

ſoluta eſt illorum prima & principalis Ogdoas. Si enim vnitas coniugationes dixerint, ſoluta eſt eorum vniuerſa argumentatio. Quomodo enim vnitis eis, Sophia ſine coniuge Labem generauit? Si autem ſicut in emiſſione vnumquemque ex Æonibus propriam ſubſtantiam habere dicent: quemadmodum in eodem oſtendi poteſt Sige & Logos? Et hæc quidem ſecundùm diminutionem.

Secundùm autem id quod plus eſt, rurſus ſoluitur triacontas ipſorum ſic. Emiſſum enim à Monogene dicunt ſicut & reliquos Æonas, Horon, quem plurimis nominibus vocant, ſicut prædiximùs in eo qui ante hunc eſt liber. Hunc autem Horon quidam quidem à Monogene emiſſum dicunt, alij verò ab ipſo Propatore in ſimilitudine ſua; adhuc etiam emiſſionem dicunt factam à Monogene Chriſto, & Spiritu ſancto: & hos non annumerant ad numerum Pleromatis: ſed neque Saluatorem, quem etiam totum eſſe dicunt. Hoc enim manifeſtum eſt & cæco, quoniam non ſolùm triginta emiſſiones ſecundùm illos emiſſæ ſunt, ſed quatuor cum iſtis xxx. Ipſum enim Propatorem annumerant in Pleroma, & eos qui ex ſucceſſione ab inuicem emiſſi ſunt, quod iſti non non annumerabuntur illis in eodem Pleromate exiſtentes, qui adepti ſunt eandem emiſſionem. Quam enim & dicere poſſunt iuſtam cauſam, ob quam non annumerant cum reliquis Æonibus, neque Chriſtum, quem volente Patre à Monogene dicunt eſſe emiſſum, neque Spiritum ſanctum, neque Horon, quem & Sotera dicunt; ſed neque ipſum Saluatorem qui venit ad auxilium, & formationem matris ipſorum? Vtrum quaſi ſint iſti † infirmiores illorum, & ideo indignos eſſe Æonum appellatione & numero: aut quaſi meliores ſint & differentes? Sed infimi quidem quomodo fient: qui etiam in fixionem & emendationem reliquorum emiſſi ſunt? Meliores autem rurſus prima & principali tetrade eſſe non poſſunt, à qua & emiſſi ſunt: & illa enim annumerantur in prædictum numerum. Oportuerat autem & iſtos annumerari in Pleromate Æonum: aut & illorum Æonum honorem huiuſmodi appellationis auferri. Cùm ergo ſit ſoluta illorum triacontas, ſicut oſtendimus, & ſecundùm id quod minus eſt, & ſecundùm id quod plus eſt; in tali enim numero ſi plus fuerit, aut minus, reprobabilem faciet numerum, quanto magis tanta? Inſtabilis igitur ea quæ eſt de Ogdoade ipſorum, & de duodecade fabula. Inſtabilis autem & vniuerſa illorum regula, ipſo firmamento ipſorum diſſipato; & in Bythum, hoc eſt, in id quod non eſt, diſſoluto. Quærant igitur iam amodo alias cauſas oſtendere, quare xxx. annorum Dominus ad Baptiſmum venerit; & duodecadis Apoſtolorum; & eius quæ eſt ſanguinis profluuium paſſa: & reliquorum quæcunque vane laborantes delirant.

CAPVT XVI.

Quomodo nullius momenti oſtenditur primus ordo emiſſionis ipſorum.

ET ipſum quidem primum ordinem emiſſionis ipſorum reprobabilem eſſe ſic oſtendimus. Emiſſum enim dicunt de Bytho & huius Ennœa, Nun & Alethian, quod quidem contrarium oſtenditur. Nus enim eſt ipſum quod eſt principale, & ſummum, & velut principium, & fons vniuerſi ſenſus. Ennoia autem quæ ab hoc eſt, qualiſlibet & de quolibet facta motio. Non capit igitur ex Bytho & Ennoia emiſſum eſſe Nun: veriſimilius enim erat dicere eos, de Propatore, & de hoc Nu emiſſam eſſe filiam Ennoiam. Non enim Ennoia mater eſt Noos, ſicut dicunt: ſed Nus pater ſit Ennoiæ. Quemadmodum autem & emiſſus eſt Nus à Propatore, qui principalem, & primum eius, qui eſt intus abſconditæ & inuiſibilis affectionis locum continet, à qua ſenſus generatur, & Ennoia, & Enthymeſis, & alia quæ non alia ſunt præter Nun, ſed illius ipſius, quemadmodum prædiximus, de aliquo in cogitatu diſpoſitæ qualiſlibet motionis ſecundùm perſeuerationem & augmentum, non ſecundùm immutationem vocabula accipientis, & in cognitionem conterminatæ, & in verbum coëmiſſæ ſenſu manente intus & condente, & adminiſtrante, & gubernante liberè, & ex ſua poteſtate, quemadmodum & vult, quæ prædicta ſunt. Prima enim motio eius de aliquo, Ennoia appellatur; perſeuerans autem & aucta, & vniuerſam apprehendens animam, Enthymeſis vocatur. E

Hæc autem Enthymeſis multum temporis faciens in eodem, & velut probata ſenſatio nominatur. Hæc autem ſenſatio in multum dilatata, conſilium facta eſt; augmentum autem & motus in multum dilatatus, conſilij, cogitationis examinatio, quæ etiam in mente perſeuerans, verbum rectiſſimè appellabitur; ex quo emiſſibile emittitur verbum. Vnum autem & idem eſt omnia quæ prædicta ſunt, à Nóque initium accipientia, & ſecum augmentum aſſumentia appellationis. Quemadmodum & corpus hominis aliquando quidem nouellum, aliquando quidem virile, aliquando autem ſenile; ſecundùm augmentum & perſeuerantiam accepit appellationes: ſed non ſecundùm ſubſtantiæ demutationem, non ſecundùm corporis amiſſionem: ſic & illa. De quo enim quis contemplatur, de eo & cogitat: & de quo cogitat, de hoc & ſapit: de quo autem & ſapit, de hoc & conſiliatur: & quod conſiliatur, hoc & animo tractat: & quod animo tractat, hoc & loquitur. Hæc autem omnia quemadmodum diximus, Nus gubernat, cùm ſit ipſe inuiſibilis, & à ſemetipſo, per ea quæ prædicta ſunt, ſicut per radium emittens verbū, ſed non, ipſe ab alio emittitur. F

Et hæc quidem in hominibus capit dici cùm ſint compoſiti natura, & ex corpore & anima ſubſiſtentes: qui autem dicunt ex Deo emiſſam eſſe Ennœam, & ex Ennœa Nun, deinceps ex iis Logon, primò quidem arguendi ſunt improprie emiſſionibus vſi; poſt deinde hominum affectiones, & paſſiones, & intentiones mentis deſcribentes, Deum autem ignorantes qui quidem ea quæ obueniunt hominibus ad loquendum ei, applicant omnium Patri, quem etiam ignotum omnibus dicunt, negantes quidem ipſum mundum feciſſe, vt ne quidem puſillus putetur: hominum autem affectiones & paſſiones donantes. Iſa. 55, 8. *Quid piis de Deo ſentiendum.* G

Si autem Scripturas cognouiſſent, & à veritate docti eſſent, ſcirent vtique quoniam non † ſit Deus, quemadmodum homines; & non ſic cogitationes eius, quomodo cogitationes hominum. Multum enim diſtat omnium Pater ab his quæ proueniunt hominibus affectionibus & paſſionibus: & ſimplex, & non compoſitus, & ſimilimembrius, & totus ipſe ſibimetipſi ſimilis, & æqualis eſt totus, cùm ſit ſenſus & totus ſpiritus, & totus ſenſu habilitas, & totus Ennœa, & totus ratio, & totus auditus, & totus oculus, & totus lumen, & totus fons omnium bonorum, quemadmodum adeſt religioſis ac piis dicere de Deo. Eſt autem & ſuper hæc, & propter hæc inenarrabilis. Senſus enim capax omnium bene & recte dicetur, ſed non ſimilis hominum ſenſui: & lumen rectiſſimè dicetur, ſed in his nihil ſimile ei, quod eſt ſecundum nos lumini. Si autem & in reliquis omnibus nulli ſimilis erit omnium Pater hominum puſillitati: & dicitur quidem ſecundùm hæc propter dilectionem, ſentitur autem ſuper hæc ſecundùm magnitudinem. Si igitur & in hominibus ipſe quidem ſenſus non emittitur, neque ſeparatur à vtuo is qui emittit reliqua, motiones autem eius & affectus perueniunt ad manifeſtum: multò magis Dei, qui totus ſenſus eſt, ipſe à ſemetipſo nequaquam ſeparabitur, neque quaſi ab alio aliud emittitur. † ſic H

CAPVT XVII.

Quoniam ſenſus non potuiſſet emitti, quia ipſe emittebat reliqua.

SI enim ſenſum emiſit, ipſe qui emiſit ſenſum ſecundùm eos compoſitus & corporalis intelligitur, vt ſit

ſeparatim quidem qui emiſit, Deus: ſeparatim autem qui emiſſus eſt, ſenſus. Si autem de ſenſu ſenſum dicant emiſſum, præcidunt ſenſum Dei & partiuntur. Quo autem, & vnde emiſſus eſt? Quod enim ab aliquo emittitur, in aliquod ſubiectum emittitur. Quid autem ſubiacebat antiquius, quàm ſenſus Dei, in quo emiſſum dicunt eum? Quantus autem & erat locus, vt ſuſciperet & caperet Dei ſenſum? Si autem, quemadmodum à Sole radium dicunt, ſicut ſubiacet aër hic ſuſceptor; & antiquior erit, quàm ipſe radius, & illic oſtendant ſubiacens aliquid in quo emiſſus eſt ſenſus Dei, capabile eius & antiquius: pòſt oportebit, quemadmodum Solem minorem eſſe, quem omnia videmus longè à ſemetipſo emittentem radios, ſic & Propatorem dicere extra & longè à ſemetipſo emiſiſſe radium. Quidnam autem extra aut longè ſentiri à Deo poteſt, in quod radium emiſit?

Si autem non emiſſum extra Patrem illum dicant, ſed in ipſo Patre; primò quidem ſuperfluum erit etiam dicere emiſſum eſſe eum. Quemadmodum enim emiſſus eſt, ſi intra Patrem erat? Emiſſio enim eſt eius, quod emittitur, extra emittentem manifeſtatio. Poſt deinde hæc emiſſio, & is qui ab eo Logos erit intra Patrem, ſimiliter autem & reliquæ Logi emiſſiones dicuntur. Iam igitur non ignorabunt Patrem, cum intra eum ſint; nec ſecundùm deſcenſionem emiſſionum quis cognoſcet eum, vndique omnes à Patre æqualiter circundati: ſed & impaſſibiles omnes ſimiliter perſeuerabunt, cùm ſint in paternis viſceribus, & in deminoratione nemo ipſorum erit. Non enim eſt deminoratio Pater, niſi fortè, velut in circulo magno minor continetur circulus, & intra hunc rurſus alter minor: aut velut ſphæræ ſimilitudine, aut tetragoni Patrem dicant intra ſe vndique continere ſphæræ ſimilitudinem, vel quadratam reliquam Æonum emiſſionem, vnoquoque illorum circundato, ab eo qui eſt ſuper eum maior; & circundante eum, qui poſt ſe eſt, minorem; & propter hoc minorem & vltimum omnium in medio conſtitutum, & multum à Patre ſeparatum, ignoraſſe Propatorem. Si autem hæc dixerint, in figura & circunſcriptione concludent Bythum ipſorum, & circundantem, & circundatum: cogentur enim & extra illum confiteri eſſe aliquid, quod circundet eum. Et nihilominus in immenſum, de his qui continent & continentur incidet ſermo: & corpora incluſa eſſe, & omnes manifeſtè apparebunt: adhuc etiam aut vacuum eſſe eum confitebuntur; aut omne quod eſt intra eum, omnes ſimiliter participabunt de Patre.

C A P V T XVIII.

Quid eſt emiſſio, & quoniam hæ, quæ ab iis dicuntur emiſſiones, hominibus congruunt, magis quàm Deo.

QVemadmodum in aqua circulos ſi quis faciat; vel rotundas vel quadratas figuras, omnia hæc ſimiliter participabunt de aqua. Quemadmodum & quæ in aëre fabricabuntur, neceſſe eſt participare de aëre; & quæ in lumine, de lumine. Sic & qui ſunt intra eum, omnes ſimiliter participabunt de Patre, ignorantia apud eos locum non habente. Vbi enim participatio Patris adimplentis? Si autem adimpleuit; illic & ignorantia non erit. Soluetur igitur ipſorum deminorationis opera, & materiæ emiſſio, & reliqua mundi fabricatio; quæ ex paſſione, & ignorantia volunt ſubſtantiam habuiſſe. Si autem vacuum illum confitebuntur, in maximam incidentes blaſphemiam, denegabunt id quod eſt ſpiritale eius. Quemadmodum enim eſt ſpiritalis is, qui ne quidem ea quæ intra eum ſunt, adimplere poteſt? Hæc autem, quæ dicta ſunt de ſenſus emiſſione, ſimiliter & aduerſus eos, qui à Baſilide ſunt, aptata ſunt: & aduerſus reliquos Gnoſticos, à quibus & hi initia emiſſionum accipientes, conuicti ſunt in primo libro.

Sed quoniam quidem reprobabilis & impoſſibilis prima. Noos, id eſt ſenſus ipſorum emiſſio eſt, manifeſtè oſtendimus. Videamus autem & de reliquis. Ab hoc enim Logon & Zoen fabricatores huius Pleromatis dicunt emiſſos, & Logi, id eſt Verbi, quidem emiſſionem ab hominum affectione accipientes; & addiuinantes aduerſus Deum, quaſi aliquid magnum adinuenientes in eo quòd dicunt à Nu eſſe emiſſum Logon; quod quidem omnes videlicet ſciunt, quoniam in hominibus quidem conſequenter dicatur: in eo autem qui ſit ſuper omnes Deus, totus Nus, & totus Logos cùm ſit, quemadmodum prædiximus, & nec aliud antiquius nec poſterius, aut aliud anteriùs habente in ſe; ſed toto æquali & ſimili & vno perſeuerante, iam non talis huius ordinationis ſequetur emiſſio. Quemadmodum qui dicit eum totum viſionem; & totum auditum, in quo autem videt, in ipſo & audit; & in quo audit, in ipſo & videt, non peccat: ſic & qui ait, totum illum ſenſum, & totum verbum, & in quo ſenſus eſt, in hoc & verbum eſſe, & verbum eſſe eius hunc Nun, minus quidem adhuc de Patre omnium ſentiet: decentiora autem magis quàm hi; qui lationem prolatiui hominum verbi transferunt in Dei æternum Verbum, & prolationis initium donantes & geneſin, quemadmodum & ſuo verbo. Et in quo diſtabit Dei Verbum, imò magis ipſe Deus, cum ſit Verbum, à verbo hominum, ſi eandem habuerit ordinationem & emiſſionem generationis?

Peccauerunt autem & circa Zoen, dicentes eam ſexto loco emiſſam, quam oportebat omnibus præponere, quoniam Deus vita eſt, & incorruptela, & veritas: & non ſecundùm deſcenſionem, & quæ ſunt alia acceperunt emiſſiones; ſed earum virtutum quæ ſemper ſunt cum Deo appellationes ſunt, quemadmodum poſſibile eſt & dignum hominibus audire & dicere de Deo. Appellatione enim Dei coobaudient ſenſus, & verbum, & vita, & incorruptela, & veritas, & ſapientia, & bonitas, & omnia talia. Et neque ſenſum vita antiquiorem aliquis poteſt dicere, ipſe enim ſenſus vita eſt, nec vitam poſteriorem à ſenſu, vti non fiat aliquando ſine vita is qui eſt omnium ſenſus, id eſt Deus. Si autem dixerint in Patre quidem fuiſſe vitam, ſexto autem loco prolatam, vt viuat Verbum: multò ante eam quidem oportebat quarto loco emitti, vt viuat Nus. Et adhuc etiam ante hunc cum Bytho vt viuat Bythus ipſorum: cum Propatore enim ipſorum adnumerare quidem Sigen, & hanc coniugem ei donare, non connumerare autem Zoen, quomodo non ſuper omnem eſt inſipientiam?

De ea autem quæ eſt ex his ſecunda emiſſione Hominis & Eccleſiæ, ipſi patres eorum falsò cognominati Gnoſtici, † impugnant aduerſus inuicem ſua propria † indicantes; & malos fures ſemetipſos conuincentes, aptabiles eſſe magis † emiſſiones dicentes vti veriſimile ex homine verbum: ſed non ex verbo hominem emiſſum, & eſſe hominem verbo anteriorem, & hunc eſſe qui eſt ſuper omnia Deus. Et vſque hoc quidem, quemadmodum prædiximus, omnes hominum affectiones & † monitiones mentis, & generationes intentionum, & emiſſiones verborum coniicientes veriſimiliter, non veriſimiliter mentiti ſunt aduerſus Deum. Ea enim quæ accidunt hominibus, & quæcunque patientes ipſi recognoſcunt, ad diuinam rationem adducentes, apta dicere videntur apud eos qui ignorant Deum, & per humanas has paſſiones tranſducentes eorum paſſiones, ſenſum, geneſin, & probolen quinto loco Verbo Dei enarrantes mirabilia myſteria & inenarrabilia, & alta, à nullo alio † cogitata dicunt ſe docere, de quibus & dixerit Dominus: Quærite & inuenietis, vt quærant ſcilicet, qui de Bytho, & Sige, & Nu, & Alethia proceſſerunt: ii ſunt ex eis rurſus & Logos, & Zoe; dehinc ex Logo & Zoe, Anthropos & Eccleſia.

†pu †vi ean †ei ni †n nes †ci Mat. 7.

CAPVT

CAPVT XIX.

De quæſtionibus, quomodo & hinc Ethnici veriſimilius de vniuerſorum generatione reſponderunt & gratius: & quomodo ab ipſis, quæ ſunt à Valentino initia ſumpſerunt, eiuſque ſunt ſecundùm eos regulæ.

MVlto veriſimilius & gratius de vniuerſorum geneſi dixit vnus de veteribus comicis Antiphanes in Theogonia. Ille enim de nocte & ſilentio Chaos emiſſum dicit, dehinc de Chao & nocte Cupidinem, & ex hoc lumen, dehinc reliquam ſecundùm eum primam deorum geneſin. Poſt quos rurſus ſecundam deorum generationem induxit, & mundi fabricationem; dehinc de ſecundis diis narrat hominum plaſmationem: vnde ipſi aſſumentes ſibi fabulam, quaſi naturali diſputatione commenti ſunt, ſolummodo demutantes eorum nomina, idipſum autem vniuerſorum generationis initium & emiſſionem oſtendentes, pro nocte & ſilentio, Bythum & Sigen nominantes; pro Chao autem, Nun; & pro Cupidine, (per quem, ait Comicus, reliqua omnia diſpoſita) hi Verbum attraxerunt; & pro primis ac maximis diis, Æonas formauerunt; & pro ſecundis diis, eam quæ eſt extra Pleroma matris ipſorum enarrant diſpoſitionem, ſecundam Ogdoadem vocantes eam; ex qua mundi fabricationem, & plaſmationem hominum ſimiliter atque illi annuntiant, inenarrabilia, & incognita myſteria ſolos ſe dicentes ſcire, quæ vbique in theatris ab hypocritis & ſplendidiſſimis vocibus comœdiſantur, transferentes in ſuum argumentum, imò verò hiſdem argumentis docentes, tantum immutantes nomina. Et non ſolum quæ apud Comicos poſita ſunt, arguuntur, quaſi propria proferentes; ſed etiam quæ apud omnes, qui Deum ignorant, & qui dicuntur Philoſophi, ſunt dicta, hæc congregant, & quaſi centonem ex multis & peſſimis panniculis conſarcientes ſuperficiem ſubtili eloquio ſibiipſis præparauerunt, nouam quidem introducentes doctrinam, propterea quòd ad nunc noua arte ſubſtituta ſit: veterem autem & inutilem, quoniam quidem de veteribus dogmatibus ignorantiam & irreligioſitatem olentibus, hæc eadem ſubſecuti ſunt. Thales quidem Mileſius vniuerſorum generationem & initium aquam dixiſſe. Idem autem eſt dicere aquam & Bythum.* Homerus autem poëta Oceanum deorſum geneſin, & matrem Thetin dogmatizauit: quæ quidem hi in Bythum & Sigen tranſtulerunt. Anaximander autem hoc quod immenſum eſt, omnium initium ſubiecit ſeminaliter habens in ſemetipſo omnium geneſin, ex quo immenſos mundos conſtare ait: & hoc autem in Bythum & in Æonas ipſorum transfigurauerunt. Anaxagoras autem, qui & Atheus cognominatus eſt, dogmatizauit facta animalia, decidentibus è cœlo in terram ſeminibus: quod & hi ipſi in Matris ſuæ tranſtulerunt ſemina, & eſſe hoc ſemen ſeipſos ſtatim confitentes apud eos, qui ſenſum habent, & ipſos eſſe quæ ſunt Anaxagoræ irreligioſi ſemina. Vmbram autem & vacuum ipſorum à Democrito & Epicuro ſumentes ſibimetipſis aptauerunt, cùm illi primum multum ſermonem fecerint de vacuo, & de atomis, quorum alterum quidem quid eſſet, vocauerunt: alterum verò, hoc quod non eſt, appellauerunt: quemadmodum & hi eſſe quidem illa, quæ ſunt intra Pleroma vocant, quemadmodum illi Atomos; non eſſe autem hæc, quæ ſunt extra Pleroma, quemadmodum illi Vacuum. Semetipſos ergò in hoc mundo, cùm ſint extra Pleroma, in locum qui non eſt, deputauerunt.

Quod autem dicunt imagines eſſe hæc eorum quæ ſunt, rurſus manifeſtiſſime Democriti & Platonis ſententiam ediſſerunt. Democritus enim primus ait, multas & varias ab vniuerſitate figuras expreſſas deſcendiſſe in hunc mundum. Plato verò rurſus materiam dicit, & exemplum, & Deum: quos iſti ſequentes, figuras illius & exemplum imagines eorum, quæ ſunt ſurſum vocauerunt, per demutationem nominis ſemetipſus inuentores & factores huiuſmodi imaginariæ fictionis gloriantes. Hoc autem quod ex ſubiecta materia dicunt fabricatorem feciſſe mundum, & Anaxagoras, & Empedocles, & Plato primi ante hos dixerunt; vt videlicet datur intelligi, & ipſi à Matre ſua inſpirari. Quod autem ex neceſſitate vnumquodque in illa ſecedit, ex quibus & factum eſſe dicunt, & huius neceſſitatis ſeruum eſſe Deum, ita vt non poſſit mortali immortalitatem addere, vel corruptibili incorruptelam donare: ſed ſecedere vnumquemque in ſimilem naturæ ſuæ ſubſtantiam; & hi qui ex porticu Stoici appellantur, & vniuerſi quotquot Deum ignorant Poëtæ & conſcriptores affirmant: qui eandem habentes infidelitatem, ſpiritalibus quidem ſuam regionem attribuerunt, eam quæ eſt intra Pleroma: animalibus autem medietatis: corporalibus autem, quod Choicum: & præter hæc, nihil poſſe Deum, ſed vnumquemque prædictorum ad ea, quæ ſunt eiuſdem ſubſtantiæ ſecedere affirmant. E F

Quod autem Saluatorem ex omnibus factum eſſe Æonibus dicant, omnibus in eum deponentibus velut florem ſuum, non extra Heſiodi Pandoram nouum aliquid afferunt. Quæ enim ille ait de illa, hæc hi de Saluatore inſinuant, Pandoron introducentes eum, quaſi vnuſquiſque Æonum, quod haberet optimum, donauerit ei. Ipſam autem eduliorum & reliquarum operationum indifferentem ſententiam, & quòd putent à nemine in totum poſſe coinquinari propter generoſitatem, licet † quodque manducent vel operentur; à Cynicis poſſederunt, cùm ſint cum eis eiuſdem teſtamenti. Et minutiloquium autem, & ſublimitatem circa quæſtiones, cùm ſit Ariſtotelicum, inferre fidei conantur. Quod autem velint in numeros transferre vniuerſum hoc à Pythagoricis acceperunt. Primùm enim hi initium omnium numeros ſubſtituerunt, & initio ipſorum parem & imparem ex quibus & ea quæ ſenſibilia & inſenſata ſunt, ſubiecerunt. Et altera quidem ſubſtitutionis initia eſſe: altera autem ſenſationis & ſubſtantiæ, ex quibus prima omnia perfecta dicunt, quemadmodum ſtatuam de æramento & de formatione. Hoc autem ij, his qui ſunt extra Pleroma aptauerunt: ſenſationis autem initia dixerunt, in quem ſenſus intelligens eſt eius quod primùm aſſumptum eſt, quærit quoadvſque defatigata ad vnum & indiuiſibile concurrat: & eſſe omnium initium, & ſubſtantiam vniuerſæ generationis Hen, id eſt vnum: ex hoc autem Dyadem, & Tetradem, & Pentadem, & reliquorum multifariam generationem. Hæc hi ad verbum, de plenitudine ſuorum & Bytho dicunt, vnde etiam & eas, quæ ſunt de vno coniugationes adnituntur introducere, quæ Marcus velut ſua iactans, velut nouius aliquid viſus eſt præter reliquos adinueniſſe, Pythagoræ quaternationem, velut geneſin & † patrem omnium enarrans. † quodcunque. G † matrē

Dicemus autem aduerſus eos, vtrumne hi omnes prædicti, cum quibus eadem dicentes arguimini, cognouerunt veritatem, aut non cognouerunt? Et ſi quidem cognouerunt, ſuperflua eſt Saluatoris in hunc mundum deſcenſio. Vt quid enim deſcendebat? Nunquid vt eam quæ cognoſcebatur veritas, in agnitionem adduceret his, qui cognoſcunt eam in omnibus hominibus? Si autem non cognouerunt; quemadmodum eadem cum his, qui veritatem non cognoſcebant, dicentes, ſolos voſmetipſos eam quæ eſt ſuper omnia cognitio habere gloriamini, quam etiam, qui ignorant Deum habent? Secundùm antiphraſin ergo, veritatis ignorantiam, agnitionem vocant: & bene Paulus ait, vocum nouitates falſæ agnitionis. Verè enim falſa agnitio ipſorum inuenta eſt. Si autem impudenter agentes ſuper hæc dicent, homines quidem non cognouiſſe veritatem, Matrem autem ipſorum ſemen paternale per tales homines, quemadmodum & per Prophetas, enuntiaſſe myſteria veritatis, ignorante Demiurgo; primò quidem non talia enarrant, quæ ſunt prædicta, vt non & à quolibet intelligantur. Etenim ipſi homines ſciebant, quæ dicebant, & diſcipuli ipſorum, & horum ſucceſſores. H *Dilemma validiſſimum.* 1. Tim. 6.

Pùſt deinde, vel Marer, vel ſemeo † ſic cognoſcebant, & enarrabant ea quæ erant veritatis: veritas autem pater. Saluator ergo ſecundùm eos erit mentitus dicens, Nemo cognouit Patrem niſi Filius. Si enim cognitus eſt vel à matre, vel à ſemine eius; ſolutum eſt illud, quod nemo cognouit Patrem niſi Filius, niſi ſi ſemen ipſorum, vel matrem neminem eſſe dicunt, & vſque hoc quidem per humanas affectiones, & per id quod ſimilia dicant multis ignorantibus Deum, veriſimiliter viſi ſunt abſtrahere, quoſdam, attrahentes per ea quæ aſſueti ſunt, in eum qui eſt de omnibus ſermonem Verbi Dei geneſin exponentes & veritatis & vitæ, adhuc etiam ſenſus & Dei emiſſiones obſtetricantes. Quæ autem ex his non veriſimiliter & ſine oſtenſione, omnia ex omnibus mentiti ſunt. Quemadmodum qui aſſuetas eſcas, & vt illiciant præmittunt, vti capiant aliquod animal, ſenſim blandientes eis per aſſueta pabula, quoviſque accipiant; ſumentes autem ea captiua, alligant amatiſſimè, & ducunt per vim abſtrahentes quocunque ipſi voluerint. Sic autem & hi paulatim manſueti diſſuadentes perpithanologiam aſſumere prædictam emiſſionem, inferunt neque congruentia, neque opinatas reliquarum emiſſionum ſpecies, ex Logo quidem & Zoë dicentes Æonas emiſſos, de Anthropo autem & Eccleſia, duodecim, & horum nec oſtenſionem, nec teſtimonia, nec veriſimilitudinem, nec in totum aliquid talium habentes, fruſtrà autem, & prout euenit credi volunt, ex Logo & Zoë Æonis exiſtentibus emiſſum eſſe Bythum & Mixin, inſeneſcibilem & vnitionem naturalem, & delectamentum, immobilem & contemperamentum, & Monogenem & Macariam. De Anthropo autem & Eccleſia ſimiliter Æonis exiſtentibus emiſſum eſſe Paracletum & Piſtin, Patricon & Elpida, Metricon & Agapen, Ainon & Syneſin, Eccleſiaſticum & Macariotetа, Teleton & Sophiam.

Huius autem Sophiæ † paſſionem & errorem, & quemadmodum periclitata eſt perire propter inquiſitionem patris, quemadmodum dicunt, & extra Pleroma operoſitatem, & ex † qua Labe mundi fabricatorem emiſſum docent, in eo qui eſt ante hunc libro, ſententias hæreticorum † enarratas, cum omni diligentia expoſuimus. Chriſtum autem, quem pòſt genitum bis omnibus emiſſum eſſe dicunt, & Sotera autem ex his qui in Labe facti ſunt Æonibus habuiſſe ſubſtantiam. Neceſſariè autem nunc nominum iſtorum meminimus, vt ex iſtis ſit manifeſtum abſurdum eorum mendacium, & confuſio fictæ nominationis. Ipſi autem detrahunt Æonibus ſuis huiuſmodi appellationibus multis, Ethnicis veriſimilia & credibilia adponentibus nomina his qui vocantur, duodecim dij ipſorum, quos & ipſos imagines duodecim Æonibus eſſe volunt, imaginibus multò decentiora, & magis potentia, per etymologiam ad intentionem diuinitatis adducere nomina habentibus.

CAPVT XX.

Quæſtio de omni ſpecie emiſſionis, & de Pleromatis conſequentia.

REuertamur autem nos ad prædictam emiſſionum quæſtionem. Et primo quidem dicant nobis cauſam huiuſmodi emiſſionis Æonum, vt nihil tangant eorum quæ ſunt conditionis. Non enim illa propter conditionem dicunt facta, ſed conditionem propter illa: & non illam eorum imagines, ſed hæc illorum eſſe dicunt. Quemadmodum igitur imaginum cauſam reddunt dicentes, menſem quidem triginta habere dies propter triginta Æonas, & diem duodecim horas, & annum duodecim menſes, propter duodecim Æonas quæ ſunt intra Pleroma, & quæcunque talia delirant? Nunc dicant nobis cauſam iſtam Æonum emiſſionis, quid quia facta eſt talis, propter quid autem prima & Archegonos omnium octonatio emiſſa eſt, & non quinio, vel trinitas, aut ſeptenatio, aut aliquid eorum, quæ in alterum numerum confiniuntur? Et quid quia ex Logo & Zoë decem emiſſi ſunt Æones, & non plures aut minus: & rurſus ex Anthropo & Eccleſia duodecim, cùm poſſent & hæc, aut plura, aut minus fieri? Vniuerſum quoque Pleroma, quid vtique tripartitum eſt in octonationem, & decadem, & duodecadem: & non alterum quendam præter hos, numerum? Et diuiſio autem ipſa quid vtique in tres, & non in quatuor, vel quinque, vel ſex, vel in alterum quendam facta eſt numerum, nihil tangentes eorum numerorum, qui ſunt conditionis? Antiquiora enim illa his habere dicunt, & oportet cum ea propriam habere rationem, eam quæ eſt ante conſtitutionem, ſed non eam quæ eſt ſecundùm conſtitutionem conſentientes ad conſonationem, quam quidem nos de conditione enuntiantes aptabilia dicimus. Apta eſt enim hæc rhythmizatio his quæ facta ſunt, huic rhythmizationi. Illos autem propriam cauſam de his quæ anteriora ſunt, & à ſemetipſis perfecta, non habentes enuntiare, in ſummam aporiam incidere neceſſe eſt. Quæ enim nos de conſtitutione velut ignorantes interrogant, ipſi de Pleromate è contrario interrogati, vel humanas affectiones enarrabunt vel in eum deſcendent ſermonem, qui eſt extra conſonantiam quæ eſt in creatura, impropriè reſpondentes de ſecundis, & non ſecundùm eos de primis. Non enim de ea quæ eſt ſecundùm creaturam conſonantia, nec de humanis affectionibus interrogamus eos: ſed quia vtique Pleroma ipſorum, cuius imaginem creaturam eſſe dicunt, octiforme, & deciforme, & duodeciforme eſt, vanè & improuidè Pleroma eiuſmodi figuræ effeciſſe patrem ipſorum fatebuntur: & deformitatem circundabunt patri, ſi irrationabiliter aliquid fecit. Aut rurſus ſi ſecundùm prouidentiam patris dicent ſic emiſſum Pleroma, propter creaturam vti benè rhythmizaret ipſam eſſentiam, iam non propter ſe factum erit Pleroma, ſed propter eam quæ ſecundùm ſimilitudinem ipſius futura eſſet imago. Quemadmodum quæ de luto eſt, non propter ſemetipſam figuratur ſtatua: ſed propter eam quæ ex æramento, vel auro, vel argento habet fieri: & honoratior creatura erit quàm Pleroma: ſi propter illud illa emiſſa eſt.

CAPVT XXI.

Quoniam quæ nobis qui ſumus ab Eccleſia, imperant ij qui ſunt à Valentino, illi rurſus imputant hi qui ſunt à Baſilide, & illis item alij.

SI autem nulli eorum aſſentire voluerint, quoniam conuincentur à nobis, non habentes reddere cauſam talis emiſſionis Pleromatis ipſorum, cogentur concludi, vti confiteantur ſuper Pleroma, alteram quandam eſſe diſpoſitionem magis ſpiritalem, & magis dominantem, ſecundùm quam deformatum eſt Pleroma ipſorum. Si enim Demiurgus non à ſemetipſo figurationem creaturæ fabricauit talem, ſed ſecundùm illorum quæ ſurſum erant figuram: Bythus ipſorum, qui vtique huiuſmodi figurationis perfecit eſſe Pleroma, vel à quo figuram eorum quæ ante ipſum facta ſunt accepit? Oportet enim vel in eo Deo qui fecerit mundum, perſeuerare ſententiam: quoniam in ſua poteſtate, & à ſemetipſo accepit exemplum mundi fabricationis: vel ſi motus quis ab hoc fuerit, ſemper quærendi neceſſitas erit, vnde ei qui ſuper eum eſt, figuratio eorum quæ facta ſunt, quis & numerus emiſſionum, & ſubſtantia ipſius exempli. Si autem licuit Bytho à ſemetipſo talem figurationem Pleromatis perficere: quid vtique Demiurgo non licuit à ſemetipſo mundum feciſſe? Rurſum igitur ſi illorum imago conditio

eſt,

eſt, quid prohibet illa eorum quæ ſuper ea ſunt imagines eſſe dicere: & quæ ſuper ea ſunt, rurſus aliorum; & in immenſas imagines imaginum † excedere? Sicut paſſus eſt Baſilides, cùm minimè attigiſſet veritatem, & putans per immenſam ſucceſſionem eorum quæ ex inuicem facta ſunt, effugere talem aporiam. Quoniam CCCLXV. cœlos per ſucceſſionem, & ſimilitudinem ab inuicem factos enunciauit, & horum oſtenſionem eſſe numerum anni dierum, quemadmodum prædiximus: & † horum virtutem, quam & innominabilem vocant, & huius diſpoſitionem, & nec ſic quidem effugit talem aporiam. Interrogatus enim vnde cœlo ei qui eſt ſuper omnes, ex quo reliquos per ſucceſſionem factos vult, figurationis imago? Ab ea diſpoſitione, dicet quæ eſt ſecundum innominabilem. Et aut innominabilem à ſemetipſo feciſſe dicet eam; vel alteram quandam ſuper hanc poteſtatem eſſe conſentire neceſſe habebit, ex qua accepit innominabilis eius tantam eorum quæ ſunt ſecundum eum figurationem. Quanto igitur tutius & diligentius, quod eſt verum ſtatim initio confiteri, quoniam fabricator Deus hic qui mundum fecit, ſolus eſt Deus, & non eſt alius Deus præter eum; ipſe à ſemetipſo exemplum & figurationem eorum quæ facta ſunt, accipiens, quàm poſt tantam irreligioſitatem & circuitum defeſſos, cogi aliquando in aliquo vno ſtatuere ſenſum, & ex eo † figuratione factorem confiteri?

CAPVT XXII.

Quoniam ſi quis tranſmotus fuerit à Demiurgo, in multos Deos & infinitos mundos excidere eum neceſſe eſt.

ETenim hoc quod imputant nobis qui ſunt à Valentino, in ea quæ eſt deorſum hebdomade dicentes nos remanere, quaſi non attollentes in altum mentem, neque quæ ſurſum ſunt ſentientes, quoniam portentiloquium ipſorum non recipimus, hoc idem ipſum qui à Baſilide ſunt his imputant, quaſi his adhuc circa ea quæ deorſum ſunt volutantibus vſque ad primam & ſecundam octonationem, & poſt triginta Æonas indoctè putare eos ſtatim inueniſſe eum qui ſupra omnia eſt Patrem, non inueſtigantes ſenſu in id quod eſt ſuper CCCLXV. cœlos Pleroma, quæ eſt ſupra quadraginta quinque ogdoades. Et illis iterum iuſtè quis imputabit, fingens quatuor millia & CCC. & LXXX. cœlos vel Æonas: quoniam hi dies anni tantas horas habent. Si autem quis & noctium apponat, duplicans prædictas horas, magnam multitudinem octonariorum, & innumerabilem quandam Æonum operoſitatem putans adinueniſſe, aduerſus eum qui eſt ſuper omnia Patet omnium ſemetipſum perfectiorem ſuſpicans, eadem omnibus imputabit: quoniam non ſufficiant in altitudinem eius quæ ab ipſo dicebatur multitudo cœlorum vel Æonum: ſed deficientes vel in ea quæ ſunt deorſum, vel in medietate perſeuerant. Eius igitur quæ eſt ſecundùm pleroma ipſorum diſpoſitionis, & maximè eius quæ eſt ſecundùm primam ogdoaden, tantas contradictiones & aporias habentes, inſpiciamus & reliqua propter illorum inſenſationem, & nos de his quæ non ſunt quærentes, neceſſariè autem & hoc facientes quoniam huius rei credita eſt nobis procuratio, & quia vellemus omnes homines ad agnitionem veritatis venire: & quoniam tu ipſe hoc poſtulaueris accipere à nobis multas & vniuerſas euerſionis eorum occaſiones.

Quæritur igitur quemadmodum emiſſi ſunt reliqui Æones? Vtrum vniti ei qui emiſerit, quemadmodum à ſole radij, an efficabiliter & partiliter vti ſit vnuſquiſque eorum ſeparatim & ſuam figurationem habens, quemadmodum ab homine homo, & à pecude pecus? Aut ſecundùm germinationem, quemadmodum ab arbore rami? Et vtrum eiuſdem ſubſtantiæ exiſtebant his qui ſe emiſerunt, an ex altera quadam ſubſtantia ſubſtantiam habentes? Et vtrum in eodem emiſſi ſunt, vt eiuſdem temporis eſſent ſibi: an ſecundùm ordinem quendam, ita vt antiquiores quidam ipſorum, alij verò iuniores eſſent? Et vtrum ſimplices quidam & vniformes, & vndique ſibi æquales & ſimiles, quemadmodum ſpiritus & lumina emiſſa ſunt; an compoſiti & differentes diſſimiles membris ſuis: Sed ſi quidem efficabiliter & ſecundùm ſuam geneſin vnuſquiſque illorum emiſſus eſt ſecundùm hominum ſimilitudinem; vel generationes Patris erunt eiuſdem ſubſtantiæ ei & ſimiles generatori, vel ſi diſſimiles parebunt, ex altera quadã ſubſtantia confiteri eos eſſe neceſſe eſt. Etſi quidem patris generationes ſimiles emiſſori, impaſſibilia perſeuerabunt ea quæ emiſſa ſunt, quemadmodum & is qui emiſit illa: ſi autem ex altera quadam ſubſtantia, quæ eſt capax paſſionum, vnde hæc diſſimilis ſubſtantia intra illud quod eſt incorruptelæ Pleroma? Adhuc etiam ſecundùm hanc rationem, vnuſquiſque eorum ſeparatim diuiſus ab altero † intelligeretur, quemadmodum hominem, non admixtus, nec vnitus alter altero, ſed in figuratione diſcreta & circumſcriptione diffinita, & magnitudinis quantitate vnuſquiſque ipſorum deformatus, quæ propria corporis ſunt, & non ſpiritus. Iam igitur non ſpiritale Pleroma eſſe dicant, nec ſemetipſos ſpiritales; ſiquidem velut homines Æones ipſorum epulantes ſedent apud patrem, & ipſum tali figuratione exiſtentem, quemadmodum detegunt eum qui ab eo † miſſi ſunt.

E

F † intelligetur,

† emiſſi

CAPVT XXIII.

Oſtenſio quoniam logos in diminutione non eſt prolatus.

SI autem velut à lumine lumina accenſa ſunt, Æones a Logo, Logos autem à Nu, & Nus a Bytho; velut verbi gratia, à facula faculæ; generatione quidem & magnitudine fortaſſe diſtabunt ab inuicem, eiuſdem autem ſubſtantiæ cùm ſint cum principe emiſſionis ipſorum, aut omnes impaſſibiles perſeuerant, aut & pater ipſorum participauit paſſiones. Neque enim quæ poſtea accenſa eſt facula, alterum lumen habebit quàm illud quod ante eam fuit. Quapropter & lumina † ab ipſo compoſita in vnum in principalem vnitionem recurrunt, cùm fiat vnum lumen quod fuit & à principio. Quod autem iuuenius eſt & antiquius, neque in ipſo lumine intelligi poteſt (vnum enim lumen eſt totum:) nec in ipſis quæ perceperunt lumen faculis. Etenim ipſæ ſecundùm ſubſtantiam materiæ id temporis habent, vna enim & eadem eſt facularum materia: ſed tantùm ſecundùm † accenſionem, quoniam altera quidem ante † tempus illud, altera autem nunc accenſa eſt.

G

† ipſorum

† acceſſionem

† puſillis

CAPVT XXIV.

H

Quomodo ſecundum hæreticos voluntas Patris inuenitur feciſſe ignorantiam & labem.

LAbes igitur eius quæ eſt ſecundùm ignorantiam paſſionis, aut vniuerſo ſimiliter Pleromati ipſorum proueniet, cùm ſint eiuſdem ſubſtantiæ, & erit in ignorantiæ Labe, id eſt, ſemetipſum ignorans Propator: aut ſimiliter omnia impaſſibilia perſeuerabunt, ea quæ ſunt intra Pleroma lumina. Vnde igitur circa iuniorem Æonem paſſio, ſi paternum lumen eſt ex quo omnia conſtituta ſunt lumina, quod naturaliter impaſſibile eſt? Quomodo autem & iuuenior aliquis aut ſenior in ipſis Æon dici poteſt, cùm ſit vnum lumen totius Pleromatis? & ſi quis ſtellas dicat eos eæ nihilominus eadem vniuerſi apparebunt natura participantes. Etenim ſi ſtella a ſtella in claritate differt, ſed non ſecundùm qualitatem, 1. Cor. 15. 41.

nec ſecundùm ſubſtantiam, ſecundùm quam paſſibile aliquid vel impaſſibile eſt: ſed aut vniuerſos ex lumine cum ſint paterno, naturaliter impaſſibiles & immutabiles eſſe oportet: aut vniuerſi cum paterno lumine & paſſibiles, & cummorationum corruptionis capaces ſunt. Hæc autem eadem ratio ſequetur, & ſi velut ab arbore ramos dicant à Logo natam eſſe emiſſionem Æonum, cùm Logos à patre ipſorum generationem habeat: eiuſdem enim ſubſtantiæ omnes inueniuntur cum patre, tantùm ſecundùm magnitudinem, ſed non ſecundùm naturam differentes ab inuicem, & magnitudinem complentes patris, quemadmodum digiti complent magnum. Si igitur pater in paſſione & ignorantia, & ij vtique qui ex eo generati ſunt, Æones. Si autem impium eſt Patri omnium ignorantiam & paſſionem affingere, quomodo ab eo emiſſum dicunt Æonem paſſibilem, & hoc ipſi Sophiæ Dei eandem impietatem affingentes, ſemetipſos religioſos eſſe dicent? Si autem quomodo à ſole radius, Æonas ipſorum emiſſiones habuiſſe dicent, eiuſdem ſubſtantiæ & de eodem omnes cùm ſint, aut omnes capaces paſſionis erunt cum eo qui ipſos emiſit, aut omnes impaſſibiles perſeuerabunt. Non enim iam quoſdam impaſſibiles, quoſdam autem paſſibiles poſſunt ex tali emiſſione confiteri. Si igitur omnes impaſſibiles dicunt, ipſi ſuum argumentum diſſoluunt. Quomodo enim paſſus eſt minor Æon, ſi omnes erant impaſſibiles? Si autem omnes dicunt participaſſe paſſioni huius, quemadmodum quidam audent dicere, quia à Logo quidem cœpit, deriuatio autem in Sophiam, in Logon huius Nun Propatoris paſſionem reuocantes arguentur, & Nun Propatoris & ipſum patrem in paſſione fuiſſe confitentes. Nun enim vt compoſitum animal quiddam eſt omnium Pater, præter Nun, quemadmodum præoſtendimus, ſed Nus Pater, & Pater Nus. Neceſſe eſt itaque & eum qui ex eo eſt Logos, imò magis autem ipſum Nun, cum ſit Logos, perfectum & impaſſibilem eſſe; & eas quæ ex eo ſunt emiſſiones, eiuſdem ſubſtantiæ cum ſint cuius & ipſe, perfectas, & impaſſibiles, & ſemper ſimiles cum eo perſeuerare, qui eas emiſit. Non igitur iam Logos quaſi tertium ordinem generationis habens ignorauit Patrem, quemadmodum docent hi: hoc enim in hominum quidem generatione fortaſſe putabitur veriſimilius eſſe, eo quod ſæpe ignorant ſuos parentes, in Logo autem Patris omnimodo impoſſibile eſt. Si enim exiſtens in Patre, cognoſcit hunc in quo eſt, hoc eſt ſemetipſum, non ignorat & quæ ab hoc ſunt emiſſiones virtutes eius exiſtentes, & ſemper ei aſſiſtentes, non ignorabunt eum qui ſe emiſit, quemadmodum nec radij ſolem. Non capit igitur Dei Sophiam eam quæ intra Pleroma eſt, cum ſit a tali emiſſione, ſub paſſione cecidiſſe, & talem ignorantiam concepiſſe. Poſſibile eſt autem eam quæ eſt a Valentino ſapientiam, cum ſit de Diaboli emiſſione, in omni paſſione fieri, & profundum ignorantiæ fluctibus ate. Vbi enim ipſi teſtimonium perhibent de Matre ſua, dicentes eam Æonis errantis generationem eſſe, iam non quærere oportet cauſam, propter quam filij huiuſmodi Matris ignorantiæ ſemper natent in profundo.

Præter has autem emiſſiones ego quidem iam non intelligo alteram poſſe eos dicere, ſed ne ipſi quidem alteram quandam proprietatem emiſſam reddentes aliquando cogniti ſunt nobis, licet valde multam de huiuſmodi ſpeciebus quæſtionem habuerimus cum eis: hoc autem ſolum dicunt quoniam emiſſi ſunt vnuſquiſque illorum, & illum tantùm cognouiſſe qui ſe emiſit; ignorans autem eum qui ante illum eſt. Iam non autem cum oſtenſione progrediuntur, quemadmodum emiſſi ſunt, aut quomodo capit tale quid in ſpiritalibus fieri. Quacunque enim progreſſi fuerint, obligabuntur; & à recta ratione cæcutientes circa veritatem, in tantum vti eum qui eſt à Nu Propatore ipſorum emiſſus ſermo in deminorationem eum emiſſum dicant. Nun enim perfectum à perfecto Bytho progeneratum, iam non potuiſſe eam quæ ex eo eſt emiſſionem facere perfectam, ſed † ſed obcæcatam circa agnitionem & magnitudinem Patris, & Saluatorem ſymbolum myſterij huius oſtendiſſe in eo qui à natiuitate cæcus fuit, quoniam ſi cæcus emiſſus eſt a Monogene Æon, id eſt ignorantia ignorantiam & cæcitatem commentientes Verbo Dei ſecundùm eos à Propatore emiſſionem habenti, admirabiles Sophiſtæ & altitudines inueſtigantes incogniti Patris, & ſupercœleſtia Sacramenta enarrantes, in quem cupiunt Angeli proſpicere, vti diſcant quoniam à Nu eius Patris, qui ſuper omnia eſt emiſſum Verbum, cæcum emiſſum, id eſt ignorans Patrem, qui ſe emiſit. Io.

1.P. 1.

Et quemadmodum, ô vaniſſimi Sophiſtæ, Nus Patris, imò etiam ipſe Pater cum ſit Nus & perfectus in omnibus, imperfectum & cæcum Æonem emiſit ſuum Logon, cum poſſit ſtatim & agnitionem Patris cum eo emittere? Quemadmodum Chriſtum poſt genitum quidem reliquis, perfectum autem dicitis emiſſum: multo magis igitur qui eſt eo ætate prouectior Logos, ab eodem Nu perfectus vtique † emitteretur, & non cæcus: nec ille rurſus plus cæcus, quàm ſi Æonas emitteret, quoadulque Sophia veſtra ſemper excæcata, tantam malorum enixa eſt ſubſtantiam? Et huius malitiæ cauſa eſt pater veſter (magnitudinem enim & virtutem patris cauſas ignorantiæ eſſe dicitis) Bytho aſſimulantes eum, & nomen hoc ei apponentes innominabili Patri. Si autem ignorantia malum, omnia autem mala ex ea fluxiſſe definitis, huius autem cauſam magnitudinem & virtutem Patris dicentes, malorum factorem eum oſtenditis. Id enim quod non potuerit contemplari magnitudinem eius cauſam dicitis mali. Sed ſi quidem impoſſibile erat Patri notum ſemetipſum ab initio, his quæ ab ea facta ſunt, facere, in inculpabilis erat, qui non poterat ignorantiam auferre eorum qui poſt ſe ſunt. Si autem poſtea volens eam quæ ſecundùm progreſſionem emiſſionem aucta fuerat ignorantiam, & inſeminatam Æonibus auferre, potuit multo magis prius eam quæ nondum erat, ignorantiam volens non permittere fieri. Quoniam igitur quando voluit agnitus eſt, non tantum Æonibus, ſed & his qui in nouiſſimis temporibus; non volens autem ab initio agnoſci, ignoratus eſt, cauſa ignorantiæ ſecundùm vos eſt, voluntas Patris. Si enim præſciebat hæc ſic futura, quare vtique priuſquam fieret, non abſcidit ignorantiam ipſorum, quam poſtea, velut ex pœnitentia, curat per emiſſionem Chriſti? Qui enim per Chriſtum agnitionem omnibus fecit, multo ante poterat facere per Logon, qui & primogenitus erat monogenus. Vel ſi præſciens voluit fieri hæc, ſemper perſeuerant ignorantiæ opera, & nunquam prætereunt. Quæ enim ex voluntate Propatoris veſtri facta ſunt, perſeuerare oportet cum voluntate eius qui voluit: vel ſi prætereunt hæc, cum his præteriet & voluntas eius qui ſubſtantiam eam habere voluit. Quid enim & diſcentes requieuerunt Æones, & perfectam agnitionem perceperunt, quoniam incapabilis eſt & incomprehenſibilis Pater? Hanc autem agnitionem habere potuerunt priuſquam in paſſionibus fierent: non enim deminorabatur magnitudo Patris ab initio, ſcientibus his quia incapabilis & incomprehenſibilis eſt Pater. Si enim propter immenſam magnitudinem ignorabatur, & propter immenſam dilectionem impaſſibiles debebat conſeruare eos qui ex ſe nati erant, quoniam nihil prohibebat, ſed magis vtile erat ab initio cognouiſſe eos, quoniam incapabilis & incomprehenſibilis eſt Pater. † n im

CAPVT XXV.

Quoniam Sophia nunquam in ignorantia & in deminoratione eſt.

QVomodo autem non vanum eſt, quod etiam Sophiam eius dicunt in ignorantia, & in deminoratione, & in paſſione fuiſſe? Hæc enim aliena ſunt a Sophia & contraria, ſed nec affectiones eius ſunt. Vbi enim eſt improuidentia, & ignorantia vtilitatis, ibi Sophia non

eſt. Non iam igitur Sophiam paſſum Æonem vocent; ſed aut vocabulum eius, aut paſſiones prætermittant. Et plenitudinem autem vniuerſam non dicant ſpiritalem, ſi intra ipſam Æon hic, cum eſſet in paſſionibus tantis, conuerſatus eſt. Hæc enim ne anima quidem fortis, non dicam ſpiritalis ſubſtantia percipiet.

Quomodo autem rurſus Enthymeſis eius cum paſſione procedens ſeparatim poterat fieri? Enthymeſis enim eſſe intelligitur erga aliquem, ipſa autem ſeorſum nunquam fiet. Exterminatur enim & abſorbetur mala, à bona Enthymeſi, quemadmodum ægrimonium ab incolumitate. Quæ enim erat prior Enthymeſis paſſionis exquitere Patrem, & magnitudinem eius conſiderare? Quid autem ſuaſa eſt poſtea, & conualuit, quoniam incomprehenſibilis, & qui inueniri non poſſit, eſt Pater? Non igitur bonum erat quod vellet cognoſcere Patrem, & propter hoc eſſet paſſibile; ſed quando ſuaſa eſt quoniam inueſtigabilis eſſet Pater & conualeſcens? Sed ille ipſe Nus qui quærebat Patrem, ceſſauit ſecundùm eos adhuc quærere, diſcens quoniam incomprehenſibilis eſt Pater.

CAPVT XXVI.

Oſtenſio quomodo enthymeſis ſine Æone propriam habuerit ſubſtantiam, neque paſſio ſine Enthymeſi eſt.

QVemadmodum igitur Enthymeſis poterat ſeparata concipere paſſiones, quæ & ipſæ affectiones eius erant? Affectio enim erga aliquem fit, ipſa autem ſeorſum non poteſt eſſe, nec conſtare: non ſolum autem inſtabile hoc eſt, ſed etiam contrarium ei, quod eſt à Domino noſtro dictum: Quærite, & inuenietis. Dominus
7. enim quærendo & inueniendo Patrem, perfectos conſummat diſcipulos. Is autem qui ſurſum eſt Chriſtus ipſorum, per id quod præcepit Æonibus, non quærere. Patrem ſuadens, qui & ſi multum laborauerint non eum inuenient perfectos eos conſummauit. Et ſi quidem perfectos aiunt in eo quod dicāt inueniſſe Bythum ipſorum, Æonas autem in eo quod ſuaſi ſint quoniam inueſtigabilis eſt qui ab eis inquirebatur. Cum igitur ipſa Enthymeſis non poſſet ſine Æone ſeparatim conſiſtere, adhuc maius inferunt mendacium, de paſſione eius ſeparatim, rurſus diuidentes eam, & hanc eſſe ſubſtantiam dicentes materiæ. Quaſi non eſſet lumen Deus, nec adeſſet ſermo qui poſſet eos arguere, & euertere nequitiam ipſorum: vtique enim quodcunque ſentiebat Æon, hoc & patiebatur. Et quod ſentiebatur, hoc & ſentiebat, & non aliud erat apud eos Enthymeſis eius, niſi paſſio, incomprehenſibilem comprehendere excogitantis, & paſſio Enthymeſis: impoſſibilia enim ſentiebat. Quemadmodum itaque poterat affectio & paſſio ab Enthymeſi ſeorſum ſeparari, & ſubſtantia tantæ materiæ fieri, quando & ipſa Enthymeſis paſſio erat, & paſſio Enthymeſis? Nec igitur Enthymeſis ſine Æone, nec affectiones ſine Enthymeſi ſeparatim habere poſſunt ſubſtantiam; & ſoluta eſt & hic rurſus regula ipſorum. Quemadmodum autem & ſoluebatur & patiebatur Æon? Siquidem eiuſdem ſubſtantiæ cuius & Pleroma erat, Pleroma autem vniuerſum ex Patre. Quod enim ſimile eſt in ſimili non diſſoluetur in nihilum, nec perire periclitabitur, ſed magis perſeuerabit & augeſcet.

CAPVT XXVII.

Quoniam neque diſſolui, neque pati Æon poterat, cum eſſet ſpiritalis, & in his quæ ſimilia erant conuerſans.

QVemadmodum ignis in igne, & ſpiritus in ſpiritu, & aqua in aqua: quæ autem ſunt contraria a contrariis patiuntur, & vertuntur, & exterminantur. Sic & E
ſi fuiſſet luminis emiſſio, non pateretur, nec periclitaretur in ſimili lumine, ſed magis effulgeſceret & augeſceret, quemadmodum dies à ſole: etenim Bythum imaginem patris ſui eſſe dicunt. Quæcunque ſunt peregrina, & ſibi extranea animalia atque contraria natura periclitantur & corrumpuntur: quæ autem ſibi aſſueta ſunt & cognata, nullum patiuntur periculum in ea conuerſantia, ſed & ſalutem & vitam ex eo acquirunt. Si igitur eiuſdem ſubſtantiæ, cuius & vniuerſum Pleroma ex eo emiſſus fuiſſet hic Æon, nunquam demutationem perciperet, cum eſſet in ſimilibus & aſſuetis conuerſans, ſpiritalis in ſpiritalibus. Timor enim & expaueſcentia, & paſſio, & diſſolutio,
& † alia in his quidem quæ ſunt ſecundùm nos & cor- † *talia*
poralibus fortaſſis fiant à contrariis: in ſpiritalibus autem & diffuſum habentibus lumen, iam non tales conſequuntur calamitates. Sed mihi videntur eius paſſionem, qui eſt apud Comicum Menandrum valde amans & odi-
bilis, Æoni ſuo circundediſſe. Magis enim infeliciter F
amantis cuiuſdam hominis apprehenſionem, & mentis conceptionem habuerunt, qui hæc finxerunt; quàm ſpiritalis & diuinæ ſubſtantiæ.

CAPVT XXVIII.

Quoniam patris exquiſitio, & inueſtigatio magnitudinis eius, neque paſſionem, neque labem, ſed † tantum perfectiones faciebat in Æone. † *ſtatum perfectionis*

SVper hæc quoq; & cogitare de quærendo perfectum Patrem, & velle intra eum fieri, & habere eius comprehenſionem, non ignorantiam, nec paſſionem poterat inficere, & hoc Æoni ſpiritali, ſed magis perfectionem &
impaſſibilitatem & veritatem. Nec enim ipſi cum ſint G
homines, excogitantes de eo qui ante ipſos eſt; & velut iam comprehendentes perfectum, & intra eius conſtitui agnitionem, dicunt ſemetipſos in paſſione conſternationis eſſe, ſed magis in agnitione & apprehenſione veritatis. Etenim Saluatorem, Quærite, & inuenietis, diſcipulis
† propter hoc dixiſſe dicunt, vt eum qui ab ipſis per ex- † *propterea*
cogitationem factus eſt, ſuper fabricatorem omnium inenarrabilem, Bythum quærant: & ſemetipſos perfectos eſſe volunt, quoniam inquirentes inuenerunt perfectum, cùm adhuc ſint in terra: eum autem qui intra Pleroma ſit Æonem totum ſpiritalem quærentem Propatorem, & intra magnitudinem eius conantem fieri, & comprehenſionem paternæ veritatis concupiſcentem habere, in paſſionem dicunt recidiſſe: & paſſionem talem, vt niſi ei occurriſſet virtuti, quæ omnia firmat, diſſolutus fuiſſet, & in vniuerſam ſubſtantiam exterminatus.

CAPVT XXIX. H

Quoniam non capit Æonem infra Pleroma deſiderium paſſionis percepiſſe.

VEſana eſt hæc præſumptio, & verè deſtitutorum à veritate ſenſus hominum. Quoniam enim Æon hic melior eſt quàm ipſi, & vetuſtior, ipſi quoque confitentur ſecundùm ſuam regulam, dicentes ſe eſſe conceptum Enthymeſeos eius Æonis qui paſſus eſt, ita vt ſit hic Æon Matris ipſorum pater, id eſt auus ipſorum, & poſterioribus quidem nepotibus exquiſitio Patris veritatem & perfectionem & confirmationem, & eliquationem à fluxibili materia facit, ſicut dicunt, & reconciliationem ad patrem: auo autem ipſorum hæc eadem inquiſitio ignorantiam, & paſſionem, & expaueſcentiam, & timorem, & conſternationem infecit, ex quibus & ſubſtantiam materiæ factam dicunt. Exquirere ergo & inueſtigare, perfectum Patrem, & concupiſcentiam communicationis cum eo & vnitatis, ſibi quidem

ſalutare fieri; Æoni autem, à quo & genus habent diſſolutionis & perditionis cauſam fuiſſe dicentes, quomodo non per omnia in congruum, & fatuum, & irrationabile? Et hi qui aſſentiunt his verè cæci, cæcis ducatoribus vtentes, iuſtè & corruunt in ſubiacentem ignorantiæ profundum?

CAPVT XXX.

Quomodo de ſemine ipſorum ſermo vniuerſus inſtabilis oſtenditur.

QValis eſt autem & de ſemine ipſorum ſermo, conceptum quidem illum ſecundùm figurationem eorum qui ſunt erga Saluatorem Angelorum à Matre informem, & ſine ſpecie, & imperfectum, depoſitum autem in Demiurgum, neſciente eo, vt per eum in eam animam quæ erat ab eo ſeminatum, perfectionem & formationem percipiat. Primùm quidem eſt dicere, quoniam imperfecti, & infigurati, & informes hi ſunt Angeli, qui ſunt erga Saluatorem ipſorum. Siquidem ſecundùm illorum ſpeciem conceptum tale quid generatum eſt. Poſt deinde quòd dicant ignoraſſe Fabricatorem eam quæ fuit ſeminis in eum demiſſio, & iterùm eam quæ facta eſt per eum in hominem ſeminatio, futile verbum & vanum, quod nullo modo oſtendi poſſit. Quemadmodum enim ignorauit illud, ſi ſubſtantiam aliquam & qualitatem propriam habuiſſet ipſum ſemen? Si autem ſine ſubſtantia, & ſine qualitate, & nihil erat, conſequenter † ignorabat illud. Quæ enim propriam quandam † notionem, & qualitatem, vel caliditatis, vel velocitatis, vel dulcedinis habent, vel claritatis cuiuſdam differentiam, nec homines quidem lateant cùm ſint cum hominibus: in tantum abeſt vt fabricatorem huius vniuerſitatis Deum, apud quem iuſtè non eſt agnitum ſemen ipſorum, cùm ſit ſine qualitate vniuerſæ vtilitatis, & ſine ſubſtantia omnis actionis, & in totum nihil exiſtens. Et propter hoc mihi videtur etiam Dominus dixiſſe: Omnis ſermo otioſus, quem locuti fuerint homines, reddent pro eo rationem in die iudicij. Omnes enim quicunque tales ſunt, otioſos ſermones in aures hominum immittentes, aſſiſtent in iudicio, rationem reddituri de his quæ vanè coniecerunt, & mentiti ſunt aduerſus Deum, in tantum vt ſemetipſos dicant propter ſeminis ſubſtantiam agnoſcere ſpiritale Pleroma, eo homine qui eſt intus demonſtrante eis verum Patrem. Opus enim eſſe animali ſenſibilibus erudimentis.

CAPVT XXXI.

Quoniam non ignorauit Demiurgus in eum ſeminis depoſitionem.

DEmiurgum autem vniuerſum ſemen hoc Matre deponente, ſuſcipientem in ſemetipſum, omnia omnino ignoraſſe, & nullum ſenſum eorum quæ erga Pleroma ſunt, habuiſſe: & ſe quidem ſpiritales eſſe, quoniam particula quædam vniuerſitatis Patris in anima ipſorum depoſita eſt: cùm ex eadem ſubſtantia habeant animas, ex qua & Demiurgus, ſicut dicunt. Hunc autem ſemel vniuerſum ſuſcipientem ſemen à Matre, & habentem in ſe, animalem perſeueraſſe, & nihil in totum ſenſiſſe eorum quæ ſunt ſuperiora, quæ hi ſemetipſos intelligere dum adhuc ſunt in terra, gloriantur: quomodo hoc non ſuper omnem irrationabilitatem eſt? Etenim idipſum ſemen horum quidem animabus agnitionem attribuiſſe & perfectionem; ei autem qui eos fecit Deo, ignorantiam attribuiſſe putare, verè veſanorum eſt, & in totum mente deſtitutorum. Adhuc etiam vaniſſimum eſt quod dicunt, in hac depoſitione figurari illud & augeſcere, & paratum fieri ad ſuſceptionem perfectæ rationis. Erit enim ei materiæ admixtio, quam ex ignorantia & Labe volunt habuiſſe ſubſtantiam, aptior & vtilior, quàm fuit paternum lumen ipſorum: ſiquidem ſecundùm illius diſpoſitionem natum informe & infiguratum fuit: ex hac autem formationem, & ſpeciem, & augmentum, & perfectionem aſſumpſit. E

CAPVT XXXII.

Et quoniam ſi in eum depoſitum fuiſſet ſemen, non potuiſſet ignorare ea quæ ſunt ſuper eum.

SI enim quod eſt à Pleromate lumen, cauſa fuit ſpiritalis, vt nec formam, nec ſpeciem, nec magnitudinem haberet propriam, quæ autem huc eſt deſcenſio, F hæc vniuerſa addidit ei, & ad perfectionem deduxit, multo optabilior & vtilior videbitur quæ eſt hîc conuerſatio, quam & tenebras dicunt, quam fuit paternum lumen ipſorum. Quomodo autem non eſt ridiculum, Matrem quidem ipſorum in materiam periclitatam dicere, vti penè ſuffocaretur, & paulominus corrumperetur, niſi vix tunc ſuperextendiſſet & exiliſſet ex ſemetipſa adiumentum percipiens à Patre: ſemen autem eius in hac eadem materia augeſcere & formari, & aptum ad ſuſceptionem perfecti † ſermones expediri: & hoc in diſſimilibus, & in inſuetis ebulliens (ſicut ipſi dicunt) contrarium eſſe terrenum ſpiritali; & ſpiritale terreno? Quomodo igitur in contrarijs & in inſuetis paruum emiſſum, quemadmodum dicunt,) & augeſcere, & formari, & ad perfectionem peruenire potuit?

† ſermonis

CAPVT XXXIII.

G

Quomodo contraria de Matre & Labe eius conſilia decreuerunt.

ADhuc etiam & ad hæc quæ dicta ſunt requiretur, Vtrum ne ſemel enixa ſit Mater illorum ſemen, vt vidit Angelos, an particulatim? Sed ſi quidem ſimul & ſemel, quod exinde conceptum, nunc iam non erit infantile: ſuperflua eſt igitur in eos qui nunc ſunt, homines deſcenſio eius. Si autem particulatim, iam non ſecundùm figuram eorum, quos vidit Angelos fecit conceptionem: ſimul enim eos & ſemel videns & concipiens, ſemel enixionem debebat feciſſe, quorum † de ſemine conceperat figuras. Quid autem quòd Angelos cum Saluatore ſimul videns, illorum quidem imagines concepit, Saluatoris autem non, qui eſt decorior ſuper illos? An nunquid non placuit ei hic, & propter hoc non concepit eum? H Quomodo autem Demiurgus quem Pſychicum vocant, propriam ſecundùm eos magnitudinem & figuram habens, emiſſus eſt; ſi ſecundùm ſuam ſubſtantiam perfectus? Quod autem ſpiritale eſt, quod etiam operoſius oportet eſſe quàm animale, imperfectum emiſſum eſt, & opus ei fuit vti in animam deſcenderet, vt in ea formaretur, & ita perfectum exiſtens, paratum fiat ad ſuſcipiendum perfectum verbum. Si igitur in terrenis hominibus, & in animalibus † formaretur, iam non ſecundùm Angelorum ſimilitudinem eſt, quos dicunt lumina, ſed ſecundùm eorum qui ſunt hic homines. Non enim Angelorum habebit ſimilitudinem & ſpeciem, ſed animarum, in quibus & formatur. Quomodo aqua in vas miſſa, ipſius vaſis habebit formam, etiamſi gelauerit in eo, ſpeciem habebit vaſculi, in quo gelauit, quando ipſæ animæ corporis † habebant figuram, ipſi enim adaptatæ ſunt vaſi, quemadmodum prædiximus. Si igitur & illud ſemen hic coagulatur & formatur, hominis figura erit, ſed non Angelorum formam habens. Quomodo igitur ad imagines Angelorum illud ſemen eſt,

† inde ſemel

† formatur

† habeāt

quod

Digitized by Google

quod ſecundùm ſimilitudinem hominum figuratur? Quid autem cùm ſpiritale eſſet, opus ei fuit vt in carnem deſcenderet? Caro enim eget ſpiritali, ſi tamen incipiet ſaluari, vt in eo ſanctificetur, & clarificetur, & abſorbeatur mortale ab † immortali: ſpiritali autem in totum non eſt opus eorum, quæ ſunt hic. Non enim nos illud, ſed illud nos meliores facit.

C A P V T XXXIV.

Oſtenſio quod neque conceptio, neque generatio ſeminis fuerit.

ADhuc autem manifeſtius qui eſt de ſemine ipſorum ſermo, arguitur falſus, & à quolibet perſpici poteſt, in eo quod dicant eas animas quæ babuerint à Matre ſemen, meliores reliquis fieri. Quapropter & honoratas à Demiurgo, & principes, & reges, & ſacerdotes † ordinatos eſſe. Si enim erat hoc verum, primus vtique Caïphas ſummus ſacerdos, & Annas, & reliqui ſummi ſacerdotes & legis doctores, & principes populi credidiſſent Domino, in eam cognationem concurrentes; & ante hos etiam Herodes rex. Quoniam autem nec hic, nec ſummi ſacerdotes, nec qui præerant, neque clari de populo accurrerunt ei: ſed è contrario qui erant in viis mendici ſedentes, ſurdi, & cæci, & à reliquis conculcabantur & contemnebantur, quemadmodum & Paulus ait: Videte enim vocationem veſtram fratres, quoniam non multi ſapientes apud vos, nec nobiles, neque fortes; ſed quæ fuerunt contemptibilia mundi, elegit Deus. Non itaque erant meliores tales animæ propter ſeminis depoſitionem, neque propter hoc honorificabantur à Demiurgo. Et de eo quidem, quod ſit regula ipſorum infirma & inſtabilis: adhuc etiam & vana, † ſufficiant quæ dicta ſunt. Nec enim oportet, quod ſolet dici, vniuerſum ebibere mare, eum qui velit diſcere, quoniam aqua eius ſalſa eſt.

C A P V T XXXV.

Quoniam ex ſolutione parabolarum impropriam & inconuenientem fictionem ſuam faciunt.

SEd quemadmodum ſtatua de luto facta, colorata autem ſuperficie, vt putetur aurea eſſe, quæ ſit lutea, & quicunque accipiet ea particulam qualemcumque, & † exhauriens oſtenderit lutum, liberauit eos qui veritatem quærunt à falſa opinione, eodem modo & nos non modicam partem, ſed ea quæ ſunt maxima continentia regulæ ipſorum reſoluentes capitula, omnibus quotquot non ſeduci ſcientes volunt, quod eſt oequam, & doloſum, & ſeductorium, & pernicioſum, de ſcbola eorum qui ſunt à Valentino, & à reliquis hæreticorum quotquot Demiurgum, id eſt, fabricatorem & factorem huius vniuerſitatis, ſolùm exiſtentem Deum malè tractant, oſtendimus, diſſolubilem eorum viam manifeſtantes. Quis enim ſenſum habens, & veritatis vel modicum attingens, ſuſtinebit dicentes ſuper Demiurgum Deum eſſe alterum Patrem: & alterum quidem eſſe Monogenem, alterum autem Verbum Dei, quem & in deminoratione emiſſum dicunt? Alterum autem Chriſtum, quem & poſteriorem reliquis Æonibus cum Spiritu ſancto factum eſſe dicunt: & alterum Saluatorem, quem ne à Patre quidem vniuerſorum, ſed ab his qui in deminoratione facti ſunt Æonibus collatum & congeſtum dicunt, & neceſſariè propter deminorationem emiſſum, vt niſi in ignorantia & deminoratione fuiſſent Æones ſecundùm eos, nec Chriſtus emiſſus fuiſſet, nec Spiritus ſanctus, nec Horos, nec Soter, nec Angeli, aut Mater ipſorum, nec ſemen eius, nec reliqua mundi fabricatio, ſed fuiſſent omnia deſerta ac deſtituta tot bonis. Non ſolùm itaque in fabricatorem tantùm irreligioſi ſunt meu Labis, dicentes fructum; ſed & in Chriſtum, & in Spiritum ſanctum, propter Labem dicentes eos emiſſos; & Saluatorem autem † finaliter poſt Labem. Quis enim ſuſtinebit reliquum eorum vaniloquium, quòd aſtutè parabolis adaptare conantes, & ſe, & eos qui ſibi credunt in maximam conuertunt impietatem? Quoniam & parabolas, & actus Domini impropriè & inconſequenter inferunt figmento ſuo, ita oſtendimus.

E

† *ſimiliter*

C A P V T XXXVI.

Quomodo omnis numerus conſtare poteſt ex Scripturis, & typus dici omnis argumenti.

ILlam enim, quam erga duodecimum Æonem dicunt accidiſſe paſſionem, conantur oſtendere, quod Saluatoris paſſio à duodecimo Apoſtolorum facta ſit, & in duodecimo menſe. Vno enim anno volunt eum poſt Baptiſmum prædicaſſe. Sed in illa quæ profluuium ſanguinis patiebatur, manifeſtè dicunt oſtenſum: duodecim enim annis paſſa eſt mulier, & tangens fimbriam Saluatoris, conſequuta eſt ſanitatem ab illa virtute, quæ egreſſa eſt à Saluatore, quam præeſſe dicunt. Illa enim quæ paſſa eſt virtus extenſa & in immenſum affluens, ita vt periclitaretur in omnem ſubſtantiam diſſolui, cùm tetigiſſet primam quaternationem, quæ per fimbriam ſignificatur, ſtetit, & à paſſione ceſſauit. Hoc ergo quod dicunt duodecimi Æonis paſſionem per Iudam demonſtrari; quomodo poteſt in ſimilitudinem comparari Iudæ, quæ eiectus eſt de numero duodecimo, nec reſtitutus eſt in locum ſuum? Æon enim, cuius typum Iudam dicunt eſſe, ſeparata eius Enthymeſi reſtituta eſt, ſiue reuocata: Iudas autem abdicatus eſt & eiectus, & in locum eius Mathias ordinatus eſt, ſecundùm quod ſcriptum eſt. Et Epiſcopatum eius accipiat alius. Debuerunt itaque dicere duodecimum Æonem eiectum eſſe de pleromate, & in locum eius alium prolatum ſiue emiſſum; ſi tamen in Iuda oſtenditur. Adhuc autem ipſe quidem Æon quod ſit paſſus dicunt, Iudas autem quod ſit proditor. Patiens autem Chriſtus venit ad paſſionem, & non Iudas, & ipſi confitentur. Quomodo igitur Iudas traditor eius, qui pro noſtra ſalute pati habuit, typus & imago eſſe poterat paſſi Æonis? Sed neque Chriſti paſſio ſimilis eſt paſſioni Æonis, neque in ſimilibus facta. Æon enim paſſus eſt paſſionem diſſolutionis & perditionis, ita vt periclitaretur ipſe qui patiebatur, & corrumpi: Dominus autem noſter Chriſtus paſſus eſt paſſionem validam, & quæ non cederet, non ſolùm ipſe non periclitatus corrumpi, ſed & corruptum hominem firmauit robore ſuo, & in incorruptionem reuocauit. Et Æon quidem paſſus eſt paſſionem ipſe requirens Patrem, & non præualens inuenire. Dominus autem paſſus eſt, vt eos qui errauerunt à Patre, ad agnitionem, & iuxta eum adduceret. Et illi quidem inquiſitio magnitudinis Patris fiebat paſſio perditionis, nobis autem Dominus paſſus, agnitionem Patris conferens, ſalutem donauit. Et illius quidem paſſio fructificauit fructum fœmineum, ſicut dicunt inualidum, & infirmum, & informem, & inefficacem: iſtius autem paſſio fructificauit fortitudinem & virtutem. Aſcendens enim in altitudinem Dominus per paſſionem, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, & contulit credentibus in ſe ſuper ſerpentes & ſcorpiones calcare, & ſuper omnem virtutem inimici, id eſt, principis apoſtaſiæ. Et Dominus quidem per paſſionem, mortem deſtruxit; & ſoluit errorem, corruptionémque exterminauit, & ignorantiam deſtruxit; vitam autem manifeſtauit, & oſtendit veritatem, & incorruptionem donauit.

F

Matth. 9. 20.

Act. 1. 17.

Pſ. 108. 8.

G

Paſſionis Chriſti fructus.

H

Pſ. 67. 19.

Eph. 4. 8.

Marc. 16. 18.

Matt. 10. 1.

CAPVT XXXVII.

Quomodo † deſtruetur qui eſt de numeris ipſorum & nominibus ſermo.

ILlorum autem Æon cum fuiſſet perpeſſus Ignorantiam † ſubſtituit, ſubſtantiam informem peperit, ex qua omnia materialia opera prolata ſunt ſecundùm eos, mors, corruptio, error, & his ſimilia. Non ergo Iudas duodecimus diſcipulus typus erat paſſi Æonis, ſed neque Domini noſtri paſſio: per omnia enim diſſimile & inconueniens inuicem ſibi oſtenſum eſt, non ſolùm in his quæ prædiximus, ſed ſecundùm ipſum numerum. Proditor enim Iudas, quòd ſit duodecimus denominatus Apoſtolus in Euangelio apud omnes conſonat, hic autem Æon non duodecimus, ſed trigeſimus eſt: non enim duodecim tantùm Æones voluntate patris prolati ſunt, ſecundùm hæc, non duodecimus ordine emiſſus eſt, in trigeſimo loco annumerantes eum emiſſum. Quomodo ergo duodecimus ordine Iudas, eius qui in trigeſimo ordine eſt Æon, poteſt eſſe typus & imago? ſi autem Iudam pereuntem, imaginem Enthymeſeos eius eſſe dicunt; nec ſi imago ſimilis erit eius quæ ſecundùm eum eſt veritatis. Enthymeſis enim ſeparata ab Æone ipſa propterea formata à Christo, dehinc prudens facta à Saluatore, & omnia quæ ſunt extra Pleroma operata, ſecundùm imaginem eorum qui ſunt in Pleromate, in nouiſſimo in Pleroma recepta dicitur ab his, & ſecundùm coniugationes vnita Saluatore ei qui ex omnibus factus eſt. Iudas autem ſemel eiectus, nunquam reuertitur in diſcipulorum numerum: alioquin nunquam alius in locum eius annumeraretur. Et Dominus autem dixit de eo, Væ homini per quem Filius hominis tradetur. Et, Melius erat ei ſi non natus fuiſſet: & filius perditionis dictus eſt ab eo. Si autem non ſeparatæ ab Æone Enthymeſeos dicunt Iudam eſſe typum, ſed perplexæ ei paſſionis, nec ſic numerus duodecimus numero trium poſſunt eſſe typus. Hic enim Iudas eiectus eſt, & Matthias pro eo ordinatus: illic autem Æon periclitatus diſſolui, & periſſe dicitur, & Enthymeſis & paſſio: ſeparatim enim Enthymeſin quoque à paſſione fecerunt, & faciunt Æonem quidem reſtitui. Enthymeſin autem formari, paſſionem verò ab his ſeparatam eſſe materiam. Tribus itaque exiſtentibus his, Æone, & Enthymeſi, & & paſſione, Iudas & Matthias duo exiſtentes, non poſſunt typus eſſe. Si autem duodecim Apoſtolos dicunt typum eſſe illius ſolius duodecim Æonum prolationis, quam Homo cum Eccleſia protulit; & reliquorum decem Æonum, qui, vt dicunt, à Verbo & Vita prolati ſunt, dent typum alios decem Apoſtolos. Irrationabile eſt enim iuniores quidem Æones, & propter hoc minores, oſtendi à Saluatore per electionem Apoſtolorum: ſeniores autem horum, & ob hoc meliores, non iam præoſtendi, cùm poſſit Saluator, ſi tamen Apoſtolos ideo elegit, vt per eos oſtēdat Æonas, qui ſunt in Pleromate, & alios decem Apoſtolos eligere: & ante hos quoque alios octo, vt illam principalem & primam oſtendat Ogdoadem, per Apoſtolorum numerum typum factum poſſit oſtendere, neque ſecunda decade: poſt enim duodecim Apoſtolos LXX. alios Dominus noſter ante ſe miſiſſe inuenitur, ſeptuaginta autem nec octonario numero, neque denario, nec trigenario typus eſſe poſſunt. Quæ igitur cauſa eſt iuniores quidem, ſicut prædixi, Æones per Apoſtolos oſtendi; meliores autem, ex quibus & hi facti ſunt, non iam præfigurari? Et duodecim autem Apoſtoli: ſi propter hoc electi ſunt vt per eos numerus duodecim Æonum ſignificetur, & ſeptuaginta in typum Æonum ſeptuaginta electi eſſe debuerunt, non iam triginta numero Æonas, ſed octoginta & duos factos dicant, Qui enim ſecundùm typum eorum qui in Pleromate ſunt Æonum electionem facit Apoſtolorum, nunquam aliorum quidem faceret, aliorum verò non faceret; ſed per omnes Apoſtolos tentaſſet ſeruare imaginem, & oſtendere typum eorum qui ſunt in Pleromate Æonum.

Sed neque de Paulo quidem tacendum eſt, ſed exigendum ab his in cuius Æonis typum Apoſtolus nobis traditus eſt: niſi fortè in Saluatoris compoſiti eorum qui & ex omnium collocatione ſubſiſtit, quem & Omnia nuncupant, eo quod ſit ex omnibus de quo & Heſiodus poëta ſplendidè ſignificauit, Pandoram, id eſt, Omnium munus, nominans eum, ob hoc quòd ex omnibus optimum munus in eo ſit collatum. In quibus ratio hæc eſt. Hermes (ſicut Græco ſermone exprimitur) Αἱμυλίους τὲ λόγους ἢ ἐπίκλοπον ἦθος ἐς αὐτὺς Κάτθετο. Vt hoc ipſo Latino ſermone dicamus, Fraudulentiæ, ſiue ſeductionis verba, & ſubinuolantes mores indidit eorum ſenſibus, ad ſeducendum ſtultos hominum, vt credant figmentis eorum. Mater enim, hoc eſt Leto, occultè commouit eos, vnde & Leto nuncupata eſt ſecundum Græci ſermonis ſignificantiam, eo quòd occultè homines commoueret, neſciente Demiurgo, enuntiare profunda & inenarrabilia myſteria prurientibus aures. Et non ſolùm per Heſiodum hoc operata eſt Mater eorum myſterium dici, ſed & Pindari lyrici ſapienter valdè, vt cælet Demiurgo in Pelope, cuius caro in partes à parte diuiſa eſt, & ab omnibus diis collecta, & allata, & compacta, Pandoram hoc modo ſignificauit, ex qua & iſti compuncti eadem ſecundum eos dicentes, eiuſdem generis & ſpiritus ſunt cum illis.

CAPVT XXXVIII.

* *Quoniam ſecundum legem neque imagines, neque figuræ exiſtunt Plenitudinis ipſorum, ſed nec figuræ eſſe poſſunt.*

QVia autem & trigenarius numerus eorum omnes excedit, ſecundùm eos, aliquando quidem paucis, aliquando autem plurimis Æonibus ſtatim in Pleromate inuentis, oſtendimus. Non ergo triginta Æones ſunt nec ob hoc Saluator triginta annorum exiſtens venit ad Baptiſmum, vt oſtenderet tacitos Æones eorum triginta: alioquin ipſum primum erunt diſcernentes & eiicientes de Pleromate omnium. Duodecimo autem menſe dicunt eum paſſum, vt ſit anno vno poſt Baptiſmum prædicans, & ex † propheta tentant hoc ipſum confirmare: ſcriptum eſt enim Vocare annum Domini acceptum, & diem retributionis: verè cæcutientes, qui profunda Bythi adinueniſſe ſe dicunt, & non intelligentes ab Eſaia dictum annum Domino acceptabilem, & diem retributionis. Neque enim de die quæ duodecim horarum habet ſpatium dictum eſt in propheta; nec de anno duodecim menſium habente menſuram. Quia enim prophetæ in parabolis & allegoriis, & non ſecundùm ſonum ipſarum dictionum plurima dixerunt, & ipſi confitentur. Dies ergo retributionis dictus eſt, in qua retribuet Dominus vnicuique ſecundum opera ſua, hoc eſt, iudicium. Annus autem Domini acceptabilis, tempus hoc, in quo vocantur ab eo hi qui credunt ei & acceptabiles fiunt Deo: hoc eſt, omne ab aduentu eius tempus, vſque ad conſummationem, in quo vt fructus eos qui ſaluantur, acquirit. Sequitur enim ſecundùm dictionem prophetæ annum dies retributionis, & erit mentitus propheta, ſi anno tantummodo Dominus prædicauit, & de eo dicit. Vbi eſt enim dies retributionis? tranſiuit enim annus, & nondum dies retributionis eſt, ſed adhuc ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Et perſecutionem quidem patiuntur iuſti, & affliguntur, & occiduntur; in abundantia autem ſunt peccatores, & cum cithara & pſalterio bibunt, opera autem Domini non intendunt: debent autem ſecundùm dictionem copulari, & ſequens eſſe anno dies retributionis. Dictum eſt enim, vocare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Bene itaque intelligitur tempus hoc in quo vocantur & ſaluantur Domino, annus Domino acceptus: quem ſubſequitur dies retributionis, id eſt, iudicium: & non ſolùm autem vnus tempus hoc dicitur: ſed & dies nominatur, &

à Propheta, & à Paulo: in quibus & Apoſtolus memor
.8. ſcripturæ, in Epiſtola quæ eſt ad Romanos ait, Sicut
ſcriptum eſt, Propter te morte afficimur tota die, æſti-
13. mati ſumus vt oues occiſionis. Nunc autem tota die pro omni hoc tempore dictum eſt, in quo perſecutionem patimur, & vt oues occidimur. Sicut ergo dies hæc non illam quæ in XII. horis ſubſtitit, ſignificat, ſed omne tempus in quo patiuntur & interficiuntur propter Chriſtum credentes ei: ita & illic annus non qui eſt ex duodecim menſibus dicitur, ſed omne fidei tempus, in quo audientes prædicationem credunt homines, & acceptabiles Domino fiunt, qui ſe ei copulant.

CAPVT XXXIX.

Oſtenſio quod vno anno non præconiauerit Dominus poſt Baptiſmum: ſed omnem habuiſſe ætatem.

EST autem valde admirari, quoniam modo profunda Dei adinueniſſe ſe dicentes, non ſcrutati ſunt in Euangeliis, quoties ſecundùm tempus Paſchale Dominus poſt Baptiſma aſcenderit in Hieruſalem, ſecundùm quod moris erat Iudæis ex omni regione, omni anno, tempore hoc conuenire Hieruſalem, & illic diem feſtum Paſchæ celebrare. Et primùm quidem vt fecit vinum ex aqua in Cana Galilææ, aſcendit in diem feſtum Paſchæ. Quoniam & ſcriptum eſt: Quia multi crediderunt in eum, videntes ſigna quæ faciebat, ſicut Ioannes Domini diſcipulus meminit. Dehinc iterum ſubtrahens ſe, inuenitur in Sama-
6. ria, quando & cum Samaritana diſputabat: & filium Centurionis abſens verbo curauit, dicens: Vade, filius
.5. tuus viuit. Et poſt hæc iterum ſecunda vice aſcendit in diem feſtum Paſchæ in Hieruſalem, quando paralyticum, qui iuxta natatoriam iacebat XXXVIII. annos, curauit, iubens vt ſurgeret & auferret grabbatum ſuum, & iret: & iterum inde ſecedens trans mare Tyberiadis, vbi & cum multa turba eum fuiſſet ſequuta, de quinque panibus ſatiauit omnem illam multitudinem, & ſuperauerunt duodecim cophini fragmentorum. Deinde cùm Lazarum ſuſcitaſſet ex mortuis, & inſidiæ fierent à Phariſæis, ſecedit
1. in Effrem ciuitatem: & inde ante ſex dies Paſchæ veniens in Bethaniam ſcribitur, & de Bethania aſcendens in Hieroſolymam, & manducans Paſcha, & ſequenti die paſſus. Quoniam autem tria hæc Paſchatis tempora, non ſunt vnus annus, omnis quilibet confitebitur. Et ipſum autem menſem in quo Paſcha celebratur, in quo & paſſus eſt Dominus, non duodecimum, ſed primum eſſe, qui omnia ſe ſcite iactant, ſi neſciunt, à Moyſe poſſunt diſcere. Falſa ergo oſtenſa eſt & anni & duodecimi menſis abſolutio dictum, & debent aut abſolutionem ſuam, aut Euangelium reprobare, alioquin quomodo vno anno tantùm Dominus prædicauit, triginta quidem annorum exiſtens cùm veniret ad Baptiſmum, deinde magiſtri ætatem perfectam habens, venit Hieruſalem, ita vt ab omnibus
3. iuſtè audiretur magiſter: non enim aliud videbatur & aliud erat, ſicut inquiunt qui putatiuum introducunt; ſed quod erat, hoc & videbatur. Magiſter ergo exiſtens magiſtri quoque habebat ætatem, non reprobans nec ſupergrediens hominem, neque ſoluens ſuam legem in ſe humani generis, ſed omnem ætatem ſanctificans per illam quæ ad ipſam erat ſimilitudinem. Omnes enim venit per ſemetipſum ſaluare omnes inquam, qui per eum renaſcuntur in Deum, infantes, & paruulos, & pueros, & iuuenes, & ſeniores. Ideo per omnem venit ætatem, & infantibus infans factus, ſanctificans infantes, in paruulis paruulus, ſanctificans hanc ipſam habentes ætatem, ſimul & exemplum illis pietatis effectus, & iuſtitiæ & ſubiectionis: in iuuenibus iuuenis, exemplum iuuenibus, fiens, & ſanctificans Domino. Sic & ſenior in ſenioribus, vt ſit perfectus magiſter in omnibus, non ſolum ſecundùm expoſitionem veritatis, ſed ſecundùm ætatem ſanctificans ſimul & ſeniores, exemplum ipſis quoque fiens, deinde & E
vſque ad mortem peruenit, vt ſit primogenitus ex mor- Coloſſ. 1.
tuis, ipſe primatum tenens in omnibus, princeps vitæ; 18.
prior omnium, & præcedens omnes. Illi autem vt figmentum ſuum, de eo quod eſt ſcriptum, vocare annum Domini acceptum, affirment, dicunt vno anno eum prædicaſſe, & duodecimo menſe paſſum, contra ſemetipſos obliti ſunt, ſoluentes eius omne negocium, & magis neceſſariam, & magis honorabilem ætatem eius auferentes, illam, inquam, prouectiorem; in qua edocens præerat vniuerſis. Quomodo enim habuit diſcipulos, ſi non docebat? Quomodo autem docebat, magiſtri ætatem non habens? Ad Baptiſmum enim venit nondum qui triginta annos
ſuppleuerat, ſed qui inciperet eſſe tanquam triginta an- Luc. 3.
norum. Ita enim, qui eius annos ſignificauit Lucas, po- 23.
ſuit. Ieſus autem erat quaſi incipiens triginta annorum, cùm veniret ad Baptiſmum, & à Baptiſmate vno tantùm anno prædicauit, complens trigeſimum annum,
paſſus eſt, adhuc iuuenis exiſtens, qui necdum proue- F
ctiorem haberet ætatem. Quia autem triginta annorum
ætas † primæ indolis eſt iuuenis, & extenditur vſque ad † prima.
quadrageſimum annum, omnis quilibet confitebitur, à Nanni
quadrageſimo aut quinquageſimo anno declinat iam in de ætate
ætatem ſeniorem, quam habens Dominus noſter docebat, Chriſti.
ſicut Euangelium & omnes ſeniores teſtantur, qui in Aſia apud Ioannem diſcipulum Domini conuenerunt, idipſum tradidiſſe eis Ioannem. Permanſit autem cum eis vſque ad Traiani tempora. Quidam autem eorum non ſolùm Ioannem, ſed & alios Apoſtolos viderunt, & hæc eadem ab ipſis audierunt, & teſtantur de huiuſmodi relatione.

CAPVT XL.

De diebus, & horis, & menſibus, & vocabulis, & ſyllabis, de Amen, & de nonaginta nouem ouibus, ex quibus vna periit, & inuenta eſt. G

QVibus magis oportet credi? Vtrumne his talibus, an Ioan. 8.
Ptolemæo, qui Apoſtolos nunquam vidit, veſtigium 56. & 57.
autem Apoſtoli ne in ſomniis quidem aſſequutus eſt? Sed & ipſi autem qui tunc diſputabant cum Domino Ieſu Chriſto Iudæi apertiſſimè hoc ipſum ſignificauerunt. Quando enim eis dixit Dominus, Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum, & vidit, & gauiſus eſt, reſponderunt ei: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti; Hoc autem conſequenter dicitur ei, qui iam XL. annos exceſſit, quinquageſimum autem annum nondum attigit, non tamen multum à quinquageſimo an-
no † abſtitit. Ei autem qui ſit XXX. annorum diceretur vtri- † abſiſtat.
que, Quadraginta annorum nondum es. Qui enim volebant eum mendacem oſtendere, non vtique in multum extenderent annos vltra ætatem, quam eum habere conſpiciebant: ſed proxima ætatis dicebant, ſiue reſcientes
ex conſcriptione cenſus, ſiue coniicientes ſecundùm æta- H
tem, quam videbant habere eum ſuper quadraginta; ſed vt non qui eſſet triginta annorum. Irrationabile eſt enim omnino viginti annos mentiri eos, volentes eum iuniorem oſtendere temporibus Abrahæ. Quod autem videbant hoc & loquebantur: qui autem videbatur, non erat putatiuus, ſed veritas. Non ergo multum aberat à quinquaginta annis: & ideo dicebant ei, Quinquaginta annorum nondum es, & Abraham vidiſti? Non ergo anno vno prædicauit, nec duodecimo menſe anni paſſus eſt. Tempus enim à trigeſimo anno vſque ad quinquageſimum nunquam erit vnus annus, niſi ſit apud Æones eorum tam magni anni ſunt deputati his, qui apud Bythum in Pleromate ex ordine reſident, de quibus & Homerus poëta dixit, & ipſe inſpiratus à matre eorum erroris, Οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ. Quod Latinè interpretahimur, Dij autem apud Iouem conſidentes tractabant in aureo loco.

Sed & de illa muliere, quæ profluuio ſanguinis laborans, tetigit fimbriam veſtimenti Domini, & ſanata eſt,

CAPVT XXXVII.

Quomodo † deſtruetur qui eſt de numeris ipſorum & nominibus ſermo.

ILlorum autem Æon cum fuiſſet perpeſſus ignorantiam † ſubſtitult, ſubſtantiam informem peperit, ex qua omnia materialia opera prolata ſunt ſecundùm eos, mors, corruptio, error, & his ſimilia. Non ergo Iudas duodecimus diſcipulus typus erat paſſi Æonis, ſed neque Domini noſtri paſſio: per omnia enim diſſimile & inconueniens inuicem ſibi oſtenſum eſt, non ſolùm in his quæ prædiximus, ſed ſecundùm ipſum numerum. Proditor enim Iudas, quòd ſit duodecimus denominatus Apoſtolus in Euangelio apud omnes conſonat, hic autem Æon non duodecimus, ſed trigeſimus eſt: non enim duodecim tantùm Æones voluntate patris prolati ſunt, ſecundùm hæc, non duodecimus ordine emiſſus eſt, in trigeſimo loco annumerantes eum emiſſum. Quomodo ergo duodecimus ordine Iudas, eius qui in trigeſimo ordine eſt Æon, poteſt eſſe typus & imago: ſi autem Iudam pereuntem, imaginem Enthymeſeos eius eſſe dicunt; nec ſi imago ſimilis erit eius quæ ſecundùm eum eſt veritatis. Enthymeſis enim ſeparata ab Æone ipſa propterea formata à Chriſto, dehinc prudens facta à Saluatore, & omnia quæ ſunt extra Pleroma operata, ſecundùm imaginem eorum qui ſunt in Pleromate, in nouiſſimo in Pleroma recepta dicitur ab his, & ſecundùm coniugationes vnita Saluatore ei qui ex omnibus factus eſt. Iudas autem ſemel eiectus, nunquam reuertitur in diſcipulorum numerum: alioquin nunquam alius in locum eius annumeraretur. Et Dominus autem dixit de eo, Væ homini per quem Filius hominis traderetur. Et, Melius erat ei ſi non natus fuiſſet: & filius perditionis dictus eſt ab eo. Si autem non ſeparatæ ab Æone Enthymeſeos dicunt Iudam eſſe typum, ſed perplexæ ei paſſionis, nec ſic numerus duodecimus numero trium poſſunt eſſe typus. Hic enim Iudas eiectus eſt, & Matthias pro eo ordinatus: illic autem Æon periclitatus diſſolui, & periſſe dicitur, & Enthymeſis & paſſio: ſeparatim enim Enthymeſin quoque à paſſione fecerunt, & faciunt Æonem quidem reſtitui. Enthymeſin autem formari, paſſionem verò ab his ſeparatam eſſe materiam. Tribus itaque exiſtentibus his, Æone, & Enthymeſi, & & paſſione, Iudas & Matthias duo exiſtentes, non poſſunt typus eſſe. Si autem duodecim Apoſtolos dicunt typum eſſe illius ſolius duodecim Æonum prolationis, quam Homo cum Eccleſia protulit; & reliquorum decem Æonum, qui, vt dicunt, à Verbo & Vita prolati ſunt, dent typum alios decem Apoſtolos. Irrationabile eſt enim iuniores quidem Æones, & propter hoc minores, oſtendi à Saluatore per electionem Apoſtolorum: ſeniores autem horum, & ob hoc meliores, non iam præoſtendi, cùm poſſit Saluator, ſi tamen Apoſtolos ideo elegit, vt per eos oſtẽdat Æonas, qui ſunt in Pleromate, & alios decem Apoſtolos eligere: & ante hos quoque alios octo, vt illam principalem & primam oſtendat Ogdoadem, per Apoſtolorum numerum typum factum poſſit oſtendere, neque ſecunda decade: poſt enim duodecim Apoſtolos LXX alios Dominus noſter ante ſe miſiſſe inuenitur, ſeptuaginta autem nec octonario numero, neque denario, nec trigenario typus eſſe poſſunt. Quæ igitur cauſa eſt iuniores quidem, ſicut prædixi, Æones per Apoſtolos oſtendi; meliores autem, ex quibus & hi facti ſunt, non iam præfigurari: Et duodecim autem Apoſtoli: ſi propter hoc electi ſunt vt per eos numerus duodecim Æonum ſignificetur; & ſeptuaginta in typum Æonum ſeptuaginta electi eſſe debuerunt, non iam triginta numero Æonas, ſed octoginta & duos factos dicant, Qui enim ſecundùm typum eorum qui in Pleromate ſunt Æonum electionem facit Apoſtolorum, nunquam aliorum quidem faceret, aliorum verò non faceret: ſed per omnes Apoſtolos tentaſſet ſeruare imaginem, & oſtendere typum eorum qui ſunt in Pleromate Æonum.

Sed neque de Paulo quidem tacendum eſt, ſed exigendum ab his in cuius Æonis typum Apoſtolus nobis traditus eſt: niſi fortè in Saluatoris compoſiti eorum qui & ex omnium collocatione ſubſiſtit, quem & Omnia nuncupant, eo quod ſit ex omnibus de quo & Heſiodus poëta ſplendidè ſignificauit, Pandoram, id eſt, Omnium munus, nominans eum, ob hoc quòd ex omnibus optimum munus in eo ſit collatum. In quibus ratio hæc eſt. Hermes (ſicut Græco ſermone exprimitur) *Αἱμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος εἰς αὐτὸν κάτθετο.* Vt hoc ipſo Latino ſermone dicamus, Fraudulentiæ, ſiue ſeductionis verba, & ſubinuolantes mores indidit eorum ſenſibus, ad ſeducendum ſtultos hominum, vt credant figmentis eorum. Mater enim, hoc eſt Lero, occultè commouit eos, vnde & Lero nuncupata eſt ſecundum Græci ſermonis ſignificantiam, eo quòd occultè homines commoueret, neſciente Demiurgo, enuntiare profunda & inenarrabilia myſteria prurientibus aures. Et non ſolùm per Heſiodum hoc operata eſt Mater eorum myſterium dici, ſed & Pindari lyrici ſapienter valdè, vt cæler Demiurgo in Pelope, cuius caro in partes à parte diuiſa eſt, & ab omnibus diis collecta, & allata, & compacta, Pandoram hoc modo ſignificauit, ex qua & iſti compuncti eadem ſecundum eos dicentes, eiuſdem generis & ſpiritus ſunt cum illis.

CAPVT XXXVIII.

* *Quoniam ſecundum legem neque imagines, neque figuræ exiſtunt Plenitudinis ipſorum, ſed nec figuræ eſſe poſſunt.*

QVia autem & trigenarius numerus eorum omnes excedit, ſecundùm eos, aliquando quidem paucis, aliquando autem plurimis Æonibus ſtatim in Pleromate inuentis, oſtendimus. Non ergo triginta Æones ſunt: nec ob hoc Saluator triginta annorum exiſtens venit ad Baptiſmum, vt oſtenderet tacitos Æones eorum triginta: alioquin ipſum primum erunt diſcernentes & eiicientes de Pleromate omnium. Duodecimo autem menſe dicunt eum paſſum, vt ſit anno vno poſt Baptiſmum prædicans, & ex † propheta tentant hoc ipſum confirmare: ſcriptum eſt enim Vocare annum Domini acceptum, & diem retributionis: verè cæcutientes, qui profunda Bythi adinueniſſe ſe dicunt, & non intelligentes ab Eſaia dictum annum Domino acceptabilem, & diem retributionis. Neque enim de die quæ duodecim horarum habet ſpatium dictum eſt in propheta; nec de anno duodecim menſium habente menſuram. Quia enim prophetæ in parabolis & allegoriis, & non ſecundùm ſonum ipſarum dictionum plurima dixerunt, & ipſi confitentur. Dies ergo retributionis dictus eſt, in qua retribuet Dominus vnicuique ſecundùm opera ſua, hoc eſt, iudicium. Annus autem Domini acceptabilis, tempus hoc, in quo vocantur ab eo hi qui credunt ei & acceptabiles fiunt Deo: hoc eſt, omne ab aduentu eius tempus, vſque ad conſummationem, in quo vt fructus eos qui ſaluantur, acquirit. Sequitur enim ſecundùm dictionem prophetæ annum dies retributionis, & erit mentitus propheta, ſi annu tantummodo Dominus prædicauit, & de eo dicit. Vbi eſt enim dies retributionis? tranſiuit enim annus, & nondum dies retributionis eſt, ſed adhuc ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Et perſecutionem quidem patiuntur iuſti, & affliguntur, & occiduntur; in abundantia autem ſunt peccatores, & cum cithara & pſalterio bibunt, opera autem Domini non intendunt: debent autem ſecundùm dictionem copulari, & ſequens eſſe anno dies retributionis. Dictum eſt enim, vocare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Bene itaque intelligitur tempus hoc in quo vocantur & ſaluantur Domino, annus Domino acceptus; quem ſubſequitur dies retributionis, id eſt, iudicium: & non ſolùm autem vnus tempus hoc dicitur: ſed & dies nominatur, &

Isa 4. Luc 19.

M. 45 10 12.

à Propheta, & à Paulo: in quibus & Apoſtolus memor
8. ſcripturæ, in Epiſtola quæ eſt ad Romanos ait, Sicut
ſcriptum eſt, Propter te morte afficimur tota die, æſti-
.3. mati ſumus vt oues occiſionis. Nunc autem tota die pro
omni hoc tempore dictum eſt, in quo perſecutionem
1 patimur, & vt oues occidimur. Sicut ergo dies hæc non
4. illam quæ in XII. horis ſubſtitit, ſignificat, ſed omne tem-
pus in quo patiuntur & interficiuntur propter Chriſtum
credentes ei: ita & illic annus non qui eſt ex duodecim
menſibus dicitur, ſed omne fidei tempus, in quo audien-
tes prædicationem credunt homines, & acceptabiles
Domino fiunt, qui ſe ei copulant.

CAPVT XXXIX.

Oſtenſio quod vno anno non præconiauerit Dominus poſt Baptiſmum: ſed omnem habuiſſe ætatem.

EST autem valde admirari, quoniam modo profunda
Dei adinueniſſe ſe dicentes, non ſcrutati ſunt in Euan-
geliis, quoties ſecundùm tempus Paſchale Dominus poſt
Baptiſma aſcenderit in Hieruſalem, ſecundùm quod mo-
ris erat Iudæis ex omni regione, omni anno, tempore
hoc conuenire Hieruſalem, & illic diem feſtum Paſchæ
celebrare. Et primùm quidem vt fecit vinum ex aqua in
Cana Galilææ, aſcendit in diem feſtum Paſchæ. Quoniam
& ſcriptum eſt: Quia multi crediderunt in eum, videntes
ſigna quæ faciebat, ſicut Ioannes Domini diſcipulus me-
minit. Dehinc iterum ſubtrahens ſe, inuenitur in Sama-
6. ria, quando & cum Samaritana diſputabat: & filium
Centurionis abſens verbo curauit, dicens: Vade, filius
5. tuus viuit. Et poſt hæc iterum ſecunda vice aſcendit in
diem feſtum Paſchæ in Hieruſalem, quando paralyticum,
qui iuxta natatoriam iacebat XXXVIII. annos, curauit, iu-
bens vt ſurgeret & auferret grabbatum ſuum, & iret: &
iterum inde ſecedens trans mare Tyberiadis, vbi & cum
multa turba eum fuiſſet ſequuta, de quinque panibus ſa-
turauit omnem illam multitudinem, & ſuperauerunt duo-
decim cophini fragmentorum. Deinde cùm Lazarum ſu-
ſcitaſſet ex mortuis, & inſidiæ fierent à Phariſæis, ſecedit
1. in Effrem ciuitatem: & inde ante ſex dies Paſchæ veniens
in Bethaniam ſcribitur, & de Bethania aſcendens in Hie-
roſolymam, & manducans Paſcha, & ſequenti die paſ-
ſus. Quoniam autem tria hæc Paſchatis tempora, non
ſunt vnus annus, omnis quilibet confitebitur. Et ipſum
autem menſem in quo Paſcha celebratur, in quo & paſſus
eſt Dominus, non duodecimum, ſed primum eſſe, qui
omnia ſe ſcire iactant, ſi neſciunt, a Moyſe poſſunt diſcere.
Falſa ergo oſtenſa eſt & anni & duodecimi menſis abſo-
lutio dierum, & debent aut abſolutionem ſuam, aut
Euangelium reprobare, alioquin quomodo vno anno tan-
tum Dominus prædicauit, triginta quidem annorum exi-
ſtens cùm veniret ad Baptiſmum, deinde magiſtri ætatem
perfectam habens, venit Hieruſalem, ita vt ab omnibus
3. iuſtè audiretur magiſter: non enim aliud videbatur &
aliud erat, ſicut inquiunt qui putatiuum introducunt,
ſed quod erat, hoc & videbatur. Magiſter ergo exiſtens
magiſtri quoque habebat ætatem, non reprobans nec ſu-
pergrediens hominem, neque ſoluens ſuam legem in ſe
humani generis, ſed omnem ætatem ſanctificans per illam
quæ ad ipſam erat ſimilitudinem. Omnes enim venit per
ſemetipſum ſaluare omnes inquam, qui per eum rena-
ſcuntur in Deum, infantes, & paruulos, & pueros, & iuue-
nes, & ſeniores. Ideo per omnem venit ætatem, & infan-
tibus infans factus, ſanctificans infantes, in paruulis paruu-
lus, ſanctificans hanc ipſam habentes ætatem, ſimul &
exemplum illis pietatis effectus, & iuſtitiæ & ſubiectio-
nis: in iuuenibus iuuenis, exemplum iuuenibus, fiens,
& ſanctificans Domino. Sic & ſenior in ſenioribus, vt ſit
perfectus magiſter in omnibus, non ſolum ſecundum ex-
poſitionem veritatis, ſed ſecundùm ætatem ſanctificans
ſimul & ſeniores, exemplum ipſis quoque fiens, deinde & E
vſque ad mortem peruenit, vt ſit primogenitus ex mor- Coloſſ. 1. 18.
tuis, ipſe primatum tenens in omnibus, princeps vitæ,
prior omnium, & præcedens omnes. Illi autem vt figmen-
tum ſuum, de eo quod eſt ſcriptum, vocare annum Do-
mini acceptum, affirment, dicunt vno anno eum prædi-
caſſe, & duodecimo menſe paſſum, contra ſemetipſos obli-
ti ſunt, ſoluentes eius omne negocium, & magis neceſſa-
riam, & magis honorabilem ætatem eius auferentes, il-
lam, inquam, prouectiorem; in qua edocens præerat vni-
uerſis. Quomodo enim habuit diſcipulos, ſi non docebat?
Quomodo autem docebat, magiſtri ætatem non habens?
Ad Baptiſmum enim venit nondum qui triginta annos
ſuppleuerat, ſed qui inciperet eſſe tanquam triginta an- Luc. 3. 23.
norum. Ita enim, qui eius annos ſignificauit Lucas, po-
ſuit. Ieſus autem erat quaſi incipiens triginta annorum,
cùm veniret ad Baptiſmum, & à Baptiſmate vno tan-
tùm anno prædicauit, complens trigeſimum annum,
paſſus eſt, adhuc iuuenis exiſtens, qui necdum proue- F
ctiorem haberet ætatem. Quia autem triginta annorum
ætas † primæ indolis eſt iuuenis, & extenditur vſque ad † primæ.
quadrageſimum annum, omnia quilibet confitebitur, à Nanus de ætate Chriſti.
quadrageſimo aut quinquageſimo anno declinat iam in
ætatem ſeniorem, quam habens Dominus noſter docebat,
ſicut Euangelium & omnes ſeniores teſtantur, qui in Aſia
apud Ioannem diſcipulum Domini conuenerunt, idipſum
tradidiſſe eis Ioannem. Permanſit autem cum eis vſque
ad Traiani tempora. Quidam autem eorum non ſolùm
Ioannem, ſed & alios Apoſtolos viderunt, & hæc eadem
ab ipſis audierunt, & teſtantur de huiuſmodi relatione.

CAPVT XL.

De diebus, & horis, & menſibus, & vocabulis, & ſyllabis, de Amen, & de nonaginta nouem ouibus, ex quibus vna periit, & inuenta eſt. G

QVibus magis oportet credi? Vtrumne his talibus, an Ioan 8. 56. & 57.
Ptolemæo, qui Apoſtolos nunquam vidit, veſtigium
autem Apoſtoli ne in ſomniis quidem aſſequutus eſt? Sed
& ipſi autem qui tunc diſputabant cum Domino Ieſu
Chriſto Iudæi apertiſſimè hoc ipſum ſignificauerunt.
Quando enim eis dixit Dominus, Abraham pater veſter
exultauit vt videret diem meum, & vidit, & gauiſus eſt,
reſponderunt ei: Quinquaginta annos nondum habes, &
Abraham vidiſti? Hoc autem conſequenter dicitur ei, qui
iam XL. annos exceſſit, quinquageſimum autem annum
nondum attigit, non tamen multum à quinquageſimo an-
no † abſticit. Ei autem qui ſit XXX. annorum diceretur vti- †abſiſtat.
que, Quadraginta annorum nondum es. Qui enim vole-
bant eum mendacem oſtendere, non vtique in multum
extenderent annos vltra ætatem, quam eum habere con-
ſpiciebant: ſed proxima ætatis dicebant, ſiue ſcientes
ex conſcriptione cenſus, ſiue conjicientes ſecundùm æta- H
tem, quam videbant habere eum ſuper quadraginta; ſed vt
non qui eſſet triginta annorum. Irrationabile eſt enim om-
nino viginti annos mentiri eos, volentes eum iuniorem
oſtendere temporibus Abrahæ. Quod autem videbant
hoc & loquebantur: qui autem videbatur, non erat puta-
tiuus, ſed veritas. Non ergo multum aberat à quinquagin-
ta annis: & ideo dicebant ei, Quinquaginta annorum
nondum es, & Abraham vidiſti? Non ergo anno vno præ-
dicauit, nec duodecimo menſe anni paſſus eſt. Tempus
enim à trigeſimo anno vſque ad quinquageſimum nun-
quam erit vnus annus, niſi ſit apud Æones eorum tam ma-
gni anni ſunt deputati his, qui apud Bythum in Pleroma-
te ex ordine reſident, de quibus & Homerus poëta dixit,
& ipſe inſpiratus à matre eorum erroris, Οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ
καθήμενοι ἠγορόωντο Χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ. Quod Latinè inter-
pretabimur, Dij autem apud Iouem conſidentes tracta-
ctabant in aureo loco.

Sed & de illa muliere, quæ profluuio ſanguinis labo-
rans, tetigit fimbriam veſtimenti Domini, & ſanata eſt,

aperta eſt eorum ignorantia. Dicunt enim per eam oſtendi paſſam illam duodecimam virtutem, & in infinitum defluxam, id eſt, duodecimum Æonem. Primùm quidem quia ſecundùm ſectam eorum, duodecimus non eſt iſte Æon, ſicut oſtendimus. Vt autem ex ſuperfluo eis & hoc detur, duodecim Æonibus exiſtentibus, vndecim quidem impaſſibiles perſeueraſſe dicuntur, duodecimus autem paſſus: mulier autem è contrario duodecimo anno ſanata, manifeſtum eſt quoniam vndecim quidem annis habuit perſeuerantem paſſionem, duodecimo autem ſanata eſt. Siquidem vndecim Æones in paſſione inſanabili fuiſſe dicerentur, ſanatus autem duodecimus, ſuaſorium erat dicere typum eorum eſſe mulierem. Quia autem hæc vndecim quidem annis paſſa eſt, & non eſt ſanata, duodecimo autem anno ſanata eſt, quomodo poteſt eſſe typus duodecimi Æonis, ex quibus vndecim omnino nihil paſſi ſunt, ſolus autem duodecimus participatus eſt paſſionem? Typus enim & imago ſecundùm materiam, & ſecundùm ſubſtantiam aliquoties à veritate diuerſus eſt, ſecundùm autem habitum & lineamentum debet ſeruare ſimilitudinem, & ſimiliter oſtendere per præſentia illa quæ non ſunt præſentia. Et non ſolum in hac muliere anni infirmitatis deſcripti ſunt, quos coaptari dicunt figmento ſuo: ſed ecce & alia mulier ſimiliter XVIII. annis infirmata, ſanata, eſt, de qua Dominus ait: Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit Satanas decem & octo annis, non oportebat ſolui in die ſabbati? Si ergo illa typus erat duodecimi Æonis paſſi, & hæc typus eſſe decimi octaui Æonis paſſi debet. Sed non habent oſtendere: alioquin prima & principalis eorum Ogdoas connumerabitur compaſſis Æonibus. Sed & alius autem quidam ſanatur à Domino XXXVIII. annos habens in ſua paſſione, & trigeſimum & octauum paſſum Æonem dicant. Si enim quæ à Domino facta ſunt, typos eſſe dicunt eorum quæ ſunt in pleromate, typus in omnibus debet ſeruari. Sed neque eam quæ poſt XVIII. annos curata eſt, neç eum qui poſt XXXVIII. annos curatus eſt, poſſunt adaptare ſuo figmento. Inſulſum autem & inconueniens eſt omnino dicere in quibuſdam quidem ſeruaſſe typum Saluatorem, in quibuſdam autem non ſeruaſſe. Diſſimilis ergo & mulieris typus, negotio eorum oſtenditur.

Adhuc autem & falſum demonſtrat commentum eorum, & inſtabile figmentum eorum, etiam hoc ipſum quod per numeros aliquando quidem, & per ſyllabas nominum: aliquando autem per ſyllabarum literas, aliquando verò & per numeros, qui ſecundùm Græcos in literis continentur, tentant inferre probationes, apertiſſimè conſternationem, ſiue confuſionem, & inſtabilitatem ſcientiæ eorum & extortum † demonſtrant. IESVS enim nomen alterius linguæ exiſtens, ad Græcorum numerum transferentes, aliquando quidem epiſemon eſſe dicunt, ſex habens literas: aliquando autem plenitudinem Ogdoada DCCCLXXXVIII. numerum habens. Græcum autem nomen eius, quod eſt Soter, id eſt, Saluator, quia non conuenit figmento eorum, nec ſecundùm numerum, nec ſecundùm literas, tacuerunt. Et quidem ſi ex prouidentia Patris dominica nomina accepiſſent, per numerum, & per literas ſignificantia numerum in Pleromate, Soter nomen Græcum exiſtens, ſecundùm Græcitatem, & per has literas, & per numeros Pleromatis debuit oſtendere myſterium: ſed non ita habet, quia quidem quinque ineſt literarum numerus, aut ex quadringentis octo.

CAPVT XLI.

Oſtenſio quod nec ſecundum formam Pleromatis eorum facta ſint quæ facta ſunt, neque rurſus variè & prout euenit.

HÆc autem in nullo communicant Pleromati eorum, non ergo vera eſt illa quæ ab eis in Pleromate dicitur negotiatio. Ieſus autem nomen ſecundùm propriam Hebræorum linguam, literarum eſt duarum & dimidiæ, ſicut periti eorum dicunt, ſignificans Dominum eum qui continet cœlum & terram, quia ieſus ſecundùm antiquam Hebraicam linguam cœlum eſt, terra autem iterum ſura † vſſer dicitur. † Verbum ergo quod cœlum & terra habet, ipſe eſt Ieſus. Falſa eſt ergo & epiſemi eorum redditio, & numerus eorum euerſus eſt manifeſtè. Secundùm † autem propriam eorum linguam quinque literarum eſt Græco vocabulo Soter: Ieſus autem iterum ſecundùm Hebraicam linguam duas & dimidiam habet literas Sion. Ruit ergo numerus calculi, qui eſt Iudaicè LXXXVIII. Per omnia autem Hebræorum literæ non conueniunt numero Græcorum, quæ maximè deberent antiquiores & firmiores exiſtentes, ſaluare ſupputationem nominum. Ipſæ enim antiquæ & primæ Hebræorum literæ & ſacerdotales nuncupatæ, decem quidem ſunt numero, ſcribuntur autem quæque per quindecim, nouiſſima litera copulata primæ. Et ideo quidem quædam ſecundùm ſubſequentiam ſcribunt, ſicuti & nos: quædam autem retrorſum à dextra parte in ſiniſtram partem retorquentes literas. Chriſtus autem ſupputationem nominis conuenientem Æonis Pleromatis eorum habere debuit, qui ad ſtabilitatem & correctionem Pleromatis eorum prolatus eſt, ſecundùm quod dicunt. Et Pater autem ſimiliter & per literas, & per numerum, continere debuit numerum, eorum, qui ab eo prolati ſunt Æonum; ſed & Bythus ſimiliter: nihilominus autem & vnigenitus, & maximè autem ſuper omne nomen quod dicitur Deus, quod & ipſum Hebraicè Barneth dicitur, & duas & dimidium habet literas. Ex hoc ergo quod firmiora nomina ſecundùm Hebraicam & Græcitatis linguam, nec ſecundùm numerum literarum, nec ſecundùm ſupputationem conueniunt figmento eorum: manifeſta eſt de reliquis impudenter extorta ſupputatio.

Etenim ex lege eligentes quæcunque concurrunt ſectæ eorum numero, tentant violenter probationes facere. Si autem erat propoſitum Matri eorum, ſiue Saluatori, per Demiurgum typus eorum quæ ſunt in pleromate oſtendere, in verioribus & ſanctioribus fieri typus fuiſſent operari: & maximè autem in ipſa Arca teſtamenti, per quam & omne tabernaculum teſtimonij compoſitum eſt. Facta eſt autem hæc, longitudo quidem eius cubitis duobus & dimidio, latitudo autem eius vno cubito & dimidio, & altitudo cubito vno & dimidio, numerus autem iſte cubitorum in nullo conuenit figmento eorum, per quem maximè typus oſtendi debuit. Et Propitiatorium autem ſimiliter in nullo conuenit expoſitionibus eorum. Adhuc autem & Menſa propoſitionis duobus cubitis longitudo, & vnius cubiti latitudo, altitudo autem eius vnius cubiti & dimidij. Hæc ante ſancta ſanctorum, per quæ ne vna quidem quantitas numeri ſignificantiam quaternationis, ſiue octonationis, aut reliqui Pleromatis eorum continet. Quid autem Candelabrum ſeptem quidem habens calamiſcos, lucernas autem ſeptem: etſi quidem ſecundùm typum factum fuiſſet, calamiſcos octo totidémque lucernas habere debuit, ad typum primæ octonationis, quæ præfulget in Æonibus, & illuminat omnem plenitudinem. Atria autem decem exiſtentia diligenter numerauerunt, typum ea dicentes decem Æonum: pelles autem iam non numerauerunt ſecundùm numerum vndecim factas, ſed neque ipſorum atriorum magnitudinem menſi ſunt vigenti & octo cubitorum longitudinem vnumquodque atrium habens. Et columnarum longitudinem factam decem cubitorum exponunt propter decadem Æonum. Latitudo autem vnius & dimidij cubiti erat vniuſcuiuſque columnæ, non iam exponunt, neque numerum omnium columnarum, neque ſerarum earum, quoniam non communicat argumento eorum. Quid autem oleum vnctionis, quod omne tabernaculum ſanctificauit? Fortaſſe latuit Saluatorem, aut † dormiente Matre eorum, Demiurgus à ſemetipſo † dependere præcepit, vnde & diſſonat ad Pleroma eorum, ſmyrnæ quidem habens ſiclos quingentos, ireos D. cinamomi CCL. calamiſci CCL. & ſuper hæc oleum, ita vt ex quinque commixtionibus ſubſiſtat.

Ex Mo...
Ex 25
Ex 25.
Ex 25.
Ex 23

Et

Et incenſum autem ſimiliter de ſtacte, & vngula, & galbano, & hedyoſmo, & thure quæ in nullo communicare poſſunt neque commixtionibus, neque pondere, argumento eorum. Irrationabile eſt ergo & omnino ruſticanum in ſublimibus quidem & elegantioribus legis non ſeruatos eſſe typos: in cœteris autem, ſicubi aliquis numerus concurrit cum his quæ ipſi dicunt, typum eſſe aſſeuerare eorum quæ ſunt in Pleromate, cùm omnis numerus multifariè ſcripturis ſit poſitus? ita vt poſſit qui velit non ſolùm octonationem, & decadem, & duodecada, ſed quemlibet ex ſcripturis conſtituere numerum, & hunc typum eſſe commentari à ſe erroris.

30.

CAPVT XLII.

Quoniam non poſſit conſtare per numeros veritas.

QVia autem hoc verum eſt, numerus iſte qui quinque dicitur, in nullo communicans argumento eorum, nec concurrens figmento eorum, nec conueniens eis ad typicam eorum quæ ſunt in Pleromate demonſtrata, demonſtrationem ex ſcripturis, ſic ſuſcipiet probationem. Soter nomen quinque literarum, & pater autem habet quinque literas, ſed & Agape nomen ſunt literæ quinque, & Dominus noſter panes quinque benedicens, ſatiauit hominum quinque millia, ſapientes virgines a Domino ſunt quinque dictæ, & ſtultæ ſimiliter quinque. Iterum, quinque viri cum Domino fuiſſe dicuntur quando teſtimonio Patris occurrit, ſcilicet Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & Moyſes, & Helias: quintus autem ingreſſus Dominus ad mortuam puellam ſuſcitauit eam. Nullum enim, inquit, permiſit intrare, niſi Petrum, & Iacobum, & patrem & matrem puellæ. Ille diues apud inferos habere ſe quinque fratres dixit, ad quos vnum ire rogat ex mortuis reſurgentem. Natatoria piſcina quinque habebat porticus, vnde Dominus Paralyticum ſanum in ſuam domum ire præcepit. Ipſe habitus Crucis fines & ſummitates habet quinque, duos in longitudine, & duos in latitudine, & vnum in medio, † vbi requieſcit qui clauis affigitur. Vnaquæque manus noſtra digitos quinque habet; ſed & ſenſus habemus quinque: & quæ in noſtris ſunt viſceribus, in quinque poſſunt numerari, cor, & hepar, pulmones, ſplen, & renes. Adhuc etiam totus homo in hunc numerum poteſt diuidi, caput, pectus, venter, femora, pedes. Quinque ætates tranſit humanum genus, primùm infans, deinde puer, deinde paruulus, & poſthæc iuuenis, ſic deinde ſenior. In quinque libris legem populo Moyſes tradidit. Vnaquæque tabula quam accepit à Deo, præcepta habebat quinque. Velamen ſanctum ſanctorum cooperiens, columnas habebat quinque. Et holocauſti altare, altitudo eius erat quinque cubitorum. Sacerdotes in eremo electi ſunt quinque, ſcilicet, Aaron, Nadab, Abiud, Eleazar, & Ithamar. Talaris, & logium, & reliqua ſacerdotalis compoſitio de quinque contexta ſunt: habebat enim aurum, & hyacinthũm, & purpuram, & coccinum, & byſſum. Et quinque reges Amorrhæorum in ſpeluncis concludens Ieſus Naue, capita eorum inculcari dedit populo, & alia quoque multa millia huiuſmodi, & in hoc numero, & in quo quis voluerit, ſiue ex Scripturis, ſiue ex ſubiacentibus naturæ operibus colligere poteſt, & non iam ob hoc quinque Æonas eſſe dicimus ſuper Demiurgum, nec quinionem quaſi vt diuinam rem aliquam conſecramus, nec inſtabilia, nec deliramenta per vanum iſtum laborem confirmare tentamus, neque creaturam bene aptatam à Deo cogimus malè in typos non exiſtentium transferri, & impia & nefaria dogmata introducere, cùm detectio & euerſio ab omnibus ſenſum habentibus poſſit exiſtere.

Quis enim concedat eis CCCLXV. tantùm dies habere annum, vt ſint duodecim menſes è triginta diebus in typum duodecim Æonum diſſimili & typo exiſtente? Illic enim vnuſquiſque Æonum trigeſima pars eſt vniuerſi Pleromatis, menſis autem duodecima pars anni ab ipſis eſſe dicitur. Si quidem annus in triginta diuideretur, & menſis in duodecim, conueniens putaretur typus eſſe mendacio eorum. Nunc autem in contrarium eſt. Pleroma quidem eorum in triginta diuiditur, pars autem eius aliqua in duodecim: hic autem omnis quidem annus in duas diuiditur partes, pars autem eius aliqua in triginta. Inſulsè itaque Saluator menſem quidem vniuerſi Pleromatis typum fecit fieri, annum autem eius quæ in Pleromate eſt duodecadis: magis enim conueniebat annum quidem in triginta diuidere, ſicut & totum Pleroma: menſem autem in duodecim, ſicut & ſunt in pleromate eorum Æones. Et illi quidem omne Pleroma in tres diuidunt, id eſt in octonationem, & decadem, & duodecadem. Hic autem annus in quatuor diuiditur, id eſt, vernum, æſtatem, autumnum, & hyemem. Sed neque menſes, quos dicunt typum eſſe trigenatij, præfinitiuè triginta habent dies, ſed alij quidem plures, alij autem minus, eò quòd quinque dies ſuperponantur eis. Et dies autem non ſemper præfinitas duodecim habet horas, ſed à nona vſque ad quindecimam aſcendit, & iterum à quindecima in nouem deſcendit. Non iam propter triginta Æonas facti ſunt menſes triginta dierum: alioquin haberent præfinitas trigenarias dies. Neque iterum dies horum, vt duodecim Æonas per duodecim horas figurarent: haberent ipſi enim præfiguratas ſemper duodecim horas. E F

Adhuc autem materialia Siniſtra vocantes: & ex neceſſitate quæ ſunt Siniſtræ, in corruptionem cedere dicentes, & Saluatorem veniſſe ad ouem perditam, vt eam transferat ad dextra, id eſt, ad illas quæ ſunt ſaluæ nonaginta & nouem oues, quæ non perierunt, ſed in ouili permanſerunt: ſiniſtræ manus exiſtentes leuamen, non eſſe ſalutis conſentire eos neceſſe eſt. Et hoc quod non ſimiliter eundem numerum habet, cogétur ſiniſtræ, id eſt, corruptionis confiteri, & hoc nomen quod Græcè dicitur Agape, ſecundùm Græcorum literas, per quas apud eos ſupputatio ſignatur, nonaginta & tres numerum habens, ſimiliter Siniſtræ manus leuamen eſt, & Alethia quoque ſimiliter ſecundùm ſupradictam rationem ſexaginta quatuor numerum habens, in parte materialium ſubſiſtit, & omnia omnino quæcunque ſanctorum nomina non adimplent numerum centum, ſed Siniſtræ tantùm habent numeros, corruptibilia & materialia eſſe cõfiteri cogẽtur: G

CAPVT XLIII.

Quæ ſunt quæ à nobis poſſunt exolui, & quæ ſunt quæ remittuntur Deo fabricatori.

SI quis autem ad hæc dixerit, Quid ergo? an vanum eſt, & vt prouenit, & † omnium poſitiones ſunt & † *nominum.*
Apoſtolorum electio, & Domini operatio, & eorum quæ facta ſunt compoſitio? Dicemus eis, non quidem, ſed magna ſapientia & diligentia ad liquidum apta & ornata, omnia à Deo facta ſunt, & antiqua, & quæcunque in nouiſſimis temporibus Verbũ eius operatum eſt, & debent ea non numero xx. ſed ſubiacenti copulare argumento, ſiue rationi: neque de Deo inquiſitionem ex numeris, & ſyllabis, & literis accipere. Infirmum eſt enim hoc propter multifarium & varium eorum, & quòd poſſit argumentum hodie æquè commentatum, ab aliquo contraria veritati ex ipſis ſumere teſtimonia, eò quòd in multa transferri † poſſunt: ſed ipſos numeros, & ea quæ facta ſunt aptare debent ſubiacenti veritatis argumento. Non enim regula ex numeris, ſed numeri ex regula nec Deus ex factis, ſed ea quæ facta ſunt ex Deo. Omnia enim ex vno & eodem Deo quia autem varia & multa ſunt quæ facta ſunt: & omnis quidem factura benè aptata, & benè conſonans; quantum autem ſpectat ad vnum quodque eorum, ſunt ſibi inuicem contraria & non conuenientia, ſicut citharæ ſonus per vniuſcuiuſque diſtantiam conſonantem vnam melodiam H † *poſſint.* *Canon Irenæi.*

operatur, ex multis & contrariis ſonis ſubſiſtens. Debet ergo amator veri non traduci diſtantia vniuſcuiuſque ſoni, nec alium quidem huius, alium autem illius artificem ſuſpicari & factorem: neque alium quidem acutiores, alium autem vaſtiores, alium verò † varietates aptaſſe: ſed vnum & ipſum ad totius operis & ſapientiæ demonſtrationem & iuſtitiæ, & bonitatis & numeris. Hi verò quid audiunt melodiam, debent laudare & glorificare artificem, & aliorum quidem extenſionem mirari, aliorum autem laxamentum intendere, aliorum verò intra vtrumque temperamentum exaudire, aliorum autem typum conſiderare, & ad quid vnumquodque referat, & eorum cauſam inquirere, nuſquam transferentes regulam, neque errantes ab artifice, neque abiicientes fidem quæ eſt in vnum Deum qui fecit omnia, neque blaſpemantes noſtrum Conditorem. Si autem & aliquis non inuenerit cauſam omnium quæ requiruntur, cogitet, quia homo eſt in infinitum minor Deo, & qui ex parte acceperit gratiam, & qui nondum æqualis vel ſimilis ſit factori, & quia omnium experientiam, & cogitationem habere non poſſit, vt Deus: ſed in quantum minor eſt ab eo qui factus non eſt, & qui ſemper idem eſt, ille qui hodie factus eſt, & initium facturæ accepit: in tantùm ſecundùm ſcientiam & ad inueſtigandum cauſas omnium minorem eſſe eo qui fecit. Non enim infectus es, ô homo, neque ſemper coexiſtebas Deo, ſicut proprium eius Verbum: ſed propter eminentem bonitatem eius, nunc initium facturæ accipiens, ſenſim diſcis à Verbo diſpoſitiones Dei, qui te fecit. Ordinem ergo ſerua tuæ ſcientiæ, & ne vt bonorum ignarus ſupertranſcendas ipſum Deum.

CAPVT XLIV.

Oſtenſio quoniam Demiurgus non ſit ſupergreſſibilis mente, neque ſuper eum alteram diuinitatem eſſe.

NOn enim tranſibilis eſt: neque ſuper Demiurgum requiras quid ſit. Non enim inuenies. Indeterminabilis eſt enim artifex tuus, neque tanquam hunc totum menſus ſis, & tanquam qui per omnem eius fabricam veneris. & omne quod eſt in eo profondum, & altitudinem, & longitudinem conſideraueris, ſuper ipſum alium excogites patrem. Non enim excogitabis, ſed contra naturam ſentiens, eris inſipiens: etſi in hoc perſeueraris, incides in inſaniam, ſubliniorem teipſum melioremque factore tuo exiſtimans, & quod pertranſeas regna eius.

CAPVT XLV.

Quid ſit quod à Paulo dictum eſt, Scientia inflat, dilectio autem ædificat.

MElius ergo & vtilius idiotas parum ſcientes exiſtere, & per charitatem proximum fieri Deo, quàm putare multum ſcire, & multum expertos in ſuum Deum blaſphemos inueniri, alterum Deum Patrem fabricantes, & ideo Paulus † clamabat: Scientia inflat, charitas autem ædificat. Non qui veram ſcientiam de Deo culparet: alioquin ſeipſum primùm accuſaret: ſed quia ſciebat quoſdam ſub occaſione ſcientiæ elatos excidere à dilectione Dei, & ob hoc opinari ſeipſos eſſe perfectos, imperfectum autem Demiurgum introducentes, abſcidens eorum huiuſmodi ſcientiæ ſupercilium, ait: Scientia inflat, charitas autem ædificat. Maior autem hac non eſt alia inflatio, quàm vt opinetur quis ſe meliorem & perfectiorem eſſe eo qui fecerit & plaſmauerit, & ſpiramen vitæ dederit, & hoc ipſum eſſe præſtiterit. Melius itaque eſt, ſicuti prædixi, nihil omnino ſcientem quempiam, ne quidem vnam cauſam cuiuſlibet eorum quæ facta ſunt, cur factum ſit credere Deo, & perſeuerare in eius dilectione, quæ hominem viuificat: nec aliud inquirere ad ſcientiam, niſi Ieſum Chriſtum Filium Dei, qui pro nobis crucifixus eſt: quàm per quæſtionum ſubtilitates & multiloquium in impietatem cadere. E

Matth. 10,30.

Quid enim ſit ſuper hos conatus paululum quis elatus, eò quòd Dominus dixerit, Quia & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt, curioſè inquirere voluerit, & numerum vniuſcuiuſque capitis capillorum, & cauſam exquirere, per quam hic quidem tantos, ille autem tantos capillos habeat, non omnibus ex æquo habentibus: ſed multis millibus ſuper millia aliis atque aliis numeris inuentis, eò quòd alij quidem maiora, alij autem minora habeant capita: & alij quidem ſpiſſos capillos ſemper, alij autem raros, alij verò & omnino paucos capillos habeant; Et hi qui putant ſe numerum inueniſſe capillorum, tentent referre ad teſtimonium ſuæ ſectæ, quam excogitauerunt? P Aut iterum ſi quis etiam ob hoc quod dictum ſit in Euangelio: Nonne duo paſſeres aſſe væneunt, & vnus ex his non cadet ſuper terram ſine Patris veſtri voluntate? enumerare voluerit captos vbique quotidie paſſeres ſiue in vnaquaque regione, & cauſam requirere ob quam heri quidem tantos, ac pridem tantos, hodie autem iterum tanti ſint qui capti ſunt: & adnectat paſſerum numerum ad ſuum argumentum; nonne ſeipſum ſeducit omnino? Et eos qui acquieſcunt, in magnam inſaniam cogit ſemper promptis hominibus vt in talibus ampliùs quid quàm magiſtri eorum putentur inueniſſe? Quid autem ſi quis interroget nos, ſi omnis numerus omnium quæ ſunt facta, & quæ fiant ſcitur à Deo, & ſi ſecundùm illius prouidentiam vnuſquiſque eorum eam quæ ſecundùm ſe eſt, accepit quantitatem; nobiſque conſentientibus & confitentibus, quia nihil omnino horum quæ facta ſunt, & quæ fiunt, & fient, † Deum fugit, ſed per illius prouidentiam vnumquodque eorum & habitum, & ordinem, & numerum, & quantitatem accipere & accepiſſe propriam, & nihil omnino neque vanè, nec vt prouenit factum aut fieri, ſed cum magna aptatione & conſonantia ſublimi, & eſſe admirabilem rationem, & verè diuinam quæ poſſit huiuſmodi & diſcernere, & cauſas proprias enuntiare; accipiens à nobis huiuſmodi teſtimonium & conſenſum, peragat adhuc vt arenam enumeret, & calculos terræ, ſed & fluctus maris, & ſtellas cœli, & cauſas excogitare numeri qui putatur inuentus? G Nonne in vanum laborans, & delirus hic talis, & irrationabilis ab omnibus qui ſenſum habent, iuſtè dicetur? Et quò magis præter † hos in huiuſmodi quæſtionibus occupatur, & quò plus aliis adinuenire ſe exiſtimat, reliquos imperitos, & idiotas, & animales vocans, eò quòd non ſuſcipiant eius tam vanum laborem, hoc magis eſt inſanus & ſtupidus tanquam fulmine percuſſus, in nullo cedens Deo, ſed per ſcientiam, quam inueniſſe ſe putat, ipſum mutat Deum, & iaculatur ſententiam ſuam ſuper magnitudinem factoris. H

Matth. 10,29.

† ſcientia Dei.

† cæteros.

CAPVT XLVI.

Quomodo oportet Parabolas exolui.

SEnſus autem ſanus, & qui ſine periculo eſt, & religioſus, & amans verum, quæ quidem dedit in hominum poteſtatem Deus, & ſubdidit noſtræ ſcientiæ, hæc promptè meditabitur, & in ipſis proficiet diuturno ſtudio, facilem ſententiam eorum efficiens. Sunt autem hæc, quæ ante oculos noſtros occurrunt, & quæcunque apertè, & ſine ambiguo ipſis dictionibus poſita ſunt in Scripturis, & ideo parabolæ debent non ambiguis adaptari. Sic enim & qui abſoluit, ſine periculo abſoluit, & parabolæ ab omnibus ſimiliter abſolutionem accipient, & à veritate corpus integrum, & ſimili aptatione membrorum, & ſine concuſſione perſeuerat. Sed quæ

non apertè dicta ſunt, neque ante oculos poſita, copulate abſolutionibus parabolarum, quas vnuſquiſque prout vult adinuenit: Sic enim apud nullum erit regula veritatis, ſed quanti fuerint qui abſoluent parabolas, tantæ videbuntur & veritates oppugnantes ſe inuicem, & contraria ſibimet dogmata ſtatuentes, ſicut & Gentilium Philoſophorum quæſtiones. Itaque, ſecundùm hanc rationem, homo quidem ſemper inquiret, nunquam autem inueniet, eò quòd ipſam inuentionis abiecerit diſciplinam. Et cùm venerit Sponſus, is qui imparatam habet lampadem nulla manifeſti luminis claritate fulgentem, recurrit ad eos qui abſolutiones parabolarum in tenebris diſtrahunt, relinquens eum qui per manifeſtam prædicationem gratis donat, ad eum petit ingreſſum, & excluditur à thalamo eius. Cùm itaque vniuerſæ Scripturæ, & Propheticæ, & Euangelicæ in aperto, & ſine ambiguitate, & ſimiliter ab omnibus audiri poſſint, etſi non omnes credunt vnum, & ſolùm Deum, ad excludendos alios, prædicent omnia feciſſe per Verbum ſuum, ſiue viſibilia, ſiue inuiſibilia, ſiue cœleſtia, ſiue terrena, ſiue aquarilia, ſiue ſubterranea, ſicut demonſtrauimus ex ipſis Scripturarum dictionibus: & ipſa autem creatura in qua ſumus, per ea quæ in conſpectum veniunt, hoc ipſum reſtante, vnum eſſe qui eam fecerit & regat: valde hebetes apparebunt, qui ad tam lucidam adapertionem cæcutiunt oculos, & nolunt videre lumen prædicationis: ſed conſtringunt ſemetipſos, & per tenebroſas parabolarum abſolutiones, vnuſquiſque eorum proprium putat inueniſſe Deum. Quia enim de † cogitatione eorum qui contraria opinantur de Patre, nihil apertè, neque ipſa dictione neque ſine controuerſia in nulla omnino dictum ſit Scriptura, & ipſi teſtantur dicentes, in abſconſo hæc eadem Saluatorem docuiſſe non omnes, ſed aliquos diſcipulorum, qui poſſunt capere, & per argumenta, & ænigmata, & parabolas ab eo ſignificatas intelligentibus. Veniunt autem ad hoc, vt dicant, alium quidem eſſe qui prædicatur Deus, & alium Patrem, qui per parabolas & ænigmata ſignificatur Pater. Quia autem parabolæ poſſunt multas recipere abſolutiones, ex ipſis de inquiſitione Dei affirmare, derelinquentes quod certum, & indubitatum, & verum eſt: valdè præcipitantium ſe in periculum, & irrationabilium eſſe, quis non amantium veritatem confitebitur? Et nunquid hoc eſt non in petra firma, & valida, & in aperto poſita ædificare ſuam domum; ſed in incertum effuſæ arenæ, vnde & facilis eſt euerſio huiuſmodi ædificationis.

CAPVT XLVII.

Quoniam omnem agnitionem non poſſumus habere in hac vita.

HAbentes itaque regulam ipſam veritatem, & in apertum poſitum de Deo teſtimonium, non debemus per quæſtionem declinantes, in alias atque alias abſolutiones eiicere firmam & veram de Deo ſcientiam: magis autem abſolutionem quæſtionum in hunc characterem dirigentes exerceri quidem conuenit per inquiſitionem myſterij, & diſpoſitionis exiſtentis Dei: augeri autem in charitate eius, qui tanta propter nos facit & fecit, nunquam autem excidere ab ea ſuaſione qua manifeſtiſſime prædicatur: quia hic ſolus verè ſit Deus & Pater, qui & hunc mundum fecit, & hominem plaſmauit, & in ſua creatura donauit incrementum: & de minoribus ſuis, ad maiora, quæ apud ipſum ſunt vocans, ſicut infantem quidem in vulua cõceptum educit in lumen ſolis & triticum, poſtea quam in ſtipula corroborauerit, congregat in horreum. Vnus autem & idem Demiurgus, qui & vuluam plaſmauit, & ſolem creauit. Et vnus idem Dominus, qui & ſtipulam eduxit, & triticum augens multiplicauit, & horreum præparauit. Si autem omnium quæ in Scripturis requiritur abſolutiones non poſſumus inuenire, alterum tamen Deum, præter eum qui eſt, non requiramus. Impietas enim hæc maxima eſt. † Credere autem hæc talia debemus Deo, qui & nos fecit, rectiſſimè ſcientes, quia Scripturæ quidem perfectæ ſunt, quippe à Verbo Dei & Spiritu eius dictæ; nos autem ſecundum quod minores ſumus & nouiſſimi à Verbo Dei, & Spiritu eius, ſecundùm hoc & ſcientia myſteriorum eius indigemus, & non eſt mirum ſi in ſpiritalibus, & cœleſtibus, & in his quæ habent reuelari, hoc patimur nos: quandoquidem etiam eorum quæ ante pedes ſunt dico (autem quæ ſunt in hac creatura, quæ & † conteruntur à nobis, & videntur, & ſunt nobiſcum) multa fugerunt noſtram ſcientiam, & Deo hæc ipſa committimus. Oportet enim eum præ omnibus præcellere. Quid enim ſi tentemus exponere cauſam aſcenſionis Nili? Multa quidem dicimus, & fortaſſis ſuaſoria, fortaſſis autem non ſuaſoria: quod autem verum eſt, & certum, & firmum, adiacet Deo. Sed & † volantium animalium habitatio, eorum quæ veris tempore adueniunt ad nos, autumni autem tempore ſtatim recedunt, cum in hoc mundo hoc ipſum fiat, fugit noſtram ſcientiam. Qoid autem poſſumus exponere de Oceani acceſſu & receſſu, cum conſtet eſſe certam cauſam? Quidve de his quæ vltra eum ſunt enuntiare, qualia ſint? Vel quid dicere poſſumus, quomodo pluuiæ & coruſcationes, & tonitrua, & collectiones nubium, & nebulæ, & ventorum emiſſiones, & ſimilia his, efficiuntur; annuntiare quoque & theſauros niuium, & grandinis, & eorum quæ his proxima ſunt, quæ hæc autem nubium præparatio, aut qui ſtatus nebulæ, quæ autem cauſa eſt per quam creſcit Luna, & decreſcit, aut quæ cauſa aquarum diſtantiæ & metallorum, & lapidum, & his ſimilium: in his omnibus nos quidem loquaces erimus, requirentes cauſas eorum: qui autem ea facit, ſolus Deus veridicus eſt.

E — † *Cedere.* — † *contrectantur.* — † *volatilium.* — F

Si ergo & in rebus creaturæ quædam quidem eorum adiacent Deo, quædam autem & in noſtram venerunt ſcientiam, quid mali eſt, ſi & eorum quæ in Scripturis requiruntur, vniuerſis Scripturis ſpiritualibus exiſtentibus, quædam quidem † abſoluamus ſecundùm gratiam Dei, quædam autem † commendemus Deo; & non ſolùm in hoc ſæculo, ſed & in futuro: vt ſemper quidem Deus doceat, homo autem ſemper diſcat quæ ſunt à Deo? Sicut & Apoſtolus dixit: Reliquis partibus deſtructis, hæc tunc perſeuerare, quæ ſunt fides, ſpes, & charitas. Semper enim fides, quæ eſt ad magiſtrum noſtrum permanet firma, aſſeuerans nobis quoniam ſolus verè Deus, & vt diligamus Deum verè ſemper: quoniam ipſe ſolus Pater; & ſperemus ſubinde plus aliquid accipere, & diſcere à Deo, quia bonus eſt, & diuitias habens indeterminabiles, & regnum ſine fine, & diſciplinam immenſam. Si ergo ſecundum hunc modum quem diximus, quædam quidem quæſtionum Deo commiſerimus: & fidem noſtram ſeruabimus, & ſine periculo perſeuerabimus: & omnis Scriptura à Deo nobis data conſonans nobis inuenietur, & parabolæ his quæ manifeſtè dicta ſunt conſonabunt, & manifeſtè dicta abſoluent parabolas: & per dictionum multas voces, vnam conſonantem melodiam in nobis ſentiet, laudantem hymnis Deum, qui fecit omnia. Vt puta, ſi quis interroget. Antequam mundum faceret Deus, quid agebat? Dicimus quoniam iſta reſponſio ſubiacet Deo. Quoniam autem mundus hic factus eſt apoteleſtos à Deo, temporale initium accipiens, Scripturæ nos docent: quid autem ante hoc Deus ſit operatus, nulla Scriptura manifeſtat: ſubiacet ergo hæc reſponſio Deo, & non ita ſtultas, & ſine diſciplina blaſphemas adinuenire velle prolationes? & per hoc quod putes te inueniſſe materiæ prolationem, ipſum Deum qui fecit omnia reprobare. Cogitate enim ô omnes qui talia adinuenitis, cum ipſe ſolus Pater Deus dicatur, qui & verè eſt, quem vos Demiurgum dicitis, ſed & cum Scripturæ hunc ſolùm † ſciunt Deum, ſed & cum Dominus hunc ſolùm confitetur proprium Patrem, & alterum neſciat, ſicut ex ipſis eius verbis oſtendimus, quoniam hunc ipſum Labis dicitis fructum, & ignorantiæ prolationem, & neſcientem qui ſit ſuper eum, &

Quæſtiones obſcuræ Deo commendandæ. — G — † *abſoluimus.* — † *commendamus.* — 1.Cor.13. 19.

H — Gen.1.1. Pſal 32.6. Act.14. 15 & 17. & 24. Exech.8. 1. — † *ſciant.*

A quæcunque alia dicitis de eo: conſiderate magnitudinem blaſphemiæ in eum, qui verè eſt Deus. Grauiter quidem & honeſte videmini dicere, vos in Deum credere; dehinc alterum Deum, cum minimè poſſitis oſtendere, hunc ipſum in quem credere vos dicitis, Labis fruſtum, & ignorantiæ prolationem pronunciatis. Hæc autem cæcitas, & ſtultiloquium inde prouenit vobis, quod nihil Deo reſeruetis? ſed & ipſius Dei, & Ennœæ eius, & Verbi, & Vitæ & Chriſti natiuitates, & prolationes annuntiare vultis: & has non aliunde accipientes, ſed ex affectione hominum: & non intelligitis, quia in homine quidem, qui eſt compoſitum animal, capit huiuſmodi dicere, ſicut prædiximus, ſenſum hominis, & Ennœam hominis. Et quia ex ſenſu Ennœa, de Ennœa autem Enthymeſis, de Enthymeſi autem Logos, quem autem Logon? Aliud enim eſt ſecundùm Græcos Logos, quod eſt principale quod exeogitat; aliud organum, per quod

B emittitur Logos: & aliquando quidem quieſcere & tacere hominem, aliquando autem loqui & operari. Deus autem cùm ſit totus mens, totus ratio, & totus ſpiritus operans, & totus lux, & ſemper idem, & ſimiliter exiſtens, ſicut & vtile eſt nobis ſapere de Deo, & ſicut ex Scripturis diſcimus, non iam huiuſmodi affectus & diuiſiones decenter erga eum ſubſequentur. Velocitati enim ſenſus hominum, propter ſpiritale eius non ſufficit lingua deſeruire, quippe carnalis exiſtens: vnde & intus ſuffocatur verbum noſtrum, & profertur non de ſemel, ſicut conceptum eſt à ſenſu; ſed per partes, ſecundùm quod lingua ſubminiſtrare præualet.

CAPVT XLVIII.

Quomodo de emiſſionibus eorum ſermo compoſitus oſtendit Patrem compoſitum, & non ſimplicem, nec vniformem.

C DEus autem totus exiſtens Mens, & totus exiſtens Logos, quod cogitat, hoc & loquitur; & quod loquitur, hoc & cogitat. Cogitatio enim eius Logos, & Logos mens, & omnia concludens mens, ipſe eſt Pater. Qui ergo dicit mentem Dei, & prolationem propriam menti donat, compoſitum eum pronuntiat, tanquam aliud quiddam ſit Deus, aliud autem principalis mens exiſtens. Similiter autem rurſus & de Logo tertiam prolationem ei à Patre donans, vnde & ignorat magnitudinem eius: porrò & longè Logon à Deo ſepararauit, &

Iſaiæ 53. 8. Propheta quidem ait de eo, Generationem eius quis enarrabit? Vos autem generationem eius ex Patre diuinantes, & verbi hominum per linguam factam prolationem transferentes in Verbum Dei, iuſtè detegimini à nobis ipſis, quòd neque humana, nec diuina noueritis. Irrationabiliter autem inflati, audaciter inenarrabilia

Marc. 13. 32. Dei myſteria ſcire vos dicitis. Quandoquidem & Dominus ipſe Filius Dei, ipſum iudicij diem & horam con-

D ceſſit ſcire ſolum Patrem, manifeſte dicens, De die autem illa, & hora nemo ſcit, neque Filius, niſi Pater ſolus. Si igitur ſcientiam diei illius, Filius non erubuit referre ad Patrem, ſed dixit quod verum eſt: neque nos erubeſcimus quæ ſunt in quæſtionibus maiora ſecundùm nos, reſeruare Deo. Nemo enim ſuper magiſtrum eſt. Si quis itaque nobis dixerit, Quomodo ergo Filius prolatus a Patre eſt? Dicimus ei, quia prolationem iſtam, ſiue generationem, ſiue nuncupationem, ſiue adapertionem, aut quomodolibet quis nomine vocauerit, generationem eius inenarrabilem exiſtentem nemo nouit, non Valentinus, non Marcion, neque Saturninus, neque Baſilides, neque Angeli, neque Archangeli, nec Principes, neque Poteſtates, niſi ſolus qui generauit Pater, & qui natus eſt Filius. Inenarrabilis itaque generatio eius cùm ſit, quicunque nituntur generationes & prolationes enarrare, nõ ſunt compotes ſui, ea quæ inenarrabilia ſunt enarrare promittentes. Quoniam enim ex cogitatione & ſenſu verbum emittitur, hoc vtique omnes ſciunt homines.

CAPVT XLIX.

Quoniam non eſt veriſimile verbum Dei tertiam habere à Patre emiſſionem.

NOn ergo magnum quid inuenerunt, qui emiſſiones exeogitauerunt: neque abſconditum myſterium, ſi id quod ab omnibus hominibus intelligitur, tranſtulerunt in vnigenitum Dei Verbum: & quem inenarrabilem, & innominabilem vocant, hunc quaſi ipſi obſtetricauerint, primæ generationis eius prolationem & generationem enuntiant, adſimilantes eum hominum verbo emiſſionis. Hoc autem idem & de ſubſtantiæ materia dicentes, non peccauimus, quoniam Deus eam protulit. Didicimus enim ex Scripturis, principatum tenere ſuper omnia Deum. Vnde autem, vel quemadmodum emiſit eam, neque Scriptura aliqua expoſuit, neque nos fantaſinari oportet, ex opinionibus propriis infinita coniicientes de Deo: ſed agnitionem hanc concedendam eſſe Deo. Similiter autem, & cauſam propter quam cum omnia à Deo facta ſint, quædam quidem tranſgreſſa ſunt, & abſceſſerunt à Dei ſubiectione: quædam autem, imò plurima, perſeuerauerunt & perſeuerant in ſubiectione eius qui fecit: & cuius naturæ ſunt: quæ tranſgreſſa ſunt, cuius autem naturæ quæ perſeuerant † credere oportet Deo & Verbo eius, cui & ſoli dixit, Sede à dextris meis, quoadvſque ponam inimicos tuos ſuppedaneum pedum tuorum. Nos autem adhuc in terra conuerſantes, nondum adſidentes throno eius. Et ſi enim Spiritus Saluatoris, qui in eo eſt, ſcrutatur omnia, & altitudines Dei, ſed quantum ad nos diuiſiones gratiarum ſunt, & diuiſiones miniſteriorum, & diuiſiones operationum, & nos ſuper terram, quemadmodum & Paulus ait, Ex parte quidem cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Sicut igitur ex parte cognoſcimus, ſic & de vniuerſis quæſtionibus concedere oportet ei, qui ex parte nobis præſtat gratiam. Quoniam quidem tranſgreſſoribus, ignis æternus præparatus eſt, & Dominus manifeſtè dixit, & reliquæ demonſtrant Scripturæ. Et quoniam præſciit Deus hoc futurum, ſimiliter demonſtraut Scripturæ, quemadmodum & ignem æternum his qui tranſgreſſuri ſunt, præparauit ab initio: ipſum autem cauſam naturæ tranſgredientium, neque Scriptura aliqua retulit, nec Apoſtolus dixit, nec Dominus docuit. Dimittere itaque oportet agnitionem hanc Deo, quemadmodum & Dominus horæ & diei nec in tantum periclitari, vti Deo quidem concedamus nihil, & ex parte accipientes gratiam, in eo autem conquirimus quæ ſunt ſuper nos, & in quæ attingere nobis non eſt, nec in tantam audaciam venire vti † pendamus Deum, & quæ nondum inuenta ſunt, quaſi iam inuenerimus per emiſſionum vaniloquium, ipſum omnium factorem Deum, & de defectione, & ignorantia aſſerere ſubſtantiam habuiſſe, & ſic impium aduerſus Deum fingere argumentum.

Poſt deinde nullum habent teſtimonium eius figmenti, quod recens ab eis adinuentum eſt, aliquando quidem per numeros quoſlibet, aliquando autem per ſyllabas, nonnunquam autem & per nomina: eſt autem quando, & per eas quæ in literis ſunt literas, aliquando autem & per parabolas non recte exolutas, vel per ſuſpiciones quaſdam conſiſtere conari eam fabuloſam enarrationem quæ ſit ab eis efficticia. Etenim ſi quis exquirat cauſam; propter quam in omnibus Pater communicans Filio, ſolus ſcire & horam, & diem à Domino manifeſtatus eſt, neque aptabilem magis, neque decentiorem, nec ſine periculo alteram, quàm hanc inueniat in præſenti, quoniam † cùm ſolus verax magiſter eſt Dominus, vt diſcamus per ipſum, ſuper omnia eſſe Patrem Etenim Pater, ait, maior me eſt, & ſecundùm agnitionem itaque præpoſitus eſſe Pater annũtiatus eſt à Domino noſtro, ad hoc vt & nos, in quantum in figura huius mundi ſumus, perfectam ſcientiam, & tales quæſtiones concedamus Deo: & ne fortè quærentes altitudinem Patris inueſtigare, in tantum periculum incidamus,

vti quæramus, an ſuper Deum alter ſit Deus. Si autem quis amans contentionem, contradictor fuerit his quæ à nobis dicta ſunt, & his quæ ab Apoſtolo relata ſunt, quoniam ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus, putet ſe non ex parte, ſed vniuerſaliter vniuerſam cepiſſe eorum quæ ſunt agnitionem, Valentinus aliquis exiſtens, aut Ptolemæus, aut Baſilides, vel aliquis eorum qui altitudines Dei exquiſiſſe ſe dicunt: non in ea quæ inuiſibilia ſunt, vel quæ oſtendi non poſſunt, cum inani iactantia decorans ſemetipſum plus quàm reliquos ſe agnouiſſe glorietur: ſed cauſas eorum quæ in hoc ſunt mundo, quas nos non noſcimus, vt puta numerum capillorum capitis ſui, & de his qui quotidie capiuntur paſſeres, & de reliquis non prouiſis à nobis, diligenter exquirens, & à Patre diſcens annuntiet nobis, vt ei de maioribus quoque credamus. Si autem ea quæ in manibus ſunt, & ante pedes, & in oculis, & terrenis, & præcipuè depoſitionem capillorum capitis ſui, nondum ſciunt ij qui ſunt perfecti: quemadmodum eis de his ſpiritalibus, & ſuper cœleſtibus, & de his quæ ſunt † ad Deum vana perſuaſione confirmant, credemus? Et tantùm quidem, & de numeris, & de nominibus, & de ſyllabis, & quæſtionibus eorum quæ ſunt ſuper nos, & de eo quod impropriè exponunt parabolas, à nobis ſit dictum, quandoquidem à te plura dici poſſint.

CAPVT L.

De natura animæ, quoniam ſecundum illorum ſermonem, cùm animæ ſeruentur, neceſſe eſt & corpora participare ſalutem.

REuertamur autem nos ad reliqua quæ ſunt eorum argumentationis. In conſummationem enim dicentes ipſorum Matrem intra Pleroma regredi, & recipere ſponſum ſuum Saluatorem: ſe autem quoniam ſpiritales eſſe dicunt, exſpoliatas animas, & ſpiritus intellectuales † factas ſponſos futuros ſpiritalium Angelorum. Demiurgum autem, † quoniam animalem dicunt, in Matris locum ceſſurum. Iuſtorum autem animas requieſcere in medietatis loco, pſychicè dicentes ſimilia ad ſimilia congregari, ſpiritalia ad ſpiritalia, materialia autem in materialibus perſeuerare, contraria ſibi diffiniunt, animas iam non propter ſubſtantiam, in medietatem ad ſimilia dicentes ſuccedere, ſed propter operationem, iuſtorum quidem dicentes illuc ſuccedere, impiorum autem remanere in igne. Si enim propter ſubſtantiam omnes ſuccedunt animæ in refrigerium, & in medietate ſunt omnes, ſecundùm quod ſunt animæ cùm ſint eiuſdem ſubſtantiæ, & ſuperfluum eſt credere, ſuperflua autem & diſceſſio Saluatoris. Si autem propter iuſtitiam, iam non propter id quod ſint animæ, ſed quoniam ſunt iuſtæ. Si autem animæ quæ perituræ eſſent, inciperent, niſi iuſtæ fuiſſent, iuſtitia potens eſt ſaluare & corpora, quæ vtique, non ſaluabit, quæ & ipſi participauerunt iuſtitiæ. Si enim natura & ſubſtantia ſaluat, omnes ſaluabuntur animæ: ſi autem iuſtitia & fides, quare non ſaluet ea quæ ſimiliter cum animabus in corruptelam † incidere incipiunt corpora? Aut enim impotens, aut iniuſta apparebit in huiuſmodi iuſtitia, ſi quædam quidem † ſaluat propter ſuam participationem, quædam autem non.

CAPVT LI.

Oſtenſio quod animæ eorum ſecundum ſuas regulas, ſiue argumentum non poſſunt participare ſalutem.

QVia enim in corporibus perficiuntur ea quæ ſunt iuſtitiæ, manifeſtum eſt. Aut vniuerſæ itaque animæ neceſſariè ſuccedent in medietatis locum, & iudicium nuſquam, aut & corpora quæ participauerunt iuſtitiæ cum animabus, quæ ſimiliter participauerunt, obtinebunt refrigerij locum. Siquidem potens eſt iuſtitia, illuc tranſducere ea quæ participauerunt ei, & verus, & firmus emerget de reſurrectione corporum ſermo; quem quidem credimus nos: quoniam & mortalia corpora noſtra cuſtodientia iuſtitiam reſuſcitans Deus incorrupta & immortalia faciet. Deus enim melior eſt quàm natura, habens apud ſemetipſum velle, quoniam bonus eſt: & poſſe, quoniam potens eſt: & perficere, quoniam diues & perfectus eſt. E

CAPVT LII.

Quoniam in nullo poteſt interior illorum homo ſupergredi Demiurgum. F

HI autem quoniam omnia contraria ſibi dicunt, non omnes animas in medietatem ſuccedere definientes ſed ſolas quæ ſint iuſtorum: naturaliter enim & ſecundum ſubſtantiam emiſſa eſſe tria genera dicunt à Matre. Primum quod quidem ſit de aporia, & tædio, & timore, quod eſt materia: alterum autem de impetu, quod eſt animale: quod autem enixa eſt ſecundùm viſionem eorum qui circa Chriſtum ſunt angeli, quod eſt ſpiritale. Si igitur illa quæ enixa eſt omnimodo intra Pleroma ingrediuntur, quoniam ſpiritale eſt: quod eſt autem materiale, reſidet deorſum: quoniam eſt materiale, & exardeſcente eo qui ineſt ei igne, conſumetur in totum, animale quare non totum in medietatis locum cedet, in quem & Demiurgum mittunt? Quid autem eſt illud quod ſedet eorum intra Pleroma? Animas enim in medietatem perſeuerare dicunt; corpora autem quoniam materialem habent ſubſtantiam, in materiam reſoluta ardere ab eo qui in ea eſt ignis. Corpore autem ipſorum corrupto, & anima remanente in medietate, nihil iam relinquetur ex homine quod intra Pleroma cadat. Senſus enim homini, mens, & cogitatio, & intentio mentis, & ea quæ ſunt huiuſmodi, non aliud quid præter animam ſunt: ſed ipſius animæ motus, & operationes, nullam ſine anima habentes ſubſtantiam. Quid ergo adhuc erit eorum quod ſuccedit in Pleroma? Et ipſi enim in quantum quidem † anima ſunt, remanent in medietate, in quantum autem corpus, cum reliqua materia ardebunt: & his ſic ſe habentibus, ſuper Demiurgum ſe aſcendere dicunt inſenſati; & ſecundum hoc quidem, ſe meliores pronuntiant illo Deo qui cœlos, & terram, & maria, & omnia quæ in eis ſunt fecit, & ornauit. Et ſemet quidem ſpiritales eſſe volunt inhonoratè, cùm ſint carnales propter tantam ſuam impietatem Qui autem fecit Angelos ſuos ſpiritus, & induitur lumine quemadmodum pallium, & velut in manu tenet gyrum terræ, ad quem inhabitantes eam, velut locuſtæ ſunt deputati.

G *Anima facultates non ſunt aliud ab illa.*

† *anima.*

Pſal. 103, 5.

Iſal. 40. 22.

H

CAPVT LIII.

† *Quoniam non eſt veriſimile hos quidem ſpiritales eſſe, Demiurgum autem animalem.*

ET vniuerſæ ſpiritalis ſubſtantiæ Demiurgum & † Dominum animalem eſſe dicentes, indubitatè & verè ſuam oſtendunt inſaniam, & velut verè de tonitruo percuſſi, ſuper eos qui fabulis referuntur Gigantes extollentes † ſententiam aduerſus Deum præſumptione vana & inſtabili gloria tumidi, quibus vniuerſæ terræ elleborum non ſufficit ad † expurgandum, vti euomant tantam ſuam ſtultitiam. Meliorem enim ex operibus oportet oſtendi. Vnde igitur ſemetipſos oſtendunt Demiurgo meliores, (vti & nos ad impietatem, propter neceſſita-

† *quomodo.*

† *Deum.*

† *ſententias*

† *expurgationem.*

tem ſermonis deuergamus, Dei & inſanorum hominum comparationem facientes & in argumentationem eorum deſcendentes, ſæpè per propria ipſorum dogmata arguentes eos: ſed nobis quidem propitius ſit Deus: non enim illis eum comparantes, ſed arguentes, & euertentes illorum inſaniam, dicimus hæc (ad quos ſtupeſcunt multi inſenſatorum) quaſi plus aliquid ipſa veritate ab eis poſſent diſcere? Et illud quod ſcriptum eſt, Quærite, & inuenietis, ad hoc dictum eſſe interpretantur, vti ſuper Demiurgum ſemetipſos adinueniant maiores, & meliores † vocant eſſe ſemetipſos quàm Deum, & ſemetipſos ſpiritales, Demiurgum autem animalem: & propter hoc, ſuperaſcendere eos ſuper Deum: & ſe quidem intra Pleroma cedere, Deum autem in medietatis loco. Ab operibus itaque oſtendant ſemetipſos Demiurgo meliores. Non enim in eo quod dicitur, ſed in eo quod eſt, melior oſtendi debet. Quod igitur opus monſtrabunt per ſemetipſos à Saluatore, ſiue à Matre ipſorum factum, aut maius, aut ſplẽdidius, aut rationabilius his quæ facta ſunt ab hoc qui hæc omnia diſpoſuit? Quos cœlos firmauerũt? quam terram ſolidauerunt? quas emiſerunt ſtellas? vel quæ luminaria lucidauerunt? quibus autem circulis infrænauerunt ea? vel quas pluuias, vel frigora, vel niues, ſecundùm tempus, & ſecundùm vnamquamque regionem aptabilia adduxerunt terræ? Quem autem calorem & ſiccitatem è contrario appoſuerunt eis? aut quæ flumina abundare fecerunt? quos autem eduxerunt fontes? quibus autem floribus & arboribus adornauerunt eam quæ eſt ſub cœlo? vel quam multitudinem animalium formauerunt partim quidem rationabilium, partim autem irrationabilium vniuerſorum forma ornatorum? & reliqua omnia quæ per virtutem Dei ſunt conſtituta, & ſapientia eius gubernantur, quis poterit per ſingula enumerare, vel inueſtigare magnitudinem ſapientiæ eius qui fecit Dei? Quid autem illa quæ ſuper cœlum, & quæ non prætereunt, quanta ſunt, Angeli, Archangeli Throni Domioationes, Poteſtates innumerabiles? Aduerſus quod igitur vnum opus ex his ſemetipſos è contrario conſtituunt? Quid tale oſtendere habent per ſemetipſos, vel à ſemetipſis factum, quando & ipſi huius factura & plaſmatio ſunt? Siue enim Saluator, ſiue Mater ipſorum (vt propria ipſorum dicamus, per ſua ipſorum propria mendaces eos arguentes) vſa eſt hoc vt dicunt, ad faciendum imaginem eorum quæ intra Pleroma ſunt, & contemplationis vniuerſæ quam vidit circa Saluatorem, tanquam meliori hoc, & aptabiliori ad faciendam voluntatem ſuam per eum vſa eſt: tantorum enim imagines nequaquam per inferiorem, ſed per meliorem deformauit.

CAPVT LIV.

Oſtenſio quod non ſit animalis Demiurgus.

ERant enim & ipſi tunc, ſicut ipſi dicunt, exiſtentes conceptio ſpiritalis ſecundùm contemplationem eorum qui erga Pandoram ſunt ſatellites diſpoſiti. Et ſiquidem vacui perſeuerabant, nihil per eos perficiente Matre, vel per Saluatorem, inutilis conceptio, & ad nihilum apta: nihil enim per eos apparet factum. Qui autem emiſſus eſt, ſecundùm eos Deus, inferior ipſis exiſtens, ſecundùm argumentationem eorum (animalem enim eum eſſe volunt) in omnia operator, & efficax, & aptabilis fuit, vti per eum omnium imagines fierent: & non tantum quæ videntur hæc, ſed & inuiſibilia, Angeli, Archangeli, Dominationes, Poteſtates, & Virtutes, per hunc omnia facta ſunt, videlicet velut per meliorem, & qui poſſit voluntati deſeruire. Nihil autem per hos Matrem apparet feciſſe, quemadmodum & ipſi confitentur, vti iuſte quis æſtimet eos abortum fuiſſe malè parientis Matris ipſorum. Non enim obſtetrices eam obſtetricauerunt, & propterea velut abortiuum proiecti ſunt, in nihilum vtiles, ad nullum opus facti Matri. Et ſemet meliores vocant eo per quem tanta & talia facta ſunt, & diſpoſita, quando & per ſuam argumentationem per quam inferiores multum inueniuntur. Ac velut duo ferramenta operaria, vel organa duo cùm ſint, ex quibus alterum quidem ſemper in manibus, & in vſu artifex habeat, & per illud faciat quanta velit, & oſtendat artem, & ſapientiam ſuam: alterum autem vacuum atque otioſum perſeueret, & ſine operatione, per quod nihil omnino apparet faciens artifex, & in nullam actionem eo vtens: deinde dicat quis inutile hoc & vacuum atque otioſum melius eſſe, & pluris illo quo vtitur in opere per quod & glorificatur ipſe artifex: hic igitur hebes eſſe iuſtè arbitrabitur, qui ſit talis, & mentis ſuæ non compos. Sic autem & hi ſemet ſpiritales, & meliores dicentes, & Demiurgum animalem, & propter hoc ſuperaſcendere, & intra Pleroma penetrare ad viros ſuos, ſunt, enim fœminæ, quemadmodum ipſi confitentur: Deum autem inferiorem, & propter hoc manere in medietate, & huius nullam oſtenſionem afferentes. Qui enim melior eſt: ex operibus oſtenditur. Omnia enim opera à Demiurgo facta ſunt: per ſemetipſos autem nihil dignum ratione factum oſtendere habentes, inſani ſunt ſumma & inſanabili inſania. Si autem contenderint dicere quoniam quæcunque ſunt quidem materialia, vt puta cœlum, & vniuerſus qui infra illud continetur muodus, à Demiurgo facta ſunt, Quotquot autem ſpiritaliora his illa quæ ſunt ſuper cœlum, vt puta, Principia, Poteſtates, Angeli, Archangeli, Dominationes, & Virtutes per ſpiritalem enixionem, quod ſemetipſos eſſe dicunt, facta ſunt. Primò quidem ex Dominicis Scripturis oſtendimus omnia quæ prædicta ſunt viſibilia & inuiſibilia ab vno Deo facta. Non enim ſunt magis idonei hi quàm Scripturæ, nec relinquentes nos eloquia Domini, & Moyſem, & reliquos Prophetas, qui veritatem præconiauerunt, his credere oportet, ſanum quidem nihil dicentibus, inſtabilia autem delirantibus. Poſt deinde, etiamſi per ipſos ea quæ ſunt ſuper cœlos facta ſunt, dicant nobis quæ ſit inuiſibilium natura, enarrent numerum Angelorum, & ordinem Archangelorum, demonſtrent Thronorum ſacramenta, & doceant diuerſitates Dominationum, Principatuum, Poteſtatum atque Virtutum. Sed non habent dicere. Non ergo per eos facta ſunt. Si autem à Demiurgo facta ſunt hæc, ſicut & facta ſunt, & ſunt ſpiritalia & ſancta: non eſt ergo animalis hic qui ſpiritalia perficit, & ſoluta eſt illorum magna blaſphemia.

CAPVT LV.

De Aſſumptione Apoſtoli vſque ad tertium cœlum, & cur dixit, ſiue in corpore, ſiue extra corpus.

QVoniam enim ſunt in cœlis ſpiritales conditiones vniuerſæ clamant Scripturæ, & Paulus autem teſtimonium perhibet, quoniam ſunt ſpiritalia, vſque ad tertium cœlum raptum ſe eſſe ſignificans. Et rurſum delatum eſſe in paradiſum, & audiſſe verba inenarrabilia, quæ non licet homini loqui. Et quid illi prodeſt, aut in paradiſum introitus, aut vſque in tertium cœlum aſſumpſit, cùm ſint omnia illa ſub poteſtate Demiurgi, ſi eorum quæ ſuper Demiurgum dicuntur myſteriorum ſpeculator, & auditor inciperet fieri, quemadmodum audent quidam dicere? Si enim vti eam quæ eſt ſuper Demiurgum diſceret diſpoſitionem, nequaquam in his quæ ſunt Demiurgi remanſiſſet, ne ipſa quidem vniuerſa perſpeculatus. Reſtabat enim ei adhuc ſecundùm illorum ſermonem quartum cœlum, vti adpropinquaret Demiurgo, & ſubiectam ſeptenationem videret: ſed recipere tur fortaſſe vel vſque ad medietatem, id eſt, ad Matrem, vti ab ea diſceret quæ ſunt intra Pleroma. Poterat enim qui eſt intus homo eius, qui & loquebatur in eo inuiſibilis exiſtens, quemadmodum dicunt, non tantùm vſque ad tertium cœlum, ſed vſque ad Matrem illorum perueniſſe. Si enim ſe, hoc eſt ipſorum hominem, ſtatim ſu-

pergredi dicunt Demiurgum, & abire ad Matrem, multò magis vtique Apoſtolo homini hoc eueniſſet: nec enim prohibuiſſet illum Demiurgus, iam & ipſe ſubiectus Saluatori, vt dicunt. Si autem prohibuiſſet, & nihil profeciſſet. Non enim poſſibile eſt eum Patris prouidentia fortiorem eſſe, & hæc cùm interior homo inuiſibilis etiam à Demiurgo eſſe dicatur. Quoniam autem ille velut magnum aliquid & præclarum, eam quæ fuit vſque ad tertium cœlum aſſumptionem enarrauit, non vtique iſti ſuper ſeptimum cœlum aſcendunt, non enim ſunt meliores Apoſtolo. Si ſeipſos dicant differentiores, ex operibus arguentur: nihil enim ab illis tale † iactatum eſt. Et propter hoc adiecit, Siue in corpore, ſiue extra corpus, Deus ſcit: vti neque corpus particeps putaretur eſſe viſionis eius: quippe quaſi & ipſum participaturum eorum quæ vidiſſet, & audiſſet: nec rurſus propter pondus corporis dicat quis eum amplius non eſſe aſſumptum, ſed ideo vſque illuc permittatur etiam ſine corpore ſacramenta perſpicere ſpiritalia, quæ ſunt Dei operationes, qui fecit cœlos & terram, & plaſmauit hominem, & poſuit in paradiſo, ſpeculatores fieri eos, qui ſimiliter, vt Apoſtolus, valde ſunt perfecti in dilectione Dei. Et ſpiritalia itaque hic fecit, quorum vſque ad tertium cœlum ſpeculator factus eſt Apoſtolus, & inenarrabiles ſermones, quos non licet homini loqui, quoniam ſint ſpiritales, & ipſe hic præſtat dignis, quemadmodum vult: huius enim eſt paradiſus.

Et verè eſt ſpiritus Dei, ſed non animalis Demiurgus, alioquin nunquam ſpiritalia perfeciſſet. Si autem animalis hic: per quem facta ſunt ſpiritalia, referant nobis. Sed neque per enixionem Matris ſuæ, quod ſemetipſos dicunt, factum eſſe quid oſtendere habent. Hi enim non tantùm aliquid de ſpiritalibus, ſed ne quidem muſcam, aut culicem, aut tale aliquid ex his quæ ſunt contemptibilia animalia puſilla perficere poſſunt, præter eam rationem quæ ab initio à Deo per ſeminum demiſſionem, in his quæ ſunt eiuſdem generis, naturaliter facta ſunt, atque fiunt animalia. Sed ne quidem à ſola Matre factum aliquid dicunt emiſſum hunc Demiurgum, & Dominum vniuerſæ operationis? Et eum quidem, qui ſit vniuerſæ operationis Demiurgus & Dominus, animalem eſſe dicunt: ſe autem ſpiritales, qui nullius operationis fabricatores ſunt aut domini, non ſolùm eorum, quæ ſunt extra eos, ſed ne quidem corporum ſuorum. Multa denique ſæpè ſecundùm corpus patiuntur nolentes, vocantes ſe ſpiritales, & meliores Demiurgo. Iuſtè igitur à nobis arguentur porrò & longè diuertiſſe à veritate. Si enim per hunc, quæ facta ſunt, fecit Saluator; non inferior ipſis, ſed melior eſſe oſtenditur, quando & horum ipſorum inuenitur factor: nam & ipſi ſunt ex his, quæ facta ſunt. Quomodo itaque conſequens eſt hos quidem ſpiritales eſſe, hunc autem ipſum per quem & facti ſunt, animalem? Siue, quod & ſolum eſt verum, quod & per plurima oſtendimus, velut liquidiſſimis oſtenſionibus, ipſe à ſemetipſo fecit liberè, & ex ſua poteſtate, & diſpoſuit, & perfecit omnia, & eſt ſubſtantia omnium voluntas eius: ſolus hic Deus inuenitur, qui omnia fecit, ſolus omnipotens, & ſolus Pater condens, & faciens omnia, & viſibilia, & inuiſibilia, & ſenſibilia, & inſenſata, & cœleſtia & terrena, Verbo virtutis ſuæ: & omnia aptauit, & diſpoſuit ſapientia ſua, & omnia capiens, ſolus autem à nemine capi poteſt: ipſe fabricator, ipſe cõditor ipſe inuentor, ipſe factor, ipſe Dominus omnium; & neque præter ipſum, neque ſuper ipſum, neque Mater quam illi admentiuntur, nec Deus alter quem Marcion affinxit: nec Pleroma xxx. Æonum, quod vanum oſtenſum eſt; neque Bythus, nec Proarche, neque cœli, nec lumen virginale, nec Æon innominabilis, nec in totum quicquam eorum, quæ ab his, & ab omnibus hæreticis delirantur. Sed ſolus vnus Deus fabricator, hic eſt, qui ſuper omnem principalitatem, & dominationem, & virtutem, hic Pater, hic Deus, hic conditor, hic factor, hic fabricator, qui fecit ea per ſemetipſum, hoc eſt, per Verbum & per Sapientiam ſuam, cœlum & terram, & maria, & omnia quæ in eis ſunt. Hic iuſtus, hic bonus, hic eſt qui formauit hominem, qui plantauit paradiſum, qui fabricauit mundum, qui diluuium induxit, qui Noë ſaluauit, Hic Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus viuorum, quem & lex annuntiat, quem Prophetæ præconiant, quem † Spiritus reuelat, quem Apoſtoli tradunt, quem Eccleſia credidit: hic Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, per Verbum ſuum, qui eſt Filius eius, per eum reuelatur & manifeſtatur omnibus, quibus reuelatur. Cognoſcunt enim eum hi, quibus reuelauerit Filius, ſemper autem coëxiſtens Filius Patri, olim & ab initio ſemper reuelat Patrem, & Angelis, & Archangelis, & Poteſtatibus, & Virtutibus, & omnibus hominibus, quibus vult reuelare Deus.

E

Exod. 3. & 33.

† Chriſtus.

Matth. 11. 28.

F

CAPVT LVI.

Quomodo ea quæ aduerſus Valentinum dicuntur, omnem euertunt hæreſim.

DEſtructis itaque his qui à Valentino ſunt, omnis hæreticorum euerſa eſt multitudo. Quæ enim & quantum aduerſus Pleroma ipſorum, & ad ea quæ extrà ſunt, diximus, oſtendentes quoniam concludetur & circumſcribetur Pater vniuerſorum ab eo quod extra eum eſt: (ſi tamen extra eum aliquid ſit) & quoniam neceſſe eſt multos quidem patres, multa autem Pleromata, & multas mundorum fabricationes, & ab aliis quidem cœptas, ad alteras autem deficientes eſſe, ſecundùm omnem partem & vniuerſos perſeuerantes in ſuis propriis, non curioſè agere de aliis, in quibus neque participatio, neque communio aliqua eſt eis, & nullum alium omnium eſſe Deum, ſed ſolam eſſe omnipotentis appellationem: & aduerſus eos qui ſunt à Marcione, & Simone, & Menandro, vel quicunque alij ſunt, qui ſimiliter diuidunt eam, quæ ſecundùm † nos eſt conditionem à Patre, ſimiliter erit ad eos adaptatum. Quanta autem rurſus diximus aduerſus eos, qui dicunt omnia quidem comprehendere Patrem vniuerſorum: eam autem quæ ſit ſecundùm nos conditionem non ab eo eſſe factam, ſed à Virtute quadam altera, vel ab Angelis † ignorantibus Propatorem in immenſa magnitudine vniuerſitatis circumſcriptum centri vice, velut maculam in pallio; oſtendentes quoniam non eſt veriſimile alium quendam eam quæ ſecundùm nos eſt conditionem feciſſe, quam Patrem vniuerſorum: & aduerſus eos qui ſunt a Saturnino, & à Baſilide, & Carpocrate & reliquos Gnoſticorum, qui eadem ſimiliter dicunt, idem dicetur. Quæ autem de prolationibus dicta ſunt, & Æonibus, & deminorationibus, & quemadmodum inſtabilis Mater ipſorum; ſimiliter euertit Baſiliden, & omnes qui falsò cognominantur Agnitores, aliis nominibus eadem ſimiliter dicentes: magis autem quàm hi, qui ea quæ ſunt extra veritatem transferentes ad characterem ſuæ doctrinæ. Et quæcunque ſunt quæ de numeris diximus, aduerſus omnes qui in huiuſmodi ſpeciem deducunt quæ ſunt veritatis, dicetur. Et quæcunque dicta ſunt de Demiurgo, oſtendentia quod hic ſolus eſt Deus & Pater vniuerſorum; & quæcumque adhuc dicentur in ſequentibus libris, aduerſus omnes dico hæreticos, eos quidem qui ſunt mitiores eorum, & humaniores auertes & confundes, vt non blaſphement ſuum conditorem, & factorem, & nutritorem, & Dominum, neque de labe & ignorantia geneſim eius affingere: feroces autem & horribiles & irrationabiles effugabis à te longè, ne ampliùs ſuſtineas verboſitates eorum.

† eos non eſt.

G

† ignorantem.

H

Super hæc arguentur qui ſunt à Simone, & Carpocrate, & ſi qui alij virtutes operari dicuntur, non in virtute Dei, neque in veritate, neque in beneficiis hominibus facientes ea quæ faciunt: ſed in perniciem & errorem per magicas eluſiones, & vniuerſa fraude, plus lædentes quàm vtilitatem præſtantes his, qui credunt eis, in eo quòd ſeducant. Nec enim cæcis poſſunt donare viſum, neque ſurdis auditum, neque omnes dæmones

Hæretici non poſſunt edere vera miracula: edunt autē Catholici.

effugare,

A effugare, præter eos qui ab ipſis immittuntur, ſi tamen & hoc faciunt; neque debiles, aut claudos, aut paralyticos curare, vel alia quadam parte corporis vexatos: quemadmodum ſæpe euenit fieri ſecundum corporalem infirmitatem, vel earum quæ à foris accidunt, infirmitatum bonas valetudines reſtaurare: tantùm abſunt ab eo vt mortuum excitent: quemadmodum Dominus excitauit, & Apoſtoli per orationem, & in fraternitate ſæpiſſimè propter aliquid neceſſarium ea quæ eſt in quoquo loco Eccleſia vniuerſa poſtulante per ieiunium & ſupplicationem multam, reuerſus eſt ſpiritus mortui, & donatus eſt homo orationibus ſanctorum, vt ne quidem credant hoc in totum poſſe fieri, eſſe autem reſurrectionem à mortuis, agnitionem eius quæ ab eis dicitur veritatis.

Quando igitur apud eos quidem error & ſeductio & magica phantaſia in ſpeculatu hominum impiè fiat; in B Eccleſia autem miſeratio, & miſericordia, & fraternitas, & veritas ad copulationem hominum, non ſolùm ſine mercede, & gratis impertiatur, ſed & nobis ipſis, quæ ſunt noſtra erogantibus pro ſalute hominum, & ea quibus hi, qui curantur indigent, ſæpiſſimè non habentes, à nobis accipiunt: verè, & per hanc ſpeciem arguuntur à diuina ſubſtantia & benignitate Dei, & virtute ſpiritali in totum extranei: fraude autem vniuerſa & ab inſpiratione apoſtatica, & operatione dæmoniaca, & phantaſmate idololatriæ per omnia repleti, præcurſores
Hæreticorum tituli. verè Draconis eius, qui per huiuſmodi phantaſiam abſcedere faciet in cauda tertiam partem ſtellarum, &
Apoc.12. 4. deiiciet eos in terram: quos ſimiliter atque illum deuitare oportet, & quanto maiore phantaſmate operati di-
Tit.3. 10. cuntur, tanto magis obſeruare eos, quaſi maiorem nequitiæ ſpiritum perceperint.

Hæretici conuerſantur Quapropter etiam ſi obſeruauerit quis eorum diurnam conuerſationis operationem, inueniet vnam & eandem
C eſſe eis cum dæmonis conuerſationem; & hæc autem
cum Dæmonibus quæ eſt erga operationes impia ipſorum ſententia, quæ dicit, oportere eos in omnibus operibus, etiam qui-
Math.5 buſlibet malis fieri, ex Domini doctrina diſſoluetur: apud quem non ſolùm qui mœchatur, expellitur, ſed & qui mœchari vult: & non ſolum qui occidit, reus erit, occiſionis ad damnationem, ſed & qui iraſcitur ſine cauſa fratri ſuo: qui & non ſolùm non odire homines, ſed &
† *peierã.* inimicos diligere iuſſit: & non ſolùm non † periurare, ſed nec iurare præcepit, & non ſolum malè loqui de proximis, ſed ne quidem Racha & fatuum dicere aliquem; ſi quo minus, reos eſſe huiuſmodi in ignem gehennæ: & non tantùm non percutere, ſed & ipſos percuſſos etiam alteram præſtare maxillam: & non ſolùm non abnegare quæ ſunt aliena, ſed etiamſi ſua auferantur, illis non expoſtulare: & non ſolùm non lædere proximos, neque facere quid eis malum, ſed & eos qui malè tractantur, magnanimos eſſe; & benignitatem exercere erga eos, & orare pro eis, vti pœnitentiam agentes
D ſaluari poſſint; in nullo imitantes nos reliquorum contumeliam, & libidinem, & ſuperbiam. Quando igitur ille, quem iſti magiſtrum & gloriantur, & cum multo meliorem & fortiorem reliquis animam habuiſſe dicunt; cum magna diligentia quædam quidem iuſſit fieri quaſi bona & egregia, quibuſdam autem abſtinere non ſolùm operibus, ſed etiam his cogitationibus quæ ad opera deueunt, quaſi malis & nociuis, & nequam: quemadmodum Magiſtrum dicentes talem fortiorem & meliorem reliquis deinde quæ ſunt contraria eius doctrinæ manife-
Sap.3.7. Dan.12. 3. ſtè præcipientes, non confunduntur? Et ſiquidem nihil eſſet mali, aut rurſus boni; opinione autem ſola huma-
Math.13. 43. na, quædam quidem iniuſta, quædam autem iuſta pu-
Marc.9. 44. tarentur, non vtique dixiſſet dogmatizans, id eſt docens, Iuſti autem fulgebunt ſicut ſol in regno Patris eo-
Eſai.66. 24. rum: iniuſtos autem & qui non faciunt opera iuſtitiæ, mittet in ignem æternum, vbi vermis ipſorum non morietur, & ignis non extinguetur.

CAPVT LVII.

Euerſio hæreticorum omnium in iis quibus non communicant cum Valentino.

ADhuc etiam dicentes oportere eos in omni opere, & in omni conuerſatione fieri, vt ſi fieri poſſit in vna vitæ aduentatione omnia perficientes, ad perfectum tranſgrediantur: eorum quidem quæ ſunt ad virtutem pertinentia & laborioſa & glorioſa & artificialia, quæ etiam ab hominibus bona adprobantur, nequaquam inueniuntur conati facere. Si enim oportet per omne opus, & per vniuerſam ire operationem, primò quidem, oportebat omnes ſe diſcere artes, quæcunque illæ ſiue in ſermonum rationibus, ſiue in operibus conſumantur, ſiue per continentiam edocentur, & per laborem & meditationem & perſeuerantiam percipiuntur: vt puta omnem ſpeciem Muſicæ, & Computationis, & Geometricæ, & Aſtronomiæ, & vniuerſa quæ in ſermonum rationibus occupantur: adhuc etiam Medicinam vniuerſam, & herbarum ſcientiam, & eas quæ ad ſalutem humanam ſunt elaboratæ; & picturam, & ſtatuarum fabricationem, & ærariam artem, & marmorariam, & ſimiles his. Ab his autem omnem ſpeciem ruſticationis, & veterinariæ, & paſtoralis, & opificum artes quæ dicuntur: pertranſire vniuerſas artes, & eas quæ erga mare vacant, & corpori ſtudent, & venatorias, & militares, & regales, & quotquot ſunt, quarum nec decimam nec milleſimam partem in tota vita ſua elaborantes ediſcere poſſunt. Et horum quidem nihil conantur addiſcere, qui in omni dicant ſemetipſos oportere fieri opere: ad voluptates autem & libidines, & turpia facta deuergentes, & à ſemetipſis iudicati cùm ſint ſecundùm doctrinam ſuam. Quoniam enim deſunt eis, quæ prædicta ſunt omnia, ad correptionem ignis adibunt. Qui quidem Epicuri philoſophiam, & Cynicorum indifferentiam æmulantes, non Ieſum magiſtrum gloriantur, qui non ſolum à malis operibus auertit ſuos diſcipulos, ſed etiam à ſermonibus & cogitationibus, quemadmodum oſtendimus.

Dicentes autem ſe ex eadem † circulatione cum Ieſu habere animas, & ſimiles ei eſſe aliquando autem & † *Iesu* meliores, ad opera producti quæ ille ad vtilitatem hominum & firmitatem fecit, nihil tale nec ſimile, neque ſecundùm aliquid in comparationem quod venire poſſit, perficere inueniuntur. Sed & ſi aliquid faciunt, per magicam (quemadmodum diximus operati) fraudulenter ſeducere nituntur inſenſatos, fructum quidem & vtilitatem nullam præſtantes, in quos virtutes perficere ſe dicunt. Adducentes autem pueros in ueſtes & oculos deludentes, & phantaſmata oſtendentes ſtatim ceſſantia, & ne quidem ſtillicidio temporis perſeuerantia, non IESV Domino noſtro, ſed Simoni mago ſimiles oſtenduntur. Et ex hoc autem quod Dominus ſurrexit à mortuis in tertia die, firmum eſt, & diſcipulis ſe manifeſtauit, & videntibus eis receptus eſt in cœlum; quod ipſi morientes, & non reſurgentes, neque manifeſtati quibuſdam, arguuntur in nullo ſimiles habentes Ieſu animas. Si autem & Dominum per phantaſmata huiuſmodi feciſſe dicunt, ad prophetica reducentes eos, ex ipſis demonſtrabimus, omnia ſic de eo & prædicta eſſe, & facta firmiſſimè, & ipſum ſolum eſſe Filium Dei: quapropter & in illius nomine, qui verè illius ſunt diſcipuli ab ipſo accipientes gratiam perficiunt ad beneficia reliquorum hominum, quemadmodum vnuſquiſque accepit donum ab eo. Alij enim dæmones excludunt firmiſſimè & verè, vt etiam ſæpiſſimè credant, ipſi qui emundati ſunt à nequiſſimis ſpiritibus, & ſunt in Eccleſia: alij autem præſcientiam habent futurorum, & viſiones, & dictiones propheticas. Alij autem laborantes aliqua infirmitate, per manus impoſitionem curant & ſanos reſtituunt. Iam etiam quemadmodum diximus, & mortui reſurrexerunt, & perſeuerauerunt nobiſcum annis multis. Et quid autem? Non eſt numerum dicere gratiarum,

rum, quas per vniuerſum mundum Eccleſia à Deo accipiens in nomine Chriſti Ieſu crucifixi ſub Pontio Pilato per ſingulos dies in opitulationem gentium perficit, neque ſeducens aliquem, nec pecuniam ei auferens. Quemadmodum enim gratis accepit à Deo, gratis & miniſtrat.

Nec inuocationibus angelicis faciat aliquid, nec incantationibus, nec aliqua praua curioſitate, ſed mundè & purè & manifeſtè orationes dirigentes ad Dominum, qui omnia fecit, & nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti inuocans, virtutes ſecundùm vtilitates hominum, ſed non ad ſeductionem perfecit. Si itaque & nunc nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti beneficia præſtat & curat, firmiſſimè, & verè omnes vbique credentes in eum, ſed non Simonis, neque Menandri, neque Carpocratis; nec alterius cuiuſcunque manifeſtum eſt quoniam homo factus, conuerſatus eſt cum ſuo plaſmate, verè omnia fecit ex virtute Dei, ſecundùm placitum Patris vniuerſorum, quomodo Prophetæ prædixerunt. Quæ autem erant hæc, in his quæ ſunt ex propheticis oſtenſionibus narrabuntur.

CAPVT LVIII.

Oſtenſio quod non tranſeant animæ in alia corpora.

DE corpore autem in corpus tranſmigrationem ipſorum ſubuertamus ex eo, quò nihil omnino eorum quæ ante fuerint, meminerint animæ. Si enim ob hoc emittebantur, vti in omni fierent operatione; oportebat eas meminiſſe eorum quæ ante facta ſunt, vti ea quæ deerant adimplerent: & non circa eadem ſemper volutantes continuatim, miſerabiliter laborarent. Non enim poterat corporis admixtio in totum vniuerſam ipſorum quæ ante habita erant, extinguere memoriam & contemplationem: & maximè ad hoc venientes. Quomodo enim nunc ſopotato & requieſcente corpore, quæcunque anima ipſa apud ſe videt, & in phantaſmate agit, & horum plura reminiſcens communicat cum corpore; & eſt quando & poſt plurimum temporis, quæcunque per ſomnium quis vidit, vigilans annuntiat: ſic vtique ſe reminiſceretur, & illorum quæ antequam in hoc corpus veniret egit. Si enim hoc quod in breuiſſimo tempore viſum eſt, vel in phantaſmate conceptum eſt, & ab ea ſola per ſomnium poſtquam commixta ſit corpori & vniuerſum membrum diſperſa, commemoratur: multo magis illorum reminiſceretur, in quibus temporibus tantis, & vniuerſa præteritæ vitæ ſæcula immorata eſt.

CAPVT LIX.

Oſtenſio quod non bibant, ſecundùm Platonem, obliuionis poculum.

ADhæc Plato vetus ille Athenienſis, is qui & primus ſententiam hanc introduxit, cùm excuſare non poſſet, obliuionionis induxit poculum, putans ſe per hoc aporiam huiuſmodi effugere; oſtenſionem quidem nullam faciens, dogmaticè autem reſpondens, quoniam introeuntes animæ in hanc vitam, ab eo qui eſt ſuper introitum dæmone, priuſquam in corpora intrent, potantur obliuione. Et latuit ſemetipſum in alteram maiorem incidens † aporiam. Si enim obliuionis poculum potatum eſt, poſteaquam ebibitum eſt, omnium factorum obliterare memoriam, hoc ipſum vnde ſcis, ô Plato, cum ſit nunc in corpore anima tua: quoniam priuſquam in corpus introeat a dæmone potata eſt obliuionis medicamentum? Si enim dæmonem & poculum & introitum reminiſceris, & reliqua oportet cognoſcas: ſi autem illa ignoras, neque dæmon verus, neque artificioſè compoſitum obliuionis poculum.

CAPVT LX.

E

Oſtenſio quoniam corpus non eſt obliuio.

ADuerſus autem eos qui dicunt ipſum corpus eſſe obliuionis medicamentorum, occurret hoc. Quomodo igitur quodcunque per ſemetipſam anima videt, & in ſomniis, & ſecundùm cogitationem, mentis intentionem corpore quieſcente ipſa reminiſcitur, & renuntiat proximis? Sed ne quidem ea quæ olim agnita ſunt, aut per oculos, aut per auditum, meminiſſet anima in corpore exiſtens, ſi eſſet corpus obliuio: ſed ſimul atque ab inſpectis, abeſſet oculus, auferretur vtique ea quæ eſſet de his memoria. In ipſa enim obliuione exiſtens anima, nihil aliud cognoſcere poterat, niſi ſolùm illud quod in præſenti videbat. Quomodo autem & diuina † ſciret, & meminiſſet ipſorum, exiſtens in corpore, quando ſit (vt aiunt) ipſum corpus obliuio? Sed & Prophetæ ipſi cùm eſſent in terra, quæcunque ſpiritaliter ſecundùm viſiones cœleſtium vident vel audiunt, ipſi quoque meminerunt in hominem conuerſi, & reliquis annuntiant: & non corpus obliuionem efficit animæ eorum, quæ ſpiritaliter viſa ſunt, ſed anima docet corpus, & participat de ſpiritali ei facta viſione.

† *diſceret.*

F

CAPVT LXI.

Quoniam in corporis communione non amittit ſuas † vires anima.

† *virtutes.*

NOn enim eſt fortius corpus quàm anima, quod quidem ab illa ſpiratur, & viuificatur, & augetur, & articulatur, ſed anima poſſidet & principatur corpori. Tantum autem impeditur à ſua velocitate, quantum corpus participat de eius motione, ſed non amittit ſuam ſcicotiam. Corpus enim organo ſimile eſt, anima autem artificis rationem obtinet. Quemadmodum itaque artifex velociter quidem operationem ſecundùm ſe adinuenit, in organo autem tardius illam perficit, propter rei ſubiectæ immobilitatem, & illius mentis velocitas admixta tarditati organi temperatam perficit operationem: ſic & anima participans ſuo corpori, modicum quidem impeditur, admixta velocitate eius in corporis tarditate, non amittit autem in totum iſtas virtutes: ſed quaſi vitam participans corpori, ipſa viuere non ceſſat: ſic & de reliquis ei communicans, neque ſcientiam ipſorum perdit, neque memoriam inſpectorum.

G

CAPVT LXII.

H

Oſtenſio quod vnuſquiſque noſtrum ſuam habet animam, ſicut & ſuum corpus.

SI itaque nullius præteritorum meminit, ſed exiſtentium ſcientiam hic percipit; non igitur in aliis corporibus fuit aliquando, neque egit, quæ ne quidem agnoſcit, neque nouit, quæ quidem neque vidit: ſed quemadmodum vnuſquiſque noſtrum ſuum corpus per artem Dei ſumit, ſic & ſuam habet animam. Neque enim ſic pauper, neque indigens Deus, vt non vnicuique corpori, propriam donaret animam, quemadmodum & proprium characterem. Et ideo adimpleto numero, quem ipſe apud ſe antè definiit, omnes quicunque ſunt deſcripti in vitam, reſurgent, ſua corpora & ſuas habentes animas, & ſuos ſpiritus, in quibus placuerunt Deo. Qui autem pœna ſunt digni, abibunt in eam, & ipſi ſuas habentes animas, & ſua corpora, in quibus abſtiterunt à Dei bonitate: ceſſabunt vtrique iam generare, & generari, & ducere vxorem, & nubere, vt commenſurata multitudo antè præfinita à Deo generis humani Matth. 22.30.

A effugare, præter eos qui ab ipſis immittuntur, ſi tamen & hoc faciunt; neque debiles, aut claudos, aut paralyticos curare, vel alia quadam parte corporis vexatos: quemadmodum ſæpe euenit fieri ſecundum corporalem infirmitatem, vel earum quæ à foris accidunt, infirmitatum bonas valetudines reſtaurare: tantùm abſunt ab eo vt mortuum excitent: quemadmodum Dominus excitauit, & Apoſtoli per orationem, & in fraternitate ſæpiſſimè propter aliquid neceſſarium ea quæ eſt in quoquo loco Eccleſia vniuerſa poſtulante per ieiunium & ſupplicationem multam, reuerſus eſt ſpiritus mortui, & donatus eſt homo orationibus ſanctorum, vt ne quidem credant hoc in totum poſſe fieri, eſſe autem reſurrectionem à mortuis, agnitionem eius quæ ab eis dicitur veritatis.

Quando igitur apud eos quidem error & ſeductio & magica phantaſia in ſpeculatu hominum impiè fiat; in
B Eccleſia autem miſeratio, & miſericordia, & fraternitas, & veritas ad copulationem hominum, non ſolùm ſine mercede, & gratis impertiatur, ſed & nobis ipſis, quæ ſunt noſtra erogantibus pro ſalute hominum, & ea quibus hi, qui curantur indigent, ſæpiſſimè non habentes, à nobis accipiunt: verè, & per hanc ſpeciem arguuntur à diuina ſubſtantia & benignitate Dei, & virtute ſpiritali in totum extranei: fraude autem vniuerſa & ab inſpiratione apoſtatica, & operatione dæmoniaca, & phantaſmate idololatriæ per omnia repleti, præcurſores
Hæreticorum tituli. verè Draconis eius, qui per huiuſmodi phantaſiam abſcedere faciet in cauda tertiam partem ſtellarum, &
Apoc.12. 4. deiiciet eos in terram: quos ſimiliter atque illum deuitare oportet, & quanto maiore phantaſmate operari di-
Tit.3 10. cuntur, tanto, magis obſeruare eos, quaſi maiorem nequitiæ ſpiritum perceperint.

Hæretici conuerſantur Quapropter etiam ſi obſeruauerit quis eorum diurnam conuerſationis operationem, inueniet vnam & eandem
C eſſe eis cum dæmonis conuerſationem; & hæc autem
cum Dæmonibus. quæ eſt erga operationes impia ipſorum ſententia, quæ dicit, oportere eos in omnibus operibus, etiam qui-
Matth.5 buſlibet malis fieri, ex Domini doctrina diſſoluetur: apud quem non ſolùm qui mœchatur, expellitur, ſed & qui mœchari vult: & non ſolum qui occidit, reus erit, occiſionis ad damnationem, ſed & qui iraſcitur ſine cauſa fratri ſuo: qui & non ſolùm non odire homines, ſed &
† *peierã.* inimicos diligere iuſſit: & non ſolùm non † periurare, ſed nec iurare præcepit, & non ſolum malè loqui de proximis, ſed ne quidem Racha & fatuum dicere aliquem; ſi quo minus, reos eſſe huiuſmodi in ignem gehennæ: & non tantùm non percutere, ſed & ipſos percuſſos etiam alteram præſtare maxillam: & non ſolùm non abnegare quæ ſunt aliena, ſed etiamſi ſua auferantur, illis non expoſtulare: & non ſolùm non lædere proximos, neque facere quid eis malum, ſed & eos qui malè tractantur, magnanimos eſſe; & benignitatem exercere erga eos, & orare pro eis, vti pœnitentiam agentes
D ſaluati poſſint; in nullo imitantes nos reliquorum contumeliam, & libidinem, & ſuperbiam. Quando igitur ille, quem iſti magiſtrum & gloriantur, & eum multo meliorem & fortiorem reliquis animam habuiſſe dicunt; cum magna diligentia quædam quidem iuſſit fieri quaſi bona & egregia, quibuſdam autem abſtinere non ſolùm operibus, ſed etiam his cogitationibus quæ ad opera ducunt, quaſi malis & nociuis, & nequam: quemadmodum Magiſtrum dicentes talem fortiorem & meliorem reliquis deinde quæ ſunt contraria eius doctrinæ manife-
Sap.3.7. Dan.12. 3. ſtè præcipientes, non confunduntur? Et ſiquidem nihil eſſet mali, aut rurſus boni; opinione autem ſola huma-
Matth.3. 43. na, quædam quidem iniuſta, quædam autem iuſta putarentur, non vtique dixiſſet dogmatizans, id eſt do-
Marc.9. 44. cens, Iuſti autem fulgebunt ſicut ſol in regno Patris eo-
Iſai.66. 24. rum: iniuſtos autem & qui non faciunt opera iuſtitiæ, mittet in ignem æternum, vbi vermis ipſorum non morietur, & ignis non extinguetur.

CAPVT LVII.

Euerſio hæreticorum omnium in iis quibus non communicant cum Valentino.

Adhuc etiam dicentes oportere eos in omni opere, & in omni conuerſatione fieri, vt ſi fieri poſſit in vna vitæ aduentatione omnia perficientes, ad perfectum tranſgrediantur: eorum quidem quæ ſunt ad virtutem pertinentia & laborioſa & glorioſa & artificialia, quæ etiam ab hominibus bona adprobantur, nequaquam inueniuntur conari facere. Si enim oportet per omne opus, & per vniuerſam ire operationem, primò quidem oportebat omnes ſe diſcere artes, quæcunque illæ ſiue in ſermonum rationibus, ſiue in operibus conſumantur, ſiue per continentiam edocentur, & per laborem & meditationem & perſeuerantiam percipiuntur: vt putà omnem ſpeciem Muſicæ, & Computationis, & Geometricæ, & Aſtronomiæ, & vniuerſa quæ in ſermonum rationibus occupantur: adhuc etiam Medicinam vniuerſam, & herbarum ſcientiam, & eas quæ ad ſalutem humanam ſunt elaboratæ; & picturam, & ſtatuarum fabricationem, & ærariam artem, & marmorariam, & ſimiles his. Ab his autem omnem ſpeciem ruſticationis, & veterinariæ, & paſtoralis, & opificum artes quæ dicuntur: pertranſire vniuerſas artes, & eas quæ erga mare, vacant, & corpori ſtudent, & venatorias, & militares, & regales, & quotquot ſunt, quarum nec decimam nec milleſimam partem in tota vita ſua elaborantes ediſcere poſſunt. Et horum quidem nihil conantur addiſcere, qui in omni dicant ſemetipſos oportere fieri opere: ad voluptates autem & libidines, & turpia facta deuergentes, & à ſemetipſis iudicati cùm ſint ſecundùm doctrinam ſuam. Quoniam enim deſunt eis, quæ prædicta ſunt omnia, ad correptionem ignis adibunt. Qui quidem Epicuri philoſophiam, & Cynicorum indifferentiam æmulantes, non Ieſum magiſtrum gloriantur, qui non ſolùm à malis operibus uetuit ſuos diſcipulos, ſed etiam à ſermonibus & cogitationibus, quemadmodum oſtendimus.

Dicentes autem ſe ex eadem † circulatione cum Ieſu habere animas, & ſimiles ei eſſe aliquando autem & meliores, ad opera producti quæ ille ad vtilitatem hominum & firmitatem fecit, nihil tale nec ſimile, neque ſecundùm aliquid in comparationem quod venire poſſit, perficere inueniuntur. Sed & ſi aliquid faciunt, per magicam (quemadmodum diximus operati) fraudulenter ſeducere nituntur inſenſatos, fructum quidem & vtilitatem nullam præſtantes, in quos virtutes perficere ſe dicunt. Adducentes autem pueros in ueſtes & oculos deludentes, & phantaſmata oſtendentes ſtatim ceſſantia, & ne quidem ſtillicidio temporis perſeuerantia, non IESV Domino noſtro, ſed Simoni mago ſimiles oſtenduntur. Et ex hoc autem quod Dominus ſurrexit à mortuis in tertia die, firmum eſt, & diſcipulis ſe manifeſtauit, & videntibus eis receptus eſt in cœlum; quod ipſi morientes, & non reſurgentes, neque manifeſtari quibuſdam, arguuntur in nullo ſimiles habentes Ieſu animas. Si autem & Dominum per phantaſmata huiuſmodi feciſſe dicunt, ad prophetica reducentes eos, ex ipſis demonſtrabimus, omnia ſic de eo & prædicta eſſe, & facta firmiſſimè, & ipſum ſolum eſſe Filium Dei: quapropter & in illius nomine, qui verè illius ſont diſcipuli ab ipſo accipientes gratiam perficiunt ad beneficia reliquorum hominum, quemadmodum vnuſquiſque accepit donum ab eo. Alij enim dæmones excludunt firmiſſimè & verè, vt etiam ſæpiſſimè credant, ipſi qui emundati ſunt à nequiſſimis ſpiritibus, & ſunt in Eccleſia: alij autem præſcientiam habent futurorum, & viſiones, & dictiones propheticas. Alij autem laborantes aliqua infirmitate, per manus impoſitionem curant & ſanos reſtituunt. Iam etiam quemadmodum diximus, & mortui reſurrexerunt, & perſeuerauerunt nobiſcum annis multis. Et quid autem? Non eſt numerum dicere gratia-

† *las* (margin)

1. C 12. (margin)

rum,

rum, quas per vniuerſum mundum Eccleſia à Deo accipiens in nomine Chriſti Ieſu crucifixi ſub Pontio Pilato per ſingulos dies in opitulatiooem gentium perficit, neque ſeducens aliquem, nec pecuniam ei auferens. Quemadmodum enim gratis accepit à Deo, gratis & miniſtrat.

Nec inuocationibus angelicis faciat aliquid, nec incantationibus, nec aliqua praua curioſitate, ſed mundè & purè & manifeſtè orationes dirigentes ad Dominum, qui omnia fecit, & nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti inuocans, virtutes ſecundùm vtilitates hominum, ſed non ad ſeductionem perfecit. Si itaque & nunc nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti beneficia præſtat & curat, firmiſſimè, & verè omnes vbique credentes in eum, ſed non Simonis, neque Menandri, neque Carpocratis; nec alterius cuiuſcunque manifeſtum eſt quoniam homo factus, conuerſatus eſt cum ſuo plaſmate, verè omnia fecit ex virtute Dei, ſecundùm placitum Patris vniuerſorum, quomodo Prophetæ prædixerunt. Quæ autem erant hæc, in his quæ ſunt ex propheticis oſtenſionibus narrabuntur.

CAPVT LVIII.

Oſtenſio quod non tranſeant animæ in alia corpora.

DE corpore autem in corpus tranſmigrationem ipſorum ſubuertamus ex eo, quò nihil omnino eorum quæ ante fuerint, meminerint animæ. Si enim ob hoc emittebantur, vti in omni fierent operatione; oportebat eas meminiſſe eorum quæ ante facta ſunt, vti ea quæ deerant adimplerent: & non circa eadem ſemper volutantes continuatim, miſerabiliter laborarent. Non enim poterat corporis admixtio in totum vniuerſam ipſorum quæ ante habita erant, extinguere memoriam & contemplationem: & maximè ad hoc venientes. Quomodo enim nunc ſoporato & requieſcente corpore, quæcunque anima ipſa apud ſe videt, & in phantaſmate agit, & horum plura reminiſcens communicat cum corpore; & eſt quando & poſt plurimum temporis, quæcunque per ſomnium quis vidit, vigilans annuntiat: ſic vtique ſe reminiſceretur, & illorum quæ antequam in hoc corpus veniret egit. Si enim hoc quod in breuiſſimo tempore viſum eſt, vel in phantaſmate conceptum eſt, & ab ea ſola per ſomnium poſtquam commixta ſit corpori & vniuerſum membrum diſperſa, commemoratur: multo magis illorum reminiſceretur, in quibus temporibus tantis, & vniuerſa præteritæ vitæ ſæcula immorata eſt.

CAPVT LIX.

Oſtenſio quod non bibant, ſecundùm Platonem, obliuionis poculum.

AD hæc Plato vetus ille Athenienſis, is qui & primus ſententiam hanc introduxit, cùm excuſare non poſſet, obliuionis induxit poculum, putans ſe per hoc aporiam huiuſmodi effugere; oſtenſionem quidem nullam faciens, dogmaticè autem reſpondens, quoniam introeuntes animæ in hanc vitam, ab eo qui eſt ſuper introitum dæmone, priuſquam in corpora intrent, potantur obliuione. Et latuit ſemetipſum in alteram maiorem incidens aporiam. Si enim obliuionis poculum potatá eſt, poſteaquam ebibitum eſt, omnium factorum obliterare memoriam, hoc ipſum vnde ſcis, ô Plato, cum ſit nunc in corpore anima tua: quoniam priuſquam in corpus introeat a dæmone potata eſt obliuionis medicamentum? Si enim dæmonem & poculum & introitum reminiſceris, & reliqua oportet cognoſcas: ſi autem illa ignoras, neque dæmon verus, neque artificiosè compoſitum obliuionis poculum.

CAPVT LX. E

Oſtenſio quoniam corpus non eſt obliuio.

ADuerſus autem eos qui dicunt ipſum corpus eſſe obliuionis medicamentum, occurret hoc. Quomodo igitur quodcunque per ſemetipſam anima videt, & in ſomniis, & ſecundùm cogitationem, mentis intentionem corpore quieſcente ipſa reminiſcitur, & renuntiat proximis? Sed ne quidem ea quæ olim agnita ſunt, aut per oculos, aut per auditum, meminiſſet anima in corpore exiſtens, ſi eſſet corpus obliuio: ſed ſimul atque ab inſpectis, abeſſet oculus, auferretur vtique ea quæ eſſet de his memoria. In ipſa enim obliuione exiſtens anima, nihil aliud cognoſcere poterat, niſi ſolùm illud quod in præſenti videbat. Quomodo autem & diuina † ſciret, & meminiſſet ipſorum, exiſtens in corpore, quando ſit (vt aiunt) ipſum corpus obliuio? Sed & Prophetæ ipſi cùm eſſent in terra, quæcunque ſpiritaliter ſecundùm viſiones cœleſtium vident vel audiunt, ipſi quoque meminerunt in hominem conuerſi, & reliquis annuntiant: & non corpus obliuionem efficit animæ eorum, quæ ſpiritaliter viſa ſunt, ſed anima docet corpus, & participat de ſpiritali ei facta viſione.

† *diſceret.* F

CAPVT LXI.

Quoniam in corporis communione non amittit ſuas † vires anima.

† *virtutes.*

NOn enim eſt fortius corpus quàm anima, quod quidem ab illa ſpiratur, & viuificatur, & augetur, & articulatur, ſed anima poſſidet & principatur corpori. Tantum autem impeditur à ſua velocitate, quantum corpus participat de eius motione, ſed non amittit ſuam ſcientiam. Corpus enim organo ſimile eſt, anima autem artificis rationem obtinet. Quemadmodum itaque artifex velociter quidem operationem ſecundùm ſe adinuenit, in organo autem tardius illam perficit, propter rei ſubiectæ immobilitatem, & illius mentis velocitas admixta tarditati organi temperatam perficit operationem: ſic & anima participans ſuo corpori, modicum quidem impeditur, admixta velocitate eius in corporis tarditate, non amittit autem in totum iſtas virtutes: ſed quaſi vitam participans corpori, ipſa viuere non ceſſat: ſic & de reliquis ei communicans, neque ſcientiam ipſorum perdit, neque memoriam inſpectorum. G

CAPVT LXII. H

Oſtenſio quod vnuſquiſque noſtrum ſuam habet animam, ſicut & ſuum corpus.

SI itaque nullius præteritorum meminit, ſed exiſtentium ſcientiam hic percipit; non igitur in aliis corporibus fuit aliquando, neque egit, quæ ne quidem agnoſcit, neque nouit, quæ quidem neque vidit: ſed quemadmodum vnuſquiſque noſtrum ſuum corpus per artem Dei ſumit, ſic & ſuam habet animam. Neque enim ſic pauper, neque indigens Deus, vt non vnicuique corpori, propriam donaret animam, quemadmodum & proprium characterem. Et ideo adimpleto numero, quem ipſe apud ſe antè definiit. omnes quicunque ſunt deſcripti in vitam, reſurgent, ſua corpora & ſuas habentes animas, & ſuos ſpiritus, in quibus placuerunt Deo. Qui autem pœna ſunt digni, abibunt in eam, & ipſi ſuas habentes animas, & ſua corpora, in quibus abſtiterunt a Dei bonitate: ceſſabunt vtrique iam generare, & generari, & ducere vxorem, & nubere, vt commenſurata multitudo antè præfinita à Deo generis humani

Matth. 22.30.

perfe

perfectorum compago ſiue aptatio conſeruet Patris. Pleniſſimè autem Dominus docuit, non ſolùm perſeuerare, non de corpore in corpus tranſgredientes animas, ſed & characterem corporis, in quo etiam adaptantur, cuſtodire eundem: & meminiſſe eas operum quæ egerunt hic, & à quibus ceſſauerunt in ea † enarratione quæ ſcribitur de Diuite & de Lazaro eo, qui refrigerabatur in ſinu Abrahæ: in qua ait, Diuitem cognoſcere Lazarum poſt mortem, & Abraham autem ſimiliter, & manere in ſuo ordine vnumquemque ipſorum, & poſtulare mitti ei ad opem ferendam Lazarum, cui ne quidem de menſæ ſuæ micis communicabat: & de Abrahæ reſponſo, qui non tantùm ea quæ ſecundùm ſe, ſed & quæ ſecundùm Diuitem eſſent, ſciebat; & præcipiebat Moyſi aſſentire, & Prophetis eos, qui non vellent peruenire in illum locum pœnæ, & recipientes præconium eius qui † reſurgeret à mortuis.

CAPVT LXIII.

*Quomodo perſeuerant animæ corporis habentes * figuras.*

PEr hæc enim manifeſtiſſimè declaratum eſt & perſeuerare animas, & non de corpore in corpus tranſire, & habere hominis figuram, vt etiam cognoſcantur, & & meminerint eorum quæ ſint hic, & propheticum quoque adeſſe Abrahæ, & dignam habitationem vnamquamque gentem percipere, etiam ante iudicium.

CAPVT LXIV.

Quomodo animæ cum ſint generabiles, in futurum incorruptibiles perſeuerant.

SI qui autem hoc in loco dicant, non poſſe animas eas, quæ paulò ante eſſe cœperint, in multum temporis perſeuerare, ſed oportere eas aut innaſcibiles eſſe, vt ſint immortales: vel ſi generationis initium acceperint, cum ipſo corpore mori: diſcant quoniam ſine initio & ſine fine, verè & ſemper idem & eodem modo ſe habens ſolus eſt Deus, qui eſt omnium Dominum Quæ autem ſunt ab illo omnia, quæcunque facta ſunt, & fiunt, initium quidem ſuum accipiunt generationis & per hoc inferiora ſunt ab eo qui ea fecit, quoniam non ſunt ingenita: perſeuerant autem & extenduntur in longitudinem ſæculorum, ſecundùm voluntatem factoris Dei, ita vt ſic initio fierent: & poſtea vt ſint eis donat. Quemadmodum enim cœlum quod eſt ſuper nos firmamentum, & Sol, & Luna, & reliquæ ſtellæ, & omnia ornamenta ipſorum, cùm ante non eſſent, facta ſunt, & † multa tempora perſeuerant, ſecundùm voluntatem Dei: ſic & de animabus, & de ſpiritibus, & omnino de omnibus his quæ facta ſunt cogitans quis, minimè peccabit, quando omnia quæ facta ſunt initium quidem facturæ ſuæ habeant, perſeuerant autem quoadusque ea Deus & eſſe & perſeuerare voluerit. Teſtatur pro his ſententiis etiam propheticus ſpiritus, dicens, Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt, ſtatuit ea in ſæculum & in ſæculum ſæculi. Et iterum de ſaluando homine, ſic ait: Vitam petijt à te, & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſæculum ſæculi: tanquam Patre omnium donante, & in ſæculum ſæculi perſeuerantiam in his qui ſalui fiunt. Non enim ex nobis, neque ex noſtra natura vita eſt; ſed ſecundùm gratiam Dei datur. Et ideo qui ſeruauerit datum vitæ, & gratias egerit ei qui præſtitit, accipiet & in ſæculum ſæculi longitudinem dierum. Qui autem abiecerit eam, & ingratus extiterit factori, ob hoc quòd factus eſt, & non cognouerit eum qui præſtat; ipſe ſe priuat in ſæculum ſæculi perſeuerantia. Et ideo Dominus dicebat in gratis exiſtentibus in eum: Si in modico fideles non fuiſtis, quod magnum eſt quis dabit vobis? ſignificans nobis, quoniam qui in modica temporali vita ingrati extiterunt ei, qui eam præſtitit, iuſtè non percipient ab eo in ſæculum ſæculi longitudinem dierum. Sicut autem corpus animale ipſum quidem non eſt anima, participatur autem anima, quoadusque Deus vult: ſic & anima ipſa quidem non eſt vita, participatur autem à Deo ſibi præſtitam vitam, vnde & Propheticus ſermo: Protoplaſtus ait factus eſt in animam viuam, docens nos quoniam ſecundùm participationem vitæ viuens facta eſt anima, ita vt ſeparatim quidem anima intelligatur, ſeparatim autem quæ erga eam eſt vita. Deo itaque & vitam, & perpetuam perſeuerantiam donante, capiunt animæ, primum non exiſtentes, dehinc perſeuerare, cùm eas Deus & eſſe & ſubſiſtere voluerit: principari enim debet in † omnibus, & dominari voluntas Dei; reliqua autem omnia huic cedere & ſubdita eſſe, & in ſeruitium dedita. Et de factura quidem & perſeuerantia animæ hucuſque dictum ſit.

CAPVT LXV.

Euerſio Baſilidis cœlorum fabricationis.

BAſilides autem & ipſe ſuper hæc quæ dicta ſunt, cogetur dicere ſecundùm ſuam regulam, non ſolùm CCCLXV. ſecundùm ſucceſſionem alios ab aliis factos, ſed immenſam quandam & innumerabilem multitudinem cœlorum ſemper factam, & fieri, & futurum vt fiant, & nunquam deficere huiuſmodi fabricam cœlorum. Si enim ex defluxu prioris, ſecundum factum eſt cœlum ad illius ſpeciem, & ad ſecundi tertium; & ſimiliter omnes reliqui ſubſequentes: & de huius quod ſecundùm nos eſt, quod & nouiſſimum † vocant, neceſſe eſt ex defluxu aliud factum ſimile ſibi, & ex illo iterum aliud: & nunquam deficere, neque defluxus eorum qui iam facti ſunt, neque facturas † ſæculorum; ſed in immenſum, & non in præfinitum numerum cœlorum incidere.

CAPVT LXVI.

Oſtenſio quoniam Prophetæ non à variis diis fecerint prophetationes, ſed ab vno & eodem, & expoſitio Hebraïcorum nominum eorum quæ in Prophetis poſita ſunt.

ET reliqui autem qui falſo nomine Gnoſtici dicuntur, qui Prophetas ex diuerſis diis prophetias feciſſe dicunt, facilè deſtruentur ex hoc quòd omnes prophetæ vnum Deum & Dominum † prædicauerunt, & ipſum factorem cœli & terræ, & omnium quæ in eis ſunt, & quod aduentum Filij eius ſignificauerint, ſecundùm quod ex ipſis demonſtrabimus Scripturis in libris conſequentibus. Si autem quidam, ſecundùm Hebræam linguam diuersè dictiones poſitas in Scripturis opponant, quale eſt Sabaoth, & Eloæ, & Adonai, & alia quæcunque ſunt talia, ex his oſtendere laborantes diuerſas virtutes atque deos: diſcant quoniam vnius & ipſius ſignificationes & nuncupationes ſunt omnia huiuſmodi. Quod enim dicitur Eloæ, ſecundùm Iudaïcam vocem Deum ſignificat, & Eloæ Verum, & Elloenth ſecundùm Hebraicam linguam, Hoc quod continet omnia, ſignificat. Quod autem ait Adonai, aliquando quidem nominabile & admirabile ſignificat, aliquando autem duplicata litera Delta cum aſpiratione, vt putà Adhonai, Præfinientem & ſeparantem terram ab aqua, ne poſſit aqua inſurgere in eam Similiter autem & Sabaoth per ω quidem Græcam in ſyllaba nouiſſima ſcribitur Voluntarium ſignificat: per O autem Græcam, vt putà Sabaoth primum cœlum manifeſtat.

Eodem modo & Iaoth extenſa cum aſpiratione nouiſſima ſyllaba, menſuram præfinitam manifeſtat; cùm autem per O Græcam corripitur, vt putà Iaoth, eum qui dat fugam malorum ſignificat; & cætera omnia vnius eiuſdemque nuncupationis ſunt: ſicut ſecundùm Latinitatem Dominus virtutem, & Pater omnium, & Deus omnipotens, & Altiſſimus, & Dominus cœlorum, & Creator, & Fabricator, & ſimilia his, non alterius atque alterius hæc ſunt, ſed vnius eiuſdemque † nuncupationes & pronomina, per quæ vnus Deus & Pater oſtenditur, qui continet omnia, & omnibus vt ſint præſtans. Quoniam autem dictis noſtris conſonat prædicatio Apoſtolorum, & Domini magiſterium, & Prophetarum annuntiatio, & Apoſtolorum dictatio, & legiſlationis miniſtratio, vnum eundemque omnium Deum Patrem laudantium: & non alium atque alium, neque ex diuerſis diis aut virtutibus ſubſtantiam habentem, ſed ex vno & eodem Patre, omnia qui tamen apta ſecundùm † ſubiacentiam, naturam & diſpoſitionem, & neque ab Angelis, neque ab alia quadam virtute, ſed à ſolo Deo Patre viſibilia atque inuiſibilia, & omnia omnino quæcunque facta ſunt, arbitror quidem ſufficienter † oſtenſa, & per hæc tanta vno oſtenſo Deo Patre factore omnium. Sed ne putemus fugere illam quæ ex Scripturis Dominicis eſt probationem, ipſis Scripturis multo manifeſtius & clarius hoc ipſum prædicantibus, his tamen qui non prauè intendunt eis, proprium librum qui ſequitur has ſcripturas reddentes, ex Scripturis diuinis probationes apponemus in medio omnibus amantibus veritatem.

CAPITA LIBRI TERTII.

1. *Quibus, & quemadmodum Euangelium acceperit Eccleſia.*
2. *Oſtenſio quòd neque Scripturis, nec Traditioni obſequantur hæretici.*
3. *De Apoſtolorum Traditione, vel ab Apoſtolis in Eccleſiis Epiſcoporum ſucceſſio.*
4. *Teſtificationes eorum qui Apoſtolos viderunt de prædicatione veritatis.*
5. *Oſtenſio quòd & Dominus & Apoſtoli in veritate ediderint doctrinam, & non ſecundùm audientium opinionem.*
6. *Oſtenſio quòd in Scripturis nemo alius Deus nominatur, nec Dominus nuncupatur niſi ſolus verus Deus Pater omnium & Verbum eius.*
7. *Quid ſit quod à Paulo dicitur, in aliquibus Deus mundi huius excæcauit mentes infidelium.*
8. *Quid eſt mammona.*
9. *Quam habuerunt de Deo † ſententiam Apoſtoli, qui nobis Euangelium tradiderunt.*
10. *Quæ ſunt quæ à Magis Domino noſtro oblata ſunt munera.*
11. *Oſtenſio quòd neque plura, nec minus quàm quatuor poſſunt eſſe Euangelia.*
12. *Quæ ſit reliquorum Apoſtolorum doctrina.*
13. *Aduerſus eos qui dicunt tantum Paulum ex Apoſtolis cognouiſſe veritatem.*
14. *De ſequutore Apoſtolorum Luca, & quæ ſunt, quæ in Euangelio per ſolum Lucam cognouimus.*
15. *Aduerſus eos qui fruſtrantur Paulum Apoſtolum.*
16. *Quæ ſit Apoſtolorum ſententia de Domino noſtro Ieſu Chriſto.*
17. *Oſtenſio quòd vnus & idem ipſe Ieſus Chriſtus, Verbum ſit Dei.*
18. *Aduerſus eos qui dicunt illum putatiuè apparuiſſe.*
19. *De eo qui deſcendit in ipſum Spiritu.*
20. *Quæ cauſa fuit vt Verbum Dei caro fieret.*
21. *Aduerſus eos qui dicunt eum de Ioſeph generatum.*
22. *Quid ſit quare magnanimus Deus fuerit in inobaudientia hominis.*
23. *Oſtenſio quoniam pro eo qui ſaluatur in homine factum eſt, vt proiiceretur in hunc mundum de paradiſo.* E
24. *Oſtenſio quoniam Verbum Dei homo factus eſt.*
25. *Quid eſt quod dictum eſt ad Dauid, De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.*
26. *Quemadmodum interpretatæ ſunt Scripturæ in Græcum, & quando.*
27. *Oſtenſio, Quoniam ecce virgo in vtero habebit, & non in vulua, quemadmodum quidam ſcribunt.*
28. *Quid eſt illud apud Danielem, Lapis ſine manibus exciſus, impleuit omnem terram.*
29. *Quare virga Moyſi proiecta coluber facta eſt.*
30. *Oſtenſio quòd ſi Ioſeph filius fuiſſet Dominus, non rex eſſe potuiſſet.*
31. *Oſtenſio quoniam per quæ proiectus eſt homo de paradiſo, per hæc iterum intrat in paradiſum.*
32. *Aduerſus eos qui dicunt nihil de Maria ſumpſiſſe Dominum in generatione.*
33. *Quare Lucas à Domino inchoans genealogiam, in Adam retulit, & quot ab Adam vſque ad Deum ſunt generationes.* F
34. *Oſtenſio quoniam Adam prior ſaluatur à Domino.*
35. *Quare de paradiſo Adam proiecit Deus.*
36. *De Cain qui fratrem ſuum occidit.*
37. *Quare folia fici circumcinxit ſe Adam.*
38. *Quid eſt quod à Propheta dictum eſt, Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, &c.*
39. *Aduerſus Tatiani doctrinam.*
40. *Aduerſus eos qui ex quacunque cauſa ſchiſmata faciunt.*
41. *Oſtenſio quòd ſecundùm prouidentiam Patris regatur hic mundus.*
42. *Quoniam neque iuſtitia ſine bonitate conſtare poſſit, neque bonitas ſine iuſtitia.*
43. *Quoniam ſapiens, idem iudex.*
44. *Oſtenſio quòd verbum Dei iuſtum & bonum ſit.*
45. *Quemadmodum religioſior Plato quàm hæretici oſtendatur.* G
46. *Quemadmodum ſecundùm ſuam regulam, qui à Valentino ſunt, extra veritatem oſtenduntur.*

PRÆFATIO IN TERTIVM Librum D. Irenæi Epiſcopi Lugdunenſis, & Martyris,

ADVERSVS HÆRESES.

προλογ᾽ præcedentiū librorū, & huius tertij.

TV quidem, Dilectiſſime, præceperas nobis, vt eas, quæ à Valentino ſunt ſententias abſconditas, vt ipſi putant, in manifeſtum producerem; & oſtenderem varietatem ipſorum, & ſermonem deſtruentem eos inferrem: aggreſſi ſumus autem nos arguentes eos à Simone patre omnium hæreticorum, & doctrinas, & ſucceſſiones manifeſtare, & omnibus eis contradicere: propter quod cùm ſit vnius operis traductio eorum & deſtructio in multis, miſimus tibi Libros, ex quibus primus quidem omnium illorum ſententias continet, & conſuetudines, & characteres oſtendit conuerſationis eorum. In ſecundo verò deſtructa & euerſa ſunt quæ ab ipſis malè docentur, & nudata, & oſtenſa ſunt talia qualia & ſunt. In hoc autem tertio ex Scripturis inferemus oſtenſiones, vt nihil tibi ex his quæ præceperas, deſit à nobis: ſed &, præterquam opinabaris, ad arguendum & euertendum eos qui quolibet modo malè docent occaſiones à nobis accipias. Quæ enim eſt in Deo charitas, diues & ſine inuidia exiſtens, plura donat quàm poſtulet quis ab ea. Memento igitur eorum quæ diximus in prioribus duobus libris, & hæc illis adiungens, pleniſſimam habebis à H

nobis aduerſus omnes hæreticos contradictionem, & fiducialiter ac inſtantiſſimè reſiſtes eis, pro ſola vera ac viuifica fide, quam ab Apoſtolis Eccleſia percepit, & diſtribuit filiis ſuis. Etenim Dominus omnium dedit Apoſtolis ſuis poteſtatem Euangelij, per quos & veritatem, hoc eſt, Dei Filij doctrinam cognouimus, quibus & dixit Dominus: Qui vos audit, me audit: & qui vos contemnit, me contemnit, & eum qui me miſit.

CAPVT I.

A quibus & quemadmodum Euangelium acceperit Eccleſia.

NOn enim per alios diſpoſitionem ſalutis noſtræ cognouimus, quàm per eos per quos Euangelium peruenit ad nos, quod quidem tunc præconiauerunt, poſtea verò per Dei voluntatem in Scripturis nobis tradiderunt, fundamentum & columnam fidei noſtræ futurum. Nec enim fas eſt dicere, quoniam antè prædicauerunt, quàm perfectam haberent agnitionem, ſicut quidam audent dicere, glorianтes emendatores ſe eſſe Apoſtolorum. Poſtea enim quàm ſurrexit Dominus noſter à mortuis, & induti ſunt ſuperuenientis Spiritus ſancti virtutem ex alto, de omnibus adimpleti ſunt, & habuerunt perfectam agnitionem, exierunt in fines terræ, ea quæ à Deo nobis bona ſunt euangelizantes, & cœleſtem pacem hominibus annuntiantes, qui quidem & omnes pariter & ſinguli eorum habentes euangelium Dei. Ita Matthæus in Hebræis ipſorum lingua Scripturam edidit Euangelij, cùm Petrus & Paulus Romæ euangelizarent, & fundarent Eccleſiam. Poſt verò horum diſceſſum, Marcus diſcipulus & interpres Petri, & ipſe quæ à Petro annuntiata erant per ſcripta nobis tradidit. Et Lucas autem ſectator Pauli, quod ab illo prædicabatur Euangelium, in libro condidit. Poſtea & Ioannes diſcipulus Domini, qui & ſupra pectus eius recumbebat, & ipſe edidit euangelium Epheſi Aſiæ commorans.

Et omnes iſti vnum Deum factorem cœli & terræ à lege & Prophetis annuntiatum, & vnum Chriſtum filium Dei tradiderunt nobis: quibus ſi quis non aſſentit, ſpernit quidem participes Domini, ſpernit autem & ipſum Chriſtum Dominum, ſpernit verò & Patrem, & eſt à ſemetipſo damnatus, reſiſtens & repugnans ſalutis ſuæ: quod faciunt omnes hæretici.

CAPVT II.

Quod neque ſcripturis, neque Traditionibus obſequantur hæretici.

CVm enim ex ſcripturis arguuntur, in accuſationem conuertuntur ipſarum ſcripturarum, quaſi non rectè habeant, neque ſint ex authoritate, & quia variè † ſint dictæ, & quia non poſſit ex his inueniri veritas ab his, qui neſciant Traditionem. Non enim per literas traditam illam, ſed per viuam vocem: ob quam cauſam & Paulum dixiſſe, Sapientiam autem loquimur inter perfectos: Sapientiam autem non mundi huius. Et hanc ſapientiam vnuſquiſque eorum eſſe dicit, quam à ſemetipſo † adinuenit, fictionem videlicet, vt dignè ſecundùm eos ſit veritas, aliquando quidem in Valentino, aliquando autem in Marcione, aliquando in Cerintho, deinde in Baſilide: fuit autem & in illo qui contrà diſputat, qui nihil ſalutare loqui potuit. Vnuſquiſque enim ipſorum omnimodo peruerſus ſemetipſum regulam veritatis deprauans, prædicare non confunditur. Cùm autem ad eam iterum Traditionem, quæ eſt ab Apoſtolis, quæ per ſucceſſiones Presbyterorum in Eccleſiis cuſtoditur, prouocamus eos: aduerſantur Traditioni, dicentes ſe non ſolùm Presbyteris, ſed etiam Apoſtolis exiſtentes ſapientiores, ſynceram inueniſſe veritatem: Apoſtolos autem admiſcuiſſe ea, quæ ſunt legalia Saluatoris verbis: & non ſolùm Apoſtolos, ſed etiam ipſum Dominum modo quidem à Demiurgo, modò autem à medietate, interdum autem à ſummitate feciſſe ſermones: ſe verò indubitatè, & incontaminatè, & ſyncerè abſconditum ſcire myſterium; quod quidem impudentiſſimè eſt blaſphemare ſuum factorem. Euenit itaque neque Scripturis iam, neque Traditioni conſentire eos. Aduerſus tales certamen nobis eſt, ô dilectiſſime, more ſerpentum lubrici vndique effugere conantes. Quapropter vndique reſiſtendum eſt illis, ſi quos ex his retuſione confundentes, ad conuerſionem veritatis adducere poſſimus. Etenim ſi non facilè eſt ab errore apprehenſam reſipiſcere animam, ſed non omnimodo impoſſibile eſt errorem effugere appoſita veritate.

CAPVT III.

De Apoſtolorum Traditione, vel ab Apoſtolis in Eccleſiis Epiſcoporum ſucceſſione.

TRaditionem itaque Apoſtolorum in toto mundo manifeſtatam, in omni Eccleſia adeſt perſpicere omnibus qui vera velint † audire, & habemus annumerare eos qui ab Apoſtolis inſtituti ſunt Epiſcopi in Eccleſiis, & ſucceſſores eorum vſque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognouerunt quale ab his deliratur. Etenim ſi recondita myſteria ſciſſent Apoſtoli, quæ ſeorſim & latenter ab reliquis perfectos docebant, his vel maximè traderent ea quibus etiam ipſas Eccleſias committebant. Valdè enim perfectos & irreprehenſibiles in omnibus eos volebant eſſe, quos & ſucceſſores relinquebant ſuum ipſorum locum magiſterij tradentes, quibus emendatè agentibus fieret magna vtilitas, lapſis autem ſumma calamitas. Sed quoniam valdè longum eſt, in hoc tali volumine omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones, maximæ, & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ, à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ, eam quam habet ab Apoſtolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidem, per ſucceſſiones Epiſcoporum peruenientem vſque ad nos, indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per † ſui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam ſententiam, præterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt vndique fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt vndique, conſeruata eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis Traditio. Fundantes igitur & inſtruentes beati Apoſtoli Eccleſiam, Lino epiſcopatum adminiſtrandæ Eccleſiæ tradiderunt. Huius Lini Paulus in his quæ ſunt ad Timotheum epiſtolis meminit. Succedit autem ei Anacletus, poſt eum tertio loco ab Apoſtolis epiſcopatum ſortitur Clemens, qui & vidit ipſos Apoſtolos, & contulit cum eis, cùm adhuc inſonantem prædicationem Apoſtolorum, & Traditionem ante oculos haberet. Non ſolus enim, adhuc multi ſupererant, tunc ab Apoſtolis docti.

Sub hoc igitur Clemente, diſſenſione non modica inter eos qui Corinthi eſſent fratres facta, ſcripſit quæ eſt Romæ Eccleſia potentiſſimas literas Corinthiis, ad pacem eos congregans, & reparans fidem eorum, & annuntians quam in recenti ab Apoſtolis receperant Traditionem, annuntiantem vnum Deum omnipotentem, factorem cœli & terræ, plaſmatorem hominis, qui induxerit cataclyſmum, & aduocauerit Abraham, qui eduxerit populum de terra Ægypti, qui colloquutus ſit Moyſi, qui legem diſpoſuerit, & Prophetas miſerit, qui ignem præparauerit diabolo & Angelis eius.

Hunc

E

Hunc Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti ab Eccleſiis annuntiari, ex ipſa Scriptura qui velint, diſcere poſſunt; & Apoſtolicam Eccleſiæ Traditionem intelligere, cùm ſit vetuſtior Epiſtola his qui nunc falsò docent, & alterum Deum ſuper Demiurgum & factorem horum omnium quæ ſunt, commentiuntur. Huic autem Clementi ſuccedit Euariſtus, & Euariſto Alexander, ac deinceps ſextus ab Apoſtolis conſtitutus eſt Sixtus, & ab hoc Teleſphorus, qui etiam glorioſiſſimè martyrium fecit, ac deinceps Hyginus, poſt Pius, poſt quem Anicetus. Cùm autem ſucceſſiſſet Aniceto Soter, nunc duodecimo loco Epiſcopatum ab Apoſtolis habet Eleutherius. Hac ordinatione & ſucceſſione, ea quæ eſt ab Apoſtolis in Eccleſia Traditio, & veritatis præconiatio peruenit vſque ad nos. Et eſt pleniſſima hæc oſtenſio, vnam & eandem viuificatricem fidem eſſe, quæ in Eccleſia ab Apoſtolis vſque nunc ſit conſeruata, & tradita in veritate.

ſy. Et Polycarpus autem non ſolùm ab Apoſtolis edoctus, & conuerſatus cum multis ex eis qui Dominum noſtrum viderunt: ſed etiam ab Apoſtolis in Aſia: in ea quæ eſt Smyrnis Eccleſia conſtitutus Epiſcopus, quem & nos vidimus in prima noſtra ætate: multum enim † perſeuerauerat, & valde ſenex glorioſiſſimè & nobiliſſimè & martyrium faciens exiuit de hac vita. † Hic docuit ſemper quæ ab Apoſtolis didicerat, quæ & Eccleſiæ tradidit, & ſola ſunt vera. Et teſtimonium his perhibent quæ ſunt in Aſia Eccleſiæ omnes, & qui vſque adhuc ſucceſſerunt Polycarpo: qui vir multo maioris authoritatis teſtis, & fidelior veritatis eſt teſtis, quàm Valentinus, & Marcion, & reliqui qui ſunt peruerſæ ſententiæ. Is enim eſt qui ſub Aniceto cùm aduenisset in vrbem, multos ex his quos prædiximus, hæreticos conuertit in Eccleſiam Dei, vnam & ſolam hanc veritatem annuntians ab Apoſtolis percepiſſe ſe, quam & Eccleſiæ tradidit. Et ſunt qui audierunt eum dicentem, quoniam Ioannes Domini diſcipulus in Epheſo iens lauari, cùm vidiſſet intus Cerinthum, exilierit de balneo non lotus, dicens quod timeat ne balneum concidat, cùm intus eſſet Cerinthus inimicus veritatis. Et ipſe autem Polycarpus Marcioni aliquando occurrenti ſibi, & dicenti, Cognoſce nos, reſpondit: Cognoſco te primogenitum Satanæ. Tantum Apoſtoli, & horum diſcipuli habuerunt timorem, ne verbo tenus communicarent alicui eorum qui adulterauerant veritatem, quemadmodum & Paulus ait: Hæreticum autem hominem poſt vnam correptionem deuita, ſciens quoniam peruerſus eſt qui eſt talis, & à ſemetipſo damnatus. Eſt autem & epiſtola Polycarpi ad Philippenſes ſcripta perfectiſſima, ex qua & characterem fidei eius, & prædicationem veritatis, qui volunt & curam habent ſuæ ſalutis, poſſunt diſcere.

Sed & quæ eſt Epheſi Eccleſia à Paulo quidem fundata, Ioanne autem permanente apud eos vſque ad Traiani tempora, teſtis eſt verus Apoſtolorum Traditionis.

CAPVT IV.

Teſtificatio eorum qui Apoſtolos viderunt, de prædicatione veritatis.

TAntæ igitur oſtenſionis cùm ſint hæc, non oportet adhuc quærere apud alios veritatem, quam facile eſt ab Eccleſia ſumere, cùm Apoſtoli, quaſi in depoſitorium diues, pleniſſimè in eam contulerint omnia quæ ſunt veritatis: vti omnis quicunque velit, ſumat ex ea potum vitæ. Hæc eſt enim vitæ introitus, omnes autem reliqui, fures ſunt & latrones, propter quod oportet deuitare quidem illos: quæ autem ſunt Eccleſiæ, cum ſumma diligentia diligere, & apprehendere veritatis Traditionem. Quid enim? Et ſi quibus de aliqua modica quæſtione diſceptatio eſſet, nónne oporteret in antiquiſſimas recurrere Eccleſias, in quibus Apoſtoli conuerſati ſunt, & ab eis de præſenti quæſtione ſumere quod certum & re liquidum eſt? Quid autem ſi neque Apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis, nónne oportebat ordinem ſequi Traditionis, quam tradiderunt iis quibus committebant Eccleſias? Cui ordinationi aſſentiunt multæ gentes Barbarorum, quorum qui in Chriſtum credunt; ſine charta & atramento ſcriptam habentes per Spiritum in cordibus ſuis ſalutem, & veterem Traditionem diligenter cuſtodientes, in vnum Deum credentes fabricatorem cœli & terræ, & omnium quæ in eis ſunt, per Chriſtum Ieſum Dei Filium. (Ierem. 31. 33. Heb. 10. 16.) Qui propter eminentiſſimam erga figmentum ſuum dilectionem, eam quæ eſſet ex Virgine generationem ſuſtinuit ipſe per ſe hominem adunans Deo, & paſſus ſub Pontio Pilato, & reſurgens, & in claritate receptus in gloria, venturus Saluator eorum qui ſaluantur, & iudex eorum qui iudicantur, & mittens in ignem æternum transfiguratores veritatis, & contemptores Patris ſui, & aduentus eius. Hanc fidem qui ſine literis crediderunt, quantum ad ſermonem noſtrum, barbari ſunt: quantum autem ad ſententiam, & conſuetudinem, & conuerſationem, propter fidem, per quam ſapientiſſimi ſunt, & placent Deo, conuerſantes in omni iuſtitia & caſtitate & ſapientia. Quibus ſi aliquis annuntiauerit ea quæ ab hæreticis adinuenta ſunt, proprio ſermone eorum colloquens, ſtatim concludentes aures, longo longius fugient, ne audire quidem ſuſtinentes blaſphemum colloquium. Sic per illam veterem Apoſtolorum Traditionem, ne in conceptionem quidem mentis admittunt, quodcunque eorum portentiloquium eſt: neque dum enim congregatio fuit apud eos, neque doctrina inſtituta. Ante Valentinum enim non fuerunt, qui ſunt à Valentino; neque ante Marcionem erant, qui ſunt à Marcione; neque omnino erant reliqui ſenſus maligni, quos ſuprà enumerauimus, antequam initiatores & inuentores peruerſitatis eorum fierent. Valentinus enim venit Romam ſub Hygino, increuit verò ſub Pio, & prorogauit tempus vſque ad Anicetum. Cerdon autem qui ante Marcionem, & hic ſub Hygino, qui fuit octauus Epiſcopus, ſæpè in Eccleſiam veniens, & exhomologeſin faciens, ſic conſummauit, modò quidem latenter docens, modò verò exhomologeſin faciens, modò verò ab aliquibus traductus, in his quæ docebat malè, & abſtentus eſt à religioſorum hominum conuentu.

F

G

Marcion autem illi ſuccedens inualuit ſub Aniceto, decimum locum epiſcopatus continente. Reliqui verò qui vocantur Gnoſtici, a Menandro Simonis diſcipulo, quemadmodum oſtendimus, accipientes initia vnuſquiſque eorum, cuius participatus eſt ſententiæ, eius & pater, & antiſtes apparuit. Omnes autem hi, multo poſterius, mediantibus iam Eccleſiæ temporibus, inſurrexerunt in ſuam apoſtaſiam.

CAPVT V.

Oſtenſio quod & Dominus & Apoſtoli in veritate ediderint doctrinam, & non ſecundum audientium opinionem.

H

TRaditione igitur quæ eſt ab Apoſtolis, ſic ſe habente in Eccleſia, & permanente apud nos, reuertamur ad eam, quæ eſt ex ſcripturis oſtenſionem eorum qui & euangelium conſcripſerunt Apoſtolorum, ex quibus conſcripſerunt de Deo ſententiam, oſtendentes quoniam Dominus noſter Ieſus Chriſtus veritas eſt, & mendacium in eo non eſt. (Ioan. 14. 6.) Quemadmodum & Dauid eam quæ eſt ex Virgine generationem eius, & eam quæ eſt ex mortuis reſurrectionem prophetans ait. Veritas de terra orta eſt. (1 Ioan. 2. 27.) Et Apoſtoli autem diſcipuli veritatis exiſtentes, extra omne mendacium ſunt: non enim communicat mendacium veritati, ſicut non communicant tenebræ luci, ſed præſentia alterius excludit alterum. (Pſ. 84. 12. 2. Cor. 6. 14.) Veritas ergo Dominus noſter exiſtens,

non mentiebatur; & quem ſciebat Labis eſſe fructum, non vtique Deum confiteretur, & Deum omnium, & ſummum Regem, & Patrem ſuum, perfectus imperfectum, ſpiritalis animalem, is qui in Pleromate eſſet, eum qui extra Pleroma. Neque diſcipuli eius alium quendam Deum non nominarent, aut Dominum vocarent præter eum, qui verè eſſet Deus & Dominus omnium? quemadmodum dicunt hi, qui ſunt vaniſſimi ſophiſtæ, quoniam Apoſtoli cum hypocriſi fecerunt doctrinam, ſecundùm audientium capacitatem, & reſponſiones ſecundùm interrogantium ſuſpiciones, cæcis cæca confabulantes ſecundùm cæcitatem ipſorum, languentibus autem ſecundùm languores ipſorum, & errantibus ſecundùm errorem eorum, & putantibus Demiurgum ſolum eſſe Deum, hunc annuntiaſſe. His verò qui innominabilem patrem capiunt, per parabolas & ænigmata inenarrabile feciſſe myſterium, vti non quemadmodum habet ipſa veritas, ſed & in hypocriſi, & quemadmodum capiebat vnuſquiſque, Dominum & Apoſtolos edidiſſe magiſterium. Hoc autem non eſt ſanantium, nec viuificantium; ſed magis grauantium, & augentium ignorantiam ipſorum: & multò verior his Lex † inuenitur, maledictum dicens omnem, qui in errorem mittat cæcum in via. Qui enim ad inuentionem miſſi erant errantium Apoſtoli, & ad viſionem eorum qui non videbant & ad medicinam languentium, vtique non ſecundùm præſentem opinionem colloquebantur eis, ſed ſecundùm veritatis manifeſtationem. Nec enim quilibet homines rectè facient, ſi cæcos iamiamq; per præcipitium ferri incipientes, adhortentur inſiſtere illi periculoſiſſimæ viæ, quaſi verè rectæ & quaſi benè peruenturi ſint. Quis autem medicus volens curare ægrotum, faciet ſecundùm concupiſcentias † ægrotantis, & non ſecundùm quod aptum eſt medicinæ? Quoniam autem Dominus medicus venit eorum qui ſe malè habent, ipſe teſtificatur dicens: Non eſt opus ſanis medicus, ſed malè habentibus. Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Quomodo ergo qui malè habent confirmabuntur? & quomodo peccatores pœnitentiam agent? Vtrum perſeuerantes in eiſdem ipſis? An è contrario, magnam commutationem & tranſgreſſionem prioris conuerſationis accipientes, per quam & ægritudinem non modicam, & multa peccata ſibimetipſis importauerunt? ignorantia autem mater horum omnium per agnitionem vacuatur. Agnitionem verò faciebat Dominus ſuis diſcipulis, per quam & curabat laborantes, & peccatores à † peccato coërcebat. Non igitur iam ſecundùm priſtinam opinionem loquebatur eis, neque ſecundùm † ſuſpicionem interrogantium reſpondebat eis, ſed ſecundùm doctrinam ſalutarem, & ſine hypocriſi, & ſine perſonæ acceptione. Quod etiam ex Domini ſermonibus oſtenditur, qui quidem his qui erant ex circuncisione oſtendebat Filium Dei eum, qui per Prophetas prædicatus fuerat Chriſtum, hoc eſt, ſemetipſum manifeſtabat, qui libertatem hominibus reſtaurauerit, & attribuerit incorruptelæ hæreditatem. Gentes autem iterum docebant Apoſtoli, vt relinquerent vana ligna & lapides, quæ ſuſpicabantur eſſe deos, & verum colerent Deum, qui conſtituiſſet & feciſſet omne humanum genus, & per conditionem ſuam aleret & augeret, & conſtabiliret, & eis eſſe præſtaret, & vt expectarent filium eius Ieſum Chriſtum, qui redemit nos de apoſtaſia ſanguine ſuo, ad hoc vt eſſemus & nos populus ſanctificatus, de cœlis deſcenſurum in virtute Patris, qui & iudicium omnium facturus eſt, & ea quæ à Deo ſunt bona donaturus his, qui ſeruauerint præcepta eius. Hic in nouiſſimis temporibus apparens lapis ſummus angularis, in vnum collegit, & vidit eos qui longè, & eos qui propè, hoc eſt, circuncisionem & præputium, dilatans Iaphet, conſtituens eum in domo Sem.

E

CAPVT VI.

Oſtenſio quod in ſcripturis nemo alius Deus nominatur, nec Dominus nuncupatur, niſi ſolus verus Deus Pater omnium, & Verbum eius.

NEque igitur Dominus, neque Spiritus ſanctus, neque Apoſtoli eum qui non eſſet Deus, definitiuè & abſolutè Deum nominaſſent aliquando, niſi eſſet † verus Deus: neque dominum appellaſſent aliquem ex ſua perſona, niſi qui dominatur omnium Deum Patrem, & filium eius, qui dominium accipit à Patre ſuo omnis conditionis, quemadmodum habet illud: Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis: quoadusque ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Patrem enim Filio colloquutum oſtendit: qui & dedit ei hæreditatem Gentium, & ſubiecit ei omnes inimicos. Verè igitur cùm Pater ſit Dominus, & Filius verè ſit Dominus, meritò Spiritus ſanctus Domini appellatione ſignificauit eos. Et iterum in euerſione Sodomitarum Scriptura ait. Et pluit Dominus ſuper Sodomam & Gomorrham ignem & ſulfur à Domino de cœlo. Filium enim hic ſignificat, qui & Abrahæ colloquutus ſit, & à Patre accepiſſe poteſtatem ad iudicandum Sodomitas, propter iniquitatem eorum. Similiter illud: Sedes tua Deus in æternum, virga directionis, virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus. Vtroſque enim Dei appellatione ſignificauit Spiritus, & eum qui vngitur Filium, & eum qui vngit, id eſt Patrem. Et iterum: Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem deos diſcernit: de Patre, & Filio; & de his qui adoptionem perceperunt, dicit: Hi autem ſunt Eccleſia. Hæc enim eſt ſynagoga Dei, quam Deus, hoc eſt, Filius ipſe per ſemetipſum collegit. De quo iterum dicit: Deus deorum Dominus loquutus eſt, & vocauit terram. Quis Deus? de quo dixit, Deus manifeſtè veniet, Deus noſter, & non ſilebit: hoc eſt Filius, qui ſecundum manifeſtationem hominibus aduenit, qui dicit: Palàm apparui his qui me non quærunt. Quorum autem deorum? quibus dicit, Ego dixi: Dij eſtis, & filij Altiſſimi omnes. Hi ſcilicet qui adoptionis gratiam adepti ſunt, per quam clamamus: Abba Pater. Nemo igitur alius, quemadmodum prædixi, Deus nominatur, aut Dominus appellatur, niſi qui eſt omnium Deus & Dominus, qui & Moyſi dixit: Ego ſum, qui ſum: & ſic dices filiis Iſraël: Qui eſt, miſit me ad vos: & huius filius Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui filios Dei facit credentes in nomen ſuum. Et iterum, loquente Filio ad Moyſen: Deſcendi, inquit, eripere populum hunc: ipſe eſt enim qui deſcendit, & aſcendit propter ſalutem hominum. Per Filium itaque qui eſt in Patre, & habet in ſe Patrem, his quibus eſt manifeſtatus, Patre teſtimonium præbente Filio, & Filio annuntiante Patrem. Quemadmodum & Eſaias ait: Et ego, inquit, teſtis, dicit Dominus Deus, & puer quem elegi: vti cognoſcatis, & credatis, & intelligatis, quoniam ego ſum.

Cum autem eos, qui non ſunt dij, nominat, non in totum, quemadmodum prædixi, ſcriptura oſtendit illos deos: ſed cum aliquo additamento & ſignificatione, per quam oſtenduntur non eſſe dij. Quemadmodum apud Dauid, dij Gentium, idola dæmoniorum. Et: Deos alienos non ſectabimini. Ex hoc enim quod dicit: dij Gentium Gentes autem verũ Deum neſciunt. Et, alienos deos, nominans eos: abſtulit qui non ſunt dij. A ſua autem perſona quod eſt, dicit de ipſis: Sunt enim idola, inquit, dæmoniorum. Et Eſaias: Confundantur omnes qui blaſphemant Deum, & ſculpunt inutilia, & ego teſtis, dicit Dominus: abſtulit quòd ſint dij: ſolo autem vtitur nomine, ad hoc, vt ſciamus de quo dicit. Hoc autem ipſum & Ieremias, dij, inquit, qui non fecerunt cœlum & terram, pereant de terra quæ eſt ſub cœlo. Ex eo enim quòd

Marginalia: † verè. Pſ.109.1. Pſal 2.2. F. Gen.19.24. Pſ.44.7. & 8. Pſ.81.1. Pſ.49.1. G. Iſa.65.1. Rom.8.15. Exod.3.15. Exod.3.8. Ioan.14.10. Iſa.43.10. H. *Dÿ per additamentum idola gentium.* Pſ.95.5. Exod.20.3. Iſa.45.17. Ierem.10.11.

perditio

perditionem eorum adiecit, oſtendit non eſſe deos eos. Et Helias autem conuocato vniuerſo Iſraël in Carmelum montem, volens eos ab idololatria auertere, ait eis: Quo-
ſ. vſque claudicabitis vos in ambabus ſuffraginibus? Si vnus eſt Dominus Deus, venite poſt eum. Et iterum ſuper holocauſtum ſic ait idolorum ſacerdotibus: Vos inuocabitis in nomine deorum veſtrorum, & ego inuocabo in nomine Domini Dei mei; & Deus qui exaudiet hodie, ipſe eſt Deus. In eo enim quod hæc dicebat Propheta, qui quidem apud ipſos putabantur dij, arguit deos non eſſe. Conuertit autem eos ad eum Deum, qui & cre-
& debatur ab eo, & qui verè erat Deus, quem & inuocans clamabat: Domine Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, exaudi me hodie: & intelligat omnis populus hic, quoniam tu es Deus Iſraël.

Et ego igitur inuoco te Domine Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob (qui eſt & Iſraël) Pater Domini noſtri Ieſus Chriſti, Deus qui per multitudinem miſericordiæ tuæ bene ſenſiſti in nobis, vt te cognoſcamus, qui feciſti cœlum & terram, qui dominaris omnium, qui es ſolus & verus Deus, ſuper quem alius Deus non eſt; per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, dominatione quoque dominaris Spiritus ſancti: da omni legenti hanc ſcripturam, cognoſcere te, quia ſolus Deus es, & confirmari in te, & abſiſtere ab omni hæretica, & quæ eſt ſine
8. Deo, & impia ſententia. Et Apoſtolus autem Paulus, dicens, Si enim his qui non erant dij ſeruiſtis, nunc cognoſcentes Deum, imò cogniti à Deo: ſeparauit eos qui non erant, ab eo qui eſt Deus. Et iterum de Antichriſto dicens, Qui aduerſatur & extollit ſe (inquit) ſuper omne quod dicitur Deus, vel quod colitur, eos qui ab ignorantibus Deum, dij dicuntur, ſignificat, id eſt idola. Etenim Pater omnium Deus dicitur, & eſt; & non ſuper hunc extolletur Antichriſtus; ſed ſuper eos qui dicuntur quidem,
8. non ſunt autem dij. Quoniam autem hoc verum eſt, ipſe Paulus ait: Scimus autem † quoniam nihil eſt idolum, & quoniam nemo Deus, niſi vnus. Et enim ſi ſunt qui dicuntur dij, ſiue in cœlo, ſiue in terra, nobis vnus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illo, & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum. Dixit enim, & ſeparauit eos qui dicuntur quidem, non ſunt autem dij, ab vno Deo Patre, ex quo omnia, & vnum Dominum Ieſum Chriſtum, ex ſua perſona firmiſſimè confeſſus eſt. Quòd autem ſiue in cœlo, ſiue in terra, non quemadmodum exponunt hi, dicere eum mundi fabricatorem: ſed ſimile eſt ei quod à † Moyſe dictum eſt: Non facies tibi omnem ſimilitudinem in Deum, quæcunque in cœlo ſurſum, & quæcunque in terra deorſum, & quæcunque in aquis, vel ſub terra. Quæ autem in cœlo ſunt, quæ ſint ipſe exponit. Ne quando (inquit) reſpiciens in cœlum, & vi-
4. dens Solem, & Lunam, & Stellas, & omne ornamentum
3. cœli, errans adores ea, & ſeruias eis. Et ipſe autem Moyſes
4. homo Dei exiſtens, Deus quidem datus eſt ante Pharaonem: non autem verè Dominus appellatur, nec Deus vocatur à Prophetis, ſed fidelis Moyſes famulus & ſeruus Dei dicitur à Spiritu, quod & erat.

CAPVT VII.

Quid ſit, quod Paulo dicitur, in quibus Deus mundi huius excæcauit mentes infidelium.

QVod autem dicunt, apertè Paulum in ſecunda ad Corinthios dixiſſe: In quibus Deus ſæculi huius excæcauit mentes infidelium: & alterum quidem deum eſſe ſæculi huius dicunt, alterum verò qui ſit ſuper omnem principatum, & initium, & poteſtatem: non ſumus nos in cauſa, ſi hi qui, quæ ſuper Deum ſunt myſteria ſcire ſe dicunt, ne quidem legere Paulum ſciunt. Si enim quæ ſecundùm Pauli conſuetudinem, quemadmodum ex multis, & alibi oſtendimus, hyperbatis eum vtentem, ſic legerit in quibus Deus, deinde ſubdiſtinguens, & modicum diaſtematis faciens, ſimul & in vnum reliqua legerit, ſæculi huius excæcauit mentes infidelium, inueniet verum, vt ſit quod dicitur, Deus excæcauit mentes infide- B
lium huius ſæculi. Et hoc per ſubdiſtinctionem oſtenditur. Non enim Deum huius ſæculi dicit Paulus, quaſi ſuper illum alterum aliquem ſciens; ſed Deum quidē Deum confeſſus eſt: infideles autem ſæculi huius dicit, quoniam venturum incorruptelæ non hæreditabunt ſæculum. Quemadmodum autem Deus excæcat mentes infidelium ex ipſo Paulo oſtendemus, proficiente nobis ſermone, vt non nunc multum auocemus mentem noſtram à propoſito.

Quoniam autem hyperbatis frequenter vtitur Apoſtolus, propter velocitatem ſermonum ſuorum, & propter impetum qui in ipſo eſt Spiritus, ex multis quidem aliis eſt inuenire. Sed & in ea quæ eſt ad Galatas, ſic ait: Quid Gal.3.19.
ergo? Lex factorum poſita eſt vſquequò veniat ſemen cui promiſſum eſt, diſpoſita per Angelos in manu Mediatoris. F
Ordinatio enim ſic eſt. Quid ergo lex factorum? diſpoſita per Angelos in manu Mediatoris poſita eſt, vſque dum veniat ſemen cui repromiſſum eſt, vt ſit homo interrogans & Spiritus reſpondens. Et iterum in ſecunda ad Theſſalonicenſes, de Antichriſto dicens, ait: Et tunc re- 2.Theſ.
uelabitur ille iniquus, quem Dominus Ieſus Chriſtus in- 2.8.
terficiet Spiritu oris ſui, & deſtruet præſentia aduentus ſui, illum cuius eſt aduentus ſecundùm operationem Satanæ, in omni virtute, & ſignis, & portentis mendacij. Etenim in his ordinatio dictorum ſic eſt. Et tunc reuelabitur iniquus, cuius eſt aduentus ſecundùm operationem Satanæ, in omni virtute, & ſignis, & portentis mendacij, quem Dominus Ieſus interficiet Spiritu oris ſui, & deſtruet præſentia aduentus ſui. Non enim aduentum Domini ſecundùm operationem Satanæ fieri; ſed aduentum iniqui, quem & Antichriſtum dicimus. Si ergo non attendat aliquis lectioni, & per interualla aſpirationis ma- † *in quo*
nifeſtet † quod dicitur, erunt non tantùm incongruentia, G
ſed & blaſphema legens, quaſi Domini aduentus, ſecundùm operationem fiat Satanæ. Sicut ergo in talibus oportet per lectionem hyperbaton oſtendi, & conſequentem Apoſtoli ſeruare ſenſum: ſic & ibi non Deum ſæculi huius legimus, ſed Deum, quem verè Deum dicimus. Incredulos autem & excæcatos ſæculi huius audiemus, quoniam venturum vitæ non hæreditabunt ſæculum.

CAPVT VIII.

Quid eſt mammona.

SOluta igitur & hac illorum calumnia, manifeſtè oſtenſum eſt, quoniam nunquam neque Prophetæ, neque Apoſtoli, alium Deum nominauerunt, vel Dominum appellauerunt, præter verum & ſolum Deum. Multò Matt.22.
magis ipſe Dominus, qui & Cæſari quidem, quæ Cæſa- 21.
ris ſunt reddi iubet, & quæ Dei ſunt Deo: Cæſarem quidem Cæſarem nominans, Deum verò Deum confitens. Matth.6.
Similiter & illud quod ait: Non poteſtis duobus domi- 24.
nis ſeruire, ipſe interpretatur, dicens. Non poteſtis Deo H
ſeruire, & mammonæ, Deum quidem confitens Deum, mammonam autem nominans, hoc quod & eſt: non mammonam dominum vocat, dicens: Non poteſtis duobus dominis ſeruire; ſed diſcipulos docet ſeruientes Deo non ſubiici Mammonæ, neque dominari ab eo. Qui enim, inquit, facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Ioan.8.
Quemadmodum igitur ſeruientes peccato, ſeruos pec- 34.
cati vocat, non tamen ipſum peccatum dominum appellat: ſic & eos qui mammonæ ſeruiunt, ſeruos mammonæ appellat, non Deum appellans mammonam: mammonas autem eſt ſecundùm Iudaicam loquelam, qua & Samariæ vtuntur, cupidus, & plus quàm oportet habere volens. Secundùm autem Hebraïcam, adjunctiuè dicitur Mam, vel ſignificat guloſum, id eſt, qui non poſſit à gula ſe continere. Secundùm † hæc igitur quæ † *vtra-*
ſignificantur, non poſſumus Deo ſeruire, & Mammonæ. *que*

Sed & Diabolum cùm dixiſſet fortem, non in totum, ſed velut in comparatione noſtra; ſemetipſum in omnia, & verè fortem oſtendit Dominus dicens: Non aliter aliquem poſſe diripere vaſa fortis, ſi non prius ipſum alliget fortem, & tunc domum eius diripiet. Vaſa autem eius & domus nos eramus, cùm eſſemus in apoſtaſia: vtebatur enim nobis quemadmodum volebat, & ſpiritus immundus habitabat in nobis. Non enim aduerſus eum qui ſe alligabat, & domum eius diripiebat, fortis erat; ſed aduerſus eos qui in vſu eius erant homines, quoniam abſcedere fecerat ſententiam eorum à Deo, quos eripuit Dominus. Quemadmodum & Ieremias ait: Redemit Dominus Iacob, & eripuit eum, de manu fortioris eius. Si igitur ſignificaſſet eum qui alligat, & diripit eius vaſa, hoc autem ſolùm eum fortem dixiſſet, eſſet fortis inuictus. Sed & adiecit obtinentem; tenet enim qui alligat, tenetur autem qui † alligatur, & hoc ſine comparatione fecit, vt non comparetur Domino ſeruus apoſtata exiſtens: non enim tantùm hic; ſed nec quicquam ex his quæ conſtituta ſunt, & in ſubiectione ſunt, comparabitur Verbo Dei, per quem facta ſunt omnia, qui eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Quoniam enim ſiue Angeli, ſiue Archangeli, ſiue Throni, ſiue Dominationes, ab eo qui ſuper omnes eſt Deus, & conſtituta ſunt, & facta per Verbum eius, Ioannes quidem ſic ſignificauit. Cùm enim dixiſſet de Verbo Dei, quoniam erat in Patre, adiecit: Omnia per eum facta ſunt, & ſine eo factum eſt nihil. Dauid quoque cùm laudationes enumeraſſet, nominatim vniuerſa quæcunque diximus, & cœlus, & omnes virtutes eorum, adiecit: Quoniam ipſe præcepit, & creata ſunt: ipſe dixit, & facta ſunt. Cui † ergo præcepit? Verbo ſcilicet: per quod, inquit, Cœli firmati ſunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Quoniam autem ipſe omnia fecit liberè, & quemadmodum voluit, ait iterum Dauid; Deus autem noſter in cœlis ſurſum, & in terra, omnia quæcunque voluit, fecit. Altera autem ſunt quæ conſtituta ſunt, ab eo qui conſtituit; & quæ facta ſunt, ab eo qui fecit. Ipſe enim infectus, & ſine initio, & ſine fine, & nullius indigens, ipſe ſibi ſufficiens, & adhuc reliquis omnibus, vt ſint hoc ipſum præſtans: quæ verò ab eo ſunt facta, initium ſumpſerunt. Quæcunque autem initium ſumpſerunt, & diſſolutionem poſſunt percipere, & ſubiecta ſunt, & indigent eius qui ſe fecit: neceſſe eſt omnino vti differens vocabulum habeant apud eos, etiam qui vel modicum ſenſum in diſcernendo talia, † habeant. Ita vt is quidem qui omnia fecerit cum Verbo ſuo, iuſtè dicatur Deus & Dominus ſolus; quæ autem facta ſunt, non iam eiuſdem vocabuli participabilia eſſe, neque iuſte id vocabulum ſumere debere, quod eſt Creatoris.

CAPVT IX.

Quam habuerunt de Deo ſententiam Apoſtoli, qui nobis Euangelium tradiderunt.

Oſtenſo hoc igitur hic planè, & adhuc oſtendetur manifeſtius neminem alterũ Dominum vel Deum, neque Prophetas, neque Apoſtolos, neque Dominum Chriſtum confeſſum eſſe ex ſua perſona, ſed præcipuè Deum & Dominum, Prophetis quidem & Apoſtolis Patrem & Filium confitentibus; alterum autem neminem, neque Deum nominantibus, neque Dominum confitentibus. Et ipſo Domino Patrem tantùm Deum, & Dominum eum, qui ſolus eſt Deus, & dominator omnium, tradente diſcipulis, ſequi nos oportet, ſi quidem illorum ſumus diſcipuli, teſtimonia illorum ita ſe habentia. Matthæus enim Apoſtolus, vnum & eundem ſciens Deum, qui promiſſionem fecerit Abrahæ, facturum ſe ſemen eius, quaſi ſtellas cœli, qui per Filium ſuum Chriſtum Ieſum à lapidum cultura, in ſuam nos agnitionem vocauerit; vti fieret populus, qui non populus; & non dilecta, dilecta, ait Ioannem præparantem Chriſto viam, his qui in
carnali quidem cognatione gloriabantur, varium autem, B
& omni malitia completum ſenſum habebant, eam pœ- Oſeæ 1.
nitentiam quæ à malitia reuocaret, annuntiantem dixiſſe: 10.
Progenies viperarum, quis vobis monſtrauit fugere ab ira Rom. 9.
ventura? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ: & no- 12.
lite dicere in vobis ipſis, Patrem habemus Abraham, Di- Matt. 3. 7.
co enim vobis quoniam potens eſt Deus, ex lapidibus
iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Pœnitentiam igitur eis eam, Ibid.
quæ eſſet à malitia, præconabat; ſed non alterum Deum
annũtiabat, præter eum qui feciſſet promiſſionem Abra-
hæ, ille præcurſor Chriſti; de quo iterum ait Matthæus,
ſimiliter autem & Lucas. Hic enim eſt qui dictus eſt à
Domino per Prophetam, Vox clamantis in deſerto, para-
te viam † Domino, rectas facite ſemitas Dei noſtri. Om- † *Domini*
nis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabi- Luc. 3.
tur, & erunt tortuoſa in directa, & aſpera in vias planas, Iſa. 40. 3.
& videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri. Vnus igitur, & Malac. 3. 1.
idem Deus eſt, Pater Domini noſtri, qui & Præcurſorem
per Prophetas miſſurum ſe promiſit: & ſalutare ſuum, id
eſt Verbum ſuum viſibile effecit omni fieri carni, incar- F
natum & ipſum, vt in omnibus manifeſtus fieret rex eo-
rum. Etenim ea quæ iudicantur, oportebat videre iudi-
cem, & ſcire hunc à quo iudicantur: & ea quæ gloriam
conſequuntur, oportebat ſcire eum, qui munus gloriæ eis
donat. Iterum de Angelo dicens Matthæus, ait; Angelus
Domini apparuit Ioſeph in ſomnis. Cuius Domini? Ipſe
interpretatur, Vti adimpleatur quod dictum eſt à Domi- Math. 2.
no per Prophetam, Ex Ægypto vocaui filium meum. Ec- 131.
ce Virgo in vtero accipiet, & pariet filium, & vocabunt Math. 2.
nomen eius Emmanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſ- 15.
cum Deus. De hoc qui eſt ex Virgine Emmanuel, dixit
Dauid: Non auertas faciem Chriſti tui. Iurauit Dominus Iſa. 7. 4.
Dauid veritatem, & non diſpernet eum, De fructu ven-
tris tui ponam ſuper ſedem tuam. Et iterum: Notus in
Iudæa Deus, & factus eſt in pace locus eius, & habitacu- Pſ. 13. 11.
lum eius in Sion. Vnus igitur, & idem Deus, qui à Pro-
phetis prædicatus eſt, & ab † Angelo annuntiatus, & hu- * *Euangelio*
ius Filius qui ex fructu ventris Dauid, id eſt ex Dauid Pſ. 75. 1.
Virgine, & Emmanuel: cuius & ſtellam Balaam quidem G
ſic prophetauit: Orietur ſtella ex Iacob, & ſurget dux in Num.
Iſrael. 24. 17.

CAPVT X.

Quæ ſunt quæ à magis Domino noſtro oblata ſunt munera.

Matthæus autem Magos ab Oriente venientes ait Math. 2.
dixiſſe: Vidimus enim ſtellam eius in Oriente, & 3.
venimus adorare eum: deductóſque à ſtella in domum
Iacob, ab Emmanuel, per ea quæ obtulerunt munera,
oſtendiſſe * quid erat qui adorabatur. Myrrha quidem, * *quis*
quòd ipſe erat, qui pro mortali humano genere moreretur & ſepeliretur. Aurum verò, quoniam rex, cuius regni
finis non eſt. Thus verò, quoniam Deus, qui & notus in Pſ 75. 1.
Iudæa factus eſt, & manifeſtus eis, qui non quærebant H
eum. Adhuc ait in baptiſmate Matthæus: Aperti ſunt ei Math. 3.
cœli, & vidit Spiritum Dei, quaſi columbam venientem 16.
ſuper eum. Et ecce vox de cœlo, dicens: Hic eſt Filius
meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Non enim
Chriſtus tunc deſcendit in Ieſum, neque alius quidem
Chriſtus, alius verò Ieſus: ſed Verbum Dei, qui eſt Saluator omnium, & dominator cœli & terræ, qui eſt Ieſus,
quemadmodum ante oſtendimus: qui & aſſumpſit carnem, & vnctus eſt à Patre Spiritu, Ieſus Chriſtus factus
eſt: ſicut & Eſaias ait: Exiet virga de radice Ieſſe, & flos de Iſa. 11. 1.
radice eius aſcẽdet, & requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij &
fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & implebit eum
ſpiritus timoris Domini. Non ſecundùm gloriam iudi- Iſa. 11. 3.
cabit, neque ſecundùm loquelam arguet, ſed iudicabit Iſa. 61. 1.
humili iudicium, & arguet glorioſos terræ. Et iterum Luc. 4.
ipſe Eſaias vnctionem eius, & propter quid vnctus eſt, 18.

præſigni

præſignificans ait: Spiritus Dei ſuper me, quapropter
vnxit me euangelizare humilibus: miſit me curare com-
minutos corde, præconiare captiuis remiſſionem, &
cæcis viſionem: vocare annum Domini acceptabilem,
& diem retributionis, conſolari omnes † lugentes. Nam
ſecundùm id quod Verbum Dei homo erat, ex radice
Ieſſe, & filius Abrahæ, ſecundùm hoc requieſcebat Spi-
ritus Dei ſuper eum, & vngebatur ad euangelizandum
humilibus. Secundùm autem quod Deus erat, non ſe-
cundùm gloriam iudicabat, neque ſecundùm loquelam
arguebat: non enim opus erat illi, vt quis teſtimonium
diceret de homine, cùm ipſe ſciret quid eſſet in homine.
Aduocabat autem omnes homines plangentes, & remiſ-
ſionem his, qui à peccatis in captiuitatem deducti erant
donans, ſoluebat eos à vinculis, de quibus ait Salomon:
Retibus autem peccatorum ſuorum vnuſquiſque con-
ſtringitur. Spiritus ergo Dei deſcendit in eum, eius qui
eum per Prophetas promiſerat vncturum ſe eum, vt de
abundantia vnctionis eius, nos percipientes ſaluaremur.
Et ſic quidem Matthæus.

CAPVT XI.

Oſtenſio quod neque plura, nec minus quàm quatuor poſſunt eſſe Euangelia.

LVcas autem ſectator, & diſcipulus Apoſtolorum, de
Zacharia, & Elizabeth, ex quibus ſecundùm repro-
8. miſſionem Dei Ioannes natus eſt, refereos ait: Erant au-
tem iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus man-
6. datis, & iuſtitiis Domini ſine querela. Et iterum de Za-
charia dicens: Factum eſt autem cùm ſacerdotio funge-
retur in ordine vicis ſuæ ante Deum, ſecundùm conſue-
tudinem ſacerdotij, ſorte exiuit vt incenſum poneret, &
venit vti ſacrificaret, intrans in templum Domini. Qui
præeſt in conſpectu Domini, ſimpliciter, & abſolutè, &
firmè Deum & Dominum confitens, ex ſua perſona eum
qui elegerit Ieruſalem, & legiſlationem ſacerdotij fece-
rit, cuius eſt & Angelus Gabriel. Etenim alterum ſuper
nunc neſciebat. ſi enim intellectum perfectioris alicuius
dei & domini præter hunc habuiſſet, non vtique hunc
quem ſciebat Labis eſſe fructum, abſolutè, & in to-
tum, Dominum & Deum confiteretur, ſicut ante oſten-
5. dimus. Sed & de Ioaone ſic ait: Erit enim magnus in
conſpectu Domini, & multos filiorum Iſraël conuer-
tet ad Dominum Deum ipſorum, & ipſe præcedet
in conſpectu eius, in ſpiritu & virtute Heliæ; præ-
parare Domino plebem perfectam. Cui ergo popu-
lum præparauit, & in cuius Domini conſpectu ma-
c. gnus factus eſt? Vtique eius qui dixit: Quoniam & pluſ-
quam Propheta habuit aliquid Ioannes, & nemo in na-
tis mulierum maior eſt Ioanne Baptiſta: qui & populum
præparabat ad aduentum Domini, conſeruis prænun-
tians, & pœnitentiam ipſis præconans, vti remiſſionem
à Domino præſente perciperent, conuerſi ad Deum, à
quo propter peccata & tranſgreſſionem erant abalienati.
4. Quemadmodum & Dauid ait: Alienati ſunt peccatores
ab vtero, errauerunt a ventre. Et propter hoc conuer-
tens eos ad Dominum eorum, præparabat Domino po-
pulum perfectum, in ſpiritu & virtute Heliæ. Et iterum
de Angelo referens ait: In ipſo autem tempore, miſſus
eſt Angelus Gabriel à Deo, qui & dixit Virgini: Noli ti-
mere, Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum. Et de
Domino dicit: Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vo-
cabitur, & dabit ei Dominus Deus thronum Dauid pa-
tris ſui, & regnabit in domo Iacob in æternum, & re-
gni eius non erit finis. Quis eſt autem alius qui regnat in
domo Iacob, ſine intermiſſione, in æternum: niſi Chri-
ſtus Ieſus Dominus noſter, Filius Dei Altiſſimi, qui per
Legem, & Prophetas promiſit ſalutare ſuum facturum ſe
omni carni viſibilem, vt fieret Filius hominis, ad hoc,
vt & homo fieret filius Dei? Propter quod exultans Ma-
ria, clamabat pro Eccleſia prophetans: Magnificat ani-
ma mea Dominum, Et exultauit Spiritus meus in Deo E
ſalutari meo. Aſſumpſit enim Iſraël puerum ſuum, remi- Luc. 3.
niſcens miſericordiæ ſuæ. Quemadmodum loquutus eſt
ad Patres noſtros, Abrahæ, & ſemini eius in æter-
num.

Per hæc igitur & tanta, monſtrat Euangelium, quo- *Idem eſt*
niam qui loquutus eſt patribus Deus, hic eſt qui per *Deus*
Moyſem legiſdationem fecit, per quam legiſdationem *vtriuſ-*
cognouimus, quoniam patribus loquutus eſt hic idem *que Teſtamenti.*
Deus, ſecundùm magnam bonitatem ſuam effudit miſe-
ricordiam in nos, in qua miſericordia conſpexit nos
Oriens ex alto, & apparuit his qui in tenebris, & vmbra Luc. 1.
mortis ſedebant, & direxit pedes noſtros in viam pacis. 78.
Quemadmodum & Zacharias deſinens mutus eſſe, quod Zach. 3.
propter infidelitatem paſſus fuerat, nouello Spiritu adim- 5.
pletus, nouè benedicebat Deum. Omnia enim noua
aderant Verbo nouè diſponente carnalem aduentum, vti F
eum hominem qui extra Deum abierat, aſcriberet Deo:
propter quod & nouè Deum colere docebantur. Sed
non alium Deum, quoniam quidem vnus Deus, qui iu-
ſtificat circumciſionem ex fide, & præputium per fidem.
† Propheta autem Zacharias dicebat: Benedictus Domi- † *prophetans*
nus Deus Iſraël, quia viſitauit, & fecit redemptionem Rom. 3.
populo ſuo. Et erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid 30.
pueri ſui. Sicut loquutus eſt per os ſanctorum Propheta- Luc. 1.
rum ſuorum, qui à ſæculo ſunt. Salutem ex inimicis no- 68.
ſtris, & ex manu omnium qui oderunt nos. Ad facien-
dam miſericordiam cum patribus noſtris, & † reminiſci † *memorari*
teſtamenti ſancti ſui. Iuſiurandum quod iurauit ad Abra-
ham patrem noſtrum, vti det nobis ſine timore ex manu
inimicorum ereptis, ſeruire ſibi in ſanctitate & iuſtitia,
in conſpectu ſuo omnes dies noſtros. Deinde ad Ioannem
dicit: Et tu puer, Propheta Altiſſimi vocaberis: præibis
enim ante faciem Domini parare vias eius. Ad dandum
intellectum ſalutis populo eius, in remiſſionem peccato-
rum eorum. Hæc enim eſt ſalutis agnitio, quæ deerat
eis, quæ eſt Filij Dei, quam ſciebat Ioannes dicens: Ecce G
agnus Dei, qui aufert peccatum mundi: hic erat de quo Ioan 1.
dicebam: Poſt me venit vir qui ante me factus eſt, quo- 29.
niam prior me erat. Omneſque de plenitudine eius ac- Ibid. 30
cepimus. Hæc itaque ſalutis agnitio: ſed non alter Deus,
nec alter Pater, neque Bythus, neque Pleroma triginta
Æonum, nec Mater Ogdoados: ſed agnitio ſalutis erat
agnitio Filij Dei, qui & ſalus, & Saluator, & ſalutare
verè, & dicitur, & eſt. Salus quidem, ſicut: In ſalutem Iſa. 12. 2.
tuam ſuſtinui te Domine. Saluator autem, iterum: Ecce Pſ. 97. 2.
Deus meus Saluator meus, fidens ero in eum. Salutare
autem ſic: Notum fecit Deus ſalutare ſuum in conſpectu
gentium. Eſt enim Saluator quidem, quoniam Filius, & Thre. 4.
Verbum Dei: ſalutare autem, quoniam Spiritus. Spiri- 20.
tus enim, inquit, faciei noſtræ, Chriſtus Dominus. Sa-
lus autem, quoniam caro, Verbum enim caro factum
eſt, & habitauit in nobis. Hanc igitur agnitionem ſalu- Ioan. 1.
tis ſciebat Ioannes, pœnitentiam agentibus, & creden- 14.
tibus in agnum Dei, qui tollit peccatum mundi. Appa-
ruit (inquit) & paſtoribus Angelus Domini, annun-
tians gaudium eis, quoniam generatus eſt in domo H
Dauid Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus: deinde mul- Luc. 2. 10.
titudo exercitus cœleſtis laudantium Deum & dicen- 11. 12. 13.
tium: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus Luc. 2. 14.
bonæ voluntatis. Hos Angelos falſarij Gnoſtici dicunt ab
ogdoade veniſſe, & deſcenſionem ſuperioris Chriſti ma-
nifeſtaſſe: ſed corruunt iterum, dicentes, eum qui ſur-
ſum ſit, Chriſtum & Saluatorem non natum eſſe, ſed &
poſt Baptiſma eius qui ſit de diſpoſitione Ieſu, † Spiri- † *ipſum*
tum ſicut columbam in eum deſcendiſſe. Mentiuntur
ergo Ogdoados Angeli ſecundùm eos dicentes, Quo-
niam generatus eſt hodie nobis Saluator, qui eſt Chri-
ſtus Dominus in ciuitate Dauid. Neque enim Chriſtus,
neque Saluator, tunc natus eſt ſecundùm eos, ſed ille
qui eſt de diſpoſitione Ieſus, qui eſt mundi fabricator,
is in quem verè poſt Baptiſma deſcendiſſe, hoc eſt, poſt
triginta annos ſuperni Saluatoris dicunt. Quid autem in Luc. 2.
ciuitate Dauid adpoſuerunt, niſi vt eam pollicitationem 11.
quæ à Deo facta eſt Dauid quoniam ex fructu ventris Pſal. 131. 11.

eius æternus erit Rex, adimpletam euangelizarent? Et enim fabricator totius vniuerſitatis fecerat promiſſionem Dauid, quemadmodum ipſe Dauid ait: Adiutorium noſtrum à Domino, qui fecit cœlum & terram.

Et iterum. In manu eius omnes fines terræ, & altitudines montium ipſius ſunt. Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam manus eius formauerunt. Venite adoremus, & procidamus ante eum, ploremus in conſpectu Domini qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus Deus noſter: manifeſtè pronuntians Spiritus ſanctus per Dauid audientibus eum, quoniam erunt qui † contemnent eum qui plaſmauit nos, qui & ſolus eſt Deus: propter quod & dicebat quæ prædicta ſunt, ſignificans, Quoniam non erraueritis, præter hunc, aut ſuper hunc, alius non eſt Deus, cui magis intendere oporteat religioſos nos & gratos, præparans in eum qui fecerit, & conſtituerit, & † enunciat. Quid ergo erit his qui tantum blaſphemiæ aduerſus ſuum factorem adinuenerunt?

Hoc idem autem & Angeli. In eo enim quod dicunt, Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax, cum qui ſit altiſſimorum, hoc eſt, ſupercœleſtium factor & eorum quæ ſuper terram omnium conditor his ſermonibus glorificauerunt: qui ſuo plaſmati, hoc eſt, hominibus, ſuam benignitatem ſalutis de cœlo miſit. Propter quod & Paſtores (ait) reuertebantur, glorificantes Deum in omnibus quæ audierant, & viderant, quemadmodum & narratum eſt ad eos. Non enim alterum Deum glorificabant Iſraëlitæ paſtores, ſed illum qui à Lege & Prophetis annuntiatus eſt, factorem omnium, quem & glorificabant Angeli. Si autem alterum quidem Angeli qui erant ab Ogdoade, glorificabant, alterum verò paſtores, errorem eis & non veritatem detulerunt: & hi iniqui ab Ogdoade erant Angeli. Adhuc ait Lucas de Domino: Cùm impleti eſſent dies purgationis, impoſuerunt eum in Hieruſalem, aſtare eum Domino, quemadmodum ſcriptum eſt in lege Domini: Quoniam omne maſculinum ad aperiens vuluam, ſanctum Domino vocabitur: & vt darent ſacrificium, ſecundùm quod ſcriptum eſt in Lege Domini, par turturum, aut duos pullos † columbinos: ex ſua perſona manifeſtiſſimè Deum appellans eum qui legiſdationem fecerit. Et Simeon autem (inquit) benedixit Deum, & ait. Nunc dimittis ſeruum tuum Domine in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam populi tui Iſraël. Et Anna autem Propheteſſa (ait) ſimiliter clarificabat Deum, videns Chriſtum, & loquebatur de eo omnibus, qui expectabant redemptionem Ieruſalem, per hæc autem omnia vnus Deus demonſtratur, nullam libertatis diſpoſitionem, per nouum aduentum Filij ſui Teſtamentum hominibus aperiens.

Quapropter & Marcus interpres & ſectator Petri, initium Euangelicæ conſcriptionis fecit ſic. Initium Euangelij Ieſu Chriſti Filij Dei, quemadmodum † dictum eſt in Prophetis: Ecce, mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam. Vox clamantis in deſerto, Parate viam Domini, rectas facite ſemitas ante Deum noſtrum. Manifeſtè initium Euangelij eſſe dicens ſanctorum Prophetarum voces, & eum quem ipſi Dominum & Deum confeſſi ſunt, hunc Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti præmonſtrans, qui & promiſit ei Angelum ſuum ante faciem eius miſſurum, qui erat Ioannes, in ſpiritu & virtute Heliæ clamans in eremo: Parate viam Domini, rectas facite ſemitas ante Deum noſtrum. Quoniam quidem non alium & alium Prophetæ annuntiabant Deum, ſed vnum & eundem, variis autem ſignificationibus, & multis appellationibus. Multis enim & diuerſis, quemadmodum in eo libro qui ante hunc eſt, oſtendimus, & ex ipſis autem Prophetis procedente nobis ſermone oſtendemus. In fine autem Euangelij ait Marcus: Et quidem Dominus Ieſus, poſtquam loqutus eſt eis, receptus eſt in cœlos, & ſedet ad dexteram Dei, confirmans quod à Propheta dictum eſt: Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, quoadvſque ponam inimicos tuos ſuppedaneum pedum tuorum. Sic quidem vnus & idem Deus & Pater eſt, qui à Prophetis quidem annuntiatus, ab Euangelio verò traditus, quem Chriſtiani colimus, & diligimus, & ex toto corde factorem cœli & terræ credimus, & omnium quæ in eis ſunt. E

Hanc fidem annuntians Ioannes Domini diſcipulus, volens per Euangelij annuntiationem auferre eum, qui à Cerintho inſeminatus erat hominibus errorem, & multò prius ab his qui dicuntur Nicolaitæ, qui ſunt vulſio eius quæ falsò cognominatur ſcientia, vt confunderet eos, & ſuaderet eos, quoniam vnus Deus qui omnia fecit per Verbum ſuum; & non, quemadmodum illi dicunt, alterum quidem fabricatorem, alium autem Patrem Domini; & alium quidem fabricatoris filium, alterum verò de ſuperioribus, Chriſtum, quem & impaſſibilem perſeueraſſe, deſcendentem in Ieſum filium fabricatoris, & iterum reuolaſſe in ſuum Pleroma: & initium quidem eſſe monogeni: Logon autem verum filium vnigeniti. Et F eam conditionem quæ eſt ſecundùm nos, non à primo Deo factam, ſed à virtute aliqua valdè deorſum ſubiecta, & abſciſſa ab eorum communicatione, quæ ſunt inuiſibilia, & innominabilia. Omnia igitur talia circumſcribere volens diſcipulus Domini, & regulam veritatis conſtituere in Eccleſia, quia eſt vnus Deus omnipotens, qui per Verbum ſuum omnia fecit, & viſibilia, & inuiſibilia: ſignificans quoque quoniam per Verbum, per quod Deus perfecit conditionem, in hoc & ſalutem his qui in conditione ſunt, præſtitit hominibus: ſic inchoauit in ea quæ eſt ſecundùm Euangelium doctrina. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Omnia, inquit, per ipſum facta ſunt. In omnibus ergo eſt & hæc quæ ſecundùm nos eſt, conditio: non enim concedetur eis omnia dici ea quæ ſunt intra G Pleroma ipſorum. Si enim & hæc Pleroma ipſorum continet, non extra eſt tanta iſta conditio, quemadmodum oſtendimus in eo libro qui ante hunc eſt: ſi autem extra Pleroma ſunt hæc, quod quidem impoſſibile viſum eſt, non iam eſt omnia Pleroma ipſorum: non eſt ergo extra hæc tanta conditio. Abſtulit autem à nobis diſſenſiones omnes ipſe Ioannes dicens: In hoc mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mũdus eum non cognouit In ſua propria venit, & ſui eum non receperunt. Secundùm autem Marcionem & eos qui ſimiles ſunt ei, neque mundus per eum factus eſt: neque in ſua venit, ſed in aliena. Secundùm autem quoſdam Gnoſticorum; ab Angelis factus eſt iſte mundus, & non Verbo Dei: ſecundùm autem eos qui ſunt à Valentino, iterum non per eum factus eſt, ſed per Demiurgum. Hic enim operabatur ſimilitudines tales fieri, ad imitationem eorum quæ ſunt ſurſum, quemadmodum dicunt: Demiurgus autem perficiebat fabricationem conditionis. Emiſſum enim dicunt eum à matre Dominum & Demiurgum eius diſpoſitionis quæ eſt ſecundùm conditionem, per quem H hunc mundum factum volunt: cùm Euangelium manifeſtè dicat, quoniam per Verbum quod in principio erat apud Deum, omnia facta. Quod Verbum (inquit) caro factum eſt, & habitauit in nobis, ſecundùm autem illos, neque Verbum caro factum eſt, neque Chriſtus, neque qui ex omnibus factus eſt, Saluator. Etenim Verbum & Chriſtum nec aduenisse in hunc mundum volunt: Saluatorem verò non incarnatum, neque paſſum: deſcendiſſe autem quaſi columbam in eum Ieſum qui factus eſt ex diſpoſitione, & cum adnunriaſſet incognitum Patrem, iterum aſcendiſſe in Pleroma. Incarnatum autem, & paſſum quidam quidem eum qui ex diſpoſitione fit, dicunt Ieſum, quem per Mariam dicunt pertranſiſſe, quaſi aquam per tubum. Alij verò Demiurgi filium, in quem deſcendiſſe eum Ieſum qui ex diſpoſitione fit. Alij ruſſum Ieſum, quidem ex Ioſeph & Maria natum dicunt, & in hunc deſcendiſſe Chriſtum, qui de

Ioan. 1. — Ioan. 1. 11. — Ioan. 1. 3. — Ioan. 1. 14.

ſuperioribus ſit, ſine carne, & impaſſibilem exiſtentem.
Secundùm autem nullam ſententiam hæreticorum, Ver-
bum Dei caro factum eſt. Si enim quis regulas ipſorum
omnium perſcrutetur, inueniet quoniam ſine carne, &
impaſſibilis ab omnibus illis inducitur Dei verbum, &
qui eſt in ſuperioribus Chriſtus. Alij enim putant mani-
feſtum eum, quemadmodum hominem transfiguratum,
neque autem natum, neque incarnatum dicunt illum.
Alij verò neque figuram eum aſſumpſiſſe hominis, ſed
quemadmodum columbam deſcendiſſe in eum Ieſum,
qui natus eſt ex Maria. Omnes igitur illos falſos teſtes
oſtendens diſcipulus Domini, ait: Et Verbum caro fa-
ctum eſt, & habitauit in nobis. Et vt non inquiramus
cuius Dei Verbum caro factum eſt, ipſe inſuper docet,
dicens: Fuit homo miſſus à Deo, erat ei nomen Ioan-
nes: hic venit in teſtimonium, vt teſtaretur de lumine.
Præcurſor igitur Ioannes, qui teſtatur de lumine, à quo
6. Deo miſſus eſt? Vtique ab eo cuius Gabriel eſt Angelus,
qui etiam euangelizauit generationem eius, qui & per
Prophetas promiſit Angelum ſuum miſſurum ante faciem
Filij ſui, & præparaturum viam eius, hoc eſt, teſtifica-
turum de lumine, in ſpiritu & virtute Heliæ. Helias au-
tem rurſus cuius Dei ſeruus & Propheta fuit? eius qui
fecit cœlum & terram, quemadmodum & ipſe confite-
tur. A conditore igitur, & fabricatore huius mundi miſ-
ſus Ioannes, quemadmodum poterat teſtificari de eo lu-
mine, quod ex his quæ ſunt innominabilia & inuiſibilia
† deſcenderet? Omnes enim hæretici decreuerunt, Dem-
iurgum ignorare eam quæ ſit ſuper eum virtutem, cuius
teſtis & oſtenſor inuenitur Ioannes. Propter hoc Domi-
nus pluſquam Prophetam dixit eum habuiſſe. Reliqui
enim omnes Prophetæ annuntiauerunt aduentum pater-
ni luminis: concupierunt autem digni eſſe videre eum
quem prædicabant: Ioannes autem & prænuntiauit ſi-
militer ſicut alij, & aduentum vidit, & demonſtrauit, &
credere in eum ſuaſit multis, ita vt ipſe, & Prophetæ, &
Apoſtoli locum habuerit. Hic eſt enim pluſquam Prophe-
ta, quoniam primò Apoſtoli, ſecundò Prophetæ, omnia
autem ex vno & eodem ipſo Deo. Bonum enim & illud
quod per conditionem à Deo in vinea factum eſt, & pri-
mò bibitum eſt vinum. Nemo enim illud vituperauit ex
his qui biberunt, ſed & Dominus accepit de eo: melius
autem quod per Verbum compendialiter, ac ſimpliciter
ex aqua ad vſum eorum qui ad nuptias conuocati erant,
factum eſt vinum. Quamuis enim poſſit Dominus ex
nullo ſubiacente eorum quæ ſunt conditionis, præbere
epulantibus vinum, & eſca complere eſurientes, hoc
quidem non fecit. Accipiens autem eos qui a terra eſſent
panes, & gratias agens, & iterum aquam faciens vi-
num, ſaturauit eos qui recumbebant, & potauit eos qui
inuitati erant ad nuptias: oſtendens quoniam Deus qui
fecit terram, & iuſſit eam fructus † facere, & conſtituit
aquas, & edidit fontes, hic & benedictionem eſcæ, &
gratiam potus in nouiſſimis temporibus per Filium ſuum
donat humano generi, incomprehenſibilis per compre-
henſibilem, & inuiſibilis per viſibilem: cùm extra eum
non ſit, ſed in ſinu Patris exiſtat. Deum enim, inquit,
nemo vidit vnquam, niſi vnigenitus Filius Dei, qui eſt
in ſinu Patris, ipſe enarrauit. Patrem enim inuiſibilem
exiſtentem, ille qui in ſinu eius eſt Filius, omnibus enar-
rat. Propter hoc cognoſcunt eum hi quibus reuelauerit
Filius, & iterum Pater per Filium, Filij ſui dat agnitio-
nem his qui diligunt eum. A quo & Nathanael diſcens
cognouit, cui & teſtimonium reddidit Dominus, quo-
6. niam verus Iſraelita eſt, in quo dolus non eſt. Cognouit
Iſraelites ſuum regem, in quo & ait ei: Rabbi, tu es Fi-
lius Dei, tu es rex Iſrael. A quo & Petrus edoctus, co-
7. gnouit Chriſtum Filium Dei viui dicentis: Ecce Filius
meus dilectiſſimus, in quo bene ſenſi, ponam Spiritum
2 meum ſuper eum, & iudicium Gentibus annuntiabit:
4. non contendet, neque clamabit, neque quiſquam au-
diet vocem eius in plateis: calamum quaſſatum non
confringet, & linum fumigans non extinguet, vſque-
quo emittat in contentionem iudicium, & in nomine
eius Gentes ſperabunt. Et hæc quidem ſunt principia
Euangelij, vnum Deum fabricatorem huius vniuerſitatis, E
eum & per Prophetas ſit annuntiatus, & qui per Moyſem
legis diſpoſitionem fecerit, Patrem Domini noſtri Ieſu
Chriſti annuntiantia, & præter hunc alterum Deum ne-
ſcientia, neque alterum Patrem.

Tanta eſt autem circa Euangelia hæc firmitas, vt & ipſi *Euangeliorum firmitas.*
hæretici teſtimonium reddant ei, & ex ipſis egrediens
vnuſquiſque eorum, conetur ſuam confirmare doctrinam.
Ebionei etenim eo Euangelio, quod eſt ſecundùm Mat-
thæum ſolo vtentes, ex illo ipſo conuincuntur non rectè
præſumentes de Domino. Marcion autem id quod eſt ſe-
cundùm Lucam circumcidens, ex his quæ adhuc ſeruan-
tur penes eum, blaſphemus in ſolum exiſtentem Deum
oſtenditur. Qui autem Ieſum ſeparant à Chriſto, & impaſ-
ſibilem perſeueraſſe Chriſtum, paſſum verò Ieſum dicunt,
id quod ſecundùm Marcum eſt præferentes Euangelium
cum amore veritatis legentes illud, corrigi poſſunt. Hi
autem qui à Valentino ſunt, eo quod eſt ſecundùm Ioan-
nem pleniſſimè vtentes, ad oſtenſionem coniugationum
ſuarum, ex ipſo detegentur nihil rectè dicentes, quemad- F
modum oſtendimus in primo libro. † Quando ergo hi † Cùm
qui contradicunt, nobis teſtimonium perhibeant, & vtan-
tur his, firma & vera eſt noſtra de illis oſtenſio. Neque au-
tem plura numero quàm hæc ſunt, neque rurſus pauciora
capit eſſe Euangelia. Quoniam enim quatuor regiones
mundi ſunt in quo ſumus, & quatuor principales ſpiritus,
& diſſeminata eſt Eccleſia ſuper omnem terram, columna
autem & firmamentum Eccleſiæ eſt Euangelium, & ſpi-
ritus vitæ; conſequens eſt quatuor habere eam columnas,
vndique ſtantes incorruptibilitatem, & viuificantes homi-
nes. Ex quibus manifeſtum eſt, quoniam qui eſt omnium
artifex Verbum, qui ſedit ſuper Cherubim, & continet
omnia, declaratus hominibus, dedit nobis quadriforme
Euangelium, quod in vno ſpiritu continetur. Quemadmo-
dum & Dauid poſtulans eius aduentum ait: Qui ſedes ſu- Pſ.79.2.
per Cherubim appare. Etenim Cherubim quadriformia,
& formæ ipſorum imagines ſunt diſpoſitionis Filij Dei. Ezech.1.
Primum enim animal, inquit, ſimile Leoni, efficabile eius, Apoc.4.
& principale, & regale ſignificans. Secundum verò, ſimile G
Vitulo, ſacrificalem & ſacerdotalem ordinationem ſigni-
ficans. Tertium verò animal habens faciem quaſi huma-
nam, eum, qui eſt ſecundùm hominem aduentum, eius ma-
nifeſtè deſcribens. Quartum verò, ſimile Aquilæ volitan-
tis, Spiritus in Eccleſiam aduolitantis gratiam manife-
ſtans. Et Euangelia his conſonantia, in quibus inſidet Do-
minus Ieſus. Aliud enim illam quæ eſt a Patre principa-
lem, & efficabilem, & glorioſam generationem eius enar-
rat, dicens ſic: In principio erat Verbum, & Verbum erat Ioan.1.1.
apud Deum, & Deus erat Verbum. Et Omnia per ipſum
facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Propter hoc, &
omni fiducia plenum eſt Euangelium iſtud, talis eſt enim
perſona eius. Id verò quod eſt ſecundùm Lucam, quo
niam quidem ſacerdotalis characteris eſt, Zacharia ſacer- Luc.1.5.
dote ſacrificante Deo inchoauit. Iam enim ſaginatus pa- Luc.15.
rabatur vitulus, qui pro inuentione minoris filij inciperet 23.
mactari. Matthæus vero eam quæ eſt ſecundùm homi-
nem, generationem eius enarrat: Liber (dicens) generatio-
nis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham. Et iterum, Chri- Matt.1.1.
ſti autem generatio ſic erat. Humanæ formæ igitur hoc H
Euangelium: propter hoc & per totum Euangelium hu-
militer ſentiens, & mitis homo ſeruatus eſt. Marcus verò
a Prophetico Spiritu ex alto adueniente hominibus ini- Marc.1.1.
tium fecit: Initium (dicens) Euangelij, quemadmodum
ſcriptum eſt in Eſaia Propheta. Volatilem & pennatam
imaginem Euangelij monſtrans, propter hoc & compen-
diolam, & præcurrentem annuntiationem fecit. Prophe-
ticus enim character eſt hic. Et ipſum autem Verbum Dei,
illis quidem qui ante Moyſem fuerunt Patriarchis, ſecun-
dùm diuinitatem & gloriam colloquebatur: his verò qui
in Lege, ſacerdotalem & miniſterialem actum præbebat:
poſt deinde nobis homo factus, munus cœleſtis Spiritus
in omnem miſit terram, protegens nos alis ſuis. Qualis
igitur diſpoſitio Filij Dei, talis & animalium forma: &
qualis animalium forma, talis & character Euangelij.
Quadriformia autem animalia, & quadriforme Euange-

lium,

lium, & quadriformis diſpoſitio Domini. Et propter hoc quatuor data ſunt teſtamenta humano generi, vnum quidem ante cataclyſmum ſub Adam; ſecundum verò, poſt cataclyſmum ſub Noë, tertium verò, legiſlatio ſub Moyſe; quartum verò, quod renouat hominem, & recapitulat in ſe omnia, quod eſt per Euangelium, eleuans & pennigerans homines in cœleſte regnum.

His igitur ſic ſe habentibus, vani omnes, & indocti, & inſuper audaces, qui fruſtrantur ſpeciem Euangelij, & vel plures quàm dictæ ſunt, vel rurſus pauciores inferunt perſonas Euangelij: quidam vt plus videantur, quàm eſt veritatis adinueniſſe: quidam verò vt reprobent diſpoſitiones Dei. Etenim Marcion totum reiiciens Euangelium: imò † verò ſeipſum abſcindens ab Euangelio, partem gloriatur ſe habere Euangelij. Alij verò vt donum Spiritus fruſtrentur, quod in nouiſſimis temporibus ſecundùm placitum Patris effuſum eſt in humanum genus, illam ſpeciem non admittunt, quæ eſt ſecundùm Ioannis Euangelium, in qua Paracletum ſe miſſurum Dominus promiſit, ſimul & Euangelium, & Propheticum repellunt Spiritum. Infelices verè qui Pſeudoprophetæ quidem eſſe volunt, prophetiæ verò gratiam repellunt ab Eccleſia: ſimilia patientes his, qui propter eos qui in hypocriſi veniunt, etiam à fratrum communicatione ſe abſtinent. Datur autem intelligi, quod huiuſmodi neque Apoſtolum Paulum recipiant. In ea enim Epiſtola quæ eſt ad Corinthios, de propheticis chariſmatibus diligenter loquutus eſt, & ſcit viros, & mulieres in Eccleſia prophetantes. Per hæc igitur omnia peccantes in Spiritum Dei, in irremiſſibile incidunt peccatum. Hi verò qui ſunt à Valentino, iterum exiſtentes extra omnem timorem, ſuas conſcriptiones proferentes, plura habere gloriantur, quàm ſint ipſa Euangelia. Siquidem in tantum proceſſerunt audaciæ, vti quod ab his non olim conſcriptum eſt, veritatis Euangelium titulent, in nihilo conueniens Apoſtolorum Euangeliis, vt nec Euangelium quidem ſit apud eos ſine blaſphemia. Si enim quod ab eis profertur, veritatis eſt Euangelium, diſſimile eſt autem hoc illis, quæ ab Apoſtolis nobis tradita ſunt, qui volunt, poſſunt diſcere, quemadmodum ex ipſis Scripturis oſtenditur, iam non eſſe id quod ab Apoſtolis traditum eſt veritatis Euangelium. Quoniam autem ſola illa vera & firma, & non capit neque plura præterquam prædicta ſunt, neque pauciora eſſe Euangelia, per tot & tanta oſtendimus. Etenim cùm omnia compoſita & apta Deus fecerit, oportebat & ſpeciem Euangelij bene compoſitam, & bene compaginatam eſſe. Examinata igitur ſententia eorum, qui nobis tradiderunt Euangelium ex ipſis principiis ipſorum, veniamus & ad reliquos Apoſtolos: & perquiramus ſententiam eorum de Deo: poſt deinde, ipſos Domini ſermones audiamus.

CAPVT XII.

Quæ ſit reliquorum apoſtolorum doctrina.

PEtrus igitur Apoſtolus poſt reſurrectionem Domini, & aſſumptionem in cœlos, volens adimplere duodecim Apoſtolorum numerum, & eligere prouidentia alterum qui electus eſſet à Deo, his qui aderant dixit: Viri fratres, oportebat impleri Scripturam hanc, quam prædixit Spiritus ſanctus ore Dauid de Iuda, qui factus eſt dux his qui apprehenderunt Ieſum, qui annumeratus fuit inter nos: Fiat habitatio eius deſerta, & non ſit qui inhabitet in ea, & Epiſcopatum eius accipiat alter. Adimpletionem eorum ex his quæ à Dauid dicta ſunt, faciens. Rurſus cùm Spiritus ſanctus deſcendiſſet in diſcipulos, vti omnes prophetarent, & loquerentur linguis: & quidam irriderent eos quaſi à muſto ebrios, dixit Petrus. Non ebrios quidem illos eſſe, cùm ſit hora tertia diei; eſſe autem hoc, quod dictum eſt per Prophetam: Erit in nouiſſimis diebus (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo in omnem carnem, & prophetabunt. Deus igitur qui per Prophetam promiſit miſſurum ſe Spiritum ſuum in humanum genus, ipſe & miſit ei, & ipſe Deus à Petro annuntiatur ſuam promiſſionem adimpleſſe. Viri enim (inquit Petrus) Iſraëlitæ, audite ſermones meos. Ieſum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus & prodigiis & ſignis quæ fecit per ipſum Deus in medio veſtrum, quemadmodum ipſi ſcitis: hunc definito conſilio & præſcientia Dei, traditum per manus iniquorum affigentes interfeciſtis: quem Deus excitauit ſolutis doloribus inferorum: quoniam non erat poſſibile teneri eum ab eis. Dauid enim dicit in ipſum: Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris mei eſt † ne mouear. Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea, inſuper & caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, neque dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Dehinc rurſum fiducialiter illis dicit de patriarcha Dauid, quoniam mortuus eſt, & ſepultus, & ſepulchrum eius ſit apud eos, vſque in hunc diem. Propheta autem (inquit) cum eſſet, & ſciret quoniam iureiurando ei iurauit Deus, de fructu ventris eius ſedere in throno eius, prouidens locutus eſt de reſurrectione Chriſti, quoniam neque derelictus eſt apud inferos, neque caro eius vidit corruptionem. Hunc Ieſum (inquit) excitauit Deus, cuius nos omnes ſumus teſtes: qui dextera Dei exaltatus, repromiſſionem ſancti Spiritus accipiens a Patre, effudit donationem hanc, quam vos nunc videtis & auditis. Non enim Dauid aſcendit in cœlos, dicit autem ipſe: Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dexteram meam, quoadvſque ponam inimicos tuos ſuppedaneum pedum tuorum. Certiſſimè ergo ſciat omnis domus Iſraël, quoniam & Dominum eum, & Chriſtum Deus fecit hunc Ieſum, quem vos crucifixiſtis. Cùm dixiſſent ergo turbæ: Quid ergo faciemus? Petrus ad eos ait: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu in remiſſionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus ſancti. Sic non alium Deum, nec aliam plenitudinem annuntiabant Apoſtoli; nec alterum quidem paſſum, & reſurgentem Chriſtum, alterum verò qui ſurſum volauerit, & impaſſibilis perſeuerauerit: ſed vnum & eundem Deum Patrem, & Chriſtum Ieſum, qui à mortuis reſurrexit, & eam quæ in eum eſt fidem annuntiabant his, qui non credebant in filium Dei, & ex Prophetis cohortabantur eos, quoniam eum quem promiſit ſe Deus, miſſurum Chriſtum, miſit Ieſum, quem ipſi crucifixerunt, quem Deus excitauit.

Rurſus cùm Petrus ſimul cum Ioanne vidiſſet eum qui a natiuitate claudus erat, ante portam templi, quæ dicitur ſpecioſa, ſedentem & petentem eleemoſynam, dixit ei: Argentum & aurum non eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula. Et ſtatim eius confirmati ſunt greſſus & plantæ, & ambulabat, & introiuit cum ipſis in templum, ambulans & ſaliens & glorificans Deum. Multitudine autem vniuerſa collecta ad eos propter inopinatum factum. Petrus dixit eis: Viri Iſraëlitæ, quid miramini in hoc, & nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus patrum noſtrorum, glorificauit Filium ſuum, quem vos quidem tradidiſtis iudicium, & negaſtis ante faciem Pilati, cum remittere eum vellet. Vos autem ſanctum & iuſtum aggrauaſtis, & petiſtis virum homicidam donari vobis, ducem autem vitæ occidiſtis: quem Deus excitauit à mortuis, cuius nos teſtes ſumus, & in fide nominis eius, hunc quem videtis & ſcitis, confirmauit nomen eius, & fides quæ eſt per ipſum, dedit ei incolumitatem coram vobis omnibus. Et nunc fratres, ſcio quoniam ſecundùm ignorantiam feciſtis nequam. Deus autem ‡ quæ prædixit ore omnium Prophetarum pati Chriſtum ſuum, adimpleuit. Pœnitentiam igitur agite, & conuertimini, vti deleantur peccata veſtra, & veniant vobis tempora refrigerij a facie Domini, & mittat præparatum vobis Ieſum Chriſtum, quem oportet quidem cœlum ſuſcipere vſque ad tempora

E

Ioel 2. 9.

Iſa 44 4.

Pſal. 15 8.

† vt non

Pſ. 131. 12.

F

Pſ. 100. 1.

G

Acto. 3. *D. Petri miraculum, & concio ad Iudæos.*

H

Matt. 27. 17.

Marc. 15 10.

Luc. 23. 18

Ioan. 18. 40.

† qui

diſpoſitionis omnium, quæ locutus eſt ei Deus per ſan-
ctos Prophetas ſuos. Moyſes quidem dicit ad patres no-
ſtros: Quoniam Prophetam excitabit vobis Dominus
Deus veſter ex fratribus veſtris, quemadmodum, me
ipſum audietis in omnibus quæcunque locutus fuerit ad
18. vos. Erit autem omnis anima quæcunque non audierit
Prophetam illum, peribit de populo. Et omnes à Samuël
& deinceps, & omnes quotquot locuti ſunt, annun-
tiauerunt dies iſtos. Vos eſtis filij Prophetarum, & Te-
ſtamenti quod Deus diſpoſuit ad patres noſtros, dicens
ad Abraham: In ſemine tuo benedicentur omnes tribus
2. terræ. Vobis primùm Deus excitans Filium ſuum miſit
benedicentem vos, vt conuertat ſe vnuſquiſque à nequitiis
ſuis. Manifeſtam ergo præconationem Petrus cum Ioanne
præconauit eis, repromiſſionem quam fecit Deus patri-
bus per Ieſum adimpletam euangelizans. Non quidem
alterum Deum annuntians, ſed Filium Dei, qui & homo
factus eſt, & paſſus, in agnitionem adducens Iſraël, & in
Ieſu reſurrectionem quæ à mortuis annuntians, & ſignifi-
cans quoniam omnia quæ Prophetæ annuntiauerunt de
paſſione Chriſti, adimpleuit Deus.

Propter quod rurſus conuocatis principibus ſacerdo-
tum fiducialiter Petrus dixit ad eos: Principes populi &
4. ſeniores Iſraëlitæ, ſi nos hodie redarguimur à vobis in
benefacto hominis infirmi, in quo hic † ſanatus eſt, cogni-
tum ſit omnibus vobis & omni populo Iſraël, quoniam
in nomine Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis,
quem Deus excitauit à mortuis, in hoc hic aſtat in con-
ſpectu veſtro ſanus. Hic eſt lapis pretioſus † reprobatus à
17. vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli. Et non
eſt aliud nomen ſub cœlo, quod datum ſit hominibus, in
quo oporteat ſaluari nos. Sic Apoſtoli non Deum muta-
bant, ſed Chriſtum annuntiabant populo eſſe Ieſum qui
crucifixus eſt, quem Deus excitauit, qui Prophetas miſit,
idem Deus excitauit, & ſalutem in eo dedit hominibus.
Confuſi igitur & per curationem, (annorum enim, in-
quit Scriptura, pluſquam XL. erat homo in quo factum
eſt ſignum curationis) & per doctrinam Apoſtolorum &
Prophetarum exquiſitionem, cùm remiſiſſent ſummi ſa-
cerdotes Petrum & Ioannem, & reuerſi eſſent ad reliquos
coapoſtolos & diſcipulos Domini, id eſt in Eccleſiam, &
enarraſſent quæ fuerant facta, & quemadmodum fiducia-
liter egiſſent, in nomine Ieſu. Audientes (inquit) tota Ec-
4. cleſia, vnanimes extulerunt vocem ad Deum, & dixerunt:
Domine, tu es Deus qui feciſti cœlum & terram, & ma-
re, & omnia quæ in eis ſunt, qui per Spiritum ſanctum
ore Dauid patris noſtri, pueri tui, dixiſti: Quare fremue-
runt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt re-
ges terræ, & principes congregati ſunt in vnum, aduerſus
Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Conuenerunt enim
verè in hac ciuitate aduerſus ſanctum Filium tuum Ieſum
quem vnxiſti, Herodes & Pontius Pilatus, cum gentibus
& populis Iſraël, facere quæcunque manus tua & volun-
tas tua prædeſtinauerat fieri. Hæ voces Eccleſiæ, ex qua
habuit omnis Eccleſia initium. Hæ voces ciuitatis ma-
gnæ, noui teſtamenti ciuium. Hæ voces Apoſtolorum,
hæ voces diſcipulorum Domini, eorum qui poſt aſſum-
ptionem Domini per Spiritum & perfecti extiterunt, &
inuocauerunt Deum qui fecit cœlum & terram, & mare,
qui per Prophetas annuntiatus eſt, & eius Filius Ieſus,
quem vnxit Deus, & alterum autem neſcientes. Non
enim erat ibi tunc Valentinus, nec Marcion, nec reliqui
ſui, vel eorum qui aſſentiunt eis euerſores. Propter quod
4. & exaudiuit eos factor omnium Deus. Commotus eſt
enim (inquit) locus, in quo erant collecti, & repleti ſunt
omnes Spiritu ſancto, & loquebantur verbum Dei cum
fiducia, omni volenti credere. Virtute enim magna (in-
quit) reddebant teſtimonium Apoſtoli reſurrectionis Do-
mini Ieſu, dicentes ad eos: Deus patrum noſtrorum exci-
tauit Ieſum, quem vos apprehendiſtis, & interfeciſtis ſu-
ſpendentes in ligno, hunc Deus principem & Saluato-
rem exaltauit gloria ſua, dare pœnitentiam Iſraël, & re-
miſſionem peccatorum: & nos in eo teſtes ſumus ſermo-
num horum, & Spiritus ſanctus quem dedit Deus creden-
tibus. Omni quoque die (inquit) in templo, & in domo

non ceſſabant docentes & euangelizantes Chriſtum Ie- E
ſum Filium Dei. Hæc enim erat ſalutis agnitio, quæ per-
fectos ad Deum efficit eos, qui cognoſcunt Filij eius
aduentum.

Quoniam autem † impudentes quidam eorum dicunt, † *impudenter*
apud Iudæos præconantes Apoſtoli, non poterant alterum
eis Deum annuntiare præter eum, qui creditus fuerat ab
ipſis: dicimus ad eos, quoniam ſi ſecundùm olim inſi-
tam opinionem hominibus loquebantur Apoſtoli, nemo
ab his cognouit veritatem multo autem prius à Domino,
etenim ipſum ſic loquutum dicunt. Nec hi ergo ipſi ve-
ritatem ſciunt, ſed † ſententia eorum de Deo cùm eſſet ta- † *ſcientia*
lis, exceperant doctrinam quemadmodum audire pote-
rant. Secundùm hunc igitur ſermonem, apud neminem
erit regula veritatis, ſed omnes diſcipuli omnibus impu-
tabunt, quoniam quemadmodum vnuſquiſque ſentiebat,
& quemadmodum capiebat, ſic ſermo ad eum factus eſt.
Superfluus autem & inutilis aduentus Domini parebit, ſi
quidem venit permiſſurus & ſeruaturus vniuſcuiuſque F
olim inſitam de Deo opinionem. Adhuc etiam & multo
durius erat, quem hominem viderant Iudæi & cruci affi-
xerant, annuntiari hunc eſſe Chriſtum Filium Dei, æter-
num ipſorum regem. Non igitur iam ſecundùm priſtinam
eorum opinionem loquebantur ad eos. Qui enim in fa-
ciem interfectores eos eſſe Domini dicebant, multo ma-
gis fiducialiter eum Patrem, qui ſuper Demiurgum eſt, &
ipſi annuntiarent, & non id quod putabat vnuſquiſque:
& multo minus erat peccatum, ſiquidem ſuperiorem
Saluatorem, ad quem aſcendere eos oporteret, quoniam
eſſet impaſſibilis, non affixiſſent cruci. Quemadmodum
enim Gentibus non ſecundùm ſententiam illorum lo-
quebantur, ſed cum fiducia dicebant quoniam dij ipſo-
rum non eſſent dij, ſed idola dæmoniorum: ſimili modo &
Iudæis annuntiaſſent, ſi alterum maiorem & perfectiorem
ſciſſent Patrem, non annuntiantes, neque augentes eorum
non veram de Deo opinionem. Ethnicorum autem ſol-
uentes errorem, & auferentes eos à ſuis diis, non vtique
alterum eis inferebant errorem: ſed auferentes eos qui G
non erant dij, eum qui ſolus erat Deus & verus Pater
oſtenderunt.

Ex verbis Petri igitur, quæ fecit in Cæſarea ad Corne-
lium Centurionem, & eos qui cum eo erant Gentiles, Act.10.1.
quibus primò enarratus eſt ſermo Dei, cognoſcendum eſt *Acta Petri in domo Cornely.*
nobis quæ annuntiabant Apoſtoli, & qualis fuit prædica-
tio ipſorum, & quam habuerunt de Deo ſententiam. Erat
enim inquit Cornelius hic religioſus, & timens Deum
cum tota domo ſua, & faciens eleemoſynas multas in
populo, & orans Deum ſemper. Vidit ergo circa horam
nonam diei, Angelum Dei intrantem ad ſe, & dicentem.
Eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in recommemorationem
in conſpectu Dei. Propter quod mitte ad Simonem, qui
vocatur Petrus. Petrus autem cùm vidiſſet reuelationem,
in qua reſpondit ad eum cœleſtis vox: Quod Deus emun-
dauit, tu ne commune dixeris, hoc ideo, quoniam qui per
legem inter munda & immũda diſtinxit Deus, hic emun-
dauit Gentes per ſanguinem Filij ſui, quem & Cornelius
colebat: ad quem Petrus veniens dixit. In veritate compe- H
ri, quoniam non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in
omni gente, qui timet eum, & operatur iuſtitiam, accepta-
bilis ei eſt. Manifeſtè ſignificans, quoniam quem antea
Deum timebat Cornelius, quem per Legem & Prophetas
audierat, propter quem & eleemoſynas faciebat, hic in
veritate eſt Deus. Deerat autem ei agnitio: propter quod
adiecit. Vos ſcitis quod factum eſt verbum per omnem
Iudæam. Incipiens enim à Galilæa poſt Baptiſmum quod Act. 10. 25.
prædicauit Ioannes Ieſum à Nazareth, quemadmodum
vnxit eum Deus Spiritu ſancto & virtute: ipſe circuiuit
benefaciens & curans omnes qui oppreſſi erant à Diabo-
lo, quoniam Deus erat cum eo. Et nos teſtes ſumus om-
nium eorum quæ fecit in regione Iudæorum, & in Hieru-
ſalem: quem & interfecerunt ſuſpendentes in ligno.
Hunc Deus excitauit tertia Die, & dedit eum manife-
ſtum fieri, non omni populo, ſed teſtibus nobis præde-
ſtinatis à Deo, qui cum eo & manducauimus & bibimus
poſt reſurrectionem à mortuis. Et præcepit nobis annun-

A tiare populo & teſtificari, quoniam ipſe eſt prædeſtina-
tus à Deo iudex viuorum & mortuorum. Huic omnes
Prophetæ teſtimonium reddunt, remiſſionem peccato-
rum accipere per nomen eius omnem credentem in eum.
Filium ergo Dei quem ignorabant homines, enuntia-
bant Apoſtoli, & aduentum eius, his qui ante inſtructi
erant de Deo: ſed non alterum Deum inferebant. Si
enim tale aliquid ſciret Petrus, liberè Gentibus prædi-
caſſet alterum quidem Iudæorum, alterum autem Chri-
ſtianorum eſſe Deum, qui quidem propter viſionem An-
† *quod-cunque* geli conterriti omnes, † quæcunque eis dixiſſet, credi-
diſſent. Ex verbis autem Petri manifeſtum eſt, quoniam
præcognitum quidem eis Deum cuſtodiuit, Filium au-
tem Dei Ieſum Chriſtum eſſe teſtificatus eſt ipſis, Iudi-
cem viuorum & mortuorum, in quo baptizari eos iuſſit
in remiſſionem peccatorum: & non tantum hoc, ſed &
Ieſum Chriſtum eſſe Filium Dei teſtificatus eſt, qui &
vnctus Spiritu ſancto, Ieſus Chriſtus dicitur. Et eſt hic
B idem ex Maria natus, quemadmodum Petri continet
teſtificatio. An nunquid perfectam tunc cognitionem
nondum habebat Petrus, quam poſtea adinuenerunt hi?
Imperfectus igitur ſecundùm hos Petrus, imperfecti au-
tem & reliqui Apoſtoli: & oportebit eos reuiuiſcentes,
horum fieri diſcipulos, vt & ipſi perfecti fiant. Sed &
hoc quidem ridiculum eſt. Arguuntur verò iſti non qui-
dem Apoſtolorum, ſed ſuæ malæ ſententiæ eſſe diſcipu-
li. Propter hoc autem & variæ ſententiæ ſunt vniuſcuiuſ-
que eorum recipientes errorem quemadmodum, capie-
bat. Eccleſia verò per vniuerſum mundum ab Apoſtolis
firmum habens initium, in vna & eadem de Deo, & de
Filio eius perſeuerat ſententiam. Philippus autem rurſus
Acta Philippi cum Eunucho. Spadoni reginæ Æthiopum reuertenti à Hieroſolymis, &
legenti Eſaiam Prophetam, ſolus ſoli, quem annuntiauit?
Nonne eum de quo dixit Propheta: Tanquam ouis ad
Act. 8. Iſaiæ 53. 7. occiſionem ductus eſt, quemadmodum agnus ante ton-
dentem ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum: Natiuita-
tem eius quis enarrabit? quoniam tolletur à terra vita
C eius: hunc eſſe Ieſum, & impletam eſſe in eo Scriptu-
ram, quemadmodum ipſe Eunuchus credens, & ſtatim
postulans baptizari dicebat: Credo Filium Dei eſſe Ie-
Infra lib. 4. cap. 42. ſum. Qui & miſſus eſt in regiones Æthiopiæ, prædica-
turus hoc quod ipſe crediderat, Deum quidem vnum
per Prophetas prædicatum, huius verò Filium feciſſe ſe-
cundum hominem aduentum, & vt ouem ad victimam
Act. 9. 9. *Pauli conuerſio & prædicatio.* ductum, & reliqua quæcunque Prophetæ dicunt de eo.
Paulus quoque & ipſe poſteaquam de cœlo locutus eſt
ad eum Dominus, & oſtendit quoniam ſuum Dominum
perſequeretur, perſequens diſcipulos eius, & mitit Ana-
niam ad eum, vt iterum videret & baptizaretur: In ſyna-
gogis (ait) in Damaſco prædicabat cum omni fiducia
Ieſum, quoniam hic eſt Chriſtus Filius Dei. Hoc eſt
myſterium quod dicit per reuelationem manifeſtatum
ſibi, quoniam qui paſſus eſt ſub Pontio Pilato, hic Do-
minus eſt omnium, & rex omnium, & Deus, & iudex,
ab eo qui eſt omnium Deus, accipiens poteſtatem, quo
niam ſubiectus factus eſt vſque ad mortem, mortem au-
D tem crucis. Et quoniam hoc verum eſt, Athenienſibus
Phil. 2. 8. euangelizans in Areopago, vbi Iudæis non aſſiſtentibus
licebat ei cum fiducia verum prædicare Deum, dixit eis.
Act. 17. 17. Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo ſunt, hic
cœli & terræ Dominus exiſtens, non in manufactis
templis inhabitat, nec à manibus humanis tractatur,
tanquam alicuius indigens, cùm ipſe omnibus dederit
vitam & ſpiritum, & omnia fecerit, qui fecit ex vno
ſanguine omne genus hominum inhabitare ſuper faciem
totius terræ, præfiniens tempora ſecundùm determina-
tionem inhabitationis eorum, quærere illud, quod eſt
diuinum, ſi quo modo tractare poſſint illud aut inueni-
re, quamuis etiam non longè ſit ab vnoquoque no-
ſtrum: in ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus: &
quemadmodum quidam ſecundùm vos dixerunt, Huius
enim & genus ſumus. Genus igitur cùm ſimus Dei, non
oportet nos putare id quod eſt diuinum ſimile eſſe auro
vel argento, vel lapidi per artem vel concupiſcentiam
hominis deformato. Tempora ergo ignorantiæ deſpiciens
Deus, nunc præcepit hominibus omnibus vbique pœ- E
niteri in ipſum, quoniam conſtituit diem iudicari orbem Act. 17. 23.
terræ in iuſtitia, in viro Ieſu, in quo ſtatuit fidem, ex- Apoc. 11. 18.
citans eum à mortuis. Hoc autem in loco non ſolùm fa-
ctorem mundi Deum eis annuntiat, non aſſiſtentibus
Iudæis; ſed & quoniam vnum genus humanum fecit in-
habitare ſuper omnem terram. Quemadmodum & Moy-
ſes ait. Quando diuiſit Altiſſimus gentes, quemadmo- Deut. 32. 8.
dum diſperſit filios Adam, ſtatuit terminos gentium ſe-
cundùm numerum Angelorum Dei. Populum autem
qui † credit Deo, iam non eſſe ſub Angelorum poteſtate, † *credidit Deum*
ſed ſub Domini. Facta eſt enim portio Domini populus Act. 14.
eius, Iacob funiculum hæreditatis eius Iſraël. Et iterum
Lyſtris Lyciæ cùm eſſet Paulus cum Barnaba, & à na-
tiuitate claudum in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti
ambulare feciſſet, & cùm turba honorare eos vellet
quemadmodum deos, propter admirabile factum, ait
eis. Nos ſimiles vobis ſumus homines, euangelizantes
vobis vti ab eis vanis ſimulachris conuertamini ad Deum F
viuum, qui fecit cœlum & terram & mare, & omnia
quæ in eis ſunt: qui in præteritis temporibus permiſit
omnes gentes abire vias ſuas, quamquam non ſine teſti- Pſ. 145. 6. Apoc. 14.
monio ſemetipſum reliquit, benefaciens, de cœlo dans
vobis pluuias & tempora fructifera, adimplens cibo &
hilaritate corda † noſtra. Quoniam autem his annuntia- † *veſtra*
tionibus eius omnes epiſtolæ conſonant, ex ipſis epiſto-
lis oſtendimus apto in loco exponentes Apoſtolum. No
bis autem conlaborantibus his oſtenſionibus quæ ex
Scripturis ſunt, & quæ multifariè dicta ſunt, breuiter &
compendioſè annuntiantibus, & tu cum magnanimita-
te intende eis, & non longiloquium puta: hoc intelli-
gens quoniam oſtenſiones quæ ſunt in Scripturis, non
poſſunt oſtendi, niſi ex ipſis Scripturis.

Stephanus autem iterum qui electus eſt ab Apoſtolis Actor. 7.
primus † diaconus: qui & primus ex omnibus homini- † *diaconorum*
bus ſectatus eſt veſtigia martyrij Domini, propter Chri- *Stephani de vno &*
ſti confeſſionem primus interfectus, fiducialiter loquens
populo, & docens eos dicens: Deus gloriæ viſus eſt pa- G
tri noſtro Abrahæ, & dixit ad eum: Exi de terra tua & *vero Deo aſſertio.*
de cognatione tua, & veni in terram quam demonſtrabo Gen. 12. 1.
tibi: & tranſtulit illum in terram hanc, quam nunc &
vos inhabitatis, & non dedit ei hæreditatem in ea nec
greſſum pedis, ſed promiſit dare ei in poſſeſſionem eam,
& ſemini eius poſt eum. Locutus eſt autem ſic Deus ad
eum, Quoniam erit ſemen eius peregrinum in terra alie-
na, & in ſeruitutem redigentur, & vexabuntur annis
quadringentis, & gentem cui ſeruient, iudicabo ego,
dicit Dominus. Et poſtea exient & ſeruient mihi in iſto
loco, & dedit ei teſtamentum circumciſionis, & ſic ge-
nerauit Iſaac. Et reliqua autem verborum eius eundem
Deum annuntiant, qui fecit cum Ioſeph, & cum Pa-
triarchis, qui & colloquutus eſt Moyſi, & omnem Apo-
ſtolorum doctrinam vnum & eundem Deum annuntiaſ-
ſe, qui tranſtulit Abraham, qui promiſſionem hæredita-
tis ei fecit, qui teſtamentum circumciſionis apto tempo-
re dedit, qui ex Ægypto vocauit ſemen eius ſeruatum
manifeſtè per circumciſionem, in ſigno enim dedit eam, H
vt non ſimiles eſſent Ægyptiis. Hunc factorem omnium,
hunc Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, hunc Deum
claritatis ex ipſis ſermonibus, & actibus Apoſtolorum
volentes diſcere, poſſunt: & contemplari, quoniam
vnus hic Deus ſuper quem alius non eſt. Si autem erat
ſuper hunc alius Deus, ex abundanti per comparatio-
nem diceremus, hic illo melior eſt. Melior enim ex
operibus apparet, quemadmodum & prædiximus: &
cùm illi nullum Patris ſui opus habeant oſtendere, hic
ſolus oſtenditur Deus. Si quis autem ægrotans circa quæ- Lib. 2. cap. 53.
ſtiones, ea quæ ab Apoſtolis de Deo dicta ſunt allegori- 1. Tim 6. 4.
zanda exiſtimat, prædictos ſermones noſtros diſcutiat,
in quibus vnum Deum conditorem & factorem om-
nium oſtendimus, & ea quæ ab illis dicuntur deſtruxi-
mus & denudauimus: & inueniet conſonantes eos
Apoſtolorum doctrinæ, & ſic habere quemadmodum
docebant & perſuadebantur, quoniam vnus eſt fabrica-
tor omnium Deus: & cùm repulerit à ſententia ſua tantum

errorem

errorem, & eam quæ eſt aduerſus Deum blaſphemiam, & à ſemetipſo inueniet rationem cognoſcens & eam quæ eſt ſecundùm Moyſem legem, & gratiam noui teſtamenti, vtraque apta temporibus, ad vtilitatem humani generis ab vno & eodem præſtita Deo.

Omnes enim qui ſunt malæ ſententiæ, moti ab ea legiſlatiune, quæ ſecundùm Moyſem, diſſimilem eam & contrariam Euangelij doctrinæ arbitrantes, iam non ſunt conuerſi, vti differentiæ vtriuſque Teſtamenti inquirerent cauſas. Deſerti igitur cùm ſint à paterna dilectione, & inflati à Satana, conuerſi in Simonis magi doctrinam, abſtiterunt ſententiis ab eo qui eſt Deus, & putauerunt quod à ſemetipſis plus inueniſſent quam Apoſtoli, alterum Deum adinuenientes. Et Apoſtolos quidem adhuc quæ ſunt Iudæorum ſentientes, annuntiaſſe Euangelium; ſe autem ſynceriores & prudentiores Apoſtolis eſſe. Vnde & Marcion, & qui ab eo ſunt, ad intercidendas conuerſi ſunt Scripturas, quaſdam quidem in totum non cognoſcentes, ſecundùm Lucam autem Euangelium & Epiſtolas Pauli decurtantes, hæc ſola legitima eſſe dicunt quæ ipſi minorauerunt. Nos autem etiam ex his quæ adhuc apud eos cuſtodiuntur, arguemus eos donante Deo, in altera conſcriptione. Reliqui verò omnes falſo ſcientiæ nomine inflati, Scripturas quidem confitentur, interpretationes verò conuertunt, quemadmodum oſtendimus in primo libro. Et quidem hi qui à Marcione ſunt, ſtatim blaſphemant fabricatorem, dicentes eum malorum † fabricatorem, propoſitum initij ſui intolerabiliorem habentes, duos naturaliter dicentes deos, diſtantes inuicem, alterum quidem bonum, alterum autem malum. Hi autem qui ſunt à Valentino nominibus honeſtius vtentes, & Patrem, & Dominum, & Deum hunc qui eſt fabricatorem oſtendentes, propoſitum ſiue ſectam blaſphemiorem habent, neque ab aliquo ex his quæ ſunt intra plenitudinem Æonibus dicentes eum emiſſum, ſed ab ea Labe quæ extra Pleroma expulſa eſt. Hæc autem omnia contulit eis Scripturarum & diſpoſitionis Dei ignorantia. Nos autem & cauſam differentiæ teſtamentorum, & rurſum vnitatem & conſonantiam ipſorum, in his quæ deinceps futura ſunt, referemus.

Quoniam autem & Apoſtoli & diſcentes ipſorum, ſic docebant, quemadmodum Eccleſia prædicat, & ſic docentes perfecti fuerunt, propter quod & euocabantur ad perfectum. Stephanus hæc docens adhuc cùm ſuper terram eſſet, vidit gloriam Dei, & Ieſum ad dexteram,
2. & dixit: Ecce, video cœlos apertos, & Filium hominis ſtantem à dexteris Dei. Et hæc dixit, & lapidatus eſt, & ſic perfectam doctrinam adimpleuit, per omnia martyrij magiſtrum imitans, & poſtulans pro eis qui ſe interficiebant, & dicens: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Sic erant perfecti, qui vnum & eundem Deum ab initio vſque ad finem variis diſpoſitionibus aſſiſtentem
11. humano generi ſciebant, quemadmodum ait Oſee Propheta: Ego viſiones impleui, & in manibus Prophetarum aſſimilatus ſum. Qui ergo vſque ad mortem tradiderunt animas propter Euangelium Chriſti, quomodo poterant ſecundùm inſitam opinionem hominibus loqui? Quod ipſum ſi feciſſent, non paterentur: ſed quoniam contraria his qui non aſſentiebant veritati prædicabant, ideo & paſſi ſunt. Manifeſtum eſt ergò quoniam non dereliquebant veritatem, ſed cum omni fiducia Iudæis & Græcis prædicabant, Iudæis quidem Ieſum eum qui ab ipſis crucifixus eſt, eſſe filium Dei, iudicem viuorum & mortuorum, a Patre accepiſſe æternum regnum in Iſraël, quemadmodum oſtendimus, Græcis verò vnum Deum qui omnia fecit, & huius filium Ieſum Chriſtum annuntiantes. Manifeſtius autem hoc oſtenditur ex Apoſtolorum Epiſtola, quam neque Iudæis: neque Græcis, ſed ipſis qui ex gentibus in Chriſtum credebant, confirmantes fidem ipſorum miſerunt. Cùm enim deſcendiſſent quidam à Iudæa in Antiochiam, in qua & primùm omnium diſcipuli Domini pro fide quam in Chriſto habebant, vocati ſunt Chriſtiani, & ſuaderent eis qui crediderant in Dominum circuncidi, & reliqua ſecundùm legis obſeruationem perficere: & aſcendiſſent Paulus & Barnabas Hieroſolymam ad alteros Apoſtolos propter E
hanc quæſtionem, & vniuerſa Eccleſia conueniſſet in Actor. 15.
vnum, Petrus dixit eis; Viri fratres, vos ſcitis quoniam à *Petri*
diebus antiquis in vobis Deus elegit, vt ex ore meo audi- *oratio in Synodo.*
rent gentes verbum Euangelij, & crederent, & cordis inſpector Deus teſtimonium perhibuit eis, dans ei Spiritum, ſanctum, ſicut & nobis, & nihil diſcreuit inter nos & ipſos, emundans per fidem corda illorum. Nunc igitur quid tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruicem diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos valuimus portare? Sed per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti credimus nos poſſe ſaluari, quomodo & illi. Poſt quem Iacobus dixit. Viri fratres, Simon retulit quemadmodum Deus excogitauit accipere ex Gentibus populum nomini ſuo, & ſic conueniunt ſermones Pro-
phetarum, ſicut ſcriptum eſt. Poſt hæc reuertar, & reæ- Amos 9.
dificabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & diſturba- 12.
ta eius ædificabo, & erigam illud, vti requirant reliqui
hominum Dominum, & omnes Gentes, in quibus in- F
uocatum eſt nomen meum ſuper eos, dicit Dominus faciens hæc. Cognitum à ſæculo eſt Deo opus eius, propterea ego ſecundùm me iudico, non moleſtari eos qui ex gentibus conuertuntur ad Deum, ſed præcipiendum eis, vti abſtineant à vanitatibus idolorum, & à fornicatione, & à ſanguine: & quæcunque nolunt ſibi fieri, aliis ne faciant. Et cùm hæc dicta eſſent, & omnes con-
ſenſiſſent, ſcripſerunt eis ſic. Apoſtoli & Presbyteri fra- *Epiſtola*
tres, his qui ſunt in Antiochia, & Syria, & Cilicia, fra- *Sinodalis.*
tribus ex Gentibus ſalutem. Quoniam audiuimus, quia ex nobis quidam exeuntes turbauerunt vos ſermonibus, deſtruentes, animas veſtras, quibus non præcepimus, dicentes, Circuncidimini & ſeruate Legem, placuit nobis conuenientibus in vnum, electos viros mittere ad vos cum dilectiſſimis noſtris Barnaba & Paulo, hominibus qui tradiderunt animam ſuam pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Miſimus igitur Iudam & Silam, & ipſos per ſermonem annuntiantes noſtram ſententiam.
Placuit enim ſancto Spiritui, & nobis, nullum amplius G
vobis pondus imponere, quam hæc quæ ſunt neceſſaria, vt abſtineatis ab Idolothytis, & ſanguine, & fornicatione: & quæcunque non vultis fieri vobis, aliis ne faciatis: a quibus cuſtodientes vos ipſos, bene agetis, ambulantes in Spiritu ſancto. Manifeſtum eſt igitur ex his omnibus, quoniam non alterum Patrem eſſe docebant, ſed libertatis nouum Teſtamentum dabant his, qui nunc in Deum per Spiritum ſanctum credebant. Ipſi autem ex eo quod quærerent, An oporteret circuncidi adhuc diſcipulos necne? Manifeſtè oſtenderunt non habuiſſe ſe alterius Dei contemplationem.

Cæterùm, non talem timorem circa primum habuiſſent Teſtamentum, vt nec cum ipſis Ethnicis quidem conueſci vellent. Nam & Petrus quamuis ad catechizandos eos miſſus eſſet, & tali viſione conterritus fuiſſet, cum
timore tamen multo locutus eſt ad eos dicens. Ipſi ſci- Act. 10.
tis quoniam non eſt fas viro Iudæo † coniungi aut con- † *adiungi*
uenire cum allophilo: mihi autem Deus oſtendit, nemi- H
nem communem aut immundum dicere hominem: quapropter ſine contradictione veni: his ſermonibus ſigni-
ficans quoniam non abiiſſet ad eos, niſi † miſſus fuiſſet. † *iuſſus*
Sic neque Baptiſma quidem facilè dediſſet, niſi Spiritu ſancto requieſcente ſuper eos, prophetantes eos audiſſet: & propter hoc dixit. Num quis aquam vetare poteſt ad baptizandum hos, qui Spiritum ſanctum acceperunt, quemadmodum & nos? ſuadens ſimul his qui ſecum erant, & ſignificans quoniam niſi Spiritus ſanctus ſuper eos requieuiſſet, exiſteret qui eos prohiberet à Baptiſmate: Hi autem qui circa Iacobum Apoſtoli, Gen-
tibus quidem liberè agere permittebant, concedentes
nos Spiritui Dei. Ipſi verò ſcientes eundem eſſe Deum, Gal. 2. 12.
perſeuerabant in priſtinis obſeruationibus, ita vt & Petrus quoque timens ne culparetur ab ipſis, ante manducans cum Gentibus, propter viſionem & propter Spiritum ſanctum qui requieuerat ſuper eos, cùm tamen adueniſſent quidam ab Iacobo, ſeparauit ſe, & non manducauit cum eis: hoc ipſum autem dixit Paulus,

ad & Barnabam feciſſe. Sic Apoſtoli quos voiuerſi actus, &
vniuerſæ doctrinæ Dominus teſtes fecit (vbique euim
ſimul cum eo aſſiſtentes inueniuntur Petrus & Iacobus
& Ioannes) religioſè agebant circa diſpoſitionem Le-
gis, quæ eſt ſecundùm Moyſem, ab vno & eodem ſigni-
ficantes eſſe Deo. Quod quidem oon feciſſent ſecundùm
quæ prædiximus, ſi præter eum qui Legis diſpoſitionem
fecit, alterum Patrem à Domino didiciſſent.

CAPVT XIII.

Aduerſus eos qui dicunt tantum Paulum ex Apoſtolis, cognouiſſe veritatem.

EOs autem qui dicunt ſolum Paulum veritatem co-
gnouiſſe, cui per reuelationem manifeſtum eſt my-
ſterium, ipſe Paulus conuincat eos dicens: Vnum &
ipſum Deum operatum Petro in apoſtolatu circumciſio-
nis, & ſibi in Gentes. Ipſius ergo Dei Petrus erat Apo-
ſtolus, cuius & Paulus. Et quem Petrus in circunciſio-
ne annuntiabat Deum, & Dei filium, hunc & Paulus
in Gentes. Neque enim vt ſolum Paulum ſaluaret venit
Dominus noſter, nec ſic pauper Deus, vt vnum ſolum
haberet Apoſtolum, qui diſpoſitionem Filij ſui cogno-
o. ſceret. Et Paulus autem dicens: Quàm ſpecioſi pedes
euangelizantium bona, euangelizantium pacem, ma-
nifeſtum facit quoniam non vnus, ſed plures erant qui
veritatem euangelizabant. Et rurſus in ea epiſtola quæ
eſt ad Corinthios, cùm prædixiſſet omnes qui Deum
poſt reſurrectionem viderunt, intulit. Siue autem ego,
ſiue illi, ſic annuntiamus, & ſic credidiſtis: vnam &
eandem prædicationem confitens omnium eorum qui
Deum viderunt poſt reſurrectionem à mortuis. Et Do-
minus autem Philippo volenti Patrem videre, reſpondit.
Tanto tempore vobiſcum ſum, & me non cognouiſtis?
4. Philippe, qui videt me videt & Patrem meum. Quomo-
do tu dicis, Oſtende nobis Patrem? Ego enim in Pa-
tre, & Pater in me eſt, & amodò cognouiſtis eum, &
vidiſtis eum. Quibus ergo Dominus teſtimonium dixit,
quoniam & cognouerunt in ipſo, & viderunt Patrem,
Pater autem veritas, hos dicere noo cognouiſſe verita-
tem, eſt hominum falſa teſtantium & eorum qui aliena-
ti ſunt à Chriſti doctrina. Ad quid enim mittebat Domi-
nus duodecim Apoſtolos ad oues quæ perierant domus
Iſraël, ſi veritatem non cognouerunt? Quomodo au-
tem & Septuaginta prædicabant, niſi ipſi prius veritatem
prædicationis cognouiſſent; At quomodo Petrus igno-
rare potuit, cui Dominus teſtimonium dedit, quoniam
caro & ſanguis non reuelauit ei, ſed Pater qui in cœlis
1. eſt? Sicut ergo Paulus Apoſtolus non ab hominibus,
neque per hominem, ſed per Ieſum & Deum Patrem,
Filio quidem adducente eos ad Patrem, Patre verò re-
uelante eis Filium. Quoniam autem his qui ad Apoſto-
los vocauerunt eum, de quæſtione acquieuit Paulus, &
aſcendit ad eos cum Barnaba in Hieroſolymam, noo ſi-
ne cauſa, ſed vt ab ipſis libertas Gentilium confirmare-
1. tur, ipſe ait in ea quæ ad Galatas eſt Epiſtola. Dinde poſt
XIV. annos aſcendi in Hieroſolymam cum Barnaba,
aſſumens & Titum. Aſcendi aotem ſecundùm reuelatio-
nem, & contuli cum eis Euangelium quod prædico in-
ter Gentes. Et iterum ait. Ad horam ceſſimus ſubiectio-
ni, vti veritas Euangelij perſeueret apud vos. Si quis igi-
tur diligenter ex Actibus Apoſtolorum ſcrutetur tempus,
udi de quo ſcriptum eſt † aſcendiſſe Hieroſolymam propter
prædictam quæſtionem, inueniet eos qui prædicti ſunt
à Paulo annos concurrentes, † ſicut eſt conſonans, &
velut eadem tam Pauli annuntiatio, quàm & Lucæ de
Apoſtolis teſtificatio.

CAPVT XIV. E

De ſectatore Apoſtolorum Luca, & quæ ſunt quæ in Euangelio per ſolum Lucam cognouimus.

QVoniam autem is Lucas inſeparabilis fuit à Paulo 2. Cor 8.
& cooperarius eius in Euangelio; ipſe facit mani-
feſtum, non glorians, ſed ab ipſa productus veritate. Se-
paratis enim (inquit) à Paulo, Barnaba & Ioanne, qui Actor.15.
vocabatur Marcus, & cùm nauigaſſent Cyprum, nos 33.
venimus io Troadem: & cùm vidiſſet Paulus per ſom-
nium virum Macedonem dicentem ſibi: Veniens in Ma-
cedoniam opitulare nobis Paule; ſtatim ait. Quæſiuimus
proficiſci in Macedoniam, intelligentes quoniam prouo-
cauit nos Dominus euangelizare eis. Nauigantes igitur
à Troade, direximus nauem in Samothraceo: & dein-
ceps reliquum omnem ipſorum vſque ad Philippos ad- F
uentum diligenter ſignificat, & quemadmodum primum
ſermonem loquuti ſunt. Sedentes enim inquit, loquuti Actor.16.
ſumus mulieribus quæ conuenerant, & quinam credide- 9.
runt, & quàm multi. Et iterum ait. Nos autem nauiga-
uimus poſt dies azymorum à Philippis, & venimus Troa-
dem, vbi & commorati ſumus diebus ſeptem. Et reliqua
omnia ex ordine cum Paulo refert, omni diligentia de-
monſtrans, & loca, & ciuitates, & quantitatem die-
rum, quoadusque Hieroſolymam aſcenderent, & quæ
illic contigerint Paulo, quemadmodum vinctus Romam Act.20.
miſſus eſt, & nomen Centurionis qui ſuſcepit eum, &
Paratenſe nauigium, & quemadmodum naufragium fe-
cerunt, & in qua liberati ſunt inſula, & quemadmodum
humanitatem ibi perceperunt Paulo curante Principem
ipſius inſulæ, & quemadmodum inde Puteolos nauiga-
uerunt, & inde Romam peruenerunt, & quanto tem-
pore Romæ commorati ſunt Omnibus his cum adeſſet
Lucas, diligenter conſcripſit ea, vti neque mendax, neque G
elatus deprehendi poſſit, eo quòd omnia hæc conſtarent;
& ſeniorem eum eſſe omnibus qui nunc aliud docent, ne-
que ignorare veritatem. Quoniam non ſolùm proſequu- 2.Tim.4.
tor, ſed & cooperarius † fuit Apoſtolorum, maximè autem 10. & 11.
Pauli Et ipſe autem Paulus manifeſtauit in epiſtolis, di- † *fuerit*
cens: Demas me dereliquit, & abiit Theſſalonicam,
Creſcens in Galatiam, Titus in Dalmatiam: Lucas eſt
mecum ſolus. Vnde oſtendit quòd ſemper iunctus ei &
inſeparabilis fuerit ab eo. Et iterum in epiſtola quæ eſt
ad Coloſſenſes ait. Salutat vos Lucas medicus dilectus. Coloſ.4.
Si autem Lucas quidem, qui ſemper cum Paulo prædi- 14.
cauit, & dilectus ab eo eſt, dictus, & cum eo euangeli-
zauit, & creditus eſt referre nobis Euangelium, nihil
aliud ab eo didicit, ſicut ex verbis eius oſtenſum eſt: que-
madmodum hi qui nunquam Paulo adiuncti fuerunt,
gloriantur abſcondita & inenarrabilia didiciſſe ſacra-
menta? Quoniam autem Paulus † ſimpliciter quæ ſcie- † *ſimili-*
bat, hæc & † docebat, non ſolùm eos qui cum eo erant, *ter*
verùm omnes audientes, ſe ipſe facit manifeſtum. In Mi- † *docuit.*
leto enim conuocatis Epiſcopis & Presbyteris, qui erant H
ab Epheſo, & à reliquis proximis ciuitatibus, quoniam
ipſe feſtinaret Hieroſolymis Pentecoſten agere, multa te-
ſtificans eis, & dicens quæ oporteret ei Hieroſolymis eue-
nire, adiecit. Scio quoniam iam non videbitis faciem
meam: teſtificor igitur vobis hac die, quoniam mundus
ſum à ſanguine omnium. Non enim ſubtraxi vti non
annuntiarem vobis omnem ſententiam Dei. Attendite
igitur & vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus pro-
poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Domini, quam ſibi
conſtituit per ſanguinem ſuum. Deinde ſignificans futu-
ros malos doctores, dixit: Ego ſcio quoniam aduenient Act.20
poſt diſceſſum meum lupi graues ad vos, non parcentes
gregi. Et ex vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa,
vti conuertant diſcipulos poſt ſe. Noo ſubtraxi (inquit)
vti non annuntiarem omnem ſententiam Dei vobis. Sic
Apoſtoli ſimpliciter & nemini inuidentes, quæ didice-
rant ipſi à Domino, hæc omnibus tradebant. Si igitur
& Lucas nemini inuidens, ea quæ ab eis didicerat,

tradidit

A tradidit nobis, ſicut ipſe teſtificatur dicens. Quemadmo-
dum tradiderunt nobis qui ab initio contemplatores &
miniſtri fuerunt verbi.

Si autem quis refutet & Lucam quaſi non cognoue-
rit veritatem, manifeſtus erit proiiciens Euangelium,
c.1. cuius non dignatur eſſe diſcipulus. Plurima enim & ma-
c.1. gis neceſſaria Euangelij per hunc cognouimus, ſicut
Ioannis generationem, & de Zacharia hiſtoriam, & ad-
uentum Angeli ad Mariam, & exclamationem Eliſa-
beth, & Angelorum ad paſtores deſcenſum, & ea quæ
c 2. ab illis dicta ſunt, & Annæ & Simeonis de Chriſto te-
ſtimonium, & quòd duodecim annorum in Hieruſalem
relictus ſit, & Baptiſmum Ioannis, & quot annorum
Dominus baptizatus ſit, & quia in quintodecimo anno
Tiberij Cæſaris, & in magiſterio illud quod ad diuites
c 6. dictum eſt. Væ vobis diuites, quoniam † percipitis con-
.&c. ſolationem veſtram. Et væ vobis qui ſatiati eſtis, quo-
perce- niam eſurietis: & qui ridetis nunc, quia plorabitis. Et
tis B væ vobis cùm benedixerint vos homines omnes. Secun-
c.5. 4. dùm hæc enim faciebant & pſeudoprophetis patres ve-
ſtri. Et omnia huiuſmodi per ſolum Lucam cognouimus,
& plurimos actus Domini per hunc didicimus, quibus
& omnes vtuntur. Et multitudinem piſcium, quam con-
cluſerunt hi qui cum Petro erant, iubente Domino, vt
mitterent retia. Et illa quæ per octodecim annos paſſa
curata fuerat mulier die ſabbathorum. Et de hydropico,
quem curauit Dominus die ſabbathorum, & quemadmo-
c.14. dum diſputauit quòd curauit in hac die. Et quemadmo-
dum docuit diſcipulos primos diſcubitus non appetere.
Et quoniam pauperes & debiles vocare oportet, qui
c.11. non habent retribuere. Et qui pulſauit nocte ſumere pa-
c.7. nes, & propter inſtantiam importunitatis ſumit: & quo-
modo apud Phariſæum recumbente eo, peccatrix mulier
oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat, & quæ-
cunque propter eam dixit ad Simonem de duobus debi-
C toribus: & de parabola diuitis illius qui recluſit quæ ei
c.12. nata fuerant, cui & dictum eſt. In hac nocte expoſtula-
bunt animam tuam à te: quæ autem præparaſti, cuius
erunt? Similiter autem & diuitis illius qui veſtiebatur
purpura, & iocundabatur nitidè, & egenum Lazarum:
& eam quam ad diſcentes ſuos dixit reſponſionem,
c.16.1. quando dixerunt ei: Adiice nobis fidem. Et eam quæ ad
c.17.5. Zachæum publicanum facta eſt confabulationem. Et de
Phariſæo & Publicano, qui ſimul adorabant in templo.
c.18.1. Et de decem leproſis, quos ſimul emundauit in via. Et
c.14. quoniam de vicis & plateis claudos & cæcos iuſſit colli-
gi ad nuptias, & parabolam iudicis qui Deum non ti-
mebat, quem inſtantia, viduæ fecit vt vindicaret eam.
c.19. Et de arbore fici quæ erat in vinea, quæ non faciebat
fructum. Et alia multa ſunt quæ inueniri poſſunt à ſolo
Luca dicta eſſe, quibus & Marcion & Valentinus vtun-
tur. Et ſuper hæc omnia, poſt reſurrectionem in via ad
diſcipulos ſuos quæ loquutus eſt, & quemadmodum co-
D gnouerunt eum in fractione panis. Neceſſe eſt igitur &
c.24. reliqua quæ ab eo dicta ſunt recipere eos, aut & his re-
lem- nuntiare. Non enim conceditur eis ab his qui ſenſum
s. habent, quædam quidem recipere ex his quæ à Luca di-
cta ſunt, quaſi ſint veritatis, quædam verò refutare
quaſi non cognouiſſet veritatem. Etſi quidem refutaue-
habe- rint, hi qui à Marcione ſunt, non † habent Euangelium:
r hoc enim quod eſt ſecundùm Lucam (quemadmodum
prædiximus) decurtantes, gloriantur ſe habere Euange-
lium. Hi verò qui à Valentino ſunt, ceſſabunt à plurimo
ſubtili- vaniloquio ſuo: ex hoc enim multas occaſiones † ſubti-
tuy lis eloquij ſui acceperunt, interpretari audentes malè,
quæ ab hoc benè ſunt dicta: aut & reliqua ſuſcipere
cogentur intendentes perfecto Euangelio, & Apoſtolo-
rum doctrinæ, oportet eos pœnitentiam agere, vt ſal-
uari à periculo poſſint.

CAPVT XV. E

Aduerſus eos qui fruſtrantur Paulum Apoſtolum.

EAdem autem dicimus iterum & his, qui Paulum
Apoſtolum non cognoſcunt, quoniam aut reliquis
verbis Euangelij, quæ per ſolum Lucam in noſtram ve-
nerunt agnitionem, renuntiare debent, & non vti eis:
aut ſi illa recipiunt omnia, habent neceſſitatem recipere
etiam eam teſtificationem, quæ eſt de Paulo, dicente
ipſo: primùm quidem Dominum ei de cœlo locutum, Act. 9. 4.
Saule, Saule, quid me perſequeris? Ego ſum Ieſus Chri- Ibid.
ſtus, quem tu perſequeris: deinde Ananiæ de eo dicen-
te: Vade, quoniam vas electionis mihi eſt iſte, vt portet
nomen meum in gentibus, & regibus, & filiis Iſraël
Ego enim demonſtrabo ei ea ipſo, quanta oporteat eum F
pati propter nomen meum. Qui igitur non recipiunt
eum qui ſit electus à Deo, ad hoc vt fiducialiter portet
nomen eius, quod ſit miſſus ad quas prædiximus gen-
tes, electionem Domini contemnunt, & ſeipſos ſegre-
gant ab Apoſtolorum conuentu. Neque enim conten-
dere poſſunt Paulum eſſe Apaſtolum, quando in hoc
ſit electus: neque Lucam mendacem eſſe, poſſunt
oſtendere, veritatem nobis cum omni diligentia annun-
tiantem. Fortaſſis enim & propter hoc operatus eſt
Deus plurima Euangelia oſtendi per Lucam, quibus
neceſſe eſt bærere omnes, vti ſequenti teſtificationi eius,
quam habet de Actibus & doctrina Apoſtolorum, om-
nes ſequentes, & regulam veritatis inadulteratam ha-
bentes, ſaluari poſſint. Igitur teſtificatio eius vera, &
doctrina Apoſtolorum manifeſta & firma, & nihil ſub-
trahens, neque alia quidem in abſcondito, alia verò in
manifeſto docentium. Hoc enim fictorum & prauè ſe- G
ducentium, & hypocritarum eſt molimen, quemad-
modum faciunt hi, qui à Valentino ſunt. Hi enim ad
multitudinem propter eos qui ſunt ab Eccleſia, quos
communes Eccleſiaſticos ipſi dicunt, inferunt ſermo-
nes, per quos capiunt ſimpliciores, & illiciunt eos, ſi-
mulantes noſtrum tractatum vt ſæpius audiant: qui &
queruntur de nobis, quòd cùm ſimilia nobiſcum ſen-
tiant, ſine cauſa abſtineamus nos à communicatione
eorum, & cùm eadem dicant, & eandem habeant do-
ctrinam, vocemus illos hæreticos: & cùm deiecerint
aliquos à fide per quæſtiones, quæ fiunt ab eis, & non
contradicentes, auditores ſuos fecerint, his ſeparatim
inenarrabile plenitudinis ſuæ enarrant myſterium. De-
cipiuntur autem omnes, † quia quod eſt in verbis veri- † quis
ſimile, ſe putant poſſe diſcernere à veritate. Suaſorius
enim & veriſimilis eſt, & exquirens fucos error, ſine
fuco autem eſt veritas, & propter hoc pueris credita eſt. H
Et ſi aliquis quidem ea his qui audiunt eos, quærat ſo-
lutiones, vel contradicat eis, hunc quaſi non capien-
tem veritatem, & non habentem de ſuperioribus à ma-
tre ſua ſemen affirmantes, in totum nihil dicunt ei, me-
diatum partium dicentes eſſe illum, hoc eſt Pſychico-
rum. Si autem aliquis quaſi † paruum ouem deditum, † paruum ouem
ſemetipſum ipſis præbeat imitationi illorum, & redem-
ptionem illorum conſecutus eſt, inflatus eſt iſte talis,
neque in cœlo, neque in terra putat ſe eſſe ſed intra
Pleroma introiſſe, & complexum iam Angelum ſuum, Gnoſticorum
cum inſtitorio, & ſupercilio incedit, gallinacei elatio- Οἰκου-
nem habens. Sunt autem apud eos, qui dicunt oporte- νία.
re bonam conuerſationem aſſequi eum hominem, qui † adue-
ſit deſuper † veniens: propter hoc & fingunt quodam niens
ſupercilio grauitatem. Plurimi autem & contemptores
facti, quaſi iam perfecti, ſine reuerentia, & in contem-
ptu viuentes, ſemetipſos ſpiritales vocant, & ſe noſſe
iam dicunt eum, qui ſit inter Pleroma ipſorum refrigerij
locum.

CAPVT XVI.

Quæ ſit Apoſtolorum ſententia de Domino noſtro Ieſu Chriſto.

NOs autem reuertamur ad eundem tractatum. Cùm enim declaratum ſit manifeſtè, quoniam neminem alium Deum vocauerunt, vel Dominum nominauerunt, qui veritatis fuerunt prædicatores & Apoſtoli libertatis, niſi ſolum verum Deum Patrem & Verbum eius, qui in omnibus principatum eius habet; manifeſtè erit oſtenſum, factorem cœli & terræ, & qui locutus ſit cum Moyſe, & legis diſpoſitionem ei dederit, qui conuocauerit patres, Dominum Deum confiteri eos, & alterum neminem noſſe. Manifeſta igitur & Apoſtolorum, & diſcentium eorum ex verbis ipſorum, de Deo facta eſt ſententia.

CAPVT XVII.

Oſtenſio quoniam vnus & idem & ipſe Deus Chriſtus, Verbum ſit Dei.

QVoniam ſunt qui dicunt Ieſum quidem receptaculum Chriſti fuiſſe, in quem deſuper quaſi columbam deſcendiſſe Chriſtum, cùm indicaſſet innominabilem Patrem, incomprehenſibiliter & inuiſibiliter intraſſe in Pleroma. Non enim ſolùm ab hominibus, ſed ne ab his quidem, qui in cœlo ſunt, poteſtatibus & virtutibus apprehenſum eum, & eſſe quidem filium Ieſum, Patrem verò Chriſtum, & Chriſti Patrem, Deum. Alij verò putatiuè eum paſſum naturaliter impaſſibilem exiſtentem Qui autem a Valentino ſunt, Ieſum quidem qui ſit ex diſpoſitione ipſum eſſe qui per Mariam tranſierit, in quem illum de ſuperiori ſaluatorem deſcendiſſe, quem & Chriſtum dici, quoniam omnium qui emiſſent eum, haberet vocabula: participaſſe autem cum eo qui eſſet ex diſpoſitione, de ſua virtute & ſuo nomine, vt mors per hunc euacuaretur, cognoſceretur autem Pater, per eum ſaluatorem quidem qui deſuper deſcendiſſet, quem & ipſum receptaculum Chriſti, & vniuerſæ plenitudinis eſſe dicunt, lingua quidem vnum Chriſtum Ieſum confitentes, diuiſi verò ſententia. Etenim hæc eſt ipſorum regula, quemadmodum prædiximus, vt alterum quidem Chriſtum fuiſſe dicunt, qui ab vnigenito ad correctionem plenitudinis præmiſſus eſt. Alterum verò ſaluatorem eſſe † ad glorificationem Patris miſſum. Alterum verò ex diſpoſitione, quem & paſſum dicunt recurrentem in Pleroma ſaluatorem, qui Chriſtum portabat. Neceſſe habemus vniuerſam Apoſtolorum de Domino noſtro Ieſu Chriſto ſententiam adhibere, & oſtendere eos non ſolùm nihil tale ſenſiſſe de eo, verùm amplius & ſignificaſſe Spiritum ſanctum, qui inciperent talia docere ſummiſſi à Satana, vti quorundam fidem euerterent, & abſtraherent eos à vita.

CAPVT XVIII.

Aduerſus eos qui dicunt illum putatiuè apparuiſſe.

ET quoniam Ioannes vnum & eundem nouit Verbum Dei, & hunc eſſe vnigenitum, & hunc incarnatum eſſe pro ſalute noſtra Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, ſufficienter ex ipſius Ioannis ſermone demonſtrauimus. Sed & Matthæus vnum & eundem Ieſum Chriſtum cognoſcens, eam quæ eſt ſecundùm hominem generationem eius ex Virgine exponens, ſicut promiſit Deus Dauid, ex fructu ventris eius, & excitaturum ſe æternum † regnum, multò prius Abrahæ eandem faciens promiſſionem, ait: Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham. Dehinc vt liberaret mentem noſtram à ſuſpicione, quæ eſt circa Ioſephi, ait: Chriſti autem generatio ſic erat. Cùm eſſet deſponſata mater eius Ioſeph, priuſquam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto. E Gen. 22. 18. Dehinc cùm Ioſeph cogitaret dimittere Mariam, quoniam prægnans erat, aſſiſtentem ei Angelum Dei & dicentem: Matth. 1. Ne timueris aſſumere Mariam coniugem tuam: Matth. 1. 18 & 20. quod enim habet in vtero, de Spiritu ſancto eſt. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Hic enim ſaluabit populum ſuum à peccatis ſuis. Hoc autem factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt a Domino per Prophetam: Ecce, virgo † concipiet in vtero, † accipiet Iſai. 7. 14. & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod interpretatum eſt, Nobiſcum Deus: manifeſtè ſignificans, eius promiſſionem quæ fuerat ad patres impletam, ex virgine natum filium Dei, & hunc ipſum eſſe Saluatorem Chriſtum, quem Prophetæ prædicauerunt: non ſicut ipſi dicunt, Ieſum quidem ipſum eſſe qui ex Maria ſit natus, Chriſtum verò qui deſuper deſcendit. F Cæterum, poterat dicere Matthæus, Ieſu verò generatio ſic erat, ſed præuidens Spiritus ſanctus deprauatores, & præmuniens contra fraudulentiam eorum, per Matthæum ait: Chriſti autem generatio ſic erat; Ioan. 1. 13 & 14. & quoniam hic eſt Emmanuel, ne fortè tantùm eum hominem putaremus: Non enim ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex voluntate Dei, Verbum caro factum eſt: neque alium quidem Ieſum, alterum autem Chriſtum ſuſpicaremur fuiſſe, ſed vnum & eundem ſciremus Deum eſſe: hoc ipſum interpretatus eſt Paulus ſcribens ad Rom. Rom. 1. 1. Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti prædeſtinatus in Euangelium Dei quod promiſit per Prophetas ſuos, in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Rom. 9. 5. Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute per Spiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti Domini noſtri. Et iterum ad Rom. ſcribens de Iſraël, dicit: Quorum patres, & ex quibus Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt Deus ſuper omnes benedictus in ſæcula. Gal. 4. 4. Et iterum in epiſt. quæ eſt ad Galatas, ait: G Cùm autem venit plenitudo temporis, † factum miſit Deus filium ſuum, † natum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionem perciperemus: manifeſtè ſignificans vnum quidem Deum, qui per Prophetas promiſſionem de filio fecerit; vnum autem Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui de ſemine Dauid, ſecundùm eam generationem quæ eſt ex Maria, hunc deſtinatum filium Dei Ieſum Chriſtum in virtute ſecundùm Spiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum, vt ſit primogenitus mortuorum, quemadmodum primogenitus in omni conditione, filius Dei, hominis filius factus, vt per eum adoptionem percipiamus, portante homine, & capiente, & complectente filium Dei. Marc. 1. 1. Propter hoc & Marcus ait: Initium Euangelij Ieſu Chriſti filij Dei, Pſ. 131. 11. Iſai. 9. 7. quemadmodum ſcriptum eſt in Prophetis: vnum & eundem ſciens filium Dei Ieſum, Luc. 1. 69. qui à Prophetis annunciatus eſt, qui ex fructu ventris Dauid, Emmanuel magni conſilij Patris nuntius, Pſal. 77. 5. per quem ortum fecit Deus domui Dauid Orientem & iuſtum, & erexit ei cornu ſalutis, H & ſuſcitauit teſtimonium in Iacob, quemadmodum Dauid cauſas generationis eius diſſerens, ait. Et legem poſuit in Iſraël, vt cognoſcat generatio altera, filij qui naſcentur ex his, & ipſi exurgentes enarrabunt filiis ſuis, vt ponant in Deum ſpem ſuam, & præcepta eius exquirant. Luc. 1. 32. Et ruſus Angelus euangelizans Mariæ ait: Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur, & dabit ei Dominus thronum Dauid patris ſui. Eum qui ſit filius Altiſſimi, hunc eundem & Dauid filium confitens. Cuius & Dauid diſpoſitionem aduectus per Spiritum ſanctum cognoſcés, † Dominus Pſal. 26. 1. per quam † Dominus eſt omnium viuorum & mortuorum, Dominum eum confeſſus eſt ſedentem ad dextram Patris altiſſimi. Et Simeon autem ille, qui reſponſum acceperat à Spiritu ſancto, non viſurum eum mortem, niſi prius videret Chriſtum Ieſum, hunc ex manibus accipiens Virginis, benedixit Deum, & dixit: Luc. 2. 32. Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ

2 Iſraël. Infantem quem in manibus portabat Ieſum, natum ex Maria, ipſum confitens eſſe Chiſtum filium Dei, lumen omnium, & gloriam ipſius Iſraël, & pacem & refrigerium eorum, qui in dormitionem ierunt. Iam enim expoliabat homines, auferens ignorantiam ipſorum ſuam autem agnitionem eis donans, & diſpartitionem faciens
8.3. eorum qui cognoſcebant eum, quemadmodum Eſaias: Voca, inquit, nomen eius Velociter ſpolia, celeriter diſpartite. Hæc ſunt autem opera Chriſti. Ipſe igitur erat
medi- Chriſtus, quem portans Simeon † benedixit Altiſſimum;
r. quem paſtores cùm vidiſſent, glorificabant Deum, quem
t. Ioannes, cùm adhuc in ventre matris ſuæ eſſet, & ille in vulua Mariæ, Dominum cognoſcens, exultans ſalutabat.
h 2 Quem Magi videntes, & adorantes, & afferentes munera quæ prædiximus, & ſubſternentes ſemetipſos æterno Regi, per alteram abierunt viam: non iam per
1. 3. Aſſyriorum reuertentes viam. Priuſquam enim cognoſceret puer vocare patrem aut matrem, accipiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ, contra regem Aſſyriorum: occultè quidem, ſed potenter omnia manifeſtans, quo-
com- niam † occulta manu expugnabat Dominus Amalech propter hoc & pueros eripiebat, qui erant in domo Dauid, bene ſortiti illo tempore naſci, vt eos præmitteret in ſuum regnum, ipſe infans cum eſſet, infantes hominum martyres parans propter Chriſtum, qui in Bethleem natus eſt Iudæ, in ciuitate Dauid interfectos ſecundum
2. Scripturas. Propter quod & Dominus diſcipulis poſt reſurrectionem dicebat, O inſenſati, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt Prophetæ! Nonne hæc oportebat pati Chriſtum, & ita introire clarita-
4. tem ſuam? Et iterum ait eis: Hi ſunt ſermones quos locutus ſum ad vos, cùm adhuc eſſem vobiſcum, quoniam oportet impleri omnia ſcripta in lege Moyſi, &
4. Prophetis, & pſalmis de me. Tunc aperuit eorum ſenſum, vt intelligerent Scripturas, & dixit ad eos: Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis & prædicari in nomine eius pœnitentiam in remiſſionem peccatorum in omnes gentes. Hic autem eſt, qui ex Maria natus eſt. Oportet enim (inquit) Filium hominis multa pati, & reprobari, &
8. crucifigi, & die tertio reſurgere. Non ergò alterum fi-
7. lium hominis nouit Euangelium, niſi hunc qui ex Maria, qui & paſſus eſt. Sed neque Chriſtum auolantem ante paſſionem ab Ieſu; ſed hunc qui natus eſt Ieſum Chriſtum nouit Dei Filium, & eundem hunc paſſum reſurrexiſſe, quemadmodum Ioannes Domini diſcipulus confirmat dicens. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis quoniam Ieſus eſt Chriſtus Filius Dei, & vt credentes vitam æternam habeatis in nomine eius: prouidens has blaſphemas regulas, quæ diuidunt Dominum, quantum ex ipſis attinet, ex altera & altera ſubſtantia, dicentes eum factum. Propter quod & in epiſtola ſua ſic teſtifica-
5. tus eſt nobis. Filioli, nouiſſima hora eſt, & quemadmodum audiſtis quoniam Antichriſtus venit, nunc Antichriſti multi facti ſunt: vnde cognoſcimus quoniam nouiſſima hora eſt. Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis: ſi enim fuiſſent ex nobis, permanſiſſet vtique nobiſcum: ſed vt manifeſtarentur quoniam non ſunt ex no-
2. bis. Cognoſcite ergò quoniam omne mendacium extraneum eſt, & non eſt de veritate. Quis eſt mendax, niſi qui negat quoniam Ieſus non eſt Chriſtus? hic eſt Antichriſtus. Quia autem omnes qui prædicti ſunt, etſi lingua quidem confitentur vnum Ieſum Chriſtum, ſemetipſos deridentes, aliud quidem ſentientes, aliud verò dicentes. Et enim argumenta illorum varia, quemadmodum oſtendimus, alterum quidem paſſum & natum hunc eſſe Chriſtum
i- annuntiant, & eſſe alterum eorum: † Demiurgi autem quiſit ex diſpoſitione, vel eum qui ſit ex Ioſeph, quemque paſſibilem argumentantur: alterum verò eorum ab inuiſibilibus & inenarrabilibus deſcendiſſe, quem & inuiſiblem & incomprehenſibilem, & impaſſibilem eſſe confirmant, errantes à veritate, eo quod abſiſtat ſententia eorum ab eo, qui eſt verè Deus, neſcientes quoniam huius Verbum vnitus, qui ſemper humano generi adeſt vnitus & conſparſus ſuo plaſmati ſecundùm placitum Patris, & caro factus: ipſe eſt Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui & paſſus eſt pro nobis, & ſurrexit propter nos: & rurſus venturus eſt in gloria Patris, ad reſuſcitandam vniuerſam carnem, & ad oſtenſionem ſalutis, & regulam iuſti iudicij oſtendere omnibus qui ſub ipſo facti ſunt. Vnus igitur Deus Pater, quemadmodum oſtendimus, & vnus Chriſtus Ieſus Dominus noſter veniens per vniuerſam diſpoſitionem, & omnia in ſemetipſo recapitulans, in omnibus autem eſt, & homo plaſmatio Dei: & hominem ergo in ſemetipſo recapitulatus eſt inuiſibilis & viſibilis factus, & incomprehenſibilis factus comprehenſibilis, & impaſſibilis, paſſibilis, & Verbum homo, vniuerſa in ſemetipſum recapitulans, vti ſicut in ſupercœleſtibus & ſpiritalibus, & inuiſibilibus princeps eſt Verbum Dei: ſic & in viſibilibus & corporalibus principatum habeat, in ſemetipſum primatum aſſumens, & apponens ſemetipſum caput Eccleſiæ, vniuerſa attrahat ad ſemetipſum apto in tempore. Nihil enim incomptum atque intempeſtiuum apud eum, quomodo nec incongruens eſt apud Patrem. Præcognita ſunt enim hæc omnia à Patre, perficiuntur autem à Filio, ſicut congruum & conſequens eſt apto tempore. Propter hoc properante Maria ad admirabile vini ſignum, & ante tempus volente participare compendij poculo, Dominus repellens eius intempeſtiuam feſtinationem dixit. Quid mihi & tibi eſt mulier? nondũ venit hora mea: expectans eam horã quæ eſt à Patre præcognita. Propter hoc cùm ſæpè vellent eum homines apprehendere: Nemo (inquit) † miſit manus ei: nondum enim venerat hora apprehenſionis eius, nec tempus paſſionis, quod præcognitũ fuerat à Patre, quemadmodũ & Abacuc propheta ait: In eo cum appropinquarint anni, cognoſceris, in aduentu temporis oſtendèris, in eo quod turbetur anima mea in ira, miſericordiæ tuæ memoraberis. Sed & Paulus ait: Cùm autem venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum. Per quod manifeſtum eſt quoniam omnia quæ præcognita erant à Patre, ordine & tempore, & hora præcognita & apta perfecit, Dominus noſter, vnus quidem & idem exiſtens, diues autem & multus. Diuiti enim & multæ voluntati Patris deſeruit, cùm ſit ipſe Saluator eorum qui & ſaluantur, & Dominus eorum qui ſunt ſub dominio, & Deus eorum quæ conſtituta ſunt vnigenitus Patris, & Chriſtus qui prædicatus eſt, & Verbum Dei incarnatus, cum adueniſſet plenitudo temporis, in quo filium hominis fieri oportebat Filium Dei. Igitur omnes extra diſpoſitionem ſunt, qui ſub obtentu agnitionis, alterum quidem Ieſum intelligunt, alterum autem Chriſtum, & alterum Vnigenitum. Ob hoc autem rurſum eſſe Verbum, & alterum Saluatorem, quem etiam eorum qui in deminoratione facti ſunt Æones, emiſſionem eſſe dicunt, hi qui ſunt erroris diſcipuli: qui à foris quidem oues: per eam enim quam habent extrinſecus loquelam, ſimiles nobis apparent, eandem nobiſcum loquentes; intrinſecus verò lupi. Sententia enim eorum homicidialis, Deos quidem plures confingens, & patres multos ſimulans, comminuens autem & per multa diuidens Filium Dei, quos & Dominus nobis cauere prædixit, & diſcipulus eius Ioannes in prædicta epiſtola fugere eos præcepit dicens: Multi ſeductores exierunt in hunc mundum, qui non confitentur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe. Hic eſt ſeductor & Antichriſtus: videte eos, ne perdatis quod operati eſtis. Et rurſus in epiſtola ait: Multi pſeudoprophetæ exierunt de ſæculo. In hoc cognoſcite Spiritum Dei. Omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt. Et omnis ſpiritus, qui ſoluit Ieſum Chriſtum, non eſt ex Deo, ſed ex Antichriſto eſt. Hæc autem ſimilia ſunt illi, quod in Euangelio dictum eſt, quoniam Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Propter quod rurſus in epiſtola clamat: Omnis qui credit quia Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt, vnum & eundem ſciens Ieſum Chriſtum, cui apertæ ſunt portæ cœli, propter carnalem eius aſſumptionem, qui etiam in eadem carne, in qua paſſus eſt, veniet gloriam reuelare Patris.

Et Paulus autem his conſentiens, Romanos alloquens, ait: Multo magis hi qui abundantiam gratiæ & iuſtitiæ

Right margin: E; F; Ioan. 2. 3.; † *immiſit.*; Ioan. 7. 32.; Abac. 3. 2.; Galat. 4. 4.; G; *Haretici lupi ſunt, oniũ pellibus tecti.*; Matth. 7. 15.; 1 Ioan. 4. 1.; 1. Ioan. 4. 2.; H; Ioan. 1. 14.; Rom. 5. 17.

Digitized by Google

accipiunt in vitam, regnabunt per vnum Ieſum Chri-
ſtum. Neſcit ergo eum qui euolauit Chriſtum ab Ieſu;
neque eum nouit Saluatorem, qui ſurſum eſt, quem im-
paſſibilem dicunt. Si enim alter quidem paſſus eſt, alter
autem impaſſibilis manſit; & alter quidem natus eſt,
alter verò in eum qui natus eſt deſcendit, & rurſus reli-
quit eum; non vnus, ſed duo monſtrantur. Quoniam au-
tem vnum eum, & qui natus eſt, & qui paſſus eſt, Chri-
ſtum Ieſum nouit Apoſtolus, in eadem epiſtola iterum
dicit. An ignoratis † quia quotquot baptizati ſumus in
Chriſto Ieſu, in morte eius baptizati ſumus? vt quemad-
modum reſurrexit Chriſtus à mortuis, ſic & nos in noui-
tate vitæ ambulemus. Rurſus autem ſignificans Chriſtum
paſſum, & ipſum eſſe Filium Dei, qui pro nobis mor-
tuus, & ſanguine ſuo redemit nos, in præfinito tempo-
re, ait. Vt quid enim Chriſtus cùm adhuc eſſemus infir-
mi ſecundùm tempus, pro impiis mortuus eſt? Com-
mendat autem ſuam dilectionem Deus in nobis, quo-
niam cùm adhuc eſſemus peccatores, pro nobis Chriſtus
mortuus eſt: multo magis iuſtificati nunc in ſanguine
eius ſalui erimus, per ipſum ab ira. Si enim cùm eſſemus
inimici, reconciliati ſumus Deo per mortem Filij eius,
multo magis reconciliati, ſalui erimus in vita eius. Hunc
eundem qui apprehenſus eſt, paſſus eſt, & effudit ſan-
guinem ſuum pro nobis, hunc Chriſtum, hunc Filium
Dei manifeſtiſſimè annuntians, qui etiam ſurrexit, &
aſſumptus eſt in cœlum, quemadmodum ipſe ait. Simul
autem Chriſtus mortuus eſt, imò qui & reſurrexit, qui
eſt in dextera Dei. Et iterum. Scientes quoniam Chriſtus
reſurgens à mortuis, iam non moritur. Præuidens enim
& ipſe per ſpiritũ ſubdiuiſiones malorum magiſtrorum,
& omnem ipſorum occaſionem diſſenſionis volens ab-
ſcindere, ait quæ prædicta ſunt. Si autem Spiritus eius
qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis, habitat in nobis, qui ſu-
ſcitauit Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia cor-
pora noſtra. Vnum quod non exclamat ad eos qui vo-
lunt audire Deum: Quoniam nolite errare, vnus & idem
eſt Chriſtus Ieſus Filius Dei, qui per paſſionem reconci-
liauit nos Deo, & reſurrexit à mortuis, qui eſt in dexte-
ra Patris, & perfectus in omnibus: qui cùm vapularet,
non repercutiebat? qui cùm pateretur, non eſt † mina-
tus; & cùm tyrannidem pateretur, rogabat Patrem vt
ignoſceret his qui ſe crucifixerant. Ipſe enim verè ſalua-
uit. Ipſe eſt enim Verbum Dei, ipſe vnigenitus a Patre
Chriſtus Ieſus † Deus noſter.

CAPVT XIX.

De eo qui deſcendit in ipſum ſpiritu.

ETenim potuerunt dicere Apoſtoli, Chriſtum de-
ſcendiſſe in Ieſum: aut illum ſuperiorem Saluato-
rem, in eum qui ſit diſpoſitionis: aut illum qui eſt ab
inuiſibilibus, in eum qui eſt Demiurgi. Sed nihil qui-
dem tale neque ſcierunt, neque dixerunt: ſi enim ſciſ-
ſent, dixiſſent vtique: quod autem erat, hoc & dixe-
runt, Spiritum Dei ſicut columbam deſcendiſſe in eum,
hunc Spiritum, de quo ab Eſaia dictum eſt: Et requieſcet
ſuper eum Spiritus Dei, ſicut prædiximus. Et iterum:
Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me. Iſte
Spiritus, de quo ait Dominus: Non enim vos eſtis qui
loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vo-
bis. Et iterum, poteſtatem regenerationis in Deum de-
mandans diſcipulis, dicebat eis: Euntes docete omnes
gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, &
Spiritus ſancti. Hunc enim promiſit per Prophetas effun-
dere in nouiſſimis temporibus ſuper ſeruos & ancillas,
vt prophetent: vnde & in Filium Dei, filium hominis
factum deſcendit, cum ipſo aſſueſcens habitare in gene-
re humano, & requieſcere in hominibus, & habitare in
plaſmate Dei, voluntatem Patris operans in ipſis, & re-
nouans eos à vetuſtate in nouitatem Chriſti. Hunc Spi-
ritum † petit Dauid humano generi dicens: Et Spiritu
principali confirma me. Quem & deſcendiſſe Lucas ait E
poſt aſcenſum Domini ſuper diſcipulos in Pentecoſte, Actor. 2.
habentem poteſtatem omnium gentium ad introitum vi-
tæ, & † apertionem noui Teſtamenti: vnde & omni-
bus linguis † conſpiranter hymnum dicebant Deo, Spi- † adaperitionem
ritu ad vnitatem redigente diſtantes tribus, & primitias † conſpirantes
omnium gentium offerente Patri: vnde & Dominus
pollicitus eſt mittere ſe Paracletum, qui nos aptaret Deo. Ioan. 14. 16.
Sicut enim de arido tritico maſſa vna fieri non poteſt ſine
humore, neque vnus panis: ita nec nos multi vnum fieri Ioan. 16. 7.
in Chriſto Ieſu poteramus, ſine aqua quæ de cœlo eſt. Et
ſicut arida terra, ſi non percipiat humorem, non fructi-
ficat: ſic & nos, lignum aridum exiſtentes primùm, nun-
quam fructificaremus vitam, ſine ſuperna voluntaria plu-
uia. Corpora enim noſtra per lauacrum illud quod eſt ad Tit. 3. 5.
incorruptionem, vnitatem acceperunt: animæ autem
per Spiritum. Vnde & vtraque neceſſaria, cùm vtraque
proficiunt in vitam Dei, miſerante Domino noſtro Ieſu F
Chriſto. Samaritanæ illi præuaricatrici, quæ in vno viro Ioan. 4.
non manſit, ſed fornicata eſt in multis † impiis, & oſten- † nuptiis
dente ei & pollicente aquam viuam, vt vlterius non ſiti-
ret, neque occuparetur ad humectationem aquæ labo-
rioſæ, habens in ſe potum ſalientem in vitam æternam,
† quam Dominus accipiens munus à Patre, ipſe quoque † quod
his donauit, qui ex ipſo participantur, in vniuerſam ter-
ram mittens Spiritum Sanctum.

Hanc muneris gratiam præuidens Gedeon ille Iſraëli- Iud. 6.
ta, quem elegit Deus, vt ſaluaret populum Iſraël de po- 47.
tentatu alienigenarum, demutauit petitionem & ſuper
vellus lanæ in quo tantùm primùm ros fuerat, quod erat
typus populi, ariditatem futuram prophetans: hoc eſt,
non iam habituros eos à Deo Spiritum ſanctum, ſicut
Eſaias ait. Et nubibus mandabo ne pluant ſuper eam. In Iſai. 5. 6.
omni autem terra fieri ros, quod eſt Spiritus Dei, qui
deſcendit in Dominum, ſpiritus ſapientiæ & intellectus,
ſpiritus conſilij & virtutis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, G
ſpiritus timoris Dei: quem ipſum iterum dedit Eccleſiæ, Iſai. 11. 2.
in omnem terram mittens de cœlis Paracletum, vbi &
Diabolum, tanquam fulgur, proiectum ait Dominus.
Quapropter neceſſarius nobis eſt ros Dei, vt non com- Luc. 10. 18.
buramur, neque infructuoſi efficiamur: & vbi accuſato- Luc. 10.
rem habemus, illic habeamus & paracletum: commen- 30.
dante Domino Spiritui ſancto ſuum hominem, qui inci-
derat in latrones, cui ipſe miſertus eſt, & ligauit vulnera
eius, dans duo denarii regalia, vt per Spiritum imagi-
nem & inſcriptionem Patris & Filij accipientes, fructi-
ficemus creditum nobis denarium, multiplicatum Do-
mino annumerantes.

Spiritu itaque deſcendente ſuper prædictam diſpoſi- Galat. 3. 25.
tionem, & Filio Dei vnigenito, qui & Verbum eſt Pa-
tris, veniente plenitudine temporis incarnato, in homi-
nem propter hominem, & omnem ſecundùm hominem
diſpoſitionem implente Ieſu Chriſto Domino noſtro, vno
& eodem exiſtente, ſicut & ipſe Dominus teſtatur, &
Apoſtoli confitentur, & Prophetæ annuntiant; menda-
ces oſtenſæ ſunt vniuerſæ doctrinæ eorum, qui octona-
tiones & quaternationes putatiuas adinuenerunt, & ſub-
diuiſiones excogitauerunt: qui Spiritum quidem inte-
rimunt, alium autem Chriſtum, & alium Ieſum intelli-
gunt, & non vnum Chriſtum, ſed plures fuiſſe docent.
Et ſi vnitos eos dixerint, iterum oſtendunt eum quidem
participaſſe paſſionem: hunc autem impaſſibilem per-
ſeueraſſe; & hunc quidem aſcendiſſe in Pleroma, hunc
autem in medietate remanſiſſe; & hunc quidem in inui-
ſibilibus & innominabilibus epulari & oblectari, hunc
autem aſſidere Demiurgo euacuantem eum virtute. Vnde
& oportebit & te, & omnes qui intendunt huic ſcriptu-
ræ, & ſoliciti ſunt pro ſua ſalute, non quum audiunt fo-
rinſecus eorum ſermones, ſponte ſuccumbere. Similia
enim loquentes fidelibus, ſicut prædiximus, non ſolùm
diſſimilia ſapiunt, ſed & contraria, & per omnia plena
blaſphemiis, per quæ interficiunt eos, qui per ſimilitu-
dinem verborum diſſimile affectionis eorum in ſe attra-
hunt venenum. Sicut quis aquæ mixtum gypſum dans
pro lacte, ſeducat per ſimilitudinem coloris, ſicut qui-

dam dixit ſuperior nobis, de omnibus qui quolibet modo deprauant quæ ſunt Dei, & adulterant veritatem Dei, Lactegypſum malè miſcetur.

CAPVT XX.

Quæ cauſa fuit vt Verbum Dei caro fieret.

OStenſo manifeſtè quòd in principio Verbum exiſtens apud Deum, per quem omnia facta ſunt, qui & ſemper aderat generi humano, hunc in nouiſſimis temporibus ſecundùm præfinitum tempus à Patre, vnitum ſuo plaſmati paſſibilem hominem factum: excluſa eſt omnis contradictio dicentem: Si ergo tunc oatus eſt, non erat ante Chriſtus. Oſtendimus enim, quia non tunc cœpit Filius Dei exiſtens ſemper apud Patrem, ſed quando incaroatus eſt, & homo factus, longam hominum expoſitionem in ſeipſo recapimlauit, in compendio nobis ſalutem præſtans, vt quod perdideramus in Adam, id eſt, ſecundùm imaginem & ſimilitudinem eſſe Dei, hoc in Chriſto Ieſu reciperemus. Quia enim non erat poſſibile eum hominem qui ſemel victus fuerat & eliſus per inobedientiam, replaſmare, & obtinere brauium victoriæ: iterum autem impoſſibile erat, vt ſalutem perciperet, qui ſub peccato ceciderat: vtraque operatus eſt Filius Verbum Dei exiſtens, à Patre deſcendens, & incarnatus, & vſque ad mortem deſcendens, & diſpenſationem conſummans ſalutis noſtræ, cui credere nos indubitatè adhortans, iterum dicit: Ne dixeris in corde tuo, Quis aſcendet in cœlum? hoc eſt, Chriſtum deducere. Aut, quis deſcendet in abyſſum? hoc eſt, Chriſtum à mortuis eliberare. Deinde infert: Quoniam ſi confitearis in ore tuo Dominum Ieſum, & credideris in corde tuo, quoniam Deus illum excitauit à mortuis, ſaluus eris. Et rationem reddidit propter quam cauſam hæc fecit Verbum Dei, dicens. In hoc enim Chriſtus & vixit, & mortuus eſt, & reſurrexit, vt viuorum & mortuorum dominetur. Et iterum ad Corinthios ſcribens ait. Nos autem annuntiamus Chriſtum Ieſum crucifixum. Et infert: Calix benedictionis quem benedicimus, nonne communicatio ſanguinis eſt Chriſti? Quis eſt autem qui † communicat nobis de eſcis? Vtrum is qui ab illis affingitur ſurſum Chriſtus, ſuperextenſus Horo, id eſt, fini, & firmauit eorum matrem: an verò qui ex virgine eſt Emmanuel, qui butyrum & mel manducauit: de quo ait Propheta: Et homo eſt, & quis † cognoſcit eum? Hic idem à Paulo annuntiabatur. Tradidi enim (inquit) vobis in primis, quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, ſecundùm Scripturas, & quoniam ſepultus eſt, & reſurrexit tertia die ſecundùm Scripturas. Manifeſtum eſt igitur quoniam Paulus alterum Chriſtum neſcit, niſi hunc ſolum, qui & paſſus eſt, & ſepultus eſt, & reſurrexit: qui & natus eſt, quem & hominem dixit. Cùm enim dixiſſet: Si autem Chriſtus annuntiatur quoniam à mortuis reſurrexit, intulit rationem reddens incarnationis eius. Quoniam per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum: & vbique in paſſione Domini noſtri, & humanitate, & mortificatione eius, Chriſti vſus eſt nomine, quemadmodum illo. Noli eſca tua perdere illum, pro quo Chriſtus mortuus eſt. Et iterum. Nunc autem in Chriſto, vos qui aliquando fuiſtis longè, facti iſtis proximi in ſanguine Chriſti. Et iterum. Chriſtus nos redemit de maledicto Legis: factus pro nobis maledictum: quoniam ſcriptum eſt: Maledictus omnis qui pendet in ligno.

Et iterum: Et periet infirmus in tua ſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt, ſignificans quoniam non Chriſtus impaſſibilis deſcendit in Ieſum; ſed ipſe Ieſus Chriſtus cùm eſſet, paſſus eſt pro nobis, qui decubuit & reſurrexit, qui deſcendit, & aſcendit Filius Dei, filius hominis factus: quemadmodum & ipſum nomen ſignificat. In Chriſti enim nomine ſubauditur, qui vnxit, & ipſe qui vnctus eſt, & ipſa vnctio in qua vnctus eſt. Et vnxit quidem Pater, vnctus eſt verò Filius, [E] in Spiritu, qui eſt vnctio; quemadmodum per Eſaiam [Iſai. 61.1.] ait ſermo: Spiritus Dei ſuper me, propter quod vnxit [Luc. 4. 18.] me ſignificans & vngentem Patrem, & vnctum Filium, & vnctionem qui eſt Spiritus. Et ipſe autem Dominus manifeſtum † fecit eum qui eſt paſſus. [† facit] Cùm enim interrogaſſet diſcipulos, Quem me homines dicunt eſſe filium [Matth. 16. 13] hominis? Petrus cùm reſpondit, Tu es Chriſtus Filius [Marc. 8. 27.] Dei viui, & cùm laudatus eſſet ab eo, Quoniam caro & ſanguis non reuelauit ei, ſed Pater qui eſt in cœlis, manifeſtum fecit quoniam filius hominis, hic eſt Chriſtus Filius Dei viui. Ex eo enim (inquit) cœpit demonſtrare diſcentibus, quoniam oportet illum Hieroſolymam ire, & multa pati à ſacerdotibus, & reprobari, & crucifigi, & tertia die reſurgere. Ipſe qui agnitus eſt à [Luc. 9. 10.] Petro Chriſtus, qui eum beatum dixit, quoniam Pater ei reuelauit Filium Dei viui, dixit ſemetipſum oportere [F] multa pati & crucifigi. Et tunc Petrum increpauit ſecundùm opinionem hominum putantium eum eſſe Chriſtum, [Matth. 16. 17.] & paſſionem eius auerſantium: & dixit diſcipulis. [Matth. 16 24.] Si quis vult poſt me venire, abneget ſe, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet illam: & qui eam perdiderit propter me inueniet eam. Hæc enim Chriſtus manifeſtè dicebat, ipſe exiſtens Saluator eorum, qui propter ſuam confeſſionem in mortem traderentur, & perderent animas ſuas. Si autem ipſe non erat paſſurus, ſed auolaret à Ieſu, quid & adhortabatur diſcipulos tollere crucem, & ſequi ſe, quam ipſe non tollebat ſecundùm ipſos, ſed relinquebat diſpoſitionem paſſionis? Quoniam enim non de agnitione ſuperioris crucis dicit hoc, quemadmodum quidam audeot exponere: ſed de paſſione, quam oportebat illum pati, & ipſis diſcipulis eius futurum erat vt paterentur, intulit: Quicunque enim [Matth. 10. 38.] ſaluauerit animam ſuam, perdet eam: & qui perdiderit, inueniet eam. [G] Et quoniam paſſuri erant diſcipuli eius, propterea dicebat Iudæis. [Matth. 23. 34.] Ecce, ego mitto ad vos Prophetas, & ſapientes, & doctores, & ex his interficietis & [Matth. 10. 16.] crucifigetis. Et diſcipulis dicebat: Ante duces & reges ſtabitis propter me, & ex vobis flagellabunt & interficient, & perſequentur à ciuitate in ciuitatem. Sciebat igitur & eos qui perſecutionem paſſuri † erant; [† eſſent] ſciebat & eos, qui flagellari & occidi haberent propter eum: & non altera de cruce, ſed paſſione, quam paſſurus eſſet ipſe prior, poſt deinde diſcipuli eius. Erat ergo ſermo eius adhortantis etiam illos: [Ibid 26.] Nolite timere eos qui occi- [Ibid. 12.] dunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: timete autem magis eum qui habet poteſtatem & corpus & animam mittere in gehennam, & ſeruate eas quæ eſſent ad eum confeſſiones. Etenim ipſe confeſſurum ſe promittebat coram Patre ſuo eos qui confiterentur nomen ſuum coram hominibus; negaturum autem eos qui negarent eum, & confuſurum, qui confunderentur contra confeſſionem eius.

[H] Et cùm hæc ita ſe habeant, ad tantam temeritatem progreſſi ſunt quidam vt etiam Martyres ſpernant; & vituperent eos qui propter Domini confeſſionem occiduntur, & ſuſtent omnia à Domino prædicta, & ſecundùm hoc conantur veſtigia † ſequi paſſionis Domini [† aſſequi] † paſſibiles Martyres facti, [† paſſibilis.] quos & concedimus ipſis martyribus. Cum enim inquiretur ſanguis eorum, & gloriam conſequentur, tunc à Chriſto confundentur omnes qui inhonorauerunt eorum martyrium. Et ex hoc autem quòd Dominus in cruce dixerit: [Luc. 23. 34.] Pater dimitte eis, non enim ſciunt quid faciunt, longanimitas, & patientia, & miſericordia, & bonitas Chriſti oſtenditur, vt ipſe & pateretur, & ipſe excuſaret eos qui ſe malè tractaſſent. Verbum enim Dei quod, nobis dixit, [Matth. 5. 44.] Diligite inimicos veſtros, & orate pro eis qui vos oderunt, ipſe hoc fecit in cruce, in tantùm diligens humanum genus, vt etiam pro his qui ſe interficerent, poſtularet. Si quis autem quaſi duorum exiſtentium iudicium de his faciat, inuenietur multò melior, & patientior, & verè bonus, qui in vulneribus ipſis & plagis, & reliquis quæ in eum commiſerunt, beneficus eſt, nec memor eſt in ſe com-

A accipiunt in vitam, regnabunt per vnum Ieſum Chri-
ſtum. Neſcit ergo eum qui euolauit Chriſtum ab Ieſu;
neque eum nouit Saluatorem, qui ſurſum eſt, quem im-
paſſibilem dicunt. Si enim alter quidem paſſus eſt, alter
autem impaſſibilis manſit; & alter quidem natus eſt,
alter verò in eum qui natus eſt deſcendit, & rurſus reli-
Rom. 6. 8. quit eum; noo vnus, ſed duo monſtrantur. Quoniam au-
tem vnum eum, & qui natus eſt, & qui paſſus eſt, Chri-
ſtum Ieſum nouit Apoſtolus, in eadem epiſtola iterum
† *quoniã* dicit. An ignoratis † quia quotquot baptizati ſumus in
Chriſto Ieſu, in morte eius baptizati ſumus? vt quemad-
modum reſurrexit Chriſtus à mortuis, ſic & nos in noui-
Rom. 5. 8. tate vitæ ambulemus. Rurſus autem ſignificans Chriſtum
paſſum, & ipſum eſſe Filium Dei, qui pro nobis mor-
tuus, & ſanguine ſuo redemit nos, in præfinito tempo-
re, ait. Vt quid enim Chriſtus cùm adhuc eſſemus infir-
mi ſecundùm tempus, pro impiis mortuus eſt? Com-
B mendat autem ſuam dilectionem Deus in nobis, quo-
niam cùm adhuc eſſemus peccatores, pro nobis Chriſtus
mortuus eſt: multo magis iuſtificati nunc in ſanguioe
eius ſalui erimus, per ipſum ab ira. Si enim cùm eſſemus
inimici, reconciliati ſumus Deo per mortem Filij eius,
Rom. 8. 34. multo magis reconciliati, ſalui erimus in vita eius. Hunc
eundem qui apprehenſus eſt, paſſus eſt, & effudit ſan-
Rom. 6. 9. guinem ſuum pro nobis, hunc Chriſtum, hunc Filium
Dei manifeſtiſſimè annuntians, qui etiam ſurrexit, &
aſſumptus eſt in cœlum, quemadmodum ipſe ait. Simul
autem Chriſtus mortuus eſt, imò qui & reſurrexit, qui
eſt in dextera Dei. Et iterum. Scientes quoniam Chriſtus
Rom. 8. 11. reſurgens à mortuis, iam non moritur. Præuidens enim
& ipſe per ſpiritũ ſubdiuiſiones malorum magiſtrorum,
& omnem ipſorum occaſionem diſſenſionis volens ab-
ſcindere, ait quæ prædicta ſunt. Si autem Spiritus eius
qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in nobis, qui ſu-
ſcitauit Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia cor-
C pora noſtra. Vnum quod non exclamat ad eos qui vo-
1. Petr. 2. 23. lunt audire Deum: Quoniam nolite errare, vnus & idem
eſt Chriſtus Ieſus Filius Dei, qui per paſſionem reconci-
Luc. 23. 34. liauit nos Deo, & reſurrexit à mortuis, qui eſt in dexte-
ra Patris, & perfectus in omnibus: qui cùm vapularet,
† *rein-ſaauit.* non repercutiebat? qui cùm pateretur, non eſt † mina-
tus; & cùm tyrannidem pateretur, rogabat Patrem vt
ignoſceret his qui ſe crucifixerant. Ipſe enim verè ſalua-
uit. Ipſe eſt enim Verbum Dei, ipſe vnigenitus à Patre
† *Dominus.* Chriſtus Ieſus † Deus noſter.

CAPVT XIX.

De eo qui deſcendit in ipſum ſpiritu.

ETenim potuerunt dicere Apoſtoli, Chriſtum de-
D ſcendiſſe in Ieſum: aut illum ſuperiorem Saluato-
rem, in eum qui ſit diſpoſitionis: aut illum qui eſt ab
inuiſibilibus, in eum qui eſt Demiurgi. Sed nihil qui-
dem tale neque ſcierunt, neque dixerunt: ſi enim ſciſ-
ſent, dixiſſent vtique: quod autem erat, hoc & dixe-
runt, Spiritum Dei ſicut columbam deſcendiſſe in eum,
Matth. 3. 16. hunc Spiritum, de quo ab Eſaia dictum eſt: Et requieſcet
ſuper eum Spiritus Dei, ſicut prædiximus. Et iterum:
Iſai. 11. 1. Iſai. 61. 2. Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me. Iſte
Spiritus, de quo ait Dominus: Non enim vos eſtis qui
Matth. 10. 20. loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vo-
bis. Et iterum, poteſtatem regenerationis in Deum de-
Matth. 28. 19. mandans diſcipulis, dicebat eis: Euntes docere omnes
gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, &
Ioel. 2. 2. Spiritus ſancti. Hunc enim promiſit per Prophetas effun-
dere in nouiſſimis temporibus ſuper ſeruos & ancillas,
vt prophetent: vnde & in Filium Dei, filium hominis
factum deſcendit, cum ipſo aſſueſcens habitare in gene-
re humano, & requieſcere in hominibus, & habitare in
Pſal. 50. plaſmate Dei, voluntatem Patris operans in ipſis, & re-
† *petiit* nouans eos à vetuſtate in nouitatem Chriſti. Hunc Spi-
ritum † petit Dauid humano generi dicens: Et Spiritu

principali confirma me. Quem & deſcendiſſe Lucas ait E
poſt aſcenſum Domini ſuper diſcipulos in Pentecoſte, Actor. 2.
habentem poteſtatem omnium gentium ad introitum vi-
tæ, & † apertionem noui Teſtamenti: vnde & omni-
bus linguis † conſpiranter hymnum dicebant Deo, Spi- † *adapertionem*
ritu ad vnitatem redigente diſtantes tribus, & primitias † *conſpirantes*
omnium gentium offerente Patri: vnde & Dominus
pollicitus eſt mittere ſe Paracletum, qui nos aptaret Deo. Ioan. 14. 16.
Sicut enim de arido tritico maſſa vna fieri non poteſt ſine
humore, neque vnus panis: ita nec nos multi vnum fieri Ioan. 15. 7.
in Chriſto Ieſu poteramus, ſine aqua quæ de cœlo eſt. Et
ſicut arida terra, ſi non percipiat humorem, non fructi-
ficat: ſic & nos, lignum aridum exiſtentes primùm, nun-
quam fructificaremus vitam, ſine ſuperna voluntaria plu-
uia. Corpora enim noſtra per lauacrum illud quod eſt ad Tit. 3. 5.
incorruptionem, vnitatem acceperunt: animæ autem
per Spiritum. Vnde & vtraque neceſſaria, cùm vtraque
proficiunt in vitam Dei, miſerante Domino noſtro Ieſu F
Chriſto. Samaritanæ illi præuaricatrici, quæ in vno viro Ioan. 4.
non manſit, ſed fornicata eſt in multis † impiis, & oſten- † *nupcijs*
dente ei & pollicente aquam viuam, vt vlterius non ſiti-
ret, neque occuparetur ad humectationem aquæ labo-
rioſæ, habens in ſe potum ſalientem in vitam æternam,
† quam Dominus accipiens munus à Patre, ipſe quoque † *quod*
his donauit, qui ex ipſo participantur, in vniuerſam ter-
ram mittens Spiritum Sanctum.

Hanc muneris gratiam præuidens Gedeon ille Iſraëli- Iud. 6. 47.
ta, quem elegit Deus, vt ſaluaret populum Iſraël de po-
tentatu alienigenarum, demutauit petitionem & ſuper
vellus lanæ in quo tantùm primùm ros fuerat, quod erat
typus populi, ariditatem futuram prophetans: hoc eſt,
non iam habituros eos à Deo Spiritum ſanctum, ſicut
Eſaias ait. Et nubibus mandabo ne pluant ſuper eam. In Iſai. 5. 6.
omni autem terra fieri ros, quod eſt Spiritus Dei, qui
deſcendit in Dominum, ſpiritus ſapientiæ & intellectus,
ſpiritus conſilij & virtutis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, G
ſpiritus timoris Dei: quem ipſum iterum dedit Eccleſiæ, Iſai. 11.
in omnem terram mittens de cœlis Paracletum, vbi &
Diabolum, tanquam fulgur, proiectum ait Dominus.
Quapropter neceſſarius nobis eſt ros Dei, vt non com- Luc. 10. 18.
buramur, neque infructuoſi efficiamur: & vbi accuſato- Luc. 10. 30.
rem habemus, illic habeamus & paracletum: commen-
dante Domino Spiritui ſancto ſuum hominem, qui inci-
derat in latrones, cui ipſe miſertus eſt, & ligauit vulnera
eius, dans duo denarios regalia, vt per Spiritum imagi-
nem & inſcriptionem Patris & Filij accipientes, fructi-
ficemus creditum nobis denarium, multiplicatum Do-
mino annumerantes.

Spiritu itaque deſcendente ſuper prædictam diſpoſi- Galat. 3. 25.
tionem, & Filio Dei vnigenito, qui & Verbum eſt Pa-
tris, veniente plenitudine temporis incarnato, in homi-
nem propter hominem, & omnem ſecundùm hominem
diſpoſitionem implente Ieſu Chriſto Domino noſtro, vno
& eodem exiſtente, ſicut & ipſe Dominus teſtatur, &
Apoſtoli confitentur, & Prophetæ annuntiant; menda-
ces oſtenſæ ſunt vniuerſæ doctrinæ eorum, qui octona-
tiones & quaternationes putatiuas adinuenerunt, & ſub-
diuiſiones excogitauerunt: qui Spiritum quidem inte-
rimunt, alium autem Chriſtum, & alium Ieſum intelli-
gunt, & non vnum Chriſtum, ſed plures fuiſſe docent.
Et ſi vnitos eos dixerint, iterum oſtendunt eum quidem
participaſſe paſſionem: hunc autem impaſſibilem per-
ſeueraſſe; & hunc quidem aſcendiſſe in Pleroma, hunc
autem in medietate remanſiſſe; & hunc quidem in inui-
ſibilibus & innominabilibus epulari & oblectari, hunc
autem aſſidere Demiurgo euacuantem eum virtute. Vnde
& oportebit & te, & omnes qui intendunt huic ſcriptu-
ræ, & ſoliciti ſunt pro ſua ſalute, non quum audiunt fo-
rinſecus eorum ſermones, ſpontè ſuccumbere. Similia
enim loquentes fidelibus, ſicut prædiximus, non ſolùm
diſſimilia ſapiunt, ſed & contraria, & per omnia plena
blaſphemiis, per quæ interficiunt eos, qui per ſimilitu-
dinem verborum diſſimile affectionis eorum in ſe attra-
hunt venenum. Sicut quis aquæ mixtum gypſum dare
pro lacte, ſeducat per ſimilitudinem coloris, ſi quis…

dam

dam dixit ſuperior nobis, de omnibus qui quolibet mo-
do deprauant quæ ſunt Dei, & adulterant veritatem Dei,
Lac tegypſium malè miſcetur.

CAPVT XX.

Quæ cauſa fuit vt Verbum Dei caro fieret.

1. OStenſo manifeſtè quòd in principio Verbum exi-
ſtens apud Deum, per quem omnia facta ſunt, qui
& ſemper aderat generi humano, hunc in nouiſſimis
temporibus ſecundùm præfinitum tempus à Patre, vni-
tum ſuo plaſmati paſſibilem hominem factum: excluſa
eſt omnis contradictio dicentem: Si ergo tunc natus eſt,
non erat ante Chriſtus. Oſtendimus enim, quia non tunc
cœpit Filius Dei exiſtens ſemper apud Patrem, ſed quan-
do incarnatus eſt, & homo factus, longam hominum
expoſitionem in ſeipſo recapitulauit, in compendio no-
bis ſalutem præſtans, vt quod perdideramus in Adam,
id eſt, ſecundùm imaginem & ſimilitudinem eſſe Dei,
hoc in Chriſto Ieſu reciperemus. Quia enim non erat
poſſibile eum hominem qui ſemel victus fuerat & eliſus
per inobedientiam, replaſmare, & obtinere brauium vi-
ctoriæ: iterum autem impoſſibile erat, vt ſalutem perci-
10. peret, qui ſub peccato ceciderat: vtraque operatus eſt
Filius Verbum Dei exiſtens, à Patre deſcendens, & in-
carnatus, & vſque ad mortem deſcendens, & diſpenſa-
tionem conſummans ſalutis noſtræ, cui credere nos in-
dubitatè adhortans, iterum dicit: Ne dixeris in corde
tuo, Quis aſcendet in cœlum? hoc eſt, Chriſtum dedu-
cere. Aut, quis deſcendet in abyſſum? hoc eſt, Chriſtum
à mortuis eliberare. Deinde infert: Quoniam ſi confitea-
ris in ore tuo Dominum Ieſum, & credideris in corde
tuo, quoniam Deus illum excitauit à mortuis, ſaluus
eris. Et rationem reddidit propter quam cauſam hæc fe-
14. cit Verbum Dei, dicens. In hoc enim Chriſtus & vixit,
& mortuus eſt, & reſurrexit, vt viuorum & mortuorum
dominetur. Et iterum ad Corinthios ſcribens ait. Nos
10. autem annuntiamus Chriſtum Ieſum crucifixum. Et in-
fert: Calix benedictionis quem benedicimus, nonne
communicatio ſanguinis eſt Chriſti? Quis eſt autem qui
† communicat nobis de eſcis? Vtrum is qui ab illis affin-
gitur ſurſum Chriſtus, ſuperextenſus Horo, id eſt, fini,
15. & firmauit eorum matrem: an verò qui ex virgine eſt
Emmanuel, qui butyrum & mel manducauit: de quo
ait Propheta: Et homo eſt, & quis † cognoſcit eum?
Hic idem à Paulo annuntiabatur. Tradidi enim (inquit)
vobis in primis, quoniam Chriſtus mortuus eſt pro pec-
catis noſtris, ſecundùm Scripturas, & quoniam ſepultus
eſt, & reſurrexit tertia die ſecundùm Scripturas. Mani-
feſtum eſt igitur quoniam Paulus alterum Chriſtum ne-
ſcit, niſi hunc ſolum, qui & paſſus eſt, & ſepultus eſt, &
reſurrexit: qui & natus eſt, quem & hominem dixit. Cùm
15. enim dixiſſet: Si autem Chriſtus annuntiatur quoniam
à mortuis reſurrexit, intulit rationem reddens incarnatio-
4. nis eius. Quoniam per hominem mors, & per hominem
reſurrectio mortuorum: & vbique in paſſione Domini
noſtri, & humanitate, & mortificatione eius, Chriſti
2. vſus eſt nomine, quemadmodum illo. Noli eſca tua per-
dere illum, pro quo Chriſtus mortuus eſt. Et iterum.
3. Nunc autem in Chriſto, vos qui aliquando fuiſtis longè,
facti iſtis proximi in ſanguine Chriſti. Et iterum. Chri-
ſtus nos redemit de maledicto Legis: factus pro nobis
1. maledictum: quoniam ſcriptum eſt: Maledictus omnis
qui pendet in ligno.

Et iterum: Et periet infirmus in tua ſcientia frater,
propter quem Chriſtus mortuus eſt, ſignificans quo-
8. niam non Chriſtus impaſſibilis deſcendit in Ieſum; ſed
ipſe Ieſus Chriſtus cùm eſſet, paſſus eſt pro nobis, qui
decubuit & reſurrexit, qui deſcendit, & aſcendit Filius
Dei, filius hominis factus: quemadmodum & ipſum no-
men ſignificat. In Chriſti enim nomine ſubauditur, qui
vnxit, & ipſe qui vnctus eſt, & ipſa vnctio in qua vn-
ctus eſt. Et vnxit quidem Pater, vnctus eſt verò Filius, E
in Spiritu, qui eſt vnctio; quemadmodum per Eſaiam Iſai.61.1.
ait ſermo: Spiritus Dei ſuper me, propter quod vnxit Luc.4.
me ſignificans & vngentem Patrem, & vnctum Filium, 18.
& vnctionem qui eſt Spiritus. Et ipſe autem Dominus
manifeſtum † fecit eum qui eſt paſſus. Cùm enim inter- † *facit*
rogaſſet diſcipulos, Quem me homines dicunt eſſe filium Matth.
hominis? Petrus cùm reſpondit, Tu es Chriſtus Filius 16.13
Dei viui, & cùm laudatus eſſet ab eo, Quoniam caro Marc.8.
& ſanguis non reuelauit ei, ſed Pater qui eſt in cœlis, 27.
manifeſtum fecit quoniam filius hominis, hic eſt Chri-
ſtus Filius Dei viui. Ex eo enim (inquit) cœpit demon-
ſtrare diſcentibus, quoniam oportet illum Hieroſoly-
mam ire, & multa pati à ſacerdotibus, & reprobari, &
crucifigi, & tertia die reſurgere. Ipſe qui agnitus eſt à Luc.9.
Petro Chriſtus, qui eum beatum dixit, quoniam Pater 20.
ei reuelauit Filium Dei viui, dixit ſemetipſum oportere
multa pati & crucifigi. Et tunc Petrum increpauit ſecun- F
dùm opinionem hominum putantium eum eſſe Chri- Matth.
ſtum, & paſſionem eius auerſantium: & dixit diſcipu- 16.17.
lis. Si quis vult poſt me venire, abneget ſe, & tollat cru- Matth.
cem ſuam, & ſequatur me. Qui enim voluerit animam 16.24.
ſuam ſaluam facere, perdet illam: & qui eam perdiderit
propter me inueniet eam. Hæc enim Chriſtus manifeſtè
dicebat, ipſe exiſtens Saluator eorum, qui propter ſuam
confeſſionem in mortem traderentur, & perderent ani-
mas ſuas. Si autem ipſe non erat paſſurus, ſed auolaret à
Ieſu, quid & adhortabatur diſcipulos tollere crucem, &
ſequi ſe, quam ipſe non tollebat ſecundùm ipſos, ſed
relinquebat diſpoſitionem paſſionis? Quoniam enim
non de agnitione ſuperioris crucis dicit hoc, quem-
admodum quidam audent exponere: ſed de paſſione,
quam oportebat illum pati, & ipſis diſcipulis eius futu-
rum erat vt paterentur, intulit: Quicunque enim ſalua- Matth.
uerit animam ſuam, perdet eam: & qui perdiderit, inue- 10.38.
niet eam. Et quoniam paſſuri erant diſcipuli eius, pro- G
pterea dicebat Iudæis. Ecce, ego mitto ad vos Prophe- Matth.
tas, & ſapientes, & doctores, & ex his interficietis & 23.34.
crucifigetis. Et diſcipulis dicebat: Ante duces & reges Matth.
ſtabitis propter me, & ex vobis flagellabunt & interfi- 10.16.
cient, & perſequentur à ciuitate in ciuitatem. Sciebat
igitur & eos qui perſecutionem paſſuri † erant; ſciebat † *eſſent*
& eos, qui flagellari & occidi haberent propter eum: &
non altera de cruce, ſed paſſione, quam paſſurus eſſet
ipſe prior, poſt deinde diſcipuli eius. Erat ergo ſermo
eius adhortantis etiam illos: Nolite timere eos qui occi- Ibid 26.
dunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ti- Ibid.12.
mete autem magis eum qui habet poteſtatem & corpus
& animam mittere in gehennam, & ſeruare eas quæ eſ-
ſent ad eum confeſſiones. Etenim ipſe confeſſurum ſe
promittebat coram Patre ſuo eos qui confiterentur no-
men ſuum coram hominibus; negaturum autem eos qui
negarent eum, & confuſurum, qui confunderentur con-
tra confeſſionem eius.

Et cùm hæc ita ſe habeant, ad tantam temeritatem H
progreſſi ſunt quidam vt etiam Martyres ſpernant; & vi-
tuperent eos qui propter Domini confeſſionem occi-
duntur, & ſuſtinent omnia à Domino prædicta, & ſe-
cundùm hoc conantur veſtigia † ſequi paſſionis Domini † *aſſequi*
† paſſibiles Martyres facti, quos & concedimus ipſis † *paſſibi-*
martyribus. Cum enim inquiretur ſanguis eorum, & *lis.*
gloriam conſequentur, tunc à Chriſto confundentur om-
nes qui inhonorauerunt eorum martyrium. Et ex hoc au-
tem quòd Dominus in cruce dixerit: Pater dimitte eis, Luc.23.
non enim ſciunt quid faciunt, longanimitas, & patien- 34.
tia, & miſericordia, & bonitas Chriſti oſtenditur, vt
ipſe & pateretur, & ipſe excuſaret eos qui ſe malè tra-
ctaſſent. Verbum enim Dei quod, nobis dixit, Diligite Matth.5.
inimicos veſtros, & orate pro eis qui vos oderunt, ipſe 44.
hoc fecit in cruce, in tantùm diligens humanum genus,
vt etiam pro his qui ſe interficerent, poſtularet. Si quis
autem quaſi duorum exiſtentium iudicium de his faciat,
inuenietur multò melior, & patientior, & verè bonus,
qui in vulneribus ipſis & plagis, & reliquis quæ in eum
commiſerunt, beneficus eſt, nec memor eſt in ſe com-

miſſæ malitiæ;eo qui auolabit,nec vllam iniuriam,neque opprobrium paſſus eſt.

Hoc autem idem & illis occurrit qui dicunt eum putatiuè paſſum. Si enim non verè paſſus eſt, nulla gratia ei, cùm nulla fuerit paſſio: & nos cum incipiemus verè pati, ſeducens videbitur, adhortans nos vapulare, & alteram præbere maxillam, ſi ipſe illud non prior in veritate paſſus eſt,& quemadmodum illos ſeduxit,vt videretur eis ipſe hoc quod non erat; & nos ſeducit, adhortans perferre ea, quæ ipſe non pertulit. Erimus autem & ſuper magiſtrum,dum patimur & ſuſtinemus, quæ neque paſſus eſt,& neque ſuſtinuit magiſter:ſed quoniam ſolus verè magiſter Dominus noſter, & bonus verè Filius Dei, & patiens Verbum Dei Patris, Filius hominis factus. Luctatus eſt enim, & vicit: erat enim homo pro patribus certans & per † obaudientiam inobaudientiam perſoluens; alligauit enim fortem, & ſoluit infirmos, & ſalutem donauit plaſmati ſuo, deſtruens peccatum. Eſt enim piiſſimus & miſericors Dominus, & amans humanum genus. Hætere itaque fecit & aduniuit (quemadmodum prædiximus) hominem Deo. Si enim homo non viciſſet inimicum hominis, non iuſtè victus eſſet inimicus. Rurſus autem niſi Deus donaſſet ſalutem, non firmiter haberemus eam: & niſi homo coniunctus fuiſſet Deo noſtro, non potuiſſet particeps fieri incorruptibilitatis. Oportuerat enim Mediatorem Dei & hominum, per ſuam ad vtroſque domeſticitatem, & † ad amicitiam & concordiam vtroſque reducere, & facere, vt & Deus aſſumeret hominem, & homo ſe dederet Deo.

Qua enim ratione filiorum adoptionis eius participes eſſe poſſemus, niſi per Filium eam quæ eſt ad ipſum, recepiſſemus ab eo communionem,niſi verbum eius communicaſſet nobis, caro factum? Quapropter & per omnem venit ætatem, omnibus reſtituens eam quæ eſt ad Deum communionem. Igitur qui dicunt eum putatiuè manifeſtatum, neque in carne natum, neque vere hominem factum, adhuc ſub veteri ſunt damnatione, aduocationem præbentes peccato, non deuicta ſecundùm eos morte, quæ regnauit ab Adam vſque ad Moyſem, etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem tranſgreſſionis Adæ. Veniens autem lex, quæ data eſt per Moyſem, & teſtificans de peccato, quoniam peccator eſt, regnum quidem eius abſtulit latronem & non regem eum detegens, & homicidam eum oſtendit. Onerauit autem hominem qui habebat peccatum in ſe, reum mortis oſtendens eum. Spiritalis enim cùm lex eſſet, manifeſtauit tantummodo peccatum,non autem interemit; non enim Spiritui dominabatur peccatum, ſed homini. Oportebat enim eum qui inciperet occidere peccatum, & mortis reum redimere hominem, idipſum fieri quod erat ille, id eſt hominem. Qui à peccato quidem in ſeruitium tractus fuerat, à morte verò tenebatur, vt peccatum ab homine interficeretur, & homo exiret à morte. Quemadmodum enim per inobedientiam vnius hominis, qui primus de terra rudi plaſmatus eſt, peccatores facti ſunt multi, & amiſerunt vitam: ita oportuit & per obedientiam vnius hominis, qui primus de Virgine natus eſt, iuſtificari multos, & percipere ſalutem.

Sic igitur Verbum Dei homo factus eſt, quemadmodum & Moyſes ait: Deus vera opera eius. Si autem non factus caro, parebat quaſi caro; non erat verum opus eius. Quod autem parebat, hoc & erat; Deus hominis antiquam plaſmationem in ſe recapitulans, vt occideret quidem peccatum, euacuaret autem mortem, & viuificaret hominem, & propter hoc vera opera eius.

CAPVT XXI.

Aduerſus eos qui dicunt eum de Ioſeph generatum.

RVrſus autem qui nudè tantùm hominem eum dicunt ex Ioſeph generatum perſeuerantes in ſeruitute priſtinæ inobedientiæ moriuntur, nondum † commixtum Verbum Dei Patris, neque per Filium percipientes libertatem, quemadmodum ipſe ait, Si Filius vos manumiſerit, verè liberi eritis. Ignorantes autem eum qui ex Virgine eſt Emmanuel, priuantur munere eius, quod eſt vita æterna: non recipientes autem Verbum incorruptionis, perſeuerant in carne mortali: & ſunt debitores mortis, antidotum vitæ non accipientes. Ad quos Verbum Patris ait, ſuum munus gratiæ narrans: Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes: vos autem ſicut homines moriemini. Ad eos indubitatè dicit, qui non † recipiunt munus adoptionis, ſed contemnunt incarnationem puræ generationis Verbi Dei, fraudantes hominem ab ea aſcenſione quæ eſt ad Dominum, & ingrati exiſtentes Verbo Dei, quod incarnatum eſt propter ipſos. Propter hoc enim Verbum Dei homo; & qui Filius Dei eſt, filius hominis factus eſt commixtus Verbo Dei vt adoptionem percipiens fiat Filius Dei.

[E] [Ioan. 8. 36.] [Pſal. 81. 6.] [† percipiunt.]

Non enim poteramus aliter incorruptelam & immortalitatem † accipere, niſi aduniti fuiſſemus incorruptelæ & immortalitati. Quemadmodum autem aduniri poſſemus incorruptelæ & immortalitati, niſi prius incorruptela & immortalitas facta fuiſſet id quod & nos, vt abſorberetur quod erat corruptibile ab incorruptela; & quod erat mortale,ab immortalitate vt filiorum adoptionem perciperemus? Propter hoc, Generationem eius quis enarrabit? quoniam homo eſt, &, Quis agnoſcet eum. Cognoſcit autem illum is cui Pater qui eſt in cœlis reuelauit, vt intelligat quoniam is qui non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri natus eſt filius hominis, hic eſt Chriſtus Filius Dei viui. Quoniam enim nemo in totum ex filiis Adæ, Deus appellatur ſecundùm eum, aut Dominus nominatur, vt ex Scripturis demonſtrauimus: quoniam autem ipſe propriè præter omnes qui fuerunt tunc homines, Deus, & Dominus, & Rex æternus, & vnigenitus, & Verbum incarnatum, prædicatum & à Prophetis omnibus & Apoſtolis, & ab ipſo Spiritu, adeſt videre omnibus qui vel modicum de veritate attigerint. Hæc autem non teſtificarentur Scripturæ de eo, ſi ſimiliter vt omnes, homo tantùm fuiſſet. Sed quoniam præclaram præter omnes habuit in ſe eam quæ eſt ab Altiſſimo Patre genituram, præclara autem functus eſt & ea quæ eſt ex Virgine generatione; vtraque Scripturæ diuinæ de eo teſtificantur, & quoniam homo indecorus & paſſibilis, & ſuper pullum aſinæ aſcendens, aceto & felle potatur, & ſpernebatur in populo, & vſque ad mortem deſcendit, & quoniam Dominus ſanctus & mirabilis conſiliarius, & decorus ſpecie, & Deus fortis ſuper nubes veniens vniuerſorum iudex. Omnia, de eo Scripturæ prophetabant. Sicut enim homo erat vt tentaretur ſic & Verbum vt glorificaretur, requieſcente quidem Verbo vt poſſet tentari, & inhonorari, & crucifigi, & mori: abſorpto autem homine in eo quod vincit, & ſuſtinet, & reſurgit, & aſſumitur.

[† percipere.] [F] [Iſai. 53. 8.] [Matth. 11. 29.] [Ioan. 1. 13.] [Matth. 16. 16.] [Lib. 3. c. 6. 7. 8. 9. 11. 12.] [Pſal. 2. & 109.] [Iſai. 7. & 53.] [G] [Zach. 9. 10.] [Iſai. 9. 6.] [Pſal. 44.] [Dan. 7.]

Hic igitur Filius Dei Dominus noſter exiſtens Verbum Patris, & filius hominis, quoniam ex Maria, quæ ex hominibus habebat genus, quæ & ipſa erat homo, habuit ſecundùm hominem generationem, factus eſt Filius hominis. Propter hoc & ipſe Dominus dedit nobis ſignum in profundum, in altitudinem ſurſum, quod non poſtulauit homo, quia nec ſperauit Virginem prægnantem fieri poſſe quæ erat Virgo, & parere filium, & hunc partum Deum eſſe nobiſcum, & deſcendere in ea, quæ ſunt deorſum terræ, quærentem ouem quæ perierat, quod quidem erat proprium ipſius plaſma, & aſcendere in altitudinem, offerentem & commendantem Patri eum hominem, qui fuerat inuentus, primitias reſurrectionis hominis in ſemetipſo faciens. Vt quemadmodum caput reſurrexit à mortuis, ſic & reliquum corpus omnis hominis qui inuenitur in vita, impleto tempore condemnationis eius, quæ erat propter inobedientiam, reſurgat, per compagines & coniunctiones coaleſcens, & confirmatum augmentum Dei, vnoquoque membrorum habente propriam & aptam in corpore poſitionem. Multæ enim manſiones apud Patrem, quoniam & multa membra in corpore.

[H] [Iſai. 7. 11.] [Luc. 15. 7.] [Ioan. 14. 2.]

CAPVT

CAPVT XXII.

Quare magnanimus fuit Deus in inobedientia hominis.

MAgnanimus igitur fuit Dëus deficiente homine,
eamque per Verbum eſſe victoriam reddendam ei
præuideus. Cùm enim perficiebatur virtus in infirmitate;
benignitatem Dei,& magnificentiſſimam oſtendebat vir-
2. tutem. Sicut enim patienter ſubſtinuit abſorberi Ionam à
Ceto, non vt abſorberetur, & in totum periret, ſed vt
euomitus magis ſubigeretur Deo, & plus glorificaret
Deum, † qui inſperabilem ſalutem ei donaſſet,& firmam
pœnitentiam faceret Niniuitis, vt conuerterentur ad
Dominum, qui eos liberaret à morte conterritos ab eo
ſigno, quod factum erat circa Ionam, quemadmodum
Scriptura de his dicit: Et reuerſi ſunt vnuſquiſque à via
ſua mala, & iniuſtitia, quæ erat in manibus eorum; di-
centes. Quis ſcit ſi conuertatur Deus, & auertat iram
ſuam à nobis, & non peribimus; Sic & ab initio fuit
patiens Deus hominem abſorberi à magno Ceto, qui
fuit author præuaricationis, non vt abſorptus in totum
periret, ſed præſtruens, & præparans adinuentionem
ſalutis, quæ facta eſt à Verbo per ſignum Ionæ, his qui
eandem cum Iona de † Deo ſententiam habuerunt, &
9. confeſſi fuerunt, & dixerunt: Seruus Domini ego ſum,
& Dominum Deum cœli ego colo, qui fecit mare &
aridam: vt inſperabilem homo à Deo percipiens ſalutem,
reſurgat à mortuis, & clarificet Deum,& eam quæ à Iona
† Propheta eſt, dicat vocem: Clamaui ad Dominum
meum in tribulatione mea, & exaudiuit me de ventre
3. inferni: & ſemper permaneat glorificans Deum, & ſine
intermiſſione gratias referens, pro ea ſalute, quam con-
ſequutus eſt ab eo, vt non glorietur in conſpectu Domi-
1. ni omnis caro, nec vnquam de Deo contrarium ſenſum
accipiat homo, propriam naturaliter arbitrans eam, quæ
circa ſe eſſet incorruptelam, & non tenens veritatem,
inani ſupercilio iactaretur, quaſi naturaliter ſimilis eſſet
Deo. Ingratus enim magis cum hoc ei qui eum fecerat
percipiens, & dilectionem quam habebat Deus in ho-
mine, obfuſcabat, & excæcabat ſenſum ſuum ad non
ſentiendum, quod ſit de Deo dignum, comparans, &
æqualem ſe iudicans Deo. Hæc ergo fuit magnanimitas
Dei, vt per omnia pertranſiens homo, & mortum agni-
tionem percipiens, dehinc veniens ad reſurrectionem,
quæ eſt à mortuis, & experimento diſcens vnde libera-
tus eſt, ſemper gratus exiſtat Domino, munus incor-
ruptelæ conſecutus ab eo, vt plus diligeret eum. Cui
enim plus dimititur plus diligit. Cognoſcat autem ſe-
metipſum, quoniam mortalis & infirmus eſt, intelligat
autem & † Dominum, quoniam in tantùm immortalis
& potens eſt, vti & mortali immortalitatem, & tem-
porali æternitatem donet. Intelligat autem & reliquas
virtutes Dei omnes in ſemetipſum oſtenſas, per quas edo-
ctus ſentiat de Deo, quantus eſt Deus. Gloria enim ho-
minis; Deus; operationes verò Dei, & omnis ſapientiæ
eius, & virtutis receptaculum; homo. Quemadmodum
medicus in his qui ægrotant, probatur; ſic & Deus
in hominibus manifeſtatur. Quapropter & Paulus ait:
11. Concluſit autem Deus omnia in incredulitate, vt om-
nium miſereatur: non de ſpiritalibus Æonibus dicens
† hæc, ſed de homine qui fuit inobediens Deo, & pro-
iectus de immortalitate; dehinc miſericordiam conſe-
quutus eſt, per Filium Dei, eam quæ eſt per ipſum per-
cipiens adoptionem. † Hic enim tenens ſine inflatione
& iactantia veram gloriam, de his quæ facta ſunt, &
de eo qui fecit, qui eſt potentiſſimus omnium Deus,
quique omnibus vt ſint præſtitit, & manens in dilectio-
ne eius, & ſubiectione, & gratiarum actione, maio-
rem ab eo gloriam accipiet prouectus, dum conſimilis
fiat eius qui pro eo mortuus eſt, quoniam & ipſe in
† ſimilitudine carnis peccati factus eſt, vti condemnaret
peccatum, & iam quaſi condemnatum proiiceret illud
extra carnem: prouocaret autem in ſimilitudinem ſuam
hominem, imitatorem eum aſſignans Deo, & in pater- E
nam imponens regulam ad videndum Deum, & † cape- Phil. 2.
re Patrem, donans Verbum Dei quod habitauit in homi- Rom. 8. † ſapere
ne, & Filius hominis factus eſt, vt aſſueſceret hominem Ioan. 1.
percipere Deum, & aſſueſceret Deum habitare in ho- 14.
mine, ſecundùm placitum Patris. Propter hoc ergo Iſai. 7.
ſignum ſalutis noſtræ, eum qui ex Virgine Emmanuel 14.
eſt ipſe Dominus, quoniam ipſe Dominus erat, qui ſal-
uabat eos, quia per ſeipſos non habebant ſaluari: &
propter hoc Paulus infirmitatem hominis annuntians,
ait. Scio enim quoniam non habitat in carne mea bo- Rom. 7.
num, ſignificans quoniam non à nobis, ſed à Deo eſt 18.
bonum ſalutis noſtræ. Et iterum: Miſer ego homo, quis Ibid 24.
me liberabit de corpore mortis huius? Deinde infert li- Iſai. 35. 3.
beratorem, Gratia Ieſu Chriſti Domini noſtri. Hoc au-
tem idem & Eſaias: Confortamini (inquit) manus reſo-
lutæ, & genua debilia, adhortamini puſillanimes ſen-
ſu: confortamini, ne timeatis: ecce, Deus noſter iudi-
cium retribuit, & retributurus eſt: ipſe veniet, & ſalua-
bit nos. Hoc quoniam non à nobis, ſed à Dei adiumen- F
to habuimus ſaluari.

CAPVT XXIII.

*Oſtenſio quoniam Verbum * Domini caro factum eſt.* † Dei

RVrſus quoniam neque homo tantùm erit, qui † ſal- † ſaluati
uabit nos, neque ſine carne: ſine carne enim Ange-
li ſunt. Prædicauit enim, dicens: Neque ſenior, neque
Angelus, ſed ipſe Dominus ſaluabit eos, quoniam dili-
git eos, & parcet eis, ipſe liberabit eos. Et quoniam hic Iſai. 93.
ipſe homo verus viſibilis incipiet eſſe, quum ſit Verbum
ſalutare, rurſus Eſaias ait, Ecce, Sion ciuitas, ſalutare
noſtrum oculi videbunt. Et quoniam non ſolùm homo
erat, qui moriebatur pro nobis, Eſaias ait: & comme- Iſai. 52.
moratus eſt Dominus ſanctus Iſrael mortuorum ſuorum G
qui dormierant in terra ſepultionis: & deſcendit ad eos
euangelizare ſalutem, quæ eſt ab eo, vt ſaluaret eos. Hoc Mich.
autem idem & Amos Propheta ait, Ipſe conuertetur, & 7. 19.
miſerebitur noſtri: diſſoluet iniuſtitias noſtras, & proie-
cit in altitudinem maris peccata noſtra. Et rurſus ſigni- Amos 1. 2.
ficans locum aduentus eius, ait, Dominus ex Sion lo-
quutus eſt, & ex Hieruſalem dedit vocem ſuam. Et quo-
niam ex ea parte, quæ eſt ſecundùm Africum hæredita-
tis Iudæ, veniet filius Dei, qui Deus eſt, † exquirat & † & qui erat
Bethlehem vbi natus eſt Dominus, in omnem terram
emittet † laudationes eius, ſicut ait Habacuc Propheta, Habac. 3. 3.
Deus ab Africo veniet, & ſanctus de monte Effrem. Coo- † laudationem.
peruit cœlum virtus eius, & laudatione eius plena eſt ter-
ra. Ante faciem eius præibit Verbum, & progredientur
in campis pedes eius. Manifeſtè ſignificans quoniam
Deus & quoniam in Bethlehem aduentus eius, & ex
monte Effrem, qui eſt ſecundùm Africum hæreditatis,
& quoniam homo. Progredientur enim (inquit) in cam-
pis pedes eius: hoc autem ſignum proprium hominis.
Deus igitur homo factus eſt, & ipſe Dominus ſaluabit
nos, ipſe dans Virginis ſignum. H

CAPVT XXIV.

Oſtenſio, quia ecce Virgo in vtero accipiet, ſed non Ecce, adoleſcentula, ſicut quidam interpretantur.

NOn ergo vera eſt quorundam interpretatio, qui
ita audent interpretari Scripturam, Ecce, adole-
ſcentula in ventre habebit, & pariet filium: quemad- Iſai. 7.
modum Theodotion Epheſius eſt interpretatus, & Aqui- 14.
la Ponticus, vtrique Iudæi proſelyti, quos ſectati Ebio-
nei, ex Ioſeph generatum eum dicunt, † tantam diſpo- † tantum

ſitionem

ter mulieres, & benedictus fructus ventris tui, ſignificante Spiritu ſancto audire volentibus, repromiſſionem quam repromiſit Deus, de fructu ventris eius ſuſcitare regem, impletam eſſe in Virginis, hoc, eſt in Mariæ, partu. Qui igitur tranſmutant id quod apud Eſaiam: Ecce adoleſcentula in ventre concipiet, & Ioſeph filium eum volunt eſſe: illud tranſmutent, quod eſt repromiſſionis, quod apud Dauid poſitum eſt, vbi promiſit illi Deus; de fructu ventris ſuſcitare cornu Chriſti † regis. Sed non intellexerunt. Cæterùm etiam hoc quoque auſi fuiſſent demutare. Quòd autem dixerit Eſaias: In profundum deorſum, vel in altitudinem ſurſum, ſignificantis fuit, quoniam qui deſcendebat, ipſe erat & qui aſcendebat. In eo autem quod dixerit: Ipſe Dominus dabit ſignum, id quod erat inopinatum generationis eius † ſignificabat, quòd nec factum eſſet aliter, niſi Deus Dominus omnium Deus ipſe dediſſet ſignum in domo Dauid, Quid enim magnum, aut quod ſignum fieret in eo quòd adoleſcentula concipiens ex viro peperiſſet, quod euenit omnibus quæ pariunt mulieribus? Sed quoniam inopinata ſalus hominibus inciperet fieri, Deo adiuuante, inopinatus & partus Virginis fiebat, Deo dante ſignum hoc, ſed non homine operante illud.

CAPVT XXVIII.

Quid eſt apud Danielem, lapis ſine manibus exciſus.

PRopter hoc autem & Daniel præuidens eius aduentum, lapidem ſine manibus abſciſſum adueniſſe in hunc mundum: hoc eſt enim quod ſine manibus ſignificabat quod non operantibus humanis manibus hoc eſt, virorum illorum qui ſolent lapides cædere, in hunc mundum eius aduentus erat, id eſt, non operante in eum Ioſeph, ſed ſola Maria cooperante † diſpoſitione. Hic enim lapis à terra, & ex virtute & arte conſtat Dei. Propter hoc autem & Eſaias ait: Sic dicit Dominus, Ecce, ego mitto in fundamenta Sion lapidem pretioſum, electum, ſummum, angularem, honorificum: vti non ex voluntate viri, ſed ex voluntate Dei; aduentum eius, qui ſecundùm hominem eſt, intelligamus.

CAPVT XXIX.

Quare Virga Moyſi proiecta, † coluber facta eſt.

PRopter hoc autem & Moyſes oſtendens typum, proiecit virgam in terram, vt ea incarnata omnem Ægyptiorum præuaricationem, quæ inſurgebat aduerſus Dei diſpoſitionem, argueret & abſorberet: & vt ipſi Ægyptij teſtificarentur, quoniam digitus eſt Dei, qui ſalutem operatur populo, & non Ioſephi filius. Si enim Ioſeph filius eſſet, quemadmodum plus poterat quàm Salomon, aut plus quàm Iona habere: aut plus eſſe Da-
2. uid, cùm eſſet ex eadem ſeminatione generatus, & proles exiſtens ipſorum? Vt quid autem & beatum dicebat Petrum, quod eum cognoſceret eſſe Filium Dei viui; Super hæc autem nec rex eſſe poſſet, ſi quidem Ioſeph filius fuiſſet, nec hæres, ſecundùm Hieremiam.

CAPVT XXX.

Oſtenſio quod ſi Ioſeph Filius fuiſſet Dominus, non rex eſſe potuiſſet.

1. IOſeph enim Ioacim & Iechoniæ filius oſtenditur, quemadmodum & Matthæus generationem eius expoſuit. Iechonias autem, & qui ab eo omnes, abdicati ſunt
à regno, Hieremia dicente ſic, Viuo ego, dicit Domi- E
nus, ſi factus fuerit Iechonias filius Ioacim, rex Iuda,
ſignaculum in manu dextera mea, inde abſtraham eum,
& tradam eum in manu quærentium animam eius. Et Ier. 22.
iterum, Inhonoratus eſt Iechonias, quemadmodum vas 28. & 29.
quod non eſt opus, quoniam proiectus eſt in terram,
quam non ſciebat. Terra audi ſermonem Domini, ſcribe virum hunc abdicatum hominem, quoniam non augebit de ſemine eius ſedens ſuper thronum Dauid prin-
ceps in Iuda. Et iterum, Deus ait ſuper Ioacim patre Ier. 36.
eius. Propter hoc, ſic dicit Dominus ſuper Ioacim pa- 30.
trem eius regem Iudææ. Non enim erit ex eo ſedens ſuper thronum Dauid, & morificatum eius erit proiectum in æſtu diei, & in glacie noctis, & reſpiciam ſuper eum, & ſuper filios eius, & inferam ſuper eos, & ſuper inhabitantes Hieruſalem, ſuper terram Iuda, omnia mala quæ loquutus ſum ſuper eos. Qui ergo eum dicunt ex Ioſeph generatum, & in eo habere ſpem, abdicatos ſe faciunt à regno, ſub maledictione & increpatione
decidentes, quæ erga Iechoniam, & in ſemen eius eſt. F
Propter hoc enim dicta ſunt hæc de Iechonia, Spiritu Pſal. 131.
præſciente ea quæ à malis doctoribus dicuntur, vti diſ- 11.
cant quoniam ex ſemine eius, id eſt, ex Ioſeph, non erit natus, ſed ſecundùm repromiſſionem Dei, de ventre Dauid ſuſcitatur rex æternus, qui recapitulat omnia in ſe.

CAPVT XXXI.

Oſtenſio quoniam per quæ proiectus eſt homo de Paradiſo, per hæc iterum intrat in paradiſum.

ET antequam plaſmationem in ſe recapitulatus eſt. Rom. 5.
Quia quemadmodum per inobedientiam vnius homi- 19.
nis, introitum peccatum habuit, & per peccatum mors G
obtinuit: ſic & per obedientiam vnius hominis iuſtitia
introducta vitam fructificet his, qui olim mortui erant
hominibus. Et quemadmodum protoplaſtus ille Adam Gen. 2.
de rudi terra, & de adhuc virgine: nondum enim 6. & 7.
pluerat Deus, & homo non erat operatus terram, habuit ſubſtantiam, & plaſmatus eſt manu Dei, id eſt,
Verbo Dei: omnia enim per ipſum facta ſunt: & ſum- Ioan. 1.
pſit Dominus limum à terra, & plaſmauit hominem. Ita 3.
recapitulans in ſe Adam ipſe, Verbum exiſtens ex Maria, quæ adhuc erat Virgo, rectè accipiebat generatio-
nem Adæ recapitulationis. Si igitur primus Adam ha- Gen. 2.
buit patrem hominem, & ex ſemine viri natus eſt; meritò dicerent, & ſecundùm Adam ex Ioſeph eſſe generatum. Si autem ille de terra quidem ſumptus eſt, & Verbo Dei plaſmatus eſt, oportebat idipſum Verbum recapitulationem Adæ in ſemetipſum faciens, eiuſdem generationis habere ſimilitudinem. Quare igitur non iterum ſumpſit limum Deus, ſed ex Maria operatus eſt plaſmationem
fieri? Vt non alia plaſmatio fieret, neque alia eſſe plaſ- H
matio quæ ſaluaretur, ſed eadem ipſa recapitularetur ſeruata ſimilitudine.

CAPVT XXXII.

Aduerſus eos qui dicunt eum nihil de Maria accepiſſe.

ERant igitur qui dicunt eum nihil ex Virgine accepiſſe, vt abiiciant carnis hæreditatem, abiiciant autem & ſimilitudinem. Si enim ille quidem de terra, & manu, & artificio Dei plaſmationem, & ſubſtantiam habuit; hic autem non manu & artificio Dei, iam non ſeruauit ſimilitudinem hominis, qui factus eſt ſecundùm imaginem ipſius, & ſimilitudinem, & conſtans artificium videbitur, non habens circa quod oſtendat ſapientiam ſuam. Hoc autem dicere eſt, & putatiuè apparuiſſe

eum,

eum, & tanquam hominem, cùm non eſſet homo: & factum eum hominem, nihil aſſumentem de homine. Si enim non accepit ab homine ſubſtantiam carnis, neque homo factus eſt, neque filius hominis: & ſi hoc non factus eſt, quod nos eramus, non magnum faciebat quòd paſſus eſt, & ſuſtinuit. Nos autem quoniam corpus ſumus de terra acceptum, & anima accipiens à Deo ſpiritum, omnis quicunque confitebitur. Hoc itaque factum eſt Verbum Dei, ſuum plaſma in ſemetipſum recapitulans, & propter hoc, filium hominis ſe confitetur: & beatificat mites, quoniam ipſi hæreditabunt terram. Et Apoſtolus autem Paulus in epiſtola quæ eſt ad Galatas, manifeſtè ait: Miſit Deus Filium ſuum factum de muliere. Et rurſus in ea quæ eſt ad Romanos. De Filio autem (inquit eius, qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundùm carnem, qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute, ſecundùm Spiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti Domini noſtri. Cæterùm ſuperuacua eſt in Mariam deſcenſio eius. Quid enim in eam deſcendebat, ſi nihil incipiebat ſumere ab ea? Aut ſi nihil ſumpſiſſet ex Maria, nunquam eas quæ à terra erant percepiſſet eſcas, per quas id quod à terra ſumptum eſt, nutritur corpus: nec quadraginta diebus, quemadmodum Moyſes & Helias ieiunans, eſuriiſſet corpus eius ſuam quærens eſcam: ſed nec Ioannes diſcipulus eius de eo ſcribens dixiſſet. Ieſus autem fatigatus in itinere ſedebat. Nec Dauid præclamaſſet in eum. Et ſuper dolorem vulnerum meorum appoſuerunt: nec lacrymaſſet ſuper Lazarum: nec ſudaſſet globos ſanguinis; nec dixiſſet: Triſtis eſt anima mea; nec perenſſo latere exiſſet ſanguis & aqua, Hæc enim omnia ſigna carnis, quæ à terra ſumpta eſt, quam in ſe recapitulatus eſt ſuum plaſma ſaluans.

CAPVT XXXIII.

Quare Lucas à Domino inchoans genealogiam, in Adam retulit: & quot ſint ab Adam vſque ad Dominum generationes.

PRopter hoc Lucas genealogiam, quæ eſt à generatione Domini noſtri, vſque ad Adam, ſeptuaginta duas generationes habere oſtendit, finem coniungens initio, & ſignificans, quoniam ipſe eſt qui omnes gentes exinde ab Adam diſperſas, & vniuerſas linguas, & generationem hominum cum ipſo Adam in ſemetipſo recapitulatus eſt. Vnde & à Paulo typus futuri dictus eſt ipſe Adam: quoniam futuram circa Filium Dei humani generis diſpoſitionem, in ſemetipſum fabricator omnium Verbum præformauerat, prædeſtinante Deo primùm animalem hominem, videlicet, vt à ſpiritali ſaluaretur. Cùm præexiſteret Saluans, oportebat & quod ſaluaretur fieri, vti non vacuum ſit ſaluans. Conſequenter autem & Maria virgo obaudiens inuenitur, dicens: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Eua verò inobediens: non obaudiuit enim adhuc cùm eſſet virgo, quemadmodum illa virum quidem habens Adam, virgo tamen adhuc exiſtens (erant enim vtrique nudi in Paradiſo, & non confundebantur, quoniam paulò ante facti, non intellectum habebant filiorum generationis. Oportebat enim illos primò adoleſcere, dehinc ſic multiplicari. Sicut Eua inobaudiens facta, & ſibi & vniuerſo generi humano cauſa facta eſt mortis: ſic & Maria habens prædeſtinatum virum, tamen virgo obaudiens, & ſibi & vniuerſo generi humano cauſa facta eſt ſalutis. Et propter hoc, Lex eam quæ deſponſata erat viro, licet virgo ſit adhuc, vxorem eius qui deſponſauerat vocat, eam quæ eſt à Maria in Euam recirculationem ſignificans: quia non aliter quod colligatum eſt ſolueretur, niſi ipſæ compagines alligationis reflectantur retrorſus, vt primæ † coniungationes ſoluantur per ſecundas, ſecundæ rurſus liberent primas. Et euenit primam quidem compaginem à ſecunda † coniugatione ſoluere, ſecundam verò coniugationem, primæ ſolutionis habere locum. Et propter hoc Dominus dicebat, primos quidem nouiſſimos futuros & nouiſſimos primos. Et Propheta autem hoc idem ſignificat, dicens: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. Primogenitus enim mortuorum natus Dominus, & in ſinum ſuum recipiens priſtinos patres regenerauit eos in vitam Dei. Ipſe initium viuentium factus, quoniam Adam initium morientium factus eſt. Propter hoc & Lucas initium generationis à Domino inchoans, in Adam retulit, ſignificans, quoniam non illi hunc, ſed hic illos in Euangelium vitæ regenerauit. Sic autem & Euæ inobedientiæ nodus ſolutionem accepit per obedientiam Mariæ. Quod enim alligauit virgo Eua per incredulitatem, hoc Virgo Maria ſoluit per fidem. Neceſſe ergo fuit Dominum ad perditam ouem venientem, & tantæ diſpoſitionis recapitulationem facientem, & ſuum plaſma requirentem, illum ipſum hominem ſaluare qui factus fuerat ſecundùm imaginem & ſimilitudinem eius id eſt, Adam implentem tempora eius condemnationis, quæ facta fuerat propter inobedientiam, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate: quoniam & omnis diſpoſitio ſalutis, quæ circa hominem fuit, ſecundùm placitum fiebat Patris, vti non vinceretur Deus, neque infirmaretur ars eius. Si enim qui factus fuerat à Deo homo, vt viueret, hic amittens vitam, læſus à Serpente qui deprauerat eum, iam non reuerteretur ad vitam, ſed in totum proiectus eſſet morti; victus eſſet Deus, & ſuperaſſet Serpentis nequitia voluntatem Dei. Sed quoniam Deus inuictus, & † magnanimus eſt, magnanimem quidem ſe exhibuit ad † correctionem hominis, & probationem omnium, quemadmodum prædiximus. Per ſecundum autem hominem alligauit fortem, & diripuit eius vaſa, & euacuauit mortem, viuificans eum hominem, qui fuerat mortificatus. Primùm enim poſſeſſionis eius vas Adam factus eſt quem & tenebat ſub ſua poteſtate, hoc eſt præuaricationem iniquè inferens ei, & per occaſionem immortalitatis mortificationem faciens in eum. Etenim promittens futuros eos tanquam deos, quod ei non eſt omnino poſſibile, mortem fecit in eis: vnde & iuſtè à Deo recapitulatus, qui hominem captiuum duxerat: ſolutus eſt autem condemnationis vinculis, qui captiuus ductus fuerat homo.

B

† coniunctiones
† colligatione
Matth. 16.10.
Pſal. 44. 18.
Coloſſ. 1. 16.
1. Cor. 15. 12.
Luc. 3.
Luc. 15. 4.

F

Actor. 1. 7.
Gen. 3.
† magnanimus
† correptionem
Matth. 21. 20.

G

Gen. 3.

CAPVT XXXIV.

Oſtenſio quoniam Adam prior ſaluatur à Domino.

HIc eſt autem Adam, ſi oportet verum dicere, primiformis ille homo, de quo Scriptura ait dixiſſe Dominum: Faciamus hominē ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: nos autem omnes ex ipſo; & quoniam ſumus ex ipſo propterea quoque ipſius hæreditauimus appellationem. Cùm autem ſaluatur homo, oportet ſaluari eum qui prior formatus eſt homo. Quoniam nimis irrationabile eſt, illum quidem, qui vehementer ab inimico læſus † erat, & prior captiuitatem paſſus eſt, dicere non eripi ab eo, qui vicerit inimicum, ereptos verò filios eius, quos in eadem captiuitate generauit: nec victus quidem adhuc parebit inimicus, ipſis veteribus ſpoliis manentibus apud eum. Quemadmodum ſi hoſtes expugnauerint quoſdam, & † victos duxerint captiuos, & multo tempore in ſeruiture poſſederint eos, ita vt generent apud eos, & aliquis dolens pro his qui ſerui facti ſunt, eoſdem hoſtes expugnet, non tamen iuſtè faciet, ſi filios quidem eorum qui captiui ducti ſunt, liberet de poteſtate eorum, qui in ſeruitutem deduxerant patres eorum, ipſo verò qui captiuitatem ſuſtinuerunt, ſubiectos relinquat inimicis, propter quos & † vltionem fecit conſecutis libertatem filiis, ex cauſa paternæ vindicationis. Sed non relictis ipſis patribus, qui ipſam captiuita-

Gen. 1. 26.

H

† eſt
† vinctos
† vindicationem

rem ſubſtinuerunt. Neque enim infirmus eſt Deus, ne-
que iniuſtus, qui opitulatus eſt homini, & in ſuam li-
bertatem reſtaurauit eum.

CAPVT XXXV.

Quare de paradiſo Adam proiecit Deus.

PRopter hoc & in initio tranſgreſſionis Adæ, ſicut
enarrat Scriptura, non ipſum maledixit Adam,
ſed terram in operibus eius, quemadmodum ex ve-
teribus quidam ait: Quoniam quidem tranſtulit
Deus maledictum in terram, vt non perſeueraret in
homine. Condemnationem autem tranſgreſſionis ac-
cepit homo tædia & terrenum laborem, & man-
ducare panem in ſudore vultus ſui, & conuerti in
terram, ex qua aſſumptus eſt. Similiter autem &
mulier tædia, & labores, & gemitus, & triſtitias
partus, & ſeruitium; id eſt, vt ſeruiret viro ſuo,
vt neque maledicti à Deo in totum perirent, neque
ſine increpatione perſeuerantes Deum contemnerent.
Omnis autem maledictio decurrit in ſerpentem, qui
ſeduxerat eos. Et dixit (inquit) Deus ſerpenti:
Quoniam feciſti hoc, maledictus tu ab omnibus
pecoribus, & ab omnibus beſtiis terræ. Hoc idem
15. autem & Dominus in Euangelio, his qui à ſiniſtris
2. inueniuntur, ait: Abite maledicti in ignem æter-
num, quem præparauit Pater meus Diabolo & an-
gelis eius: ſignificans quoniam non homini princi-
paliter præparatus eſt æternus ignis, ſed ei qui ſe-
duxit & offendere fecit hominem, inquam, qui
princeps apoſtaſiæ eſt principi abſceſſionis, & his
angelis qui apoſtatæ facti ſunt cum eo: quem qui-
dem iuſtè percipient etiam hi qui ſimiliter vt illi ſi-
ne pœnitentia & ſine regreſſu malitiæ perſeuerant
operibus.

CAPVT XXXVI.

De Cain, qui fratrem ſuum occîdit.

QVemadmodum Cain, cùm accepiſſet conſilium
à Domino, vti quieſceret in eo, quod non
rectè diuiſiſſet eam, quæ erga fratrem erat com-
municationem; ſed cum zelo & militia ſuſpicatus
eſt poſſe dominari ei, non ſolùm non acquieuit:
ſed & adjecit peccatum ſuper peccatum, manifeſtans
6. ſententiam ſuam per operationem ſuam. Quod enim
cogitauit, hoc & operatus eſt, dominatus eſt, &
interfecit eum, ſubjiciente Deo iuſtum iniuſto, vt
ille quidem per ea quæ paſſus eſt, iuſtus oſtenda-
tur; hic verò per ea quæ commiſit, detegeretur
iniuſtus. Et ne ſic quidem mitigatus eſt, nec
quieuit ſuper factum malum; ſed interrogatus vbi
eſſet Abel frater eius? Neſcio, ait: nunquid cu-
ſtos fratris mei ſum ego? Extendens & multipli-
cans malum per reſponſionem. Etenim ſi malum eſt
occidere fratrem, multo peius ſic audacter & ir-
reuerenter reſpondere omnia ſcienti Deo, quaſi
poſſit fruſtrari eum. Propter hoc & ipſe maledictio-
nem portauit, quoniam ad ſe peccatum attulit,
non reueritus Deum, neque confuſus in fratrici-
dio.

CAPVT XXXVII. E

Quare folia fici circuncinxit Adam.

CIrca Adam autem nihil tale factum eſt, ſed omnia
in contrarium. Ab ſitero enim ſeductus ſub occaſio-
ne immortalitatis, ſtatim timore corripitur, & abſcon-
ditur, non quaſi poſſit effugere Deum, ſed confuſus
quoniam tranſgreſſus præceptum eius, indignus eſt ve-
nire in conſpectum & colloquium Dei. Timor autem Pſal. 110.
Domini initium intelligentiæ, intellectus verò tranſ- 10.
greſſionis fecit pœnitentiam: pœnitentibus autem lar-
gitur benignitatem ſuam Deus. Etenim per ſuccincto- Gen. 3. 7.
rium in facto oſtendit ſuam pœnitentiam, foliis ficul-
neis ſemetipſum contegens, exiſtentibus & aliis foliis
multis, quæ minus corpus eius vexare potuiſſent, con-
dignum tamén inobedientiæ amictum fecit, conterritus
timore Dei, & retundens petulantem carnis impetum; F
quoniam indolem & puerilem amiſerat ſenſum, & in
cogitationem † peiorem venerat, frenum continentiæ † peiorum
ſibi & vxori ſuæ circundedit, timens Deum, & aduen-
tum eius expectans, & velut tale quid ſignificans: Quo-
niam (inquit) eam quam habui à Spiritu ſanctitatis ſto-
lam, amiſi per inobedientiam, & nunc cognoſco quo-
niam ſim dignus tali tegumento, quod delectationem
quidem nullam præſtat, mordet autem & pungit cor-
pus. Et hoc videlicet ſemper habuiſſet indumentum,
humilians ſemetipſum, niſi Dominus qui eſt miſericors,
tunicas pelliceas pro foliis ficulneis induiſſet eos. Pro-
pter hoc autem & interrogat eos, vti ad mulierem ve-
niret accuſatio: & illam rurſus interrogat, vti ad ſer-
pentem tranſmitteret † cauſam. Dixit enim quod fuerat † cauſas.
factum: Serpens, ait, ſeduxit me, & manducaui. Ser-
pentem verò non interrogauit: ſciebat enim eum princi- Gen 3.
pem tranſgreſſionis factum, ſed maledictum primò im- 14
miſit in eum, vti ſecunda increpatione veniret in homi- G
nem. Eum enim odiuit Deus, qui ſeduxit hominem; ei
verò, qui ſeductus eſt, ſenſim paulatimque miſertus eſt:
quapropter & eiecit eum de Paradiſo, & à ligno vitæ
longe tranſtulit: non inuidens ei lignum vitæ, quemad-
modum † quidam dicunt, ſed miſerans eius, vt non per- † audet
ſeueraret ſemper tranſgreſſor; neque immortale eſſet quidam
quod eſſet circa eum peccatum & malum interminabile dicere.
& inſanabile. Prohibuit autem eius tranſgreſſionem, in-
terponens mortem, & ceſſare faciens peccatum, finem
inferens ei per carnis reſolutionem, quæ fieret in terra;
vti ceſſans aliquando homo viuere peccato, & moriens
ei, inciperet viuere Deo.

CAPVT XXXVIII.

Quid eſt quod à Propheta dictum eſt, Super aſpidem & baſilicum ambulabis, &c. H

QVapropter inimicitiam poſuit inter ſerpentem & Gen. 3.
mulierem, & ſemen eius, obſeruantes inuicem: 15.
illo quidem cui mordetur planta, & potente calcare ca-
put inimici; altero verò mordente, & occidente, & in-
terpediente ingreſſus hominis, quoadvſque venit ſemen
prædeſtinatum calcare caput eius, quod fuit partus Ma-
riæ, de quo ait Propheta: Super aſpidem & baſiliſcum Pſal. 90.
ambulabis, & conculcabis leonem & draconem: ſigni- 13
ficans quia illud quod erigeretur & dilataretur aduerſus
hominem peccatum, quod frigidum reddebat eum, eua-
cuaretur cum regnante morte, & conculcaretur ab eo in
nouiſſimis temporibus inſiliens humano generi Leo, hoc
eſt, Antichriſtus; & draconem illum ſerpentem vetuſtum
alligans & ſubiiciens poteſtati hominis, qui fuerat vi-
ctus, ad calcandam omnem eius virtutem. Victus au- Luc 10.
tem erat Adam ablata ab eo omni vita: & propter hoc, vi- 19.
cto rurſus inimico recepit vitam Adam: nouiſſima autem

inimica euacuatur mors, quæ primum poſſederat hominem. .15. Quaptopter liberato homine, fiet quod ſcriptum eſt: Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors aculeus tuus? quod non poterat iuſtè dici, ſi non ille liberatus fuit, cui primùm dominata eſt mors. Illius enim ſalus, euacuatio eſt mortis. Domino igitur viuificante hominem, id eſt, Adam, euacuata eſt mors.

CAPVT XXXIX.

Aduerſus Tatiani doctrinam.

MEntiuntur ergo omnes qui contradicunt eius ſaluti, ſemper ſeipſos excludentes à vita, in eo 15. quòd non credant inuentam ouem quæ perierat. Si autem illa non eſt inuenta, adhuc poſſidetur in perditione omnis hominis generatio: mendax ergo is qui prior hanc ſententiam, imò hanc ignorantiam & cæcitatem induxit, Tatianus. Connexio quidem factus omnium hæreticorum, quemadmodum oſtendimus; hoc autem à ſemetipſo adinuenit, vel nouum aliquid præter reliquos inferens, vacuum loquens, vacuos à fide auditores ſibi præpararet, affectans magiſter haberi, tentans 5. & ſubinde vti huiuſmodi à Paulo aſſiduè dictis: Quoniam in Adam omnes morimur, ignorans autem, quoniam vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit gratia. Oſtenſo ergo hoc manifeſtè, erubeſcant omnes qui ab eo ſunt, & concertant de Adam, quaſi magnum aliide quid lucrentur, ſi ille non ſaluetur, † quanto magis nihil proficiant, quemadmodum & ſerpens nihil profecit ſuadens homini, niſi illud quod eum tranſgreſſorem oſtendit initium & materiam apoſtaſiæ ſuæ habens hominem, Deum autem non vicit. Sic & hi qui contradicunt ſaluti Adæ, nihil proficiunt: niſi hoc, quod ſemetipſos hæreticos & apoſtatas faciunt veritatis, & aduocatos ſe ſerpentis & mortis oſtendunt.

CAPVT XL.

Aduerſus eos qui ex quacunque cauſa ſchiſma faciunt.

TRaductis igitur omnibus, qui nefandas inferunt ſententias de factore & plaſmatore noſtro, qui & hunc mundum fabricatus eſt, ſuper quem alius Deus non eſt; & ipſis oſtenſionibus euerſis his, qui de ſubſtantia Domini noſtri, & de diſpoſitione quam fecit propter hominem ſuum, falſa docent: prædicationem verò Eccleſiæ vndique conſtantem, & æqualiter perſeuerantem, & teſtimonium habentem à Prophetis & ab Apoſtolis, & ab omnibus diſcipulis, quemadmodum oſtendimus per initia, & medietates, & finem, & per vniuerſam Dei diſpoſitionem, & eam quæ ſecundùm ſalutem hominis eſt, ſolidam operationem, quæ eſt in fide noſtra; quam perceptam ab Eccleſia cuſtodimus, & quæ ſemper à Spiritu Dei, quaſi in vaſe bono eximium quoddam depoſitum iuueneſcens, & iuueneſcere faciens ipſum vas in quo eſt. Hoc enim Eccleſiæ creditum eſt Dei munus, quemadmodum aſpiratio plaſmationi, ad hoc vt omnia membra percipientia viuificentur: & in eo diſpoſita eſt communicatio CHRISTI, id eſt Spiritus ſanctus, arrha incorruptelæ & confirmatio fidei noſtræ, & ſcala aſcenſionis ad Deum. In Eccleſia enim (inquit) poſuit Deus Apoſtolos, Prophetas, Doctores, & vniuerſam reliquam operationem Spiritus, cuius non ſunt participes omnes, qui non † concurrunt ad Eccleſiam: ſed ſemetipſos fraudant à vita, per ſententiam malam, & operationem peſſimam. Vbi enim Eccleſia, ibi & Spiritus Dei; & vbi Spiritus Dei, illic Eccleſia, & omnis gratia: Spiritus autem veritas. Quaptopter qui non participant eum, neque à mammillis matris nutriuntur in vitam, neque percipiunt de corpore CHRISTI [Ierem.2. 13.] procedentem nitidiſſimum fontem: ſed effodiunt ſibi lacus detritos de foſſis terrenis, & de cœno † putridam [† putida] bibunt aquam, effugientes fidem Eccleſiæ, ne traducantur, reiicientes verò Spiritum vt non erudiantur. Alienati verò à veritate, dignè in omni volutantur errore, fluctuati ab eo, aliter atque aliter per tempora de [Matth.7. 25.] eiſdem ſentiente, & nonquam † ſcientiam ſtabilem habentes [† ſententiam ſtabilem], ſophiſtæ verborum magis volentes eſſe quàm diſcipuli veritatis. Non enim ſunt fundati ſuper † viuam petram [† viuam], ſed ſuper arenam habentem in ſeipſa lapides multos propter hoc & multos Deos fingunt, & quærere quidem ſemper in excuſatione habent, (cæcutiunt enim,) inuenire verò nunquam poſſunt. Blaſphemant enim fabricatorem, hoc eſt, eum qui eſt verè Deus, qui & præſtat inuenire, putantes ſe ſuper Deum alterum inueniſſe Deum, vel alteram plenitudinem, vel alteram diſpoſitionem. Quapropter & lumen, quod eſt à Deo, non lucet eis, quoniam inhonorauerunt & ſpreuerunt Deum, minimum arbitrantes eum: quoniam propter dilectionem ſuam, & immenſam benignitatem in agnitionem venit † hominis [† hominibus 1.Pet.1.]: agnitionem autem non ſecundùm magnitudinem, nec ſecundùm ſubſtantiam: (nemo enim menſus eſt eam, nec palpauit) ſed ſecundùm illud vt ſciremus quoniam qui fecit & plaſmauit, & inſufflationem vitæ inſufflauit in eis, & per conditionem nutrit nos verbo ſuo confirmans, & ſapientia compingens omnia, hic eſt qui eſt ſolus † vere Deus [† verus]: eum verò qui non eſt, ſomniantes ſuper hunc, vt magnum Deum putentur adinueniſſe, quem nemo poſſit cognoſcere humano generi communicantem, nec terrena adminiſtrantem: Epicuri videlicet inuenientes Deum, neque ſibi, neque aliis aliquid præſtantem, id eſt, nullius prouidentiam habentem.

[E] [F] [G]

CAPVT XLI.

*Oſtenſio quoniam * prouidentia Dei regatur hic mundus.* [† ſecundùm prouidentiã]

PRouidentiam autem habet Deus omnium, propter hoc & conſilium dat: conſilium autem dans adeſt his, qui morum prouidentiam habent. Neceſſe eſt igitur ea quæ prouidentur & gubernantur, cognoſcere ſuum † rectorem [† directorem]: quæ quidem non ſunt irrationabilia, neque vana, ſed habent ſenſibilitatem perceptam de prouidentia Dei. Et propter hoc Ethnicorum quidam, qui minus illecebris ac voluptatibus ſeruierunt, & non in tantum ſuperſtitione idolorum abducti ſunt; prouidentia eius moti, licet tenuiter, tamen conuerſi ſunt, vt dicerent fabricatorem huius vniuerſitatis Patrem omnium prouidentem, & diſponentem ſecundùm nos mundum. [H]

CAPVT XLII.

Quoniam neque iuſtitia ſine bonitate conſtare poteſt, neque bonitas ſine iuſtitia.

RVrſus vt increpatiuum auferrent à Patre & iudiciale, indignum id Deo putantes, & ſine iracundia, & bonum arbitrantes ſe adinueniſſe Deum, alterum quidem iudicare, & alterum quidem ſaluare dixerunt, neſcientes vtrorumque auferentes ſenſum & iuſtitiam. Si enim

iudicialis non & bonus ſit, ad † dandum quidem his quibus debet, & ad exprobrandum his quibus oportet, neque iuſtus, neque ſapiens videbitur iudex. Rurſus bonus, ſi hoc tantum ſit bonus, non & probator, in quos † emittat bonitatem; extra iuſtitiam erit & bonitatem, & infirma bonitas eius videbitur, non omnes ſaluans, ſi non cum iudicio fiat.

CAPVT XLIII.

Quoniam ſapiens, idem & iudex.

MArcion igitur ipſe diuidens Deum in duo, alterum quidem bonum, & alterum iudicialem dicens, ex vtriſque interimit Deum. Hic enim qui iudicialis, ſi non & bonus ſit, non eſt Deus, quia Deus non eſt, cui bonitas deſit: & ille rurſus qui bonus, ſi non & iudicialis, idem quod hic patietur, vt auferatur ei ne ſit Deus. Quemadmodum autem & ſapientem dicunt Patrem omnium, ſi non & iudiciale ei aſſignent? Si enim ſapiens, & probator eſt; probatori autem ſubeſt iudiciale, iudiciale autem aſſequitur iuſtitia, vt iuſtè probet iuſtitiam, prouocat iudicium: iudicium autem cum ſit, cum iuſtitia tranſmittet ad ſapientiam. Sapientia igitur præcellet Pater ſuper omnem humanam & angelicam ſapientiam, quoniam Dominus & iudex & iuſtus, & dominator ſuper omnes. Eſt enim & bonus, & miſericors, & patiens, & ſaluat quos oportet: neque bonum ei deficit iuſtè effectum, neque ſapientia deminoratur: ſaluat enim quos debet ſaluare, & iudicat dignos iudicio: neque iuſtum immite oſtenditur, præeunte licet & præcedente bonitate.

CAPVT XLIV.

Oſtenſio quod verbum Domini & iuſtum & bonum ſit.

QVi igitur Solem ſuum oriri facit omnibus benigne Deus, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, iudicabit eos, qui ex æquo benignitatem eius percipientes, non ſimiliter ſecundùm dignationem munerationis eius conuerſati ſunt: ſed in delitiis & luxuriis verſati ſunt aduerſus beneuolentiam eius, adhuc & blaſphemantes eum, qui tanta beneficia in eos fecerit.

CAPVT XLV.

Quemadmodum religioſior plato, quàm hæretici † oſtendatur.

QVibus religioſior Plato oſtenditur, qui eundem Deum & iuſtum & bonum confeſſus eſt, habentem poteſtatem omnium, ipſum facientem iudicium, ſic dicens. Et Deus quidem, quemadmodum & vetus ſermo eſt, initium, & finem, & medietates omnium quæ ſunt habens, rectè perficit, ſecundùm naturam circumiens: hunc autem ſemper conſequitur iuſtitia vltrix in eos, qui deficiunt a Lege diuina.

E

CAPVT XLVI.

Quemadmodum ſecundum ſuam regulam, qui à Valentino ſunt, extra veritatem † oſtendantur. † oſtendantur

ET iterum, factorem & fabricatorem huius vniuerſitatis bonum oſtendit. Bono autem (inquit) nulla vnquam de quoquam naſcitur inuidia: hoc initium & cauſam fabricationis mundi conſtituens bonitatem Dei; ſed non ignorantiam; nec Æonem qui errauit, nec labis fructum, nec matrem plorantem & lamentantem, nec alterum Deum vel patrem. Iuſtè autem eos mater planget, talium excogitatores & adinuentores: digna enim commentati, & commentiti ſunt in capita ſua, quoniam mater ipſorum extra plenitudinem eſt, id eſt, F extra Dei agnitionem, & collectio eorum abortio facta eſt informis, & ſine ſpecie: nihil enim de veritate apprehendit, in vacuum & in vmbram decidit. Vacua enim doctrina ipſorum & intenebrata, & Horus eam non permiſit introire in pleroma: non enim recepit eos ſpiritus in refrigerium. Pater enim ipſorum ignorantiam † regenerans, mortis † paſſionem in eis operatus eſt. Hæc nos diffamamus, ſed ipſi confirmant, ipſi docent, gloriantur in ipſis, altum ſentiunt de matre, quam ſine patre dicunt genitam, hoc eſt ſine Deo fœminam à fœmina, quod eſt ex errantia corruptelam. Nos autem precamur non perſeuerare eos in fouea, quam ipſi foderunt, ſed ſegregari ab huiuſmodi matre, & exire à Bytho, & † abſtinere à vacuo, & vmbram derelinquere, & legitimè eos generari, conuerſos ad Eccleſiam Dei, & formari Chriſtum in eis, & cognoſcere eos fabricatorem & factorem huius vniuerſitatis, ſolum verum Deum & Dominum omnium. Hæc precamur de illis, vtilius eos diligentes, quam ipſi ſemetipſos putant diligere. Quæ enim eſt à G nobis dilectio, cùm ſit vera, ſalutaris eſt eis, ſi quidem eam recipiant. Eſt enim auſtero medicamini ſimilis, abſumens † improbiorem ſuperfluam vulneris carnem. Elationem enim illorum & inflationem euacuat. Quapropter tentantes omni virtute manum porrigere eis non tædebit nos. Prorogauimus autem ſuper hæc quæ dicta ſunt, in ſequenti libro Domini ſermones inferre, ſi quos ex his per ipſam Chriſti doctrinam conuincentes, ſuadere poſſimus ceſſare ab eiuſmodi errore, & abſiſtere ab ea blaſphemia, quæ eſt in fabricatorem ipſorum, qui & ſolus eſt Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti.

† generans † paſſiones † abſiſtere † improbiorem

CAPITA LIBRI QVARTI. H

Hæ ſunt exprobrationes & euerſiones falſæ agnitionis.

1 OSTENSIO *quoniam Dominus vnum Deum ſolum, & Patrem cognoſcebat.*
2 *Quæſtio de eo quod ſit, Confiteor tibi Pater Domine cæli & terra.*
3 *Oſtenſio quod per Moyſem legiſlatio ſermones ſint Chriſti.*
4 *Expoſitio parabolæ diuitis & pauperis Lazari.*
5 *Oſtenſio quoniam cælum quidem & terra † tranſient, Dominus autem qui condidit, & manet in æternum, ipſe eſt Pater Domini noſtri.* † tranſiet
6 *Quæ cauſa eſt, quod cælum & terra tranſiet.*
7 *Quare relicta eſt Hieroſolyma.*
8 *Oſtenſio quòd temporalis lex data eſt.*
9 *Quoniam Chriſtus eſt, qui ſuperinducit diem velut clibanum ardentem.*
10 *Oſtenſio eundem Deum & præſentia & æterna feciſſe.*

11 Quemadmodum Dominus eum qui de rubo locutus eſt ad Moyſem, confitetur eſſe † Deum viuentium.

12 Quoniam Abraham vidit Chriſtum.

13 Quoniam vna & eadem Abrahæ fides, & noſtra.

14 Quid eſt, quòd nemo cognoſcit Patrem, niſi Filius, & per quot occaſiones reuelat Filius Patrem.

15 Quemadmodum Abraham à verbo doctus eſt.

16 Quemadmodum promiſſionem, quam promiſit Deus Abrahæ, Chriſtus perfecit.

17 Quare Iudæi abceſſerunt à Deo.

18 Oſtenſio quoniam Abraham † hæreditatem poſſidebit regnum cælorum.

19 Quoniam Dominus ſabbatis curans, ſecundum legem faciebat.

20 Quoniam non contra Legem faciebant diſcipuli Domini ſabbatis ſpicas legentes, & quoniam Leuitæ omnes diſcipuli Domini.

21 Oſtenſio vnius & eiuſdem ſubſtantiæ eſſe, quæ ſecundum legem ſunt, & ea quæ ſecundum Euangelium; & quemadmodum nouum teſtamentum † prædictum eſt à Prophetis.

22 Quid eſt, Pluſquam templum, & pluſquam Salomon.

23 Quemadmodum Moyſes aduentum Chriſti ſignificauit, & tempus paſſionis, & locum in quo paſſus eſt.

24 Quoniam Prophetæ & iuſti ante aduentum Domini, cognouerunt aduentum eius.

25 Quemadmodum ſeniorum traditio contraria erat Legi, quæ data eſt per Moyſem.

26 De Phariſaica Lege, quæ ſunt particularia præcepta, & quæ Catholica.

27 Quemadmodum Dominus, quæ de Lege comprehendebantur, ſuperextendit diſcipulis, non diſſoluit, & ſecundum quid plus abundat iuſtitia noſtra, quam Scribarum & Phariſæorum.

28 Quare fecit hominem Deus & patres elegit, & nos vocauit, & quid præſtat ea quæ eſt ad † Dominum ſeruitus, & quare talis Lex populo data eſt.

29 Quemadmodum in populo priore, & in Eccleſia quædam præcepta propter duritiam & indicto audientiam hominum data ſunt.

30 Quare circuncisio data eſt populo, & obſeruatio ſabbatorum, & quam habent recapitulationem.

31 In quo differt Decalogus à reliquis præceptis.

32 Oſtenſio quoniam non propter ſe, nec indigens Deus † de ſeruitio eorum, Leuiticam præcepit Legem, quid enim requirit Deus ab homine nullius indigens?

33 Quemadmodum nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti proprium Patris oſtenditur.

34 De ſacrificiis & oblationibus, & qui ſunt qui in veritate offerunt.

35 Quorum typum accipiebat populus, & quemadmodum per actus Prophetæ, prophetabant futura.

36 Quemadmodum inueſtigabilis & incomprehenſibilis oſtenditur is, qui hanc, quæ ſecundum nos eſt, condidit creaturam.

37 Secundum quid notus Deus, & quod ipſe Pater conditor omnium per ſuas manus formauit hominem.

38 Quemadmodum in Abraham præfigurabatur fides noſtra, & quæ eſt expoſitio eorum, quæ facta ſunt à patribus.

39 Quare lauit pedes diſcipulorum ſuorum Dominus, & quare diſcumbentibus, & quod ipſe ſimiliter ante omnes Deus oſtenditur.

40 De eo quod ait: Non vos laboraſtis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis.

41 Quare Paulus dicit ſe plus quàm omnes laboraſſe.

42 Quemadmodum in circuncisione & præputio, & fide vnus Pater oſtenditur.

43 Quid eſt theſaurus abſconditus in agro, & quòd ſola Eccleſia recte legat ſcripturas.

44 De Presbyteris iniuſtis.

45 Quibus doctoribus vtendum eſt: de his peccatis, quæ ab antiquis geſta ſunt.

46 De tranſgreſſione populi.

4 Oſtenſio quod vnum & idipſum ſit Verbum Dei diſpoſitor veterum & nouorum.

48 Secundum quod indurauit Deus cor Pharaonis & miniſtrorum eius.

49 Quare ſecundum iuſſum Dei vaſa ab Ægyptiis ſumpſit populus in Exodo, & ex ipſis tabernaculum in eremo fabricauit.

50 Quemadmodum vna & eadem populi profectio ex Ægypto, & Eccleſiæ ex gentibus oſtenditur.

51 Oſtenſio generationis Loth ex filiabus ſuis.

52 Oſtenſio vnum & eundem eſſe Deum Patrem, & non illorum.

53 Quis eſt ſpiritalis diſcipulus? qui iudicat quidem omnes, ipſe autem à nemine † iudicatur: & qui ſunt qui iudicantur. †

54 Quemadmodum iudicabuntur gentes.

55 Quemadmodum iudicabuntur Iudæi.

56 Oſtenſio quoniam duos aduentus Chriſti Prophetæ annuntiauerunt.

57 Quemadmodum iudicabuntur qui à Marcione ſunt.

58 Quemadmodum iudicabuntur qui ſunt a Valentino, & reliqui Gnoſtici.

59 Quemadmodum iudicabuntur Ebionitæ.

60 Quemadmodum iudicabuntur qui putatiuè dicunt Deum manifeſtatum.

61 Quemadmodum iudicabuntur pſeudoprophetæ.

62 Quemadmodum iudicabuntur qui ſchiſmata operantur, & omnes qui ſe ſegregant ab Eccleſia.

63 Quemadmodum omnia conſiſtunt ei qui eſt Eccleſiaſticus.

64 Oſtenſio quòd Eccleſia non tantum perfectam habeat dilectionem, ſed quoniam & ſpiritus Dei ſuper eam requieſcit, & quòd ab vno & eodem Deo Prophetæ & Chriſtus.

65 Quomodo Prophetæ omnia prædixerunt quæcunque Chriſtus operatus.

66 Quomodo Prophetæ membra Chriſti ſunt, & quemadmodum vnuſquiſque eorum, ſecundum quod erat membrum, ſecundum hoc & prophetauit, & quoniam omnia quæ Prophetæ prædixerunt, Chriſtus adimpleuit.

67 Aduerſus eos qui dicunt, Quid noui veniens attulit Chriſtus?

68 Aduerſus eos qui dicunt quædam à ſummitate dixiſſe Prophetas, quædam vero à mundi fabricatore.

69 Quemadmodum de (eiſdem) ipſis dicti, diſcrepant à ſemetipſis, qui ſunt à Valentino.

70 Oſtenſio de Domini ſermonibus confitentis ſe à Deo Patre miſſum, à quo & Prophetæ venerunt, & patres electi ſunt.

71 Oſtenſio quòd homo liber ſit, & ſuæ poteſtatis, ad hoc vt ab ſe eligere poſſit meliora & contraria.

72 Oſtenſio quòd non naturâ quidam boni ſunt, quidam verò mali, & quòd in hominis electione ſit bonum.

73 Quæ cauſa fuerit quòd non ab initio perfectus factus eſt homo.

74 Et ſecundum quid omnia quæ facta ſunt indigent perfecto, & vnde eſt indigentia.

75 Quid eſt quod à Paulo dictum eſt, Lac vobis potum dedi, non eſcam.

76 Quæ eſt agnitio boni & mali, & quemadmodum homo cum indicto audiens fuiſſet, immalus

Deus per † dicti audientiam meliorem fieri hominem.

77 *Quid eſt quod ad Prophetam dictum eſt, Ego Deus Zelans & faciens pacem, & condens † malum.*

78 *Oſtenſio quoniam non alius eſt qui requiem dat pater; alius autem qui ignem præparauit, Deus (ſed vnus & idem.)*

79 *Quare Angeli, diaboli & filij nequitiæ dicti ſunt.*

80 *Qui illi & ob quam cauſam progenies viperarum, † quod non obediunt Euangelio.*

PRÆFATIO QVARTI LIBRI.

Hæ ſunt exprobationes & euerſiones falſæ agnitionis.

† HVNC quartum librum, Dilectiſſime, tranſmittens tibi, operis quod eſt de detectione & euerſione falſæ cognitionis, quemadmodum promiſimus, per Domini ſermones, ea quæ prædiximus confirmauimus, vti & tu, ſicut poſtulaſti, vndique à nobis accipias occaſiones ad confirmandos omnes hæreticos, & eos † omnino retuſos non longius ſinas in erroris procedere profundum, neque ignorantiæ præfocari pelago, ſed conuertens eos in veritatis portum, facias ſuam percipere ſalutem. Eum autem qui velit eos conuertere, oportet diligenter ſcire regulas ſiue argumenta ipſorum: nec enim poſſibile eſt alicui curare quoſdam malè habentes, qui ignorat paſſionem eorum qui malè valent. Quapropter hi qui ante nos fuerunt, & quidem multò nobis meliores, non tamen ſatis potuerunt contradicere his qui ſunt à Valentino, quia ignorabant regulam ipſorum quam nos cum omni diligentia in primo libro tibi tradidimus; in quo & oſtendimus doctrinam eorum recapitulationem eſſe omnium hæreticorum. Quapropter & in ſecundo tanquam ſpeculum habuimus eos totius euerſionis; qui enim his contradicunt ſecundùm quod oportet, contradicunt omnibus qui ſunt malæ ſententiæ: & qui hos † euertunt, euertunt omnem hæreſim: ſuper omnes eſt enim blaſphema regula ipſorum, quandoquidem factorem & fabricatorem, qui eſt vnus Deus, ſecundùm quod oſtendimus, de Labe ſiue defectione cum emiſſum dicunt. Blaſphemant autem & in Dominum noſtrum, abſcindentes & diuidentes IESVM à CHRISTO, & Chriſtum à Saluatore, & Saluatorem rurſum à Verbo, & Verbum ab Vnigenito. Et quemadmodum fabricatorem ex Labe ſiue defectione emiſſum dicunt, ſic & Chriſtum & Spiritum ſanctum propter Labem emiſſum docuerunt, & Saluatorem ab his Æonibus qui à Labe emiſſi ſunt, fructificationem eſſe; vt nil ſit apud eos ſine blaſphemia. In eo igitur qui ante hunc eſt libro, oſtenſa eſt de his omnibus ſententia Apoſtolorum. Quoniam non ſolùm nihil tale ſenſerunt qui ab Initio ſpeculatores, & miniſtri fuerunt verbi veritatis: ſed & prædicauerunt nobis fugere huiuſmodi ſententias, Spiritu prouidentes eos qui ſeducturi erant ſimpliciores. Quemadmodum enim ſerpens Euam ſeduxit, promittens ei quod non habebat ipſe: ſic & hi prætendentes maiorem agnitionem & myſteria inenarrabilia, & promittentes eam quam dicunt intra Pleroma eſſe receptionem, in mortem demergunt ſibi credentes, apoſtatas eos conſtituentes ab eo qui eos fecit. Et tunc quidem apoſtata Angelus per ſerpentem inobedientiam hominum operatus, exiſtimauit latere ſe Dominum: quapropter eandem ei formam & appellationem tribuit Deus. Nunc autem quoniam nouiſſima ſunt tempora, extenditur malum in homines, non ſolum apoſtatas eos faciens, ſed & blaſphemos in plaſmatorem inſtituit multis machinationibus, id eſt, per omnes hæreticos qui prædicti ſunt. Hi enim omnes, quamuis ex differentibus locis egrediantur, & differentias doceant, in idem tamen blaſphemiæ concurrunt propoſitum, letaliter vulnerantes, docendo in Dominum fabricatorem blaſphemiam & nutritorem noſtrum, & derogando ſalutem hominis. E

Homo eſt autem temperatio animæ & carnis, qui ſecundum ſimilitudinem Dei formatus eſt, & per manus eius plaſmatus eſt, hoc eſt, per Filium & Spiritum, quibus & dixit, Faciamus hominem. Gen. 1. 26. 1. Coloſſ. 3. 1. Hoc ergo propoſitum eſt eius qui vitæ noſtræ inuidet, incredulos ſuæ ſalutis efficere homines, & blaſphemos in plaſmatorem Deum. Quæcunque enim cum grauitate ſumma dixerint omnes hæretici, in vltimum ad hoc deueniunt, vt blaſphement fabricatorem, & contradicant ſaluti † plaſmatis Dei, † *plaſmationis* quod quidem eſt caro propter quam omnem diſpoſitionem feciſſe Filium Dei multis modis oſtendimus, & manifeſtauimus neminem alium Deum appellari à Scripturis, niſi Patrem omnium, & Filium, & eos qui adoptionem habent. F

CAPVT I.

Oſtenſio quoniam Dominus vnum ſolum Deum & Patrem cognoſcebat.

CVm ſit igitur hoc firmum & conſtans, neminem alterum Deum & Dominum à Spiritu prædicatum, Pſal. 81. v. 1. & 6. Ioan. 10. 35. niſi eum qui dominatur omnium Deus, cum Verbo ſuo, & eos qui adoptionis Spiritum accipiunt, hoc eſt, eos qui credunt in vnum & verum Deum, & Chriſtum Ieſum Filium Dei; ſimiliter & Apoſtolos neminem alium à ſemetipſis Deum appellaſſe, aut Dominum † cognouiſſe; † *cognominaſſe* multo autem magis Dominum noſtrum qui & nobis præcepit neminem Patrem confiteri, niſi eum qui eſt in cœlis, qui eſt vnus Deus, & vnus Pater: G manifeſtè falſa oſtenduntur ea quæ dicunt circumuentores Matt. 23. 9. & peruerſiſſimi ſophiſtæ, dicentes naturaliter & Deum & Patrem eſſe, quem ipſi adinuenerunt: Demiurgum verò, naturaliter neque Deum, neque Patrem eſſe, ſed verbo tenus dici, eò quod dominetur conditioni, ſicut dicunt peruerſi grammatici, excogitantes in Deum, & doctrinam quidem Chriſti prætermittentes, à ſemetipſis autem falſa diuinantes aduerſus vniuerſam Dei diſpoſitionem argumentantur. Etenim Æonas ſuos, & deos & patres, & dominos, adhuc etiam & cœlos vocari dicunt cum Matre ſua, quam & terram, & Ieruſalem appellant, multiſque aliis vocabulis eam cognominantes. Cui autem non ſit manifeſtum, quoniam ſi Dominus multos patres ſciſſet & deos, non præcepiſſet diſcipulis ſuis vnum ſcire Deum, & hunc eundem ſolum † vocari Patrem: † *vocare* ſed potius diſtinxit eos qui ſunt verbo tenus dij, ab eo qui ſit verè Deus vt non errent ſecundùm doctrinam eius, neque alterum pro altero audiant? H Si autem nobis quidem præcepit vnum vocare Patrem & Deum, ipſe autem interdum alteros confitetur patres, & deos eodem modo, alia quidem præcipiens videbitur diſcipulis, alia verò ipſe faciens. Non eſt autem hoc magiſtri boni, ſed ſeductoris & inuidi. Apoſtoli autem ſecundùm eos tranſgreſſores oſtenduntur præcepti, Demiurgum Deum, & Dominum, & Patrem confitentes, quemadmodum oſtendimus, ſi non hic ſolus eſt Deus & Pater. Ieſus ergo tranſgreſſionis autor & magiſter erit eis, qui præcepit vnum vocari Patrem, imponens eis neceſſitatem Demiurgum confiteri ſuum Patrem, quemadmodum oſtenſum eſt.

11 Quemadmodum Dominus eum qui de rubo locutus eſt ad Moyſem, confitetur eſſe † Deum viuentium.

12 Quoniam Abraham vidit Chriſtum.

13 Quoniam vna & eadem Abrahæ fides, & noſtra.

14 Quid eſt, quod nemo cognoſcit Patrem, niſi Filius, & per quot occaſiones reuelat Filius Patrem.

15 Quemadmodum Abraham à verbo doctus eſt.

16 Quemadmodum promiſſionem, quam promiſit Deus Abrahæ, Chriſtus perfecit.

17 Quare Iudæi abceſſerunt à Deo.

18 Oſtenſio quoniam Abraham † hæreditatem poſſidebit regnum cœlorum.

19 Quoniam Dominus ſabbatis curans, ſecundum legem faciebat.

20 Quoniam non contra Legem faciebant diſcipuli Domini ſabbatis ſpicas legentes, & quoniam Leuitæ omnes diſcipuli Domini.

21 Oſtenſio vnius & eiuſdem ſubſtantiæ eſſe, quæ ſecundum legem ſunt, & ea quæ ſecundum Euangelium; & quemadmodum nouum teſtamentum † prædictum eſt à Prophetis.

22 Quid eſt, Pluſquam templum, & pluſquam Salomon.

23 Quemadmodum Moyſes aduentum Chriſti ſignificauit, & tempus paſſionis, & locum in quo paſſus eſt.

24 Quoniam Prophetæ & iuſti ante aduentum Domini, cognouerunt aduentum eius.

25 Quemadmodum ſeniorum traditio contraria erat Legi, quæ data eſt per Moyſem.

26 De Phariſaica Lege, quæ ſunt particularia præcepta, & quæ Catholica.

27 Quemadmodum Dominus, quæ de Lege comprehendebantur, ſuperextendit diſcipulis, non diſſoluit, & ſecundum quid plus abundat iuſtitia noſtra, quam Scribarum & Phariſæorum.

28 Quare fecit hominem Deus & patres elegit, & nos vocauit, & quid præſtat ea quæ eſt ad † Dominum ſeruitus, & quare talis Lex populo data eſt.

29 Quemadmodum in populo priore, & in Eccleſia quædam præcepta propter duritiam & indicto audientiam hominum data ſunt.

30 Quare circuncisio data eſt populo, & obſeruatio ſabbatorum, & quam habent recapitulationem.

31 In quo differt Decalogus à reliquis præceptis.

32 Oſtenſio quoniam non propter ſe, nec indigens Deus † de ſeruitio eorum, Leuiticam præcepit Legem, quid enim requirit Deus ab homine nullius indigens?

33 Quemadmodum nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti proprium Patris oſtenditur.

34 De ſacrificiis & oblationibus, & qui ſunt qui in veritate offerunt.

35 Quorum typum accipiebat populus, & quemadmodum per actus Prophetæ, prophetabant futura.

36 Quemadmodum inueſtigabilis & incomprehenſibilis oſtenditur is, qui hanc, quæ ſecundum nos eſt, condidit creaturam.

37 Secundum quid notus Deus, & quod ipſe Pater conditor omnium per ſuas manus formauit hominem.

38 Quemadmodum in Abraham præfigurabatur fides noſtra, & quæ eſt expoſitio eorum, quæ facta ſunt à patribus.

39 Quare lauit pedes diſcipulorum ſuorum Dominus, & quare diſcumbentibus, & quod ipſe ſimiliter ante omnes Deus oſtenditur.

40 De eo quod ait: Non vos laboraſtis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis.

41 Quare Paulus dicit ſe plus quàm omnes laboraſſe.

42 Quemadmodum in circuncisione & præputio, & fide vnus Pater oſtenditur.

43 Quid eſt theſaurus abſconditus in agro, & quòd ſola Eccleſia recte legat ſcripturas.

44 De Presbyteris iniuſtis.

45 Quibus doctoribus vtendum eſt: de his peccatis, quæ ab antiquis geſta ſunt.

46 De tranſgreſſione populi.

4 Oſtenſio quod vnum & idipſum ſit Verbum Dei diſpoſitor veterum & nouorum.

48 Secundum quod indurauit Deus cor Pharaonis & miniſtrorum eius.

49 Quare ſecundum iuſſum Dei vaſa ab Ægyptiis ſumpſit populus in Exodo, & ex ipſis tabernaculum in eremo fabricauit.

50 Quemadmodum vna & eadem populi profectio ex Ægypto, & Eccleſiæ ex gentibus oſtenditur.

51 Oſtenſio generationis Loth ex filiabus ſuis.

52 Oſtenſio vnum & eundem eſſe Deum Patrem, & non illorum.

53 Quis eſt ſpiritalis diſcipulus? qui iudicat quidem omnes, ipſe autem à nemine † iudicatur: & qui ſunt qui iudicantur.

54 Quemadmodum iudicabuntur gentes.

55 Quemadmodum iudicabuntur Iudæi.

56 Oſtenſio quoniam duos aduentus Chriſti Prophetæ annuntiauerunt.

57 Quemadmodum iudicabuntur qui à Marcione ſunt.

58 Quemadmodum iudicabuntur qui ſunt à Valentino, & reliqui Gnoſtici.

59 Quemadmodum iudicabuntur Ebionitæ.

60 Quemadmodum iudicabuntur qui putatiuè dicunt Deum manifeſtatum.

61 Quemadmodum iudicabuntur pſeudoprophetæ.

62 Quemadmodum iudicabuntur qui ſchiſmata operantur, & omnes qui ſe ſegregant ab Eccleſia.

63 Quemadmodum omnia conſiſtunt ei qui eſt Eccleſiaſticus.

64 Oſtenſio quòd Eccleſia non tantum perfectam habeat dilectionem, ſed quoniam & ſpiritus Dei ſuper eam requieſcit, & quod ab vno & eodem Deo Prophetæ & Chriſtus.

65 Quomodo Prophetæ omnia prædixerunt quæcunque Chriſtus operatus.

66 Quomodo Prophetæ membra Chriſti ſunt, & quemadmodum vnuſquiſque eorum, ſecundum quod erat membrum, ſecundum hoc & prophetauit, & quoniam omnia quæ Prophetæ prædixerunt, Chriſtus adimpleuit.

67 Aduerſus eos qui dicunt, Quid noui veniens attulit Chriſtus?

68 Aduerſus eos qui dicunt quædam à ſummitate dixiſſe Prophetas, quædam vero à mundi fabricatore.

69 Quemadmodum de (eiſdem) ipſis dictis diſcrepant à ſemetipſis, qui ſunt à Valentino.

70 Oſtenſio de Domini ſermonibus confitentis ſe à Deo Patre miſſum, à quo & Prophetæ venerunt, & patres electi ſunt.

71 Oſtenſio quòd homo liber ſit, & ſuæ poteſtatis, ad hoc vt ab ſe eligere poſſit meliora & contraria.

72 Oſtenſio quòd non naturâ quidam boni ſunt, quidam vero mali, & quòd in hominis electione ſit bonum.

73 Quæ cauſa fuerit quòd non ab initio perfectus factus eſt homo.

74 Et ſecundum quid omnia quæ facta ſunt indigent perfecto, & vnde eſt indigentia.

75 Quid eſt quod à Paulo dictum eſt, Lac vobis potum dedi, non eſcam.

76 Quæ eſt agnitio boni & mali, & quemadmodum homo cum indicto audiens fuiſſet, inualuit

Deus per † dicti audientiam meliorem fieri hominem.
77 *Quid eſt quod ad Prophetam dictum eſt, Ego Deus Zelans & faciens pacem, & condens † malum.*
78 *Oſtenſio quoniam non alius eſt qui requiem dat pater; alius autem qui ignem præparauit, Deus (ſed vnus & idem.)*
79 *Quare Angeli, diaboli & filij nequitiæ dicti ſunt.*
80 *Qui illi & ob quam cauſam progenies viperarum, † quod non obediunt Euangelio.*

PRÆFATIO QVARTI LIBRI.

Hæ ſunt exprobationes & euerſiones falſæ agnitionis.

† HVNC quartum librum, Dilectiſſime, tranſmittens tibi, operis quod eſt de detectione & euerſione falſæ cognitionis, quemadmodum promiſimus, per Domini ſermones, ea quæ prædiximus confirmauimus, vti & tu, ſicut poſtulaſti, vndique à nobis accipias occaſiones ad confirmandos omnes hæreticos, & eos † omnino retuſos non longius ſinas in erroris procedere profundum, neque ignorantiæ præfocari pelago, ſed conuertens eos in veritatis portum, facias ſuam percipere ſalutem. Eum autem qui velit eos conuertere, oportet diligenter ſcire regulas ſiue argumenta ipſorum: nec enim poſſibile eſt alicui curare quoſdam malè habentes, qui ignorat paſſionem eorum qui malè valent. Quapropter hi qui ante nos fuerunt, & quidem multò nobis meliores, non tamen ſatis potuerunt contradicere his qui ſunt à Valentino, quia ignorabant regulam ipſorum quam nos cum omni diligentia in primo libro tibi tradidimus; in quo & oſtendimus doctrinam eorum recapitulationem eſſe omnium hæreticorum. Quapropter & in ſecundo tanquam ſpeculum habuimus eos totius euerſionis; qui enim his contradicunt ſecundùm quod oportet, contradicunt omnibus qui ſunt malæ ſententiæ: & qui hos † euertunt, euertunt omnem hæreſim: ſuper omnes eſt enim blaſphema regula ipſorum, quandoquidem factorem & fabricatorem, qui eſt vnus Deus, ſecundùm quod oſtendimus, de Labe ſiue defectione cum emiſſum dicunt. Blaſphemant autem & in Dominum noſtrum, abſcindentes & diuidentes IESVM à CHRISTO, & Chriſtum à Saluatore, & Saluatorem ruſum à Verbo, & Verbum ab Vnigenito. Et quemadmodum fabricatorem ex Labe ſiue defectione emiſſum dicunt, ſic & Chriſtum & Spiritum ſanctum propter Labem emiſſum docuerunt, & Saluatorem ab his Æonibus qui à Labe emiſſi ſunt, fructificationem eſſe; vt nil ſit apud eos ſine blaſphemia. In eo igitur qui ante hunc eſt libro, oſtenſa eſt de his omnibus ſententia Apoſtolorum. Quoniam non ſolùm nihil tale ſenſerunt qui ab initio ſpeculatores, & miniſtri fuerunt verbi veritatis: ſed & prædicauerunt nobis fugere huiuſmodi ſententias, Spiritu prouidentes eos qui ſeducturi erant ſimpliciores. Quemadmodum enim ſerpens Euam ſeduxit, promittens ei quod non habebat ipſe: ſic & hi prætendentes maiorem agnitionem & myſteria inenarrabilia, & promittentes eam quam dicunt intra Pleroma eſſe receptionem, in mortem demergunt ſibi credentes, apoſtatas eos conſtituentes ab eo qui eos fecit. Et tunc quidem apoſtata Angelus per ſerpentem inobedientiam hominum operatus, exiſtimauit latere ſe Dominum: quapropter eandem ei formam & appellationem tribuit Deus. Nunc autem quoniam nouiſſima ſunt tempora, extenditur malum in homines, non ſolum apoſtatas eos faciens, ſed & blaſphemos in plaſmatorem inſtituit multis machinationibus, id eſt, per omnes hæreticos qui prædicti ſunt. E Hi enim omnes, quamuis ex differentibus locis egrediantur, & differentias doceant, in idem tamen blaſphemiæ concurrunt propoſitum, letaliter vulnerantes, docendo in Dominum fabricatorem blaſphemiam & nutritorem noſtrum, & derogando ſalutem hominis. Homo eſt autem temperatio animæ & carnis, qui ſecundum ſimilitudinem Dei formatus eſt, & per manus eius plaſmatus eſt, hoc eſt, per Filium & Spiritum, quibus & dixit, Faciamus hominem. (Gen. 1. 26. 1. Coloſſ. 3. 1.) Hoc ergo propoſitum eſt eius qui vitæ noſtræ inuidet, incredulos ſuæ ſalutis efficere homines, & blaſphemos in plaſmatorem Deum. Quæcunque enim cum grauitate ſumma dixerint omnes hæretici, in vltimum ad hoc deueniunt, vt blaſphement fabricatorem, & contradicant ſaluti † plaſmatis Dei (†*plaſmationis*), quod quidem eſt caro propter quam omnem diſpoſitionem feciſſe Filium Dei multis modis oſtendimus, F & manifeſtauimus neminem alium Deum appellari à Scripturis, niſi Patrem omnium, & Filium, & eos qui adoptionem habent.

CAPVT I.

Oſtenſio quoniam Dominus vnum ſolum Deum & Patrem cognoſcebat.

CVm ſit igitur hoc firmum & conſtans, neminem alterum Deum & Dominum à Spiritu prædicatum, (Pſal. 81. v. 1. & 6. Ioan. 10. 35.) niſi eum qui dominatur omnium Deus, cum Verbo ſuo, & eos qui adoptionis Spiritum accipiunt, hoc eſt, eos qui credunt in vnum & verum Deum, & Chriſtum Ieſum Filium Dei; ſimiliter & Apoſtolos neminem alium à ſemetipſis Deum appellaſſe, aut Dominum † cognouiſſe (†*cognominaſſe*); multo autem magis Dominum noſtrum qui & nobis præcepit neminem Patrem confiteri, niſi eum qui eſt in cœlis, qui eſt vnus Deus, & vnus Pater: manifeſtè falſa oſtenduntur ea quæ dicunt circumuentores G (Matt. 13. 9.) & peruerſiſſimi ſophiſtæ, dicentes naturaliter & Deum & Patrem eſſe, quem ipſi adinuenerunt: Demiurgum verò, naturaliter neque Deum, neque Patrem eſſe, ſed verbo tenus dici, eò quod dominetur conditioni, ſicut dicunt peruerſi grammatici, excogitantes in Deum, & doctrinam quidem Chriſti prætermittentes, a ſemetipſis autem falſa diuinantes aduerſus vniuerſam Dei diſpoſitionem argumentantur. Etenim Æonas ſuos, & deos & patres, & dominos, adhuc etiam & cœlos vocari dicunt cum Matre ſua, quam & terram, & Ieruſalem appellant, multiſque aliis vocabulis eam cognominantes. Cui autem non ſit manifeſtum, quoniam ſi Dominus multos patres ſciſſet & deos, non præcepiſſet diſcipulis ſuis vnum ſcire Deum, & hunc eundem ſolum † vocari Patrem (†*vocaro*): ſed potius diſtinxit eos qui ſunt verbo tenus dij, ab eo qui ſit verè Deus vt non errent ſecundùm doctrinam eius, neque alterum pro altero audiant? H Si autem nobis quidem præcepit vnum vocare Patrem & Deum, ipſe autem interdum alteros confitetur patres, & deos eodem modo, alia quidem præcipiens videbitur diſcipulis, alia verò ipſe faciens. Non eſt autem hoc magiſtri boni, ſed ſeductoris & inuidi. Apoſtoli autem ſecundum eos tranſgreſſores oſtenduntur præcepti, Demiurgum Deum, & Dominum, & Patrem confitentes, quemadmodum oſtendimus, ſi non hic ſolus eſt Deus & Pater. Ieſus ergo tranſgreſſionis autor & magiſter erit eis, qui præcepit vnum vocari Patrem, imponens eis neceſſitatem Demiurgum confiteri ſuum Patrem, quemadmodum oſtenſum eſt.

CAPVT II.

† Quæſtio de eo quid ſit, confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ.

MOyſes igitur recapitulationem vniuerſæ legis, quam acceperat à Demiurgo, in Deuteronomio faciens, ſic ait, Attendite cœlum, & loquar: & audiat terra verba ex ore meo. Rurſum Dauid adiutorium ſuum dicens à Domino fieri, Adiutorium (inquit) meum à Domino, qui fecit cœlum & terram. Et Eſaias confitetur à † Domino, qui fecit cœlum & terram, & dominatur eorum, fieri ſermones. Audi, (inquit) cœlum, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus eſt. Et iterum ſic ait: Dominus Deus qui fecit cœlum, & affixit illud; qui confirmauit terram, & quæ in ea ſunt & qui dat afflatum populo, qui eſt ſuper eam, & ſpiritum his qui calcant illam. Rurſum Dominus noſter Ieſus Chriſtus eundem hunc Patrem ſuum confitetur in eo quod dicit: Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ. Quem patrem volunt eos audire, hi qui ſunt Pandoræ peruerſiſſimi ſophiſtæ? Vtrumne Bythum, quem à ſemetipſis finxerunt; an matrem eorum; an vnigenitum? Ad quem Marcionitæ, vel cæteri adinuenerunt deum? Quem quidem non eſſe deum, per multa demonſtrauimus. An (quod eſt verum) fabricatorem cœli & terræ, quem & Prophetæ prædicauerunt, quem & Chriſtus ſuum Patrem confitetur, quem & Lex annuntiat dicens: Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, vnus eſt?

CAPVT III.

Oſtenſio quod per moyſem legiſlatio ſermones ſint Chriſti.

QVoniam autem Moyſi literæ verba ſint Chriſti, ipſe ait ad Iudæos, quemadmodum Ioannes in Euangelio commemoratus eſt. Si credidiſſetis. Moyſi, credidiſſetis & mihi: de me enim ille ſcripſit. Si autem illius literis non creditis, neque meis ſermonibus credetis. Manifeſtiſſimè ſignificans Moyſi literas, ſuos eſſe ſermones. Ergo Moyſi, & reliquorum ſine dubio Prophetarum ſermones ipſius ſunt, quemadmodum demonſtrauimus. Et iterum ipſe Dominus oſtendit Abraham dixiſſe diuiti, de his omnibus, qui adhuc erant in vita: Si Moyſi & Prophetis non obediunt, nec ſi quis à mortuis reſurgens ad illos eat, credent ei.

CAPVT IV.

Expoſitio parabolæ diuitis, & pauperis Lazari.

NOn autem fabulam retulit nobis pauperis & diuitis: ſed primùm quidem docuit neminem oportere delitiis vti, neque in ſæcolaribus oblectamentis & multis epulis degentes, ſeruire ſuis voluptatibus, & obliuiſci Deum. Erat enim (inquit) diues, qui veſtiebatur purpura & byſſo, & delectabatur epulis ſplendidis. De talibus autem & per Eſaiam dixit Spiritus: Cùm citharis, & tympanis, & pſalteriis, & tybiis vinum bibunt: opera autem Dei non intuentur, & opera manuum eius non conſiderant. Ne ergo in eandem pœnam cum his veniamus, finem eorum oſtendit Dominus; ſimul ſignificans, quòd obedientes Moyſi & Prophetis, credetent in eum, quem ipſi prædicaſſent, Dei Filium, qui reſurrexit à mortuis, & vitam nobis donat, & demonſtrat, ex vna ſubſtantia eſſe omnia, id eſt Abraham & Moyſem, & Prophetas; etiam ipſum Dominum qui
reſurrexit à mortuis, in quem credunt, & multi qui E
ſunt à circunciſione, qui & Moyſem & Prophetas audiunt prædicantes aduentum Filij Dei. Qui autem di- Coloſſ. 1.
ſpernunt, & ab altera ſubſtantia eos eſſe dicunt, neque 18.
primogenitum mortuorum ſciunt, ſeparatim Chriſtum Matt. 11.
intelligentes, tanquam impaſſibilem perſeuerantem: & 27.
ſeparatim eum, qui paſſus eſt, Ieſum. Non enim à Patre accipiunt cognoſcere Filium, nec à Filio diſcunt Patrem, manifeſtè & ſine parabolis eum Deum, qui eſt, verè docentem.

CAPVT V.

Oſtenſio quoniam cœlum quidem & terra tranſient: Dominus autem, qui fecit ea, manet in æternum, & ipſe eſt Pater Domini noſtri. F

NE (inquit) iurauetitis in totum, neque in cœlum;
quoniam thronus eſt Dei, neque in terram, quo- Matth. 5.
niam ſcabellum eſt pedum eius: neque per Hieruſalem; 35.
quoniam ciuitas eſt magni regis. Hæc enim in fabricatorem manifeſtè dicta ſunt, quemadmodum & Eſaias
ait; Cœlum mihi ſedes eſt, terra ſubpedaneum pedum
meorum, & præter hunc alius non eſt Deus. Cæterùm, Iſa. 66. 1.
à Domino neque Deus, neque magnus rex diceretur:
huiuſmodi enim nec comparationem, nec vllam recipit
ſuperlationem. Qui enim ſuper ſe habet aliquem ſuperiorem, & ſub alterius poteſtate eſt, hic neque Deus,
neque magnus rex dici poteſt. Sed nec per ironiam quidem hæc dicta eſſe, poterunt dicere, cùm conuincantur
ab ipſis dictis, quoniam in veritate dicta ſunt. Etenim Ioan. 2.
veritas erat ipſe qui loquebatur, & verè vindicabat ſuam 15.
domum, proiiciens ex ea numularios, qui & emebant Matt. 21.
& vendebant, dicens eis: Scriptum eſt, Domus mea, 13.
domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis eam ſpe- G
luncam latronum. Et quam ob cauſam habuit hoc facere & dicere, & domum ſuam vindicare, ſi alterum
Deum annuntiabat? Sed vt oſtenderet tranſgreſſores paternæ Legis. Neque enim domum incuſabat, neque Le- Matt. 5.
gem reprehendebat, quam venerat adimplere: ſed eos, 21.
qui non bene vtebantur domo, & eos, qui Legem tranſgrediebantur, arguebat. Et ideò Scribæ & Phariſæi
qui cœperant à temporibus legis contemnere Deum,
nec Verbum eius receperunt, id eſt, non crediderunt
Chriſto, de quibus Eſaias ait: Principes tui indicto au- Iſa. 1. 23.
dientes ſunt, ſocij furum, diligentes munera, ſectantes
retributionem, pupillis non iudicantes, & iudicium viduarum non attendentes. Et Hieremias autem ſimiliter: Ierem. 4.
Qui præſunt inquit populo meo, me neſciebant, filij 22.
enim inſenſati & imprudentes ſunt, ſapientes ſunt † in † *ad malefaciendum.*
malefaciendo, bene autem facere non cognouerunt.
Quotquot autem timebant Deum & ſoliciti erant circa
Legem eius, ipſi accurrerunt Chriſto, & ſaluati ſunt
omnes. Ite enim inquit diſcipulis ad oues quæ perierunt H
domus Iſraël. Et Samaritæ autem (inquit) cum man- Matt. 10.
ſiſſet Dominus apud eos biduo, multo plures credide- 6.
runt propter ſermones eius: & mulieri dicebant: Iam Ioan 4.
non propter tuam loquelam credimus: ipſi enim audiui- 39. 40.
mus, & ſcimus quoniam hic eſt verè Saluator mundi.
Et Paulus autem ait: Et ſic omnis Iſraël ſaluabitur. Sed Rom. 11.
& Legem Pædagogum noſtrum in Ieſum Chriſtum dixit: 26.
Non ergo quorumdam infidelitatem Legi aſcribant: non Gal. 4.
enim prohibebat eos credere in Filium Dei, ſed adhor- 24.
tabatur dicens, non aliter ſaluari homines ab antiqua
ſerpentis plaga, niſi credant in eum, qui ſecundùm ſi- Ioan. 3.
militudinem carnis peccati, in ligno martyrij exaltatur à 15.
terra, & omnia trahit ad ſe, & viuificat mortuos. Ioan. 12. 32.

CAPVT VI.

Quæ cauſa eſt quod cœlum & terra tranſient.

1.5. QVoniam malignantes dicunt, ſi enim cœlum thro-
24. nus Dei eſt, & terra ſubpedaneum eius, dictum eſt
autem præterire cœlum & terram, hiſque prætereuntibus
† oportet etiam hunc Deum qui ſuper ſedeat, præterire:
& ideo non hunc eſſe Deum qui ſit ſuper omnia. Primò
quidem neſciunt quid ſit cœlum, thronus, terra, & ſup-
pedaneum. Nec enim ſciunt quid ſit Deus, ſed putant
eum more hominis, ſedere, & contineri, non autem
continere: ſed & præteritionem cœli & terræ ignorant.
7. Paulus autem non ignorauit dicens: Præterit enim fi-
gura huius mundi. Deinde quæſtionem ipſorum ſoluit
Dauid, Figura enim huius mundi prætereunte, non ſo-
lùm Deum ait perſeuerare, ſed & ſeruos eius, in centeſi-
mo primo pſalmo dicens ita: Initio terram tu fundaſti
Domine, & opera manuum tuarum ſunt cœli. Ipſi per-
21. ibunt: tu autem perſeuerabis, & omnes ſicut veſtimen-
3. tum veteraſcent, & ſicut † coopertimentum mutabis eos,
& mutabuntur. Tu autem idem ipſe es, & anni tui
non deficient. Filij ſeruorum tuorum habitabunt, & ſe-
men eorum in † æternum dirigetur. Manifeſtè oſtendens
quæ ſint quæ prætereunt & quis eſt qui ſemper perſeue-
6. rat Deus cum ſeruis ſuis. Et Eſaias autem ſimiliter: Al-
leuate (inquit) oculos veſtros in cœlum & attendite in
terram deorſum, quoniam cœlum ſicut fumus confirma-
tum eſt, terra autem ſicut veſtimentum veteraſcet, qui
autem inhabitant in eis, quemadmodum hæc morientur.
Salutare autem meum in æternum erit, iuſtitia autem mea
non deficiet.

CAPVT VII.

Quare derelicta eſt Hieroſolyma.

3. ADhuc & de Hieruſalem, & de Domino audent di-
cere, quoniam ſi eſſet magni Regis ciuitas, non de-
relinqueretur. Simile autem eſt dicere, ſi quis diceret,
quoniam ſi eſſet ſtipula conditio Dei, nunquam à fru-
mento derelinqueretur: & ſarmenta vineæ, ſi a Deo fa-
cta † ſunt, nunquam à botris deſtituta abſcinderentur.
Quemadmodum autem hæc non propter ſe principali-
ter facta ſunt, ſed propter creſcentem in eis fructum,
quo maturo facto & ablato, derelinquuntur, & è me-
dio auferuntur, quæ iam non ſunt vtilia ad fructificatio-
nem: ſic & Hieroſolyma, quæ iugum in ſe ſeruitutis
portauerat, in quo domitus eſt homo, qui antea non
ſubiiciebatur Deo, cùm mors regnabat, & domitus ha-
bilis factus eſt ad libertatem, adueniente fructu liberta-
tis, & aucto, & demeſſo, & in horreum recepto, & ap-
portatis ab ea his qui fructificare poſſunt, & in omni
6 mundo diſſeminatis: quemadmodum Eſaias ait, Filij Ia-
cob germinabunt, & florebit Iſrael, & fructu ventris
eius adimplebitur vniuerſa terra. In vniuerſa enim terra
fructu diſſeminato, meritò derelicta eſt, & de medio
ablata eſt, quæ aliquando quidem fructificauerat benè:
ex ipſa enim ſecundum carnem Chriſtus fructificatus eſt,
9. & Apoſtoli, nunc autem iam non vtilis ad fructificatio-
nem. Quæ itaque enim temporale initium habent, neceſ-
ſe eſt ea & finem habere temporalem.

CAPVT VIII.

Oſtenſio quod temporalis lex data ſit.

QVoniam igitur à Moyſe lex inchoauit, conſequen-
ter in Ioanne deſiit, ad impletionem eius aduene-
rat Chriſtus, & propter hoc lex & prophetæ apud eos
vſque ad Ioannem: & Ieruſalem itaque inchoans à Da- E
uid, & adimplens tempora ſua: legis dationem finem Luc.16.
oportuit habere, manifeſtato nouo Teſtamento. Omnia
enim menſura & ordine Deus facit, & nihil non men-
ſum apud eum, quoniam nec incompoſitum. Et benè, Sap.11.
qui dixit ipſum immenſum Patrem in filio menſuratum.
Menſura enim Patris, filius, quoniam & capit eum. Quo- Iſa.8.
niam autem temporalis erat illorum adminiſtratio, Eſaias
ait: derelinquetur filia Sion ſicut caſa in vinea, & velut
cuſtodiarium in cucumerario. Quando autem hæc de- 1.Cor.7.
relinquentur? nónne cum fructus auſertur, & dereſin- Matth.4.
quentur folia ſola quæ iam fructificare non poſſunt? Et
quid de Ieruſalem dicimus, quandoquidem & figura
mundi vniuerſi oporteat præterire, adueniente tempore
præteritiònis ipſius, vt fructus quidem in horreum col-
ligatur, paleæ autem derelictæ comburantur? dies enim
Domini quaſi clibanus ardens, & erunt ſtipula omnes Matt.15.
peccatores, qui faciunt iniuſta, & comburet eos dies
veniens. F

CAPVT IX.

Oſtenſio quoniam Chriſtus eſt, qui ſuperinducit diem, velut clibanum ardentem.

QVis autem hic Dominus, qui talem importat
diem, Ioannes baptizator ſignificat, dicens de Luc.3.
Chriſto. Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto & igni,
palam habens in manu eius ad Emundandam aream
ſuam, & fructum congregabit in horreum, paleas au-
tem comburet igni inextinguibili. Non ergo alius eſt,
qui frumentum fecit, & alius qui paleas: ſed vnus &
idem, & iudicans ea, id eſt ſeparans. Sed frumentum
quidem & paleæ, & animalia irrationabilia exiſtentia,
naturaliter talia facta ſunt. Homo vero rationabilis, &
ſecundum hoc ſimilis Deo, liber in arbitrio factus & ſuæ
poteſtatis, ipſe ſibi cauſa eſt, vt aliquando quidem fru- G
mentum, aliquando autem palea fiat. Quapropter & iu-
ſte condemnabitur, quoniam rationabilis factus, amiſit
veram rationem, & irrationabiliter viuens aduerſatus eſt
iuſtitiæ Dei, tradens ſe omni terreno ſpiritui, & omni-
bus ſeruiens voluptatibus, quemadmodum propheta ait: Pſal.48.
homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus
eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis.

CAPVT X.

Oſtenſio eundem Deum & præſentia & æterna feciſſe.

VNus igitur & idem Deus, qui plicat cœlum quem-
admodum librum, & renouat faciem terræ, qui Iſa 14 15.
temporalia fecit propter hominem, vt matureſcens in eis Pſal.103.
fructificet immortalitatem: & qui æterna ſuperducit 30.
propter ſuam benignitatem, vt oſtendat in ſæculis ſuper- H
uenientibus inenarrabiles diuitias benignitatis ſuæ: qui
à Lege & Prophetis annuntiatus eſt, quem Chriſtus Eph.2 7.
ſuum Patrem confeſſus eſt, ipſe eſt autem fabricator, &
ipſe eſt quia ſuper omnia eſt Deus, quemadmodum
Eſaias ait: Ego teſtis, dicit Dominus Deus, & puer Iſa.43.10.
quem elegi, vt cognoſcatis, & credatis, & intelligatis
qui ego ſum, & ante me non fuit alius Deus, & poſt me
non erit: Ego ſum Deus, † & ante me nõ eſt Saluator, an- *† & nõ eſt abſq; me ſaluans*
nuntiaui; & ſaluaui. Et iterum: Ego ſum Deus primus, &
ſuper ventura ego ſum. Neque enim vanè, neque elate, Iſa. 48.
neque glorians dicit hæc, ſed quoniam impoſſibile erat 10.
ſine Deo diſcere Deum, per Verbum ſuum docet homi-
nes ſcire Deum. His igitur qui neſciunt hæc, & propter Mar.22.
hoc alterum aduenille putant patrem, iuſte quis dicit: Er- 29.
ratis, neſcientes Scripturas, neque virtutem Dei.

CAPVT II.

60 † *Quæſtio de eo quid ſit, confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ.*

2 MOyſes igitur recapitulationem vniuerſæ legis, quam acceperat à Demiurgo, in Deuteronomio faciens, ſic ait, Attendite cœlum, & loquar: & audiat terra
3. verba ex ore meo. Rurſum Dauid adiutorium ſuum dicens à Domino fieri, Adiutorium (inquit) meum à Domino, qui fecit cœlum & terram. Et Eſaias confitetur à † Domino, qui fecit cœlum & terram, & dominatur eorum, fieri ſermones. Audi, (inquit) cœlum, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus eſt. Et iterum ſic ait: Dominus Deus qui fecit cœlum, & affixit illud; qui confirmauit terram, & quæ in ea ſunt & qui dat afflatum populo, qui eſt ſuper eam, & ſpiritum his qui calcant illam. Rurſum Dominus noſter Ieſus Chriſtus eundem hunc Patrem ſuum confitetur in eo quod dicit: Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ. Quem patrem volunt eos audire, hi qui ſunt Pandoræ peruerſiſſimi ſophiſtæ? Vtrumne Bythum, quem à ſemetipſis finxerunt; an matrem eorum, an vnigenitum? Ad quem Marcionitæ, vel cæteri adinuenerunt deum? Quem quidem non eſſe deum, per multa demonſtrauimus. An (quod eſt verum) fabricatorem cœli & terræ, quem & Prophetæ prædicauerunt, quem & Chriſtus ſuum Patrem confitetur, quem & Lex annuntiat dicens: Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, vnus eſt?

CAPVT III.

Oſtenſio quod per moyſem legiſdatio ſermones ſint Chriſti.

QVoniam autem Moyſi literæ verba ſint Chriſti, ipſe ait ad Iudæos, quemadmodum Ioannes in Euangelio commemoratus eſt. Si credidiſſetis. Moyſi, credidiſſetis & mihi: de me enim ille ſcripſit. Si autem illius literis non creditis, neque meis ſermonibus credetis. Manifeſtiſſimè ſignificans Moyſi literas, ſuos eſſe ſermones. Ergo Moyſi, & reliquorum ſine dubio Prophetarum ſermones ipſius ſunt, quemadmodum demonſtrauimus. Et iterum ipſe Dominus oſtendit Abraham dixiſſe diuiti, de his omnibus, qui adhuc erant in vita: Si Moyſi & Propheris non obediunt, nec ſi quis à mortuis reſurgens ad illos eat, credent ei.

CAPVT IV.

Expoſitio parabolæ diuitis, & pauperis Lazari.

NOn autem fabulam retulit nobis pauperis & diuitis: ſed primùm quidem docuit neminem oportere delitiis vti, neque in ſæcularibus oblectamentis & multis epulis degentes, ſeruire ſuis voluptatibus, & obliuiſci Deum. Erat enim (inquit) diues, qui veſtiebatur purpura & byſſo, & delectabatur epulis ſplendidis. De talibus autem & per Eſaiam dixit Spiritus: Cùm citharis, & tympanis, & pſalteriis, & tybiis vinum bibunt: opera autem Dei non inuentur, & opera manuum eius non conſiderant. Ne ergo in eandem pœnam cum iis veniamus, finem eorum oſtendit Dominus; ſimul ſignificans, quòd obedientes Moyſi & Prophetis, crederent in eum, quem ipſi prædicaſſent, Dei Filium, qui reſurrexit à mortuis, & vitam nobis donat, & demonſtrat, ex vna ſubſtantia eſſe omnia, id eſt Abraham & Moyſem, & Prophetas; etiam ipſum Dominum qui reſurrexit à mortuis, in quem credunt, & multi qui ſunt à circuncisione, qui & Moyſem & Prophetas audiunt prædicantes aduentum Filij Dei. Qui autem diſpernunt, & ab altera ſubſtantia eos eſſe dicunt, neque primogenitum mortuorum ſciunt, ſeparatim Chriſtum intelligentes, tanquam impaſſibilem perſeuerantem: & ſeparatim eum, qui paſſus eſt, Ieſum. Non enim à Patre accipiunt cognoſcere Filium, nec à Filio diſcunt Patrem, manifeſtè & ſine parabolis eum Deum, qui eſt, verè docentem.

E

Coloſſ. 1. 18.

Matt. 11. 27.

CAPVT V.

Oſtenſio quoniam cœlum quidem & terra tranſient: Dominus autem, qui fecit ea, manet in æternum, & ipſe eſt Pater Domini noſtri.

F

NE (inquit) iuraueritis in totum, neque in cœlum; quoniam thronus eſt Dei, neque in terram, quoniam ſcabellum eſt pedum eius: neque per Hieruſalem; quoniam ciuitas eſt magni regis. Matth. 5. 35. Hæc enim in fabricatorem manifeſtè dicta ſunt, quemadmodum & Eſaias ait; Cœlum mihi ſedes eſt, terra ſubpedaneum pedum meorum, & præter hunc alius non eſt Deus. Isa. 66. 1. Cæterùm, à Domino neque Deus, neque magnus rex diceretur: huiuſmodi enim nec comparationem, nec vllam recipit ſuperlationem. Qui enim ſuper ſe habet aliquem ſuperiorem, & ſub alterius poteſtate eſt, hic neque Deus, neque magnus rex dici poteſt. Sed nec per ironiam quidem hæc dicta eſſe, poterunt dicere, cùm conuincantur ab ipſis dictis, quoniam in veritate dicta ſunt. Ioan. 2. 15. Etenim veritas erat ipſe qui loquebatur, & verè vindicabat ſuam domum, proiiciens ex ea numularios, qui & emebant Matt. 21. 13. & vendebant, dicens eis: Scriptum eſt, Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. G Et quam ob cauſam habuit hoc facere & dicere, & domum ſuam vindicare, ſi alterum Deum annuntiabat? Sed vt oſtenderet tranſgreſſores paternæ Legis. Neque enim domum incuſabat, neque Legem reprehendebat, quam venerat adimplere: Matt. 5. 21. ſed eos, qui non bene vtebantur domo, & eos, qui Legem tranſgrediebantur, arguebat. Et ideò Scribæ & Phariſæi qui cœperant à temporibus legis contemnere Deum, nec Verbum eius receperunt, id eſt, non crediderunt Chriſto, de quibus Eſaias ait: Principes tui indicto audientes ſunt, ſocij furum, diligentes munera, ſectantes Isa. 1. 23. retributionem, pupillis non iudicantes, & iudicium viduarum non attendentes. Et Hieremias autem ſimiliter: Qui præſunt inquit populo meo, me neſciebant, filij Ierem. 4. 22. enim inſenſati & imprudentes ſunt, ſapientes ſunt † in malefaciendo, bene autem facere non cognouerunt. † ad malefaciendum. Quotquot autem timebant Deum & ſoliciti erant circa Legem eius, ipſi accurrerunt Chriſto, & ſaluati ſunt omnes. H Ite enim inquit diſcipulis ad oues quæ perierunt domus Iſraël. Matt. 10. 6. Et Samaritæ autem (inquit) cum manſiſſet Dominus apud eos biduo, multo plures crediderunt propter ſermones eius: & mulieri dicebant: Iam Ioan. 4. 39. 40. non propter tuam loquelam credimus: ipſi enim audiuimus, & ſcimus quoniam hic eſt verè Saluator mundi. Et Paulus autem ait: Et ſic omnis Iſraël ſaluabitur. Rom. 11. 26. Sed & Legem Pædagogum noſtrum in Ieſum Chriſtum dixit: Gal. 4. 24. Non ergo quorumdam infidelitatem Legi aſcribant: non enim prohibebat eos credere in Filium Dei, ſed adhortabatur dicens, non aliter ſaluari homines ab antiqua ſerpentis plaga, niſi credant in eum, qui ſecundùm ſimilitudinem carnis peccati, in ligno martyrij exaltatur à Ioan. 3. 15. terra, & omnia trahit ad ſe, & viuificat mortuos. Ioan. 12. 32.

CAPVT VI.

Quæ cauſa eſt quod cœlum & terra tranſient.

5. QVoniam malignantes dicunt, ſi enim cœlum thro-
4. nus Dei eſt, & terra ſubpedaneum eius, dictum eſt
autem præterire cœlum & terram, hiſque prætereuntibus
† oportet etiam hunc Deum qui ſuper ſedeat, præterire:
& ideo non hunc eſſe Deum qui ſit ſuper omnia. Primò
quidem neſciunt quid ſit cœlum, thronus, terra, & ſup-
pedaneum. Nec enim ſciunt quid ſit Deus, ſed putant
eum more hominis, ſedere, & contineri, non autem
continere: ſed & præteritionem cœli & terræ ignorant.
7. Paulus autem non ignorauit dicens: Præterit enim fi-
gura huius mundi. Deinde quæſtionem ipſorum ſoluit
Dauid, Figura enim huius mundi prætereunte, non ſo-
lùm Deum ait perſeuerare, ſed & ſeruos eius, in centeſi-
mo primo pſalmo dicens ita: Initio terram tu fundaſti
Domine, & opera manuum tuarum ſunt cœli. Ipſi per-
1. ibunt: tu autem perſeuerabis, & omnes ſicut veſtimen-
tum veteraſcent, & ſicut † coopertimentum mutabis eos,
& mutabuntur. Tu autem idem ipſe es, & anni tui
non deficient. Filij ſeruorum tuorum habitabunt, & ſe-
men eorum in † æternum dirigetur. Manifeſtè oſtendens
quæ ſint quæ prætereunt & quis eſt qui ſemper perſeue-
r. rat Deus cum ſeruis ſuis. Et Eſaias autem ſimiliter: Al-
leuate (inquit) oculos veſtros in cœlum & attendite in
terram deorſum, quoniam cœlum ſicut fumus confirma-
tum eſt, terra autem ſicut veſtimentum veteraſcet, qui
autem inhabitant in eis, quemadmodum hæc morientur.
Salutare autem meum in æternum erit, iuſtitia autem mea
non deficiet.

CAPVT VII.

Quare derelicta eſt Hieroſolyma.

5. ADhuc & de Hieruſalem, & de Domino audent di-
cere, quoniam ſi eſſet magni Regis ciuitas, non de-
relinqueretur. Simile autem eſt dicere, ſi quis diceret,
quoniam ſi eſſet ſtipula conditio Dei, nunquam à fru-
mento derelinqueretur: & ſarmenta vineæ, ſi à Deo fa-
cta † ſunt, nunquam à botris deſtituta abſcinderentur.
Quemadmodum autem hæc non propter ſe principali-
ter facta ſunt, ſed propter creſcentem in eis fructum,
quo maturo facto & ablato, derelinquuntur, & è me-
dio auferuntur, quæ iam non ſunt vtilia ad fructificatio-
nem: ſic & Hieroſolyma, quæ iugum in ſe ſeruituris
portauerat, in quo domitus eſt homo, qui antea non
ſubiiciebatur Deo, cùm mors regnabat, & domitus ha-
bilis factus eſt ad libertatem, adueniente fructu liberta-
tis, & aucto, & demeſſo, & in horreum recepto, & ap-
portatis ab ea his qui fructificare poſſunt, & in omni
6 mundo diſſeminatis: quemadmodum Eſaias ait, Filij Ia-
cob germinabunt, & florebit Iſraël, & fructu ventris
eius adimplebitur vniuerſa terra. In vniuerſa enim terra
fructu diſſeminato, meritò derelicta eſt, & de medio
ablata eſt, quæ aliquando quidem fructificauerat benè:
ex ipſa enim ſecundùm carnem Chriſtus fructificatus eſt,
& Apoſtoli; nunc autem iam non vtilis ad fructificatio-
nem. Quæcunque enim temporale initium habent, neceſ-
ſe eſt ea & finem habere temporalem.

CAPVT VIII.

Oſtenſio quod temporalis lex data ſit.

QVoniam igitur à Moyſe lex inchoauit, conſequen-
ter in Ioanne defuit, ad impletionem eius aduene-
rat Chriſtus, & propter hoc lex & prophetæ apud eos
vſque ad Ioannem: & Ieruſalem itaque inchoans à Da- E
uid, & adimplens tempora ſua: legis dationem finem Luc.16.
oportuit habere, manifeſtato nouo Teſtamento. Omnia
enim menſura & ordine Deus facit, & nihil non men-
ſum apud eum, quoniam nec incompoſitum. Et benè, Sap.11.
qui dixit ipſum immenſum Patrem in filio menſuratum.
Menſura enim Patris, filius, quoniam & capit eum. Quo- Iſa.1.
niam autem temporalis erat illorum adminiſtratio, Eſaias
ait: derelinquetur filia Sion ſicut caſa in vinea, & velut
cuſtodiarium in cucumerario. Quando autem hæc de- 1.Cor.7.
relinquentur? nónne cum fructus auferetur, & dereli- Matth.4.
quentur folia ſola quæ iam fructificare non poſſunt? Et
quid de Ieruſalem dicimus, quandoquidem & figura
mundi vniuerſi oporteat præterire, adueniente tempore
præteritionis ipſius, vt fructus quidem in horreum col-
ligatur, paleæ autem derelictæ comburantur? dies enim
Domini quaſi clibanus ardens, & erunt ſtipula omnes Matt.15.
peccatores, qui faciunt iniuſta, & comburet eos dies
veniens. F

CAPVT IX.

Oſtenſio quoniam Chriſtus eſt, qui ſuperinducit diem, velut clibanum ardentem.

QVis autem hic Dominus, qui talem importat
diem, Ioannes baptizator ſignificat, dicens de Luc.3.
Chriſto. Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto & igni,
palam habens in manu eius ad Emundandam aream
ſuam, & fructum congregabit in horreum, paleas au-
tem comburet igni inextinguibili. Non ergo alius eſt,
qui frumentum fecit, & alius qui paleas: ſed vnus &
idem, & iudicans ea, id eſt ſeparans. Sed frumentum
quidem & paleæ, & animalia irrationabilia exiſtentia,
naturaliter talia facta ſunt. Homo vero rationabilis, &
ſecundum hoc ſimilis Deo, liber in arbitrio factus & ſuæ
poteſtatis, ipſe ſibi cauſa eſt, vt aliquando quidem fru- G
mentum, aliquando autem palea fiat. Quapropter & iu-
ſtè condemnabitur, quoniam rationabilis factus, amiſit
veram rationem, & irrationabiliter viuens aduerſatus eſt
iuſtitiæ Dei, tradeos ſe omni terreno ſpiritui, & omni-
bus ſeruiens voluptatibus, quemadmodum propheta ait: Pſal 48.
homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus
eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis.

CAPVT X.

Oſtenſio eundem Deum & præſentia & æterna feciſſe.

VNus igitur & idem Deus, qui plicat cœlum quem-
admodum librum, & renouat faciem terræ, qui Iſa.34.15.
temporalia fecit propter hominem, vt matureſcens in eis Pſal.103.30.
fructificet immortalitatem: & qui æterna ſuperducit H
propter ſuam benignitatem, vt oſtendat in ſæculis ſuper-
uenientibus inenarrabiles diuitias benignitatis ſuæ: qui
à Lege & Propheris annuntiatus eſt, quem Chriſtus Eph.2.7.
ſuum Patrem confeſſus eſt, ipſe eſt autem fabricator, &
ipſe eſt quia ſuper omnia eſt Deus, quemadmodum
Eſaias ait: Ego teſtis, dicit Dominus Deus, & puer Iſa.43.10.
quem elegi, vt cognoſcatis, & credatis, & intelligatis
qui ego ſum, & ante me non fuit alius Deus, & poſt me
non erit: Ego ſum Deus, † & ante me nõ eſt Saluator, an- † ἔστι καὶ non eſt abſque me ſaluans
nuntiaui; & ſaluaui. Et iterum: Ego ſum Deus primus, &
ſuper ventura ego ſum. Neque enim variè, neque clatè, Iſa. 48.
neque glorians dicit hæc, ſed quoniam impoſſibile erat 10.
ſine Deo diſcere Deum, per Verbum ſuum docet homi-
nes ſcire Deum. His igitur qui neſciunt hæc, & propter Mar.12.
hoc alterum aduenisse putant patrem; iuſte quis dicit: Er- 29.
ratis, neſcientes Scripturas, neque virtutem Dei.

CAPVT XI.

Quemadmodum Dominus eum, qui de rubo locutus eſt ad Moyſem, confitetur eſſe Deum viuentium.

22. DOminus enim noſter & magiſter in ea reſponſione,
quam habuit ad Sadducæos, qui dicunt reſurre-
ctionem non eſſe, & propter hoc inhonorantes Deum,
atque Legi detrahentes; & reſurrectionem oſtendit, &
Deum manifeſtauit, dicens eis: Erratis neſcientes Scri-
pturas, neque virtutem Dei. De reſurrectione enim (in-
quit) mortuorum non legiſtis quid dictum eſt à Deo di-
cente: Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Ia-
cob? & adiecit: Non eſt Deus mortuorum, ſed viuen-
tium: omnes enim † ei viuunt. Per hæc † itaque mani-
ınc feſtum fecit, quoniam is, qui de rubo locutus eſt Moyſi,
& manifeſtauit ſe eſſe Deum patrum, hic eſt viuentium
Deus. Quis enim eſt viuorum Deus, niſi qui eſt ſuper
omnia Deus, & ſuper quem alius non eſt Deus? Quem
14. & Daniel Propheta (cùm dixiſſet ei Cyrus rex Perſarum
quare non adoras Bel?) annuntiauit, dicens. Quoniam
non colo idola manufacta, ſed viuum Deum, qui con-
ſtituit cœlum & terram, & habet omnis carnis domi-
nationem. Iterum dixit: Dominum Deum meum ado-
rabo, quoniam hic eſt Deus viuus. Qui igitur à Prophe-
tis adorabatur Deus viuus, hic eſt viuorum Deus, &
3. Verbum eius qui & locutus eſt Moyſi, qui & Saddu-
cæos redarguit, qui & reſurrectionem donauit: vtraque
his qui cæcutiunt oſtendens, id eſt, reſurrectionem, &
Deum. Si enim Deus mortuorum non eſt, ſed viuorum,
hic autem dormientium patrum Deus dictus eſt, indu-
bitatè viuunt Deo, & non perierunt, cùm ſint filij reſur-
11. rectionis: reſurrectio autem ipſe Dominus noſter eſt,
quemadmodum ipſe ait: Ego ſum reſurrectio & vita.
17. Patres autem eius filij; dictum eſt enim à Propheta, Pro
patribus tuis † facti ſunt tibi filij tui. Ipſe igitur Chriſtus
cum patre viuorum eſt Deus, qui & locutus eſt Moyſi,
qui & patribus manifeſtatus eſt.

CAPVT XII.

Quoniam Abraham vidit Chriſtum.

8. ET hoc ipſum docens dicebat Iudæis. Abraham pa-
ter veſter exultauit vt videret diem meum, & vidit,
6. & gauiſus eſt. Quid enim? Credidit Abraham Deo, &
deputatum eſt ei ad iuſtitiam. Primùm quidem, quo-
niam ipſe eſt factor cœli & terræ ſolus Deus. Deinde au-
tem, quoniam faciet ſemen eius quaſi ſtellas cœli: hoc
eſt quod à Paulo, dicitur quemadmodum luminaria in
mundo. Iuſtè igitur derelinquens terrenam cognationem
5. omnem ſequebatur verbum Dei, cum Verbo peregri-
nans, vt cum Verbo moraretur.
2.

CAPVT XIII.

Quoniam vna eſt & eadem Abrahæ fides, & noſtra.

4. IVſtè autem & Apoſtoli, ex Abraham genus haben-
0. tes, derelinquentes nauiculam & patrem, ſequeban-
tur Verbum Dei. Iuſtè autem & nos eandem fidem ac-
cipientes quam habuit Abraham, tollentes crucem,
quemadmodum ligna Iſaac, ſequimur eum. In Abraham
enim prædidicerat & aſſuetus fuerat homo ſequi Ver-
bum Dei. Et enim Abraham ſecundùm fidem ſuam ſe-
cutus præceptum verbi Dei prono animo vnigenitum
& dilectum ſuum conceſſit ſacrificium Deo: vt & Deus
beneplacitum habeat, pro vniuerſo ſemine eius dilectum E
& vnigenitum filium ſuum præſtare ſacrificium in no-
ſtram redemptionem. Propheta ergo cùm eſſet Abra- Ioan.8.
ham & videret in Spiritu diem aduentus Domini, & 56.
paſſionis diſpoſitionem, per quem ipſe quoque & om-
nes qui ſimiliter, vt ipſe credidit, credunt Deo, ſaluari
† inciperent, exultauit vehementer. Non incognitus igi- † inciperet
tur erat Dominus Abrahæ, cuius diem concupiuit vide-
re: ſed neque Pater Domini: didicerat enim à Verbo
Domini, & credidit ei. Quapropter & deputatum eſt Iac.2.23.
ei ad iuſtitiam à Domino. Fides enim quæ eſt apud Rom.4.
Deum altiſſimum iuſtificat hominem & propter hoc di- 3.
cebat: Extendam manum meam ad Deum altiſſimum,
qui conſtituit cœlum & terram. Hæc autem omnia co-
nantur euertere illi, qui ſunt malæ ſententiæ, ob vnum Gen.15.6
dictum, quod quidem apud eos non benè intellectum
eſt.

F

CAPVT XIV.

Quid eſt quod nemo cognoſcit Patrem niſi Filius, & per quæ occaſiones reuelat Filius Patrem.

DOminus enim oſtendens ſemetipſum diſcipulis,
quoniam ipſe eſt Verbum, qui agnitionem Patris
facit, & exprobans Iudæis putantibus ſe habere Deum,
cùm & fruſtrentur Verbum eius, per quem cognoſcitur
Deus, dicebat. Nemo cognoſcit Filium niſi Pater, ne- Luc.10.
que Patrem quis cognoſcit, niſi Filius, & cui voluerit 22.
Filius reuelare. Sic & Matthæus poſuit, & Lucas ſimili- Matt.11.
ter, & Marcus ſecundùm idem ipſum: Ioannes enim 27.
præterit locum hunc. Hi autem qui peritiores Apoſtolis
volunt eſſe ſic deſcribunt. Nemo cognouit Patrem niſi G
Filius, nec Filium niſi Pater, & cui voluerit Filius reue-
lare: & interpretantur, quaſi à nullo cognitus ſit verus
Deus ante Domini noſtri aduentum: & eum Deum, qui
à Prophetis ſit annuntiatus, dicunt non eſſe Patrem
Chriſti. Si autem Chriſtus tunc inchoauit eſſe, quando
& ſecundùm hominem aduentum ſuum egit, & à tem-
poribus Tiberij Cæſaris commemoratus eſt Pater pro-
uidere hominibus, & non ſemper Verbum eius vnà cum
plaſmate fuiſſe oſtendebatur; nec tunc quidem oportuit
alterum Deum annuntiari, ſed cauſas tantæ incuriæ &
negligentiæ eius inquiri. Nullam enim oportet quæ-
ſtionem talem eſſe, & tantùm inualeſcere, vt & Deum
quidem mutet: & eam, quæ eſt erga fabricatorem (qui
nos alit per ſuam conditionem) fidem noſtram euacuet.
Sicut enim in Filium fidem noſtram dirigimus, ſic & in
Patrem dilectionem firmam, & immobilem habere de-
bemus. Et benè Iuſtinus in eo libro qui eſt ad Marcio-
nem ait: Quoniam ipſi quoque Domino non credidiſſem
alterum Deum annuntianti, præter fabricatorem & fa- H
ctorem & nutritorem noſtrum.

Sed quoniam ab vno Deo, qui & hunc fecit mun-
dum, & nos plaſmauit, & omnia continet, & admini-
ſtrat; vnigenitus Filius venit ad nos, ſuum plaſma in
ſemetipſum recapitulans, firma eſt mea ad † eum fides, † Deum
& immobilis erga Patrem dilectio vtraque Deo nobis
præbente: neque enim Patrem cognoſcere quis poteſt,
niſi Verbo Dei, id eſt, niſi Filio reuelante, neque Filium,
niſi Patris beneplacito. Bonum autem placitum Patris
Filius perficit: mittit enim Pater, mittitur autem, & ve-
nit Filius: & Patrem quidem inuiſibilem & intermina-
bilem, quantum ad nos eſt, cognoſcit ſuum ipſius Ver-
bum, & cùm ſit inenarrabilis, ipſe enarrat eum nobis.
Rurſum autem Verbum ſuum ſolus cognoſcit Pater:
vtraque autem hæc ſic ſe habere manifeſtauit Dominus,
& propter hoc Filius reuelat agnitionem Patris per ſuam
manifeſtationem. Agnitio enim Patris eſt, Filij manife-
ſtatio. Omnia enim per Verbum manifeſtantur. Vt ergo
cognoſceremus quoniam qui aduenit Filius, ipſe eſt qui

agnitionem Patris facit credentibus ſibi, dicebat diſcipulis: Nemo cognoſcit Patrem niſi Filius, neque Filium [1.] niſi Pater, & quibuſcunque Filius reuelauerit: docens ſemetipſum & Patrem, ſicut eſt, vt alterum non recipia- [2.] mus Patrem, niſi eum qui à Filio reuelatur. Hic autem eſt fabricator cœli & terræ, quemadmodum ex ſermonibus eius oſtenditur: & non is qui à Marcione, vel à Valentino, aut, à Baſilide, aut à Carpocrate, aut Simo- [3.] ne, aut reliquis falſo † cognomine Gnoſticis adinuentus eſt falſus pater. Nemo enim illorum Filius fuit Dei, ſed Chriſtus Ieſus Dominus noſter, aduerſus quem & contrariam exercent diſciplinam incognitum Deum audentes annuntiare.

Debent autem in ſemetipſos audire. Quemadmodum enim ignotus, qui ab ipſis cognoſcitur; Quodcunque enim vel à paucis cognoſcitur, non eſt incognitum. Dominus autem non in totum non poſſe cognoſci & Patrem & Filium dixit. Cæterum ſuperuacuus fuiſſet aduentus eius. Quid enim huc veniebat? an vti diceret nobis: Nolite quærere Deum: incognitus eſt enim; & non inuenietis eum, quemadmodum & Chriſtum Æonibus eorum dixiſſe mentiuntur hi qui ſunt à Valentino? Sed hoc quidem vanum eſt. Edocuit autem Dominus quoniam Deum ſcire nemo † poſſit, niſi Deo docente, hoc eſt, ſine Deo non cognoſci Deum: Hoc ipſum autem cognoſci eum, voluntatem eſſe Patris. Cognoſcunt enim eum quibuſcunque reuelauerit Filius, & ad hoc † Filius reuelauit Patrem, vt per eum omnibus manifeſtetur, & eos quidem qui credunt ei, iuſti in corruptelam & in æternum refrigerium recipiat. Credere autem ei, eſt facere eius voluntatem. Eos autem qui non credunt, & propter hoc fugiunt lumen eius, in tenebris quas ipſi ſibi † elegerunt, iuſtè recludet. Omnibus igitur reuelauit ſe Pater, omnibus Verbum ſuum viſibile faciens: & rurſus, Verbum omnibus oſtendebat Patrem & Filium, cùm ab omnibus videretur. Et ideò iuſtum iudicium Dei ſuper omnes eos qui ſimiliter quidem viderunt, non autem ſimiliter crediderunt. Etenim per ipſam conditionem reuelat Verbum conditorem Deum, & per mundum fabricatorem mundi Dominum, & per plaſma eum qui plaſmauerit artificem, & per Filium eum Patrem qui generauit Filium: & hæc omnes ſimiliter quidem colloquuntur, non autem ſimiliter credunt, ſed per Legem & Prophetas ſimiliter Verbum & ſemetipſum & Patrem prædicabat. Et audiuit quidem vniuerſus populus ſimiliter: non ſimiliter autem omnes crediderunt, & per ipſum Verbum viſibilem & palpabilem factum, Pater oſtendebatur, etiamſi non omnes ſimiliter credebant ei: ſed omnes viderunt in Filio Patrem: inuiſibile etenim Filij Pater, viſibile autem Patris [4.] Filius, Et propter hoc omnes Chriſtum loquebantur præſente eo, & Deum nominabant. Sed & dæmones videntes Filium dicebant: Scimus te qui es, ſanctus Dei. Et tentans diabolus videns eum dicebat: Si tu es filius Dei: omnibus quidem videntibus & loquentibus Filium & Patrem, non autem omnibus credentibus.

Oportebat enim veritatem ab omnibus accipere teſtimonium: & eſſe iudicium in ſalutem quidem credentium, in condemnationem autem non credentium, vt omnes iuſtè iudicentur, & ea quæ eſt in Patrem & Filium fides, ab omnibus comprobetur, id eſt, ab omnibus confirmetur, ab omnibus accipiens teſtimonium, & à domeſticis, quoniam & amici: & ab extraneis, quoniam & inimici. Illa eſt enim vera & ſine contradictione probatio, quæ etiam ab aduerſariis ipſis ſingula teſtificationis profert, in ipſa quidem manifeſta ſua viſione conuictis de præſenti negotio, & teſtificantibus & ſignificantibus, poſtea verò ad inimicitiam erumpentibus, & accuſantibus, & volentibus non eſſe verum ſuum teſtimonium. Non ergo alius erat qui cognoſcebatur, & alius qui dicebat: Nemo cognoſcit Patrem: ſed vnus & idem omnia ſubiiciente ei Patre, & ab omnibus accipiens teſtimonium, quoniam verè homo, & quoniam verè Deus, à Patre, à Spiritu, & ab Angelis, ab ipſa conditione, ab hominibus, & ab apoſtaticis ſpiritibus, ab † erroneis, & ab inimico, & nouiſſimè & ab [E] ipſa morte. Omnia autem Filius adminiſtrans Patri, [† dæmoniis] perficit ab initio vſque ad finem, & ſine illo, nemo poteſt cognoſcere Deum. Agnitio enim Patris, Filius agnitio autem Filij in Patre, & per Filium reuelata: & propter hoc Dominus dicebat. Nemo cognoſcit Filium, niſi Pater: neque Patrem, niſi Filius, & quibuſcunque Filius reuelauerit. Reuelauerit enim, non ſolùm in futurum dictum eſt, quaſi tunc inciperet Verbum manifeſtare Patrem, cùm de Maria natus, ſed communiter per totum tempus poſitum eſt. Ab initio enim aſſiſtens Filius ſuo plaſmati, reuelat omnibus Patrem, quibus vult, & quando vult, & quemadmodum vult Pater, & propter hoc in omnibus, & per omnia vnus Deus Pater, & vnum Verbum, & vnus Filius, & vnus Spiritus, & vna fides, & ſalus omnibus credentibus in eum.

CAPVT XV. [F]

Quemadmodum Abraham à Verbo doctus eſt.

ET Abraham ergo à Verbo cognoſcens Patrem, qui [Gen. 18.] fecit cœlum & terram, hunc Deum confitebatur: & doctus repræſentatione, quod inter homines homo futurus eſſet Filius Dei, per cuius aduentum ſemen eius [Ioan. 8. 56.] erat futurum quaſi ſtellæ cœli, concupiuit eam diem videre, vti & ipſe complecteretur Chriſtum: & per Spiritum prophetiæ eam videns exultauit. Propter quod & Simeon ex ſemine eius re implebat gratulationem Patriarchæ, & dicebat. Nunc remittis ſeruum tuum Domine, in pace: quoniam viderunt oculi mei ſalutare tuum, quod † paraſti ante faciem omnium populorum: [† præparaſti in facie] lumen in reuelatione oculorum, & gloriam populi Iſraël. Et Angeli autem gratulationem magnam, vigilantibus nocte paſtoribus enuntiauerunt. Sed & Maria [G] [Luc. 2. 29.] ait: Magnificat anima mea Dominum, & exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo: deſcendente quidem [Luc. 1. 46.] exultatione Abrahæ in eos qui erant ex ſemine eius, euigilantes & videntes Chriſtum, & credentes ei: reciproco autem rurſus & regrediente exultatione à filiis in Abraham, qui & concupierat diem aduentus Chriſti videre. Benè igitur Dominus noſter teſtimonium reddebat eis dicens; Abraham pater veſter exultauit, vt videret [Ioan 8. 56.] diem meum, & vidit, & gauiſus eſt.

CAPVT XVI.

Quemadmodum promiſſionem quam promiſit Deus Abrahæ, Chriſtus perfecit.

NOn enim tantùm propter Abtaham † hoc dixit; ſed [H] vt oſtenderet quoniam omnes qui ab initio cognitum habuerunt † Dominum, & aduentum Chriſti prophetauerunt, reuelationem acceperunt ab ipſo Filio, qui & in nouiſſimis temporibus viſibilis & paſſibilis factus eſt, & cum humano genere loquutus eſt, vti ex lapidibus excitaret filios Abrahæ, & adimpleret repro- [Hebr. 11.] miſſionem, quam promiſerat illi Deus, vt faceret ſe- [Matth. 3. 10.] men eius tanquam ſtellas cœli, quemadmodum ait Ioan- [Gen. 22. 17.] nes Baptiſta: Potens eſt enim Deus ex lapidibus iſtis ſu- [Luc. 3. 8.] ſcitare filios Abrahæ. Hoc autem fecit Ieſus, à lapidum religione extrahens nos, & à noſtris duris, & infructuoſis cogitationibus transferens nos, & ſimilem Abrahæ fidem in nobis conſtituens. Quemadmodum & Paulus [Rom. 9. 8.] teſtificatur, dicens, Nos eſſe filios Abrahæ ſecundùm ſimilitudinem fidei, & repromiſſionem hæreditatis. Vnus igitur & idem Deus, qui aduocauit Abraham, & repromiſſionem ei dedit. Hic eſt enim fabricator, [Matth. 5. 15. & 11.] qui & per Chriſtum præparat luminaria in mundo, eos qui ex Gentibus credunt. Vos autem (inquit) eſtis lu-

men mundi, hoc eſt, quaſi ſtellæ cœli. Hunc ergo rectè oſtendimus à nemine cognoſci, niſi à Filio, & quibuſcunque Filius reuelauerit. Reuelat † enim omnibus Filius, quibus velit agnoſci Pater, & neque ſine bona voluntate Patris, neque ſine adminiſtratione Filij cognoſcet quiſquam Deum. Et propter hoc dicebat diſcipulis Dominus: Ego ſum via, veritas, & vita. Et nemo venit ad Patrem, niſi per me. Si cognouiſſetis me, & Patrem meum cognouiſſetis & à modò cognouiſtis eum, & vidiſtis eum. Ex quibus manifeſtum eſt, quoniam per Filium, id eſt per Verbum, cognoſcitur.

CAPVT XVII.

Quare Iudæi abſceſſerunt à Deo.

PRopter hoc Iudæi exceſſerunt à Deo, Verbum † Dei non recipientes, ſed putantes per ſeipſum Patrem ſine Verbo, id eſt ſine Filio, poſſe cognoſcere Deum, neſcientes eum qui in figura loquutus eſt humana ad Abraham & Aaron, & iterum ad Moyſem dicentem: Videns vidi vexationem populi mei in Ægypto, & deſcendi liberare eos. Hic enim Filius, qui eſt Verbum Dei, ab initio † præſtruebat, non indigente Patre Angeli, vti faceret conditionem, & formaret hominem, propter quem & conditio fiebat: neque rurſus indigente miniſterio ad fabricationem eorum quæ facta ſunt, ad diſpoſitionem eorum negotiorum, quæ ſecundùm hominem erant, ſed habente copioſum & inenarrabile miniſterium. Miniſtrat enim ei ad omnia ſua progenies & figuratio ſua, id eſt Filius, & Spiritus ſanctus, Verbum & Sapientia; quibus ſeruiunt, & ſubiecti ſunt omnes Angeli. Vani igitur ſunt, qui propter hoc quod dictum ſit, Nemo cognoſcit Patrem, niſi Filius, alterum introducunt incognitum patrem.

CAPVT XVIII.

Oſtenſio quoniam Abraham hæreditate percipit regnum cælorum.

VAnus autem & Marcion, & qui ab eo, expellentes ab hæreditate Abraham, cui ſpiritus per multos, iam autem & per Paulum teſtimonium reddidit: Quoniam credidit Deo, & deputatum eſt ei ad iuſtitiam: Et Dominus primùm quidem de lapidibus excitans filios ei, & faciens ſemen eius quaſi ſtellas cœli, dicens: Quoniam venient ab Oriente & ab Occidente, ab Aquilone & auſtro, & recumbent cum Abraham, & Iſaac & Iacob, in regno cœlorum. Iterum dicens Iudæis: cum videritis Abraham & Iſaac & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei, vos autem proiici foras. Manifeſtum eſt ergo quoniam qui contradicunt ſaluti eius, & alterum præter eum, qui promiſſionem fecerit Abrabæ, formant Deum, extra regnum Dei ſunt & exhæredes ſunt incorruptelæ, fruſtrantes & blaſphemantes Deum, qui in regnum cœlorum introducit Abraham, & ſemen eius quod eſt Eccleſia, per Chriſtum Ieſum, cui & adoptio redditur, & hæreditas quæ Abrahæ promiſſa eſt.

CAPVT XIX.

Quoniam Dominus Sabbatis curans ſecundum legem faciebat.

VIndicabat enim ſemen eius Dominus, ſoluens à vinculis & aduocans ad ſalutem, quemadmodum fecit in muliere quæ ab eo curata eſt, manifeſtè dicens his qui non ſimilem Abrahæ habebant fidem: hyppocritæ, vnuſquiſque veſtrum die ſabbatorum bouem ſuum, vel aſinum non ſoluit, & ducit, & adaquat? E
Hanc autem cum ſit filia Abrahæ, quam alligauerat ſathanas decem & octo annis, non oportuerat ſolui ab hoc vinculo in die ſabbatorum? Manifeſtum eſt igitur quoniam eos, qui ſimiliter vt Abraham credebant ei, ſoluit & viuificat, nihil extra legem faciens, curans in die ſabbatorum. Non enim prohibet lex curare homines ſabbatis, quæ & circuncidebat eos in hac die, & pro populo iubebat miniſteria ſacerdotibus perficere, ſed & mutorum animalium curationem non prohibebat: & Siloa etiam ſæpè ſabbatis curauit, & propter hoc aſſidebant ei multi die ſabbatorum. Ioan 9. Continere ſe Sabbatiſmus. enim iubebat eos lex ab eo omni opere ſeruili, id eſt ab omni auaritia, quæ per negotiationem, & reliquo terreno actu agitatur: animæ autem opera quæ fiunt per ſententiam, & ſermones bonos in auxilium eorum, qui proximi ſunt, adhortabatur fieri: & propter hoc Dominus arguebat eos, qui iniuſtè exprobrabant ei, Exo. 20. quia ſabbatis curabat. Non enim ſoluebat, ſed adimplebat legem, ſummi Sacerdotis operam faciens, F propitians pro hominibus Deum, & emundans leproſos, infirmos curans: & ipſe moriens, vt exiciatus homo exiret de condemnatione, & reuerteretur intrepidè ad ſuam hæreditatem.

CAPVT XX.

Quomodo non contra legem faciebant diſcipuli Domini Sabbatis ſpinas legentes, & quoniam Leuitæ omnes diſcipuli Domini.

SEd & eſurientes accipere ſabbatis eſcas ex his quæ adiacebant, non vetabat lex: metere autem & colligere in horreum vetabat: Et ideo Dominus bis qui incuſabant diſcipulos eius, quoniam vellentes ſpicas manducabant dixit: Non hoc legiſtis, quod fecit Dauid cum eſuriſſet, quemadmodum introiuit in domum Dei, & panes propoſitionis manducauit, & dedit eis qui cum eo erant, quos non licebat manducare, niſi ſolis Sacerdotibus? G Matt. 12. 1 Reg. 21. Per legis verba ſuos diſcipulos excuſans, & ſignificans ſacerdotibus licere liberè agere. Sacerdos autem ſcitus fuerat Dauid apud eum, quamuis Saul perſecutionem faceret ei. Omnes enim iuſti ſacerdotalem habent ordinem. Sacerdotes autem ſunt omnes Domini Apoſtoli, qui neque agros, neque domus hæreditant hîc, ſed ſemper altari & Deo ſeruiunt. De quibus & Moyſes in Deuteronomio, in benedictione Leui ait: Deut. 33. Qui dicit patri ſuo & matri ſuæ, non noui te, & fratres ſuos non agnouit, & filios ſuos abdicauit; cuſtodiuit præcepta tua, & teſtamentum tuum ſeruauit. H Qui autem ſunt qui dereliquerunt patrem & matrem, & omnibus proximis renuntiauerunt propter Verbum Dei, & teſtamentum eius, niſi diſcipuli Domini? de quibus iterum Moyſes; hæreditas autem, inquit, non erit eis: Num. 18. Dominus enim ipſe hæreditas ipſorum. Deut 8. Et iterum: non erit Sacerdotibus Leuitis in tota tribu Leui pars, neque Deut. 10. ſubſtantia cum Iſraël: fructificationes Domini ſubſtantia eorum; manducabunt eos. Propter hoc & Paulus: non inquiro, inquit, datum, ſed inquiro fructum. Diſcipulis igitur Domini, Leuiticam ſubſtantiam habentibus, Philip 4. licebat eis eſurientibus a ſeminibus accipere eſcam. Luc. 10. Dignus enim operarius eſca ſua. Et ſacerdotes in templo ſabbatum profanabant, & Rei non erant. Quare ergo Rei non erant? quia cum eſſent in templo, non ſæcularia, ſed dominica perficiebant miniſteria, legem adimplentes, non autem prætereuntes legem, quemadmodum is, qui à ſemetipſo arida ligna attulit in caſtra Num. 15. Dei, iuſtè lapidatus eſt. Math 3. 1. Cor. 3. Omnis enim arbor quæ non facit fructum bonum, abſcindetur & in ignem mittetur:

Et

Et : quicunque templum Dei violauerit, violabit illum
Deus.

CAPVT XXI.

*Oſtenſio vnius & eiuſdem ſubſtantiæ eſſe ea, quæ ſecundùm legem ſunt, & ea, quæ ſecundùm Euangelium, & quemadmodum nouum Teſtamentum * prædictum eſt à Prophetis.*

VNius igitur & eiuſdem ſubſtantiæ ſont omnia, hóc
eſt ab vno & eodem Deo, quemadmodum & Do-
minus ait diſcipulis : Propterea omnis ſeriba doctus in
regno cœlorum ſimilis eſt homini patrifamilias, qui pro-
fert de theſauro ſuo noua & vetera. Non alterum qui-
dem vetera, alterum quidem proferentem nous docuit:
3. ſed vnum & eundem. Paterfamilias enim Dominus eſt,
qui vniuerſæ domui paternæ dominatur, & ſeruis qui-
dem, & adhuc indiſciplinatis, condignam tradens Le-
gem, liberis autem & fide iuſtificatis congruentia dans
3. præcepta, filiis adaperiens ſuam hæreditatem. Scribas
autem & doctores regni cœlorum, ſuos dicebat diſcipu-
los; de quibus alibi ait Iudæis : Ecce, mitto ad vos ſa-
pientes, & ſcribas, & doctores, & ex eis occideris, &
effugabitis à ciuitate in ciuitatem. Ea autem quæ de
theſauro † proferunt noua & vetera, ſine contradictio-
ne duo teſtamenta dicit. Vetus quidem quod ante fue-
rat legiſdatio : noua autem quæ ſecundùm Euangelium
eſt conuerſatio oſtendit, de qua Dauid ait : Cantate Do-
mino Canticum nouum. Et Eſaias : Cantate Domino
hymnum nouum. Initium eius glorificatur, & nomen
eius à ſummo terræ, virtutes eius in inſulis annuntiant.
Et Hieremias ait : Ecce diſponam (inquit) Teſtamen-
tum nouum, non quemadmodum diſpoſui patribus ve-
ſtris in monte Oreb. Vtraque autem teſtamenta vnus
& idem paterfamilias produxit, Verbum Dei Dominus
noſter Ieſus Chriſtus, qui & Abrahæ & Moyſi † loqu-
tus eſt, qui nobis in nouitate reſtituit libertatem: & mul-
tiplicauit eam, quæ ab ipſo eſt, gratiam.

CAPVT XXII.

Quid eſt pluſquam templum, &, pluſquam Salomon hic.

PLus eſt enim (inquit) templo hic. Plus autem &
minus non in his dicitur, quæ inter ſe communio-
nem non habent, & ſunt contrariæ naturæ, & pug-
nant aduerſus ſe, ſed in is quæ eiuſdem ſunt ſubſtantiæ,
& communicant ſecum, ſolum autem † altitudine &
magnitudine differunt : quemadmodum aqua ab aqua,
& lumen à lumine, & gratia à gratia. Maior eſt igitur
legiſdatio quæ in libertatem, quàm quæ data eſt in ſer-
uitutem : & ideo non in vnam gentem, ſed in totum
mundum diffuſa eſt. Vnus autem & idem Dominus,
qui pluſquam templum eſt, & pluſquam Salomon, &
pluſquam Ionas donat hominibus, id eſt, ſuam præſen-
tiam & reſurrectionem à mortuis : ſed non Deum im
mutans, nec alium prædicans Patrem, ſed eundem
ipſum, qui ſemper habet plura metiri domeſticis, &
proficiente eorum erga Deum dilectione plura & ma-
iora donans, quemadmodum & Dominus diſcipulis
dicebat : Quoniam & maiora horum videbitis. Et
Paulus ait : Non quòd iam acceperim, aut quod iuſti-
ficatus ſim, aut iam perfectus ſim : ex parte enim ſci-
mus, & ex parte prophetamus. Cùm autem venerit
quod perfectum eſt, quæ ſunt ex parte deſtruentur. Si-
cut igitur aduenente perfecto, non alterum Patrem vi-
debimus : ſed hunc quem nunc videre concupimus.
Beati enim mundo corde, quoniam ipſi Deum vide- E
bunt : Neque alium Chriſtum, & Dei Filium expecta- Matt 5.8.
bimus, ſed hunc qui ex Maria Virgine qui & paſſus eſt,
in quem & credimus, quem & diligimus. Quemad
modum Eſaias ait. Et dicent in illa die : Ecce, Domi Iſa.25 9.
nus Deus noſter in quem ſperauimus, & exultauimus 1.Pet.5 8.
in ſalute noſtra. Et Petrus ait in Epiſtola ſua : Quem
non videntes diligitis, (inquit) in quem nunc non vi-
dentes credidiſtis, gaudebitis gaudio inenarrabili. Ne-
que alium Spiritum ſanctum percipimus, niſi hunc, qui
eſt nobiſcum, & qui clamat, Abba pater : & in iiſdem Rom.8.
ipſis augmentum habebimus, & proficiemus, vt iam 15.
non per ſpeculum, & per ænigmata, ſed facie ad faciem 1.Cor.13.
fruamur muneribus Dei : ſic & nunc plus templo, & 12.
plus Salomone percipientes, quod eſt aduentus Filij Dei:
non alterum didicimus Deum, præter fabricatorem &
factorem omnium, qui ab initio nobis demonſtratus eſt;
neque alterum Chriſtum Dei Filium, præter eum qui à
Prophetis prædicatus eſt.

Nouo enim teſtamento cognito, prædicato per Pro- F
phetas, & ille qui illud diſpoſiturus erat ſecundùm pla-
citum Patris, prædicabatur, manifeſtatus hominibus,
quemadmodum voluit Deus, vt poſſint ſemper proficere
credentes in eum, & per teſtamenta matureſcere per ef-
fectum perfectum ſalutis. Vna enim ſalus eſt, & vnus
Deus, qui formauit hominẽ: præcepta autem multa, & nõ
pauci gradus, qui † adducunt hominẽ ad Deum. Terreno † ducunt
quidẽ & temporali Regi, cum ſit homo, licet aliquoties
maiores profectus attribuere his qui ſunt ſubiecti. Deo
autem non licebit, cùm ſit idem, & ſemper maiorem
gratiam † præſtat humano generi, & pluribus muneri- † præſtare
bus aſſiduè honorare eos, qui placent ei? Si autem hoc
eſt proficere, alterum adinuenire patrem præter eum qui
ab initio annunciatus eſt : & ruſum, præter eum qui
putatur ſecundò inuentus eſſe, alterum tertium adin-
uenire; & eiuſdem erit profectus & à tertio in quar-
tum; & adhuc ab hoc ruſum alterum, & alterum : &
ſic ſemper putans proficere, talis ſenſus nunquam in vno
ſtabit Deo. Expulſus enim ab eo qui eſt, & retrorſus re- G
trorſum quæret quidem ſemper, inueniet autem nun-
quam Deum : ſed ſemper incomprehenſibilitatis profun-
do natabit, niſi per pœnitentiam conuerſus, vnde & ab-
iectus erat, reuertatur, vnum Deum Patrem Demiur-
gum confitens & credens, qui à Lege & Prophetis an-
nuntiatus eſt : qui à Chriſto teſtificatus eſt, quemadmo-
dum ipſe ait ad eos qui accuſabant eius diſcipulos, quaſi
non ſeruarent traditionem ſeniorum. Quare vos fruſtra- Matt.15.
mini præceptum Domini propter traditionem, veſtram? 1.
Deus enim dixit : Honora patrem & matrem : &, Qui
maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Et iterum
ſecundò ait eis. Et fruſtrati eſtis ſermonem Dei propter
traditionem veſtram? manifeſtiſſime Dominum, & Deum
Patrem confitens Chriſtus eum qui in Lege dixit : Ho-
nora patrem & matrem, vt tibi bene ſit. Verbum
enim Dei confeſſus eſt Legis præceptum verax Deus,
& neminem alterum Deum appellauit, quam ſuum
Patrem. H

CAPVT XXIII.

Quemadmodum Moyſes aduentum Chriſti ſignificauit, & tempus paſſionis, & locum in quo paſſus eſt.

BEnè igitur & Ioannes meminit dicentem Dominum Ioan.5.
Iudæis ; Scrutamini Scripturas, in quibus putatis 39.
vos vitam æternam habere : illæ ſunt quæ teſtimonium
perhibent de me, & non vultis venire ad me, vt vitam
habeatis. Quomodo igitur teſtabantur de eo Scriptu-
ræ, niſi ab vno & eodem eſſent Patre, præinſtruentes
homines de aduentu Filij eius, & prænuntiantes ſalutem, Ioan.5.
quæ eſt ab eo? Si enim crederetis Moyſi, crederetis & 46.

men mundi, hoc eſt, quaſi ſtellæ cœli. Hunc ergo
rectè oſtendimus à nemine cognoſci, niſi à Filio, &
em quibuſcunque Filius reuelauerit. Reuelat † enim om-
.14. nibus Filius, quibus velit agnoſci Pater, & neque ſine
bona voluntate Patris, neque ſine adminiſtratione Filij
cognoſcet quiſquam Deum. Et propter hoc dicebat di
ſcipulis Dominus: Ego ſum via, veritas, & vita. Et ne-
mo venit ad Patrem, niſi per me. Si cognouiſſetis me,
& Patrem meum cognouiſſetis & à modò cognouiſtis
eum, & vidiſtis eum. Ex quibus manifeſtum eſt, quoniam
per Filium, id eſt per Verbum, cognoſcitur.

CAPVT XVII.

Quare Iudæi abſceſſerunt à Deo.

PRopter hoc Iudæi exceſſerunt à Deo, Verbum † Dei
non recipientes, ſed putantes per ſeipſum Patrem
2. ſine Verbo, id eſt ſine Filio, poſſe cognoſcere Deum,
3 neſcientes eum qui in figura loquutus eſt humana ad
Abraham & Aaron, & iterum ad Moyſem dicen
tem: Videns vidi vexationem populi mei in Ægy
pto, & deſcendi liberare eos. Hic enim Filius, qui
eſt Verbum Dei, ab initio † præſtruebat, non indi-
11 gente Patre Angeli, vit faceret conditionem, & forma-
ret hominem, propter quem & conditio fiebat: ne-
que rurſus indigente miniſterio ad fabricationem
eorum quæ facta ſunt, ad diſpoſitionem eorum ne-
gotiorum, quæ ſecundùm hominem erant, ſed haben-
te copioſum & inenarrabile miniſterium. Miniſtrat
enim ei ad omnia ſua progenies & figuratio ſua, id eſt
Filius, & Spiritus ſanctus, Verbum & Sapientia; qui-
3 bus ſeruiunt, & ſubiecti ſunt omnes Angeli. Vani
1 igitur ſunt, qui propter hoc quod dictum ſit. Nemo
cognoſcit Patrem, niſi Filius, alterum introducunt in-
cognitum patrem.

CAPVT XVIII.

Oſtenſio quoniam Abraham hæreditate percipit regnum cœlorum.

VAnus autem & Marcion, & qui ab eo, expellentes
ab hæreditate Abraham, cui ſpiritus per multos,
iam autem & per Paulum teſtimonium reddidit: Quo-
niam credidit Deo, & deputatum eſt ei ad iuſtitiam: Et
Dominus primùm quidem de lapidibus excitans filios ei,
& faciens ſemen eius quaſi ſtellas cœli, dicens: Quo
niam venient ab Oriente & ab Occidente, ab Aquilone
& auſtro, & recumbent cum Abraham, & Iſaac & Ia-
cob, in regno cœlorum. Iterum dicens Iudæis: cum vi-
deritis Abraham & Iſaac & Iacob, & omnes prophetas
in regno Dei, vos autem proiici foras. Manifeſtum eſt
ergo quoniam qui contradicunt ſaluti eius, & alterum
præter eum, qui promiſſionem fecerit Abrahæ, formant
Deum, extra regnum Dei ſunt & exhæredes ſunt incor
ruptelæ, fruſtrantes & blaſphemantes Deum, qui in re-
gnum cœlorum introducit Abraham, & ſemen eius quod
eſt Eccleſia, per Chriſtum Ieſum, cui & adoptio reddi-
tur, & hæreditas quæ Abrahæ promiſſa eſt.

CAPVT XIX.

Quoniam Dominus Sabbatis curans ſecundum legem faciebat.

VIndicabat enim ſemen eius Dominus, ſoluens à
vinculis & aduocans ad ſalutem, quemadmodum
fecit in muliere quæ ab eo curata eſt, manifeſtè dicens
his qui non ſimilem Abrahæ habebant fidem: hypo-
critæ, vnuſquiſque veſtrum die ſabbatorum bouem E
ſuum, vel aſinum non ſoluit, & ducit, & adaquat?
Hanc autem cum ſit filia Abrahæ, quam alligauerat
ſathanas decem & octo annis, non oportuerat ſolui ab
hoc vinculo in die ſabbatorum? Manifeſtum eſt igitur
quoniam eos, qui ſimiliter vt Abraham credebant ei,
ſoluit & viuificat, nihil extra legem faciens, curans in
die ſabbatorum. Non enim prohibet lex curare homi-
nes ſabbatis, quæ & circuncidebat eos in hac die, &
pro populo iubebat miniſteria ſacerdotibus perficere,
ſed & mutorum animalium curationem non prohibe-
bat: & Siloa etiam ſæpè ſabbatis curauit, & propter Ioan 9.
hoc aſſidebant ei multi die ſabbatorum. Continere ſe Sabbatiſmus.
enim iubebat eos lex ab eo omni opere ſeruili, id eſt
ab omni auaritia, quæ per negotiationem, & reliquo
terreno actu agitatur: animæ autem opera quæ fiunt
per ſententiam, & ſermones bonos in auxilium eorum,
qui proximi ſunt, adhortabatur fieri: & propter hoc
Dominus arguebat eos, qui iniuſtè exprobrabant ei, Exo 20.
quia ſabbatis curabat. Non enim ſoluebat, ſed ad- F
implebat legem, ſummi Sacerdotis operam faciens,
propitians pro hominibus Deum, & emundans leproſos,
infirmos curans: & ipſe moriens, vt exiciatus homo exi-
ret de condemnatione, & reuerteretur intrepidè ad ſuam
hæreditatem.

CAPVT XX.

Quomodo non contra legem faciebant diſcipuli Domini Sabbatis ſpinas legentes, & quoniam Leuitæ omnes diſcipuli Domini.

SEd & eſurientes accipere ſabbatis eſcas ex his quæ G
adiacebant, non vetabat lex: metere autem & col-
ligere in horreum vetabat: Et ideo Dominus his qui in- Matt. 11.
cuſabant diſcipulos eius, quoniam vellentes ſpicas man-
ducabant dixit: Non hoc legiſtis, quod fecit Dauid cum 1.Reg.
eſuriſſet, quemadmodum introiuit in domum Dei, & pa- 21.
nes propoſitionis manducauit, & dedit eis qui cum eo
erant, quos non licebat manducare, niſi ſolis Sacer-
dotibus? Per legis verba ſuos diſcipulos excuſans, &
ſignificans ſacerdotibus licere liberè agere. Sacerdos
autem ſcitus fuerat Dauid apud eum, quamuis Saul per-
ſecutionem faceret ei. Omnes enim iuſti ſacerdotalem
habent ordinem. Sacerdotes autem ſunt omnes Domini
Apoſtoli, qui neque agros, neque domus hæreditant
hîc, ſed ſemper altari & Deo ſeruiunt. De quibus &
Moyſes in Deuteronomio, in benedictione Leui ait: Deut. 33.
Qui dicit patri ſuo & matri ſuæ, non noui te, & fratres
ſuos non agnouit, & filios ſuos abdicauit; cuſtodiuit
præcepta tua, & teſtamentum tuum ſeruauit. Qui au- H
tem ſunt qui dereliquerunt patrem & matrem, & om-
nibus proximis renuntiauerunt propter Verbum Dei, &
teſtamentum eius, niſi diſcipuli Domini? de quibus ite-
rum Moyſes; hæreditas autem, inquit, non erit eis: Num. 18.
Dominus enim ipſe hæreditas ipſorum. Et iterum: non Deut 8.
erit Sacerdotibus Leuitis in tota tribu Leui pars, neque Deut. 10.
ſubſtantia cum Iſraël: fructificationes Domini ſubſtan-
tia eorum; manducabunt eos. Propter hoc & Paulus:
non inquiro, inquit, datum, ſed inquiro fructum. Di-
ſcipulis igitur Domini, Leuiticam ſubſtantiam haben- Philip 4.
tibus, licebat eis eſurientibus a ſeminibus accipere eſ- Luc. 10.
eam. Dignus enim operarius eſca ſua. Et ſacerdotes
in templo ſabbatum profanabant, & Rei non erant.
Quare ergo Rei non erant? quia cum eſſent in templo,
non ſæcularia, ſed dominica perficiebant miniſteria, le-
gem adimplentes, non autem prætereuntes legem, quem- Num. 15.
admodum is, qui à ſemetipſo arida ligna attulit in caſtra Matth 3.
Dei, iuſtè lapidatus eſt. Omnis enim arbor quæ non fa- 1. Cor. 3.
cit fructum bonum, abſcindetur & in ignem mittetur:

Et

Et : quicunque templum Dei violauerit, violabit illum Deus.

CAPVT XXI.

*Oſtenſio vnius & eiuſdem ſubſtantiæ eſſe ea, quæ ſecundùm legem ſunt, & ea, quæ ſecundùm Euangelium, & quemadmodum nouum Teſtamentum * prædictum eſt à Prophetis.*

VNius igitur & eiuſdem ſubſtantiæ ſunt omnia, hoc eſt ab vno & eodem Deo, quemadmodum & Dominus ait diſcipulis : Propterea omnis ſcriba doctus in regno cœlorum ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. Non alterum quidem vetera, alterum quidem proferentem noua docuit:
13. ſed vnum & eundem. Paterfamilias enim Dominus eſt, qui vniuerſæ domui paternæ dominatur, & ſeruis quidem, & adhuc indiſciplinatis, condignam tradens Legem, liberis autem & fide iuſtificatis congruentia dans
23. præcepta, filiis adaperiens ſuam hæreditatem. Scribas autem & doctores regni cœlorum, ſuos dicebat diſcipulos; de quibus alibi ait Iudæis : Ecce, mitto ad vos ſapientes, & ſcribas, & doctores, & ex eis occidetis, & effugabitis à ciuitate in ciuitatem. Ea autem quæ de theſauro † proferunt noua & vetera, ſine contradictione duo teſtamenta dicit. Vetus quidem quod ante fuerat legiſdatio : noua autem quæ ſecundùm Euangelium eſt conuerſatio oſtendit, de qua Dauid ait : Cantate Domino Canticum nouum. Et Eſaias : Cantate Domino
1. hymnum nouum. Initium eius glorificatur, & nomen
10 eius à ſummo terræ, virtutes eius in inſulis annuntiant. Et Hieremias ait : Ecce diſponam (inquit) Teſtamentum nouum, non quemadmodum diſpoſui patribus veſtris in monte Oreb. Vtraque autem teſtamenta vnus & idem paterfamilias produxit, Verbum Dei Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui & Abrahæ & Moyſi † loquutus eſt, qui nobis in nouitate reſtituit libertatem:& mul-
8. tiplicauit eam, quæ ab ipſo eſt, gratiam.

CAPVT XXII.

Quid eſt pluſquam templum, &, pluſquam Salomon hic.

12. PLus eſt enim (inquit) templo hic. Plus autem & minus non in his dicitur, quæ inter ſe communionem non habent, & ſunt contrariæ naturæ, & pugnant aduerſus ſe, ſed in is quæ eiuſdem ſunt ſubſtantiæ, & communicant ſecum, ſolum autem † altitudine & magnitudine differunt : quemadmodum aqua ab aqua, & lumen a lumine, & gratia a gratia. Maior eſt igitur legiſdatio quæ in libertatem, quam quæ data eſt in ſeruitutem : & ideo non in vnam gentem, ſed in totum
4. mundum diffuſa eſt. Vnus autem & idem Dominus, qui pluſquam templum eſt, & pluſquam Salomon, &
8 pluſquam Ionas donat hominibus, id eſt, ſuam præſen-
6. tiam & reſurrectionem a mortuis : ſed non Deum immutans, nec alium prædicans Patrem, ſed eundem
2. ipſum, qui ſemper habet plura metiri domeſticis, & proficiente eorum erga Deum dilectione plura & maiora donans, quemadmodum & Dominus diſcipulis dicebat : Quoniam & maiora horum videbitis. Et Paulus ait : Non quod iam acceperim, aut quod iuſtificatus ſim, aut iam perfectus ſim : ex parte enim ſci-
12
13. mus, & ex parte prophetamus. Cùm autem venerit quod perfectum eſt, quæ ſunt ex parte deſtruentur. Sicut igitur aduenıente perfecto, non alterum Patrem videbimus : ſed hunc quem nunc videre concupimus.

E Beati enim mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt : Neque alium Chriſtum, & Dei Filium expectabimus, ſed hunc qui ex Maria Virgine qui & paſſus eſt, in quem & credimus, quem & diligimus. Quemadmodum Eſaias ait. Et dicent in illa die : Ecce, Dominus Deus noſter in quem ſperauimus, & exultauimus in ſalute noſtra. Et Petrus ait in Epiſtola ſua : Quem non videntes diligitis, (inquit) in quem nunc non videntes credidiſtis, gaudebitis gaudio inenarrabili. Neque alium Spiritum ſanctum percipimus, niſi hunc, qui eſt nobiſcum, & qui clamat, Abba pater : & in iiſdem ipſis augmentum habebimus, & proficiemus, vt iam non per ſpeculum, & per ænigmata, ſed facie ad faciem fruamur muneribus Dei : ſic & nunc plus templo, & plus Salomone percipientes, quod eſt aduentus Filij Dei: non alterum didicimus Deum, præter fabricatorem & factorem omnium, qui ab initio nobis demonſtratus eſt; neque alterum Chriſtum Dei Filium, præter eum qui à Prophetis prædicatus eſt.

Matt 5.8 / Iſa.25 9. / 1.Pet.1.8. / Rom.8.15. / 1.Cor.13.12.

F Nouo enim teſtamento cognito, prædicato per Prophetas, & ille qui illud diſpoſiturus erat ſecundùm placitum Patris, prædicabatur, manifeſtatus hominibus, quemadmodum voluit Deus, vt poſſint ſemper proficere credentes in eum, & per teſtamenta matureſcere perfectum perfectum ſalutis. Vna enim ſalus eſt, & vnus Deus, qui formauit hominẽ: præcepta autem multa, & nõ pauci gradus, qui † adducunt hominẽ ad Deum. Terreno quidẽ & temporali Regi, cum ſit homo, licet aliquoties maiores profectus attribuere his qui ſunt ſubiecti. Deo autem non licebit, cùm ſit idem, & ſemper maiorem gratiam † præſtat humano generi, & pluribus muneribus aſſiduè honorare eos, qui placent ei? Si autem hoc eſt proficere, alterum adinuenire patrem præter eum qui ab initio annuntiatus eſt : & ruſum, præter eum qui putatur ſecundò inuentus eſſe, alterum tertium adinuenire; & eiuſdem erit profectus & à tertio in quartum; & adhuc ab hoc ruſum alterum, & alterum : & ſic ſemper putans proficere, talis ſenſus nunquam in vno G ſtabit Deo. Expulſus enim ab eo qui eſt, & retro reſtrorſum quæret quidem ſemper, inueniet autem nunquam Deum : ſed ſemper incomprehenſibilitatis profundo natabit, niſi per pœnitentiam conuerſus, vnde & abiectus erat, reuertatur, vnum Deum Patrem Demiurgum confitens & credens, qui a Lege & Prophetis annuntiatus eſt : qui à Chriſto teſtificatus eſt, quemadmodum ipſe ait ad eos qui accuſabant eius diſcipulos, quaſi non ſeruarent traditionem ſeniorum. Quare vos fruſtramini præceptum Domini propter traditionem, veſtram: Deus enim dixit : Honora patrem & matrem : &, Qui maledixerit patri aut matri, morte morietur. Et iterum ſecundò ait eis. Et fruſtrati eſtis ſermonem Dei propter traditionem veſtram: manifeſtiſſime Dominum, & Deum Patrem confitens Chriſtus eum qui in Lege dixit : Honora patrem & matrem, vt tibi bene ſit. Verbum enim Dei confeſſus eſt Legis præceptum verax Deus, & neminem alterum Deum appellauit, quam ſuum Patrem.

† ducunt / † præſtare / Matt.15.1.

H

CAPVT XXIII.

Quemadmodum Moyſes aduentum Chriſti ſignificauit, & tempus paſſionis, & locum in quo paſſus eſt.

BEnè igitur & Ioannes meminit dicentem Dominum Iudæis : Scrutamini Scripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere : illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Quomodo igitur teſtabantur de eo Scripturæ, niſi ab vno & eodem eſſent Patre, præinſtruentes homines de aduentu Filij eius, & prænuntiantes ſalutem, quæ eſt ab eo? Si enim crederetis Moyſi, crederetis &

Ioan.5.39. / Ioan.5.46.

mihi

mihi : de me enim ille ſcripſit, ſcilicet quòd inſemi-
natus eſt vbique in Scripturis eius Filius Dei, aliquan-
18. do quidem cum Abraham loquens, cum eodem come-
5. ſurus. Aliquando cum Noë, dans ei menſuras : ali-
quando autem quærens Adam : aliquando autem So-
domitis inducens iudicium : & rurſus cùm † videtur, &
in viam dirigit Iacob : & de rubo loquitur cum Moyſe.
Et non eſt numerum dicere in quibus à Moyſe oſtendi-
19. tur Filius Dei, cuius & diem paſſionis non ignorauit :
28. ſed figuratim prænuntiauit eum, Paſcha nominans, & in
eadem ipſa, quæ ante tantum temporis à Moyſe prædi-
l. 3. cata eſt, paſſus eſt Dominus adimplens Paſcha. Non
ſolùm autem diem deſcripſit, ſed & locum & extremi-
tatem temporum, & ſignum occaſus Solis, dicens : Non
.16. poteris immolare paſcha in vlla alia ciuitatum tuarum,
† quam Dominus Deus dat tibi, niſi in eo loco, quem
delegerit Dominus Deus tuus inuocari nomen ſuum
ibi. Immolabis paſcha veſpere ad occaſum Solis. Iam
autem, & manifeſtauerat eius aduentum, dicens : Non
deerit princeps in Iuda, neque dux ex femoribus eius,
quoadusque veniat cui † repoſitum eſt, & ipſe eſt ſpes
Gentium, alligans ad vitem pullum ſuum, & ad ilicem
19. pullum aſinæ : lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſan-
guine vuæ pallium ſuum lætificabuntur oculi eius à vi-
no, & candidi dentes eius tanquam lac. Inquirant enim
hi qui omnia ſcrutari dicuntur, id tempus in quo defe-
cit princeps & dux ex Iuda, & qui eſt Gentium ſpes, &
qui vitis, & qui pullus eius, & quod indumentum, &
qui oculi, & qui dentes, & quod vinum, & vnum-
quodque ex † occultis exquirant ; & inuenient non
alium, niſi Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum annun-
32. tiatum. Quapropter Moyſes increpans populum, quod
ingratus exiſteret, ait : Sic populus fatuus, & non ſa-
piens, hæc Domino retribuiſtis ? Et rurſus ſignificans
quoniam qui ab initio condidit, & fecit eos Verbum,
& in nouiſſimis temporibus redimens nos, & viuificans
oſtenditur pendens in ligno, & non credent ei. Ait
enim : Et erit vita tua pendens ante oculos tuos, & non
28. credes vitæ tuæ. Et iterum : Nónne hic idem Pater tuus
poſſedit te, & fecit te, & creauit te ?
32.

CAPVT XXIV.

*Quoniam & Prophetæ, & iuſti ante aduen-
tum Domini, cognouerunt aduen-
tum eius.*

QVoniam autem non ſolùm Prophetæ, & iuſti
multi præſcientes per Spiritum aduentum eius,
orauerunt in illud tempus venire, in quo facie ad fa-
ciem viderent Dominum ſuum, & ſermones audirent
eius, Dominus fecit manifeſtum, dicens diſcipulis :
3. Multi Prophetæ & iuſti cupierunt videre quæ videtis,
& non viderunt : & audire quæ auditis, & non audie-
runt. Quemadmodum igitur concupierunt & audire,
& videre, niſi præſciſſent futurum eius aduentum ?
Quomodo autem præſcire potuerunt, niſi ab ipſo præ-
ſcientiam antè accepiſſent ? Quomodo autem Scriptu-
ræ teſtificantur de eo, niſi ab vno & eodem Deo om-
nia ſemper per Verbum reuelata, & oſtenſa fuiſſent
credentibus aliquando quidem colloquente eo cum ſuo
plaſmate, aliquando autem dante legem, aliquando
verò exprobrante, aliquando verò exhortante, ac de-
inceps liberante ſeruum ſuum, & adoptante in filium,
& apto tempore † incorruptibilem hæreditatem præ-
ſtante, ad perfectionem hominis ? Plaſmauit enim eum
in augmentum & incrementum, quemadmodum &
Scriptura dicit : Creſcite & multiplicamini. Et hoc
Deus ab homine differt, quoniam Deus quidem facit,
homo autem fit : & quidem qui facit, ſemper idem eſt :
quod autem fit, & initium, & medietatem, & adie-
ctionem, & augmentum accipere debet. Et Deus
quidem bene facit, bene autem fit homini. Deus qui- E
dem perfectus in omnibus, ipſi ſibi æqualis & ſimilis,
totus cùm ſit lumen, & totus mens, & totus ſubſtan- Pſal.102.
tia, & fons omnium bonorum, homo verò profectum 18.
percipiens, & augmentum à Deo. Quemadmodum
enim Deus ſemper idem eſt, ſic & homo in Deo in-
uentus, ſemper proficiet ad Deum. Neque enim Deus
ceſſat aliquando in benefaciendo, & locupletando ho-
minem : neque homo ceſſat beneficium accipere, &
ditari à Deo. Exceptorium enim bonitatis, & orga-
num clarificationis eius homo, gratus ei qui ſe fecit :
& iterum exceptorium iuſti iudicij eius homo ingra-
tus, & ſpernens plaſmatorem, & non ſubiectus verbo
eius, qui plurimum ſemper fructificantibus, & plus ha-
bentibus Dominicum argentum daturum ſe pollicitus
eſt. Euge (inquit) ſerue bone, & fidelis, quia in mo- Matt.25.
dico fidelis fuiſti, ſupra multa te conſtituam, intra in 21.
gaudium Domini tui, ipſe Dominus plurimum non
promittens. Sicut ergo nunc fructificantibus, plurimum
daturum ſe pollicitus eſt, ſecundùm munerationem F
gratiæ ſuæ, ſed non ſecundùm commutationem agni-
tionis. Ipſe enim Dominus perſeuerat, & idem Pater
reuelatur. Sic ergo & poſterioribus maiorem quàm
quæ fuit in veteri teſtamento, munerationem gratiæ
attribuit, vnus & idem Dominus per ſuum aduentum. Et
illi enim qui per famulos audiebant venturum Regem,
mediocriter gaudebant, ſecundùm quod ſperabant
venturum eum : qui autem præſentem viderunt, & li-
bertatem adepti, & potiti ſunt eius muneratione, ma-
iorem gratiam, & abundantiorem exultationem habent
gaudentes de Regis aduentu, quemadmodum & Dauid Pſ.12.6.
dicit : Anima mea exultabit in Domino, iucundabitur
in ſalutari eius. Et propter hoc Hieroſolymam in-
troëunte eo, omnes qui erant in via Dauid, in dolore
animæ cognouerunt ſuum Regem, & ſubſtrauerunt ei
veſtimenta, & ramis viridibus adornauerunt viam,
cum magna lætitia & exultatione clamantes, & dicen-
tes : Oſanna fili Dauid, Benedictus qui venit in nomi- Matt.21.
ne Domini, oſanna in excelſis. Zelantibus autem malis 8.
diſpenſatoribus, qui circumueniebant inferiores, & G
dominabantur eorum, quibus ratio non conſta-
bat, & propter hoc nolentibus credere veniſſe Re-
gem, & dicentibus ei : Audis quid iſti dicunt ? ait Do-
minus. Nunquam legiſtis, Ex ore infantium, & la-
ctentium perfeciſti laudem ? Id quod à Dauid in Filium Pſal.8.3.
Dei dictum erat, in ſe factum oſtendens, & ſignifi-
cans illos quidem neſcire virtutem Scripturæ, & diſpo-
ſitionem Dei : ſe autem eſſe qui à Prophetis annuntiatus
eſt Chriſtus, cuius nomen in omni terra laudatur, ex ore
infantium & lactentium laudem † perficientis ſuo Pa- † perficienti
tri : quapropter & eleuata eſt magnificentia eius ſuper
cœlos. Si ergo idem ipſe adeſt, qui prædicatus eſt à Pro-
phetis, † Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & aduentus † Deus
eius pleniorem gratiam, & maiorem munerationem at-
tribuit his, qui ſuſceperunt eum ; manifeſtum quoniam
& Pater idem ipſe eſt, qui à Prophetis annuntiatus eſt,
& non alterius patris agnitionem fecit veniens Filius,
ſed eiuſdem qui ab initio prædicatus eſt, à quo & liber- H
tatem detulit his qui legitimè, & prono animo, & toto
corde deſeruiunt ei : contemptoribus autem, & non ſub-
iectis Deo, ſed in gloria hominum exteriores † res mun- † munditias
di huius ſectantibus, quæ in figuram futurorum traditæ Heb.10.1
erant ; velut vmbræ cuiuſdam deſcriptionem faciente
Lege, atque deliniante, de temporalibus æterna, de ter-
renis cœleſtia, fingentibus pluſquam quæ dicta ſunt ſeſe
obſeruare, tanquam diligentiam ſuam etiam ipſi Deo
præferentibus, intus autem plenis hypocriſi, & cupidi- Matt 23.
tate, & omni malitia, † ſempiternam attulit perditionem, † in ſempiternum
abſcindens eos à vita.

CAPVT XXV.

Quemadmodum ſeniorum traditio contraria erat Legi, quæ data eſt per Moyſem.

SEoiorum enim ipſorum traditio, quam ex Lege obſeruare fingebant, eootraria erat Legi, quæ data eſt
2. per Moyſem. Propter huc & Eſaias ait: Caupones tui miſcent vinum aqua; oſtendens quòd auſtero Dei præcepto miſcerent ſeniotes aquatam traditionem, id eſt, aggredientes adulteram legem, & contratiam Legi, ſicur & Dominus fecit manifeſtum, dicens eis: Quare vos tranſgredimini præceptum Dei propter traditionem veſtram? Non ſolùm autem per præuaricationem fruſtrati ſunt Legem Dei, miſcentes vinum aquâ; ſed & ſuam legem è contrario ſtatuerunt, quæ vſque adhue Phariſaica vocatut. In qua quædam quidem auferunt, quædam verò addunt, quædam autem quemadmodum volunt, interpretantur; quibus vtuntur ſingulariter magiſtri eorum, quas traditiones volentes vendicare, Legi Dei inſtituenti eos aduentum Chriſti non ſubiecti eſſe voluerunt: ſed & Dominum arguebant in ſabbaris curantem: quod quidem, ſicut prædiximus, Lex non prohibebat. Etenim ipſi ſecundùm aliquid curabant, circumcidentes hominem in ſabbato, ſe autem ipſos non redarguebant, per traditionem prædictam, & Phariſaïcam legem tranſgredientes præceptum Dei, & præceptum Legis non habentes, id eſt, dilectionem, quæ eſt eirea Deum. Quoniam autem hoc primum & maximum præceptum eſt; ſequens autem eitea proximum, Domious docuit, totam Legem & Prophetas pendere dicens ex ipſis præceptis. Et ipſe autem aliud maius hoc præcepto non detulit: ſed hoc ipſum renouauit ſuis diſcipulis iubens eis, Deum diligere ex toto corde, & cæteros quemadmodum ſe. Si autem ab alio deſcendiſſet Patre, numquam ex Lege primo & ſummo vſus eſſet præcepto, ſed vtique
3. omnimodo eniteretur maius hoc à perfecto patre deferre, & non eo vti, quod à Deo Legis fuiſſet datum. Et
3. Paulus autem: Adimpletio (inquit) Legis dilectio: & omnibus cæteris euacuatis, manere fidem, ſpem, dilectionem: maiorem autem eſſe omnium dilectionem. Et neque agnitionem ſine dilectione, quæ eſt erga Deum præſtare aliquid: neque myſteriorum comprehenſionem, neque fidem, neque Prophetiam, ſed omnia vacua & † fruſtrata eſſe ſine dilectione: dilectionem verò perficere perfectum hominem; & eum qui diligit Deum, eſſe perfectum, & in hoc æuo, & in futuro. Nunquam enim deſinimus diligentes Deum; ſed quanto plus eum intuiti fuerimus, tanto plus eum diligimus.

CAPVT XXVI.

De phariſaica lege, quæ ſunt particularia præcepta, & quæ Catholica,

IN Lege igitur & in Euangelio, cùm ſit primum & maximum præceptum, diligere Dominum Deum ex toto corde: dehinc ſimile illi: Diligere proximum ſicut † teipſum, vnus & idem oſtenditur Legis & Euangelij conditor. Conſummatæ enim vitæ præcepta io vtroque Teſtamento cùm ſint eadem, eundem oſtenderunt Deum, qui particularia quidem præcepta apta vtriſque præcepit: ſed eminentiora & ſumma, ſine quibus ſaluari non poteſt, in vtroque eadem ſuaſit. Quem autem noo confun-
3. dat Dominus, oſtendens non ab altero Deo eſſe Legem, ſic dicens eis qui à ſe docebantur, turbæ & diſcipulis; Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, omnia itaque, quæcunque dixerint vobis, cuſtodite, & facite; ſecundùm autem opera eorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt. Alligant enim ſarcinas graues, & imponunt ſuper humeros hominum, ipſi autem nec digito quidem volunt eas mouere. Non ergo eam Legem, quæ eſt per Moyſem data, incuſabat, quam adhuc ſaluis Hieroſolymis ſuadebat fieri; ſed illos redarguebat, quod verba quidem Legis enuntiarent, eſſent autem ſine dilectione, & propter hoc iniuſti in Deum, & in proximos extiterunt. Quemadmodum ait Eſaias: *Pſ. 29. 13.*
Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Fruſtra autem colunt me, docentes doctrinas & præcepta hominum. Non per Moyſem datam Legem dicens præcepta hominum, ſed traditiones presbyterorum ipſorum, quas finxerant, quas vindicantes fruſtrabantur Legem Dei, & propter hoc nec verbo eius ſubiecti ſunt. Hoc enim eſt quod & à Paulo dicitor de iſtis. *Rom. 10. 3. & 4.*
Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam iuſtitiam volentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Finis enim Legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Et quomodo finis Legis Chriſtus, ſi non & ioitium eius eſſet? Qui enim finem intulit, hic & initium operatus eſt. Ipſe eſt qui dicit Moyſi: Videns vidi vexationem populi mei qui eſt in Ægypto, & deſcendi vt eruam eos: ab initio aſſuetus Verbum Dei aſcendere & deſcendere, propter ſalutem eorum qui malè haberent. *Exod. 3. 8.*

Quoniam autem Lex prædocuit hominem ſequi oportere Chriſtum, ipſe facit manifeſtum ei qui interrogauit eum: Quid faciens vitam æternam hæreditaret, ſic reſpondens: Si vis in vitam introire, cuſtodi præcepta. Illo autem interrogante: Quæ Rurſus Dominus; Non mœchaberis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium reddes, honora patrem, & matrem, & diliges proximum tanquam teipſum, velut gradus proponens præcepta Legis introitus in vitam, volentibus ſequi eum quæ vni tum dicens, omnibus dicebat. Ille autem cum dixiſſet: Omnia feci: & fortè non fecerat: nam vtique non diceretur ei; Cuſtodi præcepta. Arguens Dominus cupiditatem eius, dixit ei: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omia quæ habes, & diuide pauperibus, & veni, & ſequere me. Apoſtulorum partem promittens eis, qui ſic fecerint; & non alterum Deum Patrem anuntiabat eis qui ſequebantur eum, præter eum qui ab initio à Lege annuntiatus eſt; nec alium Filium, nec matrem Enthymeſin Æonis, qui fuit in paſſione, & in defectione, nec triginta Æonum plenitudinem, quæ vacua & inconſtans oſtenſa eſt, nec eam fabulam quæ à reliquis hæreticis ficta eſt: ſed docebat vt facerent præcepta quæ ab initio præcepit Deus, & vt veterem cupiditatem per opera bona ſoluerent, & ſequerentur Chriſtum. Quoniam autem ea quæ poſſidentur, pauperibus diuiſa, ſolutionem faciunt præteritæ cupiditatis, Zachæus † facit manifeſtum, Ecce dicens: Dimidium bonorum meorum do pauperibus, & ſi cuius quid defraudaui, reddo quadtuplum.

Lex docuit Chriſtum ſequendum eſſe Matth. 19. 17.

Eleemoſyna. † *facit* Luc. 19. 8.

CAPVT XXVII.

* *Quemadmodum Dominus, quæ de lege comprehendebantur, ſuperextendit diſcipulis, & non diſſoluit: & ſecundùm quid plus* * *abundauit iuſtitia noſtra, quàm Scribarum & Phariſæorum.*

† *Quemodo* † *abundat*

ET quia Dominus naturalia Legis, per quæ homo iuſtificatur, quæ etiam † à legiſdatione cuſtodiebant, qui fide iuſtificabantur, & placebant Deo, non diſſoluit, ſed extendit, ſed & impleuit, ex ſermonibus eius oſtenditur. Dictum eſt enim (inquit) antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quoniam omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in eorde ſuo. Et iterum dictum eſt: Non occides. Ego autem dico vobis: Omnis qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio. Et dictum eſt: Non periurabis. Ego autem dico vobis, † non iurare in to-

† *ante legiſdationem* Matth. 5. 28. † *neque*

tum. Sit autem vobis ſermo, etiam, etiam, & non non. Et quæcunque ſunt talia. Omnia enim hæc non contrarietatem, & diſſolutionem præteritorum continent, ſicut qui à Marcione ſunt, vociferantur: ſed plenitudinem & extenſionem, ſicut ipſe ait: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Quid autem erat plus? Primò quidem non tantùm in Patrem, ſed & in Filium eius iam manifeſtatum credere: hic eſt enim, qui in communionem & vnitatem Dei hominem ducit. Poſt deinde non ſolùm dicere, ſed & facere. Illi enim dicebant, ſed non faciebant. Et non tantùm abſtinere à malis operibus, ſed etiam à concupiſcentiis eorum. Hæc autem non quaſi contraria Legi docebat: ſed adimplens Legem, & infigens iuſtificationes Legis in nobis. Illud autem fuiſſet Legi contrarium, ſi quodcunque Lex vetaſſet fieri, idipſum diſcipulis ſuis iuſſiſſet facere. Et hoc autem quod præcepit, non ſolùm vetitis à Lege, ſed etiam à concupiſcentiis eorum abſtinere, non contrarium eſt, quemadmodum prædiximus, neque ſoluentis Legem, ſed adimplentis, & extendentis, & dilatantis. Etenim Lex, quippe ſeruis poſita, per ea quæ foris erant corporalia, animam erudiebat, velut per vinculum attrahens eam ad obedientiam præceptorum, vti diſceret homo adſeruire Deo. Verbum autem liberans animam, & per ipſam corpus voluntariè emundari docuit: quo facto neceſſe fuit † auferre quidem vincula ſeruitutis, quibus iam homo aſſueuerat & ſine vinculis ſequi Deum, ſuperextendi verò decreta libertatis, & augeri ſubiectionem quæ eſt ad Regem, vt non retrorſus quis † reuertens indignus appareat ei qui ſe liberauit. Eam verò pietatem & obedientiam, quæ eſt erga patremfamilias, eſſe quidem eandem & ſeruis, & liberis: maiorem autem fiduciam habere liberos, quoniam ſit maior & glorioſior operatio libertatis, quàm ea quæ eſt in † ſeruitutem obſequentia. Et propter hoc Dominus pro eo quod eſt, Non mœchaberis, nec concupiſcere præcepit: & pro eo quod eſt, Non occides, neque iraſci quidem: & pro eo quod eſt decimare, omnia quæ ſunt pauperibus diuidere; & non tantùm proximos, ſed etiam inimicos diligere: & non tantùm bonos datores & communicatores eſſe, ſed etiam aduerſus eos, qui tollunt noſtra, gratuitò donatores. Tollenti enim tibi tunicam ait, remitte ei & pallium: & ab eo qui tollit tua, non repoſcas: & quemadmodum vultis vt faciant vobis homines, facite eis: vt non quaſi nolentes fraudari † contriſtemur, ſed quaſi volentes donauerimus, gaudeamus, gratiam magis præſtantes in proximos, quàm neceſſitati ſeruientes. Et ſi quis te (inquit) angariauerit mille paſſus, vade cum eo alia duo, vti non quaſi ſeruus ſequatis, ſed quaſi liber præcedas, aptum te in omnibus & vtilem proximo præſtans, non illorum malitiam intuens: ſed tuam bonitatem perficiens, configurans temetipſum Patri, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Hæc autem omnia, quemadmodum prædiximus, non diſſoluentis erant Legem, ſed adimplentis & extendentis, & dilatantis in nobis. Tanquam ſi aliquis dicat, maiorem libertatis operationem, & pleniorem erga liberatorem noſtrum infixam nobis ſubiectionem & affectionem. Non enim propter hoc liberauit nos vt ab eo abſcedamus: nec enim poteſt quiſquam extra dominica conſtitutus bona, ſibimetipſi acquirere ſalutis alimenta: ſed vt plus gratiam eius adepti, plus eum diligamus. Quanto autem plus eum dilexerimus, hoc maiorem ab eo gloriam accipiemus, cùm ſimus ſemper in conſpectu Patris. Quia igitur naturalia omnia præcepta communia ſunt nobis & illis, in illis quidem initium & ortum habuerunt, in nobis augmentum & adimpletionem perceperunt. Aſſentire enim Deo, & ſequi eius Verbum, & ſuper omnia diligere eum, & proximum ſicut ſeipſum, (homo autem homini proximus) & abſtinere ab omni mala operatione, & quæcunque talia communia vtriſque ſunt, vnum & eundem oſtendunt Deum.

Hic eſt autem Dominus noſter Verbum Dei qui primò quidem ſeruos attraxit Deo, poſtea autem liberauit eos qui ſubiecti ſunt ei, quemadmodum ipſe ait diſcipulis: Iam non † dico vos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid eius dominus faciat. Vos autem dixi amicos, † quia omnia quæ audiui à Patre meo, † nota feci vobis. In eo enim quod dicit: Iam non dico vos ſeruos, manifeſtiſſimè ſignificauit ſe eſſe, qui primò quidem eam ſeruitutem quæ eſt erga Deum, hominibus per Legem conſtituerit, poſt deinde libertatem eis donauerit. Et in eo quod dicit: Quoniam ſeruus neſcit qui faciat Dominus eius, ignorantiam ſeruilis populi manifeſtat per ſuum aduentum. In eo autem quod amicos Dei dicit ſuos diſcipulos, manifeſtè oſtendit ſe eſſe Verbum Dei, quem & Abraham voluntariè & ſine vinculis propter generoſitatem fidei ſequens, amicus factus eſt † Dei. Sed neque Abrahæ amicitiam propter indigentiam aſſumpſit, Dei Verbum exiſtens ab initio perfectus: antequam enim Abraham eſſet, ego ſum, (inquit:) ſed vt ipſi Abrahæ donaret æternam vitam exiſtens bonus, quoniam amicitia Dei immortalitatis eſt condonatrix, his qui aggrediuntur eam.

E Ioan. 15. 15. † *dicam* † *quoniã* † *manifeſtaui* † *Deo* Gen. 12. 8. F Actor. 7. 1. Rom. 4. Ioan. 8. 58.

CAPVT XXVIII.

Quare fecit Deus hominem, & Patres elegit, & nos vocauit, & quid præſtat ea quæ eſt ad Deum ſeruitus, & quare talis lex populo data eſt.

IGitur initio non quaſi indigens Deus hominis, plaſmauit Adam, ſed vt haberet in quem collocaret ſua beneficia. Non enim ſolum ante Adam, ſed & ante omnem conditionem glorificabat Verbum Patrem ſuum manens in eo, & ipſe à Patre † glorificabatur. Quemadmodum ipſe ait: Pater, clarifica me claritate quam habui apud te priuſquam mundus fieret. Nec noſtro miniſterio indigens iuſſit vt eum ſequeremur, ſed vt nobis ipſis attribueret ſalutem. Sequi enim Saluatorem, participare eſt ſalutem: & ſequi lumen, † participare eſt lumen: qui autem in lumine ſunt, non † ipſi lumen illuminant, ſed illuminantur & illuſtrantur ab eo. Ipſi quidem ei nihil præſtant, beneficium autem percipientes illuminantur à lumine. Sic & ſeruitus erga Deum, Deo quidem nihil præſtat, nec opus eſt Deo humano obſequio: ipſe autem ſequentibus & ſeruientibus ei, vitam, & incorruptelam, & gloriam æternam attribuit, beneficium præſtãs ſeruientibus ſibi ob id quòd ſeruiunt, & ſequentibus ob id quòd ſequuntur; ſed non beneficium ipſo ab eis percipiente. Eſt enim diues, perfectus, & ſine indigentia. Propter hoc autem exquirit Deus ab hominibus ſeruitutem, vt quoniam eſt bonus & miſericors, benefaciat eis qui perſeuerant in ſeruitute eius. In quantum enim Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Dei communione. Hæc enim gloria hominis, perſeuerare ac permanere in Dei ſeruitute, & propter hoc dicebat diſcipulis Dominus: Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, ſignificans quoniam non ipſi glorificabant eum ſequentes eum; ſed in eo quod ſequerentur Filium Dei, glorificabantur ab eo. Et iterum: Volo vt vbi ego ſum, ibi & hi ſint, vt videant claritatem meam, non vanè glorians ſuper hoc, ſed gloriam ſuam † participare volens diſcipulis ſuis, de quibus Eſaias ait: Ab oriente attraham ſemen tuum, & ab occaſu colligam te, & dicam Aquiloni. Adduc: & Auſtro, Noli prohibere: attrahe filios meos de longinquo, & filias meas à ſummitatibus terræ. Omnes enim quotquot vocati † eſtis in nomine meo: in gloria enim mea præparaui, & formaui, & feci eum. Hæc ideo, quoniam vbicunque eſt cadauer, illic congregabuntur & aquilæ, participantes gloriæ Domini: qui & formauit, & ad hoc præparauit nos, vt dũ ſumus cum eo, participemus gloriæ eius. Sic & Deus ab initio hominem quidem plaſmauit propter ſuam munificentiã, Patriarchas verò elegit

Ioan. 17. 5. G † *clarificabatur* † *percipere* † *ipſum* H Ioan. 15. 16. Ioan. 17. 22. † *participari* Iſai. 43. 6. Matth. 24. 28. † *ſunt*

A propter illorum ſalutem, populum verò formabat †, docens indocilem ſequi Deum. Prophetas verò perſtruebat in terra, aſſueſcens hominem portare eius ſpiritum, & communionem habere cum Deo, ipſe quidem nullius indigens, his verò qui indigentes ſunt eius, ſuam præbens communionem: & his qui ei complacebant, fabricationem ſalutis vt architectus delinians, & non videntibus in Ægypto à ſemetipſo dans ducationem. Et his qui inquieti erant, in eremo dans aptiſſimam Legem; & his qui in bonam terram introierunt, dignam præbens hæreditatem; & his qui conuertuntur ad Patrem, ſaginatum occidens vitulum, & primam ſtolam donans, multis modis componens humanum genus ad conſonantiam ſalutis; & propter hoc Ioannes in Apocalypſi ait: Et vox eius quaſi vox aquarum multarum. Verè enim aquæ multæ Spiritus Dei: quoniam diues, & quoniam magnus eſt Pater, & per omnes illos tranſiens. Verbum ſine inuidia vtilitatem præſtabat eis qui

B ſubiecti ſibi erant, omni conditioni congruentem & aptam Legem conſcribens: Sic autem & populo tabernaculi factionem, & ædificationem templi, & Leuitarum electionem, ſacrificia quoque & oblationes, & monitiones, & reliquam omnem Legis ſtatuebat deſeruitionem. Ipſe quidem nullius horum eſt indigens: eſt enim ſemper plenus omnibus bonis, omnemque odorem ſuauitatis, & omnes ſuaueolentium vaporationes habens in ſe etiam antequam Moyſes eſſet: facilem autem ad idola reuerti populum erudiebat per multas aduocationes, præſtruens eos perſeuerare, & ſeruire Deo, per ea quæ erant ſecunda ad prima † aduocans, hoc eſt, per typica, ad vera; & per temporalia, ad æterna; & per carnalia, ad ſpiritalia; & per terrena, ad cœleſtia. Quemadmodum dictum eſt Moyſi: Quoniam facies omnia iuxta typum eorum quæ vidiſti in monte. Quadraginta enim diebus diſcebat tenere ſermones Dei, &

C characteres cœleſtes, & imagines ſpiritales, & præfigurationes futurorum, quemadmodum & Paulus ait: Bibebant enim de ſpiritali ſequenti petra: petra autem erat Chriſtus. † Rurſum prædictis his quæ in Lege ſunt, intulit: Omnia autem hæc in figura veniebant illis. Scripta ſunt autem ad correctionem noſtram, in quos finis ſæculorum deuenit. Per typos ergo diſcebant timere Deum, & perſeuerare in obſequiis eius. † Itaque Lex, & diſciplina erat illis, & prophetia futurorum. Nam Deus primò quidem per naturalia præcepta, quæ ab initio infixa dedit hominibus, admonens eos, id eſt, per Decalogum: (quæ ſi quis non fecerit, non † habeat ſalutem) & nihil plus ab eis exquiſiuit. Quemadmodum Moyſes in Deuteronomio ait: Hi ſermones omnes, quos loquutus eſt Dominus ad omnem ſynagogam filiorum Iſraël in monte, & adiecit, & ſcripſit ea in duabus tabulis lapideis: & dedit mihi; propter hoc vt cuſtodirent præcepta, hi qui velint ſequi eum.

D

CAPVT XXIX.

Quemadmodum in populo priore, & in Eccleſia quædam præcepta propter duritiam & inobedientiam hominum data ſunt.

At vbi conuerſi ſunt in vituli factionem, & reuerſi ſunt animis ſuis in Ægyptum, ſerui pro liberis cupientes eſſe, aptam concupiſcentiæ ſuæ acceperunt reliquam ſeruitutem, à Deo quidem non abſcindentem, in ſeruitutis autem iugo dominantem eis. Quemadmodum & Ezechiel Propheta cauſas talis Legis datæ reddens, ait: Et poſt concupiſcentiam cordis ſui erant oculi eorum, & ego dedi eis præcepta non bona, & iuſtificationes, in quibus non viuent in eis. Et Lucas autem Stephanum, qui primus in diaconiam ab Apoſtolis electus eſt: & primus occiſus eſt propter Chriſti martyrium, ſic dixiſſe de Moyſe ſcripſit: Ille quidem accepit præcepta Dei viui dare vobis, cui noluerunt obedire patres

E veſtri, ſed abiecerunt & conuerſi ſunt corde ſuo in Ægyptum, dicentes ad Aaron: Fac nobis deos qui nos antecedant. Moyſes enim qui eduxit nos de terra Ægypti, quid ei contigerit ignoramus: & vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt ſacrificia idolo, & lætabantur in factis manuum ſuarum. Conuertit autem Deus, & tradidit eos ſeruire exercitibus cœli, quemadmodum ſcriptum eſt in libro Prophetarum: Nunquid ſacrificia & oblationes obtuliſtis mihi annis quadraginta in eremo domus Iſraël, & accepiſtis tabernaculum Moloch, & ſtellam Dei Rempham, figuras quas feciſtis adorare eas? Manifeſtè ſignificans, quoniam non ab altero Deo talis illis data Lex eſt, ſed ab eodem ipſo apta illorum ſeruituti. Quapropter & in Exodo ad Moyſem dicit: Emittam ante te Angelum meum: non enim aſcendam tecum, quoniam populus duræ ceruicis eſt. Et non ſolùm autem hoc, ſed & præcepta quædam à Moyſe poſita eis propter

F duritiam illorum, & quod nollent eſſe ſubiecti, manifeſtauit Dominus cum dixiſſent ei. Quare ergo Moyſes præcepit dare libellum repudij, & remittere vxorem? dicens eis: Hæc vobis propter duritiam cordis veſtri permiſit, ab initio autem non ita factum eſt. Moyſem quidem excuſans, quaſi fidelem ſeruum, vnum autem, qui ab initio maſculum & fœminam fecit, Deum confitens: illos autem arguens tanquam duros, & non ſubiectos: & propter hoc aptum duritiæ eorum repudij præceptum, à Moyſe acceperunt. Et quid dicimus de veteri teſtamento hæc? Quandoquidem & in nouo Apoſtoli, hoc idem facientes inuenientur propter prædictam cauſam, ſtatim dicente Paulo. Hoc autem ego dico, non Dominus. Et iterum: De virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſecutus à Domino, vt fidelis † eſſem. Sed & alio loco ait: Ne tentet vos Satanas propter incontinentiam

G veſtram. Si igitur & in nouo teſtamento: quædam præcepta ſecundùm ignoſcentiam Apoſtoli concedentes inueniuntur, propter quorundam incontinentiam, vt non obdurati tales, in totum deſperantes ſalutem ſuam, apoſtatæ fiant à Deo: non oportet mirari, ſi & in veteri teſtamento idem Deus tale aliquid voluit fieri pro vtilitate populi, illiciens eos per prædictas obſeruationes, vt per eas ſalutem decalogi obſeruantes ſint, munera dent ei, & detenti ab eo, non reuerterentur ad idololatriam, nec apoſtatæ fierent à Deo: ſed toto corde diſcerent diligere eum. Si autem quidam propter inobedientes Iſraëlitas & perditos, infirmum dicunt Legis doctorem, inuenient in ea vocatione quæ eſt ſecundùm nos, multos quidem vocatos, paucos verò electos: & intrinſecus lupos, foris verò indutos pelles ouium: & id quod erat ſemper liberum & ſuæ poteſtatis in homine, ſemper ſeruaſſe Deum, & ſuam exhortationem: vt iuſtè † damnentur, qui non obediunt ei, quoniam non obedierunt: & qui obedierunt & crediderunt ei, honorentur incorruptibilitate.

H

CAPVT XXX.

Quare circumciſio data eſt populo, & obſeruatio ſabbathorum, & quam habent recapitulationem.

Qvoniam autem circuncisionem non quaſi conſummatricem iuſtitiæ ſed in ſigno eam dedit Deus, vt cognoſcibile perſeueret genus Abrahæ, ex ipſa Scriptura diſcimus. Dixit enim (inquit) Deus ad Abraham, Circuncidetur omne maſculinum veſtrum, & circuncideris carnem præputij veſtri, & erit in ſignum teſtamenti inter me & vos. Hoc idem de ſabbatis Ezechiel Propheta ait, Et ſabbata mea dedi eis, vt ſint in ſigna inter me & ipſos, vt ſciant quoniam ego ſum Dominus qui ſanctifico vos. Et in Exodo Deus ait ad Moyſem, Et

Marginal notes: *præferebat*; Luc. 15.; Apoc. 14. 2.; *præuenens*; Exod. 25. 40.; 1. Cor. 10. 6.; *Et rurſus*; *Ita quod*; *habet*; Deut. 5. 22.; Exod. 32. 5.; Pſal. 77.; Ezech. 20. 25.; Actor. 7. 39.; Exod. 32. 1.; Amos 5. 25.; Exod. 33. 2.; Matth. 19. 8.; 1. Cor. 7. 5.; Ibid.; † *ſim*; 1. Cor. 4. 5.; Matth. 20. 17.; Matth. 7. 3. & 14.; *arbitrii*; *Liberum*; † *iudicentur*; Gen. 17. 11.; Ezech. 20. 10.; Exod. 31. 13.

ſabbata mea obſeruabitis : erit in ſignum apud me vobis,
in generationes veſtras. In ſigno ergo data ſunt hæc, non
autem ſine ſymbolo erant ſigna, id eſt, ſine argumento,
neque ocioſa, tanquam quæ a ſapiente artifice darentur,
ſed ſecundùm carnem circunciſio, circunciſionem præ-
ff.2. figurabat ſpiritalem. Etenim nos (ait Apoſtolus) cir-
10. cunciſi ſumus circunciſione non manufacta. Et Prophe-
ta ait, Circuncidite duritiam cordis veſtri. Sabbata au-
tem, perſeuerantiam totius diei erga Deum deſeruitionis
36. edocebant. Æſtimati enim ſumus (ait Apoſtolus Pau-
lus) tota die vt oues occiſionis, ſcilicet & conſecrati, &
miniſtrantes omni tempore fidei noſtræ, & perſeuerantes
tes ei, & abſtinentes ab omni auaritia, non acquirentes,
16. nec poſſidentes theſauros in terra. Manifeſtabatur autem
& tanquam de ea quæ facta ſunt, requietio Dei, hoc eſt,
regnum, in quo requieſcens homo ille qui perſeuerauerit
tit Deo aſſiſtere, participauit de menſa Dei. Et quia
non per hæc iuſtificabatur homo, ſed in ſigno data ſunt
populo, oſtendit quòd ipſe Abraham ſine circunciſione,
& ſine obſeruatione ſabbatorum credidit Deo, & repu-
tatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei vocatus eſt
4. Sed & Loth ſine circumciſione eductus eſt de Sodomis,
9. percipiens ſalutem à Deo. Item Deo placens Noe cum
eſſet incircunciſus, accepit menſuras mundi † ſecundùm
1. generationes. Sed & Enoch ſine circunciſione placens
Deo, cùm eſſet homo, Dei legatione ad Angelos funge-
22 batur, & tranſlatus eſt, & conſeruatur vſque nunc teſtis
iuſti iudicij Dei: quoniam Angeli quidem tranſgreſſi
deciderunt in iudicium, homo autem placens, tranſla-
4. tus eſt in ſalutem. Sed & reliqua autem omnis multitudo
eorum, qui ante Abraham fuerunt, iuſti, & eorum pa-
triarcharum, qui ante Moyſem fuerunt, ſine his quæ
5. prædicta ſunt, & ſine lege Moyſi iuſtificabantur. Quem-
admodum & ipſe Moyſes in Deuteronomio ait ad po-
pulum: Dominus Deus tuus teſtamentum diſpoſuit in
2, † Oreb: & non patribus veſtris diſpoſuit Dominus teſta-
mentum hoc, ſed ad vos. Quare igitur patribus non diſ-
poſuit Dominus teſtamentum? Quia lex non eſt poſita iuſtis, iuſti autem patres virtute decalogi conſcriptam habentes in cordibus & animabus ſuis legem, diligentes ſcilicet Deum qui fecit eos, & abſtinentes erga proximum ab iniuſtitia, propter quod non fuit neceſſe admonere eos corrreptoriis literis, quia habebant in ſemetipſis iuſtitiam legis. Cum autem hæc iuſtitia & dilectio quæ erat erga Deum, ceſſiſſet in obliuionem, & extincta eſſet in Ægypto, neceſſariò Deus propter multā ſuam erga homines beneuolentiā ſemetipſum oſtendebat per vocem, & eduxit de Ægypto populum in virtute, vti rurſus fieret homo diſcipulus & ſectator Dei, & ſubaffligebat indicto audientes, vt non contemnerent eum qui ſe fecit, & manna cibauit † eos, vti rationalem acciperent eſcam: quemadmodum & Moyſes in Deuteronomio ait: Et cibauit te manna quod non ſciebant patres tui: vti cognoſcas quoniam non in pane ſolo viuit homo: ſed in omni Verbo Dei quod procedit de ore eius, viuit homo.

CAPVT XXXI.

In quo differt Decalogus à reliquis præceptis.

ET erga Deum dilectionem præcipiebat, & eam quæ ad proximum eſt iuſtitiam inſinuabat, vt nec iniuſtus, nec indignus ſit Deo præſtruente hominem per decalogum in ſuam amicitiam, & eam quæ circa proximum eſt concordiam. Quæ quidem ipſi proderant homini, nihil tamen indigente Deo ab homine, & propter hoc Scriptura ait: Hos ſermones locutus eſt Dominus ad omnem ſynagogam filiorum Iſraël in monte, & nihil adiecit. Nihil enim quemadmodum prædiximus, indigebat ab eis. Et iterum Moyſes ait: Et nunc Iſraël, quid Dominus Deus tuus poſtulat à te, niſi timere Dominum Deum tuum, ambulare in omnibus viis eius, & diligere eum, & ſeruire Domino Deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua? Hæc autem quidem glorioſum faciebant hominem, id quod deerat ei implentia, id eſt amicitiam Dei: Deo autem præſtabant nihil: nec enim indigebat Deus dilectione hominis. Deerat autem homini gloria Dei, quam nullo modo poterat percipere, niſi per eam obſequentiam, quæ eſt erga Deum. Et [Deut.30.6.] propter hoc iterum Moyſes ait eis: Elige vitam, vt viuas tu & ſemen tuum. Diligere Dominum Deum tuum, † & audire vocem eius, & apprehendere eum: quoniam hæc eſt vita tua, & longitudo dierum tuorum. In [† exaudire] quam vitam præſtruens hominem, decalogi quidem verba ipſe per ſemetipſum omnibus ſimiliter Dominus locutus eſt. Et ideo ſimiliter permanent apud nos, extenſionem & augmentum, ſed non diſſolutionem accipientia per carnalem eius aduentum. Seruitutis autem præcepta ſeparatim per Moyſem præcepit populo, apta illorum eruditioni, ſiue caſtigationi. Quemadmodum ipſe Moyſes ait: Et mihi præcepit Dominus in tempore illo dicere vobis iuſtificationes & iudicia. Hæc ergo quæ in ſeruitutem, & in ſignum data ſunt illis, † circumcinxit nouo libertatis teſtamento. [† circumſcripſit] Quæ autem naturalia, & liberalia, & communia omnium auxit & dilatauit, ſine inuidia largiter donans hominibus per adoptionem, Patrem ſcire Deum, & diligere eum ex toto corde, & ſine auerſatione ſequi eius verbum, non tantùm abſtinentes à malis operationibus, ſed etiam à concupiſcentiis earum. Auxit autem † & timorem: filios enim plus timere oportet quàm ſeruos, & maiorem dilectionem habere in patrem. [† etiam] Et propter hoc ait Dominus. Omnem [Matth.12.36.] ſermonem otioſum quem locuti fuerint homines, reddent pro eo rationem in die iudicij. Et qui viderit mulierem [Matth.5.28.] ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo: & qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio: vt ſciamus, quoniam non ſolum factorum reddemus rationem Deo, vt ſerui, ſed etiam ſermonum & cogitationum, tanquam qui & libertatis poteſtatem accepimus: in qua magis probatur homo, ſi reuereatur, & timeat & diligat † Deum. [† Dominum] Et propter hoc Petrus ait: Non velamentum malitiæ habete nos libertatem, ſed ad approbationem & manifeſtationem fidei. [1. Pet.2.16.]

CAPVT XXXII.

Oſtenſio quoniam non propter ſe, nec indigens Deus de ſeruitio eorum, Leuiticam præcepit Legem: quid etiam requirit Deus ab homine nullius indigens.

QVoniam autem non indigens Deus ſeruitute eorum, ſed propter ipſos quaſdam obſeruantias in Lege † præcepit, pleniſſimè Prophetæ indicant. [† præcæperit] Et rurſus quoniam non indiget Deus oblatione hominum, ſed propter ipſum qui offerat hominem, manifeſte Dominus docuit, quemadmodum oſtendimus. Si quando negligentes eos iuſtitiam, & abſtinentes à dilectione Dei videbat, per ſacrificia autem, & reliquas typicas obſeruantias putantes propitiari † Dominum, dicebat eis Samuel quidem ſic: [† Deum] Non vult Deus holocauſta & ſacrificia, ſed vult exaudiri vocem ſuam. [1. Reg.15.22.] Et, Ecce auditus bonus ſuper ſacrificium, & auditus ſuper adipem arietum. [Pſ.39.7.] Dauid autem ait, Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi: holocauſta autem pro delicto non poſtulaſti; Docens eos quoniam obauditionem mauult Deus, quæ ſeruat eos, quàm ſacrificia & holocauſtomata: quæ nihil eis proſunt ad iuſtitiam: & nouum ſimul prophetans Teſtamentum. Manifeſtius autem adhuc in quinquageſimo pſalmo de his ait: Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus; cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. [Pſal.50.17.] Quoniam ergo nihil indiget Deus, in eo qui eſt ante hunc pſalmo

ait:

A ait: Non accipiam de domo tua vitulos nec de gregibus
Pſal.49. 10. tuis hircos. Quoniam meæ ſunt omnes beſtiæ terræ, iu-
menta in montibus & boues cognoui omnia volatilia
cœli, & ſpecies agri mecum eſt. Si eſuriero non dicam
tibi: meus eſt orbis terræ & plenitudo eius. Nunquid
manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum
potabo? Deinde ne quis putet, propterea quod iraſce-
retur eum recuſare hæc, infert conſilium ei dans: Im-
mola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota
tua, & inuoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam
te, & glorificabis me. Illa quidem per quæ putabant
peccantes propitiari Deum abnuens, & oſtendens quod
ipſe nullius rei indiget: his autem per quæ iuſtificatur
homo, & appropinquat Deo, hortatur & admonet. Hoc
quidem autem & Eſaias ait: Quò mihi multitudinem ſa-
Eſai.1.11. crificiorum veſtrorum, dicit Dominus? Plenus ſum. Et
cùm abnuiſſet holocauſtomata, & ſacrificium, & obla-
tiones, & adhuc etiam & neomenias, & ſabbata, & fe-
B rias, & reliquam vniuerſam conſequentem his obſerua-
Ibid.16. tionem, intulit, ſuadens eis quæ ſalutaria ſunt. Lauami-
ni, mundi eſtote, auferte nequitias à cordibus veſtris
ab oculis meis, deſinite à malitiis veſtris, diſcite bonum
facere, exquirite iudicium, eruite eum qui iniuriam
patitur iudicare pupillo, & iuſtificare viduam, & veni-
te diſputemus, dicit Dominus. Non enim ſicut iratus
† ſacrifi... homo; vt multi audent dicere, diuertit eorum † ſacri-
ficium: ſed miſerans eorum cæcitati, & verum ſacrifi-
cium inſinuans, quod offerentes propitiabuntur Deum,
Pſal.50. 18. vt ab eo vitam percipiant. Quemadmodum alibi ait: Sa-
crificium Deo cor contribulatum, odor ſuauitatis Deo.
cor clarificans eum qui plaſmauit. Si enim iraſcens ab-
nueret hæc eorum ſacrificia, tanquam qui indigui eſſent
conſequi miſericordiam eius, non vtique eiſdem ipſis
† ſalui ſe ſuaderet, per quæ † ſaluari poſſent. Sed quoniam Deus
Hier.6.20. miſericors eſt, non abſcidit eos à bono conſilio. Nam per
Hieremiã cum dixiſſet, Quò mihi thus de Saba affertis &
C cinnamomum de terra longinqua? holocauſtomata & ſa-
crificia veſtra non delectauerunt me: intulit. Audite ſer-
Hier.7. 4. monem Domini omnis Iuda. Hæc dicit Dominus Deus
Iſrael. Dirigite vias veſtras & ſtudia veſtra, & conſtituam
vos in loco iſto, nec confiſi fueritis vobiſmet in ſermo-
nibus mendacibus: quoniam in totum non proderunt
vobis dicentes; Templum Domini, templum Domini,
templum Domini eſt. Et iterum ſignificans quoniam
non propter, hoc eduxit eos de Ægypto, vt ſacrificia
† offerret ei † offerrent, ſed vt obliti idololatriæ Ægyptiorum, au-
dire vocem Domini poſſent, quæ erat eis ſalus & gloria:
Hierem 7. 21. &c. ſic per eundem Hieremiam ait. Hæc dicit Dominus.
Holocauſtomata veſtra colligite cum ſacrificiis veſtris,
& manducate carnes. Quoniam non ſum locutus ad pa-
tres veſtros, nec de holocauſtomatibus & ſacrificiis præ-
cepi eis, qua die eduxi eos de Ægypto, ſed ſermonem
hunc præcepi eis, dicens: Audite vocem meam, & ero
Deus veſter, & vos eritis populus meus, & ambulate
in omnibus viis meis quæcumque præcepero vobis, vt
Hierem.9. 13.&c. benè ſit vobis. Et non obaudierunt, nec intenderunt:
ſed ambulauerunt in cogitationibus cordis malitiæ ſuæ,
D † retrorſum. & facti ſunt † retrorſus, & non ad priora. Et iterum per
eundem ipſum dicens. Sed in hoc glorietur, qui gloria-
tur, intelligere & ſcire quoniam ego ſum Dominus,
qui facio miſericordiam & iuſtitiam & iudicium in ter-
ra, intulit: Quoniam in his voluntas mea eſt, dicit Do-
minus: ſed nec in ſacrificiis, nec in holocauſtomatibus,
nec in oblationibus. Non enim principaliter hæc, ſed
ſecundùm conſequentiam, & propter prædictam cau-
Eſai.43. ſam habuit populus, ſicut iterum Eſaias ait: Non ob-
9 & ſeq. tuliſti mihi † oues holocauſtomatis tui, nec in ſacrifi-
† boues ciis tuis clarificaſti me, non ſeruiſti mihi in ſacrificiis,
nec aliquid laborioſe feciſti in thure, nec mercatus es
mihi argento incenſum, nec adipem ſacrificiorum tuo-
Eſai.66. rum concupiui; ſed in peccatis tuis, & in iniquitatibus
tuis ante me ſtetiſti. Super quem igitur (ait) aſpiciam, niſi
† ſuper † in humilem & quietum, & trementem ſermones meos?
Eſai.58.6. Non enim adipes & carnes pingues auferent à te iniu-
ſtitias tuas. Hoc eſt enim ieiunium quod ego elegi, dicit

Dominus. Solue omnem nodum iniuſtitiæ, diſſolue con- E
nexus violentorum commerciorum, dimitte quaſſatos in
requiem, & omnem conſcriptionem iniuſtam conſcin-
de. Frange eſurienti panem tuum ex animo, & peregri-
num ſine tecto induc in domum tuam. Si videris nu-
dum, cooperi eum, & domeſticos ſeminis tui † ne de- † non deſpicies.
ſpicias. Tunc erumpet matutinum lumen tuum, & ſa-
nitates tibi † citò orientur, & præcedet ante te iuſtitia, † citius
& gloria † Dei circumdabit te: & adhuc te loquente † Domini
dicam: Ecce adſum. Et Zacharias autem in duodecim Zach.7. 7.
prophetis, ſignificans eis voluntatem Dei, ait: Hæc dicit
Dominus omnipotens. Iudicium iuſtum iudicate, & pieta-
tem & miſericordiã facite vnuſquiſque ad fratrem ſuum.
Viduam & orphanum & proſelytum & pauperem noli-
te opprimere, & vnuſquiſque malitiæ fratris ſui non re-
miniſcatur in corde ſuo. Et iterum, Hi ſunt (inquit) ſer-
mones quos facietis. Loquimini veritatem vnuſquiſque Zach 8. 16. & 17.
ad proximum ſuum, & iudicium pacificum iudicate in
portis veſtris, & vnuſquiſque malitiam fratris ſui non F
recogitet in corde ſuo, & iurationem falſam ne dilexe-
ritis. Quoniam hæc omnia odi, dicit Dominus omni-
potens: & Dauid autem ſimiliter: Quis eſt (inquit) ho- Pſal.33. 13.
mo qui vult vitam, & amat videre dies bonos? Cohibe
linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.
Declina à malo, & fac bonum: inquire pacem, & ſe-
quere eam. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, quia non
ſacrificia & holocauſtomata quærebat ab eis Deus; ſed
fidem, & obedientiam, & iuſtitiam, propter illorum ſa-
lutem. Sicut in Oſeæ Propheta docens eos Deus ſuam Oſeæ 6. 7.
voluntatem, dicebat, Miſericordiam volo plus quàm ſa-
crificium, & agnitionem Dei ſuper holocauſtomata. Sed
& Dominus noſter eadem monebat eos, dicens: Si enim
cognouiſſetis quid eſt, Miſericordiam volo, & non ſa- Matth. 12.8.
crificium; nunquam condemnaſſetis innocentes teſtimo-
nium quidem reddens Prophetis, quoniam veritatem
prædicabant: illos autem arguens ſua culpa inſipientes.
Sed & ſuis diſcipulis dans conſilium, primitias Deo offer- G
re ex ſuis creaturis, non quaſi indigenti, ſed vt ipſi nec
infructuoſi, nec ingrati ſint, eum qui ex creatura panis
eſt, accepit, & gratias egit dicens: Hoc eſt corpus meum. Matth. 26 26. & 17.
Et calicem ſimiliter, qui eſt ex ea creatura, quæ eſt ſe-
cundùm nos, ſuum ſanguinem confeſſus eſt, & noui Marc.14. 22 & 24.
Teſtamenti nouam docuit oblationem, quam Eccleſia
ab Apoſtolis accipiens in vniuerſo mundo offert Deo, ei Luc 22. 18 & 19.
qui alimenta nobis præſtat, primitias ſuorum mune- 1 Cor.11. 24 & 25.
rum in nouo Teſtamento, de quo in duodecim pro-
phetis † Malachias ſic præſignificauit. Non eſt mihi vo- Malach. 10.11
luntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & ſacri-
ficium non accipiam de manibus veſtris. Quoniam ab † Malachiel
ortu ſolis vſque ad occaſum, nomen meum † glorifi- † clarificatur
catur inter gentes, & in omni loco incenſum offertur
nomini meo, & ſacrificium purum. Quoniam magnum
eſt nomen meum in Gentibus, dicit Dominus omnipo-
tens: manifeſtiſſimè ſignificans per hæc, quoniam prior
quidem populus ceſſauit offerre Deo: omni autem loco H
ſacrificium offertur † Deo, & hoc purum, nomen autem † ei
eius glorificatur in gentibus.

CAPVT XXXIII.

Quemadmodum nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti proprium Patris oſtenditur.

QVod eſt autem aliud nomen, quod in Gentibus glo-
rificatur, quam quod eſt Domini noſtri per quem
glorificatur Pater, & glorificatur homo: Et quoniam
proprij Filij eius eſt, & ab eo factus eſt homo, ſuum illud
vocat. Quemadmodum ſi quis rex ipſe filij ſui pingat
imaginem, iuſte ſuam illam dicit imaginem ſecundùm
vtrumque, quoniam & filij eius eſt, & quoniam ipſe fe-
cit eam: ſic & Ieſu Chriſti nomen, quod per vniuerſum
mundum glorificatur in Eccleſia, ſuum eſſe confitetur
Pater, & quoniam Filij eius eſt, & quoniam ipſe ſcri-

bens id, ad ſalutem dedit hominum. Quoniam ergo no-
5. men Filij, proprium Patris eſt, & io Deo omnipoteote,
per Ieſum Chriſtum offert Eccleſia, bene ait ſecundùm
vtraque, Et in omni loco inceoſum offertur oomini meo,
& ſacrificium porum. Incenſa autem Ioannes in Apocalypſi, otationes eſſe ait ſanctorum.

CAPVT XXXIV.

De Sacrificiis & oblationibus, & qui ſunt qui in veritate offerunt.

IGitur Eccleſiæ oblatio, quam Dominus docuit offerri in voiuerſo mundo, putum ſacrificium reputatum eſt apud Deum, & accepτum eſt ei, non quòd indigeat à nobis ſacrificium, ſed quooiam is qui offert, glotificatur ipſe in eo quod offert, ſi acceptetur munus eius. Per munus enim erga Regem, & honos & affectio oſtenditor: quod in omni ſimpliciiate & innocentia Dominus
5. volens nos offerre, prædicauit dicens: Cùm igitur offers
5. munus tuum ad altare, & recotdatus fueris, quoniam
frater tuus habet aliquid aduerſum te, dimitte munus
tuum ante altare, & vade primum recoocilliari fratri
6. tuo & tunc reuerſus offeres munus tuum. Offerre igitur oportet Deo primitias eius creaturæ, ſicut & Moyſes ait: Non apparebis vacuus ante conſpectum Dominū Dei tui: vt in quibus gratus extitit homo, in his gratus † ei deputatus, eum qui eſt ab eo percipiat honorem. Et non genus oblationum reprobatum eſt, oblationes enim & illic, oblationes aotem & hîc: ſacrificia in populo, ſacrificia & in Eccleſia: ſed ſpecies immutata eſt tantum, quippe cùm iam non à ſeruis ſed à liberis offeratur. Vnus enim & idem Dominus, ptoptium autem character ſeruilis oblationis: & proprium liberorum, vti & per oblationes oſtendatur indicium libertatis. Nihil eoim otioſum, nec ſine ſigno, neque ſine argumento apud eum.
7. 4. Et propter hoc illi quidem decimas ſuorum habebant conſecratas: qui autem perceperunt libertatem, omnia quæ ſunt ipſorum ad dominicos decernunt vſus, hilariter & liberè dantes ea, non quæ ſunt minora, vtpote † maiorem ſpem habentes, vidua illa & paupere hîc totum
ij victum ſuum † mittente in gazophylacium Dei. Ab initio
15 enim reſpexit Deus ad munera Abel, quoniam cum ſimplicitate & iuſtitia offerebat: ſuper ſacrificium autem Cain non reſpexit, quoniam cum zelo & malitia, quæ erat aduerſus fratrem diuiſionem habebat in corde, quemadmodum occulta eius arguens Deus ait. Nonne ſi rectè offeras, rectè autem non diuidas, peccaſti; quieſce, quoniam non ſacrificio placatus Deus. Si enim quis ſolummodò ſecundum quod videtur, mundè & rectè & legitimè offerre tentauerit; ſecondum autem ſuam animam non rectè diuidat eam, quæ eſt ad proximum communionem, neque timorem habeat Dei, non per id quod rectè foris oblatum eſt ſacrificium, ſeducit Deum, intus habens peccatum: nec oblatio talis proderit ei aliquid, ſed ceſſatio mali, quod eſt intus conceptum, ne per † aſſimulatam operationem magis autem peccatum ipſum ſibi homicidam faciat hominem. Propter quod & dicebat Dominus: Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quoniam ſimiles eſtis monumentis dealbatis. A foris enim ſepulchrum apparet formoſum, intus autem plenum eſt oſſibus mortuorum, & vniuerſa immunditia; ſic & vos à foris quidem apparetis hominibus quaſi iuſti, intus autem pleni eſtis malitia & hypocriſi. Cùm à foris enim rectè offerre putarentur, ſimilem zelum Cain habebant in ſemetipſis: propter quod & occiderunt iuſtum, prætermittentes conſilium verbi, quemadmodum & Cain. Illi enim ait. Quieſce, & non aſſenſit. Quieſcere autem quid eſt aliud, quàm deſinere à propoſito † impetus? Et his ſimilia dicens: Phariſæe (inquit) cæce, emunda quod eſt intus calicis, vt fiat & quod foris eſt, mundum. Et non audierunt. Ecce enim (ait Hieremias) non ſunt oculi tui, nec cor tuum bonum; ſed in

cupiditate tua, & ad ſanguinem iuſtum vt effundas eum, E
& ad iniuſtitiam, & ad homicidium, vt facias. Et iterum Eſaias: Feciſtis (inquit) conſilium, non per me; & † teſtamenta, non per ſpiritum meum. Vt igitur interior eorum voluntas & cogitatio ad manifeſtum producta, ſine culpa & malum non operantem † oſtendat eſſe Deum, eum qui abſconſa manifeſtat, ſed non qui malum operetur cùm minimè acquieſceret Cain, ait ei: Ad te conuerſio eius, & tu dominaberis eius. Pilato quoque ſimiliter dicebat: Nullam haberes poteſtatem in me, niſi † data tibi fuiſſet deſuper, concedente Deo ſemper iuſtum, vt hic quidem ex his quæ paſſus eſt & ſuſtinuit, probatus recipiatur: qui autem malignatus eſt, ex his quæ egit adiudicatus, expellatur.

Ier. 22. 17. Iſai. 30. 1. † teſtamentum Gen. 4. 7. Ioan. 19. 10. † oſtendat † datum

Igitur non ſacrificia ſanctificant hominem: non enim indiget ſacrificio Deus, ſed conſcientia eius qui offert, ſanctificat ſacrificium, pura exiſtens, & præſtat acceptare Deum quaſi ab amico. Peccatori autem inquit: Qui F
occidit mihi vitulum, quaſi occidat canem. Quoniam igitur cum ſimplicitate Eccleſia offert, iuſtè munus eius purum ſacrificium apud Deum deputatum eſt. Quemadmodum & Paulus Philippenſibus ait: Repletus ſum acceptis ab Epaphrodito, quæ à vobis miſſa ſunt, odorem ſuauitatis, hoſtiam acceptabilem, placentem Deo. Oportet enim nos oblationem Deo facere, & in omnibus gratos inueniri fabricatori Deo, in ſententia pura, & fide ſine hypocriſi, in ſpe firma, in dilectione feruenti, primitias earum, quæ ſunt in eius creaturarum offerentes: in hanc oblationem Eccleſia ſola † puram offert fabricatori, offerens ei cum gratiarum actione ex creatura eius. Iudæi autem iam non offeruot: manus enim eorum ſanguine plenæ ſunt: non enim receperunt Verbum, per quod offertur Deo. Sed neque omnes hæreticorum ſynagogæ. Alij enim alterum præter fabricatorem dicentes patrem, ideo † quæ ſecundùm nos creaturæ ſunt offerentes ei, cupidum alieni oſtendunt eum, & aliena concupiſcentem. Qui verò ex defectione, & ignorantia, & paſſione dicuot facta ea quæ ſunt ſecundùm nos, & ignorantiæ & paſſionis & defectionis fructus offerentes, peccant in patrem ſuum, contumeliam facieotes magis ei, quàm gratias agentes. G

Iſai. 66. 3. Philip. 4. 18. † pura Iſai. 1. 15. † ea quæ ſecundùm nos creata

Quomodo autem conſtabit eis, eum panem in quo gratiæ actæ ſint, corpus eſſe Domini, & calicem ſanguinis eius, ſi non ipſum fabricatoris mundi Filium dicant, id eſt, Verbum eius, per quod lignum fructificat, & † defluunt fontes: & terra dat primum quidem fœnum, poſt deinde ſpicam, deinde plenum triticum in ſpica? Quomodo autem ruſſus dicant carnem in corruptionem deuenire, & non percipere vitam, quæ à corpore Domini & ſanguine alitur? Ergo aut ſententiam mutent, aut abſtineant offerendo quæ prædicta ſunt. Noſtra autem conſonans eſt ſenteotia Euchariſtiæ, & Euchariſtia ruſus confirmat ſententiam noſtrā. Offerimus enim ei quæ ſunt eius, congruenter communicationem & vnitatem prædicantes carnis & Spiritus. Quemadmodum enim qui eſt H
à terra panis percipiens inuocationem Dei, iam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia, ex duabus rebus conſtans, terrena & cœleſti: ſic & opera noſtra percipiẽtia Euchariſtiam, iam non ſunt corruptibilia, ſpem reſurrectionis habentia. Offerimus autem ei, oon quaſi indigenti, ſed gratias agentes donationi eius, & ſanctificantes creaturam. Quemadmodum enim Deus non indiget eorum quæ à nobis ſunt, ſic nos indigemus offerre aliquid Deo. Sicut Salomon ait, Qui miſeretur pauperi, fœneratur Deo. Qui enim nullius indigens eſt Deus, in ſe aſſumit bonas operationes noſtras, ad hoc vt præſtet nobis retributionem bonorum ſuorum. Sicut Dominus noſter ait: Venite benedicti Patris mei, percipite præparatum vobis regnum; Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare; ſitiui, & potaſtis me: hoſpes fui, & collegiſtis me: nudus, & cooperuiſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in carcere, & veniſtis ad me. Sicut igitur non his indigens, attamen à nobis propter nos fieri vult, ne ſimus infructuoſi; ita idipſum Verbum dedit populo præceptum faciendarum oblationum, quamuis non indigeret

† effluunt Prou. 19. 17. Matth. 25. 34.

A eis vt † diſceret Deo ſeruire. Sic & ideò nos quoque
† *diſce-rent* offerre vult munus ad altare frequenter ſine intermiſſio-
ne. Eſt ergo altare in cœlis. Illuc enim preces noſtræ, &
oblationes noſtræ diriguntur: & ad templum, quemad-
Apoc. 11. & 12. modum Ioannes in Apocalypſi ait. Et apertum eſt tem-
plum Dei, & tabernaculum. Ecce enim (inquit) taber-
naculum Dei, in quo habitabit cum hominibus.

CAPVT XXXV.

Quorum typum accipiebat populus, & quemadmodum per actus prophetabant Prophetæ futura.

MVnera autem & oblationes, & ſacrificia omnia in
B typo populus accepit. Quemadmodum oſtenſum
eſt Moyſi in monte Sinai ab vno & eodem Deo, cuius
& nunc in Eccleſia glorificatur nomen in omnibus Gen-
tibus. Sed terrena quidem, quæ ſunt erga nos diſpoſita,
congruit typos eſſe eorum quæ ſunt cœleſtia, ab eodem
tamen Deo facta. Nec enim aliter poterat aſſimilari ſpi-
ritalium imaginum. Quæ autem ſupercœleſtia, & ſpiri-
talia ſunt, & quantum ad nos ſpectat, inuiſibilia & ine-
narrabilia, typos rurſus alterorum cœleſtium dicere, &
alterius pleromatis; & Deum alterius patris imaginem
eſſe: & errantium eſt à veritate, & omnino ſtultorum
& hebetum. Coguntur enim hi tales, quemadmodum
ſæpenumerò oſtendimus, ſemper typos typorum, &
imagines imaginum adinuenire, & nunquam figere ani-
mum ſuum in vno & vero Deo. Supra enim Deum fa-
ctæ ſunt cogitationes ipſorum, ſupergreſſi cordibus ſuis
ipſum magiſtrum, ſuſpicione quidem ſuperelati & ſuper-
greſſi, veritate autem declinantes à vero Deo.

C

CAPVT XXXVI.

Quemadmodum inueſtigabilis & incomprehenſibilis oſtenditur is, qui hanc quæ ſecundùm nos eſt, credidit creaturam.

AD quos iuſtè quis dicat, quemadmodum ipſe, ſer-
mo ſuggeretur. Quatenus ſuper Deum extollitis
Iſai. 40. 12. cogitationes veſtras, inconſideratè elati? Audiſtis men-
ſos eſſe cœlos in palmo; Dicite mihi menſuram, & enar-
Eccl. 1. 2. rate multitudinem cubitorum cœlorum innumerabilem,
& exponite mihi plenitudinem, latitudinem, & longi-
tudinem, & altitudinem, circummenſurationis initium
† *intelligit* & finem, quæ non † intelliget cor hominis, & non
† *comprehendit.* † comprehendet ea. Verè enim magna ſunt theſaurophy-
lacia cœleſtia, immenſurabilis eſt in corde Deus, & in-
comprehenſibilis in animo, qui comprehendit terram
† *reſpiciet* pugillo. Quis † perſpiciat menſuram, & dextræ eius di-
† *intelligit* gitum quis cognoſcet? Aut manum eius quis † intelli-
get, eam quæ menſurat immenſa, eam quæ tendit men-
D ſura ſua menſuram cœlorum, & conſtringit pugillo ter-
ram cum abyſſis, quæ in ſe continet latitudinem, &
longitudinem, & profundum deorſum, & altitudinem
Epheſ. 1. 21. ſupernam vniuerſæ conditionis? Quæ videtur, quæ au-
ditur & intelligitur, & quæ inuiſibilis eſt: & propter
Ier. 23. 23. 24. hoc ſuper omne initium & poteſtatem, & dominatio-
nem, & omne nomen quod nominatur, omnium quæ
Act. 17. 27. facta & condita ſunt exiſtens Deus. Ipſe eſt qui cœlos
implet, & perſpicit abyſſos, qui eſt etiam cum vnoquo-
que noſtrûm. Deus enim (inquit) appropinquans ego
1. Reg. 16. 7 ſum, & non Deus de longinquo. Si abſconditur homo
Apoc. 2. 23. in abſconſis, & ego eum non videbo? Manus enim eius
apprehendit omnia: & ipſa eſt quæ cœlos quidem illu-
minat, illuminat etiam quæ ſub cœlo ſunt, & ſcruta-
tur renes & corda, & in abſconſis ineſt & in ſecretis
noſtris, & in manifeſto alit & conſeruat nos. Si autem
plenitudinem & magnitudinem manus eius non cópre-
hendit homo, quemadmodum poterit quis intelligere E
aut cognoſcere in corde tam magnum Deum? Quem
quaſi menſi ſint & perſpexerint, & vniuerſum eum de-
currerint; ſuper eum eſſe aliud pleroma Æonum confin-
gunt, & alterum patrem: ad cœleſtia quidem non ſuſ-
picientes, verè autem in profundum Bythum dementiæ
deſcendentes: patrem quidem dicentes ſuum finiri, vſ-
que ad ea quæ ſunt extra pleroma: Demiurgum verò
rurſum non attingere vſque ad pleroma. Et ſic neutrum
eorum ponunt eſſe perfectum & comprehendentem om-
nia. Deerit enim illi quidem vniuerſa, quæ eſt extra ple-
roma, mundi fabricatio; huic autem quæ eſt intra ple-
roma mundi fabricatio, & neuter eorum erit omnium
Deus. Quoniam autem magnitudinem Dei, ex his quæ
ab eo facta ſunt, nemo enarrare poteſt, hoc omnibus
manifeſtum eſt, & quoniam magnitudo eius non deficit,
ſed omnia continet, & peruenit vſque ad nos, & nobiſ-
cum eſt, omnis cuicunque dignè Deo ſapit, confitebitur.

F

CAPVT XXXVII.

Secundum quid notus Deus, & quod ipſe Pater conditor omnium per ſuas manus formauit hominem.

IGitur ſecundùm magnitudinem non eſt cognoſcere
Deum: impoſſibile eſt enim menſurari Patrem: ſe-
cundùm autem dilectionem eius. Hæc eſt enim quæ nos
per Verbum eius ducit ad Deum obaudientes ei, ſemper
diſcimus quoniam eſt tantus Deus, & ipſe eſt qui per
ſemetipſum conſtituit, & † fecit, & adornauit, & con- † *elegit*
tinet omnia: in omnibus autem & nos, & hunc mun-
dum, qui eſt ſecundùm nos. Et nos igitur cum his quæ
continentur ab eo, facti ſumus. Et hic eſt de quo Scri-
ptura ait, Et, plaſmauit Deus hominem ad imaginem, G
limum terræ accipiens, & inſufflauit in faciem eius fla- Gen. 2. 7.
tum vitæ. Non ergo Angeli fecerunt nos, nec nos plaſ-
mauerunt, nec Angeli potuerunt imaginem facere Dei, Gen. 1. 27. & 28.
nec alius quis, præter Verbum Domini, nec virtus lon-
gè abſiſtens à Patre vniuerſorum. Nec enim indigebat
horum Deus ad faciendum quæ ipſe apud ſe præfinierat
fieri, quaſi ipſe ſuas non haberet manus. Adeſt enim ei Gen. 1. 26.
ſemper Verbum & Sapientia Filius, & Spiritus, per
quos, & in quibus omnia liberè & ſponte fecit ad quos
& loquitur, dicens: Faciamus hominem ad imaginem
& ſimilitudinem noſtram, ipſe à ſemetipſo ſubſtantiam
creaturarum, & exemplum factorum, & figuram in
mundo ornamentorum accipiens. Benè ergo pronuntia-
uit Scriptura quæ dicit. Primò omnium crede quoniam
vnus eſt Deus, qui omnia, conſtituit & conſummauit,
& fecit ex eo quod non erat, vt eſſent omnia, omnium
capax, & qui à nemine capiatur.

Bene autem & in Prophetis † Malachias ait: Nonne Malac. 2. 10.
vnus Deus qui conſtituit nos? Nonne Pater vnus eſt om-
nium noſtrûm? Conſequenter autem & Apoſtolus ait: Eph. 4. 6. † *Malachia.*
Vnus Deus (inquit) Pater, qui ſuper omnes, & in om-
nibus nobis. Similiter autem & Dominus. Omnia mihi Matth. 11. 27.
(inquit) tradita ſunt à Patre meo: manifeſtè ab eo qui
omnia fecit, Nec enim aliena, ſed ſua tradidit ei. In H
omnibus autem nihil ſubtractum eſt, & propter hoc
idem eſt Iudex viuentium & mortuorum, habens cla-
uem Dauid: aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo
aperit. Nemo enim alius poterat nec in cœlo, nec in Apoc. 3. 7.
terra, nec ſub terra aperire paternum librum, nec vide- Apoc. 5. 5.
re eum, niſi agnus qui occiſus eſt, & ſanguine ſuo rede-
mit nos: ab eodem qui omnia Verbo fecit, & ſapien-
tia adornauit, accipiens omnium poteſtatem, quando Ioan. 1. 14.
Verbum caro factum eſt, vt quemadmodum in cœlis
principatum habuit Verbum Dei, ſic & in terra haberet 1. Petr. 2. 22.
principatum: quoniam homo iuſtus, qui peccatum non Coloſſ. 1. 18.
fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Principatum au-
tem habeat eorum quæ ſunt ſub terra, ipſe primogeni- Phil. 2. 8.
tus mortuorum factus: & vt viderent omnia quemad-

modum prædiximus, ſuum regem: & vt in † carnem Domini occurrat paterna lux, & à carne eius rutila veniat in nos, & ſic homo deueniat in incorruptelam circundatus paterno lumine: & quoniam Verbum, id eſt Filius ſemper cum Patre erat, per multa demonſtrauimus.

Quoniam autem & ſapientia, quæ eſt Spiritus, erat apud Deum ante omnem conſtitutionem, per Salomonem ait: Deus ſapientia fundauit terram, parauit autem cœlum prudentia. Senſu eius abyſſi eruperunt, nubes autem manauerunt ros. Et rurſus, Dominus creauit me principium viarum ſuarum, in opera ſua ante † ſæculum fundauit me in initio antequam terram faceret, & priuſquam procederent fontes aquarum, antequam montes confirmarentur. Ante omnes autem colles genuit me. Et iterum: Cùm pararet cœlum, eram cum illo, & cùm firmos faceret fontes abyſſi, quando fortia faciebat fundamenta terræ, eram apud eum aptans. Ego eram cui adgaudebat, quotidie autem delectabar ante faciem eius in omni tempore, cùm lætaretur orbe perfecto, & iucundaretur in filiis hominum. Vnus igitur Deus, qui Verbo & ſapientia fecit & adaptauit, omnia, hic eſt autem Demiurgus, qui & mundum hunc attribuit humano generi, qui ſecundùm magnitudinem quidem ignotus eſt omnibus his qui ab eo facti ſunt. Nemo enim inueſtigauit altitudinem eius, nec veterum, qui quieuerunt, nec eorum qui nunc ſunt. Secundùm autem dilectionem, cognoſcitur ſemper, per eum per quem conſtituit omnia. Eſt autem hic Verbum eius Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui in nouiſſimis temporibus homo in hominibus factus eſt, vt finem coniungeret principio, id eſt hominem Deo. Et propterea Prophetæ ab eodem Verbo propheticum accipientes chariſma, prædicauerunt eius ſecundùm carnem aduentum, per quem commixtio & communio Dei & hominis ſecundùm placitum Patris facta eſt, ab initio prænuntiante Verbo Dei, quoniam videbitur Deus ab hominibus, & conuerſabitur cum eis ſuper terram, & cùm loqueretur & adfuturus eſſet ſuo plaſmati, ſaluans illud, & perceptibilis ab eo, & liberans nos de manibus omnium odientium nos, hoc eſt ab vniuerſo tranſgreſſionis ſpiritu: & faciens nos ſeruire ſibi in ſanctitate & iuſtitia omnes dies noſtros, vti complexus homo Spiritum Dei, in gloriam cedat Patris. Hæc propheticè ſignificabant Prophetæ, ſed non quemadmodum quidam dicunt, inuiſibili Patre omnium exiſtente, alterum eſſe eum, qui à Prophetis videretur. Hoc autem dicunt, qui in totum quid ſit prophetia neſciunt.

Nam prophetia eſt prædicatio futurorum, id eſt, eorum quæ poſt erunt, præſignificatio. Præſignificabant enim Prophetæ quoniam videbitur Deus ab hominibus: quemadmodum & Dominus ait: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Sed ſecundùm magnitudinem quidem eius, & mirabilem gloriam, nemo videbit Deum, & viuet. Incapabilis enim Pater: ſecundùm autem dilectionem & humanitatem, & quod omnia poſſit, etiam hoc concedit iis qui ſe diligunt, id eſt, videre Deum, quod & prophetabant Prophetæ. Quoniam quæ impoſſibilia apud homines, poſſibilia apud Deum. Homo etenim à ſe non † videt Deum. Ille autem volens † videtur ab hominibus, à quibus vult & quando vult, & quemadmodum vult. Potens eſt enim in omnibus Deus, viſus quidem tunc per Spiritum prophetiæ, viſus eſt autem & per Filium adoptiuè, videbitur autem & in regno cœlorum paternaliter, ſpiritu quidem præparante hominem in † Filium Dei, Filio autem adducente ad Patrem, Patre autem incorruptelam donante in æternam vitam, quæ vnicuique euenit ex eo quod videat Deum. Quemadmodum enim videntes lumen, intra lumen ſunt, & claritatem eius percipiunt: ſic & qui vident Deum, intra Deum ſunt, percipientes eius claritatem.

Viuificat autem eos claritas: perſpiciunt ergo vitam qui vident Deum. Et propter hoc incapabilis & incomprehenſibilis; viſibilem ſe & comprehenſibilem, & capacem hominibus præſtat, vt viuificet percipientes & videntes ſe. Quemadmodum enim magnitudo eius inueſtigabilis eſt, ſic & benignitas eius inenarrabilis: per quam vitam præſtat iis qui vident eum. Quoniam viuere ſine vita, impoſſibile eſt: ſubſiſtentia vitæ autem, de Dei participatione euenit: participatio autem Dei, eſt videre Deum, & frui benignitate eius. Homines igitur videbunt Deum, & viuent per viſionem, immortales facti & pertingentes vſque in Deum.

E — Rom. 12. 33. — 1. Cor. 13.12.

Quod, ſicut prædixi, per Prophetas figuraliter manifeſtabatur, quoniam videbitur Deus ab hominibus qui portant Spiritum eius, & ſemper aduentum Chriſti ſuſtinent. Quemadmodum & in Deuter. Moyſes ait, In die iſta videbimus, quoniam loquetur Deus ad hominem, & viuet. Quidam enim eorum videbant Spiritum propheticum & operationes eius in omnia genera chariſmatum effuſa: alij verò aduentum Domini, & eam quæ eſt ab initio adminiſtrationem, per quem fecit voluntatem Patris quæ eſt in cœlis, & quæ eſt in terris: alij verò & glorias paternas temporibus aptas, & ipſis qui videbant, & qui tunc audiebant, & † omnibus qui deinceps audituri erant. Sic igitur manifeſtabatur Deus: per omnia enim hæc Deus Pater oſtenditur, Spiritu quidem operante, Filio verò adminiſtrante, Patre verò comprobante, homine verò conſummante ad ſalutem. Quemadmodum & per Prophetam Oſee, ait: Ego (inquit) viſiones multiplicaui, & in manibus Prophetarum aſſimulatus ſum. Apoſtolus autem idipſum expoſuit dicens: Diuiſiones autem chariſmatum ſunt, idem autem Spiritus: & diuiſiones miniſteriorum ſunt, idem autem Dominus: & diuiſiones operationum ſunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem. Sed quoniam qui omnia in omnibus operatur, Deus eſt? qualis eſt & quantus eſt, inuiſibilis, & inenarrabilis eſt omnibus, quæ ab eo facta ſunt, incognitus autem nequaquam: omnia enim per Verbum eius diſcunt, qui eſt vnus Deus Pater qui continet omnia, & omnibus eſſe præſtat, quemadmodum in Euangelio ſcriptum eſt: Deum nemo vidit vnquam? vnigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit. Enarrat ergo Filius ab initio Patris, quippe qui ab initio eſt cum Patre, qui & viſiones propheticas, & diuiſiones chariſmatum, & miniſteria ſua, & Patris glorificationem conſequenter & compoſitè oſtenderit humano generi, apto tempore ad vtilitatem. Vbi eſt enim conſequentia, illic & conſtantia: & vbi eſt conſtantia, illic & pro tempore: & vbi pro tempore, illic & vtilitas, & propterea Verbum diſpenſator paternæ gratiæ factus eſt ad vtilitatem hominum, propter quos fecit tantas diſpoſitiones, hominibus quidem oſtendens Deum, Deum autem exhibens hominem, & inuiſibilitatem quidem Patris cuſtodiens, ne quando homo fieret contemptor Dei, & vt ſemper haberet ad quod proficeret. Viſibilem autem rurſus hominibus per multas diſpoſitiones oſtendens Deum, ne in totum deficiens à Deo homo, ceſſaret eſſe. Gloria enim Dei viuens homo, vita autem hominis viſio Dei. Si enim quæ eſt per conditionem oſtenſio Dei vitam præſtat hominibus in terra viuentibus, multò magis ea, quæ eſt per Verbum manifeſtatio Patris, vitam præſtat his qui vident Deum.

Deut. 5. 24. — F — † hominibus — Oſee 12. 10. — 1. Cor. 12.4. — G — Ioan. 1. 18. — H

Quoniam ergo Spiritus Dei per Prophetas futura ſignificauit, præformans nos, & præaptans ad id vt ſubditi Deo ſimus: futurum autem erat, vt homo per ſancti Spiritus beneplacitum videret, neceſſariò oportebat eos, per quos futura prædicabantur, videre Deum, quem ipſi hominibus videndum intimabant: vti non ſolùm dicatur prophetice Deus, & Dei Filius, & Filius, & Pater, ſed vt videatur omnibus membris ſanctificatis & edoctis ea quæ ſunt Dei, vt præformaretur & præmeditaretur homo applicari in eam gloriam quæ poſt reuelabitur his qui diligunt Deum. Non enim † ſolùm ſermone prophetabant Prophetæ, ſed & viſione, & conuerſatione, & actibus quos faciebant, ſecundùm id quod ſuggerebat Spiritus: ſecundùm hanc igitur rationem inuiſibilem videbant Deum. Quemadmodum & Eſaias ait: Regem Dominum ſabaoth vidi oculis meis: ſignificans

† ſolo

quoniam videbit oculis Deum homo, & vocem eius audiet. Secundùm hanc igitur rationem, & Filium Dei hominem videbát conuerſatum cum hominibus, d quod futurum erat prophetantes eum qui nondum aderat, adeſſe dicentes, & impaſſibilem paſſibilem annuntiantes, & eum qui tunc in cœlis, in limum mortis deſcendiſſe, dicentes. Et reliquas autem eius recapitulationis diſpoſitiones, quaſdam quidem per viſiones videbant, quaſdam per verbum annuntiabant, quaſdam verò per operationem typicè ſignificabant, quæ quidem videnda erant, videntes: quæ verò audienda erant, ſermone præconantes; quæ verò agenda erant, operatione perficientes? vniuerſa verò propheticè annuntiantes. Propterea & Moyſes tranſgreſſori quidem Legis populo igneum Deum eſſe dicebat, igneum à Deo diem ſuperduci eis minitans. His verò qui erga † Dominum timorem habebant, Dominus Deus, dicebat, miſericors, pius & magnanimus, & magnæ miſerationis, & verax, & iuſtitiam ſeruans; & miſericordiam in millia, auferens iniuſticias, & nequitias, & peccata. Et verbum quidem loquebatur Moyſi apparens in conſpectu, quemadmodum ſi quis loquatur ad amicum ſuum: Moyſes verò cupiuit manifeſtè videre eum qui ſecum loquebatur, & dictum eſt ei: Sta in loco alto petræ, & manu mea contegam ſuper te. Quando verò tranſierit † claritas mea, tunc videbis quæ ſunt poſteriora mea, facies autem mea non videbitur tibi: non enim videt homo faciem meam, & viuet: vtraque ſignificans, quoniam & impoſſibile eſt homini videre Deum, & quoniam per ſapientiam Dei in nouiſſimis † temporibus videbit Deum homo, in altitudine petræ, hoc eſt, in eo qui eſt ſecundùm hominem eius † aduentus & propter hoc facie ad faciem confabulatos eſt cum eo in altitudine montis, aſſiſtente etiam Helia, quemadmodum Euangelium retulit, reſtituens in fine priſtinam repromiſſionem. Non igitur manifeſtè ipſam faciem Dei videbant Prophetæ: ſed diſpoſitiones & myſteria per quæ inciperet homo videre Deum. Quemadmodum & Heliæ dicebatur. Exies cras, & ſtabis in conſpectu Domini, & ecce, Dominus tranſiet, & ecce ſpiritus magnus, & fortis qui diſſoluet montes, & conteret petras in conſpectu Domini, & non in ſpiritu Dominus: & poſt ſpiritum terræmotus, & non in terræmotu Dominus: & poſt terræmotum ignis, & non in igne Dominus: & poſt ignem vox auræ tenuis. Per hæc enim & per Prophetas valde indignans, propter tranſgreſſionem populi & propter interfectionem prophetarum, docebantur mitius agere, ac ſecundùm hominem aduentus Domini ſignificabatur futurus, poſt illam Legem quæ data eſt per Moyſem, mitis & tranquillus, in quo nec calamum quaſſatum confregit, nec linum fumigans extinxit. Oſtendebatur autem & regni eius mitis & pacifica requietio. Poſt enim ſpiritum qui conterit montes, & poſt terræmotum, & poſt ignem, tranquilla & pacifica regni eius adueniunt tempora, in quibus cum omni tranquillitate Spiritus Dei viuificat, & auget hominem. Manifeſtius autem adhuc & per Ezechielem factum eſt, quoniam ex parte diſpoſitiones Dei, ſed non ipſum videbant Prophetæ propriè Deum. Hic enim Dei cùm vidiſſet viſionem, & Cherubim, & rotas eorum, & vniuerſæ progreſſionis eius myſterium cùm retuliſſet, & ſimilitudinem throni cùm vidiſſet ſuper eos, & ſuper thronum ſimilitudinem quaſi † figuram hominis, & illa quidem quæ erant ſuper lumbos eius quaſi figuram electri, quæ autem deorſum, quaſi viſionem ignis, & reliquam vniuerſam thronorum viſionem manifeſtans: nequis putaret fortè eum in his propriè vidiſſe Deum, intulit: Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini. Igitur ſi neque Moyſes vidit Deum, nec Helias, nec Ezechiel, qui multa de cœleſtibus viderunt, quæ autem ab his videbantur, erant ſimilitudines claritatis Domini, & prophetiæ futurorum, manifeſtum eſt quoniam Pater quidem inuiſibilis; de quo & Dominus dixit: Deum nemo vidit vnquam. Verbum autem eius, quemadmodum volebat ipſe, & ad vtilitatem videntium claritatem monſtrabat Patris, & diſpoſitiones exponebat. Quemadmodum & Dominus dixit: Vnigenitus Deus, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit.

E
Ioan 1. 18.

Et ipſe autem interpretatur Patris Verbum, vtpote diues, & multus exiſtens, non in vna figura, nec in vno charactere videbatur videntibus eum, ſed ſecundùm diſpenſationum eius cauſas ſiue efficaciam, ſicut in Daniele ſcriptum eſt. Aliquando enim cum his qui erant circa Ananiam, Azariam, Miſaëlem videbatur, aſſiſtens eis in fornace ignis, & in camino, & liberans eos de igne. Et viſio (inquit) quarti ſimilis Filio Dei. Aliquando autem lapis à monte abſciſſus ſine manibus, & percutiens temporalia regna, & ventilans ea, & ipſe replens vniuerſam terram. Rurſum hic idem videtur quaſi Filius hominis in nubibus cœli veniens, & appropinquans ad veterem dierum, & ſumens ab eo vniuerſam poteſtatem, & gloriam, & regnum. Et poteſtas (inquit) eius poteſtas æterna, & regnum eius non interibit. Sed & Ioannes Domini diſcipulus in Apocalypſi, ſacerdotalem & glorioſum regni eius videns aduentum: Conuerſus ſum (inquit) videre vocem quæ loquebatur mecum, & conuerſus vidi ſeptem candelabra aurea, & inter candelabra ſimilem Filio hominis indutum podere, & accinctum ad mamma zonam auream. Caput autem eius & capilli albi quemadmodum lana alba, quomodo nix, & oculi eius vt flamma ignis, & pedes eius ſimiles chalco libano, quemadmodum in camino ſuccenſus eſt. Et vox eius quaſi vox aquarum, & habet ſtellas ſeptem in manu dextera ſua, & de ore eius romphæa in vtraque parte acuta exibat, & facies eius quemadmodum Sol fulgens in virtute ſua. In his enim aliquid à Patre clarum eius ſignificat, vt caput: aliquid verò ſacerdotale, vt † poderem: & propter hoc Moyſes ſecundùm hunc typum veſtiuit pontificem: aliquid verò ad finem, quemadmodum chalco libanum in camino ſuccenſum, quod eſt fortitudo fidei, & perſeuerabile orationum, propter adueniens in fine temporum ſuccenſionis incendium. Ioanne vero non ſuſtinente viſionem: Et cecidi enim (inquit) ad pedes eius quaſi mortuus (vt fieret, quod ſcriptum eſt, Nemo videt Deum, & viuet) & viuificans eum Verbum & admonens quoniam ipſe eſt in cuius pectore recumbebat ad cœnam, interrogans quis eſſet qui inciperet eum tradere. Et dicebat: Ego ſum primus & nouiſſimus, & qui viuo, & fui mortuus, & ecce viuo in ſæcula ſæculorum, & habeo claues mortis & inferorum. Et poſt hæc in ſecunda viſione eundem Dominum videns. Vidi enim, (inquit) in medio throni, & quatuor animalium, & in medio presbyterorum agnum ſtantem quaſi occiſum, habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei, dimiſſi in vniuerſam terram. Et rurſum de eodem ipſo agno, ait: Et ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis & verus, & per iuſtitiam iudicat & pugnat, & oculi eius ſicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomen ſcriptum, quod nemo ſcit niſi ipſe: & circumamictus veſtimentum aſperſum ſanguine, & vocatur nomen eius Verbum Dei; & exercitus cœli ſequebatur eum in aquis albis, veſtiti byſſinum album mundum, & de ore eius procedit romphæa acuta, vt in ea percutiat gentes, & ipſe paſcet eos in virga ferrea, & ipſe calcat lacum vini furoris iræ Dei omnipotentis, & habet ſuper veſtitum, & ſuper femur ſuum nomen ſcriptum, REX REGVM, ET DOMINVS DOMINANTIVM. Sic ſemper Verbum Dei velut lineamenta rerum futurarum habet, & velut ſpecies diſpoſitionum Patris hominibus oſtendebat, docens nos quæ ſunt Dei.

Filius Dei diuerſis modis ſe viſendum præbuit.
Dan. 3. 92.
Dan 2. 34.
Dan. 7. 13.
Apoc. 1. 12. 13
F
† *poderes*
Exod. 28.
Leuit. 8.
Apoc. 1. 17.
G
Exod. 33. 20.
Ioan. 13. 25 & 26.
Apoc. 5. 6. 7.
Apoc 19. 11 &c.
H
Pſal. 2. 9.

Non ſolùm autem per viſiones quæ videbantur, & per ſermones qui præconabantur, ſed & in operationibus viſus eſt Prophetis, vt per eos præfiguraret; & prædemonſtrauit futura. Propter quod & Oſee Propheta accepit vxorem fornicationis, per operationem prophetans, quoniam fornicando fornicabitur terra à Domino, hoc eſt, qui ſuper terram ſunt homines, & de huiuſmodi hominibus beneplacitum habebit Deus aſſumere Eccleſiam ſanctificandam communicatione filij eius: ſicut & illa ſanctificata eſt communicatione Prophetæ. Et

Nuptiæ Oſeæ quid ſignificarunt.
Oſeæ 1. 2.

propter

propter hoc Paulus ſanctificatam ait infidelem mulierem in viro fideli. Adhuc etiam filios ſuos nominauit Propheta. Non miſericordiam conſecuta, & non populus: vt quemadmodum Apoſtolus ait: Fiat qui non populus, populus: & ea quæ non eſt miſericordiam conſecuta, miſericordiam conſecuta: & in loco eliberata, in quo vocabatur non populus, ibi vocabuntur filij Dei viui. Id quod à Propheta typicè per operationem factum eſt, oſtendit Apoſtolus verè factum in Eccleſia & Chriſto. Sic autem & Moyſes Æthiopiſſam accipiebat vxorem, quam ipſe Iſraëlitidem fecit, præſignificans quoniam oleaſter inſeritur in oliuam, & participans pinguedinis eius erit. Quoniam enim his qui ſecundùm carnem natus eſt Chriſtus, à populo quidem habebatur inquiri vt occideretur, liberari verò in Ægypto, id eſt, in Gentibus, & ſanctificare eos qui ibi eſſent infantes, vnde & Eccleſiam ſibi perfecit. Ægyptus enim ab initio gentilis, quemadmodum † Æthiopiſſa: propter hoc per nuptias Moyſi, nuptiæ Verbi oſtendebantur, & per Æthiopiſſam coniugem, ea quæ ex Gentibus eſt Eccleſia manifeſtabatur, cui qui detrahunt, & incuſant & derident eam, non erunt mundi. Leproſi enim erunt, & abiicientur à iuſtorum caſtris. Sic autem & Raab fornicaria ſemetipſam quidem condemnans, quoniam eſſet gentilis omnium peccatorum rea, ſuſcepit autem ſpeculatores, qui ſpeculabantur vniuerſam terram, & apud ſe abſcondit Patrem ſcilicet & Filium & † Spiritum ſanctum. Et cùm vniuerſa ciuitas in qua habitabat, concidiſſet in ruinam, canentibus ſeptem tubicinis, in vltimis Raab fornicaria conſeruata eſt, cum vniuerſa domo ſua, fide ſigni coccini: ſicut & Dominus dicebat his, qui aduentum eius non excipiebant, Phariſæi ſcilicet: & coccini ſignum nullificant, quod erat paſcha, redemptio & exodus populi ex Ægypto, dicens: Publicani & meretrices præcedunt vos in regno cœlorum.

CAPVT XXXVIII.

Quemadmodum in Abraham præfigurabatur fides noſtra, & quæ eſt expoſitio eorum quæ facta ſunt à Patribus.

QVoniam autem & in Abraham præfigurabatur fides noſtra, & quoniam Patriarcha noſtræ fidei, & velut Propheta fuit, pleniſſimè Apoſtolus docuit in ea epiſtola quæ eſt ad Galatas, dicens: Qui ergo tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus Legis, an ex auditu fidei? Sicut Abraham credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Cognoſcite itaque quoniam qui ſunt ex fide, hi filij ſunt Abrahæ. Prouidens autem Scriptura, quoniam ex fide, iuſtificat Gentes Deus, prænuntiauit Abrahæ quoniam benedicentur in eo omnes Gentes. Itaque qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham. Ob quæ non ſolùm Prophetam eum dixit fidei, ſed & patrem eorum qui ex Gentibus credunt in Chriſtum Ieſum, eò quòd vna & eadem illius, & noſtra ſit fides: illo quidem credente futuris quaſi iam factis propter repromiſſionem Dei: nobis quoque ſimiliter per fidem ſpeculantibus eam quæ eſt in regno hæreditatem, propter repromiſſionem Dei. Et ea autem quæ circa Iſaac non ſine ſignificatione ſunt. In ea enim epiſtola quæ eſt ad Romanos, ait Apoſtolus: Sed & Rebecca ex vno concubitu habens Iſaac patris noſtri, à Verbo reſponſum accepit, vt ſecundùm electionem propoſitum Dei permaneat, non ex operibus, ſed ex vocante, dictum eſt ei: Duo populi in vtero tuo, & duæ Gentes in ventre tuo, & populus populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Ex quibus manifeſtum eſt, non ſolùm prophetationes Patriarcharum, ſed & partum Rebeccæ prophetiam fuiſſe duorum populorum, & vnum quidem eſſe maiorem, alterum verò minorem, & alterum quidem ſub ſeruitio, alterum autem liberum. Vnius autem & eiuſdem patris, vnus & idem Deus noſter & illorum: qui eſt abſconſorum cognitor, qui ſcit omnia antequam fiant, & propter hoc dixit: Iacob dilexi, Eſaü autem odio habui.

Si quis autem & actus qui ſunt Iacob addiſcat, inueniet eos non inanes, ſed plenos diſpoſitionum: & inprimis in natiuitate eius, quemadmodum apprehendit calcaneum fratris, & Iacob vocatus eſt, id eſt, ſupplantator, tenens, ſed qui non tenetur, ligans pedes, ſed qui non ligatur; luctans & vincens, tenens in manu calcaneum aduerſarij, id eſt, victoriam. Ad hoc enim naſcebatur Dominus, cuius typum generationis monſtrabat, de quo & Ioannes in Apocalypſi ait: Et exiuit vincens vt vinceret. Deinde autem primogenita accipiens, quando vituperauit ea frater eius: quemadmodum & iunior populus eum primogenitum Chriſtum accepit, cùm eum repulit populus ætate prouectior, dicens: Non habemus regem, niſi Cæſarem. In Chriſto autem vniuerſa benedictio, & propter hoc benedictiones prioris populi à Patre ſubripuit poſterior populus, quemadmodum Iacob abſtulit benedictionem huius Eſaü. Ob quam cauſam fratris patiebatur inſidias, & perſecutiones frater ſuus, ſicut & Eccleſia hoc idem à Iudæis patitur. Peregrè naſcebantur XII. tribus genus Iſraël, quoniam & Chriſtus peregrè incipiebat duodecaſtylum firmamentum Eccleſiæ generare. Variæ oues quæ fiebant hinc Iacob merces: & Chriſti merces: quia ex variis & differentibus Gentibus in vnam cohortem fidei conuenientes fiunt homines, quemadmodum Pater promiſit ei: Poſtula, dicens, à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Et quoniam multitudines filiorum Domini Prophetæ fiebant Iacob, neceſſitas omnis fuit ex duabus ſororibus eum filios facere: Quemadmodum Chriſtus ex duabus Legibus vnius, & eiuſdem Patris. Similiter autem, & ex ancillis, ſignificans quoniam ſecundùm carnem ex liberis, & ex ſeruis Chriſtus ſtatuet filios Dei, ſimiliter omnibus dans munus Spiritus viuificantis nos. Omnia autem ille faciebat propter illam iuniorem, bonos oculos habentem Rachel: quæ præfigurabat Eccleſiam, propter quam ſuſtinuit Chriſtus: qui tunc quidem per Patriarchas ſuos, & Prophetas præfigurans & prænuntians futura, præexercens ſuam partem diſpoſitionibus Dei, & aſſueſcens hæreditatem ſuam obedire Deo, & peregrinari in ſæculo, & ſequi verbum eius, & † præfigurare futura. Nihil enim vacuum, neque ſine ſigno apud eum.

CAPVT XXXIX.

Quare lauit pedes Diſcipulorum ſuorum, & quare diſcumbentibus, & quòd ipſe ſimiliter ante omnes Deus oſtenditur.

IN nouiſſimis autem temporibus, cùm venit plenitudo temporis, libertatis, ipſum Verbum per ſeipſum ſordes abluit filiarum Sion, manibus ſuis lauans pedes diſcipulorum. Hic eſt enim finis humani generis hæreditantis Deum, vti quemadmodum initio per primos, omnes in ſeruitutem redacti ſumus debito mortis, ſic in vltimo per nouiſſima omnes, qui ab initio diſcipuli, emundati, & abluti quæ ſunt mortis, in vitam veniant Dei. Qui enim pedes lauit diſcipulorum, totum ſanctificauit corpus, & in emundationem adduxit. Quapropter & recumbentibus eis miniſtrabat eſcam ſignificans eos, qui in terra recumbebant, quibus venit miniſtrare vitam. Sicut Hieremias ait: Recommemoratus eſt Dominus ſanctus Iſraël mortuorum ſuorum, qui prædormierunt in terra defoſſionis, & deſcendit ad eos, vti euangelizaret eis ſalutare ſuum ad ſaluandandum eos. Propter hoc autem, & diſcipulorum oculi erant grauati veniente Chriſto ad paſſionem, & inueniens eos dormientes Dominus, primò quidem dimiſit, ſignificans patientiam Dei in dormitione hominum. Secundò verò, veniens excitauit eos, & erexit, ſignificans quoniam

passio

paſſio eius expergefactio eſt dormientium diſcipulorum,
propter quos & deſcendit in inferiora terræ, id quod
erat inoperatum conditionis viſurus oculis, de quibus &
4. dicebat diſcipulis: Multi Prophetæ, & iuſti cupierunt
videre & audire, quæ vos videtis & auditis. Non enim
propter eos ſolos, qui temporibus Tiberij Cæſaris cré-
diderunt ei, venit CHRISTVS, nec propter eos ſolos,
qui nunc ſunt homines, prouidentiam fecit Pater: ſed
propter omnes omnino homines, qui ab initio † ſecun-
dùm virtutem ſuam in ſua generatione, & timuerunt &
dilexerunt Deum, & iuſtè & piè conuerſati ſunt erga
proximos, & concupierunt videre Chriſtum & audire
vocem eius. Quapropter omnes huiuſmodi in ſecundo
aduentu, primò de ſomno excitabit, & eriget tam eos,
quàm reliquos, qui iudicabuntur, & conſtituet in re-
gnum ſuum. Quoniam quidem vnus Deus, qui Patriar-
5. chas quidem direxit in diſpoſitiones ſuas, † iuſtificat au-
tem Circunciſionem ex fide, & præputium per fidem.
Quemadmodum enim in primis nos præfigurabamur, &
prænuntiabamur; ſic rurſus in nobis illi deformantur,
hoc eſt, in Eccleſia, & recipiunt mercedem pro his quæ
laborauerunt.

CAPVT XL.

Quod ait, non vos laboraſtis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis.

PRopter hoc dicebat Dominus diſcipulis. Ecce dico
vobis: Attollite oculos veſtros, videte regiones, quo-
niam albæ ſunt ad meſſem. Nam meſſor mercedem ac-
cipit, & congregat fructum in vitam æternam: vti &
qui ſeminat, & qui metit, ſimul gaudeat. In hoc enim
eſt ſermo verus, quoniam alius eſt qui ſeminat, & alius
qui metit. Et: Ego enim præmiſi vos metere, quod vos
non laboraſtis: alij laborauerunt, & vos in laborem eo-
rum introiſtis. Qui ergo ſunt qui laborauerunt, qui di-
ſpoſitionibus Dei deſeruierunt? Manifeſtum eſt quia Pa-
triarchæ, & Prophetæ, qui etiam præfigurauerunt no-
ſtram fidem, & diſſeminauerunt in terra aduentum Filij
Dei, quis & qualis erit: vti qui poſteriores erant futuri
homines, habentes timorem Dei, facilè ſuſciperent ad-
uentum Chriſti, inſtructi à Prophetis. Et propter hoc Io-
ſeph, cùm cognouiſſet quòd prægnans eſſet Maria, &
cogitaret abſconsè dimittere eam, Angelus in ſomnis di-
xit ad eum: Ne timeas aſſumere Mariam coniugem
tuam, quod enim habet in ventre, ex Spiritu ſancto eſt.
Pariet autem Filium, & vocabis nomen eius IESVM,
4. ipſe enim ſaluabit populum ſuum à peccatis eorum. Et
adiecit ſuadens ei: Hoc autem totum factum eſt, vt
adimpleretur quod dictum eſt à Domino, per Prophe-
tam dicentem: Ecce, virgo in vtero accipiet, & pariet
Filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, per ſer-
mones Prophetæ ſuadens ei, & excuſans Mariam: hanc
eandem eſſe oſtendens, quæ ab Eſaia eſſet prænuntiata
2. Virgo, quæ generaret Emmanuel. Quapropter ſine du-
2. bitatione ſuaſus Ioſeph & Mariam accepit, & in reliqua
3. vniuerſa educatione CHRISTI gaudens, obſequium
præſtitit, vſque in Ægyptum ſuſcipiens profectionem, &
inde regreſſum, & in Nazareth tranſmigrationem. De-
nique qui ignorabant Scripturas, & repromiſſionem Dei,
& diſpoſitionem Chriſti, patrem eum † putabant pueri.
Propter hoc autem, & ipſe Dominus in Capharnaum
Eſaiæ prophetias legebat: Spiritus Domini ſuper me, qua-
propter vnxit me, euangelizare pauperibus miſit me, cu-
rate contribulatos corde, præconare captiuis remiſſio-
nem, & cæcis viſionem. Semetipſum quoque oſtendens
prænuntiatum per † prophetas dicebat eis: Hodie imple-
ta eſt Scriptura hæc in auribus veſtris. Propter hoc Phi-
lippus, cùm inueniſſet eunuchum reginæ Æthiopum le-
8. gentem ea quæ ſcripta ſunt: Quemadmodum ouis ad vi-
ctimam ductus eſt, quemadmodum agnus in conſpectu
tondentis ſine voce, ſic non aperuit os ſuum In humili-
tate iudicium eius ablatum eſt: & reliqua quæcunque E
de paſſione eius, & de carnali aduentu, & quemadmo- Iſai. 50.
dum inhonoratus eſt à non credentibus ei, pertranſiuit 6.
Propheta: facilè ſuaſit ei credere eum eſſe Chriſtum Ie-
ſum, qui ſub Pontio Pilato crucifixus eſt, & paſſus eſt
quæcunque prædixit Propheta, eumque eſſe Filium Dei
qui æternam vitam hominibus dat. Et ſtatim vt baptiza-
uit eum, abſceſſit ab eo. Nihil enim aliud deerat ei qui
à Prophetis fuerat præcatechizatus, non Deum Patrem,
non conuerſationis diſpoſitionem, ſed ſolùm aduentum
ignorabat Filij Dei, quem cùm breuiter cognouiſſet,
agebat iter gaudens, præco futurus in Æthiopia Chriſti
aduentus: Quapropter non multum laborauit circa eum Math.
Philippus, qui erat in timore Dei præaptatus à Prophe- 15. 25.
tis. Propter hoc autem & Apoſtoli oues colligentes, quæ
perierant domus Iſraël, de Scripturis alloquentes eos,
oſtendebant Ieſum crucifixum, hunc eſſe CHRISTVM Act. 2. 41.
Filium Dei viui, & magnam multitudinem ſuadebant, Act. 4. 4.
quæ tamen † habebat timorem ad Deum, & vna die ba- † *habebāt*
ptizati ſunt hominum tria millia, & quatuor, & quin- F
que.

CAPVT XLI.

Quare Paulus dicit ſe plus quàm omnes laboraſſe.

PRopter hoc, & Paulus Gentium Apoſtolus cùm eſſet 1. Cor.
Plus eis (inquit) omnibus laboraui. Illis enim fa- 15. 10.
cilis chatecliſatio fuit, videlicet cùm ex Scripturis habe- Exod.
rent oſtenſiones, & qui Moyſem & Prophetas audie- 17. 10. 11.
bant, & facilè recipiebant primogenitum mortuorum,
& principem vitæ Dei, eum qui per extenſionem ma-
nuum diſſoluebat Amalech, & viuificabat hominem de
ſerpentis plaga, per fidem quæ erat in eum. Gentes qui- Num. 21.
dem primò catechizabat Apoſtolus, quemadmodum in G
eo libro, qui ante hunc eſt, oſtendimus, diſcedere ab
idolorum ſuperſtitione, & vnum Deum colere, facto-
rem cœli & terræ, & vniuerſæ conditionis fabricato-
rem. Eſſe autem huius Filium Verbum eius, per quem
conſtituit omnia; & hunc in † nouiſſimis temporibus † *nouiſſimo tempore*
hominem, & in hominibus factum reformaſſe quidem
humanum genus, deſtruxiſſe autem, & viciſſe inimi-
cum hominis, & donaſſe ſuo plaſmati aduerſus reluctan-
tem victoriam. Adhuc autem & ſi non faciebant, qui
erant ex Circunciſione, ſermones Dei, quod eſſent con-
temptores, ſed erant præinſtructi. Non mœchari, nec
fornicari, non furari, non fraudare, & quæcunque in
exterminium proximorum fiunt mala eſſe, & odiri à Deo.
Quapropter & facilè aſſentiebant ab his abſtinere, quo- Exod.
niam hæc didicerunt: Gentiles verò & hoc ipſum diſce- 20.
re oportebat, quoniam huiuſmodi operationes malæ &
exterminatoriæ, & inutiles ſunt, & damnuſæ his qui H
operantur eas. Quapropter plus laborabat, qui in Gentes
Apoſtolatum acceperat, quàm qui in Circunciſione præ-
conabant Filium Dei. Illos enim adiuuabant Scripturæ,
quas confirmauit Dominus, & adinuenit, talis veniens,
qualis & prædicabatur: hic verò peregrina quædam eru-
ditio, & noua doctrina, deos Gentium, non ſolùm non
eſſe deos, ſed & idola eſſe dæmoniorum. Eſſe autem Epheſ. 1.
vnum Deum, qui eſt ſuper omnem principatum, & do- Phil. 2.
minationem, & poteſtatem & omne nomen quod no- 8.
minatur, & huius Verbum naturaliter quidem inuiſibi-
le: viſibilem, palpabilem in hominibus factum, & vſque
ad mortem deſcendiſſe, mortem autem crucis. Et eos
qui in eum credunt incorruptibiles, & impaſſibiles futu-
ros, & percipere regnum cœlorum, & hæc ſermone
prædicabantur Gentibus, ſine Scripturis, Quapropter
& plus laborabant, qui in Gentes prædicabant. Genero-
ſior autem rurſus fides Gentium, oſtenditur, ſermonem
Dei aſſequentium, ſine inſtructione † Scripturarum. † *literarum*

A

CAPVT XLII.

Quemadmodum in circumciſione & præputio, & fide vnus Pater oſtenditur.

.3.8. SIc enim oportuerat filios Abrahæ, quos illi de lapidi-
bus excitauit Deus, & fecit aſſiſtere ei principi, &
prænuntiatori facto noſtræ fidei: qui & accepit teſta-
.17. mentum Circunciſionis, poſt eam iuſtificationem quæ
12. fuerat in præputio fidei, vt præfigurarentur in eo vtra-
11.4. que teſtamenta: vt fieret pater omnium qui ſequuntur
.117. Verbum Dei, & peregrinationem in hoc ſæculo ſuſti-
nent; id eſt, eorum qui ex Circunciſione, & eorum qui
2.21. ex præputio fideles ſunt: ſicut & Chriſtus lapis ſummus
angularis omnia ſuſtinens, & in vnam fidem Abrahæ
colligens eos, qui ex vtroque teſtamento apti ſunt in
ædificationem Dei. Sed & hæc quidem quæ eſt in præ-
B putio fides, vt pote finem coniungens principio, ex pri-
ma nouiſſima facta eſt. Etenim ante circunciſionem erat
in Abraham, & in reliquis iuſtis, qui placuerunt Deo:
10. ſicut & demonſtrauimus: & rurſus in nouiſſimis tempo-
ribus, orta eſt in humano genere per Domini aduen-
tum. Circunciſio verò & Lex operationum, media ob-
tinuerunt tempora. Hæc & per alia quidem multa, iam
38. verò & per Thamar Iudæ nurum typicè oſtenditur. Cùm
enim concepiſſet geminos, alter eorum prior protulit
manum ſuam: & cùm obſtetrix putaret eum primogeni-
tum eſſe, coccinum alligauit ſignum in manu eius. Cùm
hoc autem factum eſſet, & abſtraxiſſet manum ſuam,
prior exiuit frater eius Phares, ſic deinde ſecundus ille,
in quo erat coccinum, Zara: clarè manifeſtante Scri-
ptura, eum quidem populum qui habebat coccinum ſi-
gnum, id eſt, eam fidem quæ eſt in præputio, præoſten-
ſam quidem primùm in Patriarchis, poſt deinde ſubtra-
ctam, vti naſceretur frater eius: deinde ſic eum qui prior
eſſet, ſecundo loco natum, qui eſt cognitus per ſignum
coccinum, quod erat in eo quod eſt paſſio iuſti, ab ini-
42. tio præfigurata in Abel, & deſcripta à Prophetis, perfe-
cta verò in nouiſſimis temporibus in Filio Dei. Oporte-
bat enim quædam quidem prænuntiari paternaliter à pa-
tribus, quædam autem præfigurari legaliter à Prophetis
quædam verò deformari ſecundùm deformationem Chri-
ſti, ab his qui adoptionem perceperunt: omnia verò in
vno Deo oſtenduntur. Cùm enim vnus eſſet Abraham, in
ſemetipſo præfigurabat duo teſtamenta, in quibus alij qui-
dem ſeminauerunt, alij verò meſſi ſunt. In hoc enim (in-
quit) ſermo eſt verus, quoniam alter quidem eſt qui ſemi-
nat populus, alter qui metit: vnus autem Deus præſtans
vtriſque quæ ſunt apta, ſemen quidem ſeminanti, panem
verò ad edendum metenti. Quemadmodum alter quidem
.3. eſt qui plantat: & alter qui adaquat, vnus autem qui dat
incrementum Deus. Diſſeminauerunt enim ſermonem de
Chriſto Patriarchæ, & Prophetæ, demeſſa eſt autem Ec-
cleſia, hoc eſt, fructum percepit. Propter hoc & ipſi orant
9. habere tabernaculum in ea, Hieremia dicente: Quis dabit
mihi in deſerto habitationem nouiſſimam? Vti & qui ſe-
minat, & qui metit, ſimul gaudeant in Chriſti regno, qui
omnibus adeſt de quibus ab initio benè ſenſit Deus, attri-
buens adeſſe eis Verbum ſuum. Si quis igitur intentus le-
gat Scripturas, inueniet in iiſdem de Chriſto ſermonem,
& nouæ vocationis præfigurationem.

CAPVT XLIII.

Quid eſt theſaurus abſconditus in agro, & quod ſola Eccleſia rectè legat Scripturas.

3. HIc eſt enim theſaurus abſconſus in agro, id eſt, in
iſto mundo. Ager enim mundus eſt, abſconſus verò
in ſcripturis theſaurus Chriſtus, quoniam per typos &
parabolas ſignificabatur. Vnde poterat hoc quod ſecun-
dùm hominem eſt, intelligi, priuſquam conſummatio
eorum quæ conſummata ſunt, veniret, quæ eſt aduen-
tus Chriſti. Et propter hoc Danieli Prophetæ dicebatur: E
Muni ſermones, & ſigna librum, vſque ad tempus con- Hier.23.
ſummationis, quoadusque diſcant multi, & adimpleatur 20.
agnitio. In eo enim cùm perficietur diſperſio, cognoſ-
cetur omnia hæc. Sed & Hieremias ait: In nouiſſimis Dan.12.
diebus intelligent ea. Omnis enim prophetia priuſquam 4.
habeat effectum, ænigmata & ambiguitates ſunt homi-
nibus. Cùm autem venerit tempus, & euenerit quod
prophetatum eſt, tunc prophetiæ habent liquidam &
certam expoſitionem. Et propter hoc quidem Iudæis
cùm legitur Lex, in hoc nunc tempore fabulæ ſimilis eſt.
Non enim habent expoſitionem omnium rerum perti-
nentem ad aduentum Filij Dei, qui eſt ſecundùm homi-
nem: à Chriſtianis verò cùm legitur, theſaurus eſt ab-
ſconſus in agro, cruce verò Chriſti reuelatus eſt, & ex-
planatus, & ditans † ſenſum hominum, & oſtendens † ſenſus
ſapientiam Dei, & eas, quæ ſunt erga hominem diſpo-
ſitiones eius manifeſtans, & Chriſti regnum præformans,
& hæreditatem ſanctæ Hieruſalem præeuangelizans & F
prænuntians, quoniam in tantum homo diligens Deum
proficiet, vt etiam videat Deum, & audiat ſermonem
eius, & ex auditu loquelæ eius in tantùm glorificari, vti
reliqui non poſſint intendere in faciem gloriæ eius,
quemadmodum dictum eſt à Daniele: Quoniam intelli- Dan.12.
gentes fulgebunt, quemadmodum claritas firmamenti, 3.
& à multis iuſtis ſicut ſtellæ in ſæcula. Et adhuc quem-
admodum igitur oſtendimus, ſi quis legat Scripturas.
Etenim Dominus ſic diſſeruit diſcipulis ſuis poſt reſurre-
ctionem ſuam à mortuis, & ex ipſis Scripturis oſtendens
eis, quoniam oportebat pati Chriſtum, & intrare in Luc.24.
gloriam ſuam, & in nomine eius, remiſſionem pecca- 26.
torum prædicari in toto mundo. Et erit conſummatus Mat.13.
diſcipulus, & ſimilis patrifamilias qui de theſauro ſuo 52.
profert noua & vetera. Quapropter eis qui in Eccleſia
ſunt Presbyteris obaudire oportet, his qui ſucceſſionem Luc. 1.
habent ab Apoſtolis, ſicut oſtendimus, qui cum epiſco- c.3.&c.
patus ſucceſſione, chariſma veritatis certum, ſecundùm
placitum Patris acceperunt. Reliquos verò qui abſiſtunt G
à principali ſucceſſione, & quocunque loco † colliguntur, † ſe colli-
ſuſpectos habere, vel quaſi hæreticos & malæ ſententiæ, gunt,
vel quaſi ſcindentes, & elatos, & ſibi placentes, aut rurſus
vt hypocritas, quæſtus gratia, & vanæ gloriæ hoc operan-
tes. Omnes autem decidunt à veritate. Et hæretici qui- Leuit.10.
dem alienum ignem afferentes ad altare Dei, id eſt, alienas 1.
doctrinas, à cœleſti igne comburentur, quemadmodum
Nadab & Abiu. Qui verò exurgunt contra veritatem, & Num 16.
alteros adhortantur aduerſus Eccleſiam Dei, remanent 33.
apud inferos, voragine terræ abſorpti, quemadmodum qui
circa Chore, Dathan, & Abiron. Qui autem ſcindunt & 3. Reg.
ſeparant vnitatem Eccleſiæ, eandem quam Hieroboam 14. 20.
pœnam percipiunt à Deo. &c.

CAPVT XLIV.

De presbyteris iniuſtis.

QVi verò crediti quidem ſunt à multis eſſe presbyteri,
ſeruiunt autem ſuis voluptatibus, & non præponunt H
timorem Dei in cordibus ſuis, ſed contumeliis agunt re-
liquos, & principalis confeſſionis tumore elati ſunt, & in
abſconſis agunt mala, & dicunt: Nemo nos videt, redar- Iſa.11.3.
guentur à Verbo, qui non ſecundùm gloriam iudicat, ne-
que faciem attendit, ſed in cor. Et audient eas quæ ſunt à
Daniele Propheta voces; Semen Chanaan, & non Iuda, Dan. 13.
ſpecies ſeduxit te, & concupiſcentia euertit cor tuum. In- 12.
ueterate dierum malorum, nunc aduenerunt peccata tua
quæ faciebas antea, iudicans iudicia iniuſta: & innocentes
quidem damnabas, dimittebas verè nocentes, dicente Do- Exod.23.
mino: Innocentem & iuſtum non occides. De quibus di- 7.
xit & Dominus: Si autem dixerit malus ſeruus in corde Luc. 12.
ſuo: Tardat Dominus meus, & incipiat cædere ſeruos & 45.
ancillas, & manducare, & bibere, & inebriari, veniet Do-
minus ſerui illius in die qua neſcit, & hora qua non ſpe-
rat, & diuidet eum, & partem eius cum infidelibus ponet.
Ab omnibus igitur talibus abſiſtere oportet: adhærere

verò his qui & Apoſtolorum, ſicut prædiximus, doctrinã cuſtodiunt, & cum presbyteri ordine ſermonem ſanum, & conuerſationem ſine offenſa præſtant ad † informationem & correctionem reliquorum. Quemadmodum Moyſes, cui tantus ducatus eſt creditus, bona conſcientia fretus, purgabat ſe apud † Dominum, dicens: Non concupiſcens alicuius illorum quid accepi, neque malè feci alicui eo-
16. rum. Quemadmodum Samüel tot annis iudicans populum, & ſine vlla elatione ducatum gerens ſuper Iſrael, in
5. fine purgabat ſe, dicens: Ego conuerſatus ſum in conſpectu veſtro à prima ætate mea, vſque nunc, reſpondete mihi in conſpectu Dei, & in conſpectu Chriſti eius, cuius veſtrûm vitulum accepi, aut aſinum, aut ſuper quem potentatus ſum, aut quem oppreſſi, aut ſi de alicuius manu accepi propitiationem, vel calciamentum, dicite aduerſus me, & reddam vobis. Cùm dixiſſet autem populus ad eum: Neque potentatus es, neque oppreſſiſti nos, neque accepiſti de manu cuiuſquam aliquid: teſtificatus eſt Dominum, dicens: Teſtis eſt Dominus, & teſtis Chriſtus eius in die hac, quoniam non inueniſtis in manu mea nihil. Et dixerunt ei: Teſtis. Quemadmodum & Paulus Apoſtolus
2. cùm eſſet bonæ conſcientiæ, dicebat ad Corinthios: Non enim ſumus ſicut plurimi, adulterantes verbum Dei, ſed ex ſinceritate ſicut ex Deo, coram Deo in Chriſto loquimur: nemini nocuimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus. Tales presbyteros nutrit Eccleſia: de quibus & Propheta ait: Et dabo Principes tuos in pace, & Epiſcopos tuos in iuſtitia. De quibus & Dominus dice-
24. bat: Quis igitur erit fidelis auctor, bonus & ſapiens, quem præponit Dominus ſuper familiam ſuam, ad danda eis cibaria in tempore? Beatus ille ſeruus, quem † veniens Dominus inuenerit ſic facientem.

CAPVT LXV.

Quibus doctoribus vtendum eſt: & de his peccatis, quæ ab antiquis geſta ſunt.

.11. VBi igitur tales inueniat aliquis, Paulus docens ait: Poſuit Deus primò in Eccleſia Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores. Vbi igitur chariſmata Domini poſita ſunt, ibi diſcere oportet veritatem, apud quos eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis Eccleſiæ ſucceſſio, & id quod eſt ſanum & irreprobabile conuerſationis, & inadulteratum & incorruptibile ſermonis conſtat. Hi enim & eam quæ eſt in vnum Deum qui omnia fecit, fidem noſtram cuſtodiunt: & eam quæ eſt in Filium Dei dilectionem adaugent, qui tantas diſpoſitiones propter nos fecit: & Scripturas ſine periculo nobis exponunt, neque Deum blaſphemantes, neque Patriarchas exhonorantes, neque Prophetas contemnentes. Quemadmodum audiui à quodam Presbytero, qui audierat ab his qui Apoſtolos viderant, & ab his qui didicerant: ſufficere veteribus de his quæ ſine conſilio Spiritus egerunt, eam quæ ex Scripturis eſſet correptionem. Cùm enim non ſit perſonarum acceptor Deus, quæ ſunt non ſecundùm eius placitum facta, his inferebat congruam correptionem. Quemadmodum ſub Dauid, quando perſequutionem quidem patiebatur a Saül propter iuſtitiam: & Regem Saül fugiebat, & inimicum non vlciſcebatur, & Chriſti aduentum pſallebat, & ſapientia inſtruebat gentes, & omnia ſecundùm conſilium faciebat Spiritus, & placebat Deo. Quando autem propter concupiſcentiam ipſe ſibi accepit Berſabee Vriæ vxorem, dixit Scriptura de eo: Nequam autem viſus eſt ſermo quem fecit Dauid in oculis Domini: & mittitur ad eum Nathan Propheta, oſtendens ei peccatum eius, vt ipſe dans ſententiam de ſemetipſo, & ſemetipſum adiudicans miſericordiam conſequeretur, & remiſſionem a Chriſto. Miſit enim Dominus Nathan ad Dauid, & dixit ei: Duo viri fuerunt in ciuitate vna, vnus diues, & vnus pauper: diuiti erant greges ouium & boum multi valdè; & pauperi, nihil aliud niſi ouicula vna, quam habebat, & nutriebat, & † fuerat cum eo, & cum filiis eius pariter, & de pane ſuo manducabat, & † calicem bibebat, & erat quaſi filia. Et venit hoſpes homini diuiti, & pepercit accipere de grege ouicularum ſuarum, & de gregibus boum ſuorum, & facere hoſpiti conuiuium, & accepit ouiculam viri pauperis, & appoſuit viro qui venerat ad eum. Iratus eſt autem Dauid ſuper hominem valdè, & dixit ad Nathan: Viuit Dominus, quoniam filius mortis eſt homo ille qui fecit hoc: & ouiculam reddet quadruplum pro eo quod fecit factum hoc, & pro eo quod non pepercit pauperi. Et ait ad eum Nathan. Tu es vir qui feciſti hoc: & deinceps reliqua exequitur, exprobrans eum, & enumerans in eum Dei beneficia, & quoniam exacerbauit Dominum cùm feciſſet hoc. Non enim placere Deo huiuſmodi operationes, ſed iram magnam imminere domui eius. Compunctus eſt autem Dauid ad hæc, & ait: Peccaui Domino: & Pſalmum ex homologeſeos pſallebat, aduentum Domini ſuſtinens, qui abluit, & † emundauit eum hominem qui peccato fuerat obſtrictus.

E
† *de calice*
Exod. 22. 2.
Pſal. 50.
† *emũdas*

Similiter autem & de Salomone, cum perſeueraret, † cùm indicaret rectè, & ſapientiam † enarraret, & typũ veri templi templum ædificabat, & glorias exponebat Dei, & aduenturam pacem gentibus annuntiabat, & Chriſti regnum præfigurabat, & loquebatur tria millia parabolarum in aduentum Domini, & quinque millia canticorum, hymnum dicens Deo. Et eam quæ eſt in conditione ſapientiam Dei exponebat phyſiologicè ex omni ligno, & de omni herba, & de volatilibus omnibus, & de quadrupedibus, & de piſcibus; & dicebat: Si verè Deus, quem cœli non capiunt, ſuper terram habitabit cum hominibus? & placebat Deo. Et omnes eum admirabantur, & omnes reges terræ quærebant faciem eius, vt audirent ſapientiam eius quam dederat illi Deus. Et regina Auſtri à finibus terræ veniebat ad eum, ſapientiam quæ in eo erat ſcitura, quam & Dominus ait in iudicio reſurrecturã, cum eorum natione qui audiunt ſermones eius, & non credunt in eum, & adiudicaturam eos: quoniam illa quidem ſubiecta eſt annuntiatæ ſapientiæ per ſeruum Dei, hi verò eam quæ a Filio Dei dabatur, contempſerunt ſapiẽtiam. Salomon enim ſeruus erat, Chriſtus verò filius Dei, & Dominus Salomonis. Cùm igitur ſine offenſa ſeruiret Deo, & miniſtraret diſpoſitionibus eius, tunc glorificabatur: cum autem vxores accipiebat ab vniuerſis gentibus, & permittebat eis erigere idola in Iſraël, dixit Scriptura de eo: Et rex Salomon erat amator mulierum, & accepit ſibi mulieres alienigenas: & factum eſt in tempore ſenectutis Salomon, non erat cor eius perfectum cum Domino Deo ſuo. Et diuerterunt mulieres alienigenæ cor eius poſt Deos alienos. Et fecit Salomon malignum in conſpectu Domini: non enim abiit poſt Dominum, quemadmodum Dauid pater eius. Et iratus eſt Dominus in Salomonem: non enim erat cor eius perfectum in Domino, ſecundùm cor Dauid patris eius. Sufficienter increpauit eum Scriptura, ſicut dixit Presbyter, vt non glorietur vniuerſa caro in conſpectu Domini.

F
† *indicare*
† *enarrare*
Salomonis geſta
3. Reg. 4 32.
3. Reg. 10 1.
Matt. 12, 42.
G
1. Reg. 11. 4.

Ea propter Dominum in ea quæ ſunt ſub terra deſcendiſſe, euangelizantem & illis aduentum ſuum, † remiſſam peccatorum exiſtentem his qui credunt in eum. Crediderunt autem in eum omnes qui ſperabãt in eum, id eſt, qui aduentum eius prænuntiauerunt, & diſpoſitionibus eius ſeruierunt, iuſti, & Prophetæ, & Patriarchæ: quibus ſimiliter vt nobis remiſit peccata, quæ non oportet nos imputare his, ſi nolumus contemnimus gratiam Dei. Quemadmodum enim illi non imputant nobis incontinentias noſtras, quas operati ſumus priuſquam Chriſtus in nobis manifeſtaretur, ſic & nos nõ eſt iuſtum imputare ante aduentum Chriſtus his qui peccauerunt. Omnes enim homines egent gloria Dei, iuſtificantur autem non a ſemetipſis, ſed a Domini aduentu, qui intendunt lumen eius. In noſtram autem correptionem cõſcriptos eſſe actus eorũ, vt ſciremus primum quidem, quoniam vnus eſt Deus noſter, & illorũ, cui non placeant peccata, etiã ſi à clariſsimis fiãt; deinde, vt abſtineamus à malis. Si enim hi qui præceſſerũt nos in chariſmatibus veteres, propter quos nondum Filius Dei paſſus erat, delinquentes in aliquo & concupiſcentiæ carnis ſeruientes, tali affecti ſunt ignominia; quid paſſuri

1. Pet. 4 6.
† *remiſſione peccatorum exiſtente*
H
1. Cor. 10. 11.
Rom. 3. 23.

A ſunt qui nunc ſunt, qui cõtempſerunt aduentum Domini, & deſeruierunt voluptatibus ſuis? Et illis quidem curatio, n.6.9 & remiſſio peccatorum, mors Domini fuit. Propter eos verò qui nunc peccant, Chriſtus non iam morietur; iam enim mors non dominabitur eius: ſed veniet Filius in gloria Patris, exquirens ab actoribus & diſpenſatoribus ſuis pecuniã quam eis credidit, cum vſuris: & quibus pluſimum dedit, plurimum ab eis exiget. Non debemus ergo t.25. (inquit ille ſenior) ſuperbi eſſe, neque reprehendere vete- 19. res: ſed ipſi timere, ne fortè poſt agnitionem Chriſti, agẽtes aliquid quod non placeat Deo, remiſſionem vltra non habeamos delictorum, ſed excludamur à regno eius. Et 1.11. ideò Paulum dixiſſe; Si enim naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat, qui cùm eſſes oleaſter, inſertus es in pinguedinẽ oliuæ, & ſocius factus es pinguedinis eius. Similiter & plebis præuaricationes videns deſcriptas eſſe, non propter illos qui tunc tranſgrediebãtur, ſed in correptionem noſtrã, & vt ſciremus vnum & eundem Deum, in quem illi delinquebant, & in quem nunc delinquunt quidam ex his qui crediſſe dicuntur. Et hoc autem Apoſtolum in epiſtola quæ eſt ad Corinthios, manifeſtiſſimè oſtẽdiſſe, dicentem: Non enim volo vos ignorare fratres, quoniã patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari, & omnes eandem eſcam ſpiritualem mãducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt: bibebãt † enim de ſpirituali conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus. Sed non in pluribus eorum benè ſenſit Deus, proſtrati ſunt enim in deſerto. Hæc in figuram noſtri fuerunt, vt non ſimus concupiſcentes malorum, quemadmodum & illi concupiuerunt. Neque idololatræ ſitis, quemadmodum quidam eorum. Sicut ſcriptum eſt, Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerũt ludere. Neque for- 32. nicemur, ſicut quidam ex illis fornicati ſunt, & corruerũt vna die viginti tria millia. Nec tẽtemus Chriſtum, quemadmodum quidam eorum tentauerunt, & a ſerpentibus perierunt. Neque murmuraueritis, ſicuti quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura fiebant illis, ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos finis ſæculorum deuenit. Quapropter qui putat ſe ſtare, videat ne cadat.

CAPVT XLVI.

De tranſgreſſione populi.

SIne dubitatione igitur, & ſine contradictione oſtendente Apoſtolo, vnum & eundẽ eſſe Deum, qui & illa iudicauit, & ea quæ nunc ſunt exquirit, & cauſam deſcriptionis eorum demonſtrante, indocti, & audaces, adhuc autem & imprudentes inueniuntur omnes, qui propter tranſgreſſionem eorum qui olim fuerunt, & propter plurimorum indictorum audientiam, alterum quidem aiunt illorum fuiſſe Deum, & hunc eſſe mundi fabricatorem, & eſſe in diminutione: alterum verò à Chriſto traditum Patrem, & hunc eſſe qui ſit ab vnoquoque eorum mente cõceptus. Non intelligentes quoniam quemadmodum ibi in plurimis eorum qui peccauerunt, non benè ſenſit Deus: ſic & hic ſunt vocati multi, pauci verò electi. Quemadmodum ibi iniuſti, & idololatræ, & fornicatores vitam perdiderunt: ſic & hic. Et Domino quidem prædicante in ignem æternum mitti tales. Et Apoſtolo dicente; An ignoratis, quoniam iniuſti regnum Dei non hæreditabunt? Nolite ſeduci, quia neque fornicatores, neque idololatræ, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neq; raptores, regnum Dei † hæreditabunt. Et quoniam non ad eos, qui extra ſunt, hoc dicit, ſed ad nos, ne proiiciamur extra regnum Dei, tale aliquid operãtes, intulit. Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis in nomine Domini Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri. Et quemadmodum illic cõdemnabantur, & proiiciebantur hi, qui malè operabantur, & reliquos exterminabant: ſimiliter & hic oculus quoque E effoditur ſcandalizans, & pes, & manus, ne reliquum cor- 1.Cor.5.11. pus pariter pereat. Et habemus præceptum, Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idololatra, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Et iterùm ait Apoſtolus; Nemo vos ſeducat inanibus verbis, propter hoc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo fieri participes eorum. Eph.5.6. Et quemadmodum ibi peccantium damnatio participabat & reliquos, quoniam placebant eis, & vna cum eis conuerſabantur: ſic & hic modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Et quemadmodum ibi aduerſus 1.Cor.5.6. iniuſtos ira deſcendebat Dei, & hic ſimiliter Apoſtolus ait: Reuelabitur enim ira Dei de cœlo ſuper omnem Rom.1. impietatem & iniuſtitiam eorum hominum, qui veritatem in iniuſtitia detinent. Et quemadmodum ibi in 18. Ægyptios, qui iniuſtè puniebant Iſraël, vindicta à Deo Exod 13. fiebat, ſic & hic quidem, Domino dicente; Deus au- 14.15. tem non faciet vindictam electorum ſuorum, qui clamant ad eum die & nocte? Etiam dico vobis, faciet vindictam eorum citò. Et Apoſtolo in ea quæ F eſt ad Theſſalonicenſes epiſtola, iſta prædicante? Siqui- Luc.18.7. 2.Theſ. 1.6. dem iuſtum eſt apud Deum retribuere retributionem his qui tribulant vos, & vobis qui tribulamini, refrigerium nobiſcum, in reuelatione Domini noſtri Ieſu Chriſti de cœlo, cum Angelis virtutis eius, & in flamma ignis dare vindictam in eos, qui non nouerunt Deum, & in eos, qui non obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui etiam pœnas pendent interitus æternas à facie Domini, & à gloria virtutis eius, cum venerit magnificari in ſanctis ſuis, & admirabilis eſſe omnibus, qui crediderunt in eum. Cum ergo hic & illic eadem ſit in vindicando Deo iuſtitia Dei, & illic quidem typicè, & temporaliter, & mediocritus: hic verò verè, & ſemper, & auſteriùs. Ignis enim æternus, & quæ à cœlo reuelabitur ira Dei à facie Domini noſtri: quemadmodum & Dauid ait: Vultus autem Pſ.34.17. Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam ipſorum, maiorem pœnam præſtat iis qui incidunt G in eam.

CAPVT XLVII.

Oſtenſio quod vnum & idipſum ſit verbum Dei, diſpoſitor veterum & nouorum.

VAlde inſenſatos † oſtẽdebat Presbyter eos, qui ex his † oſtendebãt Preſbyteri quæ acciderunt his qui olim Deo non obtemperabant, tentant alterum patrem introducere, è contrario opponentes quanta † Deus ad ſaluandos eos qui receperũt † Dominus eum, veniens feciſſet miſerans eorum: tacentes autem de iudicio eius, & quæcunque prouenient his qui audierunt ſermones eius, & non fecerunt. Et quoniã expediebat eis, Matt.26.24. ſi nõ eſſent nati. Et quoniam tolerabilius Sodomis & Go- Matt.10.15. morræ erit in iudicio, quàm ciuitati illi quæ non † recipit ſermonem diſcipulorum eius. Quemadmodum enim † recepit ſermones in nouo Teſtamento, ea quæ eſt ad Deum fides hominum H aucta eſt, additamentũ accipiens Filium Dei, & homo fieret particeps Deitatis & diligentia conuerſationis adaucta eſt, cùm non ſolũ a malis operibus abſtinere iubemur, ſed etiam ab ipſis malis cogitationibus, & otioſis dictionibus, & ſermonibus vacuis, & verbis ſcurrilibus, ſic & pœna eorum qui non credunt Verbo Dei, & contemnunt eius aduentum, & conuertuntur retrorſum, adampliata eſt; non ſolum temporalis, ſed & æterna facta. Quibuſcunq. enim dixerit Dominus, Diſcedite à me maledicti in ignem perpetuum, iſti erunt ſemper damnati. Et quibuſcunque dixerit, Venite benedicti Patris mei, percipite hæredi- Matt 25.34. tatem regni, quod præparatum eſt vobis in ſempiternum; hi ſemper percipiunt regnum, & in eo proficiunt ſemper. Cùm † ſit vnus & idem Deus Pater, † ſit & Verbum eius ſemper aſſiſtens humano generi, varijs quidem diſpoſitionibus, & multa operans, & ſaluans, ab

A initio eos qui ſaluantur,(ſunt enim hi qui diligunt Deum, & ſecundùm ſuum genus ſequuntur Verbum Dei, & adiudicans eos qui adiudicantur, id eſt, eos qui obliuiſcuntur Deum, & ſunt blaſphemi & tranſgreſſores eius verbi. Etenim hi ipſi qui à nobis prædicti ſūt hæretici, excideruntſibi, accuſantes Dominum, in quē dicunt ſe credere. Quæ enim denotant in Deo, qui tunc temporaliter adiudicauerit incredulos, & percuſſerit Ægyptios, ſaluauit autem obaudientes: eadem nihilominus recurrent in Deū, in ſempiternum quidem adiudicantem quos adiudicat, & in ſempiternum dimittentem eos quos dimittit: & inuenietur ſecundùm illorum verba maximi peccati cauſa factus his qui in eum miſerunt manus, & pupugerunt eum. Si enim non ita veniſſet, vtique illi Domini ſui interfectores facti non fuiſſent: & ſi non miſiſſet Prophetas ad eos, nō vtique occidiſſent eos, & Apoſtolos quoque ſimiliter. His igitur qui imputant nobis, & dicunt, ſi non Ægyptij placati fuiſſent, & perſequentes Iſraël præfocati eſſent in B mari, non poterat Deus ſaluare populum ſuum? † Occurret illud, Niſi igitur Iudæi interfectores Domini facti fuiſſent, (quod quidem abſtulit ab eis æternā vitam) & Apoſtolos interficientes, & perſequentes Eccleſiam in iracundiæ incidiſſent profundum, nos ſaluari non poteramus? Quemadmodum enim illi per Ægyptiorum, ſic & nos per Iudæorum cæcitatem, accepimus ſalutem. Siquidem mors Domini, eorum quidē qui cruci eum fixerunt, & non crediderunt eius aduentum, damnatio eſt, ſaluatio verò eorū qui credunt in eum: Nam & Apoſtolus ait in epiſtola ſecūda ad Corinthios: Quoniam Chriſti ſuauis odor ſumus Deo in his qui ſaluantur: & in his qui pereunt, quibuſdam quidem odor mortis in mortem, niſi his qui non credunt, neque ſubiecti ſunt Verbo Dei? Qui ſunt autem qui & tūc ſemetipſos morti tradiderunt? Hi ſcilicet qui non credūt, neque † ſubiecti ſunt Deo. Rurſum autem qui ſaluati ſūt, & acceperunt hæreditatē? Hi ſcilicet qui credunt Deo, & C eam quæ eſt erga illum dilectionem cuſtodierunt, quemadmodum Chaleb Ieffone, & Ieſus Naue, & pueri innocentes, qui neque malitiæ ſenſum habuerunt. Qui ſunt autem qui hic ſaluantur & accipiunt vitam æternam? Nónne hi qui diligunt Deum, & qui pollicitationibus eius credunt, & malitia paruuli effecti ſunt?

Margin: poc. 8. — Occurrit — Cor. 2. — † ſubiiciuntur — Num. 14. 24. & 31.

CAPVT XLVIII.

Secundum quid indurauit Deus cor Pharaonis & miniſtrorum eius.

SEd & indurauit (inquiunt illi) Deus cor Pharaonis, & famulorum eius. Qui ergo hæc imputant, non † intelligunt in Euangelio, vbi diſcipulis dicentibus Domino, Quare in parabolis loqueris eis? Reſpondit Dominus: Quoniam vobis eſt datum † cognoſcere myſterium regni cœlorum, illis autem in parabolis loquor, vt videntes non D videant, & audientes non audiant, intelligentes non intelligant, vt adimpleretur apud eos prophetia Eſaiæ dicens, Incraſſa cor populi huius, & aures eorum obtura, & oculos eorum obcæca. Veſtri autem beati oculi, qui vident quæ vos videtis, & aures veſtræ, quæ audiunt quæ auditis. Vnus enim & idem Deus, his quidem qui non credunt, ſed nullificant eum, infert cæcitatem. Quemadmodū ſol, qui eſt creatura eius, his qui propter aliquam infirmitatē oculorum non poſſunt contemplari lumen eius: his autē qui credunt ei, & ſequuntur eum, pleniorem & maiorem illuminationem mentis præſtat. Secundùm hunc igitur ſermonem & Apoſtolus ait in ſecunda ad Corinthios: In quibus Deus, ſæculi huius, excæcauit mentes infidelium, vti non fulgeat illuminatio Euāgelij gloriæ Chriſti. Et iterum in ea quæ eſt ad Romanos: Et quemadmodum non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, facere quæ non conueniunt. In ſecūda autem ad Theſſalonicenſes, manifeſtè ait de Antichriſto dicens: Et ideò mittet Deus operationem erroris, vti credant mendacio, vti iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. Si igitur & nunc, E quotquot ſcit non credituros Deus, cùm ſit omnium præcognitor, tradidit eos infidelitati eorum, & auertit faciem ab huiuſmodi, relinquens eos in tenebris, quas ipſi ſibi elegerunt: quid mirum ſi & tunc nunquam crediturum Pharaonem, cum his qui cum eo erant, tradidit eos ſuæ infidelitati: Quemadmodū Verbum ait, de rubo ad Moyſen: Ego autem ſcio quoniam nō dimittet vos Pharao rex Ægypti abire, niſi cum manu valida. Et qua ratione Dominus in parabolis loquebatur, & cæcitatem faciebat Iſraël vt videntes non viderent, ſciens incredulitatem eorum: eadem ratione & cor Pharaonis indurabat, vt videns quoniam digitus Dei eſt, qui educit populum, non crederet, ſed in infidelitatis præcipitaretur pelagus per magicam operationem opinatus fieri exitum eorum, & rubrum mare non ex virtute Dei tranſitum præſtitiſſe populo, ſed naturaliter ſic ſe habere. F

Margin: Exod 4. 21. — † intelligunt — Matt. 13. 10. — Marc. 4. — † noſce — Luc 8. 10. — Ioan. 12. 40. — Eſa 6. 10. — Matt. 13. 10. — Cor 4. — Rom. 1. — Theſ. 11. — Exod. 4. 21. — Matt 13. 13.

CAPVT XLIX.

Quare ſecundum iuſſum Dei vaſa ab Ægyptiis ſumpſit populus in † Exodo, & ex ipſis tabernaculum in eremo fabricauit.

QVi verò exprobrant & imputant, quòd profecturus populus iuſſu Dei, vaſcula omnis generis & veſtimenta acceperit ab Ægyptiis, & ſic abierit, ex quibus tabernaculum factum eſt in eremo, ignorantes iuſtificationes Dei & diſpoſitiones eius, ſemetipſos arguunt, ſicut & presbyter dicebat. Si enim non typica profectione hoc conſenſiſſet Deus, hodie in vera noſtra profeſſione id eſt, in fide in qua ſumus conſtituti, per quam de numero gētilium exempti ſumus, nemo † poterit ſaluari. Omnes G enim nos aut modica aut grandis ſequitur poſſeſſio, quam ex mammona iniquitatis acquiſiuimus. Vnde enim domus in quibus habitamus, & veſtimenta quibus induimur, & vaſa quibus vtimur, & reliqua omnis ad diurnam vitam noſtram miniſtratio, niſi ex his quæ, cùm Ethnici eſſemus, de auaritia acquiſiuimus; vel ab Ethnicis parentibus, aut cognatis, aut amicis, de iniuſtitia acquirentibus percepimus? Vt non dicamus, quia & nunc in fide exiſtentes acquirimus. Quis enim vendit, & non lucrari vult ab eo qui emit? Quis autem emit, & non vult vtiliter ſecum agi, ab eo qui vendit? Quis autem negotians, non propterea negotiatur, vt inde alatur? Quid autē & hi qui in regali aula ſunt fideles, nónne ex eis quæ Cæſaris ſunt habent vtenſilia, & his qui non habent, vnuſquiſque eorum ſecundùm ſuam virtutem præſtat? Ægyptij enim populi erant debitores non ſolùm rerū, ſed & vitæ ſuæ propter Patriarchæ Ioſeph præcedentem benignitatem: nobis autem ſecundùm quid debitores ſunt Ethnici, à quibus & lucra, & vtilitates percipimus, quæcunque illi cum labore comparant, his nos, in fide cùm ſimus, ſine labore vtimur. H † Adhuc populus peſſimā ſeruitutem ſeruiebat Ægyptiis, quemadmodum Scriptura ait: Et cum vi poteſtatem exercebant Ægyptij in filios Iſraël, & in odium eis adducebāt vitā in operibus duris luto & latere, & in omnibus operibus quæ † fiebant in cāpis per omnia opera quibus eos deprimebant cum vi. Et ædificauerunt eis ciuitates munitas multum laborātes, & augentes eorum ſubſtantias annis multis, & per omnem modum ſeruitutis, cùm illi nō ſolùm ingrati eſſent aduerſus eos, verùm & vniuerſos eos perdere vellent. Quid igitur iniuſtè geſtum eſt, ſi ex multis pauca ſumpſerunt, & qui potuerunt multas ſubſtantias ſuas habere, ſi non ſeruiiſſent eis, & diuites abire, pauciſſimam mercedem pro magna ſeruitute accipientes, inopes abierunt? Quemadmodum ſi quis liber abductus ab aliquo per vim, & ſeruiens ei annis multis, & augens ſubſtantiam eius, poſt inde aliquod adminiculum conſecutus, putetur quidem modica quædam eius habere, re vera autem ex multis laboribus ſuis, & ex acquiſitione magna pauca percipiens diſcedat, & ex hoc ab aliquo impugnetur ei, quaſi non rectè fecerit: ipſe magis iniuſtus iudex

Margin: † Exodo — Exod. 11. 2. — † poteras — Luc. 16. 9. — Gen. 41. — † Ad huc — Exod 5. 14. — † faciebat

iudex apparebit ei qui per vim in ſeruitium fuerit deductus. Sic ergo ſunt huiuſmodi qui imputant populo † pauca de multis laboribus accipienti ſibi; & ipſis non imputant, qui nullam gratiam ex merito parentum debitam reddiderunt, imò & in grauiſſimam ſeruitutem redigentes, maximam ab eis conſecuti ſunt vtilitatem: & illos quidem non ſignatum aurum & argentum in paucis vaſculis, de ſuis laboribus, quemadmodum prædiximus, accipientes, iniuſtè feciſſe dicunt: ſemetipſos autem (dicetur enim quod verum eſt, licet ridiculum quibuſdam eſſe videatur) ex alienis laboribus inſigne aurum, & argentum, & æramentum cum inſcriptione & imagine Cæſaris in zonis ſuis ferentes, iuſte ſe facere ducunt.

Si autem comparatio fiat noſtra & illorum, qui iuſtius apparebunt accepiſſe, vtrumne populus ab Ægyptiis, qui erant per omnia debitores, an nos à Romanis, & reliquis gentibus, & à quibus nihil tale nobis debeatur? Sed & mundus pacem habet per eos, ſine timore in viis ambulamus & nauigamus quocunque voluerimus. Aduer-
5. ſus igitur, huiuſmodi aptus erit ſermo Domini, Hypocrita, (dicens) exime prius trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies auferre feſtucam de oculo fratris tui. Etenim ſi is qui tibi hæc imputat, & gloriatur in ſua ſcientia, ſeparatus eſt à gentilium cœtu nihil eſt alienorum apud eum, ſed & ſimpliciter nudus, & nudis pedibus, & ſine domo in montibus conuerſatur, quemadmodum aliquod ex his animalibus quæ herbis veſcuntur, veniam merebitur, ideo quòd ignoret † neceſſitatis noſtræ conuerſationem. Si autem ab hominibus quæ dicuntur aliena eſſe, participatur, & arguit typum eorum, ſemetipſum iniuſtiſſimum oſtendit, retorquens in ſe eiuſmodi accuſationem. Inuenitur enim aliena circumferens, & ea quæ eius non ſunt, concupiſcens. Et propter hoc dixiſſe Dominum, Nolite iudicare, ne iudicemini: in quo enim iudiciu iudicabitis, iudicabitur de vobis. Non vtique vt peccantes non corripamus, nec vt his quæ malè fiunt conſentiamus: ſed vt Dei diſpoſitiones non iudicemus iniuſtè, cum ille omnia iuſtè profutura prouiderit. Quoniam enim ſciebat nos de noſtra ſubſtantia, quam ab alio accipientes haberemus, bene acturos. Qui enim habet (inquit) duas tunicas, det ei qui non habet: & qui habet eſcam, ſimiliter faciat. Et, Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: & nudus fui, & veſtiſtis me. Et, Cùm † facis eleemoſynam, non ſciat ſiniſtra tua quid faciat dextra tua. Et reliqua quæcunque benefacientes iuſtificamur, velut de alienis noſtra redimentes. De alienis autem ita dico, non quaſi mundus alienus ſit à Deo, ſed quoniam huiuſmodi dationes ab aliis accipientes habemus, ſimiliter velut illi ab Ægyptiis qui non ſciebant Deum, & per hæc ipſa erigimus in nobiſmetipſis tabernaculum Dei. Cum benè enim facientibus habitat Deus, quemadmodum Dominus ait: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt hi, quando fugati fueritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Quæcunque enim, cùm eſſemus Ethnici, de iniuſtitia acquiſiuimus, hæc cùm crediderimus, in dominicas vtilitates † conuertentes, iuſtificamur. Neceſſariè igitur hæc in typo præmeditabantur, & tabernaculum Dei ex his fabricatur, illis quidem iuſtè accipientibus, quemadmodum oſtendimus, nobis autem præoſtenſis in ipſis qui inceperimus per aliena Deo ſeruire.

CAPVT L.

Quemadmodum vna & eadem populi profectio ex Ægypto, & Eccleſiæ ex gentibus oſtenditur.

VNiuerſa enim quæ ex Ægypto profectio fiebat populi, à Deo, typus & imago fuit profectionis Eccleſiæ, quæ erat futura ex gentibus propter hoc & in † finem educens eam hinc in ſuam hæreditatem; quam non Moyſes quidem famulus Dei, ſed Ieſus Filius Dei in hæreditatem dabit. Si quis autem diligentius intendat his quæ à Prophetis dicuntur de fine, & quæcunque Ioannes diſcipulus Domini vidit in Apocalypſi, inueniet eaſdem plagas vniuerſaliter accipere gentes, quas tunc particulatim accepit Ægyptus. Talia quædam enarrans de antiquis presbyter, reficiebat nos, & dicebat. De his quidem delictis, de quibus ipſæ ſcripturæ increpant Patriarchas & Prophetas, nos non † oportere exprobrare eis, neque fieri ſimiles Cham, qui irriſit turpitudinem patris ſui, & in maledictionem decidit: ſed gratias agere pro illis Deo, quoniam in aduentu Domini noſtri remiſſa ſunt eis peccata: etenim illos dicebat gratias agere, & gloriari in noſtra ſalute. De quibus autem Scripturæ non increpant, ſed ſimpliciter ſunt poſitæ, nos non debere fieri accuſatores: non enim ſumus diligentiores Deo, neque ſuper magiſtrum poſſumus eſſe: ſed typum quærere. Nihil enim otioſum eſt eorum quæcunque inaccuſabilia poſita ſunt in Scripturis.

E — † *oportet* — Luc.6.40.

CAPVT LI.

Oſtenſio generationis Lot ex filiabus ſuis.

QVemadmodum & Lot, qui eduxit de Sodomis filias ſuas, quæ conceperunt de patre ſuo, qui reliquit in confinio vxorem ſuam ſtatuam ſalis vſque in hodiernum diem. Etenim Lot non ex ſua voluntate, neque ex ſua concupiſcentia carnali, neque ſenſum neque cogitationem huiuſmodi operationis accipiens, ſed conſummauit typum. Quemadmodum Scriptura dicit: Et intrauit maior nata, & dormiuit cum patre ſuo nocte illa: & non ſciuit Lot cùm dormiret nocte illa, & cùm ſurgeret. Et in minore autem hoc idem. Et non ſciuit (inquit) cum dormiſſet ſecum, nec cùm ſurrexiſſet. Neſciente igitur homine, neque libidini ſeruiente, diſpenſatio perficiebatur, per quam duæ filiæ, id eſt, duæ ſynagogæ, ab vno & eodem patre in ſobolem adoptatæ, ſignificabantur ſine carnis libidine. Nec enim alter erat aliquis qui ſemen vitale, & filiorum fructus poſſet dare eis, quemadmodum ſcriptum eſt: Dixit autem maior ad minorem, Pater noſter ſenior eſt, & nemo eſt ſuper terram qui intret ad nos, vt oportet omni, terræ: veni, potionemus patrem noſtrum vino, & dormiamus cum eo vt ſuſcitemus de patre noſtro ſemen. Illæ quidem filiæ ſecundùm ſimplicitatem & innocentiam putantes vniuerſos homines periiſſe, quemadmodum Sodomitas, & vniuerſam terram iracundiam Dei ſuperueniſſe, dicebant hæc. Quapropter & ipſæ excuſabiles ſunt, arbitrantes ſe ſolas relictas cum patre ſuo ad conſeruationem generis humani, & propter hoc circumueniebant patrem. Per verba autem earum ſignificabatur neminem eſſe alterum qui poſſit filiorum generationem maiori & minori ſynagogæ præſtare, quàm Patrem noſtrum. Pater autem generis humani, Verbum Dei eſt. Quemadmodum Moyſes oſtendit dicens: Nónne hic ipſe Pater tuus poſſedit te, & fecit te, & creauit te? Quando igitur hic, vitale ſemen, id eſt, Spiritum remiſſionis peccatorum, per quem viuificamur, effudit in humanum genus, nónne tunc † conuerſabatur cum hominibus, & bibebat vinum in terra? venit (inquit) filius hominis manducans & bibens: & cùm recubuiſſet obdormiuit, & ſomnum cœpit. Quemadmodum ipſe in Dauid † dicebat. Ego obdormiui, & ſomnum cœpi. Et quoniam in noſtra communicatione & vita hoc † agebatur, iterum ait. Et ſomnus meus ſuauis mihi factus eſt. Totum item ſignificabatur per Lot, quoniam ſemen patris omnium, id eſt, Spiritus Dei, per quem facta ſunt omnia, commixtus & vnitus eſt carni, hoc eſt, plaſmati ſuo: per quam commixtionem & vnitatem duæ ſynagogæ, id eſt, duæ congregationes fructificantes ex patre ſuo filios viuos viuo Deo. Et cùm hæc fierent, vxor † remanſerat in Sodomis, iam non caro corruptibilis, ſed ſtatua ſalis ſemper manens, & per naturalia ea quæ ſunt conſuetudinis hominis oſtendens, quoniam & Eccleſia, quæ eſt ſal terræ,

F — Gen.19.33. — G — Gen.19.34. — Deut.32.6. — H — † *conuerſabatur* — † *dicit* — † *agebat* — Matt.11.19. — Pſal.3.5. — † *remanſit* — Matth.5.13.

A ſubrelicta eſt in confinio terræ, patiens quæ ſunt humana: & dum ſæpè auferuntur ab ea membra integra, perſeuerat ſtatua ſalis, quod eſt firmamentum fidei, firmans & præmittens filios ad Patrem ipſorum.

CAPVT LII.

Oſtenſio vnum & eundem eſſe Deum Patrem noſtrum & illorum.

HViuſmodi quoque de duobus teſtamentis, ſenior Apoſtolorum diſcipulus diſputabat, ab vno quidem & eodem Deo vtraque oſtendens. Nec enim eſſe alterum Deum præter vnum eum, qui fecit & plaſmauit nos, nec firmitatem habere ſermonem eorum qui dicunt, aut per Angelos, aut per aliam quamlibet virtutem, aut ab alio Deo factum eſſe hunc mundum qui eſt B ſecundùm nos. Si enim ſemel quis tranſmoueatur à factore omnium, & concedat ab aliquo altero, aut per alium factam conditionem, quæ eſt ſecundùm nos, multam incongruentiam, & plurimas contradictiones neceſſe eſt incidat huiuſmodi: ad quas nullas dabit rationes, neque ſecundùm veriſimile, neque ſecundùm veritatem. Et propter hoc, hi qui alias doctrinas inferunt, abſcondunt à nobis quam habent ipſi de Deo ſententiam, ſcientes caſum & ruinam doctrinæ ſuæ, & timentes ne victi, ſaluari periclitentur. Si autem credat quis vnum Deum, & qui verbo omnia fecit, quemadmodum ipſe Moyſes ait: Dixit Deus, Fiat lux: & facta eſt lux. Et in Euangelio legimus: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Et Apoſtolus Paulus ſimiliter: Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus, & Pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Hic primò erit tenens caput, C ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis in menſura vniuſcuiuſque partis, incrementum corporis facit, in ædificationem ſui in charitate. Poſt deinde, & omnis ſermo ei conſtabit, ſi & Scripturam diligenter legerit apud eos, qui in Eccleſia ſunt presbyteri, apud quos eſt Apoſtolica doctrina, quemadmodum demonſtrauimus. Apoſtoli enim omnes duo quidem Teſtamenta in duobus populis fuiſſe docuerunt: vnum autem & eundem eſſe Deum, qui diſpoſuerit vtraque ad vtilitatem hominum, ſecundùm quod teſtamenta dabantur, qui incipiebant credere Deo, ex ipſa demonſtrauimus Apoſtolorum doctrina in tertio libro. Et quoniam non otioſè, nec fruſtra, aut vt † obuenit, datum eſt prius teſtamentum: ſed illos quidem quibus dabatur in ſeruitutem Dei, concurrens ad vtilitatem eorum: non enim indiget Deus ab hominibus ſeruitutem: typum aut cœleſtium oſtendens, quoniam nondum poterat homo per proprium viſum videre quæ ſunt Dei: & imagines eorum quæ ſunt, in D Eccleſia præfigurans, vt firma ea quæ ſecundùm nos eſt, fiat fides: & propheriam futurorum continens, vt diſceret homo præſcium eſſe omnium Deum.

Gen. 1. 3. Ioan. 1. 3. Eph. 4. 4. Ibid. 16.

† *euenit*

CAPVT LIII.

Qui eſt ſpiritalis diſcipulus, qui iudicat quidem omnes, ipſe autem à nemine iudicatur, & qui ſunt qui iudicantur.

1. Cor. 2. 11. TAlis diſcipulus, diſcipulus verè ſpiritalis recipiens Spiritum Dei, qui ab initio in vniuerſis diſpoſitionibus Dei affuit hominibus, & futura annuntiauit, & præſentia oſtendit, & præterita enarrat, iudicat quidem omnes, ipſe autem à nemine iudicatur.

CAPVT LIV.

Quemadmodum iudicabuntur gentes.

E NAm iudicat Gentes, creaturæ magis quàm Creatori ſeruientes: & reprobabili mente vniuerſam ſuam operationem in vanum conſumentes. Rom. 1. 25.

CAPVT LV.

Quemadmodum iudicabuntur Iudæi.

IVdicat autem etiam Iudæos, non percipientes Verbum libertatis: neque volentes abire liberos, cùm habeant præſentem liberatorem: (ſed intempeſtiuè extra legem ſeruire ſimulantes, nihil indigenti Deo; & Chriſti aduentum, quem propter ſalutem hominum fecit.

CAPVT LVI.

Oſtenſio † quoniam duos aduentus Chriſti Prophetæ annuntiauerunt.

F † *quemodo*

NOn cognoſcentes neque intelligere volentes, quoniam duos aduentus eius omnes annuntiauerunt Prophetæ: vnum quidem, in quo homo in plaga factus eſt, ſciens ferre imbecillitatem, & in pullo aſini ſedens, & reprobatus lapis ædificantibus, & ſicut ouis ad victimam adductus, & per extenſionem manuum diſſoluens quidem Amalech, congregans autem diſperſos filios à terminis terræ, in ouile Patris, & recommemoratus mortuorum ſuorum qui ante dormierant, & deſcendens ad eos, vti erueret eos & ſaluaret eos. Secundum autem, in quo ſuper nubes veniet, ſuperducens diem quæ eſt ſicut clibanus ardens, & percutiens terram Verbo oris ſui, & ſpiritu per Labia ſua interficiens impios, & ventilabrum in manu habens, & emundans aream ſuam, & triticum quidem in horreum colligens, comburens autem paleas in igne inextinguibili.

Iſa. 53. 4. & 5. Zach. 9. 9. Pſal. 117. 21. Hier. 11. 10. Exod. 17. 8. Iſa. 1. 12. Dan. 7. 13. G Gen. 15. 17. 2 Theſ. 2. 8. Matth. 3. 12. Luc. 3. 18. † *erunt*

CAPVT LVII.

*Quemadmodum iudicabuntur qui à Marcione * ſunt.*

EXaminabit autem & doctrinam Marcionis, quomodo accipiat duos deos eſſe infinita diſtantia ſeparatos ab inuicem. Vel quemadmodum bonus erit, qui alienos homines abſtrahit ab eo qui fecit, & ad ſuum aduocat regnum, & quare bonitas eius † defecit, non omnes ſaluans, & quare circa homines quidem bonus videtur, in ipſum autem qui fecit homines, iniuſtiſſimus, auferens ab eo quæ ſunt eius. Quomodo autem iuſtè Dominus, ſi alterius patris exiſtit, huius conditionis, quæ eſt ſecundùm nos, accipiens, panem, ſuum corpus eſſe confitebatur, & temperamentum calicis ſuum ſanguinem confirmauit? Et quare ſe Filium hominis confitebatur, ſi non eam quæ ex homine eſt, generationem ſuſtinuiſſet? Quemadmodum autem & peccata nobis dimittere poterat, quæ nos noſtro debeamus factori & Deo? Quomodo autem & cùm caro non eſſet, ſed cùm pareret quaſi homo, crucifixus eſt, & è latere eius puncto, ſanguis exiit & aqua? Quod autem corpus ſepelierunt ſepultores, & quid illud erat quod ſurrexit à mortuis?

† *deficit* Matt. 26. Luc. 22. Mar. 14. H Ioan. 19. 34.

CAPVT LVIII.

Quomodo iudicabuntur qui ſunt à Valentino, & reliqui Gnoſtici.

IVdicabit autem & eos qui ſunt à Valentino omnes, quia lingua quidem confitentur vnum Deum Patrem, & ex hoc omnia, ipſum autem qui † fecerit omnia, defectionis ſiue Labis fructum eſſe dicunt: & vnum Do-

† *fecit*

minum Ieſum Chriſtum Filium Dei ſimiliter linguâ confitentes, propriam quidem emiſſionem ſententiâ ſuâ Vnigenito donantes, propriam verò Verbo, & alteram Chriſto, alteram verò Saluatori: ita vt ſecundùm eos dicantur quidem omnia eſſe quaſi vnum, vnumquemque autem ipſorum ſeparatim intelligi, & propriam habere emiſſionem, ſecundùm ſuam conjugationem. Linguas itaque eorum, videlicet ſolas, in vnitatem ceſſiſſe, ſententiam verò eorum & ſenſum, quæ profunda ſunt ſcrutari, decidentem ab vnitate, incidere in multiforme Dei iudicium, cùm de his quæ ſibimetipſi adinuenerunt interrogabuntur à Chriſto: quem & poſtea natum, quam Pleroma Æonum dicunt, & emiſſionem eius poſt diminutionem ſiue defectionem, & propter eam paſſionem quæ facta eſt in Sophia, ſemetipſos obſtetricatos eſſe affirmant. Accuſabit autem eos Homerus proprius ipſorum † Poëta, à quo erudiri talia inuenerunt, ipſo dicente hæc, inimicus eſt enim ille mihi ſimiliter atque fores inferorum qui aliud quidem abſcondit in corde ſuo, aliud autem narrat.

CAPVT LIX.

Quemadmodum iudicabuntur Ebionitæ.

IVdicabit autem & vaniloquia prauorum Gnoſticorum, Simonis eos magi diſcipulos oſtendens. Iudicabit autem & Ebionitas. Quomodo poſſunt ſaluari, niſi Deus eſt qui ſalutem illorum ſuper terram operatus eſt? Et quemadmodum homo tranſiet in Deum, ſi non Deus in hominem?

Quemadmodum autem relinquet mortis generatio-
nem, ſi non in nouam generationem mirè & inopinatè
à Deo, in ſignum autem ſalutis datam, quæ eſt ex Virgi-
1. ne per fidem regenerationem? Vel quam adoptionem
accipient à Deo, permanentes in hac geneſi, quæ eſt ſe-
2. cundùm hominem in hoc mundo? Quomodo autem
1. pluſquam Salomon, aut pluſquam Iona habebat, & Do-
2 minus erat Dauid, qui eiuſdem cum ipſis fuit ſubſtantiæ?
Quomodo autem eum qui aduerſus homines fortis erat, qui non ſolùm vicit hominem, ſed & detinebat eum ſub ſua poteſtate, deuicit, & eum quidem qui vicerat, vicit; eum verò qui victus fuerat, hominem dimiſit, niſi ſuperior fuiſſet eo homine qui fuerat victus? Melior autem eo homine, qui ſecundùm ſimilitudinem Dei factus eſt, & † præcellentior, quiſnam ſit alius niſi Filius Dei, ad cuius ſimilitudinem factus eſt homo? Et propter hoc in finem ipſe oſtendit ſimilitudinem, Filius Dei factus eſt homo, antiquam plaſmationem in ſemetipſum ſuſcipiens, quemadmodum † diximus in eo libro qui eſt hoc ſuperior.

CAPVT LX.

Quemadmodum iudicabuntur qui putatiuè dicunt † Deum manifeſtatum.

IVdicabit autem & eos, qui putatiuum inducunt. Quemadmodum enim ipſi verè ſe putant diſputare, quando magiſter eorum putatiuus fuit? Aut quemadmodum firmum quid habere poſſunt ab eo, ſi putatiuus, & non veritas erat? Quomodo autem ipſi ſalutem verè participare poſſunt, ſi ille, in quem credere ſe dicunt, ſemetipſum putatiuum oſtendebat? Putatiuum eſt igitur, & non veritas; omnia apud eos: & nunc iam quæretur, nec fortè cùm & ipſi homines non ſint, ſed muta animalia, hominum vmbras apud plurimos † proferant.

CAPVT LXI.

Quemadmodum iudicabuntur Pſeudoprophetæ.

IVdicabit autem & Pſeudoprophetas, qui non accepta à Deo prophetica gratia, nec Deum timentes, ſed aut propter vanam gloriam, aut ad quæſtum aliquem, aut aliter ſecundùm operationem mali ſpiritus, fingunt ſe prophetare, mentientes aduerſus Deum. E

CAPVT LXII.

Quemadmodum iudicabuntur qui ſchiſmata operantur, & omnes qui ſe ſegregant ab Eccleſia. F

IVdicabit autem & eos qui ſchiſmata operantur, qui ſunt † immanes, non habentes Dei dilectionem, ſuamque vtilitatem potius conſiderantes, quàm vnitatem Eccleſiæ, & propter modicas & quaſlibet cauſas magnum & glorioſum corpus Chriſti conſcindunt & diuidunt, & quantum in ipſis eſt, interficiunt, pacem loquentes, & bellum operantes, verè liquantes culicem, & camelum tranſglutientes. Nulla enim ab eis tanta poteſt fieri correptio, quanta eſt ſchiſmatis pernicies. Iudicabit autem & omnes eos qui ſunt extra veritatem, id eſt, qui ſunt extra Eccleſiam: ipſe autem à nemine iudicabitur. Omnia enim ei conſtant, & in vnum Deum omnipotentem, ex quo omnia; fides integra, & in Filium Dei Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum, per quem omnia, & diſpoſitionis eius, per quem factus eſt homo filius Dei, ſententia firma, quæ eſt in Spiritu Dei, qui præſtat agnitionem veritatis, qui diſpoſitiones Patris & Filij expoſuit, ſecundùm quas aderat generi humano, quemadmodum vult Pater. G

† *inanes*

Matt.23.24.

CAPVT LXIII.

Quemadmodum omnia conſtant ei, qui eſt Eccleſiaſticus.

AGnitio vera eſt Apoſtolorum doctrina, & antiquus Eccleſiæ ſtatus, in vniuerſo mundo, & character corporis Chriſti, ſecundùm ſucceſſiones Epiſcoporum, quibus illi eam, quæ in vnoquoque loco eſt, Eccleſiam tradiderunt, quæ peruenit vſque ad nos, cuſtodita ſine fictione Scripturarum tractatione pleniſſima, neque additamentum neque ablationem recipiens, & lectio ſine falſatione, & ſecundùm Scripturas expoſitio legitima & diligens, & ſine periculo, & ſine blaſphemia, & præcipuum dilectionis munus, quod eſt pretioſius quàm agnitio, glorioſius autem quàm prophetia, omnibus autem reliquis chariſmatibus ſupereminentius. H

1.Cor.13.8.&13.

CAPVT LXIV.

Oſtenſio quod Eccleſia non tantum perfectam habeat dilectionem, ſed quoniam & Spiritus Dei ſuper eam requieſcit, quod ab vno & eodem Deo Prophetæ & Chriſtus.

QVapropter Eccleſia omni in loco ob eam, quam habet erga Deum dilectionem, multitudinem martyrum in omni tempore præmittit ad Patrem: reliquis

autem

A autem omnibus non tantùm habẽtibus hanc rem oſten-
dere apud ſe, ſed neque quidem neceſſarium eſſe dicen-
tibus tale martyrium eſſe eorum, martyrium verum
ſecundum ſententiam eorum: niſi ſi vnus aut duo ali-
quando, per omne tempus, ex quo Dominus apparuit
in terris, cum martyribus noſtris, quaſi & ipſe miſeri-
cordiam conſequutus, opprobrium ſimul bajulauit no-
Matt.5.10. minis, & cum eis ductus eſt velut adjectio donata eis.
Opprobrium enim eorum, qui perſequutionem patiun-
tur propter iuſtitiam, & omnes pœnas ſuſtinent, &
mortificantur propter eam quæ eſt erga Deum dilectio-
nem, & confeſſionem Filij eius, ſola Eccleſia purè ſuſti-
net, ſæpè debilitata, & ſtatim augens membra, & inte-
Gen.19.26. gra fiens. Quemadmodum & typus eius, quæ fuit illius
Lot ſalis figmentum: ſimiliter vt veteres Prophetæ ſuſti-
nentes perſequutionem, quemadmodum Dominus ait:
Matth.5.12. Sic enim perſequuti ſunt Prophetas, qui ante vos fue-
runt, quoniam nouè quidem, ſed idem Spiritus requieſ-
B cens ſuper eam, ab his qui non recipiunt Verbum Dei,
perſequutionem patitur.

CAPVT LXV.

† *Quomodo Prophetæ omnia prædixerunt quæcunque Chriſtus operatus eſt.* († Quoniam.)

QVod quidem, Prophetæ cum reliquis, quæ pro-
phetabant, & hoc prophetauerunt, quoniam ſu-
per quoſcunque requieuerit Spiritus Dei, & obediue-
Matt.23.4. rint verbo Patris, & ſecundùm virtutem ſeruierint ei,
perſecutionem patiuntur, & lapidabuntur, & occiden-
tur. In ſemetipſis enim hæc omnia præfigurabant Pro-
phetæ, propter dilectionem Dei, & propter verbum
eius.

C

CAPVT LXVI.

* *Quomodo Prophetæ membra Chriſti ſunt, & quemadmodum vnuſquiſque eorum, ſecundùm quod erat membrum, ſecundùm hoc & prophetauit: & quoniam omnia quæ Prophetæ prædixerunt, Chriſtus * impleuit.* († Quoniam; † adimpleuit)

CVm enim & ipſi membra eſſent Chriſti, vnuſquiſque
eorum ſecundùm quod erat membrum, ſecundùm
hoc & prophetationem manifeſtabat, omnes & multi
vnum præformantes, & ea quæ ſunt vnius, annuntian-
tes. Quomodo enim per noſtra membra operatio qui-
dem vniuerſi corporis oſtenditur, figura autem totius
D hominis per vnum membrum non oſtenditur, ſed per
omnia, ſic & prophetæ omnes quidem vnum præfigu-
rabant, vnuſquiſque autem eorum ſecundùm quod erat
membrum, ſecundùm hoc & diſpoſitionem adimple-
bat, & eam quæ ſecundùm illud membrum erat ope-
rationem Chriſti prophetabat. Quidam enim in gloria
Pſal.109. videntes eum, glorioſam eius apud Patrem à dextris
Daniel 7.13.&14. conuerſationem videbant; alij ſuper nubes quemadmo-
Matt.24.30. dum Filium hominis venientem, & dicentes de eo, Vi-
debunt in quem compunxerunt, aduentum eius ſignifi-
Zach.12.10. cabant, de quo ipſe ait: Putas, cùm Filius hominis ve-
Luc.18.8. nerit, inueniet fidem ſuper terram? De quo & Paulus
2. Theſſ.1.6. ait: Si tamen iuſtum eſt apud Deum, retribuere eis qui
tribulant nos, tribulationem; & vobis qui tribulamini,
requiem nobiſcum in reuelatione Domini Ieſu de cœlo
cum Angelis virtutis eius, & in flamma ignis. Alij
Matth.3.12. verò iudicem dicentes eum & diem Domini tanquam
clibanum ardentem, qui colligit triticum in horrea, pa-
Matt.13. leas autem comburet igni inextinguibili: comminaban-
tur eis, qui increduli erant, de quibus & ipſe Dominus E
ait: Abite à me maledicti in ignem æternum, quem
præparauit Pater meus Diabolo & Angelis eius. Et Apo- Matt.25.41.
ſtolus ſimiliter ait: Qui pœnas dabunt interitus æternas 2. Theſſ.1.9.
à facie Domini, & à gloria virtutis eius, cùm venerit
glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri, his qui
credunt in eum.

Et qui dicunt, Specioſus forma præ filiis hominum, Pſ.44.2.
&, Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſor- *Regnum eius*
tibus tuis, &, Accingere gladium tuum, potentiſſime,
circa femur tuum, &, Specie tua, & pulchritudine
tua, intende proſperè, procede, & regna, propter ve-
ritatem & manſuetudinem & iuſtitiam: & quæcunque
alia talia dicta ſunt de eo, eam quæ eſt in regno ſpe-
ciem eius & decorem, & exultationem ſupercoruſcan-
tem, & † ſupereminentem omnibus qui regenerantur † *ſupereminentiorem*
ſub ipſo, ſignificabant, vt qui audiunt, concupiſcerent
ibi inueniri, placentia facientes Deo. Qui iterum di- F
centes: Homo eſt, & quis cognoſcet eum? & † Veni † *Venit*
ad Prophetam, & peperit filium, & vocatur nomen Iſa 9.6.
eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis. Iſaiæ 8.3.

Et qui eum ex Virgine Emmanuel prædicabant, adu- Iſa.9.6.
nitionem Verbi Dei ad plaſma eius manifeſtabant, quo-
niam Verbum caro erit, & Filius Dei, filius hominis,
purus purè puram aperiens vuluam eam, quæ regenerat
homines in Deum, quam ipſe puram fecit, & hoc fa-
ctus, quod & nos, Deus fortis, & inenarrabile habet
genus. Et qui dicunt, Dominus in Sion locutus eſt, &
de Hieruſalem dedit vocem ſuam, &, Notus in Iudæa
Deus, qui in Iudæa aduentum eius ſignificabant. Qui au- Pſal.75.1.
tem rurſus dicunt ab Africo venire Deum, & de monte Abac.3.
vmbroſo & condenſo, aduentum eius, qui eſt ex Beth-
lehem, dicebant: quemadmodum oſtendimus in eo li-
bro, qui eſt ante hunc. Vnde & is qui præeſt, & paſcit
populum Patris ſui, venit.

Qui autem dicunt aduentum eius, quemadmodum
ceruus claudus ſaliet, & plana erit lingua mutorum, &
apertentur oculi cæcorum, & aures ſurdorum audient, G
& manus † reſolutæ, & genua debilia firmabuntur, & † *diſſoluta*
reſurgent qui in monumentis mortui ſunt, &, Ipſe in
firmitates noſtras accipiet, & languores portabit: eas Iſa.35.6.
quæ ab eo curationes fiebant annuntiauerunt. Quidam Iſa.53.5.
autem hominem infirmum & inglorioſum, & ſcientem Zac.9.9.
ferre infirmitatem, & ſedentem ſuper pullum aſini, ven- Iſa.53.7.
turum Hieroſolymam, & dorſum ſuum ponentem ad Pſ.68.15.
flagella, & maxillas ſuas ad palmas, & quemadmodum
ouem adduci ad victimam, & aceto & felle potari, &
ab amicis, & ab his qui proximi ſunt derelinqui, & ex
tendentem manus per totam diem, & ab eis qui eum
intuebantur, ſubſannari & maledici, & partiri veſtimen- Pſ.21.19.
ta eius, & ſuper veſtimentum eius mitti ſortem, & in
† limen mortis deductum, & omnia talia: eum qui ſe- † *limum*
cundùm hominem eſt aduentum eius, ſicut intrauit Hie-
roſolymam, in qua & paſſus, & crucifixus ſuſtinuit
omnia quæcunque ſunt prædicta, prophetabant. Alij
autem dicentes, Rememoratus eſt Dominus ſanctus mor- H
tuorum ſuorum, qui † prædormierunt in terra limi, & † *prædormierant*
deſcendit ad eos vti erigeret, ad ſaluandum illos: cau-
ſam reddiderunt, propter quam paſſus eſt hæc omnia.
Qui autem dixerunt: In illa die dicit Dominus: Occi- Amos 8.9.
det ſol meridie, & erunt tenebræ ſuper terram in die lu-
cis, & conuertam dies feſtos veſtros in luctum, &
vniuerſa cantica veſtra in lamentationem: eum occaſum
ſolis, qui crucifixo eo fuit ab hora ſexta, manifeſtè an-
nuntiauerunt, & quia poſteaquam hoc factum eſt, hi
qui ſecundùm Legem erant dies feſti eorum & cantica, Matt.27.45.
in luctum & lamentationem eorum conuerterentur, cùm
inciperent tradi gentibus. Adhuc etiam manifeſtius hoc
idem & Hieremias oſtendit, ſic dicens de Hieruſalem: Ier.15.9.
Exinanita eſt quæ parit, tæduit anima eius, occidit ſol
ei, cum adhuc medius dies eſſet, confuſa eſt, & impro-
perium paſſa eſt, reliquos eorum in gladium dabo in
conſpectu inimicorum eorum. Qui autem dixerunt eum Pſal.3.5.
dormiſſe, & ſomnum cepiſſe, & reſurrexiſſe, quoniam Pſ.23.7.
Dominus † ſuſcepit eum & præcipientes principibus † *ſuſcepiſſet*

A cœlorum aperire æternas portas, vt introeat rex gloriæ,
reſurrectionem eius, quæ eſt ex mortuis per Patrem, &
receptionem in cœlos præconauerunt. In eo autem quod
18. 9. dixerunt, A ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus
eius vſque ad ſummum cœli, & non eſt qui ſe abſcondat
à calore eius, quoniam illuc aſſumptus eſt, vnde & de-
ſcendit, & non eſt qui iuſtum iudicium eius effugiat. Id-
ipſum annuntiabant &, dicebant, Dominus regnauit,
-8. 1. iraſcantur populi, qui ſedes ſuper Cherubim, commoueа-
tur terra. Partim quidem eam, quæ poſt aſſumptionem
eius facta eſt ſuper eos, qui in eum crediderunt iam ab
omnibus populis, & motum vniuerſæ terræ aduerſus
Eccleſiam prophetabant: partim autem veniente eo de
cœlis cum Angelis virtutis eius, commoueri vniuerſam
terram, quemadmodum ipſe ait: Erit terræ motus ma-
gnus, qualis non eſt factus ab initio. Et ruſus in eo cum
t. 24. dicit: Quiſquis iudicatur, ex aduerſo adſtet; & quiſquis
iuſtificatur, appropinquet puero Dei. Et: Væ vobis,
3 quoniam omnes veteraſcetis ſicut veſtimentum, & tinea
101. comedet vos, & humiliabitur omnis caro, & exaltabi-
c 51. tur Dominus ſolus in altiſſimis: ſignificatur quoniam
poſt paſſionem & aſſumptionem, omnes qui contra eum
fuerunt, ſub pedibus eius ſubiiciet Deus, & ipſe ſuper
omnes exaltabitur, & nemo erit qui iuſtificetur aut
1. 38. comparetur ad eum. Et qui dicunt diſpoſiturum Deum
:h. Teſtamentum nouum hominibus, non quemadmodum
-6. diſpoſuit patribus in monte Choreb, & cor nouum &
: 43. ſpiritum dare hominibus: & ruſus, Antiqua nolite re-
putare: ecce facio noua, quæ nunc orientur, & ſcietis:
& faciam in deſerto viam, & in terra inaquoſa, flumina
ad potandum genus electum populum meum quem ac-
h. 9. quiſiui, vt virtutes meas enarret, quæ eſt noui Teſtamen-
ti libertas, hanc manifeſtè annuntiabant, & nouum vi-
num, quod in nouos vtres mittitur per fidem quæ eſt in
Chriſto, quam annuntiauit ortam in eremo viam iuſti-
tiæ, & in terra inaquoſa flumina Spiritus ſancti, adaqua-
te genus electum Dei, quod acquiſiuit, vt virtutes eius
enarrentur; ſed non vt blaſphemarent eum, qui hæc fe-
cit Deus, & reliqua omnia quæcunque per tantam ſeriem
Scripturæ demonſtrauimus Prophetas dixiſſe, ſpiritalis
verè qui eſt, interpretabitur vnumquodque eorum, quæ
dicta ſunt, in quem dictum ſit characterem diſpoſitionis
Domini, & integrum corpus operis Filij Dei oſtendens,
ſemper eundem Deum ſciens: & ſemper eundem Ver-
bum Dei cognoſcens, etiam ſi nunc nobis manifeſtatus
eſt; & ſemper eundem Spiritum Dei cognoſcens, etiam
ſi in nouiſſimis temporibus nouè effuſus eſt in nos, & à
conditione mundi vſque ad finem in ipſum humanum
genus ex quo qui credunt Deo, & ſequuntur verbum
eius, percipiunt eam quæ eſt ab eo ſalutem. Qui verò
abſcedunt ab eo, & contemnunt præcepta eius, & per
opera ſua inhonorant eum qui ſe fecit, & ſententia ſua
blaſphemant eum qui ſe alit, iuſtiſſimum aduerſus ſe
coacervant iudicium.

Hic igitur examinat omnes, ipſe verò à nemine exa-
minatur, neque Patrem ſuum blaſphemans, neque di-
ſpoſitiones eius fruſtrans, neque Patres accuſans, neque
Prophetas exhonorans, aut ab alio Deo dicens eos, aut
iterum ex alia & alia ſubſtantia fuiſſe prophetias. Dice-
mus autem aduerſus omnes hæreticos, & primò quidem
aduerſus eos qui ſunt à Marcione, & aduerſus eos qui
ſunt ſimiles illis, ab altero Deo dicentes eſſe Prophetas,
Legite diligentius id quod ab Apoſtolis eſt Euangelium
nobis datum, & legite diligentius Prophetas, & inue-
nietis vniuerſam actionem, & omnem doctrinam, &
omnem paſſionem Domini noſtri † prædicatam in ipſis.

CAPVT LXVII.

Aduerſus eos qui dicunt, quid noui veniens attulit Chriſtus.

SI autem ſubit vos huiuſmodi ſenſus vt dicatis: Quid
igitur noui Dominus attulit veniens? Cognoſcite quo-
niam omnem nouitatem attulit, ſemetipſum afferens, qui E
fuerat annuntiatus. Hoc enim ipſum prædicabatur, quo-
niam nouitas veniet innouatura & viuificatura homi-
nem. Regis enim aduentus ab his quidem, qui mittun-
tur ſeruis, prænuntiatur propter apparatum, & expedi-
tionem eorum qui incipient ſuſcipere ſuum Dominum.
Cùm autem venit rex, & illi prænuntiato gaudio adim-
pleti ſunt, qui ſunt ſubiecti, & perceperunt eam, quæ
eſt ab eo libertatem, & participant † viſionem eius, & † viſione
audierunt ſermones eius, & fruiti ſunt muneribus ab eo;
non iam requiretur, quid noui attulit rex ſuper eos, qui
annuntiauerunt aduentum eius, apud eos videlicet qui
ſenſum habent. Semetipſum enim attulit, & ea quæ
prædicta ſunt bona, in quæ concupiſcebant Angeli in- 1. Pet. 1. 12.
tendere, & donauit hominibus. Tunc autem fuiſſent ſerui
mendaces, & non à Domino miſſi, ſi non Chriſtus adue-
niens talis, qualis & prædicabatur, adimpleſſet eorum
ſermones. Quapropter dicebat: Ne putetis quoniam veni Matth. 5. 17.
ſoluere Legem aut Prophetas. Non veni ſoluere, ſed F
adimplere. Amen enim dico vobis, donec pertranſeat
cœlum & terra, iota vnum, aut vnus apex non tranſiet
à Lege & Prophetis, quoadvſque omnia fiant. Omnia
enim ipſe adimpleuit veniens, & adhuc implet in Eccle-
ſia vſque ad conſummationem à Lege prædictum nouum
Teſtamentum. Quemadmodum & Paulus Apoſtolus eius
ait in ea quæ eſt ad Romanos: Nunc autem ſine Lege iu- Rom. 1. 17.
ſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à Lege & Prophetis. Abac. 2. 4.
Iuſtus enim ex fide viuet. Hoc autem quoniam iuſtus ex
fide viuet, per Prophetas prædictum fuerat.

Vnde autem poterant prædicere Prophetæ regis
aduentum, & eam libertatem quæ ab eo dabatur, præ-
euangelizare, & omnia quæ à Chriſto facta ſunt & à
† ſermone & operatione, & paſſionem eius prænuntiare, † ſermonem & operationem
& nouum Teſtamentum † prædicare, ſi ab altero Deo † prædicare
propheticam inſpirationem acceperunt, ignorantes ine-
narrabilem Patrem ſecundùm vos, & regnum eius, &
diſpoſitiones eius, quas Filius Dei veniens in terris im-
pleuit, præſtabit in nouiſſimo dierum? Caſu quodam G
hæc eueniſſe non poteſtis dicere, tanquam a Prophetis
quidem de altero quodam dicta, ſimiliter autem euene-
runt Domino. Omnes enim Prophetæ hæc eadem pro-
phetauerunt: ſed neque alicui ex veteribus euenerunt.
Si enim eueniſſent alicui ex veteribus iſta, non vtique
qui poſtea fuerunt, prophetaſſent in nouiſſimis tempori-
bus affutura hæc. Adhuc etiam nemo eſt neque Patrum,
neque Prophetarum, neque antiquorum Regum, circa
quem propriè ac ſpecialiter factum ſit aliquid horum.
Nam omnes quidem Chriſti paſſiones prophetauerunt,
ipſi autem ad patiendum ſimiliter vt ipſa prædicta ſunt,
longè erant. Et argumenta autem quæ prædicta ſunt Do-
minicæ paſſionis in nullo altero facta ſunt. Neque enim Matt. 27.
ſol medio die occidit aliquo de veteribus mortuo, neque
ſciſſum eſt velum templi, neque terra mota eſt, neque
petræ diſruptæ ſunt, neque mortui ſurrexerunt, neque
in tertia die quis illorum ſurrexit, neque receptus eſt in Marc. 16.
cœlum, neque cùm aſſumeretur, aperti ſunt cœli, ne- H
que in nomen alicuius alterius crediderunt gentes, ne-
que quis ex eis mortuus & reſurgens, aperuit nouum li-
bertatis Teſtamentum. Non igitur de altero, ſed de Do-
mino, in quem † concurrerunt omnia prædicta ſigna, † concurrunt
dicebant Prophetæ.

Si autem aliquis Iudæis aduocationem præſtans, per
erectionem templi, quæ poſteaquam in Babylonem
tranſmigrauerunt, facta eſt ſub Zorobabel, & diſceſſio- 1. Eſdræ 5.
nem populi, quæ facta eſt poſt ſeptuaginta annos, dicat
hoc eſſe nouum Teſtamentum, cognoſcat quoniam la-
pideum quidem templum reſtitutum eſt tunc: (adhuc
enim illa quæ in lapideis tabulis facta fuerat, Lex ſerua-
batur) nouum autem Teſtamentum datum eſt nullum,
ſed ea Lege quæ per Moyſem data eſt, vtebantur vſque
ad aduentum Domini; à Domini autem aduentu nouum
Teſtamentum ad pacem reconcilians, & viuificatrix Lex
in vniuerſam exiuit terram, quemadmodum dixerunt
Prophetæ, Ex Sion enim † procedet Lex, & verbum Iſa. 2. 3.
Domini de Hieruſalem, & arguet populum multum, & † prodit

concident

concident gladios ſuos in aratra, & lanceas ſuas in falces, & iam non diſcent pugnare. Si igitur alia Lex, & verbum exiens ab Hieruſalem, tantam pacem fecit apud eas gentes, quæ eum receperunt, & per eas arguit imprudentiæ multum populum, videtur conſequens de altero dixiſſe Prophetas. Si autem libertatis Lex, id eſt, . 1.
verbum Dei, ab Apoſtolis, qui ab Hieruſalem exierunt, annuntiatum eſt vniuerſam terram in tantam transmuta-
3. tionem fecit, quòd gladios & lanceas bellatorias in ara-
1.5. tra fabricauerunt ipſi, & in falces quæ donauit ad metendum frumentum in organa pacifica demutauerunt, & iam neſciunt pugnare, ſed percuſſi & alteram præbent maxillam; non de aliquo alio Prophetæ dixerunt hæc, ſed de eo qui fecit ea. Hic autem eſt Dominus noſter, & in hoc eſt ſermo verus, quoniam ipſe eſt qui aratrum fecit, & falcem intulit, hoc eſt, hominis primam ſeminationem, quæ fuit ſecundùm Adam plaſmatio, & in nouiſſimis temporibus per Verbum collectam fructificationem: & propter hoc quod initium fini coniungebat, vtrorumque Dominus exiſtens, in fine quidem aratrum oſtendit lignum copulatum ferro, & ſic eius expurgauit terram, quoniam firmum Verbum adunitum carni, & habitu tali confixus, emundauit ſylueſtrem terram. Initio autem falcem figurabat per Abel, ſignificans iuſti generis
r. humanam collectionem. Vide enim (inquit) quomodo iuſtus perit, & nemo intuetur, & viri iuſti tolluntur, & nemo excipit corde. Hæc autem in Abel quidem præmeditabantur, in Prophetis, verò præconabantur, in Domino autem perficiebantur, & in nobis autem idipſum eſt, conſequente corpore ſuum caput.

CAPVT LXVIII.

Aduerſus eos qui dicunt quædam à ſummitate dixiſſe Prophetas, quædam verò à mundi fabricatore.

ET aduerſus eos quidem, qui ab alio Deo Prophetas dicunt, ab altero autem Patre Dominum noſtrum, talia ſunt apta, ſi quo modo tandem quieſcant à tanta irrationabilitate. Propter hoc enim & laboramus eas, quæ ſunt ex Scripturis adhibere oſtenſiones, vt ipſis ſermonibus confutantes eos, quantum in nobis eſt, cohibeamus eos à grandi blaſphemia, & à multorum deorum dementi fabricatione.

CAPVT LXIX.

tu *Quemadmodum* de his ipſis dictis diſcrepant à ſemetipſis, qui ſunt à Valentino.*

ADuerſus eos autem qui ſunt à Valentino, & reliquos falſi nominis Gnoſticos, qui aliquando quidem à ſummitate: quædam eorum, quæ ſunt in Scripturis poſita, dicta dicunt, propter ſemen quod eſt inde: aliquando autem à medietate propter matrem prunicam audacem: multa verò à mundi fabricatore, à quo & miſſi ſunt Prophetæ, dicimus valde irrationabile eſſe in tantum inopiæ deducere Patrem vniuerſorum, quaſi non habuerit ſua inſtrumenta, per quæ purè ea quæ ſunt in Pleromate, annuntiaret eum. Quem enim timebat, vt non liberè & ſine commixtione eius ſpiritus, qui eſt in diminoratione & ignorantia factus, propriè ac ſeparatim ſignificaret voluntatem ſuam. An timebat ne plurimi ſaluarentur, cùm plures purè audiſſent ea, quæ ſunt veritatis. An rurſus impotens erat ipſe ſibi præparare eos qui aduentum Saluatoris prænuntiarent: Si autem cùm hoc veniſſet Saluator, ſuos Apoſtolos miſit in mundum, purè aduentum eius annuntiantes, & voluntatem Patris docentes, in nullo communicantes neque Gentium, neque Iudæorum doctrinæ, multo magis in Pleromate exiſtens, prædicatores proprios deſtinaſſet, annuntiantes in hunc mundum futurum aduentum eius, in nullo communicantes iis Prophetis, qui ſunt à Demiurgo. Si autem, cùm eſſet intra pleroma, vſus eſt iis Prophetis, qui erant ſecundùm Legem, & per eos oſtendit, quæ ſunt ſua, multò magis cùm hic veniſſet, his ipſis vſus fuiſſet magiſtris, & per eos annuntiaſſet nobis Euangelium. Iam igitur non Petrum & Paulum, & reliquos Apoſtolos dicant annuntiaſſe veritatem, ſed Scribas & Matt. 28.
Phariſæos, & reliquos per quos Lex annuntiabatur. Si Marc. 16.
autem ſuos in ſuo aduentu proprios Apoſtolos emiſit in Actor. 1.
ſpiritu veritatis, & non in ſpiritu erroris, hoc idem ipſum in Prophetis fecit. Semper enim idipſum Verbum Dei: & ſi quidem de principalitate Spiritus fuit, ſecundùm regulam ipſorum, ſpiritus lucis, & Spiritus veritatis, & Spiritus perfectionis, & Spiritus agnitionis: is verò qui à Demiurgo fuit Spiritus ignorantiæ, & diminutionis, & erroris vmbræ progenies. Quemadmodum in vno & eodem potuit eſſe perfectio, & diminutio, agnitio & ignorantia, error & veritas, lux & tenebræ? Si autem in Prophetis impoſſibile erat †hoc ita eſſe, ſed ab vno † *hæc*
Deo Verbum Domini præconabant, & aduentum Filij eius annuntiabant, multo magis Dominus ipſe nunquam modò quidem de principali, modò verò de ſubiecta diminoratione feciſſet ſermones, & agnitionis & ignorantiæ ſimul factus magiſter. Nec vnquam modò quidem mundi fabricatorem: modò autem eum, qui ſuper hunc eſt, glorificaret Patrem, quemadmodum ipſe ait: Ne- Matt. 19.
mo immittit commiſſuram veſtimenti noui in veſtimen- 18.
tum vetus, nec mittunt vinum nouum in vtres veteres. Igitur aut omni modo & ipſi abſtineant ſe à Prophetis, tanquam à veteribus; & non dicant eos ab ea nouitate, quæ ſecundùm principalitatem eſt quædam dixiſſe, præmiſſos à Demiurgo: aut rurſus arguentur à Domino dicente, nouum vinum non mitti in vtres veteres.

Vnde autem ſemen matris ipſorum poterat cognoſcere ea, quæ erant intra Pleroma ſacramenta, & de his eloqui? Si quidem extra Pleroma exiſtens, mater, peperit hoc ipſum ſemen, quod autem extra Pleroma eſt, & extra agnitionem eſſe dicunt, quod eſt ignorantia. Quomodo igitur id, quod erat ignorantia, ſemen conceptum, agnitionem annuntiare poterat? Aut quemadmodum ipſa mater, ea quæ erant Pleromatis cognoſcebat ſacramenta, informis & infigurata quaſi abortiuum proiecta foras, & ibi aptata & formata, & ab Horo prohibita interius ingredi, & vſque ad conſummationem extra Pleroma perſeuerans, id eſt, extra agnitionem, Rurſus autem paſſionem Domini typum eſſe dicentes extenſionis Chriſti ſuperioris, quam extenſus Horon formauit eorum matrem, in reliquis arguuntur, iam non habentes ſimilitudinem, typum oſtendere: Vbi Ioan. 19.
enim ſurſum Chriſtus aceto & felle potatus eſt? aut vbi 36.
diuiſa ſunt veſtimenta eius, aut vbi punctus eſt, & exi- Pſ. 68. 22.
uit ſanguis & aqua? aut vbi guttas ſanguinis ſudauit? Et Pſal. 21.
reliqua quæcunque Domino acciderunt, de quibus dixerunt Prophetæ. Vnde ergo de iis quæ tunc quidem nondum venerant, incipiebant autem euenire, aut mater aut ſemen eius diuinauit?

Adhuc etiam ſuper hæc dicunt quidem à principalita- *Serum*
te quædam dicta, confutati ab iis, quæ in Scripturis de *pugnant*
Chriſti aduentu referuntur. Quæ autem ſint hæc, non *Gnoſtici.*
iam vnum ſentiunt, ſed alij alia de his ipſis reſpondent. Si quis enim experimentum eorum volens accipere, ſeparatim interroget de aliquo ſermone eos, qui excellentes ſint apud eos, inueniet alium quidem dicentem de Propatore, id eſt, de Bytho eſſe id, quod interrogetur. Alium verò de initio omnium, id eſt de Vnigenito. Alterum verò de Patre omnium, hoc eſt, de Verbo. Alter rurſus dicet, de vno Æone eorum, qui ſunt in Pleromate Æones dici. Alij autem de Chriſto, & alius de Saluatore. Qui autem illorum peritior eſt, poſtea quam multum tacens protraxerit, de Horo ait, dictum eſſe. Alius verò eam quæ eſt intra plenitudinem, Sophiam ſignificari. Alius verò illam quæ extra plenitudinem eſt, Matrem annuntiari. Et alius mundi fabricatorem Deum dicet.

1 cœlorum aperite æternas portas, vt introeat rex gloriæ,
reſurrectionem eius, quæ eſt ex mortuis per Patrem, &
receptionem in cœlos præconauerunt. In eo autem quod
8.9. dixerunt, A ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus
eius vſque ad ſummum cœli, & non eſt qui ſe abſcondat
à calore eius, quoniam illuc aſſumptus eſt, vnde & de-
ſcendit, & non eſt qui iuſtum iudicium eius effugiat. Id-
ipſum annuntiabant & dicebant, Dominus regnauit,
3.1. iraſcantur populi, qui ſedes ſuper Cherubim, commoueatur
tur terra. Partim quidem eam, quæ poſt aſſumptionem
eius facta eſt ſuper eos, qui in eum crediderunt iram ab
omnibus populis, & motum vniuerſæ terræ aduerſus
Eccleſiam prophetabant: partim autem veniente eo de
cœlis cum Angelis virtutis eius, commoueri vniuerſam
terram, quemadmodum ipſe ait: Erit terræ motus ma-
gnus, qualis non eſt factus ab initio. Et rurſus in eo cum
.14. dicit: Quiſquis iudicatur, ex aduerſo adſtet; & quiſquis
iuſtificatur, appropinquet puero Dei. Et: Væ vobis,
quoniam omnes veteraſcetis ſicut veſtimentum, & tinea
101. comedet vos, & humiliabitur omnis caro, & exaltabi-
: 51. tur Dominus ſolus in altiſſimis: ſignificatur quoniam
poſt paſſionem & aſſumptionem, omnes qui contra eum
fuerunt, ſub pedibus eius ſubiiciet Deus, & ipſe ſuper
omnes exaltabitur, & nemo erit qui iuſtificetur aut
1.38. comparetur ad eum. Et qui dicunt diſpoſiturum Deum
h. Teſtamentum nouum hominibus, non quemadmodum
6. diſpoſuit patribus in monte Choreb, & cor nouum &
43. ſpiritum dare hominibus: & rurſus, Antiqua nolite re-
putare: ecce facio noua, quæ nunc orientur, & ſcietis:
& faciam in deſerto viam, & in terra inaquoſa, flumina
ad potandum genus electum populum meum quem ac-
h.9. quiſiui, vt virtutes meas enarret, quæ eſt noui Teſtamen-
ti libertas, hanc manifeſtè annuntiabant, & nouum vi-
num, quod in nouos vtres mittitur per fidem quæ eſt in
Chriſto, quam annuntiauit ortam in eremo viam iuſti-
tiæ, & in terra inaquoſa flumina Spiritus ſancti, adaqua-
re genus electum Dei, quod acquiſiuit, vt virtutes eius
enarrentur; ſed non vt blaſphemarent eum, qui hæc fe-
cit Deus, & reliqua omnia quæcunque per tantam ſeriem
Scripturæ demonſtrauimus Prophetas dixiſſe, ſpiritalis
verè qui eſt, interpretabitur vnumquodque eorum, quæ
dicta ſunt, in quem dictum ſit characterem diſpoſitionis
Domini, & integrum corpus operis Filij Dei oſtendens,
ſemper eundem Deum ſciens: & ſemper eundem Ver-
bum Dei cognoſcens, etiam ſi nunc nobis manifeſtatus
eſt; & ſemper eundem Spiritum Dei cognoſcens, etiam
ſi in nouiſſimis temporibus nouè effuſus eſt in nos, & à
conditione mundi vſque ad finem in ipſum humanum
genus ex quo qui credunt Deo, & ſequuntur verbum
eius, percipiunt eam quæ eſt ab eo ſalutem. Qui verò
abſcedunt ab eo, & contemnunt præcepta eius, & per
opera ſua inhonorant eum qui ſe fecit, & ſententia ſua
blaſphemant eum qui ſe alit, iuſtiſſimum aduerſus ſe
coaceruant iudicium.

Hic igitur examinat omnes, ipſe verò à nemine exa-
minatur, neque Patrem ſuum blaſphemans, neque di-
ſpoſitiones eius fruſtrans, neque Patres accuſans, neque
Prophetas exhonorans, aut ab alio Deo dicens eos, aut
iterum ex alia & alia ſubſtantia fuiſſe prophetias. Dice-
mus autem aduerſus omnes hæreticos, & primò quidem
aduerſus eos qui ſunt à Marcione, & aduerſus eos qui
ſunt ſimiles illis, ab altero Deo dicentes eſſe Prophetas,
Legite diligentius id quod ab Apoſtolis eſt Euangelium
nobis datum, & legite diligentius Prophetas, & inue-
nietis vniuerſam actionem, & omnem doctrinam, &
omnem paſſionem Domini noſtri † prædicatam in ipſis.

CAPVT LXVII.

Aduerſus eos qui dicunt, quid noui veniens attulit Christus.

SI autem ſubit vos huiuſmodi ſenſus vt dicatis: Quid
igitur noui Dominus attulit veniens? Cognoſcire quo-
niam omnem nouitatem attulit, ſemetipſum afferens, qui E
fuerat annuntiatus. Hoc enim ipſum prædicabatur, quo-
niam nouitas veniet innouatura & viuificatura homi-
nem. Regis enim aduentus ab his quidem, qui mittun-
tur ſeruis, prænuntiatur propter apparatum, & expedi-
tionem eorum qui incipient ſuſcipere ſuum Dominum.
Cùm autem venit rex, & illi prænuntiato gaudio adim-
pleti ſunt, qui ſunt ſubiecti, & perceperunt eam, quæ
eſt ab eo libertatem, & participant † viſionem eius, & † viſione
audierunt ſermones eius, & fruiti ſunt muneribus ab eo;
non iam requiretur, quid noui attulit rex ſuper eos, qui
annuntiauerunt aduentum eius, apud eos videlicet qui
ſenſum habent. Semetipſum enim attulit, & ea quæ
prædicta ſunt bona, in quæ concupiſcebant Angeli in- 1. Pet. 1.
tendere, & donauit hominibus. Tunc autem fuiſſent ſerui 12.
mendaces, & non à Domino miſſi, ſi non Chriſtus adue-
niens talis, qualis & prædicabatur, adimpleſſet eorum
ſermones. Quapropter dicebat: Ne putetis quoniam veni Matth. 5.
ſoluere Legem aut Prophetas. Non veni ſoluere, ſed 17.
adimplere. Amen enim dico vobis, donec pertranſeat F
cœlum & terra, iota vnum, aut vnus apex non tranſiet
à Lege & Prophetis, quoadvſque omnia fiant. Omnia
enim ipſe adimpleuit veniens, & adhuc implet in Eccle-
ſia vſque ad conſummationem à Lege prædictum nouum
Teſtamentum. Quemadmodum & Paulus Apoſtolus eius
ait in ea quæ eſt ad Romanos: Nunc autem ſine Lege iu- Rom. 1.
ſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à Lege & Prophetis. 17.
Iuſtus enim ex fide viuet. Hoc autem quoniam iuſtus ex Abac. 2.
fide viuet, per Prophetas prædictum fuerat. 4.

Vnde autem poterant prædicere Prophetæ regis
aduentum, & eam libertatem quæ ab eo dabatur, præ-
euangelizare, & omnia quæ à Chriſto facta ſunt & à
† ſermone & operatione, & paſſionem eius prænuntiate, † ſermonem & operationem
& nouum Teſtamentum † prædicare, ſi ab altero Deo
propheticam inſpirationem acceperunt, ignorantes ine-
narrabilem Patrem ſecundùm vos, & regnum eius, & † prædicere
diſpoſitiones eius, quas Filius Dei veniens in terris im-
pleuit, præſtabit in nouiſſimo dierum? Caſu quodam G
hæc eueniſſe non poteſtis dicere, tanquam à Prophetis
quidem de altero quodam dicta, ſimiliter autem euene-
runt Domino. Omnes enim Prophetæ hæc eadem pro-
phetauerunt: ſed neque alicui ex veteribus euenerunt.
Si enim eueniſſent alicui ex veteribus iſta, non vtique
qui poſtea fuerunt, prophetaſſent in nouiſſimis tempori-
bus affutura hæc. Adhuc etiam nemo eſt neque Patrum,
neque Prophetarum, neque antiquorum Regum, circa
quem propriè ac ſpecialiter factum ſit aliquid horum.
Nam omnes quidem Chriſti paſſiones prophetauerunt,
ipſi autem ad patiendum ſimiliter vt ipſa prædicta ſunt,
longè erant. Et argumenta autem quæ prædicta ſunt Do-
minicæ paſſionis in nullo altero facta ſunt. Neque enim Matt. 27.
ſol medio die occidit aliquo de veteribus mortuo, neque
ſciſſum eſt velum templi, neque terra mota eſt, neque
petræ diſruptæ ſunt, neque mortui ſurrexerunt, neque
in tertia die quis illorum ſurrexit, neque receptus eſt in Marc. 16.
cœlum, neque cùm aſſumeretur, aperti ſunt cœli, ne-
que in nomen alicuius alterius crediderunt gentes, ne- H
que quis ex eis mortuus & reſurgens, aperuit nouum li-
bertatis Teſtamentum. Non igitur de altero, ſed de Do-
mino, in quem † concurrerunt omnia prædicta ſigna, † concurrunt
dicebant Prophetæ.

Si autem aliquis Iudæis aduocationem præſtans, per
erectionem templi, quæ poſteaquam in Babylonem
tranſmigrauerunt, facta eſt ſub Zorobabel, & diſceſſio- 1. Eſdr.
nem populi, quæ facta eſt poſt ſeptuaginta annos, dicat 5.
hoc eſſe nouum Teſtamentum, cognoſcat quoniam la-
pideum quidem templum reſtitutum eſt tunc: (adhuc
enim illa quæ in lapideis tabulis facta fuerat, Lex ſerua-
batur) nouum autem Teſtamentum datum eſt nullum,
ſed ea Lege quæ per Moyſem data eſt, vtebantur vſque
ad aduentum Domini; à Domini autem aduentu nouum
Teſtamentum ad pacem reconcilians, & viuificatrix Lex
in vniuerſam exiuit terram, quemadmodum dixerunt
Prophetæ, Ex Sion enim † procedet Lex, & verbum Iſa. 2.
Domini de Hieruſalem, & arguet populum multum, & † prodiet

concident gladios ſuos in aratra, & lanceas ſuas in falces, & iam non diſcent pugnare. Si igitur alia Lex, & verbum exiens ab Hieruſalem, tantam pacem fecit apud eas gentes, quæ eum receperunt, & per eas arguit imprudentiæ multum populum, videtur conſequens de al-
1. tero dixiſſe Prophetas. Si autem libertatis Lex, id eſt, verbum Dei, ab Apoſtolis, qui ab Hieruſalem exierunt, annunciatum eſt vniuerſam terram in tantam tranſmuta-
4. tionem fecit, quòd gladios & lanceas bellatorias in ara-
5. tra fabricauerunt ipſi, & in falces quæ donauit ad metendum frumentum in organa pacifica demutauerunt, & iam neſciunt pugnare, ſed percuſſi & alteram præbent maxillam; non de aliquo alio Prophetæ dixerunt hæc, ſed de eo qui fecit ea. Hic autem eſt Dominus noſter, & in hoc eſt ſermo verus, quoniam ipſe eſt qui aratrum fecit, & falcem intulit, hoc eſt, hominis primam ſeminationem, quæ fuit ſecundùm Adam plaſmatio, & in nouiſſimis temporibus per Verbum collectam fructificationem: & propter hoc quod initium fini coniungebat, vtrorumque Dominus exiſtens, in fine quidem aratrum oſtendit lignum copulatum ferro, & ſic eius expurgauit terram, quoniam firmum Verbum adunitum carni, & habitu tali confixus, emundauit ſylueſtrem terram. Initio autem falcem figurabat per Abel, ſignificans iuſti generis
1. humanam collectionem. Vide enim (inquit) quomodo iuſtus perit, & nemo intuetur, & viri iuſti tolluntur, & nemo excipit corde. Hæc autem in Abel quidem præmeditabantur, in Prophetis, verò præconabantur, in Domino autem perficiebantur, & in nobis autem idipſum eſt, conſequente corpore ſuum caput.

CAPVT LXVIII.

Aduerſus eos qui dicunt quædam à ſummitate dixiſſe Prophetas, quædam verò à mundi fabricatore.

ET aduerſus eos quidem, qui ab alio Deo Prophetas dicunt, ab altero autem Patre Dominum noſtrum, talia ſunt apta, ſi quo modo tandem quieſcant à tanta irrationabilitate. Propter hoc enim & laboramus eas, quæ ſunt ex Scripturis adhibere oſtenſiones, vt ipſis ſermonibus confutantes eos, quantum in nobis eſt, cohibeamus eos à grandi blaſphemia, & à multorum deorum dementi fabricatione.

CAPVT LXIX.

m *Quemadmodum* de his ipſis dictis diſcrepant à ſemetipſis, qui ſunt à Valentino.*

ADuerſus eos autem qui ſunt à Valentino, & reliquos falſi nominis Gnoſticos, qui aliquando quidem à ſummitate quædam eorum, quæ ſunt in Scripturis poſita, dicta dicunt, propter ſemen quod eſt inde: aliquando autem dicta propter matrem prunicam audiēm: multa autem à mundi fabricatore, à quo & miſſi ſunt Prophetæ, dicimus valde irrationabile eſſe in tantum inopiæ deducere Patrem vniuerſorum, quaſi non habuerit ſua inſtrumenta, per quæ pure ea quæ ſunt in Pleromate, annunciarentur. Quem enim timebat, vt non liberè & ſine commixtione eius ſpiritus, qui eſt in diminutione & ignorantia factus, propriè ac ſeparatim ſignificaret voluntatem ſuam? An timebat ne plurimi ſaluarentur, cùm plures percipiunt ea, quæ ſunt veritatis? An rurſus impotens erat ipſe ibi præparare eos qui aduentum Saluatoris prænuntiarent? Si autem cùm huc veniſſet Saluator, ſuos Apoſtolos miſit in mundum, pure aduentum eius annuntiantes, & voluntatem Patris docentes, in nullo communicantes neque Gentium, neque Iudæorum doctrinæ, multo magis in Pleromate exiſtens, prædicatores proprios deſtinaſſet, annuntiantes in hunc mundum futurum aduentum eius, in nullo communicantes iis Prophetis, qui ſunt à Demiurgo. Si autem, cùm eſſet intra pleroma, vſus eſt iis Prophetis, qui erant ſecundùm Legem, & per eos oſtendit, quæ ſunt ſua, multò magis cùm huc veniſſet, his ipſis vſus fuiſſet magiſtris, & per eos annuntiaſſet nobis Euangelium. Iam igitur non Petrum & Paulum, & reliquos Apoſtolos dicant annuntiaſſe veritatem, ſed Scribas & Phariſæos, & reliquos per quos Lex annuntiabatur. Si autem ſuos in ſuo aduentu proprios Apoſtolos emiſit in ſpiritu veritatis, & non in ſpiritu erroris, hoc idem ipſum in Prophetis fecit. Semper enim idipſum Verbum Dei: & ſi quidem de principalitate Spiritus fuit, ſecundùm regulam ipſorum, ſpiritus lucis, & Spiritus veritatis, & Spiritus perfectionis, & Spiritus agnitionis: is verò qui à Demiurgo fuit Spiritus ignorantiæ, & diminutionis, & erroris vmbræ progenies. Quemadmodum in vno & eodem potuit eſſe perfectio, & diminutio, agnitio & ignorantia, error & veritas, lux & tenebræ? Si autem in Prophetis impoſſibile erat † hoc ita eſſe, ſed ab vno Deo Verbum Domini præconabant, & aduentum Filij eius annuntiabant, multo magis Dominus ipſe nunquam modò quidem de principali, modò verò de ſubiecta deminoratione feciſſet ſermones, & agnitionis & ignorantiæ ſimul factus magiſter. Nec vnquam modò quidem mundi fabricatorem: modò autem eum, qui ſuper hunc eſt, glorificaret Patrem, quemadmodum ipſe ait: Nemo immittit commiſſuram veſtimenti noui in veſtimentum vetus, nec mittunt vinum nouum in vtres veteres. Igitur aut omni modo & ipſi abſtineant ſe à Prophetis, tanquam à veteribus; & non dicant eos ab ea nouitate, quæ ſecundùm principalitatem eſt quædam dixiſſe, præmiſſos à Demiurgo: aut rurſus arguentur à Domino dicente, nouum vinum non mitti in vtres veteres.

Vnde autem ſemen matris ipſorum poterat cognoſcere ea, quæ erant intra Pleroma ſacramenta, & de his eloqui? Si quidem extra Pleroma exiſtens, mater, peperit hoc ipſum ſemen, quod autem extra Pleroma eſt, & extra agnitionem eſſe dicunt, quod eſt ignorantia. Quomodo igitur id, quod erat ignorantia, ſemen conceptum, agnitionem annuntiare poterat? Aut quemadmodum ipſa mater, ea quæ erant Pleromatis cognoſcebat ſacramenta, informis & infigurata quaſi abortiuum proiecta foras, & ibi aptata & formata, & ab Horo prohibita intrinus ingredi, & vſque ad conſummationem extra Pleroma perſeuerans, id eſt, extra agnitionem? Rurſus autem paſſionem Domini typum eſſe dicentes extenſionis Chriſti ſuperioris, quam extenſus Horon formauit eorum matrem, in reliquis arguuntur, iam non habentes ſimilitudinem, typum oſtendere: Vbi enim ſurſum Chriſtus aceto & felle potatus eſt? aut vbi diuiſa ſunt veſtimenta eius, aut vbi punctus eſt, & exiuit ſanguis & aqua: aut vbi guttas ſanguinis ſudauit? Et reliqua quæcunque Domino acciderunt, de quibus dixerunt Prophetæ. Vnde ergo de iis quæ tunc quidem nondum venerant, incipiebant autem euenire, aut mater aut ſemen eius diuinauit?

Adhuc etiam ſuper hæc dicunt quidem à principalitate quædam dicta, confutati ab iis, quæ in Scripturis de Chriſti aduentu referuntur. Quæ autem ſunt hæc, non iam vnum ſentiunt, ſed alij alia de his ipſis reſpondent. Si quis enim experimentum eorum volens accipere, ſeparatim interroget de aliquo ſermone eos, qui excellentes ſunt apud eos, inueniet alium quidem dicentem de Propatore, id eſt, de Bytho eſſe id, quod interrogetur. Alium verò de initio omnium, id eſt de Vnigenito. Alterum verò de Patre omnium, hoc eſt, de Verbo. Alter rurſus dicet, de vno Æone eorum, qui ſunt in Pleromate Æones dici. Alij autem de Chriſto, & alius de Saluatore. Qui autem illorum peritior eſt, poſtea quam multum tacens protraxerit, de Horo ait, dictum eſſe. Alius verò eam quæ eſt intra plenitudinem, Sophiam ſignificari. Alius verò illam quæ extra plenitudinem eſt, Matrem annuntiari. Et alius mundi fabricatorem Deum dicet.

Right margin notes: E; Matt. 28. Marc. 16. Actor. 1.; F; † hac; Matt. 19. 18.; G; Ioan. 19. 36. Pſ. 68. 22. Pſal. 21.; H; Secum pugnant Gnoſtici.

cœlorum aperire æternas portas , vt introeat rex gloriæ,
reſurrectionem eius , quæ eſt ex mortuis per Patrem, &
receptionem in cœlos præconauerunt. In eo autem quod
9. dixerunt , A ſummo cœlo egreſſio eius , & occurſus
eius vſque ad ſummum cœli , & non eſt qui ſe abſcondat
à calore eius , quoniam illuc aſſumptus eſt , vnde & de-
ſcendit , & non eſt qui iuſtum iudicium eius effugiat. Id-
ipſum annuntiabant & dicebant , Dominus regnauit ,
iraſcantur populi, qui ſedes ſuper Cherubim, commouea-
tur terra. Partim quidem eam , quæ poſt aſſumptionem
eius facta eſt ſuper eos , qui in eum crediderunt iram ab
omnibus populis , & motum vniuerſæ terræ aduerſus
Eccleſiam prophetabant : partim autem veniente eo de
cœlis cum Angelis virtutis eius , commoueri vniuerſam
terram , quemadmodum ipſe ait : Erit terræ motus ma-
gnus , qualis non eſt factus ab initio. Et rurſus in eo cum
4. dicit : Quiſquis iudicatur , ex aduerſo adſtet ; & quiſquis
iuſtificatur, appropinquet puero Dei. Et : Væ vobis ,
quoniam omnes veteraſcetis ſicut veſtimentum, & tinea
1. comedet vos , & humiliabitur omnis caro , & exaltabi-
1. tur Dominus ſolus in altiſſimis : ſignificaut quoniam
poſt paſſionem & aſſumptionem, omnes qui contra eum
fuerunt , ſub pedibus eius ſubiiciet Deus , & ipſe ſuper
omnes exaltabitur , & nemo erit qui iuſtificetur aut
8. comparetur ad eum. Et qui dicunt diſpoſiturum Deum
Teſtamentum nouum hominibus , non quemadmodum
diſpoſuit patribus in monte Choreb , & cor nouum &
3. ſpiritum dare hominibus : & rurſus , Antiqua nolite re-
putare : ecce facio noua , quæ nunc orientur , & ſcietis :
& faciam in deſerto viam , & in terra inaquoſa , flumina
ad potandum genus electum populum meum quem ac-
2. quiſiui, vt virtutes meas enarret, quæ eſt noui Teſtamen-
ti libertas , hanc manifeſtè annuntiabant , & nouum vi-
num , quod in nouos vtres mittitur per fidem quæ eſt in
Chriſto , quam annuntiauit ortam in eremo viam iuſti-
tiæ, & in terra inaquoſa flumina Spiritus ſancti, adaqua-
re genus electum Dei , quod acquiſiuit , vt virtutes eius
enarrentur ; ſed non vt blaſphemarent eum , qui hæc fe-
cit Deus, & reliqua omnia quæcunque per tantam ſeriem
Scripturæ demonſtrauimus Prophetas dixiſſe , ſpiritalis
verè qui eſt , interpretabitur vnumquodque eorum, quæ
dicta ſunt , in quem dictum ſit characterem diſpoſitionis
Domini , & integrum corpus operis Filij Dei oſtendens,
ſemper eundem Deum ſciens : & ſemper eundem Ver-
bum Dei cognoſcens , etiam ſi nunc nobis manifeſtatus
eſt ; & ſemper eundem Spiritum Dei cognoſcens , etiam
ſi in nouiſſimis temporibus nouè effuſus eſt in nos , & à
conditione mundi vſque ad finem in ipſum humanum
genus ex quo qui credunt Deo , & ſequuntur verbum
eius , percipiunt eam quæ eſt ab eo ſalutem. Qui verò
abſcedunt ab eo , & contemnunt præcepta eius , & per
opera ſua inhonorant eum qui ſe fecit , & ſententia ſua
blaſphemant eum qui ſe alit , iuſtiſſimum aduerſus ſe
coaceruant iudicium.

Hic igitur examinat omnes , ipſe verò à nemine exa-
minatur , neque Patrem ſuum blaſphemans , neque di-
ſpoſitiones eius fruſtrans , neque Patres accuſans, neque
Prophetas exhonorans , aut ab alio Deo dicens eos , aut
iterum ex alia & alia ſubſtantia fuiſſe prophetias. Dice-
mus autem aduerſus omnes hæreticos, & primò quidem
aduerſus eos qui ſunt à Marcione , & aduerſus eos qui
ſunt ſimiles illis , ab altero Deo dicentes eſſe Prophetas,
Legite diligentius id quod ab Apoſtolis eſt Euangelium
nobis datum , & legite diligentius Prophetas , & inue-
nietis vniuerſam actionem , & omnem doctrinam , &
omnem paſſionem Domini noſtri † prædicatam in ipſis.

CAPVT LXVII.

Aduerſus eos qui dicunt , quid noui veniens attulit Chriſtus.

SI autem ſubit vos huiuſmodi ſenſus vt dicatis : Quid
igitur noui Dominus attulit veniens? Cognoſcite quo-
niam omnem nouitatem attulit, ſemetipſum afferens, qui E
fuerat annuntiatus. Hoc enim ipſum prædicabatur, quo-
niam nouitas veniet innouatura & viuificatura homi-
nem. Regis enim aduentus ab his quidem, qui mittun-
tur ſeruis , prænuntiatur propter apparatum , & expedi-
tionem eorum qui incipient ſuſcipere ſuum Dominum.
Cùm autem venit rex , & illi prænuntiato gaudio adim-
pleti ſunt , qui ſunt ſubiecti , & perceperunt eam , quæ
eſt ab eo libertatem , & participant † viſionem eius , & † viſione
audierunt ſermones eius , & fruiti ſunt muneribus ab eo;
non iam requirent , quid noui attulit rex ſuper eos , qui
annuntiauerunt aduentum eius , apud eos videlicet qui
ſenſum habent. Semetipſum enim attulit , & ea quæ
prædicta ſunt bona , in quæ concupiſcebant Angeli in- 1. Pet. 1.
tendere, & donauit hominibus. Tunc autem fuiſſent ſerui 12.
mendaces, & non à Domino miſſi , ſi non Chriſtus adue-
niens talis , qualis & prædicabatur , adimpleſſet eorum
ſermones. Quapropter dicebat : Ne putetis quoniam veni Matth. 5.
ſoluere Legem aut Prophetas. Non veni ſoluere , ſed 17.
adimplere. Amen enim dico vobis , donec pertranſeat F
cœlum & terra , iota vnum , aut vnus apex non tranſiet
à Lege & Prophetis , quoadvſque omnia fiant. Omnia
enim ipſe adimpleuit veniens , & adhuc implet in Eccle-
ſia vſque ad conſummationem à Lege prædictum nouum
Teſtamentum. Quemadmodum & Paulus Apoſtolus eius
ait in ea quæ eſt ad Romanos : Nunc autem ſine Lege iu- Rom. 1.
ſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à Lege & Prophetis. 17.
Iuſtus enim ex fide viuet. Hoc autem quoniam iuſtus ex Abac. 2.
fide viuet , per Prophetas prædictum fuerat. 4.

Vnde autem poterant prædicere Prophetæ regis
aduentum , & eam libertatem quæ ab eo dabatur , præ-
euangelizare , & omnia quæ à Chriſto facta ſunt & à
† ſermone & operatione , & paſſionem eius prænuntiare, † ſermonem & operationem
& nouum Teſtamentum † prædicare , ſi ab altero Deo
propheticam inſpirationem acceperunt , ignorantes ine- † prædicere
narrabilem Patrem ſecundùm vos , & regnum eius , &
diſpoſitiones eius , quas Filius Dei veniens in terris im-
pleuit , præſtabit in nouiſſimo dierum ? Caſu quodam G.
hæc eueniſſe non poteſtis dicere , tanquam à Prophetis
quidem de altero quodam dicta , ſimiliter autem euene-
runt Domino. Omnes enim Prophetæ hæc eadem pro-
phetauerunt : ſed neque alicui ex veteribus euenerunt.
Si enim eueniſſent alicui ex veteribus iſta , non vtique
qui poſtea fuerunt , prophetaſſent in nouiſſimis tempori-
bus affutura hæc. Adhuc etiam nemo eſt neque Patrum,
neque Prophetarum , neque antiquorum Regum , circa
quem propriè ac ſpecialiter factum ſit aliquid horum.
Nam omnes quidem Chriſti paſſiones prophetauerunt,
ipſi autem ad patiendum ſimiliter vt ipſa prædicta ſunt,
longè erant. Et argumenta autem quæ prædicta ſunt Do-
minicæ paſſionis in nullo altero facta ſunt. Neque enim Matt. 27.
ſol medio die occidit aliquo de veteribus mortuo, neque
ſciſſum eſt velum templi , neque terra mota eſt , neque
petræ diſruptæ ſunt , neque mortui ſurrexerunt , neque
in tertia die quis illorum ſurrexit , neque receptus eſt in Marc. 16.
cœlum , neque cùm aſſumeretur , aperti ſunt cœli , ne-
que in nomen alicuius alterius crediderunt gentes , ne- H
que quis ex eis mortuus & reſurgens , aperuit nouum li-
bertatis Teſtamentum. Non igitur de altero , ſed de Do-
mino , in quem † concurrerunt omnia prædicta ſigna, † concurrunt
dicebant Prophetæ.

Si autem aliquis Iudæis aduocationem præſtans , per
erectionem templi , quæ poſteaquam in Babylonem
tranſmigrauerunt , facta eſt ſub Zorobabel , & diſceſſio- 1. Eſdr.
nem populi , quæ facta eſt poſt ſeptuaginta annos , dicat 5.
hoc eſſe nouum Teſtamentum , cognoſcat quoniam la-
pideum quidem templum reſtitutum eſt tunc : (adhuc
enim illa quæ in lapideis tabulis facta fuerat , Lex ſerua-
batur) nouum autem Teſtamentum datum eſt nullum,
ſed ea Lege quæ per Moyſem data eſt, vtebantur vſque
ad aduentum Domini ; à Domini autem aduentu nouum
Teſtamentum ad pacem reconcilians, & viuificatrix Lex
in vniuerſam exiuit terram , quemadmodum dixerunt
Prophetæ , Ex Sion enim † procedet Lex , & verbum Eſa. 2.
Domini de Hieruſalem , & arguet populum multum , & † prædicet

concident gladios ſuos in aratra, & lanceas ſuas in falces, & iam non diſcent pugnare. Si igitur alia Lex, & verbum exieos ab Hieruſalem, tantam pacem fecit apud eas gentes, quæ eum receperunt, & per eas arguit imprudentiæ multum populum, videtur conſequens de altero dixiſſe Prophetas. Si autem libertatis Lex, id eſt, verbum Dei, ab Apoſtolis, qui ab Hieruſalem exierunt, annuntiatum eſt vniuerſam terram in tantam tranſmutationem fecit, quòd gladios & lanceas bellatorias in aratra fabricauerunt ipſi, & in falces quæ donauit ad metendum frumentum in organa pacifica demutauerunt, & iam neſciunt pugnare, ſed percuſſi & alteram præbent maxillam; non de aliquo alio Prophetæ dixerunt hæc, ſed de eo qui fecit ea. Hic autem eſt Dominus noſter, & in hoc eſt ſermo verus, quoniam ipſe eſt qui aratrum fecit, & falcem intulit, hoc eſt, hominis primam ſeminationem, quæ fuit ſecundùm Adam plaſmatio, & in nouiſſimis temporibus per Verbum collectam fructificationem: & propter hoc quod initium fini coniungebat, vtrorumque Dominus exiſtens, in fine quidem aratrum oſtendit lignum copulatum ferro, & ſic eius expurgauit terram, quoniam firmum Verbum adunitum carni, & habitu tali confixus, emundauit ſyluestrem terram. Initio autem falcem figurabat per Abel, ſignificans iuſti generis humanam collectionem. Vide enim (inquit) quomodo iuſtus perit, & nemo intuetur, & viri iuſti tolluntur, & nemo excipit corde. Hæc autem in Abel quidem præmeditabantur, in Prophetis, verò præconabantur, in Domino autem perficiebantur, & in nobis autem idipſum eſt, conſequente corpore ſuum caput.

CAPVT LXVIII.

Aduerſus eos qui dicunt quædam à ſummitate dixiſſe Prophetas, quædam verò à mundi fabricatore.

ET aduerſus eos quidem, qui ab alio Deo Prophetas dicunt, ab altero autem Patre Dominum noſtrum, talia ſunt apta, ſi quo modo tandem quieſcant à tanta irrationabilitate. Propter hoc enim & laboramus eas, quæ ſunt ex Scripturis adhibere oſtenſiones, vt ipſis ſermonibus confutantes eos, quantum in nobis eſt, cohibeamus eos à grandi blaſphemia, & à multorum deorum dementi fabricatione.

CAPVT LXIX.

*Quemadmodum * de his ipſis dictis diſcrepant à ſemetipſis, qui ſunt à Valentino.*

ADuerſus eos rurſus qui ſunt à Valentino, & reliquos falſi nominis Gnoſticos, qui aliquando quidem à ſummitate quædam eorum, quæ ſunt in Scripturis poſita, dicta dicunt, propter ſemen quod eſt inde: aliquando verò à medietate propter matrem prunicam audacem: multa etiam à mundi fabricatore, à quo & miſſi ſunt Prophetæ, dicimus valde irrationabile eſſe in tantum inopiæ deducere Patrem vniuerſorum, quaſi non habuerit ſua inſtrumenta, per quæ purè ea quæ ſunt in Pleromate, annuntiarentur. Quem enim timebat, vt non liberè & ſine commixtione eius ſpiritus, qui eſt in diminutione & ignorantia factus, propriè ac ſeparatim ſignificaret voluntatem ſuam? An timebat ne plurimi ſaluarentur, cùm plures purè audiſſent ea, quæ ſunt veritatis? An rurſus impotens erat ipſe ſibi præparare eos qui aduentum Saluatoris prænuntiarent? Si autem cùm huc veniſſet Saluator, ſuos Apoſtolos miſit in mundum, purè aduentum eius annuntiantes, & voluntatem Patris docentes, in nullo communicantes neque Gentium, neque Iudæorum doctrinæ, multo magis in Pleromate exiſtens, prædicatores proprios deſtinaſſet, annuntiantes in hunc mundum futurum aduentum eius, in nullo communicantes iis Prophetis, qui ſunt à Demiurgo. Si autem, cùm eſſet intra pleroma, vſus eſt iis Prophetis, qui erant ſecundùm Legem, & per eos oſtendit, quæ ſunt ſua, multò magis cùm huc veniſſet, his ipſis vſus fuiſſet magiſtris, & per eos annuntiaſſet nobis Euangelium. Iam igitur non Petrum & Paulum, & reliquos Apoſtolos dicant annuntiaſſe veritatem, ſed Scribas & Phariſæos, & reliquos per quos Lex annuntiabatur. Si autem ſuos in ſuo aduentu proprios Apoſtolos emiſit in ſpiritu veritatis, & non in ſpiritu erroris, hoc idem ipſum in Prophetis fecit. Semper enim idipſum Verbum Dei: & ſi quidem de principalitate Spiritus fuit, ſecundùm regulam ipſorum, ſpiritus lucis, & Spiritus veritatis, & Spiritus perfectionis, & Spiritus agnitionis: is verò qui à Demiurgo fuit Spiritus ignorantiæ, & diminutionis, & erroris vmbræ progenies. Quemadmodum in vno & eodem potuit eſſe perfectio, & diminutio, agnitio & ignorantia, error & veritas, lux & tenebræ? Si autem in Prophetis impoſſibile erat † hoc ita eſſe, ſed ab vno Deo Verbum Domini præconabant, & aduentum Filij eius annuntiabant, multo magis Dominus ipſe nunquam modò quidem de principali, modò verò de ſubiecta deminoratione feciſſet ſermones, & agnitionis & ignorantiæ ſimul factus magiſter. Nec vnquam modò quidem mundi fabricatorem: modò autem eum, qui ſuper hunc eſt, glorificaret Patrem, quemadmodùm ipſe ait: Nemo immittit commiſſuram veſtimenti noui in veſtimentum vetus, nec mittunt vinum nouum in vtres veteres. Igitur aut omni modo & ipſi abſtineant ſe à Prophetis, tanquam à veteribus; & non dicant eos ab ea nouitate, quæ ſecundùm principalitatem eſt quædam dixiſſe, præmiſſos à Demiurgo: aut rurſus arguentur à Domino dicente, nouum vinum non mitti in vtres veteres.

Vnde autem ſemen matris ipſorum poterat cognoſcere ea, quæ erant intra Pleroma ſacramenta, & de his eloqui? Si quidem extra Pleroma exiſtens, mater, peperit hoc ipſum ſemen, quod autem extra Pleroma eſt, & extra agnitionem eſſe dicunt, quod eſt ignorantia. Quomodo igitur id, quod erat ignorantia, ſemen conceptum, agnitionem annuntiare poterat? Aut quemadmodum ipſa mater, ea quæ erant Pleromatis cognoſcebat ſacramenta, informis & infigurata quaſi abortiuum proiecta foras, & ibi aptata & formata, & ab Horo prohibita interius ingredi, & vſque ad conſummationem extra Pleroma perſeuerans, id eſt, extra agnitionem; Rurſus autem paſſionem Domini typum eſſe dicentes extenſionis Chriſti ſuperioris, quam extenſus Horon formauit eorum matrem, in reliquis arguuntur, iam non habentes ſimilitudinem, typum oſtendere: Vbi enim ſurſum Chriſtus aceto & felle potatus eſt? aut vbi diuiſa ſunt veſtimenta eius, aut vbi punctus eſt, & exiuit ſanguis & aqua? aut vbi guttas ſanguinis ſudauit? Et reliqua quæcunque Domino acciderunt, de quibus dixerunt Prophtæ. Vnde ergo de iis quæ tunc quidem noondum venerant, incipiebant autem euenire, aut mater aut ſemen eius diuinauit?

Adhuc etiam ſuper hæc dicunt quidem à principalitate quædam dicta, confutati ab iis, quæ in Scripturis de Chriſti aduentu referuntur. Quæ autem ſint hæc, non iam vnum ſentiunt, ſed alij alia de his ipſis reſpondent. Si quis enim experimentum eorum volens accipere, ſeparatim interroget de aliquo ſermone eos, qui excellentes ſint apud eos, inueniet alium quidem dicentem de Propatore, id eſt, de Bytho eſſe id, quod interrogetur. Alium verò de initio omnium, id eſt de Vnigenito. Alterum verò de Patre omnium, hoc eſt, de Verbo. Alter rurſus dicet, de vno Æone eorum, qui ſunt in Pleromate Æones dici. Alij autem de Chriſto, & alius de Saluatore. Qui autem illorum peritior eſt, poſtea quàm multum tacens protraxerit, de Horo ait, dictum eſſe. Alius verò eam quæ eſt intra plenitudinem, Sophiam ſignificari. Alius verò illam quæ extra plenitudinem eſt, Matrem annuntiari. Et alius mundi fabricatorem Deum dicet.

E F G H

Matt. 28. Marc. 16. Actor. 1.

† hæc

Matt. 19. 18.

Ioan. 19. 36. Pſ. 68. 22. Pſal. 21.

Secum pugnant Gnoſtici.

1 cœlorum aperite æternas portas, vt introeat rex gloriæ,
reſurrectionem eius, quæ eſt ex mortuis per Patrem, &
receptionem in cœlos præconauerunt. In eo autem quod
8.9. dixerunt, A ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus
eius vſque ad ſummum cœli, & non eſt qui ſe abſcondat
à calore eius, quoniam illuc aſſumptus eſt, vnde & de-
ſcendit, & non eſt qui iuſtum iudicium eius effugiat. Id-
ipſum annuntiabant & dicebant, Dominus regnauit,
3.1. iraſcantur populi, qui ſedes ſuper Cherubim, commouea-
tur terra. Partim quidem eam, quæ poſt aſſumptionem
eius facta eſt ſuper eos, qui in eum crediderunt iram ab
omnibus populis, & motum vniuerſæ terræ aduerſus
Eccleſiam prophetabant: partim autem veniente eo de
cœlis cum Angelis virtutis eius, commoueri vniuerſam
terram, quemadmodum ipſe ait: Erit terræ motus ma-
gnus, qualis non eſt factus ab initio. Et rurſus in eo cum
24. dicit: Quiſquis iudicatur, ex aduerſo adſter; & quiſquis
iuſtificatur, appropinquet puero Dei. Et: Væ vobis,
quoniam omnes veteraſcetis ſicut veſtimentum, & tinea
101. comedet vos, & humiliabitur omnis caro, & exaltabi-
: 51. tur Dominus ſolus in altiſſimis: ſignificatur quoniam
poſt paſſionem & aſſumptionem, omnes qui contra eum
fuerunt, ſub pedibus eius ſubiiciet Deus, & ipſe ſuper
omnes exaltabitur, & nemo erit qui iuſtificetur aut
1.58. comparetur ad eum. Et qui dicunt diſpoſiturum Deum
h. Teſtamentum nouum hominibus, non quemadmodum
6. diſpoſuit patribus in monte Choreb, & cor nouum &
43. ſpiritum dare hominibus: & rurſus, Antiqua nolite re-
putare: ecce facio noua, quæ nunc orientur, & ſcietis:
& faciam in deſerto viam, & in terra inaquoſa, flumina
ad potandum genus electum populum meum quem ac-
h.9. quiſiui, vt virtutes meas enarret, quæ eſt noui Teſtamen-
ti libertas, hanc manifeſtè annuntiabant, & nouum vi-
num, quod in nouos vtres mittitur per fidem quæ eſt in
Chriſto, quam annuntiauit ortam in eremo viam iuſti-
tiæ, & in terra inaquoſa flumina Spiritus ſancti, adaqua-
re genus electum Dei, quod acquiſiuit, vt virtutes eius
enarrentur; ſed non vt blaſphemarent eum, qui hæc fe-
cit Deus, & reliqua omnia quæcunque per tantam ſeriem
Scripturæ demonſtrauimus Prophetas dixiſſe, ſpiritalis
verè qui eſt, interpretabitur vnumquodque eorum, quæ
dicta ſunt, in quem dictum ſit characterem diſpoſitionis
Domini, & integrum corpus operis Filij Dei oſtendens,
ſemper eundem Deum ſciens: & ſemper eundem Ver-
bum Dei cognoſcens, etiam ſi nunc nobis manifeſtatus
eſt; & ſemper eundem Spiritum Dei cognoſcens, etiam
ſi in nouiſſimis temporibus nouè effuſus eſt in nos, & à
conditione mundi vſque ad finem in ipſum humanum
genus ex quo qui credunt Deo, & ſequuntur verbum
eius, percipiunt eam quæ eſt ab eo ſalutem. Qui verò
abſcedunt ab eo, & contemnunt præcepta eius, & per
opera ſua inhonorant eum qui ſe fecit, & ſententia ſua
blaſphemant eum qui ſe alit, iuſtiſſimum aduerſus ſe
coaceruant iudicium.

Hic igitur examinat omnes, ipſe verò à nemine exa-
minatur, neque Patrem ſuum blaſphemans, neque di-
ſpoſitiones eius fruſtrans, neque Patres accuſans, neque
Prophetas exhonorans, aut ab alio Deo dicens eos, aut
iterum ex alia & alia ſubſtantia fuiſſe prophetias. Dice-
mus autem aduerſus omnes hæreticos, & primò quidem
aduerſus eos qui ſunt à Marcione, & aduerſus eos qui
ſunt ſimiles illis, ab altero Deo dicentes eſſe Prophetas,
Legite diligentius id quod ab Apoſtolis eſt Euangelium
nobis datum, & legite diligentius Prophetas, & inue-
nietis vniuerſam actionem, & omnem doctrinam, &
omnem paſſionem Domini noſtri † prædicatam in ipſis.

CAPVT LXVII.

Aduerſus eos qui dicunt, quid noui veniens attulit Chriſtus.

SI autem ſubit vos huiuſmodi ſenſus vt dicatis: Quid
igitur noui Dominus attulit veniens? Cognoſcite quo-
niam omnem nouitatem attulit, ſemetipſum afferens, qui E.
fuerat annuntiatus. Hoc enim ipſum prædicabatur, quo-
niam nouitas veniet innouatura & viuificatura homi-
nem. Regis enim aduentus ab his quidem, qui mittun-
tur ſeruis, prænuntiatur propter apparatum, & expedi-
tionem eorum qui incipient ſuſcipere ſuum Dominum.
Cùm autem venit rex, & illi prænuntiato gaudio adim-
pleti ſunt, qui ſunt ſubiecti, & perceperunt eam, quæ
eſt ab eo libertatem, & participant † viſionem eius, & † viſione
audierunt ſermones eius, & fruiti ſunt muneribus ab eo;
non iam requirent, quid noui attulit rex ſuper eos, qui
annuntiauerunt aduentum eius, apud eos videlicet qui
ſenſum habent. Semetipſum enim attulit, & ea quæ
prædicta ſunt bona, in quæ concupiſcebant Angeli in- 1. Pet. 1.
tendere, & donauit hominibus. Tunc autem fuiſſent ſerui 12.
mendaces, & non à Domino miſſi, ſi non Chriſtus adue-
niens talis, qualis & prædicabatur, adimpleſſet eorum
ſermones. Quapropter dicebat: Ne putetis quoniam veni Matth. 5.
ſoluere Legem aut Prophetas. Non veni ſoluere, ſed 17.
adimplere. Amen enim dico vobis, donec pertranſeat F
cœlum & terra, iota vnum, aut vnus apex non tranſiet
à Lege & Prophetis, quoadvſque omnia fiant. Omnia
enim ipſe adimpleuit veniens, & adhuc implet in Eccle-
ſia vſque ad conſummationem à Lege prædictum nouum
Teſtamentum. Quemadmodum & Paulus Apoſtolus eius
ait in ea quæ eſt ad Romanos: Nunc autem ſine Lege iu- Rom. 1.
ſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à Lege & Prophetis. 17.
Iuſtus enim ex fide viuet. Hoc autem quoniam iuſtus ex Abac. 2.
fide viuet, per Prophetas prædictum fuerat. 4.

Vnde autem poterant prædicere Prophetæ regis
aduentum, & eam libertatem quæ ab eo dabatur, præ-
euangelizare, & omnia quæ à Chriſto facta ſunt & à
† ſermone & operatione, & paſſionem eius prænuntiare, † ſermonem & operationem
& nouum Teſtamentum † prædicare, ſi ab altero Deo
propheticam inſpirationem acceperunt, ignorantes ine-
narrabilem Patrem ſecundùm vos, & regnum eius, & † prædicere
diſpoſitiones eius, quas Filius Dei veniens in terris im-
pleuit, præſtabit in nouiſſimo dierum? Caſu quodam G.
hæc eueniſſe non poteſtis dicere, tanquam à Prophetis
quidem de altero quodam dicta, ſimiliter autem euene-
runt Domino. Omnes enim Prophetæ hæc eadem pro-
phetauerunt: ſed neque alicui ex veteribus euenerunt.
Si enim eueniſſent alicui ex veteribus iſta, non vtique
qui poſtea fuerunt, prophetaſſent in nouiſſimis tempori-
bus affutura hæc. Adhuc etiam nemo eſt neque Patrum,
neque Prophetarum, neque antiquorum Regum, circa
quem propriè ac ſpecialiter factum ſit aliquid horum.
Nam omnes quidem Chriſti paſſiones prophetauerunt,
ipſi autem ad patiendum ſimiliter vt ipſa prædicta ſunt,
longè erant. Et argumenta autem quæ prædicta ſunt Do-
minicæ paſſionis in nullo altero facta ſunt. Neque enim Matt. 27.
ſol medio die occidit aliquo de veteribus mortuo, neque
ſciſſum eſt velum templi, neque terra mota eſt, neque
petræ diruptæ ſunt, neque mortui ſurrexerunt, neque
in tertia die quis illorum ſurrexit, neque receptus eſt in Marc. 16.
cœlum, neque cùm aſſumeretur, aperti ſunt cœli, ne-
que in nomen alicuius alterius crediderunt gentes, ne- H
que quis ex eis mortuus & reſurgens, aperuit nouum li-
bertatis Teſtamentum. Non igitur de altero; ſed de Do-
mino, in quem † concurrerunt omnia prædicta ſigna, † concurrunt
dicebant Prophetæ.

Si autem aliquis Iudæis aduocationem præſtans, per
erectionem templi, quæ poſteaquam in Babylonem
tranſmigrauerunt, facta eſt ſub Zorobabel, & diſceſſio- 1. Eſdræ
nem populi, quæ facta eſt poſt ſeptuaginta annos, dicat 5.
hoc eſſe nouum Teſtamentum, cognoſcat quoniam la-
pideum quidem templum reſtitutum eſt tunc: (adhuc
enim illa quæ in lapideis tabulis facta fuerat, Lex ſerua-
batur) nouum autem Teſtamentum datum eſt nullum,
ſed ea Lege quæ per Moyſem data eſt, vtebantur vſque
ad aduentum Domini; à Domini autem aduentu nouum
Teſtamentum ad pacem reconcilians, & viuificatrix Lex
in vniuerſam exiuit terram, quemadmodum dixerunt
Prophetæ, Ex Sion enim † procedet Lex, & verbum Iſa. 2. 2.
Domini de Hieruſalem, & arguet populum multum, & † prodit

concident gladios ſuos in aratra, & lanceas ſuas in fal-
ces, & iam non diſcent pugnare. Si igitur alia Lex, &
verbum exiens ab Hieruſalem, tantam pacem fecit apud
eas gentes, quæ eum receperunt, & per eas arguit im-
prudentiæ multum populum, videtur conſequens de al-
1. tero dixiſſe Prophetas. Si autem libertatis Lex, id eſt,
verbum Dei, ab Apoſtolis, qui ab Hieruſalem exierunt,
annuntiatum eſt vniuerſam terram in tantam tranſmuta-
1. tionem fecit, quòd gladios & lanceas bellatorias in ara-
.5. tra fabricauerunt ipſi, & in falces quæ donauit ad me-
tendum frumentum in organa pacifica demutauerunt, &
iam neſciunt pugnare, ſed percuſſi & alteram præbent
maxillam; non de aliquo alio Prophetæ dixerunt hæc,
ſed de eo qui fecit ea. Hic autem eſt Dominus noſter, &
in hoc eſt ſermo verus, quoniam ipſe eſt qui aratrum fecit,
& falcem intulit, hoc eſt, hominis primam ſeminatio-
nem, quæ fuit ſecundùm Adam plaſmatio, & in nouiſſi-
mis temporibus per Verbum collectam fructificationem:
& propter hoc quod initium fini coniungebat, vtrorum-
que Dominus exiſtens, in fine quidem aratrum oſten-
dit lignum copulatum ferro, & ſic eius expurgauit ter-
ram, quoniam firmum Verbum adunitum carni, & ha-
bitu tali confixus, emundauit ſylueſtrem terram. Initio au-
tem falcem figurabat per Abel, ſignificans iuſti generis
1. humanam collectionem. Vide enim (inquit) quomodo
iuſtus perit, & nemo intuetur, & viri iuſti tolluntur, &
nemo excipit corde. Hæc autem in Abel quidem præme
ditabantur, in Prophetis, verò præconabantur, in Do-
mino autem perficiebantur, & in nobis autem idipſum
eſt, conſequente corpore ſuum caput.

CAPVT LXVIII.

Aduerſus eos qui dicunt quædam à ſummitate dixiſſe Prophetas, quædam verò à mundi fabricatore.

ET aduerſus eos quidem, qui ab alio Deo Prophetas dicunt, ab altero autem Patre Dominum noſtrum, talia ſunt apta, ſi quo modo tandem quieſcant à tanta irrationabilitate. Propter hoc enim & laboramus eas, quæ ſunt ex Scripturis adhibere oſtenſiones, vt ipſis ſermonibus confutantes eos, quantum in nobis eſt, cohibeamus eos à grandi blaſphemia, & à multorum deorum dementi fabricatione.

CAPVT LXIX.

m *Quemadmodum* de his ipſis dictis diſcrepant à ſemetipſis, qui ſunt à Valentino.*

ADuerſus eos rurſus qui ſunt à Valentino, & reliquos falſi nominis Gnoſticos, qui aliquando quidem à ſummitate quædam eorum, quæ ſunt in Scripturis poſita, dicta dicunt, propter ſemen quod eſt inde: aliquando verò à medietate propter matrem prunicam audacem: multa etiam à mundi fabricatore, à quo & miſſi ſunt Prophetæ, dicimus valde irrationabile eſſe in tantum inopiæ deducere Patrem vniuerſorum, quaſi non habuerit ſua inſtrumenta, per quæ purè ea quæ ſunt in Pleromate, annuntiarentur. Quem enim timebat, vt non liberè & ſine commixtione eius ſpiritus, qui eſt in diminutione & ignorantia factus, propriè ac ſeparatim ſignificaret voluntatem ſuam? An timebat ne plurimi ſaluarentur, cùm plures purè audiſſent ea, quæ ſunt veritatis? An rurſus impotens erat ipſe ſibi præparare eos qui aduentum Saluatoris prænuntiarent? Si autem cùm huc veniſſet Saluator, ſuos Apoſtolos miſit in mundum, purè aduentum eius annuntiantes, & voluntatem Patris docentes, in nullo communicantes neque Gentium, neque Iudæorum doctrinæ, multo magis in Pleromate
exiſtens, prædicatores proprios deſtinaſſet, annuntian- E
tes in hunc mundum futurum aduentum eius, in nullo
communicantes iis Prophetis, qui ſunt à Demiurgo. Si
autem, cùm eſſet intra pleroma, vſus eſt iis Prophetis,
qui erant ſecundùm Legem, & per eos oſtendit, quæ
ſunt ſua, multò magis cùm huc veniſſet, his ipſis vſus
fuiſſet magiſtris, & per eos annuntiaſſet nobis Euange-
lium. Iam igitur non Petrum & Paulum, & reliquos
Apoſtolos dicant annuntiaſſe veritatem, ſed Scribas & Matt. 18.
Phariſæos, & reliquos per quos Lex annuntiabatur. Si Marc. 16.
autem ſuos in ſuo aduentu proprios Apoſtolos emiſit in Actor. 1.
ſpiritu veritatis, & non in ſpiritu erroris, hoc idem ipſum
in Prophetis fecit. Semper enim idipſum Verbum Dei:
& ſi quidem de principalitate Spiritus fuit, ſecundùm
regulam ipſorum, ſpiritus lucis, & Spiritus veritatis, &
Spiritus perfectionis, & Spiritus agnitionis: is verò qui
à Demiurgo fuit Spiritus ignorantiæ, & diminutionis, &
erroris vmbræ progenies. Quemadmodum in vno &
eodem potuit eſſe perfectio, & diminutio, agnitio & F
ignorantia, error & veritas, lux & tenebræ? Si autem
in Prophetis impoſſibile erat † hoc ita eſſe, ſed ab vno † *hæc*
Deo Verbum Domini præconabant, & aduentum Filij
eius annuntiabant, multo magis Dominus ipſe nunquam
modò quidem de principali, modò verò de ſubiecta de-
minoratione feciſſet ſermones, & agnitionis & ignoran-
tiæ ſimul factus magiſter. Nec vnquam modò quidem
mundi fabricatorem: modò autem eum, qui ſuper hunc
eſt, glorificaret Patrem, quemadmodùm ipſe ait: Ne- Matt. 19.
mo immittit commiſſuram veſtimenti noui in veſtimen- 18.
tum vetus, nec mittunt vinum nouum in vtres veteres.
Igitur aut omni modo & ipſi abſtineant ſe à Prophetis,
tanquam à veteribus; & non dicant eos ab ea nouitate,
quæ ſecundùm principalitatem eſt quædam dixiſſe, præ-
miſſos à Demiurgo: aut rurſus arguentur à Domino di-
cente, nouum vinum non mitti in vtres veteres.

Vnde autem ſemen matris ipſorum poterat cognoſce-
re ea, quæ erant intra Pleroma ſacramenta, & de his
eloqui? Si quidem extra Pleroma exiſtens, mater, pe-
perit hoc ipſum ſemen, quod autem extra Pleroma eſt, G
& extra agnitionem eſſe dicunt, quod eſt ignorantia.
Quomodo igitur id, quod erat ignorantia, ſemen con-
ceptum, agnitionem annuntiare poterat? Aut quem-
admodum ipſa mater, ea quæ erant Pleromatis cognoſ-
cebat ſacramenta, informis & infigurata quaſi abortiuum
proiecta foras, & ibi aptata & formata, & ab Horo
prohibita interius ingredi, & vſque ad conſummatio-
nem extra Pleroma perſeuerans, id eſt, extra agnitionem;
Rurſus autem paſſionem Domini typum eſſe dicentes
extenſionis Chriſti ſuperioris, quam extenſus Horon
formauit eorum matrem, in reliquis arguuntur, iam
non habentes ſimilitudinem, typum oſtendere: Vbi Ioan. 19.
enim ſurſum Chriſtus aceto & felle potatus eſt? aut vbi 36.
diuiſa ſunt veſtimenta eius, aut vbi punctus eſt, & exi- Pſ. 68. 22.
uit ſanguis & aqua? aut vbi guttas ſanguinis ſudauit? Et Pſal. 21.
reliqua quæcunque Domino acciderunt, de quibus di-
xerunt Prophetæ. Vnde ergo de iis quæ tunc quidem
nondum venerant, incipiebant autem euenire, aut ma- H
ter aut ſemen eius diuinauit?

Adhuc etiam ſuper hæc dicunt quidem à principalita- *Secum*
te quædam dicta, confutari ab iis, quæ in Scripturis de *pugnant*
Chriſti aduentu referuntur. Quæ autem ſint hæc, non *Gnoſtici.*
iam vnum ſentiunt, ſed alij alia de his ipſis reſpondent. Si
quis enim experimentum eorum volens accipere, ſepa-
ratim interroget de aliquo ſermone eos, qui excellentes
ſint apud eos, inueniet alium quidem dicentem de Pro-
patore, id eſt, de Bytho eſſe id, quod interrogetur. Alium
verò de initio omnium, id eſt de Vnigenito. Alterum
verò de Patre omnium, hoc eſt, de Verbo. Alter rurſus
dicet, de vno Æone eorum, qui ſunt in Pleromate
Æones dici. Alij autem de Chriſto, & alius de Saluato-
re. Qui autem illorum peritior eſt, poſtea quàm multum
tacens protraxerit, de Horo ait, dictum eſſe. Alius verò
eam quæ eſt intra plenitudinem, Sophiam ſignificari.
Alius verò illam quæ extra plenitudinem eſt, Matrem
annuntiari. Et alius mundi fabricatorem Deum dicet.

Tantæ ſunt de vno inter eos diuerſitates de iiſdem Scripturis varias habentes ſententias: & vno eodemque ſermone lecto, vniuerſi obductis ſuperciliis girantes capita, valde quidem altiſſimè ſe habere ſermonem dicunt, non autem omnes capere magnitudinem eius intellectus, qui ibidem continetur, & propter hoc ſilentium maximam rem eſſe apud ſapientes. † Oportet enim eam quæ ſit ſurſum, Sigen, per id quod eſt apud eos ſilentium, deformari. Sic autem abeunt omnes, quotquot ſunt, tantas de vno geſtantes ſententias, in abſcondito ferentes ſecum ſua acumina. Cùm igitur inter eos conuenerit de iis, quæ in Scripturis ſunt prædicta, tunc & à nobis confutabuntur. Non enim bene ſentientes, interim tamen ſemetipſos arguunt, de iiſdem verbis non conſentientes. Nos autem vnum & ſolum verum Deum doctorem ſequentes, & regulam veritatis habentes eius ſermones, de iiſdem ſemper eadem dicimus, omnes vnum Deum ſcientes, factorem huius vniuerſitatis, qui Prophetas miſit, qui eduxit populum de terra Ægypti, qui in nouiſſimis temporibus Filium ſuum manifeſtauit, vti confunderet incredulos, & exquireret iuſtitiæ fructum.

CAPVT LXX.

Oſtenſio de Domini ſermonibus, confitentis ſe eſſe à Deo Patre miſſum, à quo & Prophetæ venerunt, & Patres electi ſunt.

QVem enim non confutat Dominus, neque ab altero Deo dictre Prophetas, niſi à Patre eius, neque ab aliqua ſubſtantia, ſed ab vno & eodem Patre, neque alium aliquem, ea quæ ſunt in hoc mundo feciſſe, niſi ſuum Patrem docens ſic: Homo erat quidem paterfamilias, & plantauit vineam, & ſepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam colonis, & peregrè profectus eſt? Cùm autem appropinquaſſet tempus fructuum, miſit ſeruos ſuos ad colonos, vt acciperent de fructibus ſuis. Et coloni apprehenſis ſeruis, vnum quidem ceciderunt, alium autem lapidauerunt alium verò occiderunt. Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus: & fecerunt eis ſimiliter. Nouiſſime autem miſit eis Filium ſuum vnicum, dicens: Fortè verebuntur Filium meum. Coloni verò cùm vidiſſent Filium, dixerunt intra ſe: Hic eſt hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius: & apprehenſum eum, eiecerunt extra vineam, & occiderunt eum. Cùm ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet colonis illis? Et dixerunt illi: Malos malè perdet, & vineam ſuam locabit aliis colonis, qui reddent ei fructus temporibus ſuis. Iterum dicit Dominus: Nunquam legiſtis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? A Domino factum eſt illud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Propter quod dico vobis, quoniam auferetur à vobis, regnum Dei, & dabitur genti facienti † fructum eius. Per quæ oſtendit manifeſte diſcipulis ſuis, vnum quidem & eundem Patrem familias, hoc eſt, vnum Deum Patrem, qui per ſeipſum omnia fecit: varios verò agricolas, quoſdam quidem contumelioſos, & ſuperbos, & infructuoſos, & Domini interfectores: quoſdam verò cum omni obedientia reddentes fructus temporibus ſuis: & eundem hunc Patremfamilias, aliquando quidem mittentem ſeruos, aliquando quidem Filium ſuum. A quo igitur Patre † miſſus eſt Filius ad eos colonos, qui interfecerunt eum, ab hoc & ſerui. Sed Filius quidem quaſi à Patre veniens principali authoritate dicebat: Ego autem dico vobis. Serui autem quaſi à Domino ſeruiliter, & propter hoc dicebant: Hæc dicit Dominus. Quem igitur illi Dominum præconabant incredulis, hunc Chriſtus tradidit his qui obediunt ſibi: & qui priores, ſiue primùm per ſeruilem legiſlationem vocauerat Deus: hic poſteriores ſiue poſtea per adoptionem aſſumpſit. Plan-
tauit enim Deus vineam humani generis, primò quidem E
per plaſmationem Adæ, & electionem patrum: tradidit
autem colonis, per eam legiſlationem, quæ eſt per
Moyſem. Sepem autem circundedit, id eſt, circunter-
minauit eorum culturam; & turrim ædificauit, Hieru-
ſalem elegit: & torcular fodit, receptaculum Prophe-
tici Spiritus præparauit; & ſic Prophetas miſit antequam
eſſet in Babylonem tranſmigratio. Et poſt tranſmigra-
tionem alios iterum plures quàm priores, expetentes
fructus, dicentes illis: Hæc dicit Dominus omnipotens: Zac. 7.9.
Emundate vias veſtras, & mores veſtros, iudicium iu-
ſtum iudicate, & miſericordiam & miſerationem facite
vnuſquiſque ad fratrem ſuum: in viduam, & orphanum,
& proſelytum, & pauperem ne exercueritis potentatum,
& vnuſquiſque maliriæ fratris ſui ne recordemini in cor-
dibus veſtris: iuſiurandum falſum nolite diligere. Laua- Iſa. 1.16.
mini, mundi eſtote, auferte nequitias à cordibus veſtris,
diſcite benefacere, exquirite iudicium, defendite vim
patientem, iudicate pupillo, & iuſtificate viduam, & F
venite diſputemus, dicit Dominus. Et rurſum: Cohibe Pſ. 33.14.
linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum.
Diuerte a malo, & fac bonum; inquire pacem, & per-
ſequere eam.

Hæc præconantes Prophetæ, fructum petebant iuſti-
tiæ. Non credentibus autem illis, nouiſſime Filium ſuum
miſit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quem cùm
occidiſſent mali coloni, proiecerunt extra vineam. Qua-
propter & tradidit eam Dominus Deus non iam circum-
uallatam, ſed expanſam in vniuerſum mundum aliis co-
lonis, reddentibus fructus temporibus ſuis, turre electio-
nis exaltata vbique & ſpecioſa. Vbique enim præclara
eſt Eccleſia, & vbique circumfoſſum torcular: vbique
enim ſunt qui ſuſcipiunt Spiritum. Quoniam enim Filium
Dei reprobauerunt, & eiecerunt eum, cùm eum occi-
diſſent extra vineam, iuſtè reprobauit eos Deus, & ex-
tra vineam exiſtentibus gentibus dedit fructificationem
culturæ. Quemadmodum & Hieremias Propheta ait: Ierem. 7.
Reprobauit Dominus, & abiecit gentem facientem hæc: 10.
quoniam fecerunt filij Iuda malignum in conſpectu meo, G
dicit Dominus. Similiter autem & Hieremias: Conſti- Ier. 6.17.
tui ſuper vos exploratores, dicentes; Audite vocem tu-
bæ. Et dixerunt: Non audiemus; propter hoc audierunt
gentes, & qui paſcunt pecora in eis. Vnus ergo & idem
Deus Pater, qui plantauit vineam, qui populum eduxit,
qui Prophetas miſit, qui Filium ſuum miſit, qui vineam
dedit aliis colonis, his qui reddunt fructum in tempori-
bus ſuis. Et propter hoc dicebat Dominus diſcipulis ſuis,
bonos operarios nos præparans. Attendite vobis, & vi- Luc. 21.
gilare ſemper in omni tempore, ne quando grauentur 34.
corda veſtra in crapula & ebrietate, & cogitationibus
ſæcularibus, & repentè adſiſtat ſuper vos dies illa. Su-
peruenier enim quaſi laqueus ſuper omnes ſedentes ſuper
faciem terræ. Sint igitur lumbi veſtri præcincti, & lu- Luc. 12.
cernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles homi- 35.
nibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuerta- Matt. 24.
tur à nuptiis. Quomodo enim factum eſt in diebus Noë: 37. Gen. 7.
manducabant & bibebant, emebant & vendebant, nu- H
bebant & nubebantur, & non ſcierunt, quoadvſque in- Luc. 17.
trauit Noë in arcam, & venit diluuium, & perdidit 28.
omnes. Quemadmodum factum eſt in diebus Lot, man-
ducabant & bibebant, emebant & vendebant, planta- Gen. 19.
bant & ædificabant, qua die exiuit Lot à Sodomis, pluit
ignem de cœlo, & perdidit omnes: ſic erit & in aduen-
tu Filij hominis. Vigilate igitur, quoniam neſcitis qua
die Dominus veſter veniet. Vnum & eundem annuntians
Dominum, qui in temporibus Noë propter inobedien-
tiam hominum ſuperinduxit diluuium, & temporibus
Lot propter multitudinem peccatorum Sodomitarum
pluit ignem à cœlo: & in nouiſſimo tempore propter
hanc eandem inobedientiam, & ſimilia peccata, ſuper-
ducet diem iudicij: in quo ait, tolerabilius Sodomis &
Gomorrhis futurum, quam illi ciuitati & domui, quæ
non receperit verbum Apoſtolorum eius. Et tu autem Matt. 11.
Capharnaum (dicebat) nunquid vſque ad cœlum exal- 23.
taberis? Vſque ad inferos deſcendes. Quoniam ſi in So-

A domis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, man-
ſiſſent vſque in hodiernum diem. Veruntamen dico vo-
bis, tolerabilius erit Sodomis in die iudicij quàm vobis.
Ioan. 4. 14. Vnus & idem cùm ſemper ſit Verbum Dei, credentibus
quidem ei, fontem aquæ in vitam æternam dans, infru-
Matt. 21. 19. ctuoſam verò fici arborem areſaciens, & ſtatim. Et tem-
Gen. 6. 2. poribus Noë iuſtè diluuium inducens, vti extingueret
peſſimum genus eorum, qui tunc erant hominum, qui
Gen. 19. 24. iam fructificare Deo non poterant, cùm Angeli tranſgreſ-
Iudæ v. 7. ſores commixti fuiſſent eis, & vt peccata eorum com-
peſceret, ſeruare verò arcæ typum. Adæ plaſmationem,
† pluit & temporibus Lot, qui † pluerat ſuper Sodomam &
Gomorrham ignem & ſulphur de cœlo, exemplum iu-
Luc. 3. 9. ſti iudicij Dei, vt cognoſcerent omnes, quoniam om-
Ioan. 15. 2. nis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, &
in ignem mittetur, & in vniuerſali iudicio tolerabilius
Matt. 15. 23. Sodomis vtens, quàm his qui viderunt eius virtutes
quas faciebat, & non crediderunt in eum, neque rece-
B perunt eius doctrinam. Quemadmodum enim maiorem
dedit gratiam, per ſuum aduentum his qui crediderunt
ei, & faciunt eius voluntatem, ſic & maiorem in iu-
dicio habere pœnam eos, qui non crediderunt ei, ſigni-
ficauit, iuſtus exiſtens ſuper omnes æqualiter, & qui-
bus plus dedit, plus ab eis exacturus. Plus autem, non
quòd alterius Patris agnitionem oſtendit, ſicut per tot
& tanta oſtendimus: ſed quia maiorem donationem pa-
ternæ gratiæ per ſuum aduentũ effudit in humanũ genus.

Si cui autem non ſufficiunt quæ prædiximus, ad cre-
dendum ab vno & eodem Patre Prophetas miſſos eſſe,
Matt. 21. 4. à quo & Dominus noſter miſſus eſt, aperiens autem
† os † aures cordis ſui, & Chriſtum Ieſum Dominum magi-
† inuocãs ſtrum † aduocans, audiat dicentem eum: Simile eſt
Luc. 14. 16. regnum cœlorum regi nuptias facienti filio ſuo, & mit-
tenti ſeruos ſuos ad congregandum eos, qui vocati fue-
runt ad nuptias: & illis nolentibus obedire, iterum ait:
Et alios ſeruos miſit, dicens: Dicite his qui ſunt voca-
ti, Venite, prandium meum paraui: tauri & omnia ſa-
C ginata occiſa, & omnia parata ſunt: venite ad nuptias.
Illi autem abierunt negligentes eum, alij quidem in
agrum ſuum, alij autem ad negotiationem ſuam. Re-
liqui verò arripuerunt ſeruos eius, & alios quidem con-
tumelioſè tractauerunt, alios verò occiderunt. Rex au-
tem cùm audiſſet, iratus eſt, & mittens exercitus ſuos
perdidit interfectores illos, & ciuitatem eorum ſuccen-
dit, & dixit ſeruis ſuis: Nuptiæ quidem paratæ ſunt,
vocati verò non fuerunt digni. Ite igitur ad exitus via-
rum, & quotquot inueneritis congregate ad nuptias.
Et exeuntes ſerui eius, congregauerunt omnes quot-
quot inuenerunt bonos & malos, & impletæ ſunt nu-
ptiæ diſcumbentibus. Introiens autem rex videre recum-
† indumentum nuptiarũ bentes, vidit ibi hominem non veſtitum † veſte nuptia-
li, & dicit ei: Amice, quomodo veniſti huc non ha-
bens indumentum nuptiarum? Ille autem obmuteſcen-
Matt. 22. 16. te, dixit rex miniſtris: Tollite eum à pedibus & mani-
bus, & mittite eum in tenebras, quæ ſunt exteriores:
ibi erit fletus & ſtridor dentium. Multi enim ſunt vo-
D cati, pauci verò electi. Manifeſtè enim per hæc verba
ſua oſtendit Dominus omnia, & quoniam vnus rex &
Dominus omnium Pater, de quo & antea dixit: Neque
in Hieroſolyma iures, quoniam ciuitas eſt magni regis.
Matth. 5. 35. Et quoniam ab initio nuptias præparauit Filio ſuo, &
propter immenſam benignitatem per ſeruos ſuos voca-
bat priores ad conuiuium nuptiarum: & vbi illi nolue-
runt obedire, rurſus alios ſeruos miſit conuocans eos,
neque ſic obedierunt ei. Sed & eos qui vocationem
Matt. 22. 7. annuntiabant, lapidauerunt & occiderunt. Illos quidem
† ciuitatem perdidit mittens exercitus ſuos, & † ciuitates illorum
ſuccendit: ex omnibus autem viis, id eſt, ex vniuer-
ſis gentibus ad conuiuium nuptiarum Filij ſui conuoca-
uit, quemadmodum & per Hieremiam ait: Et miſi ad
Ier. 18. 11. vos ſeruos meos Prophetas dicere: Auertimini vnuſquiſ-
que à via nequiſſima, & meliora facite opera veſtra.
Ier. 7. 25. Et rurſus per eundem: Et miſi (inquit) ad vos omnes
ſeruos meos Prophetas inter diem & ante lucem, & non
obedierunt mihi, neque intenderunt aures ipſorum: &
dices eis hunc ſermonem Hoc genus, quod non obedi- E
uit voci Domini, neque recepit diſciplinam, defecit fi-
des ex ore ipſorum. Qui igitur nos per Apoſtolos vndique
vocauit Dominus, hic per Prophetas vocabat eos qui
olim fuerunt, quemadmodum ex ſermonibus Domini
oſtenditur: & non ab alio quidem Prophetæ, ab alio au-
tem Apoſtoli, etiam ſi variis gentibus præconabant: ſed
ab vno & eodem, alij quidem Dominum annuntiabant,
alij autem Patrem euangelizabant: & alij quidem ad-
uentum prænuntiabant Filij Dei, alij verò præſentem eum
iam his qui longè erant, præconabant.

Adhuc etiam manifeſtauit oportere eum nos vocatio-
ne & iuſtitiæ operibus adornari, vti requieſcat ſuper nos
Spiritus Dei. Hoc eſt enim indumentum nuptiarum,
de quo & Apoſtolus ait: Nolumus expoliari, ſed ſupe- 2. Cor. 5. 4.
rindui, vti abſorbeatur mortale ab immortalitate. Qui
autem vocati quidem ſunt ad cœnam Dei, & propter ma-
lam ſuam conuerſationem non perceperunt Spiritum ſan-
ctum. Proiicientur (inquit) in tenebras exteriores. Ma- F
nifeſtè oſtendens, quòd idem ipſe rex, qui conuocauerit Matt. 22. 13.
vndique fideles ad nuptias Filij ſui, & incorruptibile con-
uiuium donauerit, iubeat mitti in tenebras exteriores
eum, qui non † habeat indumentum nuptiarum, hoc † habet
eſt, contemptorem. Quemadmodum enim in priore
teſtamento non in multis illorum benè ſenſit, & hic mul-
ti vocati, pauci verò electi. Non alius igitur qui iudicat Matt. 22. 14.
Deus, & alius qui conuocat ad ſalutem, Pater. Nec alius
quidem qui æternum lumen donat, alius verò qui iubet
in exteriores mitti tenebras eos qui non habent indu-
mentum nuptiarum Sed vnus & idem Deus Pater Do-
mini noſtri, à quo & Prophetæ miſſi ſunt, indignos
quidem conuocans propter immenſam benignitatem, eos
verò qui conuocati ſunt inſpiciens, ſi conuenientem habeant
indumentum, & congruens nuptiis Filij ſui. Quoniam
nihil incongruens, neque malum placet ei. Quemadmo-
dum Dominus dixit ei qui curatus fuerat: Ecce, ſanus fa- Ioan. 5. 14.
ctus es, iam noli peccare, ne quid deterius tibi fiat. Qui
enim eſt bonus, & iuſtus, & mundus, & immaculatus, G
neque malum aliquid, neque iniuſtum, neque abomi-
nandum in ſuo ſponſali thalamo ſuſtinebit. Eſt autem hic
Pater Domini noſtri, cuius prouidentia conſtant omnia,
& iuſſu adminiſtrantur omnia: & gratuitò quidem do-
nat in quos oportet, ſecundum autem meritum digniſſi-
mè diſtribuit aduerſus ingratos & non ſentientes beni-
gnitatem eius, iuſtiſſimus retributor, & propterea ait: Matt. 22. 7.
Mittens exercitus ſuos perdidit interfectores illos, &
ciuitatem illorum incendit. Exercitus autem eius (inquit)
quia omnes homines Dei. Domini enim eſt terra, & ple- Pſal. 23. 1.
nitudo eius, orbis terrarum, & omnes qui habitant in
ea. Et propter hoc Paulus Apoſtolus in ea epiſtola quæ
eſt ad Romanos, ait: Non enim eſt poteſtas niſi à Deo. Rom. 13. 1.
Quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt. Itaque, qui reſi-
ſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſi-
ſtunt, ipſi damnationem ſibi acquirunt. Principes enim
non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non
timere poteſtatem? Bonum fac & habebis laudem ex ea:
Dei enim miniſter eſt tibi ad bonum Si autem malè fe- H
ceris, time. Non enim ſine cauſa gladium portat. Dei
enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malum agit.
Ideoque ſubiecti eſtote, non tantùm propter iram, ſed &
propter conſcientiam. Propter hoc enim & tributa pen-
ditis: miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes.
Sed & Dominus igitur & Apoſtoli vnum Deum Patrem
† annuntiabant eum qui legiſdationem fecit, qui miſit † annuntiant
Prophetas, qui omnia fecit, & propter hoc ait: Mit-
tens exercitus ſuos. Quoniam omnis homo, ſecundùm
quod eſt homo, plaſma ipſius eſt, licet ignoret Deũ ſuum.
Omnibus enim ipſe vt ſint præſtat, qui ſolẽ ſuum oriri fa-
cit ſuper malos & bonos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Matth. 5. 45.

Et non ſolùm per ea quæ prædicta ſunt, ſed & per pa- Luc. 15. 12.
rabolam duorum filiorum, quorum iunior luxurioſè
conſumpſit ſubſtantiam, viuens cum fornicariis, vnum
& eundẽ docuit Patrem, maiori quidem filio ne hœdum
quidem indulgentem: propter eum autem qui perierat
minorem filium ſuum, iubentem occidi vitulum ſagina-

tum,

rum, & primam ei ſtolam donantem. Et per parabolam
h. autem eorum operariorum, qui variis temporibus in vi-
1.3. neam mittebantur, vnus & idem Dominus oſtenditur:
vocans alios quidem ſtatim in initio mundi fabricatio-
nis; alios verò poſt hoc; & alios circa medietatem tem-
porum; & alios progreſſis iam temporibus; item alios
in fine, vt ſunt quidem multi operarij ſecundùm ſua ipſo-
rum tempora: vnus autem eſt qui conuocat eos, pater-
familias. Etenim vinea vna, quoniam & vna iuſtitia: &
vnus diſpenſator, vnus enim Spiritus Dei, qui diſponit
omnia: ſimiliter autem & merces vna: omnes enim ac-
ceperunt ſingulos denarios, imaginem & inſcriptionem
regis, agnitionem filij Dei quæ eſt incorruptela. Et pro-
pter hoc à nouiſſimis cœpit dare mercedem, quoniam
in nouiſſimis temporibus manifeſtatus eſt Dominus, &
omnibus ſemetipſum repræſentauit.

8. Et Publicanus autem qui in oratione Phariſæum ſu-
perauit, non quoniam alterum Patrem adorabat, teſti-
monium accepit à Domino, quòd ſit magis iuſtificatus,
ſed quoniam cum magna humilitate, ſine extollentia, &
ſine iactantia exomologeſin eidem Deo faciebat. Et duo-
rum autem filiorum parabola, eorum qui in vineam
mittuntur: quorum alter quidem contradixit patri, &
poſtea pœnitetur, quando nihil profuit ei pœnitentia:
2. alter autem pollicitus eſt abire ſtatim, promittens Patri,
7. non abiit autem, quoniam omnis homo mendax? &
velle quidem in promptu adiacet, non inuenit autem
perficere, vnum & eundem oſtendit Patrem. Sed & ar-
boris fici parabola, de qua Dominus ait: Ecce, iam
triennium venio, quærens fructum in hac arbore fici, &
non inuenio; per Prophetas aduentum ſuum ſignificans,
per quos venit aliquotiens exquirens iuſtitiæ fructum ab
eis, quem non inuenit, apertè manifeſtauit, & quoniam
excidetur arbor fici, propter prædictam cauſam. Et ſine
parabola autem dicebat ad Hieruſalem Dominus, Hieru-
ſalem, Hieruſalem, quæ interficis Prophetas, & lapi-
das eos qui mittuntur ad te. Quotiens volui colligere
filios tuos ſicut gallina pullos ſuos ſub alas, & noluiſti?
Ecce, relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Quod
enim per parabolam dictum fuerat: Ecce, triennium ve-
nio quærens fructum, & manifeſtè iterum: Quotiens
volui colligere filios tuos, ſi non huius aduentum, qui
per Prophetas eſt, intelligamus, erit mendacium. Si-
quidem ſemel, & tunc primùm venit ad eos. Sed quo-
niam & Patriarchas qui elegit, & nos, idem eſt Ver-
bum Dei, & illos ſemper viſitans per propheticum Spi-
ritum, & nos qui vndique conuocati ſumus, per ſuum
aduentum, ſuper ea quæ dicta ſunt, verè hæc dicebat:
Multi ab Oriente & Occaſu venient, & recumbent cum
2. Abraham, Iſaac, & Iacob, in regno cœlorum: filij au-
tem regni ibunt in tenebras exteriores, † ibi erit fletus
& ſtridor dentium. Si igitur hi, qui per præconium
Apoſtolorum eius, ab Oriente & Occidente credentes
in eum, cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœ-
lorum recumbent, participantes cum eis epulationem,
vnus & idem Deus oſtenditur, qui elegit quidem Pa-
triarchas, viſitauit verò populum, gentes verò aduo-
cauit.

CAPVT LXXI.

Oſtenſio quod homo liber ſit & ſuæ poteſtatis, ad hoc vt ab ſe eligere poſſit meliora & contraria.

ALiud autem, quod ait, Quotiens volui congrega-
re filios tuos, & noluiſti? Veterem Legem liberta-
tis hominis manifeſtauit, quia liberum eum Deus fecit
ab initio, habentem ſuam poteſtatem, ſicut & ſuam ani-
mam, ad vtendum ſententia Dei voluntariè, & non †
coactum à Deo. Vis enim à Deo non fit, ſed bona ſenten-
tia adeſt illi ſemper. Et propter hoc conſilium quidem
bonum dat omnibus. Poſuit autem in homine poteſtatem E
electionis, quemadmodum in Angelis. Etenim Angeli ra-
tionabiles, vti hi quidem qui obediſſent, iuſte bonum
ſint poſſidentes, datum quidem à Deo, ſeruatum verò
ab ipſis. Qui autem non obedierunt, iuſtè † non inue- † non in-
niuntur cum bonis, & meritam pœnam percipient. Quo- uenietur
niam Deus quidem dedit benigne bonum, ipſi verò non cum bono
cuſtodierunt diligenter illud, neque pretioſum arbitrati
ſunt: ſed ſupereminentiam bonitatis contempſerunt.
Abiicientes igitur bonum & quaſi reſpuentes, meritò
omnes iuſtum iudicium incident Dei, quemadmodum
& Apoſtolus Paulus in ea epiſtola, quæ eſt ad Romanos, Rom. 2.
teſtificatus eſt, dicens ita: An diuitias bonitatis eius, & 4.
patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quo-
niam bonitas Dei † in pœnitentiam te adducit? Secun- † ad
dùm autem duritiam tuam, & cor impœnitens theſauri-
zas tibimetipſi iram in † diem iræ & reuelationis iuſti iu- † die
dicij Dei. Gloria autem & honor (inquit) omni operan- F
ti bonum. Dedit ergo Deus bonum, quemadmodum & Ibid. 7.
Apoſtolus teſtificatur in eadem epiſtola, & qui operan-
tur quidem illud, gloriam, & honorem percipient, quo-
niam operati ſunt bonum, cùm poſſint non operari illud:
hi autem qui illud non operantur, iudicium iuſtum † re- † excipient
cipient Dei, quoniam non ſunt operati bonum, cùm
poſſint operari illud.

CAPVT LXXII.

Oſtenſio quod non natura quidam boni ſunt, quidam verò mali, & quòd in hominis electione ſit bonum.

SI autem naturaliter quidam boni, quidam verò mali
facti fuiſſent, neque hi laudabiles eſſent † quia boni † qui
ſunt, tales enim † facti fuerant. Sed neque illi vitupera- † inſtituti
biles, & ipſi enim tales fuerant inſtituti. Sed quoniam G
omnes eiuſdem ſunt naturæ, & potentes retinere, &
operari bonum, & potentes rurſum amittere id, & non
facere: iuſtè etiam apud homines ſenſatos; quanto ma-
gis apud Deum? Alij quidem laudantur, & dignum per-
cipiunt teſtimonium electionis bonæ & perſeuerantiæ:
alij verò accuſantur, & dignum percipiunt damnum, eò
quòd iuſtum & bonum reprobauerint. Et ideò Prophetæ
quidem hortabantur homines iuſtitiam agere, bonum
quoque operari, ſicut per multa oſtendimus: quia in
nobis ſit hoc, & propter multam negligentiam in obli-
uionem inciderimus, & conſilio egeamus bono, pro-
pter quod bonus præſtabit bonum conſilium perfectis
per Prophetas Propter hoc autem & Dominus: Luceat Matth. 5.
lumen veſtrum, dicebat, coram hominibus, vt videant 16.
bona facta veſtra, & † glorificent Patrem veſtrum qui in † clarifi-
cœlis eſt. Et: Attendite vobis, ne fortè grauentur cor- cent
da veſtra in crapula, & ebrietate; & ſollicitudinibus Luc. 21.
ſæcularibus. Et: Sint lumbi veſtri prædicti, & lucernæ 34.
ardentes, & vos ſimiles hominibus expectantibus Do- Luc. 12.
minum ſuum, quando reuertatur à nuptiis, vt cùm ve- 35.
nerit, & pulſauerit, aperiant ei. Beatus ſeruus ille, quem H
cùm venerit Dominus eius, inuenerit ita facientem. Et Ibid. 47.
iterum: Seruus qui ſcit voluntatem Domini ſui, & non 48.
facit, vapulabit multis. Et: Quid mihi dicitis, Domine, Luc. 12.
Domine, & non facitis quæ dico? Et iterum: Si autem 47.
dicat ſeruus in corde ſuo; Tardat Dominus meus, & in- Luc. 6.
cipiat cædere conſeruos, & manducare, & bibere, & 46.
inebriari, veniet Dominus eius in die qua non ſperat, & Matt. 24.
diuidet eum, & partem eius cum hypocritis ponet: & 48.
omnia talia quæ liberum, & ſuæ poteſtatis oſtendunt
hominem, & quia conſilio inſtruat Deus, adhortans
nos ad ſubiectionem ſibi, & auertens ab incredulitate,
non tamen de violentia cogens.

Etenim ipſum Euangelium ſi noluerit quis ſequi, licet Ioan. 6.
quidem, non tamen expedit. Inobedientia enim Dei, & 67.
amiſſio boni eſt quidem in hominis poteſtate: læſionem 1. Cor. 6.
autem, & damnum non quamlibet inferi: & propter 12.

hoc Paulus ait : Omnia licent, ſed non omnia expediunt,
& libertatem referens hominis, quapropter & omnia li-
cent, non cogente eum Deo, & id non expedit, oſten-
dens vt non ad velamen malitiæ abutamur libertate, non
4. enim hoc expedit. Et iterum ait : Loquimini veritatem
5. vnuſquiſque cum proximo ſuo. Et : Omnis ſermo malus
de ore veſtro non exeat, aut turpitudo, aut vaniloquium,
net aut ſcurrilitas, quæ ad rem non † pertinent, ſed magis
15. gratiarum actio. Et Eratis enim aliquando tenebræ, nunc
.6. autem lumen in Domino, quaſi filij lucis honeſtè am-
bulate, non in commeſſationibus, & ebrietatibus;
non in cubilibus, & in libidinibus; non in ira, &
zelo. Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſan-
ctificati eſtis in nomine Domini noſtri. Si igitur non
in nobis eſſet facere hæc, aut non facere, quam
cauſam habebat Apoſtolus, & multò prius ipſe Domi-
nus conſilium dare, quædam quidem facere, à quibuſ-
dam verò abſtinere? Sed quoniam liberæ ſententiæ ab
initio eſt homo, & liberæ ſententiæ eſt Deus, cuius ad
ſimilitudinem factus eſt, ſemper conſilium datur ei, con-
tinere bonum, quod perficitur ex ea, quæ eſt ad Deum
obedientia : & non tantùm in operibus, ſed etiam in fi-
de liberum, & ſuæ poteſtatis arbitrium homini ſeruauit
8. Dominus, dicens : Secundùm fidem tuam fiat tibi, pro-
priam fidem hominis oſtendens, quoniam propriam
ſuam habet ſententiam. Et iterum : Omnia poſſibilia ſunt
credenti : &, Vade, ſicut credidiſti, fiat tibi. Et omnia
talia, ſuæ poteſtatis ſecundùm fidem oſtendunt homi-
nem Et propter hoc, is qui credit ei, habet vitam æter-
nam : qui autem non credit Filio, non habet vitam æter-
nam : ſed ira Dei manebit ſuper ipſum. Secundùm hanc
igitur rationem, & ſuum proprium bonum oſtendens
Dominus, & ſui arbitrij, ac ſuæ poteſtatis hominem
ſignificans, dicebat ad Hieruſalem : Quotiens volui
congregare filios tuos, quemadmodum gallina pullos ſuos
ſub † alas, & noluiſti Quapropter relinquetur vobis do-
mus veſtra deſerta. Qui autem his contraria dicunt, ipſi
impotentem introducunt Dominum, ſcilicet quaſi non
potuerit perficere hoc, quod voluerit. Aut rurſum igno-
ra rantem † naturam Choicos, (vt ipſi dicunt) & eos, qui
non poſſunt accipere eius incorruptelam.

Sed oportebat (inquit) eum, neque Angelos tales
feciſſe, vt poſſent tranſgredi, neque homines, qui ſtatim
ingrati exiſterent in eum, quoniam rationabiles, & exa-
minatores, & iudiciabiles facti ſunt; & non quem-
admodum irrationabilia, ſiue inanimalia, quæ ſua vo-
luntate nihil poſſunt agere : ſed cum neceſſitate, & vi
ad bonum trahuntur, in quibus vnus ſenſus, & vnus
mox inflexibilis, & ſin. iudicio, qui nihil aliud eſſe poſ-
ſunt, præter quam quod facti ſunt. Sic autem nec ſuaue
eſſet eis, quod eſt bonum, neque pretioſa communica-
tio Dei, neque magnopere appetendum bonum, quod
ſine ſuo proprio motu, & cura, & ſtudio proueniſſet,
ſed vltro & otioſè inſitum. Ita vt eſſent nullius momenti
boni, eò quòd natura magis, quàm voluntate tales ex-
titerint, & vltroneum haberent, bonum, ſed non ſe-
cundùm electionem. Et propter hoc, nec hoc ipſum in-
telligentes, quoniam pulchrum ſit quod bonum, neque
fruentes eo. Quæ enim fruitio boni apud eos, qui igno-
rant : Quæ autem gloria his, qui non ſtuduerint illud:
2. Quæ autem corona his qui non eam, vt victores in cer-
tamine conſequuti ſunt? Et propter hoc Dominus vio-
lentum dixit regnum cœlorum. Et qui vim faciant (in-
quit) diripiunt illud. Hoc eſt, qui cum vi & agone vi-
gilantes inſtanter diripiunt illud. Propter hoc autem &
6. Paulus Apoſtolus ait ad Corinthios : Non ſcitis, quo-
7. niam hi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt
9. ſed vnus accipit brauium? Sic currite vt comprehenda-
tis Omnis autem qui agonizat, in omnibus continens
eſt, ille quidem vt corruptibilem accipiat coronam, nos,
autem incorruptibilem Ego autem ſic curro, non in in-
certum : ſic pugno, non quaſi aerem cædens, ſed liui-
dum facio corpus meum, & in ſeruitutem redigo : ne
4. fortè aliis prædicans, ipſe reprobus efficiar. Bonus igi-
tur agoniſta, ad incorruptelæ agonem adhortatur nos,
vti coronemur, & pretioſam arbitremur coronam vi- E
delicet quæ per agonem nobis acquiritur, ſed non vl-
trò coalitam. Et quanto per agonem nobis aduenit,
tanto eſt pretioſior : quanto autem pretioſior, tanto
eam ſemper diligamus. Sed neque ſimiliter diligun-
tur ea, quæ vltro adueniunt, quàm illa quæ cum multa
ſollicitudine adinueniuntur. Quoniam igitur † pro nobis † μαθεῖν ἡμῶν penes nos
erat, plus diligere Deum, cum agone hoc nobis adin-
uenire, & Dominus docuit, & Apoſtolus tradidit. Et
aliàs autem eſſet, videlicet noſtrum inſenſatum bonum,
quod eſſet inexercitatum. Sed & videre non tantùm no-
bis eſſet deſiderabile, niſi cognouiſſemus quantum eſſet
malum non videre. Et benè valere autem, malè valen-
tis experientia honorabilius efficit; & lucem, tenebra-
rum comparatio, & vitam, mortis. Sic & cœleſte regnum
honorabilius eſt his qui cognouerunt terrenum. Quantò
autem honorabilius, tantò magis diligimus illud : & ſi
plus illud dilexerimus, clariores erimus apud Deum Pro
nobis igitur omnia hæc ſuſtinuit Dominus, vti per F
omnia eruditi in omnibus, in futurum ſimus cauti, &
perſeueremus in omni eius dilectione, rationabiliter
edocti diligere Deum, Deo quidem magnanimitatem
præſtante in apoſtaſia hominis, homine autem erudito
per eam, quemadmodum & Propheta ait : Emendabit
te abſceſſio tua : præfiniente Deo omnia ad hominis per-
fectionem, & ad ædificationem, & manifeſtationem
diſpoſitionem; vti & bonitas oſtendatur, & iuſtitia per- † efficaciam
ficiatur, & Eccleſia ad figuram imaginis Filij eius
coaptetur, & tandem aliquando maturus fiat homo, in
tantis matureſcens ad videndum, & capiendum Deum.

CAPVT LXXIII.

Quæ cauſa fuerit quod non ab initio perfectus factus eſt homo. G

SI hoc autem dicat aliquis : Quid enim? Non poterat Luc. 1. 37.
ab initio Deus perfectum feciſſe hominem? Sciat
quoniam Deus quidem, cùm ſemper ſit idem, & † in- † ἀγέννητος
natus, quantum ad ipſum eſt, omnia poſſibilia ei. Quæ
autem facta ſunt ab eo, ſecundùm quod poſtea facturæ
initium habuerunt, ſecundùm hoc & minora eſſe opor-
tuit eo qui ſe fecerit. Nec enim poterant infecta eſſe,
quæ nuper facta ſunt : propter quod autem non ſunt : in-
fecta, propter hoc & ideo deficiunt à perfecto.

CAPVT LXXIV.

Eſt ſecundum quid omnia quæ facta ſunt, indigent perfecto, & vnde eſt indigentia. H

SEcundùm enim quod ſunt poſteriora, ſecundùm hoc
& infantilia, & ſecundùm quod infantilia, ſecundùm
hoc & inſueta, & inexercitata ad perfectam diſcipli-
nam. Quemadmodum enim mater poteſt quidem præ-
ſtare perfectam eſcam infanti, ille autem adhuc non po-
teſt robuſtiorem ſe percipere eſcam, ſic & Deus ipſe
quidem potens fuit homini præſtare perfectionem ab
initio, homo autem impotens percipere illam : infans
enim fuit. Et propter hoc Dominus noſter, in nouiſſi- Ioan. 6. 35. & 42.
mis temporibus recapitulans in ſeipſo omnia, venit ad
nos, non quomodo ipſe poterat, ſed quomodo illum
nos videre poteramus. Ipſe enim in ſua inenarrabili glo-
ria ad nos venire poterat, ſed nos magnitudinem gloriæ
ipſius portare non poteramus. Et propter hoc quaſi in-
fantibus ille qui erat panis perfectus Patris, lac nobis
ſemetipſum præſtitit, quod erat ſecundùm hominem
eius aduentus, vt quaſi à mammilla carnis eius enutri-
ti, & per talem lactationem aſſueti manducare & bibe-

te verbum Dei, & eum, qui eſt immortalitatis panis, qui eſt Spiritus Patris, in nobis ipſis eum continere poſſimus.

CAPVT LXXV.

Quid eſt quod à Paulo dictum eſt, Lac vobis potum dedi, non eſcam.

3. ET propter hoc Paulus ad Corinthios, ait: Lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis eſcam, percipere, id eſt, eum quidem aduentum Domini, quem ſecundùm hominem didiciſtis: nondum autem Patris Spiritus requieſcit ſuper vos, propter veſtram infirmitatem. Vbi enim ſunt zelus, & diſcordia (alt) in vobis, & diſſentiones, nonne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis? Hoc eſt, quoniam nondum Spiritus Patris erat † cum ipſis, propter imperfe-
7. ctionem eorum, & infirmitatem conuerſionis. Quemadmodum igitur Apoſtolus quidem poterat dare eſcam: (quibuſcunque enim imponebant Apoſtoli manum, accipiebant Spiritum ſanctum; qui eſt eſca vitæ) illi autem non poterant † percipere illud, quoniam infirmum adhuc & inexercitabilem ſenſum erga Deum conuerſionis habebant. Sic & initio Deus quidem potens fuit dare perfectionem homini, ille autem nunc nuper factus, non poterat illud accipere, vel accipiens capere, vel capiens continere. Et propter hoc coinfantiatum eſt homini Verbum Dei, cum eſſet perfectus, non propter ſe, ſed propter hominis infantiam, ſic capax effectus, quemadmodum homo illum capere potuit. Non igitur circa
85 Deum impoſſibile & indigens, ſed circa eum qui nunc nuper factus eſt homo, quoniam non † perfectus erat, Circa Deum autem virtus ſimul, & ſapientia, & bonitas oſtenditur. Virtus quidem & bonitas in eo quod ea, quæ nondum erant, voluntariè conſtituerit, & fecerit: ſapientia verò, in eo quòd apta & conſonantia quæ ſunt, fecerit. Quædam autem propter immenſam eius benignitatem augmentum accipientia, & in multum temporis perſeuerantia, infecti gloriam referunt Deo, ſine inuidia donanti quod bonum eſt. Secundùm enim id quod facta ſunt, non ſunt infecta: ſecundùm id verò quod perſeuerant longis Æonibus, virtutem infecti aſſument, Deo gratuito donante eis ſempiternam perſeuerationem. Et ſic principalitatem quidem habebit in omnibus Deus. Quoniam & ſolus infectus, & prior omnium, & omnibus vt ſint, ipſe eſt cauſa: reliqua verò omnia in ſubiectione manent Dei. Subiectio autem Dei, incorruptelæ perſeuerantia eſt: incorruptela autem gloria infecti. Per hanc igitur ordinationem, & huiuſmodi conuenientiam, & talis factus, & plaſmatus homo ſecundùm imaginem, & ſimilitudinem conſtituitur infecti Dei, Patre quidem bene ſentiente & iubente: Filio verò miniſtrante, & formante. Spiritu verò nutriente, & augente: homine verò paulatim proficiente, & perueniente ad perfectum, id eſt, proximum infecto fieri. Perfectus enim eſt infectus, hic autem eſt Deus. Oportuerat autem hominem primò fieri, & factum augeri, & auctum corroborari, & corroboratum multiplicari, & multiplicatum conualeſcere, conualeſcentem verò glorificari & glorificatum videre ſuum Dominum. Deus enim eſt, qui habet videri. Viſio autem Dei efficax eſt incorruptelæ: incorruptela verò proximum facit eſſe Deo. Irrationabiles igitur omni modo, qui non expectant tempus augmenti, & ſuæ naturæ infirmitatem adſcribunt Deo. Neque enim Deum, neque ſemetipſos ſcientes, inſatiabiles & ingrati, nolentes primò eſſe hoc, quod & facti ſunt, homines paſſionum capaces, ſed ſupergredientes legem humani generis, & antequam fiant homines, iam volunt ſimiles eſſe factori Deo, & nullam eſſe differentiam infecti Dei, & nunc facti hominis, qui plus irrationabiles ſunt, quàm muta animalia. Hæc enim non imputant Deo, quoniam non homines fecit ea, ſed vnumquodque eò quod factum eſt, quoniam eſt, gratias agit. Nos enim imputamus ei, quoniam non ab initio dij facti ſumus, ſed primò quidem homines, tunc demùm Dij: quamuis Deus ſecundùm ſimplicitatem bonitatis ſuæ hoc fecerit, ne quis eum putet inuidioſum, aut impræſtantem. Ego (inquit) dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes. Nobis autem poteſtatem Diuinitatis baiulare non ſuſtinentibus, Vos autem (inquit) ſicut homines moriemini: vtraque referens, & illud quod eſt benignum ſuæ donationis, & infirmitatem noſtram, & quod eſſemus noſtræ poteſtatis. Secundùm enim benignitatem ſuam benè dedit bonum, & ſimiles ſibi ſuæ poteſtatis homines fecit: ſecundùm autem prouidentiam, ſciuit hominum infirmitatem, & quæ ventura eſſent ex ea, ſecundùm autem dilectionem, & virtutem vinci factæ naturæ ſubſtantiam. Oportuerat autem primò naturam, apparere poſt deinde vinci & abſorbi mortale ab immortalitate, & corruptibile ab incorruptibilitate, & fieri hominem ſecundùm imaginem, & ſimilitudinem Dei, agnitione accepta boni & mali.

E

Pſal. 81. 6.

Homo ſua poteſtatis factus eſt à Deo.

2. Cor. 5. 4.

1. Cor. 15. 55.

F

CAPVT LXXVI.

Quæ eſt agnitio boni, & mali, & quemadmodum homo cùm indicto audiens fuiſſet, inualuit Deus per dicti audientiam meliorem fieri hominem.

AGnitionem autem accepit homo boni & mali. Bonum eſt autem obedire Deo, & credere ei, & cuſtodire eius præceptum, & hoc eſt vita hominis: quemadmodum non obedire Deo, malum: & hoc eſt mors eius. Magnanimitatem igitur præſtante Deo, cognouit homo, & bonum obedientiæ, & malum inobedientiæ, vti oculo mentis vtrorumque accipiens experimentum, electionem meliorum cum iudicio faciat; & nunquam ſegnis, neque negligens præcepti fiat Dei, & id quod aufert ab eo vitam, id eſt, non obedire Deo, experimento diſcens, quoniam malum eſt: neque tentet quidem illud vnquam. Quod autem conuerſatorium, vitæ eius, eſt, obedire Deo: ſciens quoniam bonum eſt, vt cum omni intentione diligenter cuſtodiat. Propter hoc etiam duplices habuit ſenſus, vtrorumque agnitionem habentes, vt electionem meliorum cum diſciplina faciat. Diſciplinam autem boni quemadmodum habere potuiſſet, ignorans quod eſt contrarium? Firmior eſt enim & indubitata ſubiacentium apprehenſio, quàm ea quæ eſt ex ſuſpicione coniectura. Quemadmodum cùm lingua per guſtum accipit experimentum dulcis & amari, & oculus per viſionem diſcernit quod eſt nigrum ab albo, & auris per auditum differentias ſonorum ſcit: ſic & mens per vtrorumque experimentum diſciplinam boni accipiens, firmior ad conſeruationem eius efficitur, obediens Deo. Inobedientiam quidem primùm reſpuens per pœnitentiam, quoniam amarum & malum eſt: deinde ex comprehenſione diſcens, quale ſit quod contrarium eſt bono dulcedini, ne tentet quidem vnquam inobedientiam guſtare Dei. Si autem vtrorumque eorum cognitionem, & duplices ſenſus cognitionis quis defugiat, latenter ſemetipſum occidit hominem. Quemadmodum igitur erit Deus, qui nondum factus eſt homo; quomodo autem perfectus, nuper effectus? Quomodo autem immortalis, qui in natura mortali non obediuit factori? Oportet enim te quidem primò ordinem hominis cuſtodire, tunc deinde participare gloriæ Dei, Non enim tu Deum facis, ſed Deus te facit, Si ergo opera Dei es, manum artificis tui expecta, opportunè omnia facientem: opportunè autem, quantum ad te attinet, qui efficeris. Præſta ei autem cor tuum molle & tractabile, & cuſtodi figuram, qua te figurauit artifex, habens in temetipſo humorem, ne induratus amittas veſtigia digitorum eius. Cuſtodiens autem compaginationem,

G

H

aſcendes

A aſcendes ad perfectum: ab artificio enim Dei † abſcon- † *abſconditur* detur, quod eſt in te lutum, fabricabit ſubſtantiam in te, manus eius liniet te ab intus, & à foris auro puro & argento, & in tantum ornabit te, vt ipſe rex concupiſ- Pſ. 44. 13. cat ſpeciem tuam. Si verò ſtatim obduratus reſpuas artem eius, & ingratus exiſtas in eum, quoniam homo factus es, ingratus Deo factus; ſimul & artem eius, & vitam amiſiſti. Facere enim, proprium eſt benignitatis Dei: fieri autem, proprium eſt hominis naturæ. Si igitur tradiderit ei, quod eſt tuum, id eſt fidem in eum, & ſubiectionem; percipies eius artem, & eris perfectum Matth. 22. 5. Luc. 14. 8. opus Dei. Si autem non credideris ei, & fugeris manus eius: erit cauſa imperfectionis in te, qui non obediſti, ſed non in illo, qui vocauit. Ille enim miſit, qui vocarent ad nuptias, qui autem non obedierunt ei, ſemetipſos priuauerunt regia cœna. Non igitur ars deficit Dei; potens eſt enim de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ: ſed B ille, qui non conſequitur eam, ſibimet ſuæ imperfectionis eſt cauſa. Nec enim lumen deficit propter eos, qui ſemetipſos excæcauerunt: ſed illo perſeuerante quale & eſt, excæcati per ſuam culpam, in caligine conſtituuntur, neque lumen cum magna neceſſitate ſubiiciet ſibi quemquam, neque Deus † cogit eum, qui † *coget* † *odit* † nolit continere eius artem. Qui igitur abſtiterunt à paterno lumine, & tranſgreſſi ſunt Legem libertatis, per *Liberum arbitriū* ſuam abſtiterunt culpam, liberi arbitrij, & ſuæ poteſtatis facti. Deus autem omnia præſciens, vtriuſque aptas præparauit habitationes, eis quidem, qui inquirunt lumen incorruptibilitatis, & ad id recurrunt, benignè donans hoc quod concupiſcunt lumen: aliis verò id contemnentibus, & auertentibus ſe ab eo, & id fugientibus, & quaſi ſemetipſos excæcantibus, congruentes lumini aduerſantibus præparauit tenebras, & his qui fugiunt ei eſſe ſubiecti, conuenientem ſubdidit pœnam. Subiectio autem Dei requietio eſt æterna, vt hi qui fugiunt lumen, dignum fugæ ſuæ habeant locum: & qui C fugiunt æternam requiem, congruentem fugæ ſuæ habeant habitationem. Cùm autem apud Deum omnia ſint bona, qui ex ſua ſententia fugiunt Deum, ſemetipſos ab omnibus fraudant bonis. Fraudati autem omnibus erga Deum bonis, conſequenter in Dei iuſtum iudicium incident. Qui enim fugiunt requiem, iuſte in pœna conuerſabuntur: & qui fugerunt lumen, iuſte inhabitabunt tenebras. Quemadmodum autem in hoc temporali lumine, qui fugiunt illud, ipſos ſe tenebris mancipant: ita vt ipſi ſibi cauſa fiant, quod deſtituuntur a lumine, & inhabitant tenebras & non lumen cauſa eſt eis huiuſmodi conuerſationis, quemadmodum prædiximus: ſic æternum Dei qui fugiunt lumen, quod continet in ſe omnia bona ipſi ſibi cauſa ſunt, vt æternas inhabitent tenebras deſtituti omnibus bonis, ſibimetipſis cauſa huiuſmodi habitationis facti. Vnus igitur, & idem Deus Pater, qui quidem concupiſcentibus eius communicationem, & D perſeuerantibus in ſubiectione eius, quæ ſunt apud ſe præparat bona: principi autem abſceſſionis Diabolo, & Matth. 25. 41. qui cum eo abſceſſerunt Angelis, æternum ignem præparans: in, quem † mittuntur (inquit Dominus) illi, † *mittentur* qui in ſiniſtra ſeparati ſunt.

CAPVT LXXVII.

Quid eſt quod à Propheta dictum eſt, Ego Deus zelans, faciens pacem, & condens mala.

Iſai. 45. 7. ET hoc eſt quod à Propheta dictum eſt: Ego Deus zelans, faciens pacem, condens mala, in eos quidem, qui pœnitentiam agentes conuertuntur ad eum faciens pacem, & amicitiam, & vnitatem componens: ſuper eos verò qui pœnitentiam non agunt, † ſed fu- † *refugiunt* giunt eius lumen, ignem æternum, exteriores tenebras Matth. 8. & 22. præparans, quæ quidem ſunt mala his, qui incidunt in ea: ſed bona ex iuſtitia Dei.

CAPVT LXXVIII.

Oſtenſio quoniam non alius eſt, qui requiem dat Pater, alius autem qui ignem præparauit Deus, ſed vnus & idem.

E SI autem alius quidem eſſet qui requiem donat Pater, & alius qui ignem præparauit, Deus, fuiſſent æquè differentes, & eis filij; alius quidem in Patris regnum mittens, alius verò in æternum ignem. Sed quoniam Matth. 25. 41. vnus & idem Dominus, ſeparari demonſtrauit in iudicio omne genus humanum, quemadmodum paſtor ſegregat oues ab hœdis, & aliis quidem dicet, Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod paratum eſt vobis: aliis verò, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, quem † parauit Pater meus Diabolo, & An- † *præparauit* gelis eius: vnus & idem Pater manifeſtiſſimè oſtenditur, F faciens pacem, & condens mala, præparans vtriſque quæ ſunt apta: quemadmodum & vnus iudex vtroſque in aptum mittens locum, quemadmodum & in zizaniorum, & in tritici parabola, manifeſtauit Dominus, dicens: Quemadmodum colliguntur zizania, & † in Matth. 13. 30. ignem mittuntur, ſic erit in conſummatione ſæculi. Mit- † *igni comburuntur* tet Filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in clibanum ignis: illic erit fletus & ſtridor Ibid. 41. 42. dentium. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno Patris ipſorum. Qui ergo regnum præparauit iuſtis Pater, in quod aſſumpſit Filius eius dignos, hic & caminum ignis præparauit, in quem dignos mittent ij, qui à Filio hominis miſſi ſunt Angeli, ſecundùm iuſſum Dei. Hic enim in agro ſuo bonum ſemen ſeminauit. Ager autem (inquit) ſæculum eſt. Cùm autem dormirent homines, ve- Matth. 13. 38. nit inimicus, & ſuperſeminauit zizania inter frumentum, & abiit. Extunc enim apoſtata eſt Angelus, hic & inimicus, ex quo zelauit plaſma Dei, & inimicum illum Deo facere aggreſſus eſt. Quapropter & Deus eum quidem, G qui a ſemetipſo † zizaniam abſconsè ſeminauit, id eſt † *ζιζάνια* tranſgreſſionem, quam ipſe intulit, ſeparauit à ſua conuerſatione. Eum autem qui negligenter quidem, ſed male accepit inobedientiam, hominem miſeratus eſt, & retorſit inimicitiam, per quam inimicum Deo facere voluit, in ipſum inimicitiarum authorem, auferens quidem ſuam, quæ erat aduerſus hominem inimicitiam, retorquens autem illam, & mittens illam in ſerpentem. Quemadmodum & Scriptura ait dixiſſe ſerpenti † Do- † *Deum* Gen. 3. minum, Et inimicitiam ponam inter te, & mulierem, & inter ſemen tuum, & inter ſemen mulieris. Ipſe tuum calcabit caput, & tu obſeruabis calcaneum eius. Et inimicitiam hanc Dominus in ſemetipſum recapitulauit, de muliere factus homo, & calcans eius caput, quemadmodum in eo qui ante hunc eſt libro, oſtendimus. Quo- H niam Angelos quoſdam dixit Diabolos, quibus æternus † *Diaboli* ignis præparatus eſt. Et rurſus in zizaniis ait: Zizania ſunt filij maligni, neceſſarium eſt dicere, quoniam omnes, qui ſunt abſceſſionis, adſcripſit illi, qui princeps eſt huius tranſgreſſionis: ſed non ille quidem natura, aut Angelos, aut homines fecit. Nihil enim in totum Diabolus inuenitur feciſſe, videlicet cum & ipſe creatura ſit Dei, quemadmodum & reliqui Angeli. Omnia enim fecit Deus, quemadmodum & Dauid ait de omnibus hu- Pſal. 32. 9. iuſmodi: Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe præce- Pſal. 148. 5. pit, & creata ſunt,

CAPVT LXXIX.

Quare Angeli, Diaboli, & filij nequitiæ dicti ſunt.

CVm igitur a Deo omnia facta ſint, & Diabolus ſibimetipſi, & reliquis factus eſt abſceſſionis cauſa, iuſte Scriptura eos qui in abſceſſione perſeuerant, ſem-

per filios Diaboli , & Angelos dixit maligni. Filius enim, quemadmodum & quidam ante nos dixit, dupliciter intelligitur. Alius quidem ſecundùm naturam , eò quòd natus ſit filius : alius autem ſecundùm id quòd † factum eſt , reputatur filius , licet ſit differentia inter natum , & factum. Quoniam ille quidem ex eo natus eſt , ille autem ab ipſo factus eſt , ſiue ſecundùm conditionem , ſiue ſecundùm doctrinæ magiſterium. Qui enim ab aliquo edoctus eſt verbo , filius docentis dicitur , & ille eius pater. Secundùm igitur naturam , quæ eſt ſecundùm conditionem, vt ita dicam , omnes filij Dei ſumus, propter quod à Deo omnes facti ſumus. Secundùm autem † dicto audientiam , & doctrinam , non omnes filij Dei ſunt , ſed qui credunt ei , & faciunt eius voluntatem. Qui autem non credunt , & non faciunt eius voluntatem , filij & Angeli , ſunt Diaboli , ſecundùm id quod opera Diaboli faciunt. Quoniam autem ita ſe habet hoc, in Eſaia dixit: Filios genui & exaltaui , ipſi autem me ſpreuerunt. Et iterum quæ dicit filios alienos eos, ita : Filij alieni mentiti ſunt mihi : ſecundùm enim naturam filij ſunt , propter hoc quòd ab eo facti ſunt : ſecundùm autem opera non ſunt filij.

CAPVT LXXX.

Qui illi , & ob quam cauſam progenies viperarum, qui non obediunt Euangelio.

QVemadmodum enim in hominibus in dicto audientes patribus filij abdicati, natura quidem filij eorum ſunt , lege verò alienati ſunt : non enim hæredes ſiunt naturalium parentum : eodem modo apud Deum , qui non obediunt ei , abdicati ab eo, deſierunt filij eius eſſe: vnde nec hæreditatem eius percipere poſſunt : quemadmodum Dauid ait : Alienati ſunt peccatores ab vtero, ita eis ſecundùm ſimilitudinem ſerpentis. Et propter hoc Dominus quos ſciebat hominum eſſe progeniem , dixit ſic, progeniem viperarum , ſecundùm ſimilitudinem horum animalium, in varietate ambulantes, & lædentes reliquos. Attendite enim (inquit) à fermento Phariſæorum, & Sadducæorum. Sed & de Herode dicens : Dicite (inquit) vulpi huic : nequam aſtutiam eius & dolum ſignificans. Quapropter Dauid Propheta ait : Homo in honore poſitus , aſſimilatus eſt iumentis. Et iterum Hieremias ait : Equi furentes circa fœminas facti ſunt , vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat. Et Eſaias in Iudæa præconans, & cum Iſraël diſputans, principes Sodomorum , & populum Gomorrhæ dicebat eos, Similes enim Sodomitis tranſgreſſione , & eadem quæ illi fecerunt peccata , eſſe apud eos ſignificans , propter ſimilem operationem eodem vocabulo vocans eos ; & quia non natura eſſent ſic facti à Deo, ſed qui poſſent & iuſtè agere. Idem dicebat conſilium eis dans bonum : Lauamini, mundi eſtote , auferte nequitias ab † animis veſtris ante oculos meos , quieſcite ab iniquitatibus veſtris. Scilicet quoniam iidem ipſi cùm tranſgrederentur & peccarent, eandem quam Sodomitæ perceperunt objurgationem. Cùm enim conuerterentur , & pœnitentiam agerent , & quieſcerent à malitia , filij poterant eſſe Dei , & hæreditatem conſequi incorruptelæ , quæ ab eo præſtatur. Secundùm hanc igitur rationem, Angelos Diaboli, & filios dixit maligni, qui Diabolo credunt, & ea quæ ſunt eius, agunt. Qui quidem ab initio omnes ab vno & eodem Deo facti ſunt. Verùm quando credunt , & ſubiecti eſſe Deo perſeuerant, & doctrinam eius cuſtodiunt , filij ſunt Dei : † cùm autem abſceſſerunt , & tranſgreſſi fuerunt, Diabolo adſcribuntur principi, ei qui primò ſibi, tunc & reliquis cauſa abſceſſionis factus eſt.

Quoniam autem autem multi quidem, Domini ſermoues , vnum autem & eundem omnes annuntiant Patrem factorem mundi huius , oportebat & nos propter eos, qui multis erroribus continentur , per multa confutare, ſi quomodo poſſent per multa confutari , ad veritatem conuerti , & ſaluari. Neceſſarium eſt autem , conſcriptioni huic † conſequenti , poſt Domini ſermones, ſubjungere Pauli quoque doctrinam , & examinare ſententiam eius , & Apoſtolum exponere , & quæcunque ab hæreticis in totum non intelligentibus , quæ à Paulo dicta ſunt , alias acceperunt interpretationes , explanare, & dementiam inſenſationis eorum oſtendere. Et ab eodem Paulo , ex quo nobis quæſtiones inferunt , manifeſtare illos quidem mendaces , Apoſtolum verò prædicatorem eſſe veritatis, & omnia conſonantia veritatis præconio docuiſſe , vnum Deum Patrem eum , qui loquutus ſit ad Abraham, qui legiſdationem fecerit, qui Prophetas præmiſerit , qui nouiſſimis temporibus Filium ſuum miſerit , & ſalutem ſuo plaſmati † donans , quod eſt carnis ſubſtantia. Reliquos igitur ſermones Domini, quos quidem non per parabolas , ſed ſimpliciter ipſis dictionibus docuit de Patre, & expoſitionem Epiſtolarum Beati Pauli Apoſtoli , in alio libro diſponentes , integrum tibi opus exprobrationis & euerſionis falsò cognominatæ agnitionis præſtante Deo, præbebimus, & nos ipſos, & te ad contradictionem omnium hæreticorum in quinque exercentes libris.

CAPITA LIBRI QVINTI.

PRÆFATIO , *continens anacephalæoſin ſuperiorum librorum, & quinti libri hypotheſin.*

1. *Solus Chriſtus diuina nos docere , ac redimere potuit : idemque vt nos repararet , non opinione , ſed reipſa , Spiritus ſancti operatione ex Maria Virgine carnem aſſumpſit : aduerſus Valentini ac Ebionis vanitates.*
2. *Chriſtus non venit in aliena , cùm ſua nos gratia viſitauit , & carni noſtræ contulit capacem ſe ſalutis , verum ſanguinem ſuum fundendo, veramque carnem ſuam nobis in Euchariſtia exhibendo.*
3. *In infirmitate carnis humanæ elucet virtus & gloria Dei : qui corpus noſtrum reſurrectionis & immortalitatis particeps efficiet , quum illud ex limo terræ formauerit : ipſique æuo ſempiterno frui concedet , cui exiguam & communem hanc vitam largitur.*
4. *Falluntur qui præter mundi fabricatorem , alterum Deum Patrem confingunt , quem infirmum & inutilem, aut malignum & inuidum eſſe neceſſe eſt, ſi corporibus noſtris vitam æternam præſtare vel non poſſit , vel nolit.*
5. *Priſcorum vita longæua , Heliæ & Enoch cum propriis corporibus tranſlatio , vnà cum Ionæ, Ananiæ, Azariæ, & Miſaelis è ſummis periculis conſeruatione, euidenter oſtendunt Deum excitare poſſe corpora noſtra ad vitam æternam.*
6. *Integrum & integrum hominem, corpore & animo conſtantem & coniunctum , ſaluum faciet Deus , cùm eum Verbum aſſumpſerit, & donis Spiritus ſancti ornauerit, cuius corpora noſtra templa ſunt & dicuntur.*
7. *Quia Chriſtus in carne noſtra reſurrexit , conſequitur nos in eadem reſurrecturos : quum etiam reſurrectio nobis promiſſa ad ſpiritus naturaliter immortales referri non debeat, ſed ad corpora ex ſe mortalia.*
8. *Dona Spiritus ſancti, quæ recipimus , præparant nos ad incorruptelam, redduntque ſpirituales , & à carnalibus diſcernunt ; qui mundis & immundis animalibus in lege ſignificantur.*
9. *Quomodo intelligendus ſit locus Apoſtoli , quo hæretici abutebantur , Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt.*
10. *Superiora probat ſimilitudine ducta ab oleaſtro , cuius qualitas tantum , non natura , per inſitionem mutatur : oſtendit quoque hominem ſine Spiritu, nec fructus edere, nec regnum Dei poſſidere poſſe.*
11. *De carnalium & ſpiritualium operibus : ablutionéque ſpirituali non ad corporum ſubſtantiam, ſed priſtinæ vitæ conuerſationem referenda.*

12. *De*

12 *De differentia mortis & vitæ, afflatus vitæ & ſpiritus viuificantis; & quomodo eadem ſubſtantia carnis, quæ mortua eſt, reuiuiſcet.*

13 *Maximum ſpecimen reſurrectionis habemus in mortuis à Chriſto ſuſcitatis: cordaque noſtra capacia eſſe vitæ æterna, eò oſtenduntur quòd nunc ſpiritum Dei recipiant.*

14 *Niſi caro ſaluanda eſſet, carnem eiuſdem ſubſtantiæ cum noſtra Verbum non aſſumpſiſſet, quapropter nec per ipſum eſſemus reconciliati.*

15 *Teſtimoniis Iſaiæ & Ezechielis probat reſurrectionem: eundemque Deum nos reſuſcitaturum eſſe qui creauit.*

16 *Cùm in terram corpora noſtra reuertantur, ſequitur ea inde ſubſtantiam habere. Item Verbi aduentu clarius in nobis imago Dei apparuit.*

17 *Deus & Dominus, Pater & creator vniuerſorum, vnicus & ſolus eſt, qui nos in Chriſto dilexit, præcepta dedit, & remiſit nobis peccata: cuius Filium & Verbum ſeſe Chriſtus probauit, cum peccata condonaret.*

18 *Creaturæ vniuerſæ, quibus Deus Pater & eius Verbum vtuntur, ſua propria virtute & ſapientia condiderunt; non ex labe aut ignorantia, aliàs nunquam carnem aſſumpſiſſet Dei Filius, qui omnem à Patre poteſtatem accepit.*

19 *Cum Eua inobediente & præuaricatrice comparatur B. Virgo Maria, illius aduocata: referunturque variæ & diſſidentes hæreſes.*

20 *Audiendi ſunt Paſtores, quibus Apoſtoli commiſerunt Eccleſias, vnam & eundem ſalutis doctrinam habentes: fugiendi autem hæretici; & in fidei myſteriis ſobriè ſapiendum.*

21 *Caput omnium, quæ prædicta ſunt, Chriſtus eſt: quem hominem aſſumere, à Patre vniuerſorum creatore mitti, & à Satana tentari oportuit, vt promiſſiones adimpleret, & glorioſam conſummatamque victoriam reportaret.*

22 *Dominus verus & Deus vnus à lege declaratur, & in Euangelio per Chriſtum eius Filium manifeſtatur: quem ſolum adorare, & ab illo omnia bona expectare oportet, non à Satana.*

23 *Diabolus aſſuetus eſt mendaciis, quibus ſeductus Adam ſexto creationis die peccauit, quo eandem per Chriſtum reparatus fuit.*

24 *De Diaboli perpetuo mendacio, Poteſtatibus, quibus nos parere oportet, atque quatenus imperiis terrenis, à Deo, non autem à diabolo conſtituantur.*

25 *Antichriſti fraus, ſuperbia, & tyrannicum regnum prout à Daniele & Paulo deſcripta ſunt.*

26 *Quia Ioannes & Daniel prædixerunt Imperij Romani diſſolutionem, & deſolationem, quæ finem mundi & regnum Chriſti æternum præcedet: refelluntur alium à Demiurgo Patrem confingentes Gnoſtici Satanæ organa, quorum opera Deum nunc apertè blaſphemant.*

27 *De futuro iudicio per Chriſtum, communione & ſeparatione diuina, atque infidelium pœnis æternis.*

28 *De piorum & impiorum diſcrimine, apoſtaſia futura ſub Antichriſto, atque mundi conſummatione.*

29 *Vniuerſa ad vtilitatem hominum facta eſſe: & de Antichriſti dolis nequitia, vi apoſtatica, à diluuio, & deinceps in Ananiæ, Aſariæ, & Miſaelis perſecutione præfigurata.*

30 *Certus quidem eſt numerus nominis Antichriſti, ſed de hoc nihil temerè affirmandum, cùm multis nominibus is aptari queat: & cur apertè à Spiritu ſancto explicatum non fuerit nomen, ac de regno morteque illius.*

31 *Confirmatur reſurrectio corporum noſtrorum morte, reſurrectione & aſcenſione Chriſti: animæ Sanctorum interea tempus illud expectant, vt perfectam conſummatamque gloriam percipiant.*

32 *In ea carne, qua Sancti multas hic ærumnas pertulerunt, laborum ſuorum fructus percipient: maximè cum id omnis creatura expectet, ac Deus Abrahæ & ſemini eius promiſerat.*

33 *Propoſitum confirmat promiſſionibus iis, quibus Chriſtus ſe de generatione vitis in regno Patris bibiturum eſſe recepit, ſimul & mercedem centuplam, & prandia promiſit: quod & longè antea benedictio Iacob præſignarat, vti Papias, & ſeniores ſunt interpretati.*

34 *Sententiam ſuam de temporali & terreno Sanctorum regno à reſurrectione, claudit variis Prophetarum teſtimoniis, & parabolâ vigilantium ſeruorum, quibus ſe miniſtraturum Dominus pollicetur.*

35 *Contendit ſuperiora teſtimonia non poſſe per allegoriam de bonis tantùm cœleſtibus intelligi, ſed implenda eſſe poſt aduentum Antichriſti, & reſurrectionem generalem in terrena Ieruſalem; prioribuſque prophetiis alias adiungit.*

36 *Homines verè ſuſcitabuntur, munduſque non penitus exterminabitur: eruntque in cœlis variæ Sanctorum manſiones pro cuiuſque dignitate, & omnia ſubiicientur Deo Patri ſicque erit omnia in omnibus.*

PRÆFATIO IN LIBRVM
quintum D. Irenæi Epiſcopi Lugdunenſis, & Martyris, aduerſus Hæreſes.

TRADVCTIS diligentiſſimè omnibus hæreticis in quatuor libris, qui ſunt tibi ante hunc à nobis editi, & doctrinis ipſorum manifeſtatis, euerſis quoque his, qui irreligioſas adinuenerũt ſententias, aliquid quidem ex propria vniuſcuiuſque illorum doctrina, quam in ſuis conſcriptis reliquerunt, aliquid autem & ratione vniuerſis oſtenſionibus procedente, & veritate oſtenſa, & manifeſtato præconio Eccleſiæ, quod Prophetæ quidem præconizauerunt, quemadmodum demonſtrauimus, perfecit autem Chriſtus, Apoſtoli verò tradiderunt, A quibus Eccleſia accipiens, per vniuerſum mundum ſola benè cuſtodiens, tradidit filiis ſuis: quæſtionibuſque omnibus ſolutis, quæ ab hæreticis nobis † proponebantur, & Apoſtolorum doctrina explanata, & manifeſtatis pluribus † quæ à Domino per parabolas, & dicta ſunt, & facta: in hoc libro quinto (qui eſt, De traductione operis vniuerſi, & euerſione falsò cognominatæ agnitionis) & reliquis doctrinis Domini noſtri, & ex Apoſtolicis Epiſtolis conabimur oſtentiones facere, quemadmodum poſtulaſti à nobis obedientibus tuo præcepto; quoniam & in adminiſtratione ſermonis poſiti ſumus, & omni modo elaboramus ſecundùm noſtram virtutem, plurima tibi quidem in ſubſidium præſtare, aduerſum contradictiones hæreticorum, errantes autem retrahere, ac conuertere ad Eccleſiam Dei, neophytorum quoque ſenſum confirmare, vt ſtabilem cuſtodiant fidem, quam benè cuſtoditam, ab Eccleſia acceperunt, vt nullo modo transuertantur ab his, qui malè docere eos, & abducere à veritate conantur. Oportebit autem te, omneſque lecturos hanc ſcripturam, impenſius legere ea, quæ à nobis Prædicta ſunt, vt & argumenta ipſa ſcias, aduerſus quæ contradictiones facimus. *S*ic enim & legitimè eis contradices, & de præparato accipies aduerſus eos contradictiones, illorum quidem ſententias per cœleſtem fidem, velut ſtercora abiiciens, ſolum autem, verum, & firmum magiſtrum ſequens, Verbum Dei Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui propter immenſam ſuam dilectionem, factus eſt quod ſumus nos; vti nos perficeret eſſe quod eſt ipſe.

Anacephalæoſis ſuperiorum.

† *proponuntur.*
† *quemadmodũ Hypotheſis huius libri quinti.*

CAPVT I.

Solus Chriſtus diuina nos docere ac redimere potuit: idemque vt nos repararet, non opinione, ſed reipſa, Spiritus ſancti operatione ex Maria Virgine carnem aſſumpſit; aduerſus Valentini & Ebionis vanitates.

NOn enim aliter nos diſcere poteramus quæ ſunt Dei, niſi magiſter noſter, Verbum exiſtens, homo factus fuiſſet. Neque enim alius poterat enarrare nobis quæ ſunt Patris, niſi proprium ipſius Verbum. Quis enim alius cognouit ſenſum Domini? Aut quis alius eius conſiliarius factus eſt? Neque rurſus nos aliter diſcere poteramus, niſi magiſtrum noſtrum videntes, & per auditum noſtrum vocem eius percipientes. vti imitatores quidem operum, factores autem ſermonum eius facti, communionem habeamus cum ipſo, à perfecto & eo qui eſt ante omnem conditonem, augmentum accipientes, qui nunc nuper facti ſumus à ſolo optimo & bono, & ab eo qui habet donationem in corruptibilitatis, in eam quæ eſt ad eum ſimilitudinem, facti. Prædeſtinati quidem vt eſſemus, qui nondum eramus, ſecundùm præſcientiam Patris facti aut initium facturæ, accipiemus in præcognitis temporibus ſecũdùm miniſtrationem Verbi, qui eſt perfectus in † omnibus, quoniam Verbum potens, & homo verus, ſanguine ſuo rationabiliter redimens nos, redemptionem ſemetipſum dedit pro his, qui in captiuitatem ducti ſunt. Et quoniam iniuſte dominabatur nobis apoſtaſia, & cùm natura eſſemus Dei omnipotentis, alienauit nos contra naturam, ſuos proprios faciens diſcipulos, potens in omnibus Dei Verbum, & non deficiens in ſua iuſtitia, iuſtè etiam aduerſus ipſum conuerſus eſt apoſtaſiam, ea, quæ ſunt ſua, redimens ab eo: non cum vi, quemadmodum illa initio dominabatur noſtri, ea quæ non erant ſua inſatiabiliter rapiens; ſed ſecundùm ſuadelam: quemadmodum decebat Deum ſuadentem, & non vim inferentem accipere quæ vellet, vt neque quod eſt iuſtum conſtringeretur, neque antiqua plaſmatio Dei deperiret.

Suo igitur ſanguine redimente nos Domino, & dante animam ſuam pro noſtra anima, & carnem ſuam pro noſtris carnibus, & effundente Spiritum Patris in adunitionem & communionem Dei & hominum, ad homines quidem deponente Deum per Spiritum, ad Deum autem rurſus imponente hominem per ſuam incarnationem, & firmè, & verè in aduentu ſuo donante nobis incorruptelam, per communionem quæ eſt ad † Deum; perierunt omnes hæreticorum doctrinæ. Vani enim ſunt qui putatiuè dicunt eum apparuiſſe: non enim putatiue hæc, ſed in ſubſtantia veritatis fiebant. Si autem cùm homo non eſſet, apparebat homo, neque quod erat verè perſeuerauit Spiritus Dei: quoniam inuiſibilis eſt Spiritus, neque veritas quædam erat in eo: non enim illud erat quod videbatur. Prædiximus autem quoniam Abraham & reliqui Prophetæ, propheticè videbant eum, id quod futurum erat per viſionem prophetantes. Si igitur & nunc talis apparuit, non exiſtens quod videbatur, quædam prophetica viſio facta eſt hominibus, & oportet alium expectare aduentum eius, in quo talis erit, qualis nunc viſus eſt propheticè. Oſtendimus autem quoniam idem eſt, putatiue dicere eum viſum, & nihil ex Maria accepiſſe. Neque enim eſſet verè ſanguinem & carnem habens, per quam nos redemit, niſi antiquam plaſmationem Adæ in ſemetipſum recapitulaſſet. Vani igitur qui à Valentino ſunt, hoc dogmatizantes, vti excludant ſalutem carnis, & reprobent plaſmationem Dei.

Vani autem & Ebionæi, vnitionem Dei & hominis per fidem non recipientes in ſuam animam; ſed in veteri generationis perſeuerantes fermento, neque intelligere volentes quoniam Spiritus ſanctus aduenit in Mariam, & virtus Altiſſimi obumbrauit eam: quapropter & quod generatum eſt, ſanctum eſt, & filius Altiſſimi Dei Patris omnium, qui operatus eſt incarnationem eius, & nouam oſtendit generationem: vti quemadmodum per priorem generationem mortem hæreditauimus, ſic per generationem hanc, hæreditaremus vitam. Reprobant itaque hi commixtionem vini cœleſtis, & ſola aqua ſecularis volunt eſſe, non recipientes Deum ad commixtionem ſuam: † perſeuerant autem in eo qui victus eſt Adam, & proiectus eſt de paradiſo, non contemplantes quoniam quemadmodum ab initio plaſmationis noſtræ in Adam, ea quæ fuit à Deo inſpiratio vitæ, vnita plaſmati animauit hominem, & animal † rationabile oſtendit: ſic in fine Verbum Patris & Spiritus Dei, adunitus antiquæ ſubſtantiæ plaſmationis Adæ, viuentem & perfectum effecit hominem, capientem perfectum Patrem, vt quemadmodum in animali omnes mortui ſumus, ſic in ſpiritali omnes viuificemur: non enim effugit aliquando Adam manus Dei, ad quas Pater loquens, dicit: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: Et propter hoc in fine non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex placito Patris manus eius viuum perfecerunt hominem, vti fiat Adam ſecundùm imaginem & ſimilitudinem Dei.

CAPVT II.

Chriſtus non venit in aliena, cum ſua nos gratia viſitauit, & carni noſtræ contulit capacem eſſe ſalutis, verum pro nobis ſanguinem fundendo, veramque carnem ſuam nobis in Euchariſtia exhibendo.

VAni autem & qui in aliena dicunt Deum veniſſe, velut aliena concupiſcentem, vti eum hominem qui ab altero factus eſſet, exhiberet ei Deo, qui neque feciſſet neque condidiſſet, ſed & qui deſolatus eſſet ab initio à propria hominum fabricatione. Non ergo iuſtus aduentus eius, qui ſecundùm eos aduenit in aliena: neque verè redemit nos ſanguine ſuo, ſi non verè homo factus † eſt reſtaurans ſuo plaſmati, quod dictum eſt, In principio factum eſſe hominem ſecundùm imaginem & ſimilitudinem Dei, non aliena in dolo decipiens, ſed ſua propria iuſtè & benignè aſſumens. Quantum attinet quidem ad Apoſtaſiam, iuſtè ſuo ſanguine redimens nos ab ea: quantum autem ad nos, qui redempti ſumus, benignè: Nihil enim illi antè dedimus, neque deſiderat aliquid à nobis, quaſi indigens: Nos autem indigemus eius, quæ eſt ad eum communionis. Et propterea benignè effudit ſemetipſum vt nos colligeret in ſinum Patris. Vani autem omnimodo, qui vniuerſam diſpoſitionem Dei contemnunt, & carnis ſalutem negant, & regenerationem eius ſpernunt dicẽtes non eam capacem eſſe incorruptibilitatis. Sic autem ſecundùm hæc videlicet, nec Dominus ſanguine ſuo redemit nos, neque calix Euchariſtiæ communicatio ſanguinis eius eſt, neque panis quem frangimus, communicatio corporis eius eſt. Sanguis enim non eſt, niſi à venis & carnibus, & à reliqua quæ eſt ſecundùm hominem ſubſtantia, qua vere factum verbum Dei, ſanguinè ſuo redemit nos. Quemadmodum & Apoſtolus eius ait: In quo habemus redemptionem, per ſanguinem eius, & remiſſionem peccatorum. Et quoniam membra eius ſumus, & per creaturam nutrimur: creaturam autem ipſe nobis præſtat, ſolem ſuum oriri faciens, & pluens quemadmodum vult: eum calicem qui eſt creatura, ſuum ſanguinem qui effuſus eſt, ex quo auget noſtrum ſanguinem: & eum panem qui eſt à creatura, ſuum corpus confirmauit, ex quo noſtra auget corpora. Quando ergo & mixtus calix, & fractus panis percipit verbum Dei, fit Euchariſtia ſanguinis & corporis Chriſti, ex quibus augetur & conſiſtit carnis noſtræ ſubſtantia; quomodo carnem negant capacem eſſe donationis Dei, qui eſt vita æterna, quæ ſanguine

A & corpore Chriſti nutritur, & membrum eius? Quem- Epheſ. 5. 30. admodum & beatus Apoſtolus ait, in ea quæ eſt ad Epheſios epiſtola: Quoniam membra ſumus corporis eius, de Luc. 24. carne eius, & de oſſibus eius: non de ſpirituali aliquo, & inuiſibili homine dicens hæc: (ſpiritus enim neque oſſa, neque carnes habet) ſed de ea diſpoſitione, quæ eſt ſecundùm verum hominem, quæ ex carnibus, & neruis, & oſſibus conſiſtit, quæ de calice qui eſt ſanguis eius, nutritur; & de pane, qui eſt corpus eius, augetur. Et quemadmodum lignum vitis depoſitum in terra, ſuo fructificat tempore, & granum tritici decidens in terram, & diſſolutum, multiplex ſurgit, per Spiritum Dei, qui continet omnia quæ deinde per ſapientiam in viſum *† hominis* † hominibus veniunt, & percipientia verbum Dei Euchariſtia fiunt, quod eſt corpus & ſanguis Chriſti: ſic & noſtra corpora ex ea trita & repoſita in terram, & reſo- Ioan. 11. 25 & 26. luta in ea, reſurgent in ſuo tempore, Verbo Dei re- 1. Cor. 15. 53. ſurrectionem eis donante, in gloriam Dei Patris. Qui huic mortali immortalitatem circundat, & corruptibili B incorruptelam gratuitò donat: quoniam virtus in infirmitate perficitur: vt non quaſi ex nobiſipſis habentes vi- 1 Cor. 12. 9. tam, inflemur aliquando & extollamur aduerſus Deum, ingratam mentem accipientes? experimento autem diſcentes, quoniam ex illius magnitudine, & non ex noſtra natura habemus in æternum perſeuerantiam: neque ab ea quæ eſt circa Deum gloria, ſicuti eſt, fruſtremur aliquando: neque noſtram naturam ignoremus: ſed vt ſciamus, & quid Deus poteſt, & quid homo beneficij *† accepit* † accipit, & non erremus aliquando à vera comprehenſione eorum quæ ſunt, & quemadmodum ſunt, id eſt Dei & hominis. Et numquid forte (quemadmodum prædiximus) propter hoc paſſus eſt Deus fieri in nobis reſo- *† …igentes* lutionem, vt per omnia eruditi, in omnibus ſimus † diligentes, neque Deum, neque noſmetipſos ignorantes.

CAPVT III.

C *In infirmitate carnis humanæ elucet virtus & gloria Dei: qui corpus noſtrum reſurrectionis & immortalitatis particeps efficiet, quam illud ex limo terræ formauerit: eique æuo ſempiterno frui concedet, cui exiguam & communem hanc vitam largitur.*

MAnifeſtiſſime autem Apoſtolus oſtendit, quoniam traditus eſt ſuæ infirmitati homo, ne elatus ali- 2. Cor. 12. 7. 8. 9. quando excideret à veritate, in ſecunda quæ eſt ad Corinthios dicens: Et vt ſublimitate reuelationum non ſuperextollar, datus eſt mihi ſtimulus carnis, angelus Satanæ, vt me colaphizet. Et ſuper hoc ter Dominum rogaui, vt abſiſtat à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter *† ergo magis* † enim gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Quid ergo? dicet enim aliquis; Voluit ergo Dominus Apoſtolum ſuum ſic colaphizari, & D talem ſuſtinere infirmitatem? Etiam dicit verbum. Virtus enim in infirmitate perficitur, meliorem efficiens, hunc qui per ſuam infirmitatem cognoſcit virtutem Dei. Quemadmodum enim didiciſſet homo quoniam ipſe quidem infirmus, & natura mortalis: Deus autem immortalis & potens; niſi id quod eſt in vtroque, didiciſſet experimento? Suam enim infirmitatem diſcere per ſuſtinentiam, nihil eſt malum: magis autem & bonum eſt *† erra-* non † oberrare in natura ſua. Extolli autem aduerſus Deum, & præſumptionem ſuæ gloriæ aſſumere, ingratum reddens hominem, multum mali inferebat ei, vt veritatem ſimul & dilectionem auferret ab eo, eam quæ eſt ad Deum qui fecit eum. Vtrorumque autem experientia veram quæ eſt de Deo & homine agnitionem indidit ei; & auxit eius erga Deum dilectionem. Vbi autem augmentum eſt dilectionis, ibi maior gloria Dei virtute perficitur his qui diligunt eum. Reſiſtunt igitur poten- E tiam Dei, & non contemplantur quod eſt † verum, qui *† verbum* infirmitatem intuentur carnis, virtutem autem eius qui † ſuſcitat eam à mortuis, non contemplantur. Si enim *† ſuſcitet* mortale non viuificat, & corruptibile non reuocat ad incorruptelam, iam non potens eſt Deus. Sed quoniam potens eſt in his omnibus, de initio noſtro contemplari debemus. Quoniam ſumpſit Deus limum de terra, & Gen. 1. 26. & 27. formauit hominem: & quidem multò difficilius & incredibilius eſt, ex non exiſtentibus oſſibus & neruis & venis & reliqua diſpoſitione, quæ eſt ſecundùm hominem, facere ad hoc vt ſit, & quidem animalem & rationabilem facere hominem, quàm quod factum eſt, & deinde † ſolutum eſt in terram, propter cauſas quas præ- *† reſolutum* diximus, rurſus redintegrare: licet in illa ceſſerit, vnde & ab initio nondum factus, factus eſt homo. Qui enim initio eum qui non erat, fecit vt eſſet, quando voluit: multò magis eos qui iam fuerunt, rurſus reſtituet volens, in eam quæ ab eo datur vitam. Inuenietur autem perceptrix & capax caro virtutis Dei, quæ ab initio percepit F artem Dei, & aliud quidem factus eſt oculus videns, aliud auris audiens, aliud manus palpans & operans, aliud nerui vndique condenſi, & continentes membra, aliud arteriæ & venæ, ſanguinis & ſpiritus tranſitoriæ: aliud verò in viſcera diuerſa aliud ſanguis, copulatio animæ & corporis. Quid enim? Non eſt numerum dicere vniuerſæ fabricationis, quæ eſt ſecundùm membra hominis, quæ non ex alia facta eſt, ſed ex magna ſapientia Dei. Quæ autem ſapientia participant Deum, participant & virtutem eius. Non igitur exors eſt caro ſapien- 2. Cor. 12. tiæ & virtutis. Nam virtus eius quæ vitam præſtat, in infirmitate perficitur, id eſt, in carne. Dicant autem nobis, qui dicunt non eſſe capacem carnem illius vitæ, quæ datur a Deo, Vtrum viuentes nunc, & participantes vitam † dicunt hæc; an in totum vitæ quidem ha- *† dicunt* bentes nihil, mortuos autem ſemetipſos in præſenti confitebuntur. Et ſi quidem mortui, quomodo & mouentur, & loquuntur, & reliqua faciunt, quæ non mortuorum, ſed viuorum ſunt opera? Si autem viuunt nunc, & totum illorum corpus participat vitæ, quomodo au- G dent dicere non eſſe carnem participatricem vitæ, confitentes habere ſe vitam in præſenti? Simile eſt quemadmodum ſi quis ſpongiam aquæ plenam tenens, vel faculam ignis, non poſſe participare aquæ dicat ſpongiam, neque faculam igni. Eo modo & hi viuere ſe dicẽtes, & portare vitam dicentes, & in ſuis membris exultantes, poſtea ſibimetipſis contrarij exiſtentes, dicunt non eſſe membra ipſorum percapabilia vitæ. Si autem hæc quæ eſt temporalis vita, cùm ſit multò infirmior quàm illa æterna vita, tamen tantum potens eſt vt viuificet noſtra membra mortalia; cur illa quæ eſt æterna vita, non viuificabit eam carnem quæ iam meditata, & aſſueta ſit portare vitam? Quoniam autem participatrix vitæ ſit caro, ad hoc quod viuet oſtenditur: viuit enim in quantum Deus vult viuere. Quoniam autem & Deus potens eſt præſtare vitam nobis qui viuimus, & Dominus itaque cùm ſit potens viuificare plaſma ſuum, & caro cùm poſſit viuificari; quid ſuper eſt quod prohibeat eam percipere incorruptelam, quæ eſt longa & ſine fine à Deo tributa vita. H

CAPVT IV.

Falluntur qui præter mundi fabricatorem alterum Deum Patrem confingunt: quem infirmum & inutilem, aut malignum & inuidum eſſe neceſſe eſt, ſi corporibus noſtris vitam æternam præſtare vel non poſſit, vel nolit.

LAtent autem ſemetipſos qui alterum affingunt patrem, præter Demiurgum, & bonum eum vocant,

A iofirmum, & inutilem, & negligentem inferentes eum:
vt non dicamus, quoniam liuidum & inuidum, in eo
quòd dicant non viuificari ab eo noſtra corpora. Cùm
enim dicant ea quæ omnibus ſunt manifeſta, quoniam
perſeuerant immortalia, vt purà ſpiritus & anima, &
† aliud quæ ſunt alia, quoniam viuificantur à patre, † Illud au-
tem quod non aliàs viuificatur, niſi illi Deus præſtet vi-
tam; de reliquo aut impotentem & infirmum oſtendit
patrem ipſorum, aut inuidum & liuidum. Demiurgo
enim & hic viuificante mortalia corpora noſtra, & re-
ſurrectionem eis per Prophetas promittente, quemad-
modum oſtendimus; quis potentior, & fortior, & ve-
rè bonus oſtenditur; Vtrum Demiurgus, qui totum vi-
uificat hominem: an falsò cognominatus ipſorum pater?
Qui equidem quæ ſunt naturâ immortalia quibus à ſua
natura adeſt viuere, fingit ſe viuificare: quibus autem
† adiutorium opus eſt ab eo † adiutorio vt viuant, non viuificans ille
B benignè, ſed relinquens illa negligenter in mortem.
Vtrum ergo & his vitam pater ipſorum, cum non poſſit
præſtare, non præſtat: an cum poſſit? Siquidem cum
non poſſit, iam non potens eſt, neque perfectus ſuper
Demiurgum. Demiurgus enim præſtat quemadmodum
adeſt videre, quod ille non poteſt præſtare. Si autem cum
poſſit præſtare, non præſtat? iam non bonus oſtenditur,
ſed inuidus & malignus pater. Si autem & cauſam ali-
quam dixerint, per quam non viuificat corpora pater
ipſorum, ipſam cauſam maiorem neceſſe eſt apparere
quàm patrem obtinentem benignitatem eius, & infir-
mabitur benignitas eius propter cauſam eam quæ ab ipſis
dicitur. Quoniam autem poſſunt corpora percipere vi-
tam, omnibus videre eſt. Viuunt enim in quantum ea
Deus vult viuere: & iam non poſſunt dicere quod mi-
nimè valeant vitam capere. Si igitur propter neceſſita-
† qui tem & cauſam aliam quandam non viuificantur, † quæ
poſſunt participare vitam, erit neceſſitati & cauſæ ſer-
C uiens pater ipſorum, & non liber & ſuæ poteſtatis in
ſententia.

CAPVT V.

Priſcorum vita Longæua, Eliæ & Enoch cum proprіis corporibus tranſlatio, vna cum Ionæ, Ananiæ, Azariæ, & Miſaëlis in ſummis periculis conſeruatione, euidenter oſtendunt Deum excitare poſſe corpora noſtra ad vitam æternam.

† perſeuerant QVoniam autem multo tempore † perſeuerabant cor-
pora in quantum placuit Deo bene habere, legant
Gen.5.9. Scripturas, & inuenient eos qui ante nos fuerunt, ſep-
D tingentos, & octingentos, & nongentos annos ſuper-
greſſos: & conſequebantur corpora ipſorum longinquita-
tem dierum, & participabant vitam, in quantum ea Deus
viuere volebat. Quid autem de illis dicemus? † Quo-
† quandoquidem niam quidem Enoc placens Deo in quo placuit corpore
Gen.5.9. tranſlatus eſt, tranſlationem iuſtorum præmonſtrans. Et
Eccl.44.16. Helias ſicut erat in plaſmatis ſubſtantia, aſſumptus eſt,
Hebr.11.5. aſſumptionem patrum prophetans: & nihil impedit eos
corpus in tranſlatione & aſſumptione eorum. Per illas
4.Reg.2.11. enim manus, per quas initio plaſmati ſunt, per ipſas &
aſſumptionem & tranſlationem acceperunt. Aſſuetæ
enim erant in Adam manus Dei coaptare, & tenere, &
baiulare ſuum plaſma, & ferre & ponere vbi ipſæ vellent.
Vbi ergo primus poſitus eſt homo, ſcilicet in paradiſo,
Gen.2.3. quemadmodum Scriptura dicit: Et plantauit Deus para-
diſum in Eden contra Orientem, & poſuit ibi hominem
quem plaſmauit: & inde proiectus in hunc mundum
Cor.2.11. 4. non obediens. Quapropter dicunt Presbyteri, qui ſunt
Apoſtolorum diſcipuli, eos qui tranſlati ſunt, illuc tranſ-
latos eſſe. Iuſtis enim hominibus & Spiritum habentibus
præparatus eſt paradiſus, in quem & Paulus Apoſtolus
E aſportatus audiuit ſermones inenarrabiles, quantum ad
ad nos in præſenti: & ibi manere eos qui tranſlati ſunt
vſque ad conſummationem coauſpicantes incorrupte-
4.Reg.2.11. lam. Si autem quis impoſſibile exiſtimet tantis tempori-
bus permanere homines, & Heliam in carne aſſum-
ptum, conſumptam autem carnem eius in igneo curru,
intendat quoniam Ionas quidem in profundum proiectus
eſt, & in ventrem ceti abſorptus, ſaluus iterum expuitus
Ionæ 1. & 2. eſt terræ, iuſſu Dei Ananias etiam, & Azarias & Mizaël
miſſi in caminum ignis ſeptuplum exardentem, neque
Dan.3. nociti ſunt aliquid, neque odor ignis inuentus eſt in eis.
Quæ igitur affuit illis manus Dei, & inopinata, & im-
† hominis poſſibilia naturæ † hominum in eis perficiens? quid mi-
rum ſi in his qui tranſlati ſunt, effecit aliquid inopina-
tum, deſeruiens voluntati Patris? Hic eſt autem Filius
Dei, quemadmodum Scriptura ait dixiſſe Nabuchodo-
Dan.3.92. nozor Regem. Nonne tres viros miſimus in caminum?
ecce, ego video quatuor deambulantes in medio ignis,
F & quartus ſimilis eſt Filio Dei. Neque igitur natura ali-
cuius eorum quæ facta ſunt, neque infirmitas carnis for-
Luc.1.37. tior erit ſuper voluntatem Dei. Non enim Deus his, quæ
facta ſunt ſed ea quæ facta ſunt, ſubiecta ſunt Deo: &
omnia ſeruiunt voluntati eius. Quapropter & Dominus
ait: Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt
apud Deum. Quemadmodum igitur his qui nunc ſunt
hominibus ignorantibus diſpoſitionem Dei, incredibile
& impoſſibile videtur tantos annos aliquem hominem
poſſe viuere, & vixerunt hi qui ante nos fuerunt, &
viuunt qui tranſlati ſunt ad exemplum futuræ longitudi-
nis dierum, & de ventre ceti, & de camino ignis ſaluos
exiſſe, & tamen exierunt, educti velut manu Dei, ad
oſtenſionem virtutis eius. Sic & nunc, quamuis quidam
ignorantes virtutem & promiſſionem Dei, contradicant
ſuæ ſaluti, impoſſibile exiſtimantes poſſe Deum ſuſcitan-
tem corpora in ſempiternum perſeuerationem eis dona-
† euacuabit re, non tamen incredulitas talium † euacuauit fidem
G Dei.

CAPVT VI.

Integrum & perpetuum hominem corpore & anima conſtantem & coniunctum, ſaluum faciet Deus, quum eum Verbum adſumpſerit, & donis Spiritus ſancti ornauerit, cuius corpora noſtra templa ſunt & dicuntur.

† [illegible] GLorificabitur autem Deus in ſuo plaſmate, confor-
me illud & conſequens † ſuo puero adaptans. Per
manus enim Patris, id eſt per, Filium, & Spiritum, fit
homo ſecundùm ſimilitudinem Dei, ſed non pars ho-
Homo perfectus minis. Anima autem & Spiritus pars hominis eſſe poſ-
ſunt, homo autem nequaquam: perfectus autem homo,
H commixtio & adunitio eſt animæ aſſumentis ſpiritum
1.Cor.2.6. Patris, & admixta ei carni quæ eſt plaſmata ſecundùm
imaginem Dei. Propter quod & Apoſtolus ait: Sapien-
tiam loquimur inter perfectos. Perfectos dicens eos qui
perceperunt Spiritum Dei, & omnibus linguis loquun-
tur per Spiritum Dei, quemadmodum & ipſe loquebatur.
tur. Quemadmodum & multos audiuimus fratres in Ec-
cleſia, prophetica habentes chariſmata, & per Spiri-
tum vniuerſis linguis loquentes, & abſconſa hominum
in manifeſtum producentes ad vtilitatem, & myſteria
Dei enarrantes, quos & ſpirituales Apoſtolus vocat, ſe-
cundùm participationem Spiritus exiſtentes ſpirituales,
ſed non ſecundùm defraudationem & interceptionem
carnis, & nudè hoc ipſum ſolum.

Si enim ſubſtantiam tollat aliquis carnis, id eſt, plaſ-
matis, & nudè idipſum ſolum ſpiritum intelligat, iam
non ſpiritualis homo eſt, quod eſt tale, ſed ſpiritus ho-
minis, aut Spiritus Dei. Cùm autem ſpiritus hic com-
mixtus animæ vnitur plaſmati propter effuſionem Spiri-
tus, ſpiritualis & perfectus homo factus eſt: & hic eſt

A

qui ſecundùm imaginem & ſimilitudinem factus eſt Dei. Si autem defuerit animæ ſpiritus, animalis eſt verè, qui eſt talis, & carnalis derelictus imperfectus erit imaginem quidem habens in plaſmate, ſimilitudinem verò non aſſumens per ſpiritum. Sicut autem hic imperfectus eſt, ſic iterum ſi quis tollat imaginem, & ſpernat plaſma, iam non hominem intelligere poteſt, ſed aut partem aliquam hominis, quemadmodum prædiximus: vel aliud aliquid præter hominem. Neque enim plaſmatio carnis ipſa ſecundùm ſe homo perfectus eſt: ſed corpus hominis & pars hominis. Neque enim & anima ipſa ſecundùm ſe homo: ſed anima hominis, & pars hominis. Neque ſpiritus homo: ſpiritus enim, & non homo vocatur. Commixtio autem & vnitio horum omnium, perfectum hominem efficit. Et propter hoc Apoſtolus ſeipſum exponens, explanauit perfectum & ſpiritualem

1. Theſſ. 5. 23.

ſalutem hominis, in prima epiſtola ad Theſſalonicenſes dicens: Deus autem pacis ſanctificet vos perfectos, vt

B

integer veſter ſpiritus, & anima, & corpus ſine querela in aduentum Domini Ieſu Chriſti ſeruetur. Et quam vtique cauſam habebat his tribus, id eſt, animæ, & corpori, & ſpiritui integram & perfectam perſeuerationem precari in aduentu Domini, niſi reintegrationem & adunitionem trium, vnam & eandem ipſorum ſciebat ſalutem? Propter quod & perfectos ait eos, qui tria ſine querela exhibent Domino. Perfecti igitur, qui & Spiritum in ſe perſeuerantem † habent Dei, & animas & corpora ſine querela ſeruauerint, Dei idest, illam quæ ad Deum eſt fidem, ſeruantes: & eam quæ ad proximum

† *habuerant*

1 Cor. 6. 19.

eſt iuſtitiam cuſtodientes. Vnde & templum Dei plaſma eſſe ait. Neſcitis, dicens, quoniam templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos: manifeſtè templum corpus dicens, in quo habitat Spiritus. Quemadmodum & Dominus † de eo ait: Soluite hoc templum, & in tribus † diebus excitabo illud. Hoc autem (inquit) dicebat de

† *de ſe*

† *ſuſcitabo*

C

Ioan 2. 19.

corpore ſuo. Et non tantùm templum, ſed & templum Chriſti ſcit corpora noſtra, ad Corinthios dicens: Neſcitis quoniam corpora veſtra membra Chriſti ſunt? Tol-

1 Cor. 6. 15.

lens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis? Non de alio quodam homine ſpiritali dicens hæc: non enim ille complectitur meretricem, ſed corpus noſtrum, id eſt, caro quæ cum ſanctimonia perſeuerat & munditia, membra dixit eſſe Chriſti. Quando autem complectitur meretricem, membra fieri meretricis, & propter hoc dixit: Si quis templum Dei violauerit, diſperdet il-

1 Cor. 3. 17.

lum Deus. Templum igitur Dei, in quo ſpiritus inhabitat Patris, & membra Chriſti non participare ſalutem, ſed in perditionem redigi dicere, quomodo non maximæ eſt blaſphemiæ: † Quomodo autem corpora noſtra, non ex ſua ſubſtantia, ſed ex Dei virtute ſuſcitantur, Corinthiis dicit. Corpus autem non fornicationi, ſed Domino: & Dominus corpori. Deus autem qui & Dominum ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per virtutem ſuam.

† *quemadmodum*

1. Cor. 6. 13.

D

CAPVT VII.

Quia Chriſtus in carne noſtra reſurrexit, conſequitur nos in eadem reſurrecturos: quum etiam reſurrectio nobis promiſſa ad ſpiritus naturaliter immortales referri non debeat, ſed ad corpora ex ſe mortalia.

† *ſeruras*

Ioan. 20. 27.

1. Cor. 6. 14.

Rom. 8. 11.

QVomodo igitur Chriſtus in carnis ſubſtantia ſurrexit, & oſtendit diſcipulis † figuram clauorum, & apertionem lateris, hæc autem ſunt indicia carnis eius, quæ ſurrexit à mortuis: Sic & nos (inquit) ſuſcitabit per virtutem ſuam. Et iterum ad Romanos ait: Si autem Spiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis, habitat in vobis; qui ſuſcitauit Chriſtum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra. Quæ ſunt ergo mortalia corpora? Nunquid nam animæ? Sed incorruptibiles animæ, quantùm ad comparationem mortalium corporum. In-

E

Gen. 2. 7.

ſufflauit enim in faciem hominis Deus flatum vitæ, & factus eſt in animam viuentem: flatus autem vitæ incorporalis eſt. Sed ne mortalem quidem poſſunt dicere hominem ipſum flatum vitæ exiſtentem. Et propter hoc

Pſ. 21. 13.

Dauid ait: Et anima mea illi viuet, tanquam immortali ſubſtantia vna eius exiſtente. Sed neque ſpiritum poſſunt dicere mortale corpus. Quid igitur ſupereſt dicere mortale corpus, niſi plaſma, id eſt, caro, de qua & ſermo eſt ei, quoniam viuificabit eam Deus? Hæc enim eſt quæ moritur & ſoluitur: ſed non anima, neque ſpiritus. Mori enim eſt vitalem amittere habilitatem, & ſine ſpiramine in poſterum, & inanimalem & † immobilem fieri, & deperire in illa, ex quibus & initium ſubſtantiæ habuit. Hoc autem neque animæ euenit: flatus eſt

† *immemorabilē*

enim vitæ; neque ſpiritui: incompoſitus eſt enim & ſimplex ſpiritus, qui reſolui non poteſt, & ipſe vita eſt

F

eorum qui percipiunt illum. Supereſt igitur vt circa carnem mors oſtendatur: quæ poſteaquam exierit anima, ſine ſpiratione & inanimale efficitur, & paulatim reſoluitur in terram, ex qua ſumpta eſt. Hæc igitur mortalis. Hæc autem eſt de qua etiam dicit: Viuificabit & mortalia corpora noſtra. Et propter hoc ait de ea in prima ad

Rom. 8. 11.

1 Cor. 15. 42.

Corinthios: Sic & reſurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptionem. Etenim tu (ait) quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur. Quid eſt autem quod vt granum tritici ſeminatur, & putret in terra: niſi corpora quæ in terra ponuntur, in qua & ſemina iactantur? Et propter hoc dixit: Seminatur in igno-

Ibid. 43.

bilitate, ſurgit in gloria. Quid enim ignobilius carne mortua? Vel quid iterum glorioſius ſurgente ea, & percipiente incorruptelam? Seminatur in infirmitate, ſurgit in virtute: in infirmitate quidem ſua, quoniam cùm ſit terra, in terram vadit: virtute autem Dei, qui eam ſuſcitat a mortuis. Seminatur corpus animale, & † ſurgit corpus ſpirituale. Indubitate docuit, quoniam neque de

† *ſurget*

G

anima, neque de ſpiritu ſermo eſt ei, ſed de mortificatis corporibus. Hæc ſunt enim corpora animalia, id eſt, participantia animæ: quam cùm amiſerint, mortificantur. Deinde per Spiritum ſurgentia fiunt corpora ſpiritualia, vti per Spiritum ſemper manentem habeant vitam.

1. Cor. 13. 9. 10. 11. 12.

Nunc enim (inquit) ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus: tunc autem facie ad faciem. Hoc eſt quod

1. Pet. 1. 8.

& a Petro dictum eſt: Quem cùm non videritis, diligitis, in quem nunc quoque non videntes creditis, credentes autem exultabitis gaudio inenarrabili. Facies enim noſtra videbit faciem Dei viui, & gaudebit gaudio inenarrabili: videlicet, cùm ſuum videat gaudium.

CAPVT VIII.

Dona ſpiritus ſancti, quæ recipimus, præparant nos ad incorruptelam, ſpiritualéſque reddunt, & à carnalibus diſcernunt: qui mundis, & immundis animalibus in lege ſignificantur.

H

† *à Spiritu*

Ephes. 1. 14.

NVnc autem partem aliquam † Spiritus eius ſumimus, ad perfectionem & præparationem incorruptelæ, paulatim aſſueſcentes capere, & portare Deum: quod & pignus dixit Apoſtolus, hoc eſt, partem eius honoris qui a Deo nobis promiſſus eſt, in epiſtola quæ ad Epheſios eſt, dicens. In quo & vos audito verbo veritatis Euangelio ſalutis veſtræ, in quo credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis veſtræ. Si ergo pignus hoc habitans in nobis, iam ſpirituales † efficit, & abſorbetur mortale ab immortalitate: Vos enim (ait) non eſtis in carne, ſed in Spiritu, ſiquidem Spiritus Dei habitat in vobis. Hoc autem non ſecundùm iacturam carnis, ſed ſecundum communionem Spiritus fit. Non enim erant ſine carne, quibus ſcri-

† *efficit*

Rom. 8. 9.

bebat:

bebat : ſed qui aſſumpſerant Spiritum Dei, in quo cla-
5. mamus, Abba Pater. Si igitur nunc pignus habentes, clamamus Abba Pater, quid fiet quando reſurgentes facie ad faciem videbimus eum? Quando omnia membra affluenter exultationis hymnum protulerint, glorificantia eum, qui ſuſcitauerit ea ex mortuis, & æternam vitam donauerit? Si enim pignus complectens hominem
3. in ſemetipſum, iam facit dicere, Abba Pater, quid faciet vniuerſa Spiritus gratia, quæ hominibus dabitur à Deo, cùm ſimiles nos ei efficiet, & perficiet voluntate Patris? Efficiet enim hominem ſecundùm imaginem & ſimilitudinem Dei. Qui ergo pignus Spiritus habent, & non concupiſcentiis carnis ſeruiunt, ſed ſubiiciunt ſemetipſos Spiritui, ac rationabiliter conuerſantur in omnibus, iuſtè Apoſtolus ſpirituales vocat, quoniam Spiritus Dei habitat in ipſis. Incorporales autem ſpiritus non erunt homines ſpirituales : ſed ſubſtantia noſtra, id eſt, animæ & carnis adunitio adſumens Spiritum Dei, ſpiritualem hominem perfecit. Eos autem, qui abiiciunt quidem Spiritus conſilium, carnis autem voluptatibus ſeruiunt, & irrationabiliter viuunt, & effrenati deiiciuntur in ſua deſideria, quippe nullam habentes aſpirationem diuini ſpiritus, ſed porcorum & canum more viuunt; hos iuſtè Apoſtolus carnales vocat, quia nihil aliud, quam carnalia ſentiunt.

Et Prophetæ autem propter hanc eandem cauſam, irrationabilibus animalibus aſſimilant eos, propter † irrationabilem conuerſationem ipſorum dicentes : Equi furentes ad fœminas facti ſunt, vnuſquiſque ipſorum hinniens ad vxorem proximi ſui. Et rurſus : Homo cùm in honore eſſet, aſſimilatus eſt iumentis : hoc quia ſecundùm ſuam cauſam aſſimilatus eſt iumentis, irrationabilem † æmulans vitam. Sed & nos in conſuetudine, huiuſmodi homines iumenta & pecora irrationabilia dicimus. Prædixit autem figuraliter omnia hæc Lex de animalibus delineans hominem, quæcunque duplicem vngulam habent & ruminant, munda enuntians, quæcunque autem aut vtrumque vel alterum non habent, velut immunda ſegregans. Qui ſunt ergo mundi? Qui in Patrem & Filium per fidem iter firmiter faciunt, hæc eſt enim firmitas eorum, † quæ duplici ſunt vngula : & eloquia Dei meditantur die ac nocte, vti operibus bonis adornentur : hæc eſt enim ruminantium virtus. Immunda autem, quæ neque duplicem vngulam habent, neque ruminant, hoc eſt, qui neque in Deum fidem habent, neque eloquia eius meditantur. Hæc autem Ethnicorum eſt abominatio. Quæ autem ruminant quidem, non habent autem vngulam duplicem, & ipſa immunda, hæc Iudæorum eſt imaginalis deſcriptio : qui quidem eloquia Dei in ore habent : ſtabilitatem autem radicis ſuæ non infigunt in Patre & in Filio. Propter hoc autem & lubricum eſt genus ipſorum. Etenim quæ ſunt vnius vngulæ animalia facilè labuntur : firmiora autem ſunt quæ duplicem quidem vngulam habent, ſuccedentibus inuicem vngulis fiſſis ſecundùm iter, & altera vngula ſubbaiulat aliam. Immunda autem ſimiliter quæ duplicem vngulam habent, non autem ruminant; hæc eſt autem omnium videlicet hæreticorum oſtenſio, & eorum qui non meditantur eloquia Dei, neque operibus iuſtitiæ adornantur, quibus & Dominus ait : Quid mihi dicitis Domine, Domine, & non facitis quæ dico vobis? Qui enim ſunt tales, in Patrem quidem & Filium dicunt ſe credere, nunquam autem meditantur eloquia Dei, quemadmodum oportet, neque iuſtitiæ operibus ſunt adornati : ſed, quemadmodum prædiximus, porcorum & canum aſſumpſerunt vitam, immunditiæ, & gulæ, & reliquæ incuriæ ſemetipſus tradentes. Iuſtè igitur tales omnes, qui propter ſuam incredulitatem & luxuriam non adipiſcuntur diuinum Spiritum, & variis characteribus eiiciunt ſe viuificans verbum, & in ſuis concupiſcentiis irrationabiliter ambulant, Apoſtolus quidem carnales & animales vocauit : Prophetæ autem iumenta & feras dixerunt; conſuetudo autem pecora & irrationabiles interpretata eſt; Lex autem immundos enuntiauit.

E

CAPVT IX.

Quomodo intelligendus ſit locus Apoſtoli, quo hæretici abutebantur, Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. 1. Corinth. decimoquinto.

HOc autem eſt quod & in aliis ab Apoſtolo dicitur: 1. Cor. 15. 50.
Quoniam caro & ſanguis regnum Dei hæreditare non poſſunt. Id eſt, quod ab hominibus hæreticis profertur in amentiam ſuam, ex quo & nos retardare, & oſtendere conantur non ſaluari plaſmationem Dei, non conſpicientes quia ſunt tria ex quibus (quemadmodum oſtendimus) perfectus homo conſtat, carne, anima, & ſpiritu, & altero quidem ſaluante & figurante, qui eſt Spiritus, altero quod vnitur & formatur, quod eſt caro. F
Id verò quod inter hæc eſt duo, eſt anima, quæ aliquando quidem ſubſequens ſpiritum eleuatur ab eo; aliquando autem conſentiens carni, decidit in terrenas concupiſcentias. Quotquot ergo id quod ſaluat & format in vitam non habent, hi conſequenter erunt, & vocabuntur caro & ſanguis : quippe qui non habent Spiritum Dei in ſe. Propter hoc autem & mortui tales dicti ſunt
à Domino : Sinite enim (inquit) mortuos ſepelire mor- Matth. 8. 22.
tuos ſuos, quoniam non habent ſpiritum † viuificantem † qui viuificet
hominem. Quotquot autem timent Deum, & credunt in aduentum Filii eius, & per fidem conſtituunt in cordibus ſuis Spiritum Dei, hi tales iuſtè homines dicentur & mundi, & ſpirituales, & viuentes Deo, quia habent
Spiritum Patris, qui emundat hominem, & ſubleuat in Matt. 26. 41.
vitam Dei. Sicut enim caro infirma, ſic & Spiritus promptus à Domino teſtimonium accepit. Hic eſt potens perficere quæcunque in promptu habet. Si igitur hoc quod eſt promptum Spiritus, admiſceat aliquis velut ſtimulum infirmitati carnis, neceſſe eſt omnimodo, vt id quod eſt G
forte, ſuperet infirmum, ita vt abſorbeatur infirmitas carnis à fortitudine ſpiritus : & eſſe eum qui ſit talis, non iam carnalem, ſed ſpiritualem, propter Spiritus communionem. Sic igitur Martyres teſtantur, & contemnunt Martyrũ vnde conſtantia.
mortem, non ſecundùm infirmitatem carnis, ſed ſecundùm quod promptus eſt Spiritus. Infirmitas enim carnis abſorpta, potentem oſtendit Spiritum. Spiritus autem rurſus abſorbens infirmitatem, hæreditate poſſidet carnem in ſe, & ex vtriſque factus eſt viuens homo. Viuens quidem propter participationem Spiritus, homo autem propter ſubſtantiam carnis. Igitur caro ſine Spiritu Dei mortua eſt, non habens vitam, regnum Dei poſſidere non poteſt, ſanguis irrationalis, velut aqua effuſa in ter-
ram. Et propter hoc ait : Qualis terrenus, tales & terre- 1. Cor. 15. 48.
ni. Vbi autem Spiritus Patris, ibi homo viuens, ſanguis rationalis ad vltionem à Deo cuſtoditus, caro à Spiritu poſſeſſa, oblita quidem ſui, qualitatem autem Spiritus
aſſumens, conformis facta eſt verbo Dei. Et propterea 1. Cor. 15. 49.
ait : Sicut portauimus imaginem eius qui de terra eſt, portemus & imaginem eius qui de cœlo eſt. Quid eſt H
ergo terrenum? Plaſma. Quid autem cœleſte? Spiritus. Rom. 6. 4.
Sicut igitur (ait) ſine Spiritu cœleſti conuerſati ſumus aliquando in vetuſtate carnis, non obedientes Deo : ſic nunc accipientes Spiritum, in nouitate vitæ ambulemus, obedientes Deo. Quoniam igitur ſine Spiritu Dei ſaluari non poſſumus, adhortatur Apoſtolus nos per fidem & caſtam conuerſationem conſeruare Spiritum Dei, vt non ſine participatione ſancti Spiritus facti amittamus regnum cœlorum. Et clamauit non poſſe carnem ſolam & ſanguinem regnum Dei poſſidere.

Si enim oportet verum dicere, non poſſidet, ſed poſ-
ſidetur caro : ſicut & Dominus ait : Beati mites, quoniam Matth. 5. 4.
ipſi hæreditate poſſidebunt terram : quaſi hæreditate poſſideatur terra in regno. Vnde & ſubſtantia carnis noſtræ eſt : & ideo mundum templum eſſe vult, vt delectetur Spiritus Dei in eo, quemadmodum ſponſus ad ſponſam. Sicut igitur ſponſa aſſumere ſponſum non po-

A teſt, aſſumi autem à ſponſo poteſt, quum venerit & acceperit eam ſponſus: ſic & caro hæc, ſecundùm ſeipſam, id eſt, ſola regnum Dei hæreditate poſſidere non poteſt. Hæreditate autem poſſideri in regno à ſpiritu poteſt: hæreditate enim poſſider, qui viuificat ea quæ ſunt mortua: & aliud quidem eſt hæreditate poſſidere, aliud autem hæreditate poſſideri. Ille enim dominatur & præeſt, & diſponit ea quæ hæreditate poſſider, quemadmodum ipſe velit. Illa verò ſubiecta ſunt & obediunt, & dominantur ab eo, & ſub dominio ſont eius qui poſſider. Quid igitur eſt quod viuit? Scilicet Spiritus Dei. Quæ ſunt autem quæ ſunt mortua? ſcilicet membra hominis, quæ & corrumpuntur in terra. Hæc autem poſſidentur à Spiritu tranſlata in regnum cœlorum. Propter hoc autem & Chriſtus mortuus eſt, vti teſtamentum Euangelij apertum, & vniuerſo mundo lectum, primùm quidem liberos faceret ſeruos ſuos, pòſt deinde hæredes eos conſtitueret eorum quæ eſſent eius, hæreditate poſſidente ſpiritu, quemadmodum demonſtrauimus. Hæreditate enim poſſider ille qui viuit, hæreditate autem acquiritur caro: vt non amittentes eum qui nos poſſidet Spiritum, amittamus vitam, adhortans nos Apoſtolus ad Spiritus communicationem ſecundùm rationem quæ prædicta ſunt, B

1.Cor.15. dixit: Quoniam caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt. Velut ſi dicat: Nolite errare, quoniam niſi Verbum Dei inhabitauerit, & Spiritus Patris fuerit in vobis, vanè autem, & prout euenit, conuerſari fueritis, quaſi hoc tantùm caro & ſanguis exiſtentes, regnum Dei poſſidere non poteritis.

CAPVT X.

C

Superiora probat ſimilitudine ducta ab oleaſtro, cuius qualitas tantùm, non natura per inſitionem mutatur: oſtendit quoque hominem ſine Spiritu, nec fructus edere, nec regnum Dei poſſidere poſſe.

Rom.11. 24. Matth 7. 19.

HOc ideo vti non gratificantes carni, reſpuamus inſertionem Spiritus. Tu autem oleaſter, ait, cum eſſes, inſertus es in bonam oliuam, & ſocius pinguedinis oliuæ factus es. Quemadmodum igitur oleaſter inſertus, ſi permanſerit in eo quod antè fuerit, oleaſter, exciditur, & in ignem mittitur: ſi autem tenuerit inſertionem, & tranſmutetur in bonam oliuam, fit fructifera quaſi in paradiſo regis plantata. Sic & homines, ſi quidem per fidem profecerint in melius, & aſſumpſerint Spiritum Dei, & illius fructificationem germinauerint, erunt ſpirituales, tanquam in Paradiſo Dei plantati: ſi autem reſpuerint Spiritum, & perſeuerauerint in eo quod fuerant antè, magis carnis eſſe volentes quàm Spiritus, iuſtiſſime in eiuſ-

1.Cor 15. D modi dicitur, quoniam caro & ſanguis regnum Dei non poſſident: tanquam ſi quis dicat, quoniam oleaſter non aſſumitur in paradiſum Dei. Mirabiliter igitur Apoſtolus naturam oſtendit noſtram, & vniuerſam diſpoſitionem Dei in eo ſermone qui eſt de carne, & ſanguine, & oleaſtro. Quemadmodum enim oliua neglecta, tempore quodam in deſertum relicta, & ſylueſtria fructificans, ſecundùm ſe oleaſter fit: vel rurſum oleaſter diligentiam percipiens, & inſertus, in priſtinam naturæ recurrit fructificationem: ſic & homines in negligentia conſtituti, & concupiſcentias carnis tanquam ſylueſtria fructificantes, ſecundùm ſuam cauſam infructuoſi iuſtitia conſtituuntur. In eo † autem quòd dormiant homines, inſeminat inimicus materiam zizaniæ: & propter hoc Dominus diſcipulis ſuis vigilare præcepit. Et rurſus qui infructuoſi ſunt iuſtitia, & velut ſentibus obuoluti homines, ſi diligentiam percipiant, & velut inſertionem accipientes Verbum Dei, in priſtinam veniunt hominis naturam, eam qua ſecundùm imaginem & ſimilitudinem factus eſt Dei. Sed quemadmodum oleaſter inſertus, ſubſtantiam

Simile elegans.

† *enim*

Matt.13. 25.

Matt.25. 13.

E quidem ligni non amittit, qualitatem autem fructus immutat, & aliud percipit vocabulum, iam non oleaſter, ſed fructifica oliua exiſtens, & dicitur. Sic & homo per fidem inſertus, & aſſumens Spiritum Dei, ſubſtantiam quidem carnis non amittit, qualitatem autem fructus operum immutat, & aliud accipit vocabulum, ſignificans illam quæ in melius eſt tranſmutationem, iam non caro & ſanguis, ſed homo ſpiritalis exiſtens, & dicitur. Quemadmodum autem rurſus oleaſter, ſi non † participat inſertionem, perſeuerat inutilis ſuo Domino per ſuam ſylueſtrem qualitatem, & quaſi infructuoſum lignum exciditur, & in ignem mittitur: ſic & homo non aſſumens per fidem Spiritus inſertionem, perſeuerat hoc eſſe quod erat antè, caro & ſanguis regnum Dei non poſſidens. Benè igitur Apoſtolus ait: Caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt. Et, Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt, non ſubſtantiam reiiciens carnis, ſed infuſionem Spiritus attrahens. Et propter hoc ait: Oportet mortale iſtud induere immortalitatem; & corruptibile hoc induere incorruptelam. Et iterum ait: Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſiquidem Spiritus Dei habitat in vobis. Manifeſtius autem illud adhuc oſtendit, dicens: Corpus quidem mortuum propter peccatum, Spiritus autem vita propter iuſtitiam. Si autem Spiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis habitat in vobis, qui ſuſcitauit Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra propter inhabitantem Spiritum eius in vobis. Et rurſus in Epiſtola, quæ eſt ad Romanos, ait: Si enim ſecundùm carnem viuitis, incipietis mori: non conuerſationem quæ eſt in carne repellens ab eis; etenim ipſe in carne cùm eſſet, ſcribebat eis: ſed concupiſcentias abſcindens carnis, eas quæ mortificant hominem: & propter hoc intulit. Si autem ſpiritu opera carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim ducuntur Spiritu Dei, hi ſunt filij Dei.

† *per cipiat*

Matth.7. 19.

1.Cor.15.

Rom.8. 8.

1.Cor.15. 53.

Rom 8.9

F

Rom.8. 10.

Rom.8. 10.11.

CAPVT XI.

G

De carnalium & ſpiritualium operibus; ablutioneque ſpirituali, non ad corporum ſubſtantiam, ſed priſtinæ vitæ conuerſationem referenda.

ET ipſas autem operas manifeſtauit, quas dicit carnales, quæ ſint, præuidens calumniam infidelium, & ipſe ſemetipſum exponens, ne relinqueretur quæſtio his, qui infideliter tractant de eo, in ea epiſtola, quæ eſt ad Galatas, dicens: Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt, Adulteria, fornicationes, immunditia, luxuria, idololatria, veneficia, inimicitiæ, contentiones, zeli, ira, æmulationes, animoſitates, irritationes, diſſenſiones, hæreſes, inuidiæ, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, quemadmodum & prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt. Manifeſtius prædicans his qui audiunt, quid eſt, caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt. Qui enim illa agunt, verè ſecundùm carnem ambulantes, viuere Deo non poſſunt. Et iterum ſpirituales actus intulit viuificantes hominem, id eſt, inſertionem Spiritus dicens: Fructus autem Spiritus eſt, charitas, gaudium, pax, patientia, bonitas, benignitas, fides, lenitas, continentia, caſtitas: aduerſus hæc non eſt lex. Sicut igitur qui in melius profecerit, & fructum operatus fuerit Spiritus, omni modo ſaluatur, propter Spiritus communionem: ſic & is qui remanſerit in prædictis carnis operationibus, carnalis verè deputatus, eò quòd non aſſumat Spiritum Dei, regnum non poterit poſſidere cœlorum. Quemadmodum rurſus ipſe Apoſtolus teſtificatur: An neſcitis, dicens Corinthiis, quoniam iniuſti regnum Dei non hæreditabunt? Nolite errare, (ait) neque fornicarij, neque idololatræ, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque

Gal.5.19. *Opera carnis.*

H

Gal.5 22. *Fructus Spiritus*

1.Cor. 6.9 10

ebrioli,

A ebrioſi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei poſſidebunt. Et hæc (ait) quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri. Manifeſtiſſimè oſtendit, per quæ perit homo, ſi perſeuerauerit ſecundùm carnem viuere: & per quæ rurſus ſaluatur. Ea autem quæ ſaluant, ait eſſe nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Spiritum Dei noſtri. Quoniam igitur iſtic numerauit eas quæ ſunt ſine Spiritu, carnis operationes, quæ ſunt mortiferæ: conſequenter his quæ prædicta ſunt
r.15. ab eo, in fine Epiſtolæ ad ſummam exclamauit: Sicut portauimus imaginem eius qui de limo eſt, ita portemus ad imaginem eius qui de cœlis eſt. Hoc enim dico fratres, quoniam caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt. Hoc autem quod ait, Sicut portauimus imaginem eius qui de limo eſt, ſimile illi dicto eſt: Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri. Quando igitur portauimus imaginem eius qui eſt de limo? Scilicet quando hæ quæ prædictæ ſunt carnis operationes, perficiebantur in nobis. Quando autem iterum imaginem cœleſtis? Scilicet quando
r.6. ait: Abluti eſtis credentes in nomine Domini, & accipientes eius Spiritum. Abluti autem ſumus non ſubſtantiam corporis, neque imaginem plaſmatis, ſed priſtinam vanitatis conuerſationem. In quibus igitur periebamus membris, operantes ea quæ ſunt corruptelæ, in iiſdem ipſis viuificamur, operantes ea quæ ſunt Spiritus. Quemadmodum enim corruptelæ eſt capax caro, ſic & incorruptelæ, & quemadmodum mortis, ſic & vitæ.

CAPVT XII.

De differentia mortis & vitæ afflatus vitæ & Spiritus viuificantis: & quomodo eadem ſubſtantia carnis, quæ mortua eſt, reuiuiſcet.

HÆc autem inuicem cedunt, & vtraque non permanent in idipſum, ſed expellitur alterum ab altero: & præſente altero, interit alterum. Si igitur mors poſſidens hominem expulit ab eo vitam, & mortuum oſtendit: multo magis vita poſſidens hominem expellit mortem, & viuentem hominem reſtituet Deo. Si enim mors mortificauit, quare vita adueniens non viuificat
25. hominem? Quemadmodum Eſaias ait: Deuorauit mors potens. Et rurſus: Deus abſtulit omnem lachrymam ab
ſa omni facie. † Expulſa eſt autem priſtina vita, quoniam non per ſpiritum, ſed per afflatum fuerat data. Aliud enim eſt afflatus vitæ, qui & animalem efficit hominem: & aliud Spiritus viuificans, qui & ſpiritalem effi-
42. cit eum. Et ideo Eſaias ait: Sic dicit Dominus, qui fecit cœlum, & finxit illud; qui firmauit terram & quæ in ea ſunt; & dedit afflatum populo, qui ſuper eam eſt; & Spiritum his qui calcant illam. Afflatum quidem communiter omni qui ſuper terram eſt populo dicens datum: Spiritum autem propriè his, qui conculcant terrenas
16. concupiſcentias. Propter quod rurſus ipſe Eſaias diſtinguens ea quæ prædicta ſunt, ait: Spiritus enim a me exiet, & flatum omnem ego feci. Spiritum quidem pro-
2. priè in Deo deputans, quem in nouiſſimis temporibus effudit per adoptionem filiorum in genus humanum: afflatum autem communiter in conditione, & factura oſtendens illum. Aliud autem eſt quod factum eſt, ab eo qui fecit. Afflatus igitur temporalis, Spiritus autem ſempiternus. Et afflatus quidem auctus ad modicum, & tempore aliquo manens, deinde abiit ſine ſpiramento relinquens illud in quo fuit antè. Spiritus autem circundans intus & foris hominem, quippe ſemper per-
5. ſeuerans, nunquam relinquens eum. Sed non primò quidem quod ſpiritale eſt, ait Apoſtolus (hæc tanquam ad nos homines dicens) ſed primò quidem animale eſt, E
deinde quod ſpiritale eſt, ſecundùm rationem. Oportuerat † autem primò plaſmari hominem, & plaſmatum accipere animam, deinde ſic communionem Spiritus recipere. Quapropter & primus Adam factus eſt à Domino in animam viuentem, ſecundus autem in ſpiritum viuificantem. Sicut igitur qui in animam viuentem factus eſt, diuertens peius, perdidit vitam: ſic rurſus idem ipſe in melius recurrens, aſſumens viuificantem ſpiritum, inueniet vitam. Non enim aliud eſt quod 1.Cor.15.
moritur, & aliud quod viſicatur. Quemadmodum ne- 45.
que aliud quod perit, & aliud quod inuenitur: ſed illam ipſam quæ perierat ouem inuenit Dominus exquirens. Quid ergo erat quod moriebatur? Vtique car- Luc.15.
nis ſubſtantia, quæ amiſerat afflatum vitæ, & ſine ſpira- 8.
mento mortua facta eſt. Hanc itaque Dominus venit viuificaturus, vti quemadmodum in Adam omnes morimur, quoniam animales, † in ſpiritu viuamus, quoniam ſpirituales: deponentes non plaſma Dei, ſed concupiſ- F
centias carnis, & aſſumentes Spiritum ſanctum, ſicut Apoſtolus in epiſtola quæ eſt ad Coloſſenſes, ait: Mor- Coloſſ.3.
tificate itaque membra veſtra quæ ſunt ſuper terram. 5.
Quæ ſunt autem hæc, ipſe expoſuit, fornicationem, immunditiam, paſſionem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt idololatria. Horum depoſitionem Apoſtolus præconatur, & eos qui talia † perpetrant, velut carnem & ſanguinem tantùm exiſtentes, non poſſe ait regnum cœlorum poſſidere. Anima enim ipſorum declinans in peius, & in terrenas concupiſcentias deſcendens, eiuſdem cuius & illa ſunt, participauit appellationis; quæ deponere nos iubens, ait rurſus in eadem epi-
ſtola: Expoliantes vos veterem hominem cum operibus Coloſſ.3.
eius. Hoc autem dicebat, non † veterem amouens plaſ- 9
mationem: alioquin oportebat nuſmetipſos interficientes, ſeparari ab ea quæ eſt iſtic conuerſatione. Sed & ipſe Apoſtolus, ille exiſtens qui in vulua plaſmatus erat, & de vtero exierat, ſcribebat nobis, & viuere in carne fructus operis eſſe confeſſus eſt, in epiſtola quæ eſt ad G
Philippenſes, dicens: Fructus autem operis ſpiritus, eſt Philipp.1.
carnis ſalus. Quis enim alius apparens fructus eius eſt, 22.
qui non apparet Spiritus, quàm maturam efficere carnem & capacem incorruptelæ? Si igitur viuere in carne, hic mihi fructus operis eſt, non vtique ſubſtantiam contemnebat carnis, in eo quod † diceret, Spoliantes vos veterem hominem cum operibus eius: ſed ſpoliationem priſtinæ noſtræ conuerſationis manifeſtauit, eam quæ veteraſcit & corrumpitur, & propter hoc intulit: Et induentes nouum hominem, eum qui renouatur in agnitionem ſecundùm imaginem eius qui creauit eum. In eo
ergo quod ait: Qui renouatur in agnitionem, demon- Coloſſ.3.
ſtrabat quoniam ipſe ille qui ignorans erat antè homo, 10.
id eſt, ignorans Deum, per eam quæ in eum eſt agnitionem renouatur. Agnitio enim Dei renouat hominem. Et in eo quòd dicat: Secundum imaginem conditoris, recapitulationem manifeſtauit eius hominis, qui initio ſecundùm imaginem factus eſt Dei. Quoniam autem idem ipſe erat Apoſtolus, qui ex vtero generatus fuerat, hoc eſt, antiqua carnis ſubſtantia, ipſe in ea epiſtola, H
quæ eſt ad Galatas dixit: Cùm autem placuit Deo, qui Coloſſ.1.
me ex vtero matris meæ ſegregauit, & vocauit per gra- 19.
tiam ſuam, reuelare Filium ſuum in me, vt euangelizarem eum in Gentibus. Non alius erat qui natus fuerat ex
vtero, ſicut prædiximus, & alius qui euangelizabat Fi- Actor.9.
lium Dei: ſed idem ille qui antè ignorabat, & perſequebatur Eccleſiam, reuelatione ei de cœlo facta, colloquente cum eo Domino, quemadmodum in tertio libro oſtendimus, euangelizabat Filium Dei Chriſtum Ieſum, qui ſub Pontio Pilato crucifixus eſt, prætertia ignoran-
tia exterminata à poſteriore agnitione. Quemadmo- Ioan.9.
dum cæci, quos curauit Dominus, cæcitatem quidem amiſerunt, perfectam autem † ſuſceperunt ſubſtantiam oculorum, & iiſdem ipſis quibus antè non videbant oculis, recipiebant viſionem, caligine a viſione tantùm exterminata, ſeruatà autem ſubſtantia oculorum, vt per quos non viderant oculos, per eos rurſus videntes

[Margin notes: † enim; † Chriſti; † operantur; † veterem; † dixerat; † receperunt]

A gratias agerent ei, qui ruſus viſum eis redintegrauit.
c. 6.6. Et qui aridam curauit manum, & omnes omnino quos
curauit, non ea quæ ab initio ex vtero edita fuerant
membra mutauerunt: ſed eadem ipſa ſalua recipiebant.
Fabricator enim vniuerſorum Dei Verbum, qui ab initio
plaſmauit hominem, à malitia inueniens labefactatum
ſuum plaſma omnimodo curauit, hoc quidem &
ſecundum vnumquodque membrum, ſicut & in ſuo plaſmate
eſt: hoc autem & ſemel totum ſanum & integrum
redintegrauit hominem, perfectum eum ſibi præparans
ad reſurrectionem. Quam enim cauſam habebat carnis
membra curare, & reſtituere in priſtinum characterem,
ſi non habebant ſaluari, quæ ab illo curata fuerant? Si
enim temporalis erat ab eo vtilitas, nihil grande præſtitit
his qui ab eo curati ſunt. Aut quomodo dicunt non
eſſe capacem carnem vitæ, quæ eſt ab eo, quæ percepit
curationem ab eo? Vita enim per curationem, incorruptela
autem per vitam efficitur. Qui igitur curationes
B confert, hic & vitam: & qui vitam, hic & incorruptelam
circundat plaſmati ſuo.

CAPVT XIII.

Maximum ſpecimen reſurrectionis habemus in mortuis à Chriſto ſuſcitatis, cordaque noſtra capacia eſſe vitæ æternæ, eò oſtenduntur, quòd nunc Spiritum Dei recipiant.

Math. 9.18. DIcant enim nobis hi qui contraria dicunt, id eſt, qui
contradicunt ſuæ ſaluti, ſummi Sacerdotis mortua
Luc. 7. 12. filia, & viduæ filius qui circa portam mortuus efferebatur,
& Lazarus qui in monumento quartam habebat
C diem in quibus reſurrexerint corporibus? In iiſdem ipſis
Ioan. 11. 1. ſcilicet in quibus & mortui fuerant. Si enim non in iiſdem
ipſis videlicet, nec iidem ipſi qui mortui erant reſurrexerunt.
Sed enim apprehendit (ait) Dominus manum
mortui, & dixit ei: Iuuenis tibi dico, ſurge: & ſedit
mortuus, & iuſſit ei dare manducare, & dedit eum matri
ſuæ. Et Lazarum vocauit voce magna, dicens: Lazare,
veni foras: & exiuit (inquit) mortuus, colligatus
pedes & manus inſtitis: hoc ſymbolum eius hominis,
Ioan. 11. 43. & 44 qui inligatus fuerat in peccatis. Et propter hoc, ait
Dominus: Soluite illum, & dimittite eum abire. Sicut
igitur qui curati ſunt, in his, quæ ante paſſa fuerunt
membra, curati ſunt, & mortui in iiſdem ſurrexerunt
corporibus, membris & corporibus ipſorum percipientibus
curationem: & eam vitam quæ dabatur à Domino
per temporalia, præformante æterna, & oſtendente
quoniam ipſe eſt qui & curationem plaſmati ſuo, & vitam
præſtare poteſt, vt eius de reſurrectione quoque credatur
D ſermo: ſic & in fine in nouiſſima tuba clamante
Domino, reſurrecturi ſunt mortui, quemadmodum ipſe
1. Cor. 15. 52 ait: Veniet hora in qua omnes mortui, qui in monumentis
Ioan. 5. 52. ſunt, audient vocem filij hominis, & exient qui bona
fecerunt, in reſurrectionem vitæ: & qui mala operati
ſunt, in reſurrectionem iudicij. Vani igitur & verè infelices,
qui ſic manifeſta & clara nolunt conſpicere, ſed
fugiunt lumen veritatis, ſecundùm tragicum Oedipodem
ſemetipſos excæcantes. Et quemadmodum in palæſtra
inducti concertantes aliis vnam quamlibet partem
corporis totis complectentes manibus, per illud quod
detinent, cadunt, & cadentes putant ſe vincere, eo
quòd contentioſe teneant illud quod primum apprehenderunt
membrum, ſuper hoc autem quod ceciderunt, &
† deriſi † deriſui habentur. Sic autem & hæretici, Caro & ſanguis
regnum Dei poſſidere non poſſunt, duas dictiones
tollentes a Paulo, neque ſenſum Apoſtoli perſpexerunt,
neque virtutem dictionum ſcrutati ſunt: ſed nude autem
ipſas dictiones tenentes, circa eas moriuntur, vniuerſam

ſam diſpoſitionem Dei quantum in ipſis eſt, euertentes. B
Si enim propriè de carne hoc dictum dicent, & non de
carnalibus operationibus, quemadmodum † demonſtrauimus, † demonſtrabimus
ipſum ſibi contrarium Apoſtolum dicentem
oſtendet. Ait enim ſtatim in eadem Epiſtola demon- 1. Cor. 15. 53.
ſtratiuè de carne ſic dicens: Oportet enim corruptibile
hoc induere incorruptelam, & mortale hoc
induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc
induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo qui ſcriptus
eſt, Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt mors acu- Oſeæ 13. 14.
leus tuus? Vbi eſt mors victoria tua? Hæc autem iuſtè
dicentur tunc, quando mortalis hæc & corruptibilis
caro, circa quam & mors eſt, quæ & quodam
dominio mortis preſſa eſt, in vitam conſcendens, induerit
incorruptelam & immortalitatem. Tunc enim
verè erit victa mors, quando ea quæ continetur ab ea
caro, exierit de dominio eius. Et ruſus ad Philippen- Philip. 3. 20.
ſes ait: Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt: vnde F
& Saluatorem expectamus Dominum Ieſum, qui transfigurabit
corpus humilitatis noſtræ conforme corpori
gloriæ ſuæ, ita vt poſſit ſecundum operationem virtutis
ſuæ. Quod igitur eſt humilitatis corpus quod
transfigurabit Dominus cónformatum corpori, gloriæ
ſuæ? Manifeſtum eſt quoniam corpus quod eſt caro
(quod & humiliatur cadens in terra) transfiguratio
autem eius, quoniam cùm ſit mortalis & corruptibilis
immortalis fit & incorruptibilis: non ſecundùm
propriam ſubſtantiam, ſed ſecundùm Domini operationem,
qui poteſt mortali immortalitatem, & corruptibili
circundare incorruptibilitatem. Et propter hoc
ait in ſecunda ad Corinthios: Vt abſorbeatur mortale 2. Cor. 5. 4.
à vita. Qui autem perficit nos in hoc ipſum, Deus,
qui dedit nobis pignus Spiritus: manifeſtiſſimè hoc
de carne dicens. Nec enim anima immortalis, neque
ſpiritus abſorbeatur mortali vita, quando & caro non
mortua ſed viua & incorrupta perſeuerauerit, hymnum
dicens Deo, qui in hoc ipſum perficit nos. Vt ergo in G
hoc perficiamur, bene Corinthiis ait: Glorificate Deum 1. Cor. 6. 20.
in corpore veſtro. Deus incorruptibilitatis eſt effector.
Quoniam autem non de alio quodam corpore, ſed de
corpore carnis dicit hoc, manifeſtè & indubitatè, &
ſine vlla ambiguitate Corinthiis ait: Semper mortifi- 2. Cor. 4. 10.
cationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt vita
Ieſu Chriſti in corpore noſtro manifeſtetur. Semper
enim qui viuimus, in mortem tradimur per Ieſum, vt
& vita Ieſu manifeſtetur in carne mortali noſtra. Et
quoniam ſpiritus complectitur carnem, in eadem Epi-
ſtola ait: Quoniam eſtis Epiſtola Chriſti, miniſtrata 2. Cor. 3. 3.
à nobis, inſcripta non atramento, ſed Spiritu Dei viui,
non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.
Si ergo nunc corda carnalia capacia Spiritus
fiunt, quid mirum ſi in reſurrectione, eam quæ a Spiritu
datur, capiunt vitam? De qua reſurrectione Apo-
ſtolus in ea quæ eſt ad Philippenſes ait: Conformis mor- Philip. 3. 11.
ti eius, ſi quo modo occurram ad reſurrectionem, quæ H
eſt à mortuis. In qua igitur alia mortali carne intelligi
poteſt vita manifeſtari, niſi in hac ſubſtantia, quæ
& mortificatur propter eam quæ eſt ad Deum confeſſionem:
Quemadmodum ipſe dixit: Si ſecundùm hominem
cum beſtiis Epheſi pugnaui, quid mihi prodeſt,
ſi mortui non reſurgunt? Si enim mortui non reſur- 1. Cor. 15. 31.
gunt, neque Chriſtus reſurrexit: ſi autem Chriſtus non
reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt &
fides veſtra: inuenimur autem & falſi teſtes Dei, quoniam
teſtificamur quòd ſuſcitauit Chriſtum, quem non
ſuſcitauit. Si enim mortui non reſurgunt, neque Chriſtus
reſurrexit. Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis
eſt fides veſtra, quoniam adhuc eſtis in peccatis veſtris.
Ergo & qui dormierunt in Chriſto, perierunt. Si in vita
hac in Chriſto ſperantes ſumus tantum, miſerabiliores
omnibus ſumus hominibus. Nunc autem Chriſtus reſurrexit
a mortuis, primitiæ dormientium: quoniam enim
per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum.
In his igitur omnibus, quemadmodum prædi-

Google

A ximus, aut contraria ſentientem ſibimetipſi Apoſtolum dicent, quantum ad illud, Caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt, aut iterum malignas & extortas cogentur omnium dictorum facere expoſitiones, ad tranſuertendam & immutandam ſententiam dictorum.
or.15. Quid enim dicere habebunt ſanum, ſi conabuntur aliter interpretari hoc quod ſcribit: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam, & mortale hoc induere
Cor.4. immortalitatem? Et Vt vita Ieſu manifeſtetur in carne mortali noſtra, & reliqua omnia, in quibus Apoſtolus manifeſtè & clarè reſurrectionem & incorruptelam carnis prædicat? Cogentur itaque hæc tanta malè interpretari, qui vnum nolunt benè intelligere.

B

CAPVT XIV.

Niſi caro Saluanda eſſet, carnem eiuſdem ſubſtantiæ cum noſtra Verbum non adſumpſiſſet: quapropter nec per ipſum eſſemus reconciliati.

QVoniam autem non aduerſus ipſam ſubſtantiam carnis & ſanguinis dixit Apoſtolus; Non poſſidere regnum Dei, vbique idem Apoſtolus in Domino Ieſu Chriſto vſus eſt carnis & ſanguinis nomine, aliquid quidem vti hominem eius ſtatueret: (etenim ſemetipſum filium dicebat hominis) aliquid autem vti ſalutem carnis noſtræ confirmaret. Si enim non haberet caro ſaluari,
4. nequaquam Verbum Dei caro factum eſſet. Et ſi non haberet ſanguis iuſtorum inquiri, nequaquam ſanguinem habuiſſet Dominus. Sed quoniam ab initio vocalis eſt ſanguis, Deus ad Cain dixit, cùm occidiſſet fratrem ſuum: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me. Et quoniam haberet exquiri ſanguis ipſorum, dixit ad eos qui circa Noë erant: Etenim ſanguinem animarũ veſtrarum, exquiram illum de manu omnium beſtiarum. Iterum: Qui effundet ſanguinem hominis, ſanguis pro ſanguine eius effundetur. Similiter autem & Dominus his qui habebant eius ſanguinem effundere, dicebat: Exquiretur
23. omnis ſanguis iuſtus, qui effunditur ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare: etiam dico vobis, venient omnia iſta ſuper generationem iſtam. Recapitulationem effuſionis ſanguinis ab initio omnium iuſtorum & Prophetarum in ſemetipſum futuram indicans, & exquiſitionem ſanguinis ipſorum per ſemetipſum. Non autem exquireretur hoc, niſi & ſaluari haberet: nec † in ſemetipſo recapitulatus eſſet hæc Dominus, niſi & ipſe caro & ſanguis, ſecundùm principalem plaſmationem factus fuiſſet, ſaluans in ſemetipſo in fine illud quod perierat in principio in Adam. Si autem ob alteram quãdam diſpoſitionem Domminus incarnatus eſt, & ex altera ſubſtantia carnem attulit non ergo in ſemetipſo recapitulatus eſt ſe hominem: adhuc etiam nec caro quidem dici poteſt. Caro enim verè primæ plaſmationis è limo factæ, ſucceſſio. Si autem ex alia ſubſtantia habere eum oportuit materiam, ab initio ex altera ſubſtantiæ parte operatus fuiſſet fieri conſperſionem eius. Nunc autem quod fuit qui perierat homo, hoc ſalutare factum eſt Verbum, per ſemetipſum ea quæ eſſet ad eum communionem, & exquiſitionem ſalutis eius efficiens. Quod autem perierat, ſanguinem & carnem habebat.
7. Limum enim de terra accipiens Dominus, plaſmauit hominem, & propter hunc omnis diſpoſitio aduentus Domini. Habuit ergo & ipſe carnem & ſanguinem, non alteram quandam; ſed illam principalem Patris plaſmationem in ſe recapitulans, exquirens id quod perierat.
1. Et propter hoc Apoſtolus in Epiſtola quæ eſt ad Coloſſenſes ait: Et vos cùm eſſetis aliquando alienati, & inimici cogitationis eius in operibus malis, nunc autem reconciliari in corpore carnis eius, per mortem eius, exhibete vos ſanctos, & caſtos, & ſine crimine in conſpectu eius. E In corpore (ait) reconciliari carnis eius, † id eſt, quia iuſta caro reconciliauit eam carnem, quæ in peccato detinebatur, & in amicitiam adduxit Deo. Si quis igitur ſecundùm hoc alteram dicit Domini carnem à noſtra carne quoniam illa quidem non peccauit, neque inuentus eſt dolus in anima eius, nos autem peccatores, rectè dicit: Si autem alteram ſubſtantiam carnis 1.Pet.2.
Domino affingit, iam non conſtabit illi reconciliationis 2.
ſermo. Reconciliatur enim illud quod fuit aliquando inimicitia. Si autem ex altera ſubſtantia carnem attulit Dominus, iam non illud reconciliatum eſt Deo, quod per tranſgreſſionem factum fuerat inimicum. Nunc autem per eam quæ eſt ad ſe communicationem, reconciliauit Dominus hominem Deo Patri, reconcilians nos ſibi per corpus carnis ſuæ, & ſanguine ſuo redimens nos, quemadmodum Apoſtolus Epheſiis ait: In quo habui- Epheſ.1.
mus redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem 7.
peccatorum. Et rurſus eiſdem: Vos (inquit) qui ali- F
quando eratis longè, facti eſtis iuxta, in ſanguine Chri- Epheſ.2.
ſti. Et iterum: Inimicitias in carne ſua, Legem præce- 13.
ptorum decretis euacuans. Et in omni autem Epiſtola manifeſtè teſtatur Apoſtolus, quoniam per carnem Domini noſtri, & ſanguinem eius nos ſaluati ſumus. Si igitur caro & ſanguis ſunt, quæ faciunt nobis vitam, non propriè de carne dictum eſt & ſanguine. Non poſſe ea poſſidere regnum Dei: ſed de prædictis carnalibus actibus, qui ad peccatum tranſuertentes hominem, pri-
uant eum vita. Et propterea in Epiſtola ad Romanos Rom. 6.
ait: Non ergo regnet peccatum in corpore mortali veſtro 12.
ad obediendum ei: neque exhibeatis membra veſtra arma iniuſtitiæ peccato: ſed exhibete voſmetipſos Deo, velut à mortuis viuentes, & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo Quibus igitur membris ſeruiebamus peccato, & fructificabamus morti, iiſdem ipſis membris ſeruire nos vult iuſtitiæ, vt fructificemus vitæ. Memor igitur,
Dilectiſſime, quoniam carne Domini noſtri redemptus G
es, & ſanguine eius redhibitus: & tenens caput, ex quo vniuerſum corpus Eccleſiæ compaginatum augeſcit, hoc eſt, carnalem aduentum Filij Dei, & Deum confi-
tens & hominem † eum firmiter excipiens, vtens etiam † eius
his oſtenſionibus quæ ſunt ex Scripturis, facilè euertis, quemadmodum demonſtrauimus, omnes eas quæ poſtea afflictæ ſunt hæreticorum ſententias.

CAPVT XV.

Teſtimoniis Iſaiæ & Ezechielis probat reſurrectionem, eundémque Deum nos reſuſcitaturum eſſe, qui creauit.

QVoniam autem is qui ab initio condidit hominem,
poſt reſolutionem eius in terram, promiſit ei ſecun- H
dam generationem. Eſaias quidem ſic ait, Reſurgent Iſai. 26.
mortui, & ſurgent qui in monumentis ſunt, & læta- 19.
buntur qui ſunt in terra. Ros enim qui à te eſt, ſanitas Iſa. 66.
eſt eis. Et iterum: Ego vos aduocabo, & in Hieruſa- 14.
lem aduocabimini, & videbitis, & gratulabitur cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba orientur, & cognoſce-
tur manus Domini his qui colunt eum. Et Ezechiel Ezech.
autem ait ſic. Et facta eſt ſuper me manus Domini, & 37.1.
duxit me in ſpiritu Dominus, & poſuit me in medio campi, & hic erat plenus oſſibus, & circumduxit me ſuper ea, in circuitum in gyro & ecce multa ſuper faciem campi arida valde: Et dixit ad me. Fili hominis, ſi viuunt oſſa hæc? Et dixi: Domine tu ſcis qui feciſti hæc: Et dixit ad me prophetare ſuper oſſa hæc, & dices eis: Oſſa arida audite ſermonem Domini. Hæc dicit Dominus oſſibus his. Ecce ego ſuperduco ſuper, vos ſpiritum vitæ & dabo ſuper vos neruos, & reduco ſuper vos carnem, & extendam ſuper vos cutem, & dabo Spiritum meum in vos, & viuetis & cognoſcetis quia ego ſum

A Dominus. Et prophetaui ſicut præcepit mihi Dominus:
Et factum eſt cum prophetarem, & adducebantur oſſa
vnum quodque ad compaginem ſuam, & vidi & ecce ſu-
per ea nerui, & carnes naſcebantur, & aſcendebant ſuper
ea cutes deſuper, & ſpiritus non erat in eis, & dixit ad me.
Ad ſpiritum propheta fili hominis, & dic ſpiritui: Hæc
dicit Dominus. A quatuor ſpiritibus veni, & inſuffla in
mortuos iſtos, & viuant. Et prophetaui quemadmodum
præcepit mihi Dominus, & intrauit in eos ſpiritus: & vi-
xerunt, & ſteterunt ſupra pedes ſuos collectio multa valde
Et rurſus ipſe ait: Hæc dicit Dominus: Ecce ego aperiam
monumenta veſtra, & educam vos de monumentis veſtris,
& inducam vos in terram Iſraël, & cognoſceris, quia ego
ſum Dominus, cùm aperiam ego ſepulchra veſtra, &
reducam de ſepulchris populum meum, & dabo Spiri-
tum meum in vos, & viuetis &, ponam vos in terram
veſtram, & cognoſcetis quia ego Dominus locutus ſum,
B & faciam, dixit Dominus. Demiurgo itaque & hîc vi-
uificante corpora veſtra mortua, quemadmodum videre
adeſt, & reſurrectionem eis repromittente, & de ſepul-
chris & monumentis ſuſcitationem, & in corruptelam
Iſaiæ 65. 22. donante. Secundùm enim lignum vitæ, ait, dies ipſo-
rum erunt. Hic ſolus Deus oſtenditur, qui hæc facit, &
ipſe bonus Pater benignè vitam donans his, qui ex ſe non
Ioan. 14. 9. & 10. habebant vitam. Et propter hoc manifeſtiſſimè Domi-
nus oſtendit ſe, & Patrem quidem ſuis diſcipulis, ne
ſcilicet quærerent alterum Deum, præter eum qui plaſ-
mauerit hominem, & afflatum vitæ donauerit ei: ne-
que in tantam inſaniam procederent, vti ſuper Demiur-
gum alterum aſſingerent Patrem. Et ideo reliquos qui-
dem omnes quibuſcunque propter tranſgreſſionem eo-
rum eueniebant languores, curabat ſermone: quibus &
Ioan. 5. 14. dicebat: Ecce, ſanus factus es, iam noli peccare, ne
quid tibi deterius fiat; manifeſtans quoniam propter ino-
bedientiæ peccatum, ſubſequuti ſunt languores homini-
bus. Ei autem qui cæcus fuerat à natiuitate, iam non
C ſermonem, ſed per operationem præſtitit viſum, non
vanè, neque prout euenit hoc faciens; ſed vt oſtenderet
manum Dei, eam quæ ab initio plaſmauit hominem.
Et propterea interrogantibus eum diſcipulis, qua ex cau-
ſa cæcus natus eſſet, vtrùmne ſua an parentum culpa? ait:
Ioan 9. 2. Nec hic peccauit, neque parentes eius, ſed vt manife-
ſtentur opera Dei in ipſo. Opera autem Dei plaſmatio
eſt hominis. Hanc enim operationem fecit, quemadmo-
Gen 2. 7. Ioan. 9. 7. dum Scriptura ait: Et ſumpſit Dominus limum de terra,
& plaſmauit hominem: quapropter Dominus expuit in
terram, & fecit lutum, & ſuperliniuit illud oculis,
oſtendens antiquam plaſmationem quemadmodum facta
eſt, & manum Dei oſtendens his qui intelligere poſ-
ſunt, per quam è limo plaſmatus eſt homo. Quod enim
in veteri plaſmate prætermiſit artifex, Verbum hoc ma-
nifeſtè adimpleuit: vti manifeſtarentur opera Dei in ip-
ſo, nec iam alteram requiremus manum, per quam plaſ-
Lib. 10. & Luc. 15. 5. matus eſt homo, neque alterum Patrem: ſcientes quo-
niam quæ plaſmauit nos initio, & plaſmat in ventre ma-
nus Dei, hæc in nouiſſimis temporibus perditos exqui-
ſiuit nos, ſuam lucrifaciens, & ſuper humeros aſſumens
D ouem perditam, & cum gratulatione in cohortem reſti-
Ierem 1. 5. tuens vitæ. Qui autem in ventre plaſmat nos Verbum
Dei, ait Hieremiæ: Priuſquam plaſmarem te in vtero,
noui te, & priuſquam progredereris de vulua, ſancti-
Gal. 1. 15. ficaui te, & Prophetam in gentibus dedi te. Sed & Pau-
lus ſimiliter ait: Quando autem complacuit ei, qui me
ſegregauit ex vtero matris meæ, vti euangelizarem eum
in gentibus. Cùm ergo in ventre à Verbo plaſmemur,
Idipſum Verbum ei, qui à natiuitate cæcus fuerat, for-
mauit viſionem; eum qui in abſcondito plaſmator no-
ſter eſt manifeſtè oſtendens quoniam in ipſum Verbum
manifeſtum hominibus factum fuerat; & antiquam plaſ-
mationem Adæ diſſerens, & quomodo factus eſt, & per
quam plaſmatus eſt manum, ex parte totum oſtendens.
Qui enim viſionem formauit Dominus, hic eſt qui vni-
uerſum hominem plaſmauit, voluntati Patris deſeruiens.
Et quoniam in illa plaſmatione quæ ſecundùm homi-
nem eſt, in tranſgreſſione factus eſt homo, indigebat
lauacro regenerationis, poſtquam liniuit lutum ſuper E
oculos eius, dixit ei: Vade in Siloam, & lauare; ſimul
& plaſmationem, & eam quæ eſt per lauacrum regene-
rationem reſtituens ei. Et propter hoc lotus venit videns, Tit. 3. 5. Ioan 9. 7.
vt & ſuum cognoſceret plaſmatorem, & diſceret homo
eum qui donauit ei vitam. Excidunt itaque & hi qui à
Valentino ſunt, dicentes; non ex hac terra plaſmatum
eſſe hominem, ſed à fluida materia & effuſa. Ex qua
enim terra Deus ei formauit oculos, ex hac manifeſtum
eſt quoniam & ab initio plaſmatus eſt homo. Non enim
conſequens erat, aliunde quidem oculos, aliunde autem
reliquum corpus plaſmatum eſſe: quemadmodum nec
conſequens eſt, alterum quidem corpus, alterum verò
plaſmaſſe oculos. Sed idem ipſe qui ab initio plaſmauit Gen. 26.
Adam, cum quo & loquebatur Pater, Faciamus homi-
nem ſecundùm imaginem & ſimilitudinem noſtram, in
nouiſſimis temporibus ſemetipſum manifeſtans homini-
bus, ei qui ab Adam cæcus fuerat, formauit viſionem. F
Et propter hoc ſcriptura ſignificans quod futurum erat,
ait, abſcondito Adam propter inobedientiam, Domi-
num veniſſe veſpere ad eum, & euocaſſe eum, & dixiſſe
ei Vbi es? Hoc eſt, quoniam in nouiſſimis temporibus
idipſum venit Verbum Dei aduocare hominem, recom-
memorans in eo opera ſua, quibus degens abſconditus
fuerat Domino. Quemadmodum enim tunc ad Adam Gen. 3. 9.
veſpere locutus eſt exquirens illum Deus, ſic & in nouiſ-
ſimis temporibus per eandem vocem viſitauit exquirens
genus eius.

CAPVT XVI.

*Cum in terram corpora noſtra reuertantur, ſe-
quitur ea inde ſubſtantiam habere: item
Verbi aduentu clarius in nobis imago Dei* G
apparuit.

ET quoniam ex hac quæ ſecundùm nos eſt terra,
plaſmatio fuit Adæ, Scriptura dicit dixiſſe Deum ei:
In ſudore vultus tui manducabis panem tuum, quoaduſ-
que conuertaris in terram, ex qua ſumptus es. Si igi- Gen. 3. 19.
tur in aliquam alteram terram reuertuntur poſt mortem
corpora noſtra, conſequens eſt ea inde & ſubſtantiam
habere. Si verò in hanc ipſam, manifeſtum eſt quoniam
& ex hac plaſmatio ei facta eſt; quomodo & Dominus
fecit manifeſtum ex hac eadem oculos ei formans. Et Ioan. 9. 7.
manu itaque reliqua verè aliquando oſtenſa Dei, per
quam plaſmatus eſt quidem Adam plaſmati autem ſumus
& nos; & cum ſit vnus & idem Pater, cuius vox ab
initio vſque ad finem adeſt plaſmati ſuo, & ſubſtantiam
plaſmatis noſtri per Euangelium oſtendens manifeſtè,
iam non oportet quærere alium Patrem præter hunc; ne-
que aliam ſubſtantiam plaſmationis noſtræ, præter præ-
dictam & oſtenſam à Domino: neque alteram manum
Dei præter hanc, quæ ab initio vſque ad finem confor- H
mat nos, & coaptat in vitam, & adeſt plamati ſuo, &
perficit illud ſecundùm imaginem, & ſimilitudinem ſuam
Dei. Tunc autem hoc Verbum oſtenſum eſt, quando ho- Ioan. 1. 14.
mo Verbum Dei factum eſt, ſemetipſum homini, &
hominem ſibimetipſi aſſimilans, vt per eam quæ eſt ad
Filium ſimilitudinem, pretioſus homo fiat Patri. In præ-
teritis enim temporibus, dicebatur quidem ſecundùm
imaginem Dei factum eſſe hominem, non autem oſtende-
batur. Adhuc enim inuiſibile erat Verbum, cuius ſe-
cundum imaginem homo factus fuerat, propter hoc
autem, & ſimilitudinem facile amiſit. Quando autem
caro Verbum Dei factum eſt, vtraque confirmauit: &
imaginem enim oſtendit veram, ipſe hoc fiens, quod
erat imago eius, & ſimilitudinem firmans reſtituit, con-
ſimilem faciens hominem, in inuiſibili Patri per viſibile
Verbum. Et non ſolùm autem per ea quæ prædicta ſunt,
& Patrem, & ſemetipſū manifeſtauit Dominus, ſed etiam

A per ipſam paſſionem. Diſſoluens enim eam quæ ab initio in ligno facta fuerat, hominis inobedientiam, obediens factus eſt vſque ad mortem, mortem autem crucis, eam quæ in ligno facta fuerat inobedientiam, per eam quæ in ligno fuerat obedientiam ſanans. Non autem per eandem veniſſet exoluere eam, quæ fuerat erga plaſmatorem noſtrum inobedientiam, ſi alterum annuntiabat Patrem: quoniam autem per hæc, per quæ non obediuimus Deo, & non credidimus eius verbo, per hæc eadem obedientiam introduxit, & eam quæ eſſet erga Verbum eius † oſtenſionem, † per quę manifeſtè ipſum oſtendit Deum: quem in primo quidem Adam offendimus, non facientes eius præceptum, in ſecundo autem Adam reconciliati ſumus, obedientes vſque ad mortem facti. Neque enim alteri cuidam eramus debitores, ſed illi cuius præceptum tranſgreſſi fueramus à principio.

en- s quæ

CAPVT XVII.

Deus & Dominus Pater & Creator vniuerſorum, vnicus & ſolus eſt, qui nos in Chriſto dilexit, præcepta dedit, & remiſit nobis peccata: cuius Filium & Verbum ſeſe Chriſtus probauit, cùm peccata condonaret.

Est autem hic Demiurgus, qui ſecundùm dilectionem quidem, pater eſt, ſecundùm autem virtutem, Dominus: ſecundùm autem ſapientiam, factor & plaſmator noſter, cuius & præceptum tranſgredientes, inimici facti ſumus eius. Et propter hoc in nouiſſimis temporibus, in amicitiam reſtituit nos Dominus per ſuam incarnationem, mediator Dei & hominum factus, propitians quidem pro nobis Patrem, in quem peccaueramus: & noſtram inobedientiam per ſuam obedientiam conſolatus: nobis autem donans eam quæ eſt ad factorem noſtrum conuerſationem, & ſubjectionem. Quapropter & in oratione dicere nos docuit: Et remitte nobis debita noſtra, vtique quoniam hic eſt Pater noſter, cuius eramus debitores, tranſgreſſi eius præceptum. Quis autem eſt hic: Vtrumne incognitus aliquis, & nulli nunquam præceptum dans Pater? An verò qui à Scripturis prædicatur Deus, cui & debitores eramus, tranſgreſſi eius præceptum? Datum eſt autem præceptum homini per Verbum. Audiuit enim Adam (ait) vocem Domini Dei. Benè igitur Verbum eius ad hominem dicit: Remittuntur tibi peccata, idem ille in quem peccaueramus in initio, remiſſionem peccatorum in fine donans. Aut ſi alterius quidem tranſgreſſi ſumus præceptum, alius autem erat qui dicit: Remittuntur tibi peccata tua, neque bonus, neque verax, neque iuſtus eſt huiuſmodi. Quomodo enim bonus, qui non ex ſuis donat? Aut quomodo iuſtus, qui aliena rapit? Quomodo autem † rectè remiſſa ſunt peccata, niſi ille ipſe in quem peccauimus, donauit remiſſionem, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos per Filium ſuum? Quapropter & curato paralytico: Videntes (inquit) populi, clarificauerunt Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus. Quem igitur Deum clarificauerunt circumſtantes populi? Nunquid nam ab hæreticis inuentum, incognitum Patrem? Et quomodo eum qui in totum non cognoſcebatur ab eis, glorificabant? Manifeſtum eſt ergo quoniam eum, qui in Lege à Prophetis prædicatus eſt Deus, glorificabant Iſraëlitæ, qui & eſt Pater Domini noſtri: & propter hoc docebat homines in ſenſu per ea ſigna quæ faciebat, dare gloriam Deo. Si autem ab altero quidem Patre ipſe veniſſet, alterum autem Patrem glorificabant homines videntes eius virtutes, ingratos eos in eum Patrem qui miſerat curationem, efficiebat. Sed quoniam ab eo qui eſt, à quo Deus vnigenitus Filius venerat ad ſalutem hominum, & incredulos per eas quas faciebat virtutes, prouocabat dare gloriam Patri, & non recipientibus aduentum Filij eius. Et propter hoc non credentibus, quæ ab eo fiebat remiſſioni Phariſæis, dicebat: Vt ſciatis quoniam poteſtatem habet filius hominis remittere peccata: & hoc cùm dixiſſet, iuſſit paralyticum hominem tollere grabbatum ſuper quem iacebat, & ire in domum ſuam: propter hoc quidem efficit, confundens incredulos, & ſignificans quoniam ipſe eſt vox Dei, per quam accepit homo præcepta, quæ ſupergreſſus eſt, & factus eſt peccator: ex peccatis enim paralyſis ſubſequuta eſt. Peccata igitur remittens, hominem quidem curauit, ſemetipſum autem manifeſtè oſtendit quis eſſet. Si enim nemo poteſt remittere peccata, niſi ſolus Deus; remittebat autem hæc Dominus, & curabat homines: manifeſtum eſt, quoniam ipſe erat Verbum Dei, Filius hominis factus, à Patre poteſtatem remiſſionis peccatorum accipiens, quomodo homo, & quomodo Deus: & quomodo homo compaſſus eſt nobis, tanquam Deus miſereatur noſtri, & remittat nobis debita noſtra, quæ factori noſtro debemus Deo. Et propter hoc Dauid prædixit: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus homo, cui non imputauit Dominus peccatum, eam quæ per aduentum eius eſt, remiſſionem præmonſtrans, per quam deleuit chirographum, debita noſtra, & affixit illud cruci: vti quemadmodum per lignum facti ſumus debitores Deo, per lignum accipiamus noſtri debiti remiſſionem. Hoc & per alios quidem multos, iam autem & per Heliſeum Prophetam ſignificanter oſtenſum eſt. Cùm enim qui cum illo erant, conciderent ligna ad fabricationem tabernaculi, & ferrum excuſſum de ſecuri, cecidiſſet in Iordanem, & non inueniretur ab ipſis, veniens Heliſeus ad ipſum locum, cùm didiciſſet, quid eſſet factum, lignum in aquam miſit: hoc autem cùm feciſſet, ſupernatauit ferrum ſecuris, & de ſuperficie aquæ ſumpſerunt illud, qui antè amiſerant, per operationem oſtendente Propheta, quòd firmum Verbum Dei, quod per lignum negligenter amiſeramus, nec inueniebamus, recepturi eſſemus iterum per ligni diſpoſitionem. Quoniam autem ſecuris ſimilis eſt verbo Dei, Ioannes Baptiſta ait de eo: Iam autem ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Et Hieremias autem ſimiliter ait. Verbum Domini, quemadmodum bipennis cædens petram. Hoc ergo Verbum abſconditum à nobis per lignum, manifeſtauit, quemadmodum prædiximus, ligni diſpoſitio. Quoniam enim per lignum amiſimus illud, per lignum iterum manifeſtum omnibus factum eſt, oſtendens altitudinem, & longitudinem, & latitudinem in ſe; & (quemadmodum dixit quidam de Senioribus) per extenſionem manuum, duos populos ad vnum Deum congregans. Duæ quidem manus, quia & duo populi diſperſi in fines terræ: vnum autem medium caput, quoniam & vnus Deus ſuper omnes, & per omnes, & in omnibus nobis.

E — Matth. 9. 6 — F — Pſal. 31. & 32. — 4. Reg. 6. 6. — G — Matth. 3. 10 — Ier. 23. 29 — H

CAPVT XVIII.

Creaturas vniuerſas, quibus Deus Pater, & eius Verbum vtuntur ſua propria virtute & ſapientia condiderunt; non ex labe, aut ignorantia: aliàs nunquam carnem aſſumpſiſſet Dei Filius, qui omnem à Patre poteſtatem accepit.

Et talem vel tantam diſpoſitionem non per alienas ſed per ſuas efficiebat conditiones: neque per ea quæ ex ignorantia & Labe facta ſunt, ſed per ea quæ ex ſapientia & virtute Patris eius ſubſtantiam habuerunt. Neque enim iniquus, vt aliena concupiſcat; neque indigens, vt non per ſua propria ſuis propriis efficiat vitam, ſua

A vtens conditione ad hominis ſalutem. Neque enim portaſſet illum conditiu, ſi ignorantiæ & Labis eſſet emiſſiu. Quooiam enim ipſum Verbum Dei incatnatum ſuſpenſum eſt ſuper lignum, pet multa oſtendimus: & ipſi autem hæretici crucifixum confitentur. Quomodo igitur [† *contineat*] ignorantiæ & Labis emiſſio, eum qui † contineat vniuerſorum agnitionem, & ſit verus, & perfectus, portare potuit? Aut quomodo ea quæ abſconſa eſt à Patre, & multùm ſeparata conditio, portauit eius Verbum? Si autem ab Angelis hæc facta eſt, ſiue ignorantibus eum, qui ſuper omnia eſt Deus, ſiue ſcientibus, cùm dixerit Do- [Ioan. 14. 11.] minus: Quoniam ego in Patre, & Pater in me eſt; quomodo Patrem & Filium ſimul fabricatio Angelorum portare ſuſtinuit? Qnomodo autem ea, qnæ extra Pleroma eſt conditio, cepit eum, qui continet vniuerſum pleroma? Cùm igitur hæc omnia impoſſibilia ſint, & [† *probationem*] † comprobationem non habeant, illud ſolum verum eſt Eccleſiæ præconium; quoniam propria conditio, quæ ex B virtute, & arte, & ſapientia Dei ſubſtitit, portauit Eccleſiam quæ quidem ſecundùm inuiſibilitatem à Patre portatur, ſecundùm viſibilitatem autem è contrario portat eius Verbum: & hoc eſt verum. Pater enim conditionem ſimul & Verbum ſuum portans, & Verbum portatum à Patre, præſtat Spiritum omnibus; quemadmodum vult Pater. Quibuſdam quidem ſecundùm conditionem, quod eſt conditionis, quod eſt factum: quibuſdam autem ſecundùm adoptionem, quod eſt ex Deo, quod eſt generatio; & ſic vnus Deus, Pater oſtenditur, [Rom. 11. 36.] qui eſt ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus. Super omnia quidem Pater, & ipſe eſt caput Chriſti: per omnia autem Verbum, & ipſe eſt caput Eccleſiæ: in omnibus autem nobis Spiritus, & ipſe eſt aqua viua, quam præſtat Dominus in ſe rectè credentibus, & diligentibus ſe, & ſcientibus, quia vnus Pater, qui eſt ſuper omnia & per omnia, & in omnibus nobis. Teſtimonium per- [Ioan. 4. 10.] hibet his, & Ioannes Domini diſcipulus, in Euangelio, [Ioan. 1. 1.] dicens: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud C Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Deinde de ipſo Verbo dixit: In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. In ſua propria venit, & ſui eum non rece- [Ibid verſ. 10. & 11.] perunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit illis poteſtatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius. Et iterum ſignificans eius ſecundùm hominem diſpenſa- [Ioan. 1. 14.] tionem, dixit: Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Et iterùm intulit: Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plenam gratia, & veritate. Manifeſtè oſtendens audire volentibus, id eſt, aures habentibus, quoniam vnus Deus Pater, ſuper omnes, & vnum Verbum Dei, per quod omnes, per quem omnia facta ſunt: & quoniam hic mundus proprius ipſius, & per ipſum factus eſt voluntate Patris, & non per Angelos, neque per apoſtaſiam, & defectionem, & ignorantiam, neque per virtutem aliquam Prunici, quam & Matrem appellant quidam, neque per alium quendam mundi factorem ignorantem patrem. Mundi enim factor vere D Verbum Dei eſt: hic autem eſt Dominus noſter, qui in nouiſſimis temporibus homo factus eſt, in hoc mundo exiſtens, & ſecundùm inuiſibilitatem continet quæ facta ſunt omnia, & in vniuerſa conditione infixus, quoniam Verbum Dei gubernans, & diſponens omnia, & propter hoc in ſua inuiſibiliter venit. Et caro factum eſt Verbum, & pependit ſuper lignum, vti vniuerſa in ſemet ipſum recapitularetur. Et ſui proprij illum non receperunt homines, quemadmodum Moyſes hoc ipſum mani- [Deut. 28. 66.] feſtauit in populo. Et erit vita tua pendens oculos tuos, & non credes vitæ tuæ. Qui igitur non receperunt illum, non acceperunt vitam. Quotquot autem receperunt illum, dedit illis poteſtatem filios Dei fieri. Ipſe eſt enim [† *vniuerſorum*] qui † vniuerſam poteſtatem habet à Patre, † quoniam [† *quomodo*] Verbum Dei, & homo verus, inuiſibilibus quidem prin- [Ioan. 1. 11.] cipans, rationabiliter & ſenſibiliter legem ſtatuens, vniuerſa quæque in ſuo perſeuerare ordine. Super viſibilia [Pſal. 49. 3.] autem, & humana regnans manifeſtè, & omnibus dignum E ſuperducens iuſtum iudicium. Quemadmodum & Dauid manifeſtè ſignificans, ait: Deus noſter manifeſtè veniet, & non tacebit. Deinde & quod ab eo ſuperducitur Iudicium, manifeſtauit, dicens: Ignis in conſpectu eius ardebit, & in circuitu eius tempeſtas valida. Aduocauit cœlum deſurſum, & terram diſcernere populum ſuum.

CAPVT XIX.

Cum Eua inobediente & præuaricatrice comparatur Beata Virgo MARIA, illius Aduocata, referunturque variæ & diſſidentes hæreſes.

MAnifeſtè itaque in ſua propria veniente Domino, F & ſua propria eum baiulante conditione, quæ baiulatur ab ipſo, & recapitulationem eius, quæ in ligno fuit inobedientiæ, per eam quæ in ligno eſt obedientiam faciente, & ſeductione illa ſoluta, quâ ſeducta eſt malè illa, quæ iam viro deſtinata erat virgo Eua; per veritatem euangelizata eſt benè ab Angelo iam ſub viro Virgo Maria. Quemadmodum enim illa per * Angelicum [* *Angeli B. Virgo Maria, Eua, & alterum peccantiũ aduocata eſt.*] ſermonem ſeducta eſt, vt effugeret Deum præuaricata verbum eius, ita & hæc per Angelicum ſermonem euangelizata eſt, vt portaret Deum, obediens eius verbo. Et ſicut illa ſeducta eſt, vt effugeret Deum, ſic hæc ſuaſa eſt obedire Deo, vti virginis Euæ, virgo Maria fieret aduocata. Et quemadmodum aſtrictum eſt morti genus humanum per virginem, ſoluatur per Virginem: æqua lance diſpoſita virginalis inobedientia, per virginalem obedientiam. Adhuc enim protoplaſti peccatum per correptionem primogeniti emendationem accipiens, & ſerpentis prudentia deuicta in columbæ ſimplicitate; vinculis autem illis reſolutis, per quæ alligati eramus morti. Indocti omnes hæretici, & ignorantes Dei, & inſcij eius G quæ eſt ſecundùm hominem diſpenſationis, quippe cæcutientes circa veritatem, ipſi ſuæ contradicunt ſaluti. Alij quidem alterum introducentes, præter Demiurgum, patrem. Alij autem ab Angelis quibuſdam dicentes factum eſſe mundum, & ſubſtantiam eius. Alij quidem, porrò & longè ſeparatum ab eo, qui eſt ſecundùm ipſos, Patre à ſemetipſo fuiſſe, & eſſe ex ſe natum. Alij autem in his quæ continentur à Patre, de Labe & ignorantia ſubſtantiam habuiſſe. Alij autem manifeſtum aduentum Domini contemnunt, & incarnationem eius non recipientes. Alij autem rurſus ignorantes Virginis diſpenſationem, ex Ioſeph dicunt eum generatum. Et quidam quidem neque animam ſuam, neque corpus recipere poſſe dicunt æternam vitam, ſed tantùm hominem interiorem. Eſſe autem hunc eum qui in eis ſit ſenſus, volunt, quem & ſolum aſcendere ad perfectum decernunt. Alij autem anima ſaluata, non participare corpus ipſorum eam quæ eſt à Deo ſalutem, quemadmodum in primo diximus libro. In quo & argumenta eorum omnium H enarrauimus, & inualidum ipſorum, & inconſtabile in ſecando oſtendimus.

CAPVT XX.

Audiendi ſunt paſtores quibus Apoſtoli commiſerunt Eccleſias, vnam & eandem ſalutis doctrinam habentes: fugiendi autem hæretici, & in fidei myſterijs ſobriè ſapiendum.

OMnes enim ij valdè poſteriores ſunt, quàm Epiſcopi, quibus Apoſtoli tradiderunt Eccleſias, & hoc in tertio libro cũ omni diligẽtia manifeſtauimus. Neceſſitatẽ ergo habẽt prædicti hæretici, quoniã ſint cæci ad veritatẽ, alterã & alterã ambulare exorbitãtes viã: & propter

Digitized by Google

hoc inconſonanter, & inconſequenter diſperſa ſunt veſtigia doctrinæ ipſorum. Eorum autem qui ab Eccleſia ſunt, ſemita, circumiens mundum vniuerſum; quippe firmam habens ab Apoſtolis traditionem, & videre nobis donans omnium vnam, & eandem eſſe fidem, omnibus vnum & eundem Deum Patrem recipientibus & eandem diſpoſitionem incarnationis Filij Dei credentibus & eandem donationem Spiritus ſcientibus, & eadem meditantibus præcepta, & eandem figuram eius, quæ eſt erga Eccleſiam ordinationis cuſtodientibus, & eundem expectantibus aduentum Domini, & eandem ſalutem totius hominis, id eſt, animæ & corporis ſuſtinentibus. Et Eccleſiæ quidem prædicatio vera & firma, apud quam vna & eadem ſalutis via, in vniuerſo mundo oſtenditur. Huic enim creditum eſt lumen Dei, & propter hoc ſapientia Dei, per quam ſaluat omnes homines, in exitu canitur. In plateis autem fiducialiter agit, in ſummis muris prædicatur, in portis autem ciuitatis conſtanter loquitur. Vbique enim Eccleſia prædicat veritatem, & hæc eſt ἑπτάμυξος lucerna, Chriſti baiulans lumen. Qui ergo relinquunt præconium Eccleſiæ, imperitiam ſanctorum Presbyterorum arguunt, non contemplantes, quanto pluris ſit idiota religioſus, à blaſphemo, & † impudente Sophiſta. Tales ſunt autem omnes hæretici, & qui ſe plus aliquid præter veritatem inuenire putant, ſequentes ea quæ prædicta ſunt variè, & multiforme & imbecille facientes iter, de iiſdem non ſemper eaſdem ſententias habentes, velut cæci à cæcis circumducuntur, iuſtè cadent in ſublatentem ignorantiæ foueam, ſemper quærentes, & nunquam verum inuenientes. Fugere igitur oportet ſententias ipſorum, & intentius obſeruare, vti ne vexemur ab ipſis: confugere autem ad Eccleſiam, & in eius ſinu educari & dominicis Scripturis enutriri. Plantata eſt enim Eccleſiæ Paradiſus in hoc mundo. Ab omni ergo ligno Paradiſi eſcas † manducabis, ait Spiritus Dei, id eſt, ab omni Scriptura Dominica manducare: ſuper elato autem ſenſu, ne manducaueritis, neque tetigeritis vniuerſam hæreticam diſſenſionem. Ipſi enim confitentur ſemetipſos agnitionem habere boni & mali: & ſuper Deum qui fecit eos, iaculantur ſenſus ſuos impios. Suprà igitur ſentiunt, quàm eſt menſura ſenſationis. Quapropter & Apoſtolus ait. Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad prudentiam, vt non illorum manducantes agnitionem, eam quæ plus quàm oportet, ſapit, proiiciamur de Paradiſo vitæ: in quem Dominus inducit eos qui † obediunt præconio eius, recapitulans in ſe omnia quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt: & quæ in cœlis ſpiritualia ſunt, quæ autem in terris ſecundum hominem eſt diſpoſitio. Hæc igitur in ſemetipſo recapitulatus eſt, adunans hominem ſpiritui, ſpiritum collocans in homine, ipſe caput ſpiritus factus eſt, & ſpiritum dans eſſe hominis caput: per illum enim † videmus, & audimus, & loquimur.

CAPVT XXI.

Caput omnium quæ prædicta ſunt, Chriſtus eſt: quem hominem aſſumere, à Patre vniuerſorum creatore mitti, & à Satana tentari oportuit, vt promiſſiones adimpleret & glorioſam conſummatamque victoriam reportaret.

OMnia ergo recapitulans recapitulatus eſt, & aduerſum inimicum noſtrum bellum prouocans, & eliden s eum, qui initio in Adam captiuos duxerat nos, & calcans eius caput, quemadmodum habes in Geneſi dixiſſe ſerpenti Deum: Et inimicitiam ponam inter te, & mulierem, & inter ſemen tuum, & ſemen eius: ipſe tuum obſeruabit caput, & tu obſeruabis eius calcaneum. Ex eo enim qui ex muliere Virgine habebat naſci; ſecundùm ſimilitudinem Adam præconabatur, obſeruans caput ſerpentis, id eſt ſemen, de quo ait Apoſtolus in Epiſtola ad Galatas: Legem factorum poſitam, donec veniret ſemen cui promiſſum eſt. [Galat. 3. 19.] Manifeſtius autem adhuc in eadem oſtendit Epiſtola ſic dicens: Cùm autem venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum, factum de muliere. [Galat. 4. 4.] Neque enim iuſtè victus fuiſſet inimicus, niſi ex muliere homo eſſet, qui vicit eum. Per mulierem enim homini dominatus eſt ab initio, ſemetipſum contrarium ſtatuens homini. Propter hoc & Dominus ſemetipſum Filium hominis confitetur, principalem hominem illum, ex quo ea quæ ſecundùm mulierem eſt plaſmatio facta, in ſemetipſo recapitulans: vti quemadmodum per hominem victum deſcendit in mortem genus noſtrum, ſic iterum per hominem victorem aſcendamus in vitam. Et quemadmodum accepit palmam mors per hominem aduerſus nos, ſic iterum nos aduerſus mortem per hominem accipiamus palmam. Non autem Dominus antiquam illam, & primam aduerſus Serpentem inimicitiam in ſemetipſo recapitulatus fuiſſet, adimplens promiſſionem Demiurgi, & perficiens præceptum eius, ſi ab alio veniſſet patre: ſed quoniam vnus, & idem eſt, qui ab initio plaſmauit nos, & in fine Filium ſuum miſit, præceptum eius perfecit Dominus, factus ex muliere, [Galat. 4. 4.] & deſtruens aduerſarium noſtrum, & perficiens hominem ſecundùm imaginem, & ſimilitudinem † ſuam. [† Dei] Et propter hoc non aliunde eum deſtruxit, niſi ex dictionibus Legis, & Patris præcepto adiutore vſus ad deſtructionem, & traductionem apoſtatæ Angeli. Primo quidem diebus 40. ieiunans, ſimiliter vt Moyſes & Helias, poſtea eſuriit, [Matth. 4. 2. 3. Reg. 19. 8.] vt hominem eum verum, & firmum intelligamus: proprium enim eſt hominis ieiunantis eſurire. Deinde autem, vt haberet aduerſarius vbi congrederetur. Quoniam enim in principio per eſcam, non eſurientem hominem ſeduxit tranſgredi præceptum Dei, in fine eſurientem, non potuit diſſuadere eam quæ à Deo eſſet, ſuſtinere eſcam. Tentante enim eo, & dicente; Si Filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Dominus autem per præceptum Legis repulit eum, dicens: Scriptum eſt, Non in pane tantum † viuet homo. [† viuit Matth. 4. 3. Deut. 8. 3.] Ad illud quidem quod ait, Si Filius Dei es, tacuit. Excæcauit autem eum hominis confeſſione, & per paternam ditionem, primùm eius impetum euacuauit. Quæ ergo fuit in Paradiſo repletio hominis per duplicem guſtationem, diſſoluta eſt per eam, quæ fuit in hoc mundo indigentiam.

Ille autem legaliter exploſus, tentabat & ipſe per mendacium rurſus legitimè facere congreſſionem: in altiſſimum enim templi pinnaculum ducens eum, dixit: Si Filius Dei es, mitte te deorſum. [Matth. 4. 6. Pſal. 90. 11.] Scriptum eſt enim: Quoniam Angelis ſuis Deus mandauit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum: mendacium abſcondens per Scripturam, quod faciunt omnes hæretici. Illud enim quod Angelis ſuis mandauit de eo, ſcriptum erat: Mitte te autem deorſum, de eo nulla dicebat Scriptura, ſed à ſemetipſo hanc ſuaſionem Diabolus afferebat. Dominus itaque legitimè confutauit eum, dicens: Item ſcriptum eſt, Non tentabis Dominum Deum tuum. [Deut. 6. 15.] Per eam vocem quæ eſt in Lege oſtendens, id quidem quod eſt ſecundùm hominem, quoniam non debet homo tentare Deum. Quantum autem ad illum, quoniam in eo homine qui videbatur, non tentaret Dominum Deum ſuum. Elatio itaque ſenſus quæ fuit in ſerpente, diſſoluta eſt per eam quæ fuit in homine humilitatem: & bis iam victus erat de Scriptura Diabolus, cùm eſt traductus, contraria præcepto Dei ſuadens, & ſecundùm ſententiam ſuam Dei hoſtis oſtenſus. Qui & magnè confutatus, & quaſi ſemetipſum colligens, vniuerſam quam habebat virtutem † in mendacium ordinans, [† mendacio] tertiò, oſtendit ei ſæculi regna omnia, & gloriam ipſorum, dicens, quemadmodum meminit Lucas: [Luc. 4. 6.] Hæc omnia tibi dabo, quoniam mihi tradita ſunt, & cui volo, do ea, ſi procidés adoraueris me. Dominus itaq; traducés eum qui eſſet, Vade (inquit) Satana, ſcriptũ eſt enim

A — Satan quid. — † de reliquo

Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſerues. Denudans eum per hoc nomen, & ſe oſtendens qui erat. Satana enim verbum, Hebraicè Apoſtatam ſignificat. Et tertio itaque vincens eum, † in reliquum repulit à ſemetipſo, quaſi legitimè victum, & ſoluta eſt ea quæ fuerat in Adam præcepti Dei præuaricatio, per præceptum legis, quod ſeruauit Filius hominis, non tranſgrediens præceptum Dei.

Quis ergo Dominus Deus, cui teſtimonium perhibet; quem nemo tentabit, & quem omnes adorare oportet, & ipſi ſoli ſeruire? Omni modo ille eſt ſine dubio, qui & Legem dedit Deus. Hæc enim in Lege prædicta fuerant, & per Legis ſententiam oſtendit Dominus, quoniam Lex quidem à Patre Verbum † Deum annuntiat: apoſtata autem Dei Angelus, † per illam deſtruitur vocem traductus qui ſit, & victus à Filio hominis ſeruante Dei præceptum. Quoniam enim initio homini ſuaſit tranſgredi præceptum factoris, & ideo eum habuit in ſua poteſtate; poteſtas autem eſt tranſgreſſio, & apoſtaſia, & his colligauit hominem; per hominem ipſum iterùm oportebat victum eum contrariò colligari iiſdem vinculis, quibus alligauit hominem, vt homo ſolutus reuertatur ad ſuum Dominum, illa vincula relinquens, per quæ ipſe fuerat alligatus, id eſt tranſgreſſionem. Illius enim colligatio, ſolutio facta eſt hominis, quoniam non poteſt aliquis intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi primùm ipſum fortem alligauerit. † Contrario ergo in ſermone eius, qui omnia fecit Dei, traducens eum Dominus, & ſubiiciens per præceptum, præceptum autem Dei, Lex: fugitiuum eum, & Legis tranſgreſſorem, & apoſtatam Dei oſtendens, poſtea iam per verbum conſtanter eum colligauit, quaſi ſuum fugitiuum, & diripuit eius vaſa, id eſt, eos qui ab eo detinebantur homines, quibus ipſe iniuſtè vtebatur. Et captiuus quidem ductus eſt iuſtè; is qui hominem iniuſtè captiuum duxerat: qui autem antè captiuus ductus fuerat homo, extractus eſt à poſſeſſoris poteſtate, ſecundùm miſericordiam Dei Patris: qui miſeratus eſt plaſmati ſuo, & dedit ſalutem ei per Verbum, id eſt, per Chriſtum redintegrans: vt experimento diſcat homo, quoniam non à ſemetipſo, ſed donatione Dei accepit incorruptelam.

Margin: † Domini — † per illius — B — Matt. 12. 29. — † Contraria — C

CAPVT XXII.

Dominus verus, & Deus vnus à Lege declaratur, & in Euangelio per Chriſtum eius Filium manifeſtatur: quem ſolum adorare, & ab illo omnia bona expectare oportet, non à Satana.

D — Deut. 6. 13 — Rom. 3. 30.

SIc igitur manifeſtè oſtendente Domino, quoniam Dominus verus, & vnus Deus, qui à Lege declaratus fuerat: quem enim Lex præconauerat Deum, hunc Spiritu oſtendit Patrem, cui & ſeruire ſoli oportet diſcipulos Chriſti: & per eas quæ ſunt in Lege ſententias aduerſarium noſtrum euacuante, Lex autem Demiurgum laudare Deum, & ipſi ſoli ſeruire iubet nobis: iam non oportet quærere alium patrem, præter hunc, aut ſuper hunc: quoniam vnus Deus qui iuſtificat circuncisionem ex fide, & præputium per fidem. Si enim alius quis erat ſuper hunc, perfectus pater, nequaquam per huius ſermones & præcepta deſtruxiſſet Satanam. Nec enim ignorantia per alteram poteſt diſſolui ignorantiam, quemadmodum neque per labem, labes euacuari. Si igitur Lex ex ignorantia & labe eſt, quomodo ſententiæ, quæ in ea ſunt, diabolicam ignorantiam abſoluere poterant, & fortem vincere? Neque enim à minori, neque ab æquali fortis vinci poteſt: ſed ab eo qui plus poteſt. Plus autem poteſt ſuper omnia Verbum Dei, qui in lege quidem vociferatur:
Deut. 6. 4. Audi Iſraël: Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt: &, Dili-
Deut. 6. 5. ges Dominum Deum tuum ex tota anima tua: &, hunc adorabis, &, huic ſoli ſeruies. In Euangelio autem per has eaſdem ſententias deſtruens apoſtaſiam, & Patris voce deuicit fortem, & Legis † præceptum ſuas ſententias confitetur dicens: Non tentabis Dominum Deum tuum. Nec enim per alienam, ſed per propriam Patris ſui ſententiam deſtruxit aduerſarium, & fortem vicit. Nos autem ſolutos per ipſum præceptum docuit, eſurientes quidem ſuſtinere eam, quæ à Deo datur eſcam, in ſublimitate autem poſitos vniuerſi chariſmatis, vel in operibus iuſtitiæ confidentes, vel miniſtrationis ſupereminentia adornatos, nequaquam extolli, neque tentare Deum, ſed humilia ſentire in omnibus, & præ manu habere: Non tentabis Dominum Deum tuum: quemadmodum & Apoſtolus docuit: Non alta dicens, ſentientes, ſed humilibus conſentientes: nec diuitiis, nec gloria † mundi, neque præſenti phantaſia capi. Scire autem quoniam Dominum Deum tuum adorare oportet, & ipſi ſoli ſeruire, & non credere ei qui falsò promiſit ea quæ non ſunt ſua, dicens: Hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraueris me. Ipſe enim confitetur quoniam adorare eum, & voluntatem eius facere, cadere eſt à gloria Dei. Et quid aut ſuaue, aut bonum participare poteſt qui cecidit? Aut quid aliud ſperare, & expectare poteſt, qui talis eſt, niſi mortem? Ei enim qui cecidit, proxima mors eſt. Deinde nec illa quæ promiſit, præſtabit. Quomodo enim præſtabit ei, qui cecidit? Deinde quoniam dominatur hominibus, & ei ipſi Deus & nolente Patre noſtro qui eſt in cœlis, neque paſſer cadet in terram. Illud igitur quod ait, Hæc omnia mihi tradita ſunt, & cui volo, do ea, vt in ſuperbiam elatus ait. Neque enim conditio ſub eius poteſtate eſt: quandoquidem & ipſe vnus de creaturis eſt. Neque ipſe hominum regnum attribuet hominibus, ſed ſecundùm ordinationem Dei Patris, & cætera quæque, & quæ ſunt erga homines, diſponuntur. Dominus autem ait: Quoniam diabulus mendax eſt ab initio, & in veritate non ſtetit. Si itaque mendax eſt, & non ſtetit in veritate, videlicet non verum dicebat: Quoniam hæc omnia mihi tradita ſunt, & cui volo, do ea, ſed mendacium loquens.

Margin: E — Matt. 4. 7. † præcepto — Rom. 12. 16. † mundana — F — Matth. 4. 10. — Matt. 10. 29. — Ioan. 8. 44. — G

CAPVT XXIII.

Diabolus aſſuetus eſt mendaciis, quibus ſeductus Adam, ſexto creationis die peccauit, quo tandem per Chriſtum reparatus fuit.

Gen. 2. v. 16. & 17 — H — Gen. 3. † vtique — † manducabimus.

ASſuetus enim erat iam ad ſeductionem hominum mentiri aduerſus Deum. Ab initio enim homini eſcam multam cùm Deus dediſſet, ex vna autem tantum arbore præcepiſſet ne manducaret, quemadmodum Scriptura dicit dixiſſe Deum ad Adam: Ab omni ligno quod eſt in paradiſo eſcam manducabitis, à ligno autem cognoſcẽdi bonum & malũ, non manducabitis: qua autem die manducaueritis, morte moriemini. Ille autem mentiens aduerſus Deum, tentauit hominem, quemadmodum Scriptura dicit dixiſſe ſerpentem mulieri: Quid † itaque dixit Deus; Ne manducaueritis ab omni ligno paradiſi? Et cùm illa traduxiſſet mendacium, & ſimpliciter retuliſſet præceptum, in eo quod diceret, Ab omni ligno paradiſi † manducabitis: à fructu autem ligni quod eſt in medio paradiſi, dixit Deus: Ex eo non manducabitis, neque tetigeritis, ne moriamini: cùm didiciſſet à muliere præceptum Dei, aſtutia vſus decepit eam denuò per falſiloquium, dicens: Non morte moriemini. Sciebat enim Deus quoniam qua die manducaueritis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. Primò quidem in Dei paradiſo diſputabat de Deo, quaſi abſente eo. Magnitudinem enim ignorabat Dei. Poſt deinde ab ipſa dicens dixiſſe Dominum, morituros eos ſi guſtaſſent de prædicto ligno, tertiò mendacium loquens dixit: Non moriemini. Sed quoniam Deus verax eſt, mendax autem ſerpens, de

effecta oſtenſum eſt, morte ſubſecuta eos qui manduca-
uerunt: ſimul enim cum eſca & mortem adſciuerunt,
quoniam inobedientes manducabant. Inobedientia, au-
tem Dei mortem infert: propter hoc ex eo traditi ſunt
ei, debitores mortis effecti. In ipſa itaque die mortui ſunt,
in qua & manducauerunt, & debitores facti ſunt mortis,
quoniam conditionis dies vnus. Factum eſt enim (in-
1.31. quit) veſpere & mane dies vnus. In ipſa autem hac die
1.8 manducauerunt, in ipſa autem, & mortui ſunt. Secun-
dùm autem circulum, & curſum dierum, ſecundùm
quem alia quidem prima, alia autem ſecunda, & alia ter-
tia vocatur, ſi quis velit diligenter diſcere, qua die ex
ſeptem diebus mortuus eſt Adam, inueniet ex Domini
diſpoſitione. Recapitulans enim vniuerſum hominem in
ſe ab initio vſque ad finem, recapitulatus eſt & mortem
eius. Manifeſtum eſt itaque, quoniam in illa die mor-
tem ſuſtinuit Dominus, obediens Patri, in qua mortuus
eſt Adam inobediens Deo. In qua autem mortuus eſt,
in ipſa & manducauit. Dixit enim Deus: In qua die
.17 manducabitis ex eo, morte moriemini. Hunc itaque
diem recapitulans in ſemetipſum Dominus, venit ad paſ-
ſionem pridie ante ſabbatum, quæ eſt ſexta conditionis
dies, in qua homo plaſmatus eſt, ſecundam plaſmatio-
nem eam quæ eſt à morte, per ſuam paſſionem donans.
Quidam autem ruſus in milleſimum annum reuocant
mortem Adæ. Quoniam enim dies Domini, ſicut mille
anni, non ſuperpoſuit autem mille annos, ſed intra eos
mortuus eſt, tranſgreſſionis adimplens ſententiam. Siue
ergo ſecundùm inobedientiam, quæ eſt mors, ſiue quòd
exinde traditi ſint, & facti † ſunt debitores mortis, ſiue
ſecundùm vnum & eundem diem, in quo manducaue-
runt, & mortui ſunt, quoniam vna conditionis dies: ſiue
ſecundùm hunc circulum dierum, quia in ipſa mortui
ſunt, in qua & manducauerunt, hoc eſt Paraſceue, quæ
dicitur cœna pura, id eſt, ſexta feria, quam & Dominus
oſtendit paſſus in ea: ſiue ſecundùm quòd non ſit ſuper-
greſſus mille annos, ſed in ipſis mortuus ſit: ſecundùm
omnia ergo quæ ſignificantur, Deus quidem verax: mor-
.4 tui enim ſunt qui guſtauerunt de ligno: ſerpens autem
mendax oſtenſus eſt, & homicida, ſicut Dominus ait de
eo: Quoniam ab initio homicida eſt, & in veritate non
ſtetit.

CAPVT XXIV.

*De diaboli perpetuo mendacio, Poteſtatibus, qui-
bus nos parere oportet, atque imperiis terre-
nis quatenus à Deo, non autem à diabolo
conſtituantur.*

SIcut ergo in principio mentitus eſt, ita & in fine
9 mentiebatur, dicens: Hæc omnia mihi tradita ſunt,
& cui volo, do ea. Non enim ipſe determinauit huius
ſeculi regna, ſed Deus. Regis enim cor, in manu Dei. Et
per Salomonem autem ait Verbum, Per me Reges re-
gnant, & † poteſtates tenent iuſtitiam. Per me principes
exaltantur, & tyranni terræ. Et Paulus Apoſtolus hoc
ipſum ait: Omnibus poteſtatibus ſublimioribus ſubiecti
eſtote, non eſt enim poteſtas, niſi à Deo. Quæ autem
ſunt, à Deo diſpoſitæ ſunt. Et iterum de ipſis ait: Non
enim ſine cauſa gladium portat, Dei enim miniſter eſt,
vindex in iram ei qui malè operatur. Quoniam hæc au-
tem non de Angelicis poteſtatibus, nec de inuiſibili-
bus principibus dixit, quomodo quidam audent expo-
nere: ſed de his quæ ſunt ſecundùm † homines poteſta-
tes, ait: Propter † hæc enim & tributa præſtatis, mini-
ſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes. Hoc autem
& Dominus confirmauit, non faciens quidem quod à
diabolo ſuadebatur: tributorum autem exactoribus, iu-
bens pro ſe, & pro Petro † date tributum. Quoniam
miniſtri Dei ſunt, in hoc ipſum deſeruientes. Quoniam
enim abſiſtens à Deo homo, in tantum efferauit, vt etiam
conſanguineum hoſtem ſibi putaret, & in omni inquie- E
tudine, & homicidio, & auaritia ſine timore verſaretur;
impoſuit illi Deus humanum timorem, (non enim co-
gnoſcebant timorem Domini) vt poteſtati hominum
ſubiecti, & lege eorum aſtricti, aliquid aſſequantur iu-
ſtitiæ, & moderentur ad inuicem in manifeſto † poſitum † propoſitum
gladium timentes, ſicut Apoſtolus ait: Non enim ſine
cauſa gladium portat: Dei enim miniſter eſt, vindex in
iram ei qui malè operatur. Et propter † hoc & ipſi ma- † hac
giſtratus indumentum iuſtitiæ leges habentes; quæcun- Rom.13.4.
que iuſtè & legitimè fecerint, de his non interrogabun-
tur, neque pœnas dabunt. Quæcunque autem ad euer-
ſionem iuſti, iniquè & impiè contra legem, & more ty-
rannico exercuerint, in his & peribunt iuſto iudicio Dei,
ad omnes æqualiter perueniente, & in nullo deficiente.
Ad vtilitatem ergo Gentilium, terrenum regnum poſi-
tum eſt à Deo: ſed non à diabolo, qui nunquam omni-
nò quietus eſt, imò qui nec ipſas quidem Gentes vult in
tranquillo agere, vt timentes regnum humanum, non F
ſe alterutrum homines vice piſcium conſumant; ſed per
legum poſitiones repercutiant multiplicem Gentilium
iniuſtitiam. Et ſecundùm hoc miniſtri Dei ſunt, qui tri-
buta exigunt à nobis, in hoc ipſum ſeruientes, quæ ſunt
poteſtates, à Deo ordinatæ ſunt. Manifeſtum eſt quo-
niam mentitur diabolus, dicens: Mihi tradita ſunt, & cui
volo, do ea. Cuius enim iuſſu homines naſcuntur, huius Matt.4.9
iuſſu & Reges conſtituuntur, apti his qui in illo tempore
ab ipſis reguntur. Quidam enim illorum ad † correctio- † correptionem
nem & vtilitatem ſubiectorum dantur, & conſeruatio-
nem iuſtitiæ: quidam autem ad timorem, & pœnam, &
increpationem: quidam autem ad illuſionem, & contu-
meliam, & ſuperbiam, quemadmodum & digni ſunt: Dei
iuſto iudicio, ſicut prædiximus, in omnibus æqualiter ſu-
perueniente. Diabolus autem, quippe Apoſtata exiſtens
Angelus, hoc tantùm poteſt, quod † egit in principio, † deregit
ſeducere, & abſtrahere mentem hominis, ad tranſgre-
dienda præcepta Dei & paulatim obcæcare corda eorum
qui conarentur ſeruire ei, & ad obliuiſcendum quidem G
verum Deum: ipſum autem quaſi Deum adorare. Quem-
admodum autem ſi quis Apoſtata regionem aliquam ho-
ſtiliter capiens, perturbet eos qui in ea ſunt, vt Regis glo-
riam ſibi vindicet, apud ignorantes, quòd Apoſtata, &
latro: ſic etiam diabolus, cùm ſit vnus ex angelis his,
qui ſuper ſpiritum aëris præpoſiti ſunt, quemadmodum
Paulus Apoſtolus in ea quæ eſt ad Epheſios, manifeſta-
uit, inuidens homini, Apoſtata à diuina factus eſt Lege. Eph.6.12
Inuidia enim aliena eſt à Deo. Et quoniam per homi-
nem traducta eſt apoſtaſia eius, & examinatio ſententiæ
eius, homo factus eſt, † adhuc magis magiſque ſemet- † ad hoc
ipſum contrarium conſtituit homini, inuidens vitæ eius,
& in ſua poteſtate hypoſtatica volens concludere eum.
Omnium autem artifex Verbum Dei, per hominem vin-
cens eum, & Apoſtatam oſtendens, è contrario ſubjecit
eum homini. Ecce, dicens, do vobis poteſtatem calcan- Luc.10.
di ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtu- 19.
tem inimici, vt quemadmodum dominatus eſt homini
per apoſtaſiam, ſic iterum per hominem recurrentem ad H
Deum, euacuetur apoſtaſia eius.

CAPVT XXV.

*Antichriſti fraus, ſuperbia, & tyrannicum re-
gnum, prout à Daniele & Paulo
deſcripta ſunt.*

ET non tantùm per ea quæ dicta ſunt, ſed & per ea
quæ erunt ſub Antichriſto oſtenditur, quoniam exi-
ſtens apoſtata & latro, quaſi Deus vult adorari: & cùm
ſit ſeruus, regem ſe vult præconari. Ille enim omnem
ſuſcipiens diaboli virtutem, veniet non quaſi rex iuſtus,
nec quaſi in ſubiectione Dei legitimus: ſed impius, &
iniuſtus, & ſine Lege quaſi apoſtata, & iniquus, & homi-

cida

cida quaſi latro, diabolicam apoſtaſiam in ſe recapitulans.
& idula quidem ſeponens, ad ſuadendum quòd ipſe ſit
Deus, ſe autem extollens vnum idolum, habens in ſemet-
ipſo reliquorum idolorum varium errorem: vt hi qui per
multas abominationes adorant diabolum, hi per hoc
vnum idolum ſeruiant ipſi, de quo Apoſtolus in epiſtola
c. quæ eſt ad Theſſalon. 2. ait ſic: Quoniam niſi venerit ab-
4. ſceſſio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius
perditionis, qui aduerſatur & extollit ſe ſuper omne quod
dicitur Deus, aut colitur: Ita vt in templo Dei ſedeat,
oſtendens ſemetipſum tanquam ſit Deus. Manifeſtè igitur
10. Apoſtolus oſtendit † aduentum eius, & quoniam extol-
litur ſuper omne quod dicitur Deus, vel quod colitur,
hoc eſt, ſuper omne idolum. Hi enim ſunt qui dicuntur
quidem ab hominibus, non ſunt autem dij. Et quoniam
ipſe ſe tyrannico more conabitur oſtendere Deum: ſuper
hæc autem manifeſtauit & illud, quod à nobis per multa
oſtenſum eſt, quoniam Hieroſolymis templum per diſ-
poſitionem veri Dei factum eſt. Ipſe enim Apoſtolus ex
ſua perſona diffinitiuè templum illud dixit Dei. Oſtendi-
mus autem & in 3. libro, nullum ab Apoſtolis ex ſua per-
ſona Deum appellari, niſi eum qui verè ſit Deus. Patrem
Domini noſtri, cuius iuſſu hoc quod eſt in Hieroſolymis
factum eſt templum, ob eas cauſas quæ à nobis dictæ
ſunt: in quo aduerſarius ſedebit, tentans ſemetipſum
3. Chriſtum oſtendere, ſicut & Dominus ait: Cùm autem
25 videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt per
Danielem Prophetam, ſtantem in loco ſancto, qui legit
intelligat. Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant in montes,
4. & qui in tecto eſt, non deſcendat tollere quicquam de
domo. Erit enim tunc preſſura magna, qualis non eſt fa-
8. cta ab initio ſæculi vſque nunc, ſed neque fiet. Daniel au-
i tem nouiſſimi regni finem reſpiciens, id eſt, nouiſſimos
decem reges, in quos † diuideretur regnum illorum, ſu-
per quos filius perditionis veniet, cornua dicit decem na-
ſci beſtiæ, & alterum cornu puſillum naſci in medio
ipſorum, & tria cornua de prioribus eradicari à facie
eius. Et ecce, (inquit) oculi quaſi oculi hominis in cor-
nu hoc, & os loquens magna, & aſpectus eius maior re-
liquis videbatur, & cornu illud faciebat bellum aduerſus
ſanctos, & valebat aduerſus eos, quoadusque venit vetu-
ſtus dierum, & iudicium dedit ſanctis altiſſimi Dei, &
tempus peruenit, & regnum obtinuerunt ſancti. Poſtea
in exolutione viſionum dictum eſt ei: Beſtia quarta, re-
gnum quartum erit in terra, quod eminebit ſuper reli-
qua regna, & manducabit omnem terram, & conculca-
bit eam, & concidet: decem cornibus eius, decem re-
ges exurgent: & poſt eos ſurget alius, qui ſuperabit alios
omnes, qui ante eum fuerunt, & reges tres deminorabit,
& verba aduerſus altiſſimum Deum loquetur, & ſan-
ctos altiſſimi Dei conteret, & cogitabit demutare tem-
pora & legem: & dabitur in manu eius, vſque ad tem-
pus temporum & dimidium tempus, hoc eſt triennium
& ſex menſes, in quibus veniens regnabit ſuper terram.
f. De quo iterum & Apoſtolus Paulus in 2. ad Theſſaloni-
cenſes, ſimul & cauſam aduentus eius annuntians ſic ait:
Et tunc reuelabitur iniquus, quem Dominus Ieſus in-
terficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet præſentia aduentus ſui,
cuius eſt aduentus ſecundum operationem Satanæ, in
omni virtute, & ſignis, & portentis mendaciorum, &
omni ſeductione malitiæ pereuntibus, pro eo quod dile-
ctionem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent. Et
ideo mittit eis Deus operationem erroris, vt credant
mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt ve-
ritati, ſed conſenſerunt iniquitati. Et Dominus autem
hoc † idem non credentibus ſibi dicebat, Ego veni in
nomine Patris mei, & non recepiſtis me: cùm autem
alius venerit in nomine ſuo, illum recipietis, alium di-
cens Antichriſtum, quoniam alienus eſt à Domino: &
ipſe eſt iniquus iudex, qui à Domino dictus eſt, † quo-
niam Deum non timebat, neque hominem reuerebatur,
ad quem fugit vidua oblita Dei, id eſt, terrena Hieruſa-
lem, ad vlciſcendum de inimico. Quod & faciet in tem-
pore regni ſui: transferet regnum in eam, & in templo
Dei ſedebit, ſeducens eos qui adorant eum, quaſi ipſe
ſit Chriſtus: Quapropter ait Daniel iterum: Et ſanctum E
deſolabitur: & datum eſt in ſacrificium † peccatum, & Dan. 8. 12. † peccantium
projecta eſt in terra iuſtitia, & fecit, & proſperè ceſſit. Et
Gabriel Angelus exoluens eius † viſionem, hoc ipſo di- † viſiones
cebat: Et in nouiſſimo regni ipſorum exurget rex impro- Dan. 8. 23
bus facie valde, & intelligens quæſtiones, & valida vir-
tus eius, & admirabilis, & corrumpet, & diriget, & fa-
ciet, & exterminabit fortes, & populum ſanctum, & iu-
gum torquis eius. Dirigetur dolus in manu eius, in cor-
de ſuo exaltabitur, & dolo diſperdet multos, & ad perdi-
tionem † multorum ſtabit, & quomodo vna manu con- † ipſorum
teret. Deinde & tempus tyrannidis eius ſignificat, In quo
tempore fugabuntur Sancti, qui purum ſacrificium offe-
runt Deo. Et in dimidio hebdomadis (ait) tolletur ſacri- Dan. 9. 27
ficium & libatio, & in templo abominatio deſolationis,
& vſque ad conſummationem temporis conſummatio
dabitur ſuper deſolationem. Dimidium autem hebdoma-
dis tres ſunt anni & menſes ſex: ex quibus omnibus non
tantùm quæ ſunt apoſtaſiæ manifeſtantur; & quæ ſunt
eius, qui in ſe recapitulatur omnem diabolicum errorem: F
ſed & quoniam vnus & idem Pater Deus, qui à Prophe-
tis annuntiatus eſt, à Chriſto autem manifeſtatus. Si enim
† à Daniele Propheta ſunt dicta de fine, Dominus com- † in
probauit: Cùm videritis, dicens, abominationem deſo- Matt. 24. 15.
lationis, quæ dicta eſt per Danielem Prophetam: Da- Dan. 9. 25
nieli autem Angelus Gabriel exſolutionem viſionum fe-
cit. Hic autem eſt Archangelus Demiurgi, & idem Ma-
riæ euangelizauit manifeſtum aduentum, & incarnatio-
nem Chriſti. Vnus & idem Deus manifeſtiſſimè oſtendi- Luc. 1. 26.
tur, qui Prophetas miſit, & Filium præmiſit, & nos voca-
uit in agnitionem ſuam.

CAPVT XXVI.

Quia Ioannes & Daniel prædixerunt Imperij Romani diſſolutionem & deſolationem, quæ finem mundi & regnum Chriſti æternum præcedet: refelluntur alium à Demiurgo patrem confingentes Gnoſtici, Satanæ organa, quorum opera nunc Deum apertè blaſphemat. G

MAniſeſtius adhuc etiam de nouiſſimo tempore, &
de his qui ſunt in eo decem regibus, in quos di-
uidetur quod nunc regnat imperium, ſignificauit Ioan-
nes Domini diſcipulus in Apocalypſi, ediſſerens quæ fue-
rint decem cornua, quæ à Daniele viſa ſunt, dicens ſic
dictum eſſe ſibi. Decem cornua quæ vidiſti, decem reges Apoc 17. 12.
ſunt, qui regnum nondum acceperunt, ſed poteſtatem
quaſi reges, vna hora accipient cum beſtia. Hi vnam ſen-
tentiam habent, & virtutem & poteſtatem ſuam beſtiæ
dant. Hi cum agno pugnabunt, & agnus vincet eos, quo-
niam Dominus dominorum eſt, & Rex regum. Manife- H
ſtum eſt itaque quoniam ex his tres interficiet ille qui
venturus eſt, & reliqui ſubiicientur ei, & ipſe octauus in
eis, & vaſtabunt Babylonem, & comburent eam igni, &
dabunt regnum ſuum beſtiæ, & effugabunt Eccleſiam:
pòſt deinde ab aduentu Domini noſtri deſtruentur. Quo-
niam enim oportet diuidi regnum, & ſic deperire, ſicut
Dominus ait: Omne regnum diuiſum in ſe, deſolabitur: Matt. 12. 25.
& omnis ciuitas & domus diuiſa in ſe, non ſtabit, Diui-
di igitur & regnum, & ciuitatem, & domum oportet in
decem, & propterea iam partitionem & diuiſionem præ-
figurauit, & diligenter Daniel finem quarti regni digitos Dan. 2. 33
ait pedum eſſe eius imaginis, quæ a Nabuchodonoſor
viſa eſt, in quos venit lapis ſine manibus præciſus, &
quemadmodum ipſe ait: Pedis pars quidem aliqua fer-
rea, & pars aliqua fictilis, quoadusque abſciſſus eſt lapis
ſine manibus, & percuſſit imaginem in pedes ferreos &
fictiles, & comminuit eos vſque ad finem. Pòſt deinde
in exolutione ait: Et quoniam vidiſti pedes & digitos,

partem

pattem quidem fictilem, partem autem ferream, regnum diuiſum erit, & radix ferrea erit in eo, quemadmodum vidiſti ferrum commixtum teſtæ : & digiti pedum pars quidem aliqua ferrea, pars autem aliqua fictilis. Ergo decem digiti pedum, hi ſunt decem reges, in quibus diuidetur regnum : ex quibus quidam quidem fortes & agiles, ſiue efficaces ; alij autem pigri & inutiles erunt, &
19 non conſentient quemadmodum Daniel ait : Pars regni erit fortis, & ab ipſa parte erit minuta, quoniam vidiſti ferrum commixtum teſtæ commixtiones erunt in ſemine hominum, & non erunt adiuncti inuicem, quemadmodum ferrum non commiſcetur cum teſta. Et quoniam finis fiet, inquit : Et in diebus regum illorum excitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non corrumpetur, & regnum eius alteri populo non relinquetur. Comminuet & ventilabit omnia regna, & ipſum exultabitur in æternum. Quemadmodum vidiſti quoniam de monte præciſus eſt lapis ſine manibus, & comminuit teſtam, ferrum, & æramentum, & argentum, & aurum. Deus magnus ſignificauit regi quæ futura ſunt poſt hæc, & verum eſt ſomnium, & fidelis interpretatio eius. Sic ergo Deus magnus ſignificauit per Danielem futura, & per Filium confirmauit, & Chriſtus eſt lapis, qui præciſus eſt ſine manibus, qui deſtruet temporalia regna, & æternum inducet quæ eſt iuſtorum reſurrectio. Reſuſcitabit (ait) Deus cœli regnum, quod in æternum nunquam corrumpetur.

Confutati reſipiſcant qui Demiurgum reſpuunt, & non conſentiunt ab eo Patre præmiſſos Prophetas, à quo & Dominus venit : ſed aſſeuerant ex differentibus virtutibus factas eſſe Prophetias. Quæ enim à Demiurgo prædicta ſunt ſimiliter per omnes Prophetas, hæc Chriſtus in fine perficit, miniſtrans Patris ſui voluntati, & adimplens ſecundùm humanum genus diſpoſitiones. Qui ergo blaſphemant Demiurgum, vel ipſis verbis & manifeſtè, quemadmodum qui à Marcione ſunt; vel ſecundùm euerſionem ſententiæ, quemadmodum qui à Valentino ſunt; & omnes qui falsò dicuntur eſſe Gnoſtici ; organa Satanæ ab † omnibus Deum colentibus cognoſcantur eſſe, per quos Satanas nunc & non antè, † auſus eſt maledicere Deo, qui in ignem æternum præparauit omni apoſtaſiæ. Nam ipſe per ſemetipſum nudè † non audebat blaſphemare ſuum Dominum, quemadmodum & initio per ſerpentem ſeduxit hominem, quaſi latens Deum. Bene Iuſtinus dixit, quoniam ante Domini aduentum, nunquam auſus eſt Satanas blaſphemare Deum, quippe nondum ſciens ſuam damnationem: quoniam & in parabolis, & allegoriis, & prophetis de eo ſic dictum eſt.

Poſt autem aduentum Domini ex ſermonibus Chriſti & Apoſtolorum eius diſcens manifeſtè, quoniam ignis æternus ei præparatus eſt, ex ſua voluntate abſcedenti à Deo, & omnibus, qui ſine pœnitentia perſeuerant in apoſtaſia : per huiuſmodi homines blaſphemat eum Deum, qui iudicium importat, quaſi iam condemnatus, & peccatum ſuæ apoſtaſiæ Conditori ſuo imputat, & non ſuæ voluntati & ſententiæ : quemadmodum & qui ſupergrediuntur leges, & poſtea pœnas dant, quæruntur de legiſlatoribus, ſed non de ſemetipſis. Sic autem & hi diabolico ſpiritu pleni, innumeras accuſationes inferunt factori noſtro, qui & Spiritum vitæ nobis donauerit, & legem omnibus aptam poſuerit, & nolunt iuſtum eſſe iudicium Dei. Quapropter & alterum quendam excogitant patrem, neque curantem, neque prouidentem eorum, quæ ſunt erga nos, aut etiam conſentientem omnibus peccatis. Si enim non iudicat pater ; aut non pertinet ad eum, aut conſentit his quæ fiunt omnibus : & ſi non iudicat, omnes in æquo erunt. Si in eodem dinumerabuntur ſtatu, ſuperuacuus ergo erit aduentus Chriſti, & contrarius, in eo quod non iudicet.

E

CAPVT XXVII.

De futuro iudicio per Chriſtum, communione & ſeparatione diuina, atque infidelium pœnis æternis.

VEnit enim diuidere hominem aduerſus patrem Luc. 12.
ſuum, & filiam aduerſus matrem, & nurum aduerſus 51.
ſocrum: & duabus molentibus in mola alteram aſſumere,
& alteram relinquere : & cùm duo ſint in eodem lecto,
vnum aſſumere, & alterum relinquere : ad finem iubere
meſſoribus colligere primùm zizania, & faſciculos alli- Matth. 3.
gare, & comburere igni inextinguibili, triticum autem 12.
colligere in horreum: & agnos quidem vocare in præpa- Matth. 13. 30.
ratum regnum, hœdos autem in æternum ignem mitte- Matt. 25.
re, qui præparatus eſt à patre eius diabolo & angelis eius. 31.
Et quid enim? Verbum venit in ruinam & in reſurrectio- Luc. 2.
nem multorum? In ruinam quidem non credentium ei, 34. F
quibus & maiorem damnationem, quàm Sodomorum Matth.
& Gomorrhæ in iudicio comminatus eſt. In reſurrectio- 11. 5.
nem autem credentium, & facientium voluntatem Patris
eius qui eſt in cœlis. Si ergo aduentus Filij ſuper omnes
quidem ſimiliter aduenit, iudicialis eſt autem, & diſcre-
tor credentium, & non credentium, quoniam ex ſua ſen-
tentia credentes faciunt eius voluntatem ; & ex ſua ſen-
tentia inobedientes non accedunt ad eius doctrinam, ma-
nifeſtum quoniam & Pater eius omnes quidem ſimiliter
fecit, propriam ſententiam vnumquemque habentem, &
ſenſum liberum reſpicit autem omnia, & prouidet omni- *Libertas*
bus, Solem ſuum oriri faciens ſuper bonos & malos, & *arbitrij.* Matth. 5.
pluens ſuper iuſtus & iniuſtos. Et quicunque erga eum 45.
cuſtodiunt dilectionem ſuam, his præſtat communio-
nem. Communio autem Dei, vita, & lumen, & fruitio
eorum quæ ſunt apud eum bonorum. Quicunque autem
abſiſtunt ſecundùm ſententiam ſuam ab eo, his eam quæ
electa eſt ab ipſis, ſeparationem inducit. Separatio autem G
Dei, mors ; & ſeparatio lucis, tenebræ ; & ſeparatio Dei,
amiſſio omnium quæ ſunt apud † Deum bonorum. Qui † *eum*
ergo per apoſtaſiam amiſerunt quæ prædicta ſunt, quippe
deſolati ab omnibus bonis, in omni pœna conuerſantur,
Deo quidem principaliter non à ſemetipſo eos puniente,
proſequente eos pœna, quoniam † ſunt deſolati ab † om- † *ſint*
ni bono. Æterna autem, & ſine fine ſunt à Deo bona: † *omnibus bonis*
& propter hoc, & amiſſio eorum æterna, & ſine fine eſt.
Quemadmodum in immenſo lumine, qui excæcauerunt
ſemetipſos, vel aliis excœcati ſunt, ſemper priuati ſunt
iucunditate luminis: non quod lumen pœnam eis inferat
cœcitatis ; ſed quòd ipſa cœcitas ſuperinducat eis cala-
mitatem. Et propter hoc Dominus dicebat : Qui credit
in me, non iudicatur, id eſt, non ſeparatur à Deo : aduni-
tus eſt enim per fidem Deo. Qui autem non credit (ait)
iam iudicatus eſt, quoniam non credidit in nomine vni-
geniti Filij Dei, id eſt, ſeparauit ſemetipſum à Deo vo- Ioan. 3.
luntaria ſententia. Hoc eſt enim iudicium, quoniam lu- 24.
men venit in hunc mundum, & dilexerunt homines ma- H
gis tenebras, quàm lucem. Omnis enim qui malè agit,
odit lucem, & non veniet ad lumen, ne traducantur ope-
ra eius. Qui autem facit voluntatem, venit ad lumen, vt Ioan. 3.
manifeſtentur opera eius, quoniam in Deo eſt operatus. 18.

CAPVT XXVIII.

De piorum & impiorum diſcrimine, Apoſtaſia futura ſub Antichriſto, atque mundi conſummatione.

QVoniam igitur in hoc mundo quidam quidem accurrunt lumini, & per fidem vniunt ſe Deo, alij autem abſiſtunt à lumine, & ſeparant ſeipſos à Deo : venit Verbum Dei omnibus aptam habitationem inferens; his

quidem

quidem qui in lumine ſunt, vt fruantur eo, & his quæ in
eo ſunt bonis: his autem qui in tenebris ſunt; vt partici-
-5. petur eis calamitas quæ in eis eſt. Et propter hoc ait: Hos
quidem qui ſunt ad dexteram vocari in regnum Patris,
ni. illos autem qui ſunt à † ſiniſtra, in æternum ignem miſ-
2. ſurum. Semetipſos enim omnibus priuauerunt bonis: &
12. ideò Apoſtolus ait, Pro eo quod dilectionem Dei non
receperunt, vt ſalui fierent, & ideò mittet eis Deus ope-
rationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur
omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt ini-
quitati. Illo enim veniente, & ſua ſententia apoſtaſiam re-
capitulante in ſemetipſum: & ſua voluntate & arbitrio
operante quæcunque operabitur: & in templo Dei ſe-
dente, vt ſicut Chriſtum adorent illum qui ſeducuntur ab
illo, quapropter & iuſtè in ſtagnum † proiicientur ignis.
Deo autem ſecundùm ſuam prouidentiam præſciente
omnia, & apto tempore eum qui talis futurus erat im-
mittente vt credant falſo, & iudicentur omnes qui non
crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. Cuius
5. aduentum Ioannes in Apocalypſi ſignificauit ita: Et be-
ſtia quam videram, ſimilis erat pardo, & pedes eius quaſi
vrſi, & os eius quaſi os leonis, & dedit ei draco virtutem
ſuam, & thronum ſuum, & poteſtatem magnam, & vnum
ex capitibus eius quaſi occiſum in mortem, & plaga mor-
tis eius curata eſt, & admirata eſt vniuerſa terra poſt be-
ſtiam, & adorauerunt draconem, quoniam dedit poteſta-
tem beſtiæ, & adorauerunt beſtiam, dicentes: Quis ſimilis
eſt beſtiæ illi, & quis poteſt pugnare cum ipſa? Et datum
eſt ei os loquens magna, & blaſphemiam, & data eſt ei
poteſtas menſibus 40. & duobus, & aperuit os ſuum bla-
ſphemum aduerſus Deum blaſphemare nomen eius, &
tabernaculum eius, & eos qui in cœlo habitant, & data
eſt ei poteſtas ſuper omnem tribum, & populum, & lin-
guam, & gentem, & adorauerunt eam omnes qui habi-
tant ſuper terram, cuius non eſt ſcriptum nomen in li-
bro vitæ Agni occiſi à conſtitutione mundi. Si quis ha-
bet aures, audiat. Si quis in captiuitatem duxerit, & in
captiuitatem ibit. Si quis gladio occiderit, oportet eum
in gladio occidi. Hic eſt ſuſtinentia & fides ſanctorum.
Pòſt deinde & de armigero eius, quem & pſeudoprophe-
tam vocat: Loquebatur (inquit) quaſi draco & poteſta-
tem primæ beſtiæ omnem faciebat in conſpectu eius: &
facit terram, & qui habitant in ea, vt † adorent beſtiam
primam, cuius & curata eſt plaga mortis eius, vt faciat
ſigna magna, & vt ignem faciat de cœlo deſcendere in
et terram in conſpectu hominum; & † ſeducit inhabitantes
ſuper terram. Hæc ne quis eum diuina virtute putet ſigna
facere, ſed magica operatione. Et non eſt mirandum ſi
dæmoniis & apoſtaticis ſpiritibus miniſtrantibus ei, per
eos faciat ſigna, in quibus ſeducat habitantes ſuper ter-
ram. Et imaginem (ait) iubebit fieri beſtiæ, & ſpiritum
dabit imagini, vti & loquatur imago, & eos qui non ado-
rauerint eam, faciet occidi. Et characterem autem, ait, in
fronte, & in manu dextra faciet dari, † ne poſſit aliquis
emere vel vendere, niſi qui habet characterem nominis
beſtiæ, vel numerum nominis eius, & eſſe numerum ſe-
xentos ſexaginta ſex, quod eſt, ſexies centeni, & deni ſe-
xies, & ſingulares ſex. In recapitulationem vniuerſæ apo-
ſtaſiæ eius, quæ facta eſt in ſex millibus annorum. Quot-
quot enim diebus hic factus eſt mundus, tot & millenis
annis conſummatur. Et propter hoc ait Scriptura Gene-
ſeos: Et conſummata ſunt cœlum & terra, & omnis or-
natus eorum. Et conſummauit Deus in die ſexto omnia
opera ſua quæ fecit, & requieuit in die ſeptimo ab om-
4. nibus operibus ſuis quæ fecit. Hoc autem eſt & ante fa-
ctorum narratio, quemadmodum facta ſunt, & futuro-
rum Prophetia eſt. Si enim dies Domini quaſi mille an-
ni: in ſex autem diebus conſummata ſunt quæ facta ſunt:
manifeſtum eſt quoniam conſummatio ipſorum ſextus
milleſimus annus eſt. Et propter hoc in omni tempore
plaſmatus in initio homo per manus Dei, id eſt, Filij &
Spiritus, fit ſecundùm imaginem & ſimilitudinem Dei,
paleis quidem abiectis, quæ ſunt apoſtaſia, frumento au-
tem in horreum aſſumpto, quod eſt, hi qui ad Deum fide
fructificant: & propterea tribulatio neceſſaria eſt his qui
ſaluantur, vt quodammodo contriti, & attenuati, & con- E
ſparſi per patientiam Verbo Dei, vt igniti apti ſint ad Matt.13.
conuiuium regis. Quemadmodum quidam de noſtris di- 30.
xit, propter martyrium in Deum adiudicatus ad beſtias:
Quoniam frumentum ſum Chriſti, & per dentes beſtia-
rum molor, vt mundus panis Dei inueniar.

CAPVT XXIX.

Vniuerſa ad vtilitatem hominum facta eſſe: & de Antichriſti dolis, nequitia, vi apoſtatica, à diluuio & deinceps in Ananiæ, Azariæ, & Miſaëlis perſequutione præfigurata.

F

CAuſas autem reddidimus in his qui ſunt ante hunc
libris, propter quas paſſus eſt Deus hæc ita fieri:
oſtendimúſque quoniam omnia quæ ſunt talia, pro eo
qui ſaluatur homine facta ſunt, illud quod eſt ſui arbitrij,
& ſuæ poteſtatis maturans ad immortalitatem, & apta-
biliorem eum ad æternam ſubiectionem Deo præparans.
Et propter hoc conditio inſumitur homini: non enim
homo propter illam, ſed conditio facta eſt propter ho-
minem. Gentes autem quæ & ipſæ non alleuauerunt
oculos ad cœlum, neque gratias egerunt factori ſuo, ne-
que ſemen veritatis videre voluerunt, ſed ſicut mures
cæci abſconditi in profundo inſipientiæ, iuſtè ſermo vt Eſa.40.
ſtillicidium de cado, & ſicut momentum ſtateræ, & ſicut 15.
nihil deputauit; in tantum vtiles & aptabiles iuſtis,
quantum vtilitatis præſtat ſtipula ad tritici augmentum;
& palea eius in vſtionem, ad operationem auri. Et pro- Matt.24.
pterea cum in fine repente hinc Eccleſia aſſumetur, Erit 21.
(inquit) tribulatio qualis non eſt facta ab initio, ne-
que fiet. Nouiſſimus enim agon iuſtorum in quo vin-
centes coronantur incorruptela. Et propter hoc in be- G
ſtia veniente recapitulatio fit vniuerſæ iniquitatis, &
omnis doli; vt in ea confluens & concluſa omnis virtus
apoſtatica, in caminum mittatur ignis. Congruenter au-
tem & nomen eius habebit numerum, Sexentos ſexa-
ginta ſex, recapitulans in ſemetipſo omnem quæ fuit ante
diluuium, malitiæ commixtionem, quæ facta eſt ex An- Gen.6.
gelica apoſtaſia. Noë enim fuit annorum ſexentorum, & & 7.
diluuium aduenit terræ, delens in reſurrectiunem terræ
propter nequiſſimam generationem quæ fuit temporibus
Noë. Recapitulans autem & omnem qui fuit à diluuio
errorem commentatorem idolorum, & Prophetarum in-
terfectionem & ſuccenſionem iuſtorum. Illa enim quæ
fuit à Nabuchodonoſor inſtituta imago, altitudinem qui- Dan.3.1.
dem habuit cubitorum ſexaginta, latitudinem autem cu- Dan.3.
bitorum ſex: propter † quæ & Ananias, & Azarias, & 20.21.
Miſaël non adorantes eam, in caminum miſſi ſunt ignis; †quam
per id quod eis euenit prophetantes eam, quæ in finem
futura eſt iuſtorum ſuccenſio. Vniuerſa enim imago illa
præfiguratio fuit huius aduentus, ab omnibus omnino H
hominibus ipſum ſolum decernens adorari. Sexenti ita-
que anni Noe, ſub quo fuit diluuium, propter apoſtaſiam;
& numerus cubitorum imaginis, propter quam iuſti in
caminum ignis miſſi ſunt, † numerum nominis ſignificat †numeros
illius, in quam recapitulabitur ſex millium annorum om-
nis apoſtaſia, & iniuſtitia, & nequitia, & pſeudopro-
phetia, & dolus, propter quæ & diluuium ſuperueniet
ignis.

CAPVT XXX.

Certus quidem eſt numerus nominis Antichriſti, ſed de hoc nihil temerè affirmandum, quum multis nominibus is aptari queat: & cur apertè à SS. explicatum non fuerit, ac de regno morteque illius.

HIs autem ſic ſe habẽtibus, & in omnibus antiquis & probatiſſimis & veteribus ſcripturis numero hoc poſito, & teſtimoniũ perhibentibus his, qui faciem Ioannis viderunt, & ratione docente nos, quoniam numerus nominis beſtiæ ſecundùm Græcorum computationem per literas, quæ in eo ſunt, ſexentos habebit, & ſexaginta, & ſex; hoc eſt, decadas æquales hexacontaſin, & hecatonadas æquales monaſin.

Numerus enim qui digitus, (ſex) ſimiliter cuſtoditus, recapitulationes oſtendit vniuerſæ apoſtaſiæ eius quæ initio, & quæ in mediis temporibus, & quæ in fine erit. Ignoro quomodo errauerunt quidam ſequentes idiotiſmũ, & medium fruſtrantes numerum nominis, 50. numeros deducentes, pro ſex decadis, vnam decadem volentes eſſe. Hoc autem arbitror ſcriptorum peccatum fuiſſe, vt ſolet fieri, quoniam & per literas numeri ponuntur, facilè literam Græcam, quæ 60. enuntiat numerum, in iota Græcorum literam expenſam, pòſt deinde quidam ſine exquiſitione hoc acceperunt. Alij quidem ſimpliciter & idioticè vſurpauerunt denarium numerum: quidam autem & per ignorantiam auſi ſunt & nomina exquirere, habentia falſum erroris numerum. Sed his quidem qui ſimpliciter, & ſine malitia hoc fecerunt, arbitramur veniam dari à Deo. Quotquot autem ſecundùm inanem gloriam ſtatuũt nomina continentia falſum numerum, & quod à ſe fuerit adinuentum nomen, definierunt eſſe illius qui venturus eſt: non ſine damno tales exient, quippe qui & ſemetipſos, & credentes ſibi ſeduxerunt. Et primùm quidem damnũ eſt excidere à veritate, & quod non ſit, quaſi arbitrari: poſt deinde, apponenti, vel auferenti de Scriptura, pœnam non modicam fore, in quam incidere neceſſe eſt eum qui ſit talis. Subſequetur autem & aliud non quodlibet periculum eos, qui falsò præſumunt ſcire nomen eius. Si enim aliud quidem hi putant, aliud autem ille habens adueniet: facilè ſeducentur ab eo, quaſi necdum adſit ille, quẽ † caueri conuenit. Oportet itaque tales diſcere, & ad verum recurrere nominis numerum; vt non in pſeudoprophetarũ loco deputentur. Sed ſciẽtes firmum numerum qui à Scriptura annuntiatus eſt, id eſt, ſexentorum ſexaginta ſex, ſuſtineant primùm quidem diuiſionem regni in decem: poſt deinde illis regnantibus, & incipientibus corrigere ſua negotia, & augere ſuum regnum; qui de improuiſo aduenerit regnum ſibi vindicans, & terrebit prædictos, habens nomen continens prædictum numerum, hunc verè cognoſcere eſſe abominationem deſolationis. Hoc & Apoſtolus ait: Cùm dixerint, Pax & munitio tunc ſubitaneus illis ſuperueniet interitus. Hieremias autem non ſolùm ſubitaneum eius aduentum, ſed & tribum ex qua veniet, manifeſtauit dicens: Ex Dan audiemus vocem velocitatis equorum eius, à voce hinnitus decurſionis equorum eius commouebitur tota terra, & veniet, & manducabit terrã, & plenitudinem eius; & ciuitatem, & qui inhabitant in ea: & propter hoc, non annumeratur tribus hæc in Apocalypſi cum his quę ſaluantur. Certius ergo & ſine periculo eſt, ſuſtinere adimpletionem prophetiæ; quàm ſuſpicari & diuinare nomina quælibet: quando multa nomina inueniri poſſunt habentia prædictum numerum. Et nihilominus quidem erit hæc eadem quæſtio. Si enim multa ſunt, quæ inueniuntur nomina, habentia numerum hunc; quod ex ipſis portabit qui veniet, quæritur. Quoniam autem non propter inopiam nominum habentium numerũ nominis eius dicimus hæc, ſed propter timorẽ erga Deũ, & zelum veritatis: ΕΥΑΝΘΑΣ enim nomẽ, habet numerũ de quo quæritur: ſed nihil de eo affirmamus. Sed & LATEINOS nomen habet ſexentorum ſexaginta ſex numerum: & valde veriſimile eſt; quoniam nouiſſimum regnum hoc habet vocabulum. Latini enim ſunt qui nunc regnãt: ſed non in hoc nos gloriabimur. Sed & TEITAN prima ſyllaba per duas Græcas vocales & ſcripta, omnium nominum quæ apud nos inueniuntur, magis fide dignũ eſt. Etenim prædictum numerum habet in ſe, & literarum eſt ſex, ſingulis ſyllabis ternis literis conſtantibus & veteris E
& remotum: neque enim eorum regnum qui ſecundùm nos ſunt, aliquis vocatus eſt Titan. Namque eorum quæ publicè adorantur idolorũ apud Græcos & barbaros habet vocabulum hoc: & diuinum putatur apud multos eſſe hoc nomen, vt etiam ſol Titan vocetur ab his qui nunc tenent, & oſtentationem quandam continet vltionis, & vindictam inferentis: quòd ille ſimulat ſe malè tractatos vindicare. Tale autem & antiquum, & fide dignum, & regale, magis autem & tyrannicum nomen. Cùm igitur tantùm ſuaſionum habeat hoc nomen Titan, tãtam habet veriſimilitudinem, vt ex multis colligamus ne fortè Titan vocetur, qui veniet. Nos tamen non periclitabimur in eo, F
nec aſſeuerantes pronuntiabimus, hoc eum nomen habiturum: ſcientes, quoniam ſi oporteret manifeſtè præſenti tempore præconari nomen eius, per ipſum vtique editum fuiſſet, qui & Apocalypſim viderat. Neq; enim ante multum temporis viſum eſt, ſed penè ſub noſtro ſæculo, ad finem Domitiani imperij.

Hunc autem numerum nominis oſtendit, vt caueamus illum venientem, ſcientes quis eſt: nomen autem eius tacuit, quoniam dignum non eſt pręconari à Spiritu ſancto. Si enim præconatum ab eo fuiſſet, fortaſſis & in multum permaneret: nunc autem quoniam fuit, & non eſt, & aſcẽdet ab abyſſo & in perditionem vadit, quaſi qui non ſit; Apoc. 17. 8.
ſic nec nomen eius præconatum eſt: eius enim quod non eſt, nomen non præconatur. Cùm autem vaſtauerit Antichriſtus hic omnia in hoc mundo, † regnans annis tribus † regnabit
& menſibus ſex, & ſederit in templo Hieroſolymis; tunc veniet Dominus de cœlis in nubibus, in gloria Patris, illum quidem & obedientes ei, in ſtagnum ignis mittens: G
adducens autem iuſtis regni tempora, hoc eſt, requietionem ſeptimam diem ſanctificatam; & reſtituens Abrahæ Matth. 8. 11.
promiſſionem hæreditatis: in quo regno ait Dominus, multos ab oriente & Occidente venientes, recumbere cum Abraham, Iſaac, & Iacob.

CAPVT XXXI.

Confirmatur reſeruatio corporum noſtrorum morte, reſurrectione, & aſcenſione Chriſti: animæ ſanctorum interea tempus illud expectant, vt perfectam, conſummatamque gloriam percipiant.

QVoniam autem quidam ex his qui putantur rectè credidiſſe, ſupergrediuntur ordinem promotionis iuſtorum, & † modos meditationis ad incorruptelam ignorant, hæreticos ſenſus in ſe habentes. Hæretici enim † motus
deſpicientes plaſmationem Dei, & non ſuſcipientes ſalutem carnis ſuæ, contemnentes autem & repromiſſionem H
Dei, & totum ſupergredientes Deum ſenſu, ſimulatque mortui fuerint, dicunt ſe ſupergredi cœlos & Demiurgũ, & ire ad matrem, vel ad eum, qui ab ipſis affingitur, patrem. Qui ergo vniuerſam reprobant reſurrectionem, & quantum in ipſis eſt, auferunt eam de medio; quid mirum eſt, ſi nec ordinem reſurrectionis ſciunt, nolentes intelligere quoniam ſi hæc ita eſſent, quemadmodum dicunt, ipſe vtique Dominus, in quem ſe dicunt credere, non in tertia die feciſſet reſurrectionem: ſed ſuper crucem expirans, confeſtim vtique abiiſſet ſurſum, relinquens corpus terræ? Nunc autem tribus diebus conuerſatus eſt vbi erãt mortui, quemadmodum † prophetia ait de eo: Commemoratus eſt Dominus ſanctorum mortuorum ſuorum, † Prophetia
eorum qui antè dormierunt in terram † ſtipulationis, & † ſepelitionis
deſcendit ad eos, extrahere eos, & ſaluare eos. Et ipſe autem Dominus, Quemadmodum (ait) Ionas in ventre Ionæ 2. 1.
ceti tres dies, & tres noctes manſit, ſic erit filius hominis

Digitized by Google

in corde terræ. Sed & Apoſtolus ait: Aſcendit autem,
h. qoid eſt, niſi quia deſcendit in inferiora terræ? Hoc &
Dauid in eum propherans dixit: Et eripuiſti animam
4. meam ex inferno inferiori. Reſurgens autem tertia die,
& Mariæ quæ ſe prima vidit, & adorauit, dicebat.
.13. Noli me tangere, nódum enim aſcendi ad Patrem meum,
20. ſed vade ad diſcipulos, & dices eis; Aſcendo ad Patrem
meum, & Patrem veſtrum. Si ergo Dominus legem
4. mortuorum ſeruauit, vt fieret primogenitus à mortuis,
& commoratus vſque ad tertiam diem in inferioribus
terræ, poſt deinde ſurgens in carne, vt etiam figuras
clauorum oſtenderet diſcipulis, ſic aſcendit ad Patrem;
quomodo non confundentur, qui dicunt inferos quidem
eſſe hunc mundum, qui ſit ſecundùm nos: interiorem
autem hominem ipſorum derelinquentem hîc corpus, in
4. ſuper cœleſtem aſcendere locum? Cùm enim Dominus
1. in medio vmbræ mortis abierit, vbi animæ mortuorum
erant, poſt deinde corporaliter reſurrexit, & poſt reſur-
rectionem aſſumptus eſt: manifeſtum eſt quia & diſci-
pulorum eius, propter quos & hæc operatus eſt Domi-
nus, animæ abibunt in inuiſibilem locum, definitum
eis à Deo, & ibi vſque ad reſurrectionem commorabun-
tur, ſuſtinentes reſurrectionem: pòſt recipientes corpo-
ra, & perfectè reſurgentes, hoc eſt corporaliter, quem-
admodum & Dominus reſurrexit, ſic venient ad con-
ſpectum Dei. Nemo enim eſt diſcipulus ſuper magi-
ſtrum: perfectus autem omnis erit, ſicut magiſter eius.
Quomodo ergo magiſter noſter non ſtatim euolans abiit,
ſed ſuſtinens definitum à Patre reſurrectionis ſuæ tempus
(quod & per Ionam manifeſtatum eſt) poſt triduum re-
ſurgens aſſumptus eſt: Sic & nos ſuſtinere debemus de-
finitum à Deo reſurrectionis noſtræ tempus, prænuntia-
tum à Prophetis, & ſic reſurgentes aſſumi, quotquot Do-
minus ad hoc dignos habuerit.

F. FR. FEV-ARDENTIVS
AD LECTOREM.

POSTERIORA *quinque capita, nunquam antea typis excuſſa, ex veteri noſtro codice venerandæ fidei ſubijciuntur: quæ Irenæi germana & vera eſſe, tum ipſa ſcribendi dicendique ratio; tum Euſebius Nicephorus, & Anaſtaſius Nicænus eadem Irenæi nomine aliquot in locis citantes, prout locis ſuis indicabimus, citra vllam controuerſiam probant & demoſtrant. Præterea, Hieron. in vita Papiæ, Proœm. in lib. 18. comm. in Iſaiam: Comm. in 36. Ezech. B. Irenæum vnà cum Papia, Tertulliano, Victorino, Lactantio, Seuero, Apollinari, quibus addo Iuſtinum Martyrem, notat inſequutum Iudæorum* Δευτερώσεις *regnum Chriſti, & electorum eius, poſt reſurrectionem, extinctum Antichriſtum, & vniuerſorum iudicium, in terris, terrenaque Ieruſalem reſtituta, per mille annos futurum dixiſſe, iuxta literalem ſenſum exprimentem omnia quæ in Prophetis & Apocalypſi his de rebus leguntur: aduerſus quem vir eloquentiſſimus Dionyſius Alexandrinus elegantem librum ſcripſit, deridendo mille annorum fabulam, & auream atque gemmatam in terris Ieruſalem, otium Sabbathi, cunctarum Gentium ſeruitutem, &c. Hæc cùm nemo ex libris Irenæi hactenus editis, colligere poſſit: ex his tamen fragmentis, quæ modò in lucem edimus, perſpicuum eſt ad Irenæum pertinere. Sublata porrò candidè ſuſpicor, ne vel huiuſmodi opinio ab Eccleſia improbata, huius tanti Epiſcopi & Martyris authoritatem eleuaret, vel famam obſcuraret apud poſteros, vel denique ne argumentis illius illecti quidam ſententiam iam exploſam amplecterentur. Verùm nec id tutum, nec probabile mihi videtur, his præſertim artibus, periculis acceptis mederi: alioquin bona pars ſcriptorum Patrum orthodoxorum euaneſceret, ac periret. Medendum porrò erat præmonitione, & locorum detortorum fideli expoſitione, non litura: calamo, non ſcalpello. Nihilo ſecius enim lapſus tanti Martyris authoritatem eius derogat, quàm peccata Moſis, Dauidis, Salomonis, Ionæ, Petri, Matthæi, & Pauli ſcriptorum ſuorum maieſtatem lædunt aut imminuunt. Itaque pio lectori ſatis erit, talem opinionem, quam hîc percurret ab Irenæo induci, doctiſſimo ac beatiſſimo homini, tamen excidiſſe: ſecumque repetere, Chriſtum Dominum in duobus filiis Zebedæi, deinde in duobus diſcipulis Emauntã peregrinantibus, poſtremò in Apoſtolis ſuis, ipſo die Aſcenſionis ſuæ in cœlum, illam coarguiſſe. Eam poſteà ſcriptis editis confutatam ac reiectam à Dionyſio Areopagita lib. de Eccleſiaſt. hierarch. parte 1. cap. 7. Gaio & Dionyſio Alex. antiquis, & magni nominis ſcriptoribus: Euſeb. lib. 3. hiſt. c. 22. & 33. Auguſtino 20. de Ciu. cap. 7. 8. & 9. Theodoreto lib. 3. hæreticarum fabularum: Epiphanio lib. 3. contra hæreſes, tomo 1. Denique, ſecum animaduertet, ſententiam diu ab Eccleſia diſſimulatam & toleratam fuiſſe: nec prius tanquam hæreſim damnatam & exploſam, quàm quidam Nepos Ægyptius Epiſcopus, deinde Coracion, poſtremo Apollinaris Laodicenus eandem ſcriptis & concionibus ſuis nimis pugnaciter & pertinaciter defenderint & innexerint: vt patet ex Euſebio, lib. 7. hiſt. cap. 19. & 20. & Hieronymo, lib. 8. in Iſaiam, & alibi paſſim. Ab Irenæo itaque, hac iure ſumma cum reuerentia, & animi modeſtia ſic diſcedet, vt illius exiſtimationem retineat; nec quicquam ex ea diminuat, vel eo maximè nomine, quod primus hanc nequaquam innexerit, neque pertinaci aut factioſo ſpiritu defenderit: ſed à Papia, & à quibuſdam aliis, qui Iudæorum traditiones nondum penitus depoſuerant, exceptam, falſus animi reſricarit.*

CAPVT XXXII.

In ea carne, qua ſancti multas hic ærumnas pertulerunt, laborum ſuorum fructus percipient, maximè cùm id omnis creatura expectet, ac Deus Abrahæ, & ſemini eius promittat.

QVoniam igitur transferuntur quorundam ſententiæ ab hæreticis ſermonibus, & ſunt ignorantes diſpoſitiones Dei, & myſterium iuſtorum reſurrectionis, & regni, quod eſt principium incorruptelæ, per quod regnum qui digni fuerint, paulatim aſſueſcunt capere Deum: neceſſarium eſt autem dicere de illis, quoniam oportet iuſtos primos in conditione hac, quæ renouatur, ad apparitionem Dei reſurgentes recipere promiſſionem hæreditatis, quam Deus promiſit patribus, & regnare in ea: poſt deinde fieri iudicium. In qua enim conditione laborauerunt; ſiue afflicti ſunt, omnibus modis probari per ſufferentiam: iuſtum eſt in ipſa recipere eos fructus ſufferentiæ. Et qua conditione interfecti ſunt propter Dei dilectionem, in ipſa viuificari. Et in qua conditione ſeruitutem ſuſtinuerunt, in ipſa regnare eos. Diues enim in omnibus Deus, & omnia ſunt eius. Oportet ergo & ipſam conditionem reintegratam ad priſtinum, ſine prohibitione ſeruire iuſtis: & hoc Apoſtolus fecit manifeſtum in ea quæ eſt ad Romanos, ſic dicens:
Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei ex- Rom. 8.
pectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt non volens, 19. 20. &
ſed propter eum qui ſubiecit in ſpe: quoniam & ipſa crea- 21.
tura liberabitur à ſeruitute corruptelæ, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Sic ergo & promiſſio Dei, quam pro-
miſit Abrahæ, firma perſeuerat. Dixit enim: Reſpice Gen. 13.
ſurſum oculis, & vide à loco hoc vbi nunc tu es, ad 15. 16.
Aquilonem, & Africam, & Orientem, & mare, quoniam omnem terram, quam tu vides, tibi dabo & ſemini tuo vſque in ſempiternum. Et iterum ait: Surgens
ingredere terram in longitudinem eius, & in latitudi- Act. 7. 17.
nem, quoniam tibi dabo eam: & non accepit in illa hæ- Gen. 13.
reditatem, nec veſtigium pedis, ſed ſemper peregrinus 16.

& aduena in ea fuit. Et quando mortua eſt Sara vxor eius, volentibus Ethæis gratuitò locum dare ei, vt ſepeliret eam, noluit accipere, ſed emit monumentum quadringentas dans didragmas argenti, ab Effron filio Seor Ethæo ſuſtinens promiſſionem Dei, & nolens videri accipere ab hominibus, quod ei promiſerat dare Deus, dicens ei iterum ſic: Semini tuo dabo terram hanc, à flumine Ægypti, vſque ad flumen magnum Euphratem. Sic ergo huic promiſit Deus hæreditatem terræ, non accepit autem in omni ſuo incolatu, oportet eum accipere cum ſemine ſuo, hoc eſt, qui timent Deum, & credunt in eum in reſurrectione iuſtorum. Semen autem eius Eccleſia per Domini adoptionem, quæ eſt ad Deum, accipiens, ſicut dicebat Ioannes Baptiſta: Quoniam potens eſt Deus de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ. Sed & Apoſtolus ait, in ea quæ eſt ad Galatas: Vos autem fratres, ſecundùm Iſaac repromiſſionis filij eſtis. Et iterùm manifeſtè in eadem ait: Eos qui in Chriſto crediderunt percipere Chriſtum, Abrahæ promiſſionem, ſic dicens: Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius. Et non dicit, & ſeminibus, quaſi de multis, ſed quaſi de vno, & ſemini tuo, quod eſt Chriſtus. Et iterum confirmans quæ dicta ſunt, ait: Quemadmodum Abraham credidit Deo, & deputatum eſt ei ad iuſtitiam. Cognoſcitis ergo, quoniam quidem qui ex fide ſunt, ij ſunt filij Abrahæ. Prouidens autem Scriptura, quia ex fide iuſtificat Gentes Deus, prænuntiauit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes Gentes. Itaque qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham. Sic ergo qui ſunt ex fide benedicentur cum fideli Abraham, & hi ſunt filij Abraham. Repromiſit autem Deus hæreditatem terræ Abrahæ, & ſemini eius: & neque Abraham, neque ſemen eius, hoc eſt, qui ex fide iuſtificantur, nunc ſumunt in ea hæreditatem: accipient autem eam in reſurrectione iuſtorum. Verus enim & firmus Deus, & propter hoc beatos dicebat mites, quoniam ipſi hæreditabunt terram.

CAPVT XXXIII.

Propoſitum confirmat promiſſionibus iis, quibus Chriſtus ſe de generatione vitis in regno Patris bibiturum eſſe recepit, ſimul & mercedem centuplam, & prandia promiſit: quod & longe antea benedictio Iacob præſignarat; vti Papias, & Seniores ſunt interpretati.

PRopter hoc autem ad paſſionem veniens vt euangelizaret Abrahæ, & iis qui cum eo, apertionem hæreditatis, cùm gratias egiſſet, tenens calicem, & bibiſſet ab, eo, & dediſſet diſcipulis, dicebat eis: Bibite ex eo omnes. Hic eſt ſangis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Dico autem vobis à modo non bibam de generatione vitis huius, vſque in diem illum, quando illum bibam vobiſcum nouum in regno Patris mei. Vtique hæreditatem terræ ipſe nouabit & reintegrabit myſterium gloriæ filiorum; quemadmodum Dauid ait: Qui renouabit faciem terræ. Promiſit bibere de generatione vitis cum ſuis diſcipulis, vtrumque oſtendens, & hæreditatem terræ, in qua bibitur noua generatio vitis, & carnalem reſurrectionem diſcipulorum eius. Quæ enim noua reſurgit, caro ipſa eſt; quæ & nouum percepit poculum. Neque autem ſurſum in ſupercœleſti loco conſtitutus cum ſuis, poteſt intelligi bibens vitis generationem: neque rurſus ſine carne ſunt, qui bibunt illud, Carnis enim proprium eſt, & non ſpiritus, qui ex vite accipitur potus. Et propter hoc dicebat Dominus: Cum facis prandium, vel cœnam, noli vocare diuites, neque amicos & vicinos, & cognatos, ne & ipſi inuicem vocent te, & fiat retributio ab eis: ſed voca claudos, cæcos, mendicos, & beatus eris, quoniam non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum. Et iterum ait: Quicunque dimiſerit agros, aut domos, aut parentes, aut fratres, aut filios propter me, centuplum accipiet in hoc ſæculo, & in futuro vitam æternam hæreditabit. Quæ enim ſunt in hoc ſæculo centupla, & prandia exhibita pauperibus, & cœnæ quæ redduntur? Hæc ſunt in regni temporibus, hoc eſt in ſeptima die, quæ eſt ſanctificata, in qua requieuit Deus ab omnibus operibus quæ fecit, quæ eſt verum iuſtorum ſabbathum, in qua non facient omne terrenum opus: ſed adiacentem habebunt paratam menſam à Deo, paſcentem eos epulis omnibus. Quemadmodum & Iſaac continet benedictio, qua benedixit filium minorem Iacob. Ecce, dicens, odor filij mei, quaſi odor agri pleni, quem benedixit Deus. Ager autem mundus eſt, & propterea addidit, Det tibi Deus de rore cœli, & à fertilitate terræ multitudinem tritici, & vini, & ſeruiant tibi Gentes, & adorent te Principes, & eſto Dominus fratris tui, & adorabunt te filij patris tui. Qui maledicet te, maledictus erit, & qui benedicet te, benedictus erit. Hæc ergo, ſi non quis accipiat ad præfinita regni, in grandem contradictionem & contrarietatem incidet, quemadmodum Iudæi in omni aporia conſtituuntur. Non ſolum enim in hac vita, huic Iacob non ſeruierant Gentes, ſed & poſt benedictionem ipſe profectus ſeruiuit auunculo ſuo Laban Syro, annos viginti: & non tantum non eſt factus dominus fratris ſui, ſed & ipſe Eſau adorauit fratrem ſuum, quando reuerſus eſt à Meſopotamia ad patrem, & munera multa obtulit ei. Multitudinem autem tritici & vini quomodo hæreditauit hic, qui propter famem factam in terra, in qua habitabat, in Ægyptum tranſmigrauit, ſubiectus Pharaoni, qui tunc regnabat in Ægypto? Prædicta itaque benedictio ad tempora regni ſine contradictione pertinet, quando regnabunt iuſti ſurgentes à mortuis: quando & creatura renouata & liberata, multitudinem fructificabit vniuerſæ eſcæ, & rore cœli, & ex fertilitate terræ: quemadmodum Presbyteri meminerunt, qui Ioannem diſcipulum Domini viderunt, audiſſe ſe ab eo, quemadmodum de temporibus illis docebat Dominus, & dicebat: Venient dies, in quibus vineæ naſcentur ſingulæ decem millia palmitum habentes, & in vna palmite dena millia brachiorum, & in vno vero palmite, dena millia flagellorum, & in vnoquoque flagello dena millia botruum, & in vnoquoque botro dena millia acinorum, & vnumquodque acinum expreſſum dabit vigintiquinque metretas vini. Et cùm eorum apprehenderit aliquis ſanctorum botrum, alius clamabit: Botrus ego melior ſum, me ſume, per me Dominum benedic. Similiter & granum tritici decem millia ſpicarum generaturum, & vnamquamque ſpicam, habituram decem millia granorum, & vnumquodque granum quinque bilibres ſimilæ claræ mundæ: & reliqua autem poma, & ſemina, & herbam ſecundùm congruentiam iis conſequentem: Et omnia animalia iis cibis vtentia, quæ à terra accipiuntur, pacifica, & conſentanea inuicem fieri, ſubiecta hominibus cum omni ſubiectione: Hæc autem & Papias Ioannis auditor, Polycarpi autem contubernalis, vetus homo, per Scripturam teſtimonium perhibet, in quarto librorum ſuorum, ſunt enim illi quinque libri conſcripti.

Et adiecit, dicens: Hæc autem credibilia ſunt credentibus. Et Iuda, inquit, proditore non credente, & interrogante: Quomodo ergo tales genituræ à Domino perficientur? dixiſſe Dominum: Videbunt qui venient in illa. Hæc ergo tempora prophetans Iſaias ait: Et compaſcetur lupus cum agno, & pardus conquieſcet cum hædo, & vitulus, & taurus, & leo ſimul paſcentur, & puer puſillus ducet eos, & bos, & vrſus ſimul paſcentur, & ſimul infantes eorum erunt: & leo, & bos, manducabunt paleas. Et puer infans in cauernam aſpidum, & in cubile filiorum aſpidum manum mittet, & non malè facient, nec poterunt perdere aliquem in monte ſancto meo. Et iterum recapitulans ait. Tunc lupi & agni paſcentur ſimul, & leo quaſi bos veſcetur paleis, ſerpens autem terram quaſi panem: & non nocebunt, neque

E
Math. 19.29.
Gen. 2.3.
Sabbatum iuſtorum.
Gen. 27. 27 & 28.
F
Gen. 29 & 31.
G
H
Iſa. 11.6. 7.
Iſa. 11.8 & 9.

vexabunt in monte ſancto meo, dicit Dominus. Non ignoro autem, quoniam quidam hæc inter nos & ex diuerſis Gentibus, & variis operibus credentes, & cum crediderint conſentientes iuſtis, tentent transferre. Sed & ſi nunc hoc ſit in quibuſdam hominibus, ex variis Gentibus in vnam ſententiam fidei venientibus, nihilominus in reſurrectione iuſtorum ſuper iis animalibus, quemadmodum dictum eſt: Diues enim in omnibus Deus. Et oportet conditione reuocata, obedire, & ſubiecta eſſe omnia animalia homini: & ad primam à Deo datam reuerti eſcam: quemadmodum autem inobedientia ſubiecta erant Adæ fructum terræ. Aliàs autem & non eſt nunc oſtendere leonem paleis veſci. Hoc autem ſignificabat, magnitudinem & pinguedinem fructuum. Si enim leo animal paleis veſcitur; quale ipſum triticum erit, cuius palea ad eſcam congrua erit leonum?

CAPVT XXXIV.

Sententiam ſuam de temporali et terreno Sanctorum regno à reſurrectione claudit variis Iſaiæ, Ezechielis, Hieremiæ & Danielis teſtimoniis, atque parabola vigilantium ſeruorum, quibus ſe miniſtraturum Dominus pollicetur.

IPſe autem Iſaias manifeſtè annuntiauit tale gaudium in reſurrectione iuſtorum futurum ſic, dicens: Reſurgent mortui, & ſurgent qui in monumentis ſunt, & lætabuntur qui ſunt in terra. Ros enim qui à te, ſanitas eſt eis. Hoc idem & Ezechiel ait: Ecce, ego aperiam monumenta veſtra, & educam vos de monumentis veſtris, & educam vos de ſepulchris populum meum, & dabo Spiritum in vobis, & viuetis, & ponam vos ſuper terram veſtram, & cognoſcetis quoniam ego ſum Dominus. Et iterum idem ſic ait: Hæc dicit Dominus: Colligam Iſraël ab omnibus gentibus, vbi diſperſi ſunt illic, & ſanctificabor in eis in conſpectu filiorum gentium: & habitabunt ſuper terram ſuam quam dedi ſeruo meo Iacob, & inhabitabunt ſuper eam in ſpe, & ædificabunt domos, & plantabunt vineas, & inhabitabunt in ſpe, quando faciam iudicium in omnibus qui inhonorauerunt eos, in iis qui in circuitu ſunt eorum, & cognoſcent quoniam ego ſum Dominus & Deus Patrum ipſorum. Oſtendimus autem paulò ante, quoniam Eccleſia eſt ſemen Abrahæ: & propter hoc, vt ſciamus quoniam in nouo Teſtamento à veteri, qui ex omnibus gentibus colliget eos qui ſaluabuntur, ex lapidibus ſuſcitans filios Abrahæ, Ieremias ait: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicent adhuc: Viuit Dominus, qui eduxit filios Iſrael ab Aquilone, & ab omni regione quo expulſi fuerant, reſtituet illos in terram ipſorum, quam dedit patribus ipſorum. Quoniam creatura omnis ſecundum voluntatem ad incrementum & augmentum erit, vt tales afferat, & nutriat fructus, Iſaias ait: Et erit ſuper omnem montem altum, & ſuper omnem collem editum aqua pertranſiens in die illa, quando peribunt multi, quando concident muri, & erit lumen Lunæ quaſi lumen Solis ſeptuplum diei, quando ſanabit contritionem populi ſui, & dolorem plagæ ſuæ ſanabit. Dolor autem plagæ eſt per quem percuſſus eſt homo initio in Adam, inobediens, hoc eſt, mors, quam ſanabit Deus reſuſcitans nos à mortuis, & reſtituens in patrum hæreditatem: quemadmodum iterum Iſaias ait: Et eris fidens in Domino & faciet te ingredi ſupra omnem terram, & cibabit te hæreditate Iacob patris tui. Hoc eſt quod & à Domino dictum eſt: Beati ſerui illi, quos veniens Dominus inueniet vigilantes. Amen dico vobis, quoniam præcinget, & recumbere eos faciet, & tranſiens miniſtrabit eis. Et ſi venerit veſpertina vigilia, & inuenerit ſic, beati ſunt, quoniam recumbere eos faciet, & miniſtrabit

eis, licet ſecunda, & licet tertia, beati ſunt. Hoc autem E
idem & Ioannes in Apocalypſi ait: Beatus & ſanctus, Apoc. 20. 6
qui habet partem in reſurrectione prima. Et tempus autem annuntiauit Iſaias, in quo hæc erunt. Iſa. 6 11.
Et dixi, inquit: Vſquequo Domine? Quoadusque deſolentur ciuitates ad non inhabitandū, & domus vt non ſint homines, & terra derelinquetur deſerta? Et poſt hæc: Longè nos faciet Deus homines, & qui remanſerint, multiplicabuntur ſuper terram. Sed & Daniel hoc ipſum ait: Et Dan. 7. 27.
regnum, & poteſtas, & magnitudo eorum quæ ſub cœlo ſunt, datum eſt Sanctis altiſſimi Dei, & regnum eius ſempiternum, & omnes principatus ſeruient ei, & obedient. Et ne ad hoc tempus putetur dicta repromiſſio, dictum eſt Prophetæ: Et tu veni, & ſta in ſorte tua in conſummatione dierum. Dan. 12. 13.

Quoniam autem repromiſſiones non ſolùm Prophetis & Patribus, ſed Eccleſiis ex gentibus coadunatis annuntiabantur, quas & inſulas nuncupat Spiritus, & quod in medio turbulæ ſint conſtitutæ, & tempeſtatem blaſphemiarum ſufferant, & ſalutaris portus periclitantibus exiſtant, & refugium ſunt eorum, qui altitudinem F
ament: & Bythum, id eſt, profundum erroris conantur effugere, Ieremias ita ait: Audite verbum Domini Ierem. 31 10. & 11.
Gentes, & annuntiate inſulis quæ longè ſunt, dicite, quia ventilabit Deus Iſraël congregabit eum, & cuſtodiet eum, ſicut paſcens gregem ouium ſuarum: quoniam redemit Dominus Iacob, & eripuit eum de manu fortioris eius, & venient, & lætabuntur in monte Sion, & venient ad bona, & in terram tritici, & vini & fructuum, & animalium, & ouium & erit anima eorum ſicut lignum fructiferum, & non eſurient adhuc. Et tunc gaudebunt virgines in congregatione iuuenum, & ſeniores gaudebunt, & conuertam luctum eorum in gaudium, & faciam eos in exultatione, & magnificabo, & inebriabo animam Sacerdotum filiorum Leui, & populus meus bonis meis adimplebitur. Oſtendimus autem in ſuperiori libro, quoniam Leuitæ & Sacerdotes ſunt diſcipuli omnes Domini: qui & ſabbathum in templo profanabant, & ſine culpa ſunt. Tales itaque promiſſiones G
manifeſtiſſimè in regno iuſtorum iſtius creaturæ epulationem ſignificant, quam Deus repromittit miniſtraturum ſe. Adhuc de Hieruſalem, & de regnante in ea, Iſaias ait: Hæc dicit Dominus: Beatus qui habet in Sion ſemen, & domeſticos in Hieruſalem. Ecce rex iuſtus re- Iſa. 31 & 32. 9 & 10.
gnabit, & principes cum iudicio principabunt. Et de præparatione in qua reædificabitur, ait: Ecce ego præparabo tibi carbunculum lapidem, & fundamenta tua Iſa 54. 12. & 13.
ſaphirum, & ponam propugnacula tua iaſphim, & portas tuas lapidem cryſtallum, & circum vallum tuum lapides electos, & omnes filios tuos docibiles Dei, & in multa pace filios tuos, & in iuſtitia ædificaberis. Et iterum idem ipſe ait. Ecce ego facio Hieruſalem exultationem & plebem meam, etiam non audietur in ea vox fle- Iſa. 65. 18. 19. 20.
tus, neque vox clamoris, etiam non fiet ibi immaturus, & ſenior qui non impleat tempus ſuum. Erit enim iuuenis annorum centum: moriens autem peccator centum annorum, & maledictus erit. ædificabunt domus, & H
ipſi inhabitabunt, & plantabunt vineas, & ipſi manducabunt fructus earum, & vinum bibent, & non ipſi ædificabunt, & alij inhabitabunt: neque ipſi paſtinabunt, & alij comedent: ſecundùm enim dies ligni vitæ, erunt dies plebis in te. Opera enim laborum tuorum veteraſcent.

CAPVT XXXV.

Contendit ſuperiora Teſtimonia non poſſe per Allegoriam de bonis tantùm cæleſtibus intelligi, ſed implenda eſſe poſt aduentum Antichriſti, & reſurrectionem in terrena Ieruſalem, prioribuſque prophetiis, ex Iſaia, Hieremia, & Ioannis Apocalypſi alias ſubiungit

SI autem quidam tentauerint allegorizare hæc quæ eiuſmodi ſunt, neque in omnibus poterunt conſonantes ſibimetipſis inueniri, & conuincentur ab ipſis dictionibus differentibus, quoniam cùm deſolatæ fuerint ciuitates Gentium, eo quod non inhabitentur, & domus, eò quòd non ſint homines, & derelinquetur terra deſerta. Ecce enim Iſaias ait: Dies Domini inſanabilis venit, furore & ira plenus, ponere vrbem terræ deſertam, & peccatores perdere ex ea. Et iterum ait: Tollatur vt non videat gloriam Domini, & cum hæc facta fuerint, elongabit, inquit, Deus homines, & derelicti multiplicabuntur in terra. Et ædificabunt domus, & ipſi inhabitabunt; & paſtinabunt vineas, & ipſi manducabunt. Hæc enim alia vniuerſa in reſurrectione iuſtorum ſine controuerſia dicta ſunt, quæ fit poſt aduentum Antichriſti, & perditionem omnium Gentium ſub eo exiſtentium, in qua regnabunt iuſti in terra, creſcentes ex viſione Domini, & per ipſum aſſueſcent capere gloriam Dei Patris, & cum ſanctis Angelis conuerſationem, & communionem, & vnitatem ſpiritalium in regno capient. Et illos quos Dominus in carne inueniet exſpectantes eum de cœlis, & perpeſſos tribulationem, qui & effugerint iniqui manus. Ipſi autem ſunt de quibus ait Propheta: Et derelicti multiplicabuntur in terra. Et quotquot ex credentibus ad hoc præparauit Deus, ad derelictos multiplicandos in terra, & ſub regno Sanctorum fieri, & miniſtrare huic Hieruſalem, & regnum in ea ſignificauit Ieremias Propheta: Circumſpice, dicens, ad Orientem Hieruſalem, & vide lætitiam quæ aduentat tibi ab ipſo Deo. Ecce venient filij tui quos emiſiſti, venient electi ab Oriente vſque ad Occidentem, verbo illius ſancti gaudentes ea quæ à Deo tuo eſt claritate. Exue te Hieruſalem habitum luctus & afflictionis tuæ, & induere decorem eius, quæ à Deo tuo eſt claritatis in æternum, circumdare amictum duplicem eius quæ à Deo tuo eſt iuſtitiæ, impone mitram ſuper caput tuum gloriæ æternæ. Deus enim demonſtrabit ei, quæ ſub cœlo eſt vniuerſæ, tuum fulgorem, vocabitur namque nomen tuum ab ipſo Deo in æternum, pax iuſtitiæ & gloriæ colenti Deo. Surge Hieruſalem, & ſta in excelſo, & circumſpice ad Orientem, & vide collectos filios tuos a Solis ortu vſque ad occidentem, verbo illius Sancti gaudentes ipſam Dei recordationem, profecti ſunt enim à te pedites, dum adducerentur ab inimicis. Introducet illos Deus ad te portatus cum gloria tanquam thronus regni. Decreuit enim Deus vt humilietur omnis mons excelſus, & congeries æternæ, & vt valles impleantur, ad redigendam planiciem terræ, vt ambulet Iſraël tutè Dei gloria. Vmbracula autem intexuerunt, ſyluæ, & omne lignum boni odoris ipſi Iſraël præcepto Dei. Præibit enim Deus cùm lætitia, lumine claritatis ſuæ, cum miſericordia & iuſtitia, quæ ab ipſo eſt. Hæc autem talia vniuerſa non in ſupercæleſtibus poſſunt intelligi. Deus enim ait, Demonſtrabit ei quæ ſub cœlo eſt vniuerſæ, tuum fulgorem. Sed in regni temporibus reuocata terra à Chriſto, & reædificata Hieruſalem, ſecundùm characterem quæ ſurſum eſt Hieruſalem, de qua ait Propheta Iſaias: Ecce in manibus meis depinxi muros tuos, & in conſpectu meo es ſemper. Et Apoſtolus autem ſcribens ad Galat. ſimiliter ait: Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt, quæ eſt mater omnium noſtrûm.
Non ex cogitatione erratici Æonis, dicens hoc, neque E
de virtute aliqua, quæ abſceſſit pleromate & prunico, Gal. 4.
ſed de Hieruſalem quæ in manibus deſcripta eſt, & ipſam 26.
deſcendentem in Apocal. vidit Ioannes ſuper terram, Apoc. 21. 2.
nouam. Poſt enim regni tempora vidi, inquit, thronum album magnum, & ſedentem in eo, cuius à facie fugit terra & cœlum, & locus non eſt eis. Et illa quæ ſunt generalis reſurrectionis & iudicij exponit vidiſſe, dicens:
mortuos magnos & minores. Dedit, inquit, mare mor- Apoc. 20. 11.
tuos, quos in ſe habuit, & mors & inferi dederunt mor- Ibid. 12.
tuos, quos apud ſe habuerunt, & libri adaperti ſunt, 13. & 14.
ſed & vitæ, ait, apertus eſt liber, & iudicati ſunt mortui, ex iis quæ ſcripta erant in libris, ſecundùm opera ſua, & mors, & inferi miſſi ſunt in ſtagnum ignis, ſe-
cundam mortem. Hoc autem eſt quod vocatur Gehen- Matt. 25.
na, quod Dominus dixit ignem æternum. Et ſi quis, in- 46.
quit, non eſt inuentus in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt
in ſtagnum ignis. Et poſt hæc ait: Vidi cœlum nouum, Apoc. 21.
& terram nouam. Primum enim cœlum & terra abie- 1.
runt, etiam mare non eſt. Ciuitatem ſanctam Hieruſa- F
lem nouam vidi deſcendentem de cœlo, præparatam vt
ſponſam ornatam viro ſuo. Et audiui, inquit, vocem Ibid. 3. &
magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei 4.
cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipſi populus
eius erunt, & ipſe Deus cum eis, erit eorum Deus. Et Iſa. 65.
delebit omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors non 17.
erit amplius, non luctus, non clamor, neque dolor vl- Iſa. 66.
terius erit, quia prima abierunt. Et Eſaias hoc ipſum ait: 22.
Erit enim cœlum nouum & terra noua, & non erunt memores priorum, neque obueniet eis in cor: ſed lætitiam & exultationem inuenient in ea. Hoc autem eſt
quod ab Apoſtolo dictum eſt: Præterit enim habitus hu- 1. Cor. 7.
ius mundi. Similiter autem & Dominus ait: Terra & 31.
cœlum tranſiet. His itaque prætereuntibus ſuper terram, Matt. 24.
nouam ſuperiorem Hieruſalem ait Domini diſcipulus 35.
Ioannes deſcendere, quemadmodum ſponſam ornatam
viro ſuo, & hoc eſſe tabernaculum Dei, in quo inhabi- G
tabit Deus cum hominibus. Huius Hieruſalem imago illa, quæ in priori terra Hieruſalem, in qua iuſti præmeditantur incorruptelam, & parantur in ſalutem. Et huius tabernaculi typum accepit Moyſes in monte, & nihil allegorizari poteſt, ſed omnia firma, & vera, & ſubſtantiam habentia, ad fruitionem hominum iuſtorum
à Deo facta. Quomodo enim verè Deus eſt, qui reſuſci- Exod. 25.
tat hominem, ſic & verè reſurgit homo à mortuis, & & 26.
non allegoricè, quemadmodum per tanta oſtendimus. Et ſicut verè reſurgit, ſic & verè præmeditabitur incorruptelam, & augebitur, & vigebit in regni temporibus, vt fiat capax gloriæ Patris. Deinde omnibus renouatis
verè, in ciuitate habitabit Dei. Dixit enim, inquit, ſe- Apoc. 21.
dens ſuper thronum: Ecce noua facio omnia. Et dicit 4. & 5.
Dominus: Omnia ſcribe, quomodo ij ſermones fideles, & veri ſunt. Et dixit mihi, Facta ſunt, & ſecundùm rationem.

H

CAPVT XXXVI.

Homines verè ſuſcitabuntur, munduſque non penitus exterminabitur: erunt autem variæ Sanctorum manſiones pro cuiuſque dignitate, & omnia ſubiicientur Deo Patri, ſicque erit omnia in omnibus.

CVm ſint enim veri homines, veram eſſe oportet & plantationem ipſorum: ſed non excedere in ea,
quæ non ſunt; ſed in iis quæ ſunt proficere. Non enim 1. Cor. 7.
ſubſtantia, neque materia conditionis exterminatur (ve- 31.
rus enim & firmus qui conſtituit illam: (ſed figura tranſit mundi huius, hoc eſt, in quibus tranſgreſſio facta eſt: quoniam veteratus eſt homo in ipſis, & propter hoc figura hæc temporalis facta eſt, præſciente omnia Deo,

Google

A quemadmodum oſtendimus in eo libro, qui ante hunc
eſt, & cauſam temporalium mundi fabricationis ſecun-
Lib. 4. dùm qood potuit, oſtendimus. Prætereunte autem fi-
c.6.7 8. gura hac, & renouato homine, & vigente ad incorru-
& 9. ptelam, vt non poſſit iam veteraſcere: erit cœlum no-
uum & terra noua, in quibus nouus perſeuerabit homo,
ſemper noua confabulans Deo. Et quoniam hæc ſemper
Iſai. 66. perſeuerabunt ſine fine, Iſaias ait ſic: Quemadmodum
22. enim cœlum nouum & terra noua, quæ ego facio, per-
ſeuerant in conſpectu meo, (dicit *Dominus*) ſic ſtabit
ſemen veſtrum & nomen veſtrum. Et quemadmodum
Presbyteri dicunt, tunc qui digni fuerint cælorum con-
uerſatione, illuc tranſibunt, id eſt in cœlos: alij verò Pa-
radiſi delitiis vtentur: alij autem ſpecioſitatem ciuitatis
poſſidebunt, vbique autem Deus videbitur: & quem-
Matt. 13. admodum digni erunt videntes eum. Eſſe autem diſtan-
8. tiam hanc habitationis eorum, qui centum fructificaue-
B runt, & eorum qui quadraginta, & eorum qui triginta,
quorum quidam in cœlum aſſumentur: alij in paradiſo
conuerſabuntur alij in ciuitate inhabitabunt: & propter
hoc dixiſſe Dominum: multas eſſe apud Patrem man-
Ioan. 14. ſiones. Omnia enim Dei ſunt, qui omnibus aptam ha-
8. bitationem præſtat.

Matt. 20. Quemadmodum Verbum eius ait: Omnibus diuiſum
23. eſſe à Patre, ſecundùm quod quis eſt dignus, aut erit. Et
hoc eſt triclinium in quo recombent ij, qui epulantur
Matt. 22. vocati ad nuptias: hanc eſſe ad ordinationem & diſpoſi-
10. tionem eorum qui ſaluantur, dicunt Presbyteri Apoſto-
lorum diſcipuli, & per huiuſmodi gradus proficere, &
per Spiritum quidem Filium, per Filium autem aſcende-
re ad Patrem. Filio deinceps cedente Patri opus ſuum,
1. Cor. 15. quemadmodum & ab Apoſtolo dictum eſt: Quoniam
25. oportet regnare eum quoadusque ponat inimicos ſub pe-
dibus eius. Nouiſſima inimici deſtruetur mors. In tem-
poribus enim regni, iuſtus homo ſuper terram exiſtens,
obliuiſcetur mori iam. Quando autem dixerit, inquit,
C omnia ſubiecta ſunt, ſcilicet abſque eo qui ſubiecit om-
nia. Cùm autem ei fuerint ſubdita omnia, tunc ipſe Fi-
lius ſubiectus erit ei, qui ſibi ſubiecit omnia, vt ſit Deus
Ibid. 28. omnia in omnibus. Diligenter ergò Ioannes præuidit pri-
mam iuſtorum reſurrectionem, & in regno terræ hære-
ditatem: conſonanter autem & Prophetæ prophetaue-
runt de ea. Hæc enim & Dominus docuit, mixtionem
calicis nouam in regno cum diſcipulis habiturum ſe pol-
Matth 6. licitus. Et Apoſtolus autem liberam futuram creaturam
29 à ſeruitute corruptelæ, in libertatem gloriæ filiorum
Rom. 8. Dei, confeſſus eſt: & in omnibus iis & per omnia idem
21. Deus Pater oſtenditur, qui plaſmauit hominem, & hæ-
reditatem terræ promiſit patribus, qui eduxit illam in
reſurrectione iuſtorum, & promiſſiones adimplet in Fi-
Iſai. 63. lij ſui regnum: poſtea præſtans illa paternaliter, quæ ne-
4. que oculus, vidit, neque auris audiuit, neque in cor
1. Cor. 2. hominis aſcendit. Etenim vnus Filius, qui voluntatem
9. Patris perfecit; & vnum genus humanum, in quo perfi-
D ciuntur myſteria Dei, quem concupiſcunt Angeli vide-
2. Pet. 1. re, & non præualent inueſtigare ſapientiam Dei, per
12. quem plaſma eius conformatum & concorporatum Fi-
lio perficitur: vt progenies eius primogenitus Verbum,
deſcendat in facturam, hoc eſt, in plaſma, & capiatur
ab eo: & factura iterum capiat Verbum, & aſcendat ad
eum ſupergrediens Angelos, & fiet ſecundùm imaginem
& ſimilitudinem Dei,

Expliciunt Libri beati Irenæi Epiſcopi Lugdunenſis, &
Martyris, numero quinque

IN ALIORVM OPERVM D. IRENÆI EPISCOPI Lugdunenſis, & Martyris, ſubiecta fragmenta, E

F. FR. FEV-ARDENTII BREVIS PRÆFATIO.

QVONIAM *ex priſcorum monumentis ac certiſ-
ſimis Eccleſiaſticæ hiſtoriæ teſtimoniis comper-
tum eſt, hunc eximium Eccleſiæ Lugdunenſis* F
*Antiſtitem & doctorem, non ſolùm quinque ſuperiores ad-
uerſus Valentini, & ſimilium Gnoſticorum hæreſes, ſub Epi-
ſcopatu B. Eleutherij, Libros edidiſſe, verùm & alios pluri-
mos, qui vel iniuria temporum, vel hæreticorum fraudibus
perierunt, vel denique adhuc alicubi cum blattis & tineis
certantes latent: quædam illorum fragmenta, quanta potui
fide & diligentia hinc inde collecta, piis Lectoribus hoc ſal-
tem poſtremo loco proponenda & exhibenda curauimus, vt
quantum fieri potuit, integrum Beatiſſimi viri lucubrationũ
corpus ſimul exiret in lucem. Illa porrò imprimis ſunt dua-
rum epiſtolarum eius ad Blaſtum &* Florinum *Eccleſiæ Ro-
manæ non ita pridem presbyteros, ſed tunc à ſanctiſſimo
Eleutherio Papa, propter Valentinianas impietates, & alias
quaſdam illis additas fanaticas opiniones, quibus & alios
inficere, & ſchiſmate ſuo Eccleſiæ membra diuellere cona-
bantur, gradu mota pulſique fuerant.*

*Enimuerò veriſimile eſt illas ſecundo & tertio poſt præfa-
tos libros quinque, loco ab Irenæo ſcriptas fuiſſe, vt victo
atque contrito venenatæ illius ſectæ præcipuo imperatore &* G
*duce, palantes diſiectoſque poſtea milites & Satellites à
conceptis animi furoribus pro virili ad Eccleſiæ matris gre-
mium reuocaret. His adde, quod & poſt illos libros ordi-
ne, & ſub Eleutherij pontificatu. Euſebius illarum me-
minit: quem tamen ordinem Hyeronymus neglexit, quod
Catalogum tantùm ſcriptorum, non autem hiſtoriam, con-
texeret. Blaſtus itaque, vt eſt apud Tertullianum, Iudaiſmũ* Lib. 1. Præſ. c 5.
*latenter volens introducere, dicenſque, Paſcha non aliter
cuſtodiendum eſſe, niſi ſecundùm legem Moyſis 14. menſis.*
Quis autem neſciat (*inſit*) quoniam Euãgelica gratia eua-
cuatur, ſi ad Legem Chriſtum redigit? *Initium ſchiſma-
ti Quartodecimanorum hunc præſtitiſſe non eſt difficile col-
ligere ex Philaſtrio, Epiphanio, Auguſtino, Theodoreto,* Lib. de hær.
*& Damaſceno. Propterea ergo Epiſtolam ad eum ſcriptam
& deſtinatam Irenæus appellauit*, de ſchiſmate: *eo quod
in ea diſceret quantum coniicio, quid ſit ſchiſma, quam
graue ac pernicioſum crimen, quamque grauiter olim in
Core vindicatum, vt is ab illo ad Eccleſiæ vnitatem redi-
ret, & abſtractos ſecum reduceret. Ad Florinum verò da-
tam Epiſtolam nuncupauit*, De monarchia, *ſiue*, Quod H
vnicus ſit Deus: & Ille nequaquam ſit author malorum, Lib. 5. hiſt. c. 11.
*id eſt peccatorum. Nam Florinus, ait Euſebius, contra-
riam ſententiam videbatur acriter propagare.*

*Huius etiam cauſa, quandoquidem in errore Valenti-
nianorum lapſus erat, Irenæus librum* De Ogdoade *con-
ſcripſit: in quo ſatis apertè declarat, ſe Apoſtolorum tem-
poribus proximè ſucceſſiſſe.*

Cumque etiam in primo aduerſus hæreſes libro, cap. 29. Lib 5. hiſt. c. 8.
*receperat ſe opus ſingulare aduerſus Marcionem, præſtan-
te Deo, editurum, & ex eius ſcriptis ſermonibuſque Do-
mini & Apoſtolorum eius ab eodem admiſſis, hæreſeon il-
lius euerſurum molimina, quod Euſebius quoque obſeruauit:
facilè mihi perſuaſerim Scriptum illud non diutius diſtuliſ-
ſe. At verò, nihil huius à Patribus citatum reperi.*

*Et vt eos omnes, quos hæreticorum impetus ac fraudes
in vera fide & religione vel nutare fecerat, vel deiecerat,
ſacris exhortationibus confirmaret vel erigeret, librum
ſcripſit ad Marcianum fratrem, quem vocauit*, De Apo-
ſtolica prædicatione. *Rurſumque alium*, variorum tra-

A *ctatum: quibus tam Scripturis, quàm maximè veris germaniſque Apoſtolorum traditionibus, quas ab eorum auditoribus diligenter perceperat, multorum animos in ſyncera ſanctaque pietate confortauit & recreauit. Horum quidem meminerunt Euſebius, Hieronymus & Nicephorus: ſed nulla ſuppeditauerunt fragmenta.*

Gentilium quoque furores partim ſedans, partim calumnias, erroreſque refellens, vt eos ſuauiſſimo Chriſti iugo tandem aliquando ſubiiceret, edidit librum De ſcientia *inſcriptum, compendioſum quidem illum, ait Euſebius, ſed ſummopere neceſſarium. Iuſtinum Martyrem, Quadratum, Ariſtidem, & Athenageram forſan imitatus eſt: qui & ipſi luculentis ſimulque acutis ſcriptionibus ethnicorum animos à Deaſtrorum vanitate, ad vnius veri viuentiſque Dei agnitionem & cultum traducere ſtuduerant: philoſophiamque Criſtianam ſolam veram & humano generi ſalutarem eſſe plurimis & firmiſſimis argumentis demonſtrauerant.* B *Huius quoque libri nihil ſupereſſe comperio.*

Recrudeſcente tum maximè diſſidio de die celebrandi Paſchatis; ac etiamnum opera Blaſti, deinde Montani hæreſiarchæ, in apertam hæreſim & ſchiſma cum multiplici turba, diſſenſione, & animarum pernicie, palam erumpente, Irenæus nominis ſui correſpondens etymo, quod eſt, pacis ſtudioſus, Victore Romanæ Eccleſiæ iam quinto anno præſidente, (decem etenim Eccleſiæ præfuit) ad hunc, ex perſona fratrum, quibus in Galliis præerat, literas direxit, quibus hortatur, rogat, obſecrat, ne propter externum ritum, totius Aſiæ plurimas certe & antiquiſſimas à communi vnitate fidelium Eccleſias amputet. Atque iſta aliaque eis congruentia, inquit Euſebius, non ad Victorem ſolum, ſed etiam ad alios pleroſque & diuerſos Eccleſiarum Præſides, de iſta controuerſia conſcripſit. Epiſtolæ ad Victorem non aſpernandum fragmentum ſubiecimus: de aliis altum ſilentium.

Edidit denique Librum de Paſcha, *cuius ante Hieronymum ac Euſebium meminit, ſimulque particulam quandam aſſignat Author quæſtionum & Reſponſionum ad Orthodoxos, apud Iuſtinum Martyrem. Illam quoque adiicimus: graui ferentes animo quod plura proferre in communem ſtudioſorum vtilitatem ex tam ſancto, vetuſto, eruditoque Patre non poſſimus. Cum itaque nihil ex Epiſtola ſeu Commentario ad Blaſtum Schiſmaticum ſimul & hæreticum, præter titulum, relictum ſit, fragmentum quod ex* Libro de Ogdoade *extremo Euſebius vere elegantiſſimum eſſe cenſet, hiſtoriæ ſuæ lib. 5. cap. 19. inſerit ſubiiciamus. Ait ergo ad illius libri lectorem & exſcriptorem Irenæus.*

Euſeb. lib. 5. Hiſt. cap. 19. hæc citat. Interp. Ioanne Chriſtophorſono.

Te qui hunc librum tranſcripſeris, per Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, & per glorioſum aduentum illius, cùm ſit ad viuos & mortuos iudicandos venturus, adiuro, vt ſtudioſe conferas quod tranſcripſeris, & accuratè ad exemplar vnde tranſcripſeris emendes, & Sacramentum iſtud, quo te obligauerim, ſimiliter deſcriptum in exemplar inſcribas.

DIVI IRENÆI EPISCOPI Lugdunenſis & Martyris, Epiſtolæ ad Florinum fragmentum.

Citat Euſebius lib. 5. Hiſtor. cap. 19. Interprete Ioan. Chriſtophorſono.

Iſta dogmata, Florine vt tecum agam humanius, ſanæ doctrinæ & ſententiæ non ſunt. Iſta dogmata ſunt Eccleſiæ repugnantia, vtpote quæ eos qui illis obſequntur, in maximam impietatem deiiciant. Iſta dogmata ne hæretici quidem, qui erant ab Eccleſia exturbati, vnquam affirmare audebant. Iſta dogmata Presbyteri, qui ante nos fuerunt, quique erant ipſorum Apoſtolorum diſcipuli, minimè tibi tradiderunt. Vidi enim te, cum E adhuc puer eſſem, in inferiore Aſia apud Polycarpum, cum & in aula Imperatoris ſplendidè lautéque vitam degebas, & ſedulò te Polycarpo probare nitebaris. Nam ea quæ tum gerebantur (cognitio enim quam à pueris combibimus, vnà cum ætate acceſcit ſimul, & quaſi vinculo cum ipſo animo penitus copulatur) multo firmius in memoria inſident, quàm quæ nuper præterierunt: adeò vt & locum, in quo aſſidebat B. Polycarpus, cùm diſſereret: illius eò aduentum & introitum, formam & modum vitæ, corporis effigiem, diſceptationes ac ſermones quos apud multitudinem habebat, & vt neceſſitudinem ac vitæ vſum cum Ioanne, & reliquis, qui ipſum Dominum vidiſſent, ſe habuiſſe narraret, & quo pacto memoraret eorum ſermones, quinetiam quænam ab illis de Domino audiuiſſet: quomodo de miraculis eius, ac virtutibus, & de doctrina denique F ſicut ab illis qui fuiſſent ſuis oculis Verbum vitæ conſpicati, Scripturis verè conſentientia narraret, videor mihi poſſe ritè percenſere. Hæc eo tempore per Dei miſericordiam, quam erga me oſtendebat, ſtudioſè & attentè audiebam: atque non chartæ & literis, ſed interiori mentis cogitationi mandabam. Et perpetuò Dei iuuante gratia, ingenuè & exquiſitè recordatione renouo. Atque coram certè iam Deum conteſtari poſſum, illum beatum & Apoſtolicum Presbyterum Polycarpum, ſi eiuſmodi dogmata fortè audiuiſſet, continuò exclamaturum, & aures obturaturum, ac de more ſuo dicturum fuiſſe: O bone Deus, in quæ me tempora reſeruaſti, vt iſta patiar? Atque ex eo loco, quo vel ſedens, vel ſtans ea audiuiſſet, extemplò planè aufugiturum. Itémque ex epiſtolis, quas cùm ad vicinas Eccleſias, quò eas confirmaret; tum ad quoſdam fratres, quò eos tum admoneret, tum cohortaretur, miſit, iſta ita ſe habere, manifeſtò cognoſci poterit.

Quoniam vero ex libro Irenæi noſtri aduerſus Marcionem, G *Libro quoque ad Marcianum fratrem, alioque Variorum tractatuum: Libro denique aduerſus Gentiles, De ſcientia nuncupato, nulla pro certo fragmenta reperio: Subiecta quædam partim à Demetrio Diacopo Viennenſi, mihi à D. N. Fabro, inſignis pietatis & eruditionis viro, liberaliter concesſa; partim à Damaſceno in Parallelis ſuis inſerta & collecta, quæ ad ſupra nominatos libros forſitan pertinent, ſubnectam.*

EX SANCTI IRENÆI EPISCOPI Lugdunenſis operibus, Demetrij Diacopi à Vienna, Sermone de igne.

Interprete N. Fabro.

Immenſus cum ſit Deus, & mundi opifex, atque omnipotens, immenſa & mundi opifice atque omnipotenti H voluntate & effectu nouo, potenter & efficaciter fecit, vt omnis plenitudo eorum quæ nata ſunt, in ortum venirent, cum antea non eſſent, quicquid ſcilicet ſub aſpectum non cadit, & quicquid oculis ſubiicitur. Atque adeo continet ſingula, & ad proprium perducit exitum, ob quem excitata ſunt, & nata, nullo modo in aliud quàm prius natura fuerat, tranſmutatum. Nam proprium hoc eſt operationis Dei, non infinitatem ſenſus tantùm progredi: aut mentem etiam tranſgredi, rationem, & orationem, tempus & locum, & omne æuum; verum etiam omnem excedere ſubſtantiam & plenitudinem, ſeu perfectionem.

Euiſdem ex eodem Tractatu.

Voluntas & operatio Dei effectrix eſt & prouidens cauſa omnis temporis, loci, & ſæculi, itemque naturæ omnis. Voluntas animi intellectualis eſt ratio in uobis ſita: quippe cum ſit poteſtas eius libera & ſui arbitrij. Voluntas eſt mens appetendi vi prædita, & appe-

A titus intelligentia comprehenſus, qui ad id quod ſub voluntatem cadit, inclinat.

Duo ſubiecta fragmenta ex libro tertio Parallelorum Damaſceni Latina ex verſione doctiſſimi Billij ſubnecto: quæ & ad ſuperiores Irenæi libros ſuſpicor attinere.

DAMASCENVS lib. 3. Parallel. cap. 14. hæc citat ex IRENÆO.

BEnedicentes ſemper iis qui digni ſunt, indignis autem nunquam maledicentes, ita demum nos quoque Dei gloriam & regnum conſequemur.

Idem eiuſdem libri cap. 21. hæc quoque ex eodem laudat.

Pſal. 129. B DEo proprium reuera & congruens eſt, propitium ſe præbere ac miſereri: operibuſque ſuis ſalutem afferre, etiamſi ad interitus periculum ferantur. Apud eum enim, inquit ille, eſt propitiatio.

DIVI IRENÆI EPISCOPI Lugdunenſis, & Martyris, Epiſtolæ ad Victorem Papam Fragmentum.

Euſebius lib. 5. hiſt. cap. 24. hæc citat, Interpret. Ioan. Chriſtophorſono.

NOn enim de die Paſchatis ſolùm, ſed etiam de ieiunij ratione & modo eſt iſta conſtituta controuerſia. Quidam namque vnum diem ſe ieiunare oportere exiſtimant: alij, duos: non pauci, plures: multi, quadraginta: atque diurnis nocturniſque horis omnibus numeratis, C diem ſuum metiuntur ac ſtatuunt. Atque eiuſmodi eorum, qui hæc obſeruabant ieiunia, varietas & diſcrepantia non iam noſtra ætate cœpta eſt, verùm etiam longè ante apud maiores noſtros: qui (vt coniectura aſſequi licet) non accuratè conſuetudinem eorum, qui vel ſimplicitate quadam, vel priuata authoritate aliquid in poſterum tempus ſtatuiſſent, obſeruarunt. Atque nihilominus cùm iſti inter ſe pacem tranquillam retinuerunt, tum nos etiam inter nos retinemus: ſicque varia & diſcrepans ieiunij ratio concordiam fidei plurimùm commendat.

His verò hiſtoriam quandam adiungit, quam hoc loco opportunè explicabo. Sic autem ſe habet.

Presbyteri ante Soterem: qui Eccleſiæ, cui tu iam præes, præficiebantur, Anicetum dico, Pium, Hyginum, Theleſphorum, Sixtum, licet neque ipſi hoc feſtum eo die quo Epiſcopi Aſiæ obſeruarent, neque aliis D poſt ſe ita obſeruare permitterent: nihilominus tamen cum Epiſcopis illarum Eccleſiarum; in quibus ita obſeruabatur, ad ſe accedentibus (ac quid quæſo, magis E repugnat, quàm vt hi hoc, illi illo modo obſeruent?) pacem inter ſe & concordiam perpetuò retinuerunt: ac nunquam propter iſtum varium illius feſti obſeruandi modum fuêre vlli aliquando ab Eccleſia eiecti. Sed Presbyteri illi, qui te anteiuerunt ætate, tametſi minimè illud ita obſeruabant: his tamen Epiſcopis, qui in aliis Eccleſiis idem ſic obſeruabant, Euchariſtiam miſerunt. Atque cùm beatus Polycarpus, Aniceto Epiſcopatum adminiſtrante Romam aduentaret, cùmque ille & Anicetus de aliis rebus, de quibus inter ſe diſcrepabant, pauca contuliſſent, confeſtim pax fuit inter eos conciliata: quin pro hoc feſto obſeruando, quod controuerſiæ caput videbatur, charitatis vincula neutiquam ruperunt. Neque tamen Anicetus Polycarpo poterat perſuadere, vt ſuum obſeruandi morem, (quippe cum Ioanne Diſcipulo Domini noſtri, & cum reliquis Apoſtolis, quibuſcum multum verſatus fuiſſet, eundem ſemper ad illum F modum obſeruaſſet) deponeret: neque contrà Polycarpus Aniceto perſuaſit vt conſuetudinem Aſiaticam (quippe qui morem Presbyterorum, qui illum erant antegreſſi, debere ſedulo retinere aſſereret) vllo modo obſeruaret. Quæ cùm ita eſſent conſtituta, communicabant inter ſe mutuò: & in Eccleſia Anicetus ritus, qui in Euchariſtia peragi ſolent, Polycarpo ob reuerentiam videlicet, quam erga illum habebat, obeundi poteſtatem concesſit: atque tandem cum pace alter diſceſſit ab altero, & omnes Eccleſiæ, tum eorum qui decimoquarto die, feſtum Paſchatis obſeruabant, tum eorum qui ſecus placida pace & tranquilla inter ipſas fruebantur.

Sequitur vltimum, quod inuenire potuimus ex lib. Irenæi fragmentum.

G *Iuſtinus martyr Reſponſ. ad quæſt. 115 Orthodoxorum hæc citat Interp. Ioachimo Perionio.*

Non flectere autem genu Dominico die, reſurrectionis noſtræ eſt ſignificatio, qua Chriſti benignitate & à peccatis, & à morte, quæ ab illo interfecta eſt, liberati ſumus. Hæc autem conſuetudo ab Apoſtolorum temporibus cœpit, quemadmodum ait B. Irenæus martyr, & Lugdunenſis Pontifex, in lib. de Paſcha: in quo mentionem etiam Pentecuſtes facit, in qua genu non flectimus, quod eodem loco habenda ſit, quo Dominicus dies, ob eam cauſam quam de eo diximus,

Notat demum Euſebius lib. 5. hiſtor. cap. 25. Irenæum in libro de variarum rerum diſquiſitione tum epiſtolæ ad Hebræos, tum libri Sapientiæ Salomonis mentionem facere, certaque teſtimonia ex eiſdem deprompta citare: quæ H *ad illorum librorum confirmandam contra nouatores authoritatem, non parum faciunt.*

D. IRENÆI EPISCOPI LVGDVNENSIS, & Martyris, quæ nunc extant, operum.

FINIS.

Digitized by Google